☞ Secũda quæstio, de publicæ honestatis iustitia quid sit, & de eius effectu, & quomodo contrahatur. pagi. 425. num. 1.
☞ Tertia quæstio, de illegitimitate, & legitimatione iuris & hominis. pag. 427. num. 1.

QVadragesimasecunda Distinctio, de cognatione spirituali: habet tres quæstiones. pagina. 429. columna. 2.
☞ Prima quæstio, de cognatione spirituali, & legali; & eo qui cognouit cõsanguineã vxoris suæ. ibidẽ, nu. 2.
☞ Secunda quæstio, de diuortiis, & petitione in coniugium, & accusatione matrimonij. pagina. 434. numero. 1.
☞ Tertia quæstio, de secundis nuptiis, & de donationibus inter virum & vxorem, & de dote. pagin. 435. numero. 1.

QVadragesimatertia Distinctio, de resurrectione: habet quatuor quæstiones. pag. 437. col. 1.
☞ Prima quæstio, de possibilitate resurrectionis, & quòd sit futura omnium, non tamen naturalis. ibidem, num. 2.
☞ Secunda quæstio, vtrum idem numero corruptum possit reparari per naturam. pagi. 440. num. 1.
☞ Tertia quæstio, vtrum idem numero corruptum vel annihilatum possit à Deo in permanẽtibus & successiuis reparari. pag. 443. num. 1.
☞ Quarta quæstio, vtrum resurrectio futura omnium sit in instanti & in eodem instanti. pagi. 450. nu. 1.

Quadrage-

QVadragesimaquarta Distinctio, de gloria beatorum, & pœnis damnatorum: habet septem quæstiones. pagi. 452. col. 2.
☞ Prima quæstio, de conditione resurgentium quo ad identitatem, integritatem, qualitatem: & an sit necessaria identitas materiæ primæ ad identitatem resurgentis. ibidem, num. 2.
☞ Secunda quęstio, de dote impassibilitatis: habet tres articulos. pag. 456. num. 1.
Primus, quomõ corpora gloriosa sunt passibilia & quomodo non. pag. 457. num. 8.
Secundus, de causa passibilitatis & impassibilitatis. ibidem num. 9.
Tertius, per quid sunt impassibilia. ibidem, nume. 10.
☞ Tertia quæstio, de dote subtilitatis: habet tres articulos. pag. 460. num. 1.
Primus, quid sit dos subtilitatis, quia est aliquid positiuum, licet Duran. contrà. ibidem, num. 7.
Secundus articulus, quòd duo corpora non possunt esse simul per naturam, nec per dotem. pagina. 461. numero. 12.
Tertius articulus, quòd duo corpora possunt esse simul miraculosè, quamuis Durand. dicat contrarium. pagi. 462. num. 16.
☞ Quarta quæstio, de dote agilitatis: habet tres articulos. pag. 466. num. 1.
Primus articulus, quòd corpora glorioſa erunt agilia. ibidem, num. 6.
Secundus articulus, quòd quandoq; mouebuntur localiter & simul tota, quamuis Duran. dicat cõtrarium. pag. 467. num. 14.
Tertius, quòd motus ille erit in tempore non in instanti. pag. 468. num. 21.
☞ Quinta quæstio, de dote claritatis habet tres articulos. pag. 469. num. 1.
Primus, de claritate corporum glorioſorum qualis erit. ibidem, num. 6.
Secundus articulus, quòd erunt colorata, lucida, & peruia. pag. 470. num. 8.
Tertius, de sufficientia dotium. ibidem, num. 11.
☞ Sexta quæstio, de damnatorum corporibus, an patiantur ab igne: & habet tres articulos. ibidem, numero. 1.
Primus articulus, de igne inferni quod fide tenetur, & ꝙ est corporeus. pag. 471. num. 6.
Secundus, de loco inferni qui creditur esse in centro terræ. ibidem, num. 7.
Tertius, de pœna corporum damnatorũ: habet tres opiniones. pag. 472. num. 8.
Prima opinio Thomæ, quòd per passionem intentionalem non naturalem. ibidem, numero. 9. &. 10.
Secunda Durandi, ꝙ per actionem naturalem Deo impediente corruptionem. ibidem, num. 11.
Tertia opinio Petri pro Thoma contra Durandum. pagi. 473. num. 21.
☞ Septima quæstio, de pœna sensus spirituum damnatorum: habet quinq; opiniones. pag. 476. num. 1.
Prima opinio Durandi, quòd anima affligitur, quia scit se cum corpore arsuram: dæmon autem de fœlicitate perdita, non ab igne vel corpore, sed Pe. contrà. ibidem. num. 8.
Secunda opinio Egidij, quòd per immissionem inquantùm instrumentum Dei. Duran. contra Pet. pro Egi. pagi. 478. num. 23.
Tertia opinio Henrici, ꝙ per veram immissionem propter qualitatem supernaturalem: Duran. contrà. pag. 480. num. 40.
Quarta opinio, ꝙ per potentias sensitiuas remanentes, Durandus contrà. ibidem, num. 46.
Quinta opinio Thomæ, ꝙ per detentionẽ ab igne, Duran. contrà Petrum. pag 481. num. 51.

QVadragesimaquinta Distinctio de suffragiis & receptaculis: habet tres quæstiones. pagina. 483. numero. 1.
☞ Prima quæstio, vtrum suffragia prosint defunctis: habet tres articulos. ibidem. num. 2.
Primus articulus, per quos suffragia ꝓsint, an per viuos, malos, & huiusmodi. ibidem, num. 5. 6.
Secundus, quibus prosint, quia solis mortuis de purgatorio. pag. 484. num. 12.
Tertius, quæ suffragia prosint magis & quæ minùs & de sepultura. pag. 485. num. 18. 19.
☞ Secunda quæstio, vtrum suffragia prosint solùm illi pro quo fiunt: habet tres articulos. pagina. 486. numero. 1.
Primus articulus, quantum prosint suffragia communia vel propria simul vel successiua. ibidem, num. 4.
Secundus, de liberatione à suffragiis dicendo cum alio & in mortali & pro multis simul. ibidem, num. 11.
Tertius, de sanctis quòd orant pro nobis, & quomodo vident orationes nostras, opinio Durand. & Petri. pagi. 488. num. 23.
☞ Tertia quæstio, de receptaculis: habet tres articulos. pag. 490. num. 1.
Primus articulus, de receptaculorum distinctione in generali, & quomodo infernus tot capiat. ibidem, numero. 4.
Secundus, de distinctione in speciali receptaculorũ inferni. ibidem, num. 7.
Tertius, de sufficientia introitus & exitus illorum. pagi. 491. num. 11. 12.

QVadragesimasexta Distinctio habet vnam quæstionem tãtùm de misericordia & iustitia Dei: & illa habet tres articulos. pag. 491. num. 1.
Primus articulus, quæ, & qualis, & quomodo iustitia sit in Deo, & de ratione & diuisione iustitiæ. ibidem, numero. 4.
Secundus, quomodo iustè peccato finito debetur pœna æterna. pag. 492. num. 8.
Tertius articulus, de concursu misericordiæ, & iustitiæ in operib⁹ Dei, & quomodo misericordia est in Deo. pag. 493. num. 13.

QVadragesimaseptima Dist. de iudicio futuro, vnã quęstionẽ, vtrũ generale iudiciũ sit futurũ: & illa habet tres articulos. pag. 493. nume. 1.
Primus, de iudicio ꝙ erit, & vtrum mentaliter, & quando, & vbi. ibidem, num. 7.
Secundus, de cognitione beatorum, & malorũ sui, & aliorum supernaturali. pag. 494. num. 11.
Tertius, de igne quo mundus purgabit ante iudicium hominis, & elementa. ibidem, num. 14. 15.

QVadragesimaoctaua Distinctio, de iudicio, & motu cœli: habet duas quæstiones. pagina. 496. columna. 1.
☞ Prima quæstio, an Christus iudicabit in forma humana: & habet tres articulos. ibidem, num. 2.
Primus, de iudicib⁹ & assessorib⁹, & ꝙ Christus iudicabit in forma humana, & glorioſa. ibidem, num. 5.
Secundus, de gaudio visionis Dei: & opinio Scoti quomodo fruitio sit vita æterna, Durandus contra.

pagina

INDEX.

pagina.497.num.8.
Tertius articulus,de mundi innouatione,& verſibus de hoc.pag.498.num.11.
✠ Secunda quæſtio,an motus ceſſabit: habet tres articulos.ibidem,num.1.
Primus articulus, quòd poſsibile eſt ceſſare motum cœli,non obſtantibus rationibus Philoſophi. ibidem, numero. 6.
Secundus articulus,quòd motus cœli ceſſabit quamuis nec authoritas,nec ratio cogat. pagina. 499. numero. 12.
Tertius, quòd cæteri motus & mixta præter hominem non erunt. ibidem,num. 14.

QVadrageſimanona Diſtinctio, de beatitudine: habet octo quæſtiones. pag. 500.col.1.
✠ Prima quæſtio, an intellectus creatus poſsit videre Deum: habet tres articulos. ibidem, nu.2.
Primus articulus, ex puris naturalibus non poteſt Deus videri,de obiecto intellectiuè, & differentia habitus naturalis,& ſupernaturalis.ibidem,nu.4.5.
Secundus articulus,quòd ſpecies non eſt de natura obiecti,requiritur tamen in via nõ in patria. pag. 501. numero. 15. 16.
Tertius articulus,quòd ad videndum Deum clarè requiritur lumen de potentia ordinata, & ſic eſt de facto, non autem de potentia Dei abſoluta. pagina. 504. numero.32. 33.
✠ Secunda quæſtio,an videntes Deum videant omnia: habet tres articulos.pag. 505.num.1.
Primus articulus,quid ſit poſsibile,& quid non:quia infinita numero, & ratione non ſpecie reali. ibidem, numero.4.
Secundus articulus, quid ſit neceſſarium: & habet tres opiniones Durandi, Thomæ, & Petri. pagina. 506. numero. 5.
Tertius,quid ſit congruum videre,& quid non,& qualiter eſt de facto eſſe.pag.507.num.15.
✠ Tertia quæſtio, an beatitudo conſiſtat in actu intellectus vel voluntatis: & habet tres articulos. pagina 509. num.1.
Primus,quòd intellectus eſt nobilior voluntate quo ad potentiam, actum,& libertatem.ibidẽ,num.4.
Secũdus, ℣ beatitudo ſpeculatiua conſiſtit in ſolo actu intellectus eſſentialiter: practica in ſolo actu voluntatis, ſed aggregata in vtroq; eſſentialiter:ſed in intellectu principaliter.pag.511.num.32.
Tertius,quòd beatitudo non conſiſtit in actu reflexo,& ℣ idem eſt cum recto. pag.514.num.58.
✠ Quarta quæſtio, de obiecto fruitionis:habet tres articulos.pa.515.num.1.
Primus articulus,de opin.Durandi,℣ Deus non eſt immediatè eius obiectum,cum defenſionibus Petri.ibidem,numero.4.
Secundus, de opinione Thomæ cum rationibus & defenſionibus Petri.pagi.517.num.26.
Tertius, cõtra ſolutiones impugnationũ primæ opinionis. pagi.519.num.38.
✠ Quinta quæſtio, an viatori poſsit communicari viſio non beatifica: & habet tres articulos. pagin.521. numero.1.
Primus,℣ non poteſt communicari viſio intuitiua, quę non ſit beatitudo eſſentialiter:ſed benè quę non erit beatitudo totaliter, accidentaliter, & vniuerſaliter, ibidem,num.4.
Secundus,quòd beatitudo eſt obiectum intellectus poſsibilis, non agentis quod eſt ignobilius.pagina.522. numero. 7.
Tertius, quòd vna perſona non poteſt videri ſine alia, nec ſine eſſentia: nec econuerſo ſecundum rem, ſed ſecundum rationem: ſic de potentia abſoluta. pagina.523.num.16.17.
✠ Sexta quæſtio, vtrũ beatitudo ſit maior futura poſt reſurrectionem:& habet tres opiniones. pagin. 524. numero. 1.
Prima eſt Godefredi,& Thomæ in ſcripto, ℣ augebitur intenſiuè.pag. 525.num.8.
Secunda opinio,quòd erit maior, quia expeditiùs & faciliùs:Duran.contrà.ibidem,numero. 14.& ſequen.
Tertia opinio Thomæ finalis, ℣ erit maior ſolùm extenſiuè. pag.526.num.19.
✠ Septima quæſtio,vtrum omnes ſummè & de neceſsitate appetant beatitudinem: habet duos articulos. pagina.528.num.1.
Primus articulus, de appetitu beatitudinis aptitudinali, & de duplici appetitu, & huiuſmodi. ibidem, numero. 7.
Secundus, de appetitu eius actuali: habet tres opiniones,pag.529.num.10.
Prima opinio, quòd beatitudo quomodocunq; præſentetur,ſemper liberè, non neceſsariò appetitur. ibidẽ, numero.11.
Secunda opinio,quòd volũtate increata & beata & viæ & in communi neceſsariò appetitur,aliàs liberè.pag. 530.num.21.
Tertia opinio,℣ non poteſt reſpui viſa vel in communi ex ſe:ſed per miraculum.ibidem,num.22.
✠ Octaua quæſtio, vtrum beatitudo educatur de potentia creaturæ: habet quinq; articulos. pagi. 531. numero.1.
Primus articulus, ℣ beatitudo eſſentialiter non conſiſtit in bonis corporalibus.pag.532.num.4.
Secundus,quomodo beatitudo educaẽ de potentia obedientiali,non naturali.ibi,num.7.8.
Tertius,de dotibus animæ & corporis,& quid ſit dos. pagi.533.num.11.
Quartus,de aureolis in generali & in ſpeciali: & tribus aureis.ibidem,num.14.15.
Quintus, de fructibus: quid eſt fructus, & quomodo diſtinguitur à dote & aurea.pag.534.num.19.

QVinquageſima Diſtinctio & vltima, de fine mundi habet vnam quæſtionem, vtrum beati videant omnes pœnas damnatorũ:& habet tres articulos. pag.535. col.1.
Primus articulus, de multiplicitate pœnarũ ſpiritualis & corporalis, & comparatione earum. ibidem, numero.4. 5.
Secundus articulus, de deſperatione damnatorũ,& de obſtinatione, quia voluntate deliberatiua errante volunt non eſſe & mali eſſe, non aliter. ibidem, numero. 8. 9.
Tertius articulus, de viſione mutua, quia beati ſemper videbunt in Deo pœnas damnatorum, nec compatientur: mali autem non videbunt bonos, niſi vſque ad diem iudicij. pagina.537.num. 21.22. 23.24.

FINIS.

CLARISSIMI DOCTORIS FRATRIS PETRI DE PALVDE, Patriarchæ Hierosolymitani, Ordinis prædicatorum, in Quartum Sententiarum scriptum fœliciter incipit.

Circa Quartum Sententiarum, quo ad primam distinctionem quæruntur sex. Primùm est de sacramentorum nouæ Legis virtute, & operatione. Secundùm, de sacramentorum diffinitione. Tertiùm, de ipsorum institutione. Quartùm, de ipsorum constitutione. Quintùm, de circuncisione. Sextùm, de legalium virtute, & cessatione.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum sacramenta nouæ Legis causent gratiam.

Thom. 3. q. 62. art. 1.

PRimò ergo quæritur. Vtrum sacramenta nouæ Legis causent gratiã dispositiuè per virtutem inhærentem. Et arguitur quòd non, quia sicut se habet Lex vetus ad Legem nouã: sic sacramẽtum veteris Legis ad sacramentum nouæ Legis. Sed Lex vetus sic se habet ad Legẽ nouã, quòd illud, quod ꝓmittebatur in Lege veteri, soluitur in noua: non per Legem, sed à Deo in Lege: ergo similiter est, quòd gratia in sacramẽtis veteris Legis promissa, vel figurata exhibetur in sacramẽtis nouæ Legis: non quidẽ per ipsa, sed â Deo in ipsis. 2 Præterea est baptismus in effectu maior, q̃ cętera sacramẽta: sed baptismus nihil efficit. ergo &c. Probo minorẽ: primò quidẽ, quia idem remediũ afferebat circũcisio, quæ characterẽ non causabat: secundò, quia veritas respondet figuræ. sed aqua Iordanis nihil causauit in Naaman, vt sanaretur, nec dispositionem: ergo nec baptismus, quẽ significabat. Et idem est de baptismo Ioannis. 3 CONTRA sacramenta perfecta debent aliquid agere ad sanctificationem non solũ significare: quia sacramentũ dicitur à sacrando actiuè. Vnde nisi agat aliquid ad sacrandum, non est perfectũ sacramentũ, sed sacramẽta nouæ legis sunt perfectissima omniũ, quæ fuerunt, & futura sunt. ergo &c. 4 Secũdo, quia eadẽ ratio est de baptismo, & de aliis: sed baptismus non esset lauacrum regenerationis, nisi renasceretur homo denuo ex aqua: & nisi esset in eo vis regeneratiua, per quam saltem disponeret ad gratiam, sicut nec homo generat hominem, nisi per potentiam generatiuam attingẽtem saltem ad dispositionem ad animam. ergo &c. 5 Tertiò, quia eadem est ratio de pœnitentia, & de reliquis: sed pœnitentia est causa gratiæ: quia aliâs esset mendaciũ in doctrina, & professione Christianæ religionis cum dicit sacerdos: Ego te absoluo à peccatis tuis, ac si diceret: Ego quidem non te soluo, sed me dicente verba ista falsa, Deus falsus testis te soluit: cuius fortè opinionis Græci dicunt: Baptizet̃ seruus Christi &c. Probatio cõsequentiæ: quia non possunt dici, soluere vinculũ, nisi qui ipsum per se amouet, vel ad amotionem disponit: vel ille, cuius authoritate, & mandato hoc fit, vel cuius meritis aut precibus alius mouetur ad soluendũ, sacerdos autẽ non soluit per authoritatẽ, sed per ministeriũ, nec per meritum, aut orationem suam, cùm sit aliquãdo peccator: quem Deus non audit. 6 Et si dicatur, ꝙ hoc est per merita ecclesiæ: hoc non valet: quia tunc in persona ecclesiæ, non sua deberet dicere: Ecclesia te absoluit, ergo per hoc, quod dicit absoluo te, nisi mentiatur, disponit. ergo &c, 7 RESPONSIO. De ista quæstione sunt quatuor opiniones, quarũ secundam sustinebo ad præsens. 8 Circa primam opinionẽ: primò declarabitur ipsa opinio. Secundò arguetur contra eam. Tertiò recitabũtur tres rationes ad confirmationẽ opinionis, & soluentur. 9 Opinio ergo antiqua prima est, ꝙ in sacramẽtis non est aliqua virtus causatiua gratię, nec characteris, vel cuiuscunq; dispositionis, seu ornatus existẽtis in anima: sed sunt sacramẽta causa, sine qua non cõfertur gratia: qa ex diuina pactione, vel ordinatione sic fit, ꝙ recipiẽs sacramentũ recipit, & gratiã: nisi ponat obicem: & recipit gratiã non à sacramento, sed à Deo: qui solus pertingit ad characterem, & gratiã, & quẽcunq; ornatũ, qui fit in anima: hoc autẽ declaratur per simile, & per authoritatem. Per simile de illo, qui recipit denariũ plumbeũ facta tali ordinatione, vt qui recipit vnum de illis, recipiat eleemosynã Regis: non ꝙ denarius sit causa eleemosynæ: sed solũ Rex. denarius autẽ est signũ, & causa sine qua nõ: sic est in proposito de sacramẽtis respectu gratiæ, vel characteris, vel cuiuscũq; alterius effectus spiritualis. Ad idẽ est authoritas Bernardi in sermone de cœna Dñi, qui dicit sic: Sicut canonicus inuestitur per librum, abbas per baculũ, Episcopus per annulum: sic diuersæ gratiæ sunt traditæ sacramẽtis. 10 Sed ista opinio nõ valet propter duo. Primò, quia videtur absurdũ, ꝙ Deus non aliter agat in sacramẽtis ad iustificandũ, quàm Diabolus in sortilegiis ad maleficiendũ. s. ex pactione, herba, vel charta posita sub lecto, vel limine, & nihil penitus agẽte, aut ꝙ verba sacramẽtalia nihil plus faciẽt: nec minister, q̃ verba incãtatoris: aut ipse incantator: sed sicut illis dictis ex pactione Demon agit in serpente trahendo, vel venenum mortiferãdo, vel aliquid huiusmodi sic in proposito. 11 Secundò, quia secundũ hoc sequeretur, ꝙ sacramẽta veteris legis, & quædã ve. & no. le. non sacramenta sint magis causa gratiæ, quàm sacramenta no. le. vel q̃ aliqua alia: aut ꝙ non nisi duo aut tria sacramẽta no. le. sint huiusmodi: quia illud est causa, sine qua non gratiæ potissima, quo solo posito in funditur gra aliunde, & quo solo remoto nullo alio posito infundit: sicut quãtitas humana est causa, sine qua non hominis: quia homo nunquã est sine quãtitate, nec ecõuerso: sed nunquã est infusio gratiæ in adulto sine impletione præceptorum: nec ecõuerso: iuxta illud: Si vis ad vitã ingredi, serua mãdata. ergo cũ omnia sacramenta ve. le. vel ferè omnia caderent sub pręcepto, & de vtraq; le. multa non sacramẽta cadant sub præcep. de sacramentis autẽ nõ. le. nõ nisi duo sint sub præcepto Dei. s. baptismus, & pœnitentia: quæ sunt necessitatis, & eucharistia sub præcepto ecclesię. ergo sacramẽta vete. le. ferè omnia, & multa ve. ac no. le. nõ sacramẽta sunt magis causa sine qua non gratiæ, q̃ quatuor sacramẽta no. le. & solũ tria sacramẽta no. le. sunt isto modo causa, sine qua nõ quod videtur absurdum. 12 NEC valet solutio, quã isti

Prima opinio, ꝙ sacramenta respectu gr̃æ sunt solũ causa, sine qua non cõfertur gratia.

Reprobatio illius opinionis triplici ratione.

dant ad diffinitionẽ, & ad authoritates sanctorũ de sacramẽtis dicẽtes, ꝙ quando dicunt, ꝙ sunt causa, verum est intelligendo de causa, sine qua non: quia licet in descriptionibus, & notificationibus ponantur aliqua, quę non sunt causa diffiniti: sicut substantia notificatur per accidens: & causa per effectum. Tamen in nulla descriptione vera dicitur, quòd illud sit causa diffiniti, vel econuerso quod non est causa nec intrinseca, nec extrinseca, nec principalis, nec instrumentalis, nec effectiua, nec dispositiua. Alioquin diffinitio esset falsa, & non vera: & non solùm non propria. In diffinitione autem siue descriptione sacramẽti dicitur, quòd causa existit gratiæ, & non solũ, quòd est cum gratia, vel aliquid huiusmodi. Causa autẽ sine qua non, non est causa: sicut nec homo mortuus est homo, si nihil faciat ad causalitatem. Vnde si diceretur, sors est homo, verũ est, mortuus non esset bona expositio. Similiter non esset bona diffinitio caloris dicere, quòd est causa frigiditatis fontium in æstate, quanuis sit causa, sine qua non, & per accidens. Sic nec sacramentum benè diffinitur per hoc, quòd dicitur causa gratiæ, si non est aliter causa, quàm per accidens, & sine qua non, nisi forte diceretur, quòd hoc est ideo, quia sacramentum ad nihil aliud est ordinatum. Sed hoc ipsum est inconueniens. s. aliquid per se ordinari ad aliquid, & nihil ad illud facere. 11 NEC est instantia de sacramentis ve. le. quia nõ ordinabãtur ad iustificandũ, sicut ista, sed solùm ad significandũ, nisi forte circũcisio, vt dicetur infra. 12 Authoritas autẽ Magistri, quã inducunt, quia data sunt sacramẽta, vt homo quęrat salutẽ non ab illis, sed à Deo in illis, nõ obstat, quia non ab illis quæritur principaliter, sed instrumẽtaliter. Nec valet solutio, qua dicunt, ꝙ in sacramentis est vis ablutiua, vel regeneratiua, aut huiusmodi, ꝙ. s. est in eis non inhærens, sed assistens, quia hîc modus non est aliquis de modis essendi, in quos ponit philosophus. 4. Phi. nisi sit ibi, sicut causa in effectu, vt causans ibi virtutẽ, & sic habeat ad propositũ. 13 Ad cõfirmationẽ autẽ huius positionis ponũt tres rationes præter illas, quæ positæ sunt arguẽdo, quæ hîc similiter ponendæ sunt, & soluẽdæ. Prima ostendit, ꝙ non sit ibi aliqua virtus actiua, quia omnis forma actiua ꝓpter actionem instrumentalẽ habet aliam naturalem, sicut calor præter generare ignẽ, vt est instrumentũ ignis, & præter generare carnẽ, vt est instrumentũ animæ, habet calefacere ex propria natura, & à tota specie, sed virtus, quę esset in sacramẽtis præter actionẽ instrumentalẽ, quæ esset ad gratiã disponere, nihil aliud ageret. ergo frustra, & malè ponitur. 14 RESPONDEO dicendum, ꝙ maior est vera de forma, quæ non solũ est ꝓpter agere instrumẽtale: sed propter perfectionẽ absolutam subiecti, sicut calor, qui non frustra erit in igne post resurrectionẽ, quando non solú nullam substantiã generabit, sed nec calefaciet, sed ignẽ inesse absoluto pficiet. Secus autẽ est de forma, quæ non est nisi propter agere instrumentale, sicut aliquæ formæ artificiales ad nihil aliud imprimuntur rebus naturalibus: nisi, vt sint instrumenta ad determinatas operationes, præter quas ex natura sua nullã penitus habent operationẽ, sicut acuties securis nihil agit, nisi diuidere, & scindere ab alio mota. Et idem est de virtute qualibet non solũ sit propter operationẽ, vel operari, sed propter perfectionẽ substantiæ non absolutam, sed relatã ad opus, est enim virtus, quę habentẽ perficit, & opus eius bonũ redit: nullam tamen operationẽ habet, nisi quam potentia per eum instrumẽtaliter exercet. Nec potẽtia ipsa, quia est propter operationem, aliquã actionem habet, nisi quem anima per ipsam exercet. Ita & virtus, quæ à Deo datur sacramento non propter se, sed solũ propter animã disponendam nihil aliud operatur. Aliàs Deus non ipsam sufficienter ordinasset in finẽ, si ipsa haberet aliam operationem, quàm istam, propter quam solam, eam Deus fecit.

Triplex ratio, quę cõfirmant prædictam opinionem.

Virtus solũ tribuitur sacramento ad instrumẽtaliter agendum.

15 Secunda ratio talis est. Sicut albedo separata à quantitate non posset immutare visum, qui est quantus etiam in virtute Dei sic econuerso qualitas extensa, qa recipitur in quanto multo minus immutabit spiritum etiam virtute diuina. 16 SOLVTIO, dicendum, ꝙ dissimile est ex vtraq; parte. Primò, quia albedo non est apta nata immutare visum, nisi ipsa sit quanta econuerso autem qualitas extensa nata est immutare spiritum coniunctum in virtute tamen qualitatis spiritualis, sicut fantasma in virtute intellectus agentis, sicut probatũ fuit lib. 1. dist. 27. de causalitate verbi, & di. 6. de intellectu agẽte. 17 SECVNDO, quia visus non est natus immutari à quali, non quãto econuerso autem spiritus cõiunctus natus est immutari à quanto coniuncto, vt vbi suprà Propter hoc est in anima vnitur corpori, vt perficiatur. Vnde sicut sensibilia mediante corpori coniuncto immutant animã ad sciendam, & virtutes propter quod dicunt phy. scientiam nostram causari à rebus in virtute tamen intellectus agentis, qui est omnia facere, quæ possibile est fieri naturaliter: sic sensibilia eodẽ corpore coniuncto mediante immutant animam ad formam supernaturalem, in virtute tamen Dei, qui est omnia facere supernaturaliter.

Eius solutio.

18 TERTIA ratio est, qa virtus corporea, licet formam, ad quam disponit introducat in instanti, vel si ab alio introducatur, disponit tamen in tẽpore non in instanti, sicut calor alterat quidẽ in tẽpore, licet generet in instanti, sed character ita subito introduci, sicut gratia, qui est dispositio ad cã igitur non fit à corpore, sicut nec illa. Et cõcludit ista ratio, ꝙ si aliquid aliud faceret in anima, ꝙ illud non esset dispositio ad gratiam.

Agens qñq; in instanti, qñq; verò in tẽpore disponit.

19 SECVNDA verò ratio cõcludebat, ꝙ nihil penitus facere posset in anima. 20 SOLVTIO tunc solùm corpus disponit in tẽpore, quando inuenit dispositionem in subiecto positiuam contrariam formalem non solum virtualem. Aliàs disponit in instanti, sicut Sol disponit in instãti per lucem aerem ad calorem, quia tenebra præexistens est pura priuatio. Et dicunt aliqui, quòd habens habitum appetitiuum, vel intellectiuum per actum quẽlibet contrarium disponitur subito ad contrarium habitum, sic quod simul sunt vtriq; habitus in gradibus remissis, & quocunq; actu primus remittitur, secundus intenditur quousq; primus, si fit corruptus, quia non est inter eos contrarietas formalis, sicut inter album, & nigrum, quemadmodum nec inter visionem albi, & nigri: sed solùm virtualis, quia ad contrarium nata sunt inclinare. ideo possunt simul stare, sicut in ferro grauitas inclinatiua deorsum, & qualitas impressa à magnete superposito inclinatiua sursum. Sed quicquid sit de hoc saltẽ habitus infusus simul stat cum habitu acquisito contrario, quia non est contrarius formaliter, quia differunt genere, sed solùm virtualiter. Vnde manente habitu vitioso intemperantiæ subito per liberum arbitrium homo ad gratiam disponitur, & subitò temperantia supernaturalis infunditur. Ita & suscipiens sacramentum, si habet peccatum solum, quo ad maculam, quæ est pura priuatio in instanti recipit dispositionem ad gratiam, sicut aer lucem. Si autem habet habitum peccati acquisitum, adhuc ille non est contrarius. nisi virtualiter. Vnde cum illo potest recipi dispositio ad gratiam, sicut sine illo, & per consequens in instanti. 21 Sed a opinio est Tho. & habet tres cõclusiones. Quarũ prima est, ꝙ non sunt sic causa gratiæ, quòd

Habitus infusus, & acquisit' opponuntur solũ virtualiter, & nõ formaliter.

quòd attingãt ad ipsam essentiam gratiæ producendã. Secunda, quòd attingunt ad dispositionem, quæ est character, vel ornatus. Tertia, quòd per virtutem inhærentem. Circa quas sic proceditur, quia primo ponetur prima conclusio: & confirmabitur tribus rationibus, & arguetur cõtra eam tripliciter, & soluetur, secundo eodem modo ponetur, confirmabitur, & impugnabitur secũda conclusio, tertio eisdem modis deducetur, tertia conclusio.

Prima conclusio, ꝙ sacra nõ attingunt immediatè ad gratiæ productionem.

21 PRIMA ergo cõclusio est, ꝙ non attingunt immediatè ad productionem gratiæ propter tria. Primò, quia Aug. dicit lib. 83. q. 53. Quædam est Deus faciẽs per seipsum: quę illo solo digna sunt, ciq; soli conueniunt, sicuti illuminare animas, sed suprema illuminatio, quæ est in hac vita, est per gratiã, & charitatẽ, sine quibus hõ est intenebris. 1. Io. ergo &c. 22 Et confirmatur ratione sic: quia aliàs gratia non esset gratia. Nam sicut dicitur & benè: effectus necessarius, vel contingens accipitur per comparationẽ ad causam propinquam, & immediatam, non remotam: etiã si illa non sit principalis, sed instrumentalis. Sicut dicitur vnum cœlum moueri ab alio necessario, quanuis non moueat nisi motum ab angelo mouente contingenter, & liberè, quia mouet per suum motum, qui est motus necessario ágens: sic in proposito: si gratia immediatè causaretur à sacramento, licet per virtutem à Deo sibi gratis collatam: quia tamen illa virtus necessario ageret. ergo gratia non gratis, nec libere: sed necessario daretur.

23 SECVNDO, quia creatori debetur adoratio latriæ ratione creationis, sed creaturæ non debetur latria: igitur ipsa non est creatiua: quod tamen esset si sacramentu produceret gratiã, quæ non ꝓducit, nisi per creationem. Si dicatur, quòd latria debetur soli creatori principaliter, non autem instrumentaliter. Contra, quia quicquid sit de potentia Dei, tamen de facto esse, vt communiter tenetur virtus creandi etiam instrumentaliter non est communicata creaturæ: sed secundum omnes gratia non producitur, nisi per creationem. ergo ipsa non producitur à sacramento, quod est creatura.

25 TERTIO, quia Christus secundùm, quòd homo per potestatem excellentiæ de qua dicitur. Hic est qui baptizat, potest conferre effectum sacramenti sine sacramento: sed secundùm quòd homo non potest conferre gratiam, quia non potest dare spiritum. s. ergo gratia non est effectus sacramenti: sic quod ab illo essentialiter producatur, imo sicut Christus dicens paralitico: Remittuntur tibi peccata tua. per hæc verba causauit in ipso dispositionẽ ad gratiam, quàm non habebat, quęrens magis salutem corporis, quàm animæ, sed per Dei tatem causauit gratiam, per quam formaliter peccatum dimisit, & sic filius hominis habet potestatem in terra dimittend. &c. sic per absolutionem sacerdotis disponitur confitens, & à Deo gratia infunditur. 26 Secundum hoc intelligendæ sunt authoritates, quæ dicũt sacramenta causare gratiam, scilicet dispositiuè: sicut homo est causa hominis disponendo, & secundùm quòd dicimus, quòd humanitas Christi viuificat animas, vel aliquid huiusmodi, nisi quod humanitas Christi non solũ dispositiuè, vt sacramẽta, sed etiam meritoriè est causa gratiæ. 27 CONTRA hoc arguitur tripliciter. Primò quia illa, quæ sunt æqualiter in potentia passiua, & actiua æqualiter inde educuntur, seu per creationem, vt virtutes infusæ, & dona, siue per generationẽ, vt formæ corporales, licet vna sit pfectior altera: sed gratia, & character sunt huiusmodi, quia neutrum est in potentia actiua naturæ, nec per consequens in potentia passiua materiæ. ergo æqualiter causantur, vel generantur, & æqualiter possunt à creatura produci, vel non produci. 28 SOLVTIO. dicẽdum, quòd quantùm ad potentiam passiuam maior est vera, & minor est falsa: quia dissimiliter sunt in potentia passiua: quia sicut in potentia passiua naturali simpliciter aliquid præexistit aliquid respectu primi cœli: quod potest produci à cœlo in virtute Dei, sicut anima corruptibilis, & aliquid in sola potentia materiæ obedienti: quod non potest produci aliqualiter, nisi à sola virtute Dei, sicut anima rationalis, sic aliquid simpliciter est in potentia naturali animæ: vt quę naturaliter acquiruntur.

Aliquid verò totaliter simpliciter in sola potentia obedientiali: sicut illa, quæ à solo Deo recipit: sicut gratia, & gloria, quæ debentur propriè creari, vel concreari: alia modo medio, quæ possunt produci à natura virtute Dei supernaturaliter collata, vt character, & ornatus, vt processus gratiæ respondeat processui naturæ: quo supremum est à Deo solo principaliter: infimum autem à natura principaliter, & instrumẽtaliter: medium à natura instrumentaliter, & à Deo principaliter.

Quãtùm ad triplex potẽtia passiua triplex dicendum.

29 Quantùm ad aliam partem de potentia actiua dicendum, quòd maior est vera de his, quæ sunt æqualiter in potentia principali, & instrumentali non de altera tantùm. Minor autem sub hoc sensu est falsa, quia licet gratia, & character sint æqualiter extra potentiam principalem creaturæ, non tamen supra potentiam instrumentalem. 30 Et ratio huius est, quia quod non excedit limites creaturæ, potest communicari creaturæ, & quod competit vni creaturæ per naturam principaliter, si communicetur alteri instrumentaliter non dicitur creari: sed vel naturaliter produci: si ordo naturæ hoc commiserit, sicut producere animam vegetatiuam, & sensitiuam competit naturaliter, & principaliter plantæ, & animali: quia est secundum suam speciem. Vnde quia communicatum est cœlo sine planta, & sine animali quasdam animas huiusmodi producere inquãtum semen Dei est in natura non propter hoc animæ illæ creantur, quanuis sine semine producantur. Illud autem, quod excedit limites creaturæ, nec competit alicui creaturæ naturaliter, & principaliter, nec in se, nec in suo simili non est ei communicabile, etiam instrumẽtaliter. Vnde cùm producere gratiam sic excedat limites creaturæ: vt nulli competat per naturam principaliter, nec in se, nec in simili, vel maiori: nulli etiam est communicabile, vel saltem nulli est communicatum etiam instrumentaliter. Econtrario autem cum libero arbitrio competat principaliter se ad gratiam disponere, & facere illud, quod est immediata dispositio ad gratiam: si dispositionem ad gratiam facere committatur sacramento instrumentaliter, nec hoc erit creare, nec hoc erit creaturam extra limites suos ponere, verum est quod in hoc est dissimile, quia anima, quæ per putrefactionem generatur à cœlo est eiusdem rationis: cùm illa, quę per semen generatur à particulari agente quandoq;: quanuis aliqui dixerint oppositum. Dispositio autem, quæ est character non est aliquid vnius rationis per essentiam cum dispositione, quæ est actus liberi arbitrij: quanuis sit vnius rationis per efficaciam, etiam si sit alia gratia in sacramẽtis ab illa, quæ est in virtutibus, & donis, quia character, & ornatus sacramentalis principaliter disponunt ad gratiam gratum faciẽtem, quæ est vna in omnibus. Sed nec illa dissimilitudo obstat: quia etiam sunt animæ aliquæ imperfectæ, quæ à solo cœlo producuntur: sed non creantur, quia nobilior ab animato producuntur. Et sic etiam est in propositio si dispositio, quæ est per liberum arbitrium

Quo productio characteris, qua ornatus cõmunicatur creaturæ.

est nobilior, quàm illa, quæ est per sacramentum, & efficacior. Tunc enim si dispositio nobilior competit per naturam principaliter vni creaturæ: alia, quæ est inferior, poterit instrumẽtaliter alij creaturæ inferiori communicari. Si autem dispositio sacramẽtalis est nobilior, quàm actualis liberi arbitrij adhuc sequitur idem: sicut consequenter probabitur. 31 Præterea, quod est supernaturale secundum genus suum, totum illud creatur: nec eius productio aliquo modo creaturæ communicatur: sed quod non est supernaturale secundum genus suum, licet secundum esse speciei sit supernaturale, potest quidem communicari creaturæ producendum saltẽ instrumentaliter, sicut aliqui dicunt, quod charitas, quæ secundum totum genus suum est supernaturalis, & gratia, non possunt produci virtute creata: sed diligere Deum super omnia est naturale secundum genus suum, diligere autem meritoriè super naturale secundum speciem suam, siue quo ad efficaciam, siue quo ad substantiam: vt quidam dicunt: tamen hoc potest creatura per virtutem Dei: vel manentem, sicut charitas, vel in motu, sicut Magister dicit. 32 Ex his igitur patet id, quod ex natura sui generis principaliter competit alicui creaturæ, potest supernaturaliter communicari, alij etiam inferiori instrumentaliter, vel idem specie, sicut cœlum in virtute Dei producit animam perfectam corporalem, quam animal perfectum producit ex natura, vel differentem specie, siue excellentiorem, vt in exemplo dictum est de dilectione meritoria: vel inferioris speciei sicut cœlum in virtute Dei animam animalis imperfecti, quod generare non potest natura, nisi per putrefactionem. Et huius ratio est, quia sicut videmus in naturalibus, quòd aliquis effectus est in virtute vnius causæ naturaliter vniuocè, qui tamen est in virtute superioris æquiuocè, sicut calefacere est à calore vniuocè, & à Sole æquiuocè: non vtiq; nisi ordinatione Dei, sic nulla contradictio apparet, si illud, quod vna creatura habet naturaliter, & est perfectionis virtute Dei, detur alteri creaturæ supernaturaliter: ppter quod cùm Christus dicat: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: nullum inconueniens videtur, si omnem potentiam alteratiuam: quam habet corpus: quodcunq; habuerit corpus Christi: vt sic tactu suo curaret omnem morbum: quem herba, vel gemma curaret suo tactu: & fimbrijs vestis eius, aut vmbræ Petri: hæc virtus potuit communicari, si eam aliqua vmbra habuerit, vel corpus. Vnde de Christo dicitur: Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et sic verificatur verbum Greg. secundo dialogorum dicentis, quod sancti viri aliorum miracula exhibent potestate faciunt. Et similiter anima Christi omnem virtutem motiuam cœli, & corporis, supernaturaliter habuit, quam habet quicunq; angelus naturaliter.

33 Item si illam virtutem, quam habet vna creatura naturaliter potest alia à Deo obtinere supernaturaliter multò magis aliam minus perfectam. Vnde cùm liberum arbitrium ex natura sua se possit disponere ad gratiam perfectius, & nobilius, quàm sit illa dispositio, quæ datur cum sacramento: siue sit ab eo, siue non, propter quod nobilius proprio motu dicitur adultus saluari per dispositionem à se factam, quàm paruulus per dispositionem à se susceptã. ergo sic disponere potest communicari sacramento, cùm melius disponere sit naturale libero arbitrio: imò etiam si dispositio habitualis sacramenti esset nobilior, quàm actualis liberi arbitrij propter hoc, quòd ipsa manet, alia non adhuc ex similitudine generum supradicta illa potest communicari, sicut de dilectione meritoria dicitur, quæ nobilior est. Sed simpliciter loquendo dispositio liberi arbitrij est melior: quia illa posita non potest esse obex ad gratiam, sicut potest esse cum charactere. Forma autem, quæ est dispositio, & cuius à natura finis est disponere, tanto simpliciter melior est quanto dispositio efficacior, & infalibilior.

Aliquid est supernaturale dupliciter.

Corpus Christi habuit omnẽ vim curatiuam, quę potest inesse cuilibet alteri corpori.

Dispositio quę est ex libe. ar. est melior, quàm illa, quę est ex sacramento.

Secunda obiectio.

34 SECVNDO principaliter arguitur contra primam conclusionem sic. Contraria nata sunt fieri circa idem, & pari uirtute causari: vnde si vnum contrariorũ est in virtute passiua, vel actiua naturæ, & reliquum: sed homo per semen transfundit dispositionem nõ solũ ad peccatum sicut homo malę complexionis, & pronæ ad peccatum quandoq; generat filium consimiliter pronum, & ad idem peccatum: sed etiam transfundit ipsum peccatum originale. ergo minister per sacramentum non solùm transfundit dispositionem ad gratiam, sed etiam ipsam gratiã. 35 SOLVTIO, homo potest ex se esse Deo ingratus per peccatũ, quod completè, & perfectè potest perpetrare, & non solùm ad ingratitudinem, seu ad peccatum se disponere, sed non potest ex se Deo gratus esse, sed tantùm potest ad gratiam se disponere. Vnde potest transfundere originale, quod est culpa, & dispositio ad culpam, non autem gratiam, sed tantùm dispositionem ad eam. 36 Tertiò arguitur sic. Carentia subiecti non impedit, cùm gratia non subsistat, nec distantia terminorum, cùm tantùm differant gratia, & priuatio eius, quantùm lux, & tenebra, nec plus, nec modus producendi: cùm sit vera mutatio, nec dignitas formæ, cùm virtus instrumentalis producat dignius se, vt virtus cœli, animam bouis. ergo &c. 37 SOLVTIO. Carentia subiecti non est in anima rationali actu, quæ creando infunditur; quæ tamen actu creatur, & non est ibi vera mutatio, sicut in generatione, sed est ibi tantùm distantia terminorum, & dignitas formæ: quia naturalis eius productio excedit omnem virtutem naturæ: vnde nec alicui communicata est eius productio supernaturaliter, & similè est de gratia. Secus autem est de luce, quæ non tantùm distat à tenebra respectu subiecti quantùm gratia à priuatione sua respectu animæ, quia Deus plus distat ab anima, quàm luminosum ab illuminabili: quia in infinitum. Et cùm passionem non recipiat perfectiorem, nisi mediante actiuo, tantùm quodammodo distat à receptibili quatũ à producto, & plus. ideo &c. 38 Secunda conclusio est, quòd sacramenta attingunt ad productionem dispositionis ad gratiam, quæ est character, vel ornatus, & pari ratione ad gratiam sacramentalem, si differat ab alia gratia, & hoc ppter tria. 39 Primo, quia sicut per quæ peccat quis: per hæc, & torquetur, sic quia homo peccat per sensibilia, torquetur per sensibilia in inferno, & humiliatur, vt per illa iustificetur pœnitens in mundo: sed sensibilia fuerũt causa peccati non solùm sine qua non, sed instrumentaliter: quia vidit mulier lignum, quod esset pulchrum visu, & suaue &c, ita quod fructus visus mouit sensum, & per illum intellectum, & cùm hoc appetitum, qui est mouens motum ab appetibili, licet in virtute intellectus agentis, vt dicitur tertio de Anima. ergo & in iustificatione ipsa sensibilia actiuè se habent, licet in virtute Dei. 40 Secundò, quia non fuit alius modus reparationis nostræ miseriæ conuenientior, quàm ille, quo Deus vtitur ad iustificationem nostram: sed homo aptus natus est mediantibus sensibus ab ipsis sensibilibus acquirere perfectionem: ita, vt ab illis perficiatur scientia, & virtutibus mediante corpore coniuncto actiuè, sed non principaliter, sed in virtute intellectus agentis, vt saepe dictum est. ergo sic debet acquirere perfectiones supernaturales, vt p sensibilia ad illas disponat. Vnde & fides q est virtus theologica infusa est ex auditu: inquantũ audiendo

Eius solutio

Cur pductio animæ, & gratiæ excedit omnẽ virtutem.

Secũda cõclusio.

Triplici ratiõe probat q sacramentũ effectiuè attingat dispositionẽ ad gratiã, & gratiam sacramẽtalem.

diendo homo disponitur, vt ei fides infundatur, ad quã dispositionem illa sensatio agit: quanuis illa sit actus liberi arbitrij. Ista autem non: quæ est in sacramentis: sed sit habitus quidam. 40 Tertio, quia cùm gratia non detur secundum legem communem, nisi disposito, oportet, qnòd recepturus gratiam, vel disponat se per liberum arbitrium, vel disponatur ab alio: sed paruulus non disponit se. ergo disponitur à sacramento.

Tertia.

Sacramenta ve. le. solũ iustificabãt ex opere operante.

41 Item in sacramentis nouæ legis, in quibus datur gratia, nisi homo ponat obicem: non per se requiritur, quod homo se disponat: sed solùm quòd se non opponat. ergo per ipsum sacramentum disponitur. Et sic est probabile in omni sacramento nouæ legis, quòd iustificat ex opere operato, & quòd conferat dispositionem ad gratiam. In sacramentis autem veteris legis non solùm promittebatur gratia: sed dabatur in illis à Deo, sed requirebatur dispositio, quam sacramenta non faciebant, nisi circuncisio: sed ipsemet suscipiens. Vnde iustificabant ex opere operante, non ex opere operato. Cùm igitur ista iustificent ex opere operato: sicut illa ex opere operante: sicut opus operans ibi formaliter causabat dispositionem, vt ita hîc opus operatum, vt sicut ibi homo suscipiens sacramentum, se disponebat ad gratiam, sic nunc ipsa susceptio sacramenti, vel sacramentum susceptum ipsum disponit. Et tamen differentia inter hanc dispositionem, & illam: sicut inter actum, & habitum, quantùm ad hoc, quod illa transit, hęc manet: & ista etiam inclinat ad illam, sicut habitus ad actum. Ista etiam potest esse immediata dispositio in illo, qui non habet vsum liberi arbitrij: & est in illo, qui habet ista dispositio per se: illa solùm per accidens ad remouendum prohibens. Nec iste habitus causatur ab actibus, ad quod disponit: sicut nec habitus infusus. Et si dicatur, quòd opus operatum est quædam

Euasionis confutatio

dispositio: sed non est opus operatum à sacramento: sed à Deo in sacramento, vel cum sacramento: sicut & gratia ipsa, & in hoc erit præeminentia, quòd in sacramentis illis nec à Deo, nec à sacramento: sed à suscipiente fiebat dispositio: vnde non magis iustificabant, quàm alia opera virtutum, imò minus effectiuè: quia non erant bona ex genere, sicut moralia: sed solùm per obedientiam erant actus latriæ: sed solùm significatiuè magis iustificabant: quia significabant magis Christum, & alias causas iustificationis, quàm alia in lege consulta, vel præcepta: quia ad hoc principaliter erant cerimonialia: non sic autem moralia, sed propter se in sacramentis verò nouæ legis à Deo disponitur homo,

Si iniquam ita dicatur, istud non valet: quia sacramenta nouæ legis ꝑminent in iustificando omnibus antiquis. Sed sacramentum, quo originale in mulieribus delebatur, in lege, & ante circuncisionem in masculis non poterat aliquid causare in eis: quia ab eis non suscipiebatur: quia fides parentum, vel oblatio facta pro eis ipsos non contingebat. Et secundum illos, qui sunt contrariæ opinionis certum est, quòd per illa nihil agebatur à sacramentis. Oportebat autem paruulam, vel paruulum, in quibus non erat vsus liberi arbitrij, & erat dispositio, ad gratiam disponi à sacramento, vel à Deo: sed non à sacramento, ergo à Deo. ergo nihil plus habet sacramentum nouæ legis, si in eo solus Deus disponit, & gratiam infundit: a sacramentis veteris legis, & ante legem contra originale præter circuncisionem: in quibus similiter Deus vtrunq, faciebat, quod est absurdum. Quare relinquitur: quod sacramenta nouæ legis saltem alterum faciant: sed non causant gratiam. ergo causant dispositionem ad eam. 42 Sed con-

Triplex obiectio cõ-

tra istam conclusionem arguitur tripliciter. primò quia virtus in sacramentis agens de necessitate naturæ æqualiter agit characterizando, disponendo in voluntarium & in non voluntarium: in dormientem, & vigilantem: sicut ferrum candẽs adhibitum vtriusq;, vel cauterium æqualiter imprimit suã figuram, sed hoc est falsum. ergo &c. 43 Dicendum, quod virtus sacramentalis agit de necessitate naturæ: sed volens, & nolens: vigilans, & dormiens non sunt æqualiter dispositi respectu illius actionis: quæ licet sit necessaria quo ad instrumentum: est tamen voluntaria quo ad principale agens. Vnde quia Deus non vult characterem imprimi nolenti, sicut volenti: quia non vult hominem cogere. ideo non est æqualiter dispositus. Et præterea, sicut ignis non calefacit æqualiter calefactibile: quãdo Deus non vult, quanuis agat de necessitate naturæ, sic nec sacramentum, cum sacramenta non habeant virtutem, nisi quando Deus eam dat eis, quod non est nisi concurrentibus illis, quæ sunt dessentia sacramenti. vnde sicut deficiente intentione dandi ex parte ministri, qui vult ludere, non est ibi virtus, sic deficiente intentione susceptiui, qui non vult suscipere nec per se, nec per alium, qui ipsum representat, non est ibi virtus: quia nec est sacramentum. Secus autem est de cauterio ignito, in quo est virtus: sed si esset refrigeratum, tunc esset simile. Et quod dicitur, quòd velle non dispositi, nec nolle impedit, verum est respectu effectus sacramenti: sed bene impedit respectu ipsius sacramenti. Siue enim velit characterizari, siue nolit: dum tamen velit suscipere id, quod ecclesia vult dare, sequetur effectus: sed si nolit illud recipere, nec istud recipiet: nec per consequens effectum. 44 SECVNDO principaliter arguitur contra eandem conclusionem, sic instrumentum non agit in virtute principalis agentis, nisi exercendo suam actionem propriam: sed anima non est susceptiua vnctionis, vel ablutionis. ergo &c. 45 Si dicatur, quòd circa totũ exercet eam, in partem aliam non valet: quia hoc est verum de parte, prout est pars, & non aliter. vnde ignis cõburens hominem attingit animam inquantum est forma separans eam per mortem: & potentias organicas per accidens corrumpit: sed non attingit eam secundum essentiam, vt ipsam corrumpat: nec secundum aliquam potentiã abstractam. ergo cùm character in essentia, vel in potentia abstracta recipiatur, hoc non est per sacramentum, quod corporaliter non attingit nisi cõpositum. 46 SOLVTIO: dicendũ, quòd imo corpus, quod exterius attingit compositum agit eo mediante etiam in partem separatam actionem, quam sequitur passio: quæ est salus, & perfectio: quia intellectus intelligit corpus per tactum sensatum: & voluntas dolet, vel gaudet. Sed actionem, cuius passio sit, quæ magis facta abiiciat à substantia non: tum quia anima illius capax non est: tum quia anima vnitur corpori propter sui perfectionẽ, & non propter sui corruptionem. Et similiter sacramentum per corpus, quod attingit, agit intellectũ characterem, qui est salus, & perfectio, non aliquid aliud. 47 TERTIO arguitur principaliter contra eandem conclusionem, sic: Corpus non agit in illud, quod non tangit, sed verum matrimoniũ contrahitur inter absentes per nuncios, vel per epistolam, vbi non potest esse contactus. ergo saltẽ sacramentũ matrimonij tunc nihil agit in cõtrahentibus. 48 SOLVTIO, dicendum quòd in baptismo, & confirmatione, & vnctione, & ordine, nisi esset contactus verus, non esset sacramentum. In matrimonio autem nisi esset auditus verborum, vel visus nutuum, nec esset mutua intellectio, nec mutuus consensus, & per consequens nihil esset actum, nec in

Prima.

Solutio.

Secunda.

Tertia.

Solutio multiplex

pœnitentia secundum quosdam, nisi esset auditus absolutionis. Et in eucharistia posset dici similiter: quod nisi sonus perueniret ad quemlibet hostiam non consecraret. Nec obstat si sint multæ vna super aliam, quia quæcunq; in aere se contingunt aer medius est, per quē faciliter sonus spiritualiter diffunditur. Sed quia surdus potest absolui, & potest matrimonium contrahere, & similiter cæcus. Ideo aliter, & melius est dicendum, quod licet naturaliter, quod non tangit, non agat tamen supernaturaliter, & in virtute Dei, qui contulit spiritibus per naturam agere sine tactu molis: potest hoc dari corporibus à Deo per gratiam.

In sacramentis sufficit cō tactus spiritualis.

Corpus potest agere in distans sine medio.

49 Posset etiam Deus conseruare lumen Solis in Luna annullato lumine medio, & nihilominus esset illud lumen à Sole, & non esset per medium. Et sic mediatè ageret, quod immediatè non tangeret, quanuis dubium sit, vtrum tunc conseruaretur à Sole. Sed sicut Deus potest agere sine omni medio, sic potest agere mediatè, vno medio subtracto, sicut ergo potest lucem conseruare in Luna sine alio lumine, ita mediatè solo lumine Solis, videtur etiam quòd posset Deus facere, quòd ignis combureret stupam distantem in vacuo.

50 Et præterea si tactus requiritur hoc est magis signum, quòd sacramenta agant, quàm quòd sint solùm signa, & causa, sine qua non ex pactione: quia merellus, qui ex pacto est signum, & causa, sine qua non habendi prandium potest recipi per se, vel per alium, vel cum cirotheca: sine hoc, quòd tangatur manu nuda, & pater recipit pro se, & filio. Sic igitur mater baptizabitur pro se, & filio, maximè quem gestat in vtero, nec oportebit, quòd tangatur ab aqua. Et cum larua, & veste poterit baptizari sine hoc, quod attingatur caro. Et si homo sic consequitur gratiam per sacramentum: sicut clericus de præbenda inuestitus per librum, & non aliter: tunc poterit per procuratorem baptizari, confirmari, inungi, & huiusmodi, sicut potest de præbenda inuestiri. Contra quod dicit Augustinus, quæ est ista vis aquæ: vt corpus tangat, & cor abluat? Nisi ergo tangeretur corpus non abluetur spiritus. Et ideo in contactu materiæ, & suscipientes in baptismo confirmatione, vnctione, & ordine, & in vsu eucharistiæ, quia suscipere sacramentaliter eucharistiam est non solùm tangere sed gustare, & manducare in his est euidens contactus tamen materia eucharistiæ non oportet, quòd tangatur à conficiente: quia inquantū huiusmodi non est suscipiens, sed est efficiens sacramentum, sed oportet quòd contingatur à verbo, id est, ab aere subiecto soni si ibi debet aliquid agere: sed si ibi nihil ageret, sed Deus: totum adhuc haberetur propositum, quia sufficit, quòd sacramentum agat dispositionem in suscipiente ad gratiam, quod faciunt species susceptæ. Sed tunc non esset adhuc virtus in forma: sed tantùm in materia, si verba nihil agerent ad conuersionem. Vnde melius dicitur, quod verba ad hostiam attingunt: & ad conuersionem disponunt. In confessione verò non oportet, quòd sit contactus materiæ si materia est confessio, quæ est magis in agendo, quàm in patiendo: sed si materia est peccator: ipse attingitur verbis absolutionis: vt infra dicetur. In matrimonio autem, vbi materia sunt contrahentes: nullus contactus requiritur.

Sed in omni sacramento requiritur per se contactus formæ: puta, quòd sonus verborum veniat vsq; ad suscipientem: quando consistit in vsu, vel vsq; ad materiam, quando in consecratione materiæ. Sed non requiritur, quòd suscipiens sacramentum intelligat verba: cùm aliquando sit paruulus, vel laicus, nec etiam quòd audiat sonum, cùm aliquando sit surdus: quia non ex opere operante suscipientis: sed ex opere operato à se, & à Deo, & à passione suscipientis operantur verba ipsa absolutionis. Vnde in sacramento altaris vi verborum fit conuersio dispositiuè ipsius panis & vini: in quibus non est auditus, nec intellectus. Quando igitur puer baptizatur, sicut aqua secundum naturalem virtutem, affligit eum, si est nimis frigida. Vel delectat, si est tepida, & fortè vsque ad voluntatem peruenit hęc passio ex quadam intellectione confusa, sic posset imaginari, quòd mediante tali intellectione confusa, transfunderetur character à sono verborum mediante intellectione, vel specie sine intellectione.

In omni sacramento requiritur cōtactus formæ.

Hoc tamen non per se requiritur, sed accidit: quia sicut Sol non illuminat, sed tātùm calefacit illud, quod est calefactibilie, & non illuminabile: vt profundæ terræ, quod quidem non illuminat, sed solùm superficiem terræ ipsius: sic in aqua, & aere subiecto verborum est virtus: quā si suum subiectum sentiatur mediante illa sensatione operatur. Si autem non sentiatur, nihilominus operatur. Non enim, quia sentitur à suscipiente: ideo operatur, sed quia à Deo applicatur, In matrimonio autem, quod inter absentes contrahitur ipsa verba nuncij audiuntur, vel literæ leguntur: & sic aliquis contactus sensuum inuenitur. Si tamen sacramentum modo ordinato à Deo ministratur, & desit contactus materiæ, vel formæ: verum sit, quòd corporale non possit agere etiam Dei virtute, si tangat: tunc Deus ex pactione illud supplet, sicut quando apostoli duo, vel tria milia simul baptizabant. Tunc enim fortè non quilibet aquis est tactus. ergo cùm dicitur: Nisi quis natus fuerit ex aqua, & Spiritu &c. posset intelligi ex aere, qui dicitur spiritus, quia aer est subiectum formæ, quæ attingit baptizatum, sicut aqua, nisi quòd in quibusdam libris additur ex aqua, & Spiritu sancto, quanuis posit intelligi sancto, quia est subiectum verbi sanctificantis. Sed longè est hoc ab expositione sanctorum. Ideo illa expositio nullo modo est tenenda. 51 Tertia conclusio est, quòd sacramenta habent hunc effectum per virtutem inhærentē, quod patet tripliciter. Primò quia non minus potest corpus, vt instrumentum diuinæ misericordiæ, quàm vt instrumentum diuinæ iustitiæ: sed ignis purgatorij, vel inferni propter hoc habet vim affligendi spiritum, quod est instrumentum diuinæ iustitiæ, ergo sacramentum habet vim instituendi: quia est instrumentum diuinæ misericordiæ. 52 Nec valet solutio distinguens de actione immissiua, & detentiua, quòd scilicet corpus potest agere in spiritum detinendo, & nō immittēdo, qa sicut est supra naturā corporis aliqd immittere in spiritū: sic spiritū detinere, & plus qa in immittendo corpus præualet spiritui creato, quia omne corpus habet virtutem aliquam immissiuam alicuius formæ: realis, spiritus autem nullam. Sed in mouendo localiter, vel in detinendo in loco spiritus præualet corpori: quod sibi obedit ad nutum in motu, & quiete. Nec est contra naturam spiritus recipere, sicut detineri inuitum in loco. Si igitur corpus inquantum est instrumentum diuinæ iustitiæ, potest spiritum detinere in loco, multò magis inquantum est instrumentum diuinæ misericordiæ potest in spiritum immittere. 53 Item potest dici, quod & si corpus separatum nihil immittit in spiritum nihilominus corpus coniunctum secundū esse immittere potest: sicut ecōuerso spiritus separarus non immittit formam, nec immediate mouet ad formam spiritus dico creatus. Ad nullam enim volitionem angeli, sequitur immediatè calefactio, aut affectio, vel passio quæcunq; in corpore humano, sine motu locali. Spiritus autem coniunctus corpori immittit formam,

Deus aliquā do supplet contactū in sacramētis.

Tertia conclusio.

Tripliciter probat q̄ sacramēta virtute sibi inhærente sanctificant.

Primò.

Duplex actio immissiua, & detentiua.

Spūs separatus non immediatè mouet ad formam.

formam: quia ad solam volitionem animæ coniunctæ sine omnimotu locali sequitur affectio, passio alteratio, in appetitu sensitiuo. ergo similiter econuerso: maximè, quia totus homo, qui est ꝑstantior qualibet sui parte mouet vnam per aliam. Et sic mouens principale est nobilius moto. Non oportet autē de instrumentali: sicut animal per potentiā generatiuā generat potentiam sensitiuā, q̄ nobilior est. 54 Si autē dicatur, q̄ potētia actiua, secūdū q̄ huiusmodi est nobilior passiua: dicendū, quod est benè verū: licet non simpliciter, & semper, qa sensus exterior secūdū q̄ habet actu especiē: quam interior habet tñ in potētia est nobilior: & sic mouet. Et si militer potentia calefactiua respectu tactus est actiua, & ignobilior simpliciter: sed nobilior secundū quid: qa habet virtute: quod illud, potētia. Et tunc dicam, quòd corpus mouetur à sacramento secundum qualitatem corporalem, quam habet in potentia: & sensus, seu sensibile in virtute naturali intellectus agentis mouet intellectum ad speciem, in virtute autem supernaturali sacramentali mouet ad characterem, vel ornatum: intellectus autem agens est nobilior omni potentia animæ secundum cōmunem opinionem. 55 Item cùm vnus spiritus agat in alium saltem illuminando: potest cōmunicari corpori supernaturaliter, quòd agat in spiritum, vt videtur: ita quòd afflictio, & dolor, qui est in damnatis positiuè: sit effectiuè, licet instrumentaliter, & supernaturaliter ab igne. 56 Item cùm ignis sit natus causare dolorem in spiritu coniuncto: licet medi ante corpore potest ei Deus conferre, vt sine tali medio agat: quia in virtute Dei non minus potest, quam poterat in virtutem intellectus agentis. Et in virtute Dei potest sine corpore medio, quod de se non poterat sine illo: & sic in inferno est immissio: & non solū detentio.

Potentia actiua secūdū quòd huiusmodi est nobilior passiua.

Secunda ratio, Iustitia originalis erat dispositio ad gratiā

57 Secundò, quia non minus potest secundus Adam per regenerationem, quàm primus per carnalem generationem: sed ille transfundisset originalem iustitiam, quæ erat dispositio ad gratiam per virtutem seminis. ergo hîc est talis virtus in sacramentis dispositiua: quia sunt sacramenta gratiæ, & regeneratiua in spem viuam. 58 Nec valet solutio dicentium, quòd solùm transfusum fuisset illud, quod erat ex parte corporis: quia secundum eos tota ecclesia originalis iustitiæ transfusa fuisset ab homnine, & per hominem. Et tamen licet subiectio virium inferiorū ad superiores esset corporalis subiectiuè: erat tamen supernaturalis. Non autem ex hoc, quod aliquid est spirituale supergreditur virtutem creaturæ: cùm quicquid est intellectu, & voluntate: siue sit habitus, siue actus sit spirituale: quorum tamen omnia naturalia producuntur virtute naturę. Sed ex hoc, quòd est supernaturale, siue sit corporale, siue spirituale supergreditur virtutem naturæ: sicut ipsum nomen sonat: sicut gloria corporalis non potest esse in creatura virtute naturæ: nisi forte instrumentaliter à gloria animæ redundet gloria corporis, vt corpus perficiatur ab anima in esse supernaturali per eius supernaturalitatem: sicut perficitur ab animæ natura in esse naturali: secundum quem modum aliqui dicunt virtutes fluere à gratia, sicut potentias ab anima. 59 Si igitur iustitia originalis, non obstante natura, supernaturaliter potuit à corpore transfundi pari ratione character. Si autem consideremus dominium, & virtutem virium superiorum animę, quæ sic subiiciebant sibi inferiores dispositiuè, quòd rebellare non possent: illud erat quidem spirituale subiectiuè, & supernaturale: & tamen transfusum fuisset ab anima in animam mediantibus corporibus: ita & hîc ab anima baptizantis, ordinantis, & confirmantis mediāte sacramento transfunditur character in in animā baptizati, confirmati, & ordinati, nisi quòd ibi erat causa vniuoca, hîc potest esse æquiuoca: vt quando non baptizatus baptizat: vel impœnites absoluit pœnitentem: vel non inunctus inungit morientem. Quia enim subiecto corporalis ad animam naturalis est: licet non in tanta perfectione: ideo potest communicari eius productio rei naturali. Et similiter quia dispositio ad gratiam est naturalis: licet non talis eius productio potest communicari, & est communicata in reparatione grę: sicut illa erat in statu naturæ non lapsę: quia illa originalis iustitia ita erat dispositio necessitans ad gratiam: sicut nunc character. Vnde sicut per circuncisionem, & baptismum puer ad gratiam disponitur, & recipit gratiam, sic tunc per iustitiā transfundendam disponendus erat secundum habitus. Et illud sufficit in illo, qui non potest habere actum: vnde In hora, qua anima in vtero infunderetur, iste iustitia transfunderetur, quasi dispositio, & gratia à Deo infusa fuisset: & sic omnes fuissent concepti sancti, sicut Christus, & non solùm in vtero sanctificati. Et hoc erat necesse in paruulo: tunc ficut nunc, non quia esset periculum de morte sed quia non habebat vsum liberi arbitrij, sicut nunc. Vnde ille status requirebat, quòd quādiu vires inferiores essent subiectæ viribus superioribus tandiu superiores essent subiectæ Deo: & per consequens non poterat transfundi antecedens, quin transfunderetur concequens. Subiectio autem mentis ad Deum, vel actualis, vel habitualis erat spiritualis, & supernaturalis saltem illa habitualis: prout pertinebat ad originalem iustitiam. 60 Item licet paruulus non conciperetur in originali peccato: nec per consequens haberet oppositam dispositionē ad gratiam, hoc tamen non sufficiebat ad ipsam infundendam, sicut homini in puris naturalibus existēti, nisi se disponeret per liberum arbitrium, Deus gratiam non infunderet quia bonus vsus naturaliū debet esse dispositio media ad supernaturalia dona. ergo vel paruulus nō habuisset gratiam quousq; habuisset vsum liberi arbitrij, & se disposuisset, & sic esset sibi meli⁹ quo ad corpus, q̄ quo ad animam, quod videtur absurdū: vel aliqua dispositio sibi infundebatur, imò transfundebatur. & sic habetur propositum. 61 Tertiò, quia omne instrumentum dum mouetur à principali agente recipit aliquam virtutem ab eo, per quam potest in aliquem effectum, in quem prius non poterat: vel alio modo quàm prius: sicut cœlum per hoc, quòd ab angelo mouetur, aliter operatur, quàm si staret: sed sacramenta dum adhibentur, sunt instrumenta Dei sanctificātis: ergo accipiunt virtutem ab eo ad aliquid agendū ad sanctificationem. 62 Nec obstat, quòd instrumentū coniunctū nihil recipit. separatum verò solum motū localem: quia hoc est falsum: imò ex hoc ipso, quòd aliquid est, instrumentū potest ab alio habere virtutem, quam ex se non haberet: sicut cœlum, vt dictum est. Et iterū eo ipso quòd instrumentum ab alio mouetur, aliquid efficit, quod prius non efficeret: sed quia ars creata non est principiū factiuum formæ realis per motū artificis hominis, vel angeli: non consequitur corpus, quòd agat nisi formā artificialem: quæ non est realis: sed ars diuina est factiua, vel factrix omnium rerum: vnde ex hoc, quòd corpus motū est à Deo: potest attingere ad formam realem conceptam à Deo proportionalem virtuti creaturæ, sicut est dispositio ad gratiā: non autē ipsa gratia. 63 Item in instrumentum separatū, quod est ab alio decisum: ex hoc ipso potest aliquid vltra suam speciem agere sine motu locali in virtute eius, cuius est: quæ est sua forma naturalis sicut, semen animalis. Et quia omnis creatura à

Gloria corporis est supernaturalis.

Bona similitudo.

Non potest transfundi iustitia originalis, sine gratia.

Bonus vsus naturalium est media dispositio ad supernaturalia dona.

Tertia ratio.

Instrumētū artis creatæ non potest operari ad formam realem.

Deo est: ex hoc ipso potest aliquid vltra suam speciem: sed hoc non nisi secundum diuinã ordinationẽ: contra quam non potest illud,quod est infra speciem: virtus ergo aptitudinalis, quæ est in corpore ex hoc,ꝙ est à Deo reducta est ad actũ ex hoc ꝙ à Deo ordinatũ est ad sanctificandum animã:vel reducitur ad actum: aut accipit virtutẽ ex hoc ꝙ accedit verbum ad elementum,& fit sacramentũ.Et sic à ministro instrumentaliter : à Deo autem principaliter mouetur, & applicatur ad sanctificandum. Et ideo licet ex hoc ipso ꝙ res sacramentorũ sunt, à Deo habeant potentiam remotã ad aliquid agendum vltra suam speciem, & potentiam propinquam ex diuina ordinatione, & Christi contactu, & institutione : tamen in actu non habent hanc virtutẽ nisi simul concurrentibus omnibus, quæ sunt de essentia sacramenti.

Triplex obiectio cõtra cõclusionẽ Prima.

64 SED contra hoc arguitur tripliciter. primo qa non potest esse virtus spiritualis: quia aut haberent esse manens,aut in fluxu, & fieri: non primo modo: quia sicut corpus est constãs ex materia,& corporeitate: & corporale est,quod est in corpore subiectiuè.sic spiritus est qui per essentiam:& spirituale est, quod in spiritu subiectiuè. Nam etiã in fluxu,quia nihil est subiectum rubedinis in transitu,sicut rubescunt verecũdati : nisi quod est in esse permanẽti. 65 RESPONDEO secundum veritatẽ illa virtus est corporalis qualitas essentialiter, & formaliter non nata esse in spiritu subiectiuè: tamen ratio non cogit: quia non sequitur, est forma in corpore. ergo est corporalis : quia anima rationalis est actus corporis: & tamen est non solùm spiritualis, sed etiam spiritus per essentiã,& per efficaciam : quia habet operationes,& habitus spirituales. 66 Si dicatur, ꝙ hoc est:quia ipsa forma spiritualis substantialis,qua trahit ad se,& non trahitur à materia,& natura præcedit esse corporeum. Dicendũ,quòd etiã dona, & virtutes morales infusæ,imò etiã acqsitæ videtur esse spũales effectuè : licet sint corporales subiectiuè:quia faciũt obedire ratione, quæ spiritualis est. 67 Et ad illud de fluxu dicendũ est,ꝙ non cogit: quia non est intẽtio dicere, ꝙ sit vna virtus specie spiritualis,quę possit manere in corpore ad horam, & non diu: sed sicut forma scanni est in dolabra,in fluxu non formaliter,sed virtute, & in fluxu non nisi quandiu mouetur: sic etiã character, qui manet in amina, est etiam in sacramẽto virtute solũ, quandiu sacramentũ est in vsu.i.in coniunctione materię ad formam à ministrante applicante suscipienti. 68 Similiter ad aliam rationẽ,qua dicitur,sicut in spiritu nõ potest esse virtus corporalis subiectiuè, sic nec ecõuerso spiritualis in corpore, 69 Dicendum, ꝙ sicut virtus corporalis formaliter non potest esse in spiritu subiectiuè,vt quãtitas in angelo : sic nec virtus spiritualis formaliter potest esse in corpore subiectiuè: nisi, vt dictum est prius. Sed sicut virtus spiritualis potest agere corporale,& in corpus, sic econuerso virtus corporalis potest agere spirituale,& in spiritu. Sed in hoc est differentia, quòd illa in propria virtute: quia hoc est infra,& nõ supra speciem:hic autẽ in aliena. 70 SECVNDO, arguitur,quod non possit esse virtus corporalis:quia agit in spiritũ 71 Dicendũ,quòd falsum est,imò virtus in corpore potest agere in spiritũ,& aliquid spirituale,sicut fantasma in intellectũ possibilẽ : quia ab agente vniuersali, & in determinato in passiuũ indeterminatũ non sequitur actio determinata, nisi concurrẽte agente particulari. Vnde cùm intellectus agens sit potens omnia facere: quæ possibilis est potens fieri: nisi fantasma determinatũ concurrat agendo:quia non potest cõcurrere patiẽdo, ne sequeretur determinata intellectio.

Solutio. Virtus in sacramẽto est corporalis qualitas essentialiter, & formaliter.

Character est in sacro virtute solũ sicut in dolabra est forma scãni.

Nota benè.

Secunda obiectio.

Quomodo necessarium est fantasma agere in spiritum.

72 Propterea sicut fantasia est motus factus à sensu secundũ actum: sic videtur intellectio , mutatio facta à fantasmate secundũ actum, Et sic falsum est, quod assumitur: cùm etiã ignis inferni agat in spiritũ , & cœlum in virtute Dei producat animã sensitiuã: quam Grego. vocat spiritum,qui carne tegitur:cum carne moritur.& cùm calor aliquid possit in virtute animæ: quod non potest in virtute ignis: vel alicuius inferioris, puta generare carnẽ,sic ꝙ aliquod corpus nõ plus possit in virtute Dei, ꝙ in virtute sua,vel alterius corporis,vel creaturæ non videtur ꝓbabile. Sed vtrũ sit realis virtus, & qualis poset quidẽ imaginari: ꝙ virtus sacramẽtalis supra virtutẽ naturæ non est aliqua vera res:sicut nec virtus in fantasmate, per quã dicitur mouere possibilẽ in virtute agentis est aliqua res addita naturæ propriæ: sicut etiam virtus in cœlo,qua generatur viuum in virtute Dei, non est aliud à sua forma naturali : ergo sicut Deus secundũ cursum naturæ aliquibus corporibus ab origine præstitit,vt in virtute sua aliquid faciant,quod in virtute propria non possunt : sic non est inconueniens,ꝙ in cursu gratię supnaturaliter aliquibus rebus in casu hoc faciat. Quis enim calor calefaciat:hoc non habet nisi à diuina volũtate , quãdo Deus voluit calor nõ combusit tres pueros in camino ignis. Si ergo Deus, vel frigus calefaceret. Quãuis enim ad actionẽ principalis agentis oporteat in agẽte esse propriũ principium formam absolutã , non tũ ad actionẽ instrumẽti oportet in eo esse illam formam,per quam producitur forma ad quam attingit,vt instrumentum.Et sicut de creatura fit quicquid Deus vult passiuè : sic quicquid vult, fit à creatura actiuè:dum tamen non excedat limites creaturæ. 73 Sed istud non videtur: quia nihil agit,nisi se cundùm ꝙ est in actu. Vnde sicut Deus non potest facere aliquid esse de nouo per nouam formã : sic non potest realiter agere,quòd prius non poterat nisi per nouã formam. Nec est simile de instrumẽto coniuncto secundum esse:sicut & fãtasma,quod est idem subiecto cum intellectu agẽte, vel saltẽ idem suppositò:& de sacramẽto,quod non est coniunctũ secundũ esse Deo, vt est instrumentũ. 74 Item nõ est simile de forma cœli, quæ à principio habuit illã formam.quæ est illa virtus,& de sacramento, quod de nouo incipit habere illam virtutẽ non vtiq, per nihil. 75 Nec est simile de potẽtia passiua,quę ab alio transmutatur,& de actiua,quæ est ex se trãsmutatiua. Vnde nõ ita facit creatura, quicqd Deus vult eam facere sine virtute addita,sicut fit ex creatura, quod Deus vult ex ea, vel in ea fieri sine additione alicuius præcedentis factionẽ illam. 76 Item quando sacramentũ applicatur:ipse motus nõ est formaliter illa virtus,quæ causat: quia cùm sit idẽ motus in ludente,sicut in baptizante, esset eadẽ virtus in vtroq;. Et ꝙ non idem faceret Deus,impediret,sicut eadẽ virtus in camino puerorũ,quod est absurdũ : vnde nihil habet realem virtutẽ ad aliquid agendũ, quod prius non agebat, nisi accipiat formam realem de nouo,quam prius non habebat, quæ est illa virtus per essentiam : vel nisi per essentiam ipsa forma fiat perfectio,quam prius per intentionem suiipsius: sicut forma intensa aliquid potest, quod non potest remissa:quod non habet locũ in sacramento. Vnde illa virtus non est ipsa motio sacramenti , prout est à Deo: sed aliquid aliud. Et magis credo, quòd est alia aliqua forma: quia si calor per essentiã est potentia calefactiua quicquid habet calorem ,habet potentiã calefaciẽdi, seu virtutẽ.Vnde cùm in ludẽte sit idẽ motus specie,qui non ludẽte,& vterq; à Deo æqualiter effectiuè: ita esset ibi virtus,sicut hîc.quod non videtur.

Nota.

Quæstio imaginatio falsa.

Calor nulla potentia potest frigefacere.

Aduerte hoc diligenter.

Virtus sacramenti nõ est motio , quæ fit in applicatiõe sacramenti.

Potẽtia agẽdi nõ aduenit de nouo sine noua forma.

77 Tertia ratio est:quia qua ratione,esset in verbis, eadem ratione esset in aliis rebus sacramentalibus, & in ministro

ministro:quia omnia hæc sunt de necessitate sacramenti: sed hoc non potest esse, vt probabitur. ergo &c. Probo minorem. Primò quantũ ad hoc,quòd non possit esse talis virtus in ministro,& in aliis rebus sacramentalibus,aut illa virtus esset in eis vnius rationis, aut diuersarum rationum. Non vnius: quia quæ non conueniũt in vna potẽtia receptiua, non conueniunt in forma recepta : sed res sacramentales cùm sint corporales,& minister quantũ ad animã,vel potentiã spiritualem ipsius animæ non conueniunt in aliqua potẽtia receptiua,cũ corpus,& spiritus nullã cõmunẽ potentiã receptiuã habeant. ergo non possunt conuenire in aliqua vna forma recepta:sed virtus,si qua sit in ministro respectu effectus sacramenti est, vel in aliqua eius potẽtia spiritualis,vel in essentia animæ,siue sit character,siue quodcunq; aliud. ergo ipsa non potest esse vnius rationis cũ virtute,quæ est in aliis rebus sacramẽtalibus, quæ sunt corporales. 78 Item nec possunt istæ duæ virtutes esse diuersarũ rationum:quia impossibile est,ꝙ plures virtutes diuersarum rationũ ordinẽtur immediatè:& in eodẽ genere causæ ad eundẽ effectum, sicut ostensum fuit li. 1.d.3.ergo non possunt esse diuersarum rationum.

Nõ oportet ꝙ accidens cõe, habeat potentiã receptiuã eiusdẽ rationis sicut ꝓpriũ.

79 Item non videtur conueniẽs, quod talis virtus sit in rebus,& verbis per idem, quod statim dictũ est: quia non eadem,cùm non appareat in eisdẽ ea virtus recepta. Nec alia, cùm ordinẽtur ad eundem effectum.

80 Item nec in ipsis verbis videtur esse talis virtus,qa cùm oratio sit quantitas discreta impossibile est vnam virtutem numero esse in tota oratione. Oportet ergo,ꝙ sint vel tot virtutes, quod sunt syllabæ in oratione, vel quòd solũ in vltima sit virtus illa. Nõ potest dici, quòd in qualibet syllaba sit virtus specialis,quia cũ sacramenta non habeant efficaciã suam , nisi in vltimo instanti, quo verba complẽtur, ante quod instans præcedẽtes syllabæ desierũt, & per cõsequens virtutes existẽtes in eis: sequitur,ꝙ illę virtutes nihil faciunt ad effectũ sacramẽti: non quidẽ inducẽdo ipsum: quia tunc non sunt nec disponendo, sicut dicitur de guttis præcedentibus causationem lapidis,quæ disponũt ad illud,quod vltima perficit:quia ante characterem,vel ornatũ quem sacramenta efficiunt,nulla dispositio præcedit in anima, quę fiat sacramenta. 81 Item nec talis virtus est solũ in vltima syllaba: quia per eandẽ rationẽ virtus,q̃ est in aqua baptismi,esset solùm in vltima parte,quæ tangit corpus baptizati,quod satis assimilatur fictioni. 82 Item illa virtus,si qua esset, ageret ex necessitate naturæ, & nõ ex aliqua electione: cùm non esset cognitiua. ergo æqualiter ageret in eo de omne illud,quod natum esset effectũ eius recipere : sed character , qui ponitur proprius effectus talis virtutis æqualiter potest recipere animã dormientis,sicut animã vigilãtis: & volẽtis, sicut nolentis: quia solũ velle nunquã disponit,vel impedit actionem quæ est ex necessitate naturæ: ergo æqualiter posset character ordinis recipere nolens,sicut volẽs: dormiens, sicut vigilans:qđ est incõueniens. 83 SOLVTIO primò potest dici,quòd est eadem virtus specie : quia licet propriũ accidẽs habeat vnam propriam potentiam receptiuam: tamen accidens non proprius non oportet non solùm habere remotã,sicut eadẽ albedo specie est in cigno,& in niue: nec etiã immediatã: cùm lux sit in cœlo,& in aere, & nõ sit eadẽ diaphanitas specie hîc & ibi: saltem de accidẽte supernaturalis certũ est:quia non est eiusdẽ specici anima,& suæ potẽtiæ cum substãtia angeli,& suis potẽtiis per eandẽ rationẽ: qa si sunt idẽ, quod essentia certũ est:ꝙ essentiæ differunt specie. Si verò differunt, differunt propria susceptiua,& proprietates naturales. Et tamen constat, quòd virtutes infusæ viæ, & patriæ non differunt specie in hominibus,& angelis. Aliãs non possent æquari homines angelis . Vnde cũ virtus,quæ est in sacramẽtis,sit supernaturalis, nihil prohibet ipsam eiusdẽ rationis:etiam in diuersis concurrentibus ad sacramentũ: quãuis differant specie , vel genere.

Similiter potest dici, quòd sunt diuersarũ rationum.

84 Nec obstat, quòd habent vnum effectum: quia sicut cõueniunt quatuor elemẽta ad vnũ mixtum,& quælitates primæ ad medias,& sicut multa,& diuersa instrumẽta cõcurrunt ad effectũ vnum sic,& hîc:vna eiñ constellatio, quæ producit vnum effectum est ex concursũ diuersarum virtutũ:& in eodẽ genere causæ. Tamen potest dici,quòd non est virtus in ministro:nisi inquantùm adhibet res virtutẽ habẽtes,nisi in Christo,qui sine rebus hoc poterat.Et ideo in eo erat virtꝰ, quę in rebus, & maior. Tamen virtus est in ministro,si quẽ specialem sacramentũ requirit: quæ est alterius rationis,sicut character sacerdotalis in vnctione: pœnitentia, & eucharistia: & episcopalis in confirmatione, & ordine:licet ista causa mediante agat. 85 Est ergo virtus non in omnibus,quæ sunt de essentia sacramẽti : quia in baptismo non est virtus in ministro plus , quàm in homine adhibente ignem ad cõburendũ domum. Nec est in suscipiente, qui per naturã est susceptiuus, sed est in verbis,& aqua. In confirmatione autẽ est virtus in ministro,scilicet, character episcopalis,& in verbis,& materia, similiter in ordine. In suscipiẽte autẽ est potẽtia passiua character baptismalis. In pœnitẽtia tota virtus est in ministris,& verbis absolutionis: potẽtia receptiua, vt prius character baptismalis,non cõfessio,quę esse definit,quãdo incipit absolutio. Potest tamen dici etiã in satisfactione,prout est à sacerdote iniuncta esse virtutẽ.Quod tamen non videtur: quia vna pars satisfactionis est eleemosyna,quæ consistit in agendo in aliud,non in recipiendo. In extrema vnctione similiter,in ministro,verbis, & vnctione,& oleo est virtus potẽtia receptiua characteris baptismalis. In matrimonio autẽ est vna potẽtia receptiua etiã in baptizato, si est verum sacramentũ. Sed tamen fortè licet sit verum matrimoniũ sine charactere baptismali non est verum sacramentũ,cùm baptismus sit ianua sacramentorũ:sed virtus est in forma,quę fit per verba,vel signa aliqua,ita quòd cùm sacramentũ consistat in suscipiendo non in agendo verba viri causant in muliere illam dispositionem,& econuerso. In eu charistia verò est virtus in verbis,& materia,& ministro ad conuersionẽ:sed virtus immediatè dispositiua ad gratiam est in solis speciebus post consecrationẽ. Vnde virtus sacramentalis quãdoq, est in sola forma,sicut in matrimonio. quandoq; in sola materia,sicut post consecrationem in speciebus remanet virtus disponẽs ad gratiã suscipiendã: quandoq; est in sola forma, & ministro: sicut in pœnitẽtia: quandoq; in forma, materia, & ministro,sicut in aliis, nisi ꝙ ex cõmissione Papæ alius confirmat,vel ordinat. Tunc enim cõmissio Papæ non potest talẽ virtutẽ in cõmissario causare. 86 Tertia opinio est,quòd sunt causa non per virtutem inhærentem, nec solùm per assistentẽ ex pactione , sed per inexistentem modo speciali. 87 Primò, quia sicut Deus vtebatur carne,sicut instrumento in his, quę per se agebat, sic in his,quæ per ministros agit,vtitur sacramẽtis, vt instrumentis:sed ibi quando leprosum curabat, erat deitas speciali modo non solũ in curato à lepra propter nouum effectum,sed etiam in manu tangente. ergo & hîc.

In quo cõsistit virtus vnius cuiusq; sacramenti.

Opinio,ꝙ sacramẽta sint causa gratiæ per virtutẽ inexistentẽ & non inhærentem.

88 Secundò, quia hoc sonat authoritas magistri in li tera, quòd homo quærit salutem non ab istis,sed à Deo in ipsis. 89 Tertiò, per diffinitionẽ sacramenti,quę est ,quòd est in quo sub tegumẽto rerum diuina virtus

salutem secretius operatur, quasi sit ibi inexistens non solùm assistens non tamen inhærens. 90 Nec obstat quòd quidam dicunt, quod Deus præter cõmunes modo essendi in reb⁹ per essentiã, psentiã &, potentiã non est modo speciali, nisi vel in sanctis p grãm adoptionis, vel in Chhristo per gratiã vnionis: quia hoc est falsum: cùm sit speciali reali, & differenti modo in sacramento altaris, & in sacramẽtis ve.le. sicut in signo, & in aliis sacramentis no.le. erit speciali modo: vt puta sicut in proprio instrumento. Similiter non obstat secundò, quod noua relatio non aduenit alicui, nisi propter nouum absolutum adueniens sibi, vel alteri. Vnde cùm Deo nihil nouum posit aduenire non poterit incipere esse nouo modo in sacramentis: nisi eis aliquid absolutum influat: quia Deum esse in creatura non est nisi determinata habitudo Dei ad creaturam rationis, & econuerso realis. 91 Dicendum enim, quòd ex motu reali refertur mobile ad mouens, Vnde ex hoc, quòd sacramenta à Deo cum ministro mouentur: ad Deum realiter referuntur. 92 NEC obstat, quòd dicunt tertiò, q̃ Deus si est in sacramentis specialiter: aut gratiam causando in illis: aut de illis, Non primo modo: quia non sunt capacia. Nec secundo modo: quia ly, de, aut denotat terminum à quo, aut causam. Non terminum, quia tunc desineret: nec maneret sacramentũ causata gratia, sicut quando de albo fit nigrũ: nec causam materialem ex qua, quia gratia non est quid compositũ, nec in qua: quia nõ est aptum natũ, nec efficientẽ principalem, nec instrumentalem, quia hoc est cõtra ipsos. ergo est in illis tanquam per illa agens, & hoc non est nisi instrumenta liter. ergo habent in se virtutẽ inhærentem. 93 RESPONDERENT, quòd Deus sic est in ipsis tanq̃ agens de ipsis, sicut Sol illuminat nos de cœlo, quia est in cœlo, nõ quòd cœlũ aliquid agat ad illuminandum, sic Deus est in aqua, tanquam de aqua baptizans.

Deus septupliciter est in rebus.

Reprobatur illa opinio duplici ratione.

94 Nihilominus tamen non videtur opinio probabilis. Primò quidẽ, quòd dicunt Deum esse modo speciali in sacramentis, quia bene scitur, quòd est speciali modo in sacramento eucharistiæ: sed ille consequitur modum, quo est in homine Christo per gratiã vnionis, quia solum corpus Christi, & sanguis sunt ibi ex vi sacramenti, cætera autẽ Christi, & maximè deitas sunt ibi ex concomittantia sola propter vnionẽ. Sed ille modus non facit ad causandum gratiã, quia tunc solus filius, qui solus est, ibi causaret eam sine patre, & Spiritusancto. Nos autem quærimus de tota Trinitate, cuius opera sunt in diuisa quomodo specialiter habeat esse in sacramentis, quæ non est in eucharistia quo ad propria patris, & Spiritussancti plus, quàm in aliis, nec in aliis plus, quàm in non sacramẽtis, nisi specialem virtutẽ det eis, quia quando ludicrè vel à non debito ministro eadẽ materia, & eadem forma adhiberetur, Deus ibi mouet, sicut quando concurrunt essentialia. Vnde nec absolutũ, nec relatũ est in vno plus, quam in alio. vnde sicut bene concludit secunda ratio, non plus erit ibi, nec aliter in vno, quàm in alio. 95 Præterea nihil dicitur esse causa alicuius, quod nihil per se facit causaliter ad illud, nisi quando est coniunctũ supposito, cum illo, quod est causa per se, & tunc in concreto. & non in abstracto. sicut dicitur ille homo creasse stellas, non autem humanitas eius. Vnde cùm sacramenta Deus non assumat in vnitate personæ quãtuncunq; speciali modo essendi esset in eis, nunquam propter hoc sacramenta possent dici esse causa gratiæ: per hoc, quòd Deus, qui non est in ipsa, est in eis. Sicut sanctus quisq;, in quo Deus est per gratiam adoptionis, nõ propter hoc ipse est gratiæ causa in alio. Similiter nec species eucharistiæ, per hoc, quòd Deus speciali modo est in eis, dicuntur causa gratiæ; si nihil agant in cõmunicãte, quia non sunt vnum in esse cum Deo. 96 Ad primum dicendũ, quòd Christus erat modo speciali in manu tangente leprosum, qa erat pars humanitatis assumptæ. Non sic autẽ sacramentũ est assumptũ, nec par assumpti, sicut in fimbriis vestimẽti sui non erat ipse modo illo. Vnde nec fimbriæ possunt dici causa restrictionis fluxus sanguinis, nec etiam sua caro, nisi esset virtus in eis, ad hoc agens aliquid. Sed in concreto potest dici, ille homo, vel ille vestitus sanauit. Et similiter in sacramento altaris posset dici, quòd operatus nebula gratificat. Non sic autẽ de aliis sacramentis, in quibus non sic est, vt ille modus essendi ipsum de nominet, quemadmodũ ex veste accidens, quod est habitus, causatur in vestimento realiter, quod nec de speciebus potest dici. Et multò minus in aliis sacramentis.

Soluũtur tres ratiões illi⁹ opinionis.

97 Ad secundum supra solutũ fuit, quòd homo non quærit salutem ab eis principaliter, sed à Deo in illis, & per illa instrumentaliter. 98 Ad tertium dicendum, quòd authoritas dicit Deum salutẽ nostrã operari sub illis, sed non negat quin etiam per illa. 99 Quarta opinio posset imaginari, quòd sacramenta essent causa gratiæ exemplaris. & nullo modo effectiua, nec instrumentalis similiter dicit, albedo causa exẽplaris, quãdo albus generat album, & nõ sicut pictor depingit vnum adexemplar alterius: quia tunc illud exemplar mouet ad cognitionem, qua mediante est causa effectiua artificiati: sed sicut resurrectio Christi est causa resurrectionis nostræ. Quia ergo Deus effectũ omnem proportionaliter causat in anima, quem per sacramentũ representat extra, ideo dicitur causa. Et hoc sonat diffinitio: ita, vt imaginẽ generat, & causa existat. q.d. per hoc est causa, quæ est representatiua non aliter. Sed in hoc differunt sacramenta no.le. à sacramentis ve.le. quia illa representabant effectum futurũ, & gratiã sanctificantẽ effectiuè. i. Christum: ista effectum præsentem, sicut verbum absoluẽdi, realem absolutionẽ, & ablutio exterior interiorem &c. 100 Sed ista opinio non valet, quia cùm non sint nisi quatuor causæ. 2. Phisic. &, 5. Metha. exemplaris non est causa, nisi incidat in aliquã istarum. 101 Si dicatur. quòd imò, quia causa exemplaris est quinta causa per se ab aliis distincta, quia si angelus ad effigiandum mortuũ assumat corpus consimile, quãuis ab illo, quod vult effigiare, non accipiat cognitionem, tamen illud habet rationem causæ exemplaris.

Quarta opinio q̃ sacramenta sint causa gratiæ Exemplaris & nõ instrumentalis.

Reprobatio isti⁹ opinionis.

102 Dicendum, quòd in casu illo effigiatum est causa exemplaris, & est causa finalis. Sed hîc non potest dici, quòd sacramentũ sit causa finalis, sed magis econuerso, representatio sacramenti est propter representatum interius. Et sic inuisibilis gratia est magis exemplar visibilis formæ, & visibilis forma magis est imago, quàm econuerso, sicut & diffinitio sonat. Et per hoc patet solutio ad argumenta. 103 Ad primum dicendum, quòd non est simile, quia legis non est facere, sed docere. Vnde legis perfectioris non est facere, quod imperfectior non facit, sed perfectiora præcepta, aut consilia dare, & imperfecta mutare, & sic se habet lex noua ad veterem. Sed sacramentũ dicitur à sacrando: vnde imperfectum est sacramentũ quod sanctitatem significat: & non causat, perfectũ autẽ debet aliquo modo causare, ideo &c. 104 Vel dicendum, quod aliqua promissa in le. ve. soluuntur in noua per ipsammet legem nouam, sicut declaratio veritatis gratiæ. Quod enim lex vetus dicebat obscurè, & promittebat docendũ clarè, hoc clarè docet lex noua, sicut articulos de humanitate Christi, & huiusmodi. Aliqua verò Deus exhibet in ea, sicut quæ sunt gratiæ aliqua post eam, sed per eam, sicut q̃ sunt gloriæ. Et

Soluũtur argumẽta in principio q̃stionis ad ducta.

Ad, 1.

Alia solutio

Et similiter est de sacramentis, quia gratiam, quam vetera promittebant, Deus exhibet in nouis. s. per ea dispositionem ad gratiam. 104 Ad secundum dicendum, quòd licet circũcisio non imprimeret characterem, tamen dispositionem imprimebat: quia secundum Bedam agebat ad originale tollendũ: quia erat perfectius, quàm quodcunq; aliud sacramentũ. 106 Ad tertiũ dicendũ, quòd sic veritas respondet figuræ, vt nihil minus sit in veritate realiter, quám præcesit in figura figuraliter: non autẽ quòd non sit plus realiter in veritate, quàm in figura. Aliâs non esset corpus Christi realiter in eucharistia, sicut nec fuit in manna, nec in agno Paschali, nec in oblatione Melchisedech, quę fuerunt signa, nec esset peccatorum remisio in baptismo Christi, sicut nec in baptismo Ioannis. Ita etiam in baptismo est realis virtus disponens ad gratiam, licet non fuerit in aliqua eius figura, nisi forte in circuncisione.

Ad secundũ

Ad tertium.

QVAESTIO SECVNDA.

De *diffinitione sacramenti.*

Thom. 3. q. 60. art. 1.

SECVNDO, Quæritur de diffinitione sacramenti, quia cùm vnius rei sit vnica diffinitio, & sacramentũ sit quid vnũ non videtur quòd de sacramẽto deberent poni multæ diffinitiones. 2 CONTRARIVM patet in litera, vbi plures ponuntur. 3 RESPONDEO de sacramento generali dantur quatuor descriptiones, ad quas omnes aliæ possunt reduci. 4 PRIMA descriptio est quòd sacramentum est sacræ rei signum. 5 Primò, dicitur sacræ. i. vt sacrãs: actu. i. adhibita ad sacrandum spiritualiter, propter quod nec serpens æneus potest dici sacramentum, cùm adhibebatur solùm ad curam corporalem, nec Crux Christi, quæ ad representandum tantum, nec creaturæ, quæ sunt vestigium Dei in se possunt dici sacramentum. 6 SECVNDO, additur rei, quia in sacramẽto sunt tria, aliquid, quod est sacramentum tantũ, vt signum exterius, significans non significatum: aliud, quod est res tantùm, vt res vltima non significans aliquid, sed significata. Aliud, quod est medium inter illa, quod dicitur res, & sacramentũ significatum à primò, & significans aliud, vt character, aut ornatus respectu gratiæ, vel huiusmodi. 7 TERTIO, ponitur signum, quia sunt tria genera signorum. s. demõstratiuum, rememoratiuum, & pronosticum: vt demonstratiuum sit respectu rei præsentis: rememoratiuum respectu præteriti: pronosticum respectu futuri. 8 ET sciendum, quòd sacramentum dicitur signum rememoratiuũ quantũ ad causam, quã rememorat. s. Christi passionem, demõstratiuũ quantùm ad effectum, quem actu facit: quia sanctificat, pronosticum quantùm ad finem, quem ostendit. s. futuram gloriam, 9 SECVNDA descriptio est, quòd sacramentũ est inuisibilis gratiæ, visibilis forma: ita vt imaginẽ gerat, & causa existat.

Primus articulus.

In sacramento tria sunt.

Sacramentũ est triplex signum.

Secũdus articulus duplex notabile. Primũ.

10 Vbi primò est aduertendũ, quòd aliter se habet lex ad legem, aliter sacramentũ ad sacramentũ, quia lex est recta regula agendorum, & doctrix disciplinæ Dei, non factrix. Vnde ad legẽ perfectam non pertinet plus facere: sed perfectius dictare agẽda. Secus est in sacramentis, vt in præsenti quæstione dictũ est in solutione primi argumenti. 11 Secundò est sciendũ, quòd sicut sanum dicitur tripliciter. s. de habẽte, efficiente, & significante sanitatẽ, vt puta de animali: medicina, & urina, sic sacramentũ dicitur de habẽte formaliter, & essentialiter sanctitatẽ, vt de eucharistia continente sanctũ sanctorum. Item de significante, & efficiente simul, non tamen habente, sicut de cæteris sacramentis no.le. item de efficiente tantũ, vt de Christi incarnatione, & passione. Item de significãte tantũ, vt de sacramentis ve.le. Vnde ista diffinitio, seu descriptio, non conuenit sacramentis ve.le. sicut nec perfectè ratio sacramenti, vt Magister in litera inducit. 12 TERTIA descriptio est, quòd sacramentũ est in quo sub tegumento rerum visibilium diuina virtus secretius operatur salutẽ. Quod autẽ hîc dicitur, quòd salutẽ secretius operatur, verũ est per se licet per accidens in potẽte obicem impediatur, sicut August. diffinit virtutẽ. Quia est optima qualitas mentis qua rectè viuitur, qua nullus malè vtitur, verũ est per se.

Secundum.

Sacramentũ diciẽ qua drupliter.

Tertius articulus.

13 QVARTA descriptio est, quòd sacramentum est materiale elementũ exterius occulis suppositũ, ex institutione significans, ex similitudine representans, ex sanctificatione inuisibilem gratiã continens. Materiale elementum. i. elementatũ, ponitur pars pro todo.

Quartus articulus.

14 Et si dicatur contra hoc, quia pars non dicitur de toto, & ideo dicitur. 7. Meth. Quia statua non dicitur æs, sed ærea. Dicendũ, quòd pars non prædicatur de parte, puta dicendo, quòd circulus est æs, accipiẽdo circulum pro forma. Sed si accipiatur pro composito in todo artificiato, bene pars substantialis prædicatur de toto, dicendo phiala est aurum, & econuerso. Sed in eo, quod est ens vnum per se, vel per accidens naturaliter, nunquam pars prædicatur de toto, nisi denominatiuè.

Quare pars ꝑdicatur de toto in artificialibus, & non in naturalibus.

15 Ratio autem diuersitatis est, quia in composito naturali est diuersitas, & pluralitas realis inter materiam, & formam, subiectum, & accidens. Vnde homo non est corpus, nec albedo, nec econuerso, sed corporeus, & albus, quia homo super corpus, quod est pars addit realem formam substantialem, & homo albus super hominem, addit etiam realem formã, accidentalem autem. Vnde se habent ad inuicem realiter, sicut pars, & totum quæ non prædicant de se inuicem, nisi de nominatiuè. Sed forma artificialis supra naturalem: nullã rem penitus addit, quæ faciat realem cõpositionẽ. Vnde aggregatum ex forma artificiali, & subiecto naturali, & ipsum subiectum naturale non se habent ad inuicẽ, sicut pars & totum. Vnde possunt de se inuicem prædicari sine de nominatione. 16 Sed nomina artificialium sunt æquiuoca. Quandoq; enim accipiũtur in abstracto pro forma ipsa tantũ. Et tũc non recipiunt prædicationem subiecti, nisi denominatiuè dicendo circulus est æneus, non æs, & spera ænea, non æs. Primo de anima, sic albedo dicitur humana, non homo. Quandoq; autem accipiuntur in concreto pro composito, & tunc recipiunt, dicendo, quòd statua est aurũ, non aurea ratione dicta de quo iterum dicetur infra. d. 3. q. 1. 17 Exterius oculis suppositum. i. sensibile: non quòd sit necesse suscipientem ad effectum sacramẽti, vel sensu, vel intellectu ipsum percipere, dum tamen corpus eius attingat res ipsa, quæ est materia, vel aer, quæ est subiectum verborum: vt dictum est in prima quæstione. Quia enim anima est in qualibet parte corporis quantuncunq; extrema tota per essentiam, & ibi etiam dicitur esse quæli bet potentia eius abstracta, saltem per naturalẽ cõcomitantiam, quod tangit corpus, eo ipso potest immutare animam, & eius potentiã. 18 Ex institutione signi ficans. s. actu. 19 Ex similitudine representans. s. naturali aptitudine, ex qua habuit ortum, vt dictum est in

Nomina artificialia dupliciter accipiuntur.

Potentiæ animæ sepa ratæ sunt in qualibet parte corporis sicut & anima.

in præcedentium quæstione, opinione. 4. Ex sanctificatione inuisibilem gratiã continens : nõ materiæ præcedentis, qa non est generale omni sacramẽto, sed per verbum sacramẽtale sacrificatur creatura. Et hęc sufficiant.

20 Ex hoc etiã patet solutio ad argumentũ, quia vniº rei est vna diffinitio ꝓpria, & cõpleta: sed nihil prohibet vnius rei esse plures descriptiones incompletas.

QVAESTIO TERTIA.

De *institutione sacramenti.*

Thom. 3. q. 61. art. 3.

TERTIO Quæritur de institutione sacramentorũ. Et videtur ꝙ post peccatũ humanum genus non indigeat sacramentis, quia per gratiã, & virtutes peccati vulnera sanãtur in nobis: quia gratia à sanctis dicit sanitas, & decor animæ. Philosophus etiã comparat virtutẽ 2. Ethi. sanitati corporali. ergo cũ sacraméta sint institута, vt medicinę peccati, vt Hugo dicit. Videtur, ꝙ eis nõ indigeamus. 2 Videtur etiam ꝙ ante peccatũ debuerunt institui, quia ante pctũ homo ipsis indigebat, probatio, quia indigebat gra, vt in. 2. lib. dictũ est: sed sacramenta sunt instituta ad gratię collationẽ, ideo &c.

3 IN contrariũ sunt authoritates sanctorũ, & Magister in litera. 4 RESPONDEO, hic sunt quinq, conclusiones. Prima est, ꝙ debuerunt institui non debito necessitatis absolutè: quia aliter Deus potuit, nec debito obligationis: qa nobis non põt esse debitor, sed debuerunt institui debito cõgruitatis, quia eisdem cõtrario modo factis virtus corrũpitur, & fit. Et qa homo per sensibilia deordinatus erat circa Deũ, & quo ad cognitionẽ, & quo ad affectionẽ, & quo ad actionẽ: vt ex dictis sanctorũ patet: ideo necessariũ fuit, vt ex sensibilibus sacramẽtis ordinaret in Deum quantũ ad hæc tria. Sicut igitur corruptio virtutis facta est in homine per hoc, ꝙ sensibilibus se humiliauit, ita eius reparatio fit per hoc, ꝙ sub eis humiliatur ob Dei reuerentiam.

Triplex debitum.

Obiectio.

5 Probant autẽ aliqui non posse nobis Deum fieri debitorẽ, quia nihil æquiualens sibi reddere possumus. Sed cõtra hoc est, quia neq; parẽtibus, à quibº habemus esse, possumus æquiualẽs reddere, & tñ ipsi sunt nobis debitores nutrimenti, & doctrinæ. Et amplius ex bono seruitio filiali possumus eos nobis cõstringere debito amicitiæ, & beneficẽtiæ. 6 Et dicendũ, ꝙ non est simile primo, qa quicquid à Deo habemus, totũ est per cõmunicationẽ gratuitã, & liberalẽ, non naturalẽ. Vnde ex illa nos soli sumus obligati nõ ipse, sed cõmunicatio parentũ est naturalis, & imꝑfecta: vnde ad eam ꝓficiẽdã näliter obligamur. 7 Itẽ bonã voluntatẽ habet filius nõ à parẽte per naturalẽ ꝓpagationẽ: vnde per illam potest sibi obligare parentẽ: sed illam habet à Deo: vnde per illã magis obligaꝝ Deo, quàm obliget sibi Deũ cùm ex dono suo gratuito, nunquam aliquis obligetur.

Cur homo posit parentes sibi constituere debitores non autẽ Deum.

Triplex ratio.

8 SECVNCA conclusio est, ꝙ non debuerunt institui in statu innocẽtiæ, nec propter eruditionẽ, quia non à naturalibus erat cognitio supernaturaliũ sumenda, sicut nec nunc, sed per reuelationẽ, licẽt posteri à parentibus essent edocẽdi, sicut nunc, nec ꝓpter curationẽ præseruatiuã, vel aliam: qnia sacraméta non ꝓseruant, nisi cõferendo gratiã, & fomitẽ mitigando, & liberũ arbitrium fortificando, tunc autẽ fomes non fuit, & liberum arbitriũ in potissimo statu suo fuit, & gratiã, vel habuit, vel sine sacramẽto habere potuit, & in momẽto peccati Deus sacramentũ instituere potuit: vnde ante necesse non fuit, sicut ante præparare medicinã opus non esset medico, quẽ morbus non posset latere, & qui posset in instãti remediũ adhibere. Sed propter hoc medicianꝝ præparant: quia quando volũt non possunt statim.

Sacramenta non debuerunt institui in statu innocentiæ.

Nota.

9 Nec valet, si dicaꝝ, ꝙ sicut ignis à principio mundi paratus est ad puniendũ, sic cùm Deus sit pronior ad miserendũ, quàm ad puniendũ, debuit parare remediũ: quia ignis inferni quoddã corpus naturale est, sine destructione ꝑæ terræ de nouo fieri nõ potuit: vnde qa principales partes terræ in sua integritate debuerũt permanere: ideo à principio propter perfectionẽ vniuersi fieri debuit: sed sacraméta sunt quædã artificialia, quæ ad perfectionem vniuersi non pertinent: vnde &c.

Solutio obiectionis.

10 SED cõtra hoc est, quia primo aqua super terram fuit, & postea in mare cõgregata fuit, & sic terra discooperta remãsit 11 Sed nõ est simile de aere, & aqua, quæ facile, & sine sui corruptione condẽsantur, & rarę fiunt, & ita aer vsq; ad terram dilatatus nihil perdidit, econuerso aqua in seipsam condẽsata eandẽ substantiam retinuit. Sed terra plus condẽsari non potest, cum sit in summo gradu dẽsitatis, sicut ignis in summo leuitatis: vnde sine sui corruptione igni locũ facere non potuit. 12 Item potest dici, ꝙ quia iam angeli peccauerunt: ideo tam cito paratus est ignis, quia ille homicida erat ab initio. Sed quia parata est ab heri Tophet. vt dicit in Esaia. ideo prima solutio melior est, quia etiã ante peccatũ angeli paratus erat ignis inferni. Matrimonium autẽ tunc nõ erat sacramentũ, quia nõ erat remedium. 13 TERTIA conclusio est, ꝙ tempore naturæ lapsæ debuerunt institui, quia nũquã debuit de esse remediũ, nec antidotũ, quãcito fuit venenũ. Et ideo quãcito fuit morbus peccati tãcito debuerũt esse sacramenta. quæ sunt medicina cõtra peccatũ, vt dicit Hug.

Ante circũcisionẽ fuerunt alia sacraméta cõtra Tho.

14 QVARTA conclusio est, ꝙ tempore legis naturæ debuerunt institui, quia cũ ea, quæ ab homine fiunt, à cognitione ortũ habeant, aliter non esset humana operatio, oportet, ꝙ operatio cognitioni respõdeat, sicut effectus causæ. In lege autẽ naturæ non sufficiebat sola cognitio naturalis ad salutẽ: sed exigebatur fides aliquorum, quæ supra naturã sunt, & post lapsum exigebatur fides de reparatione, per quã erat medicina morbi: ideo in statu illo non tantũ erant necessaria opera, quæ sunt de dictamine legis naturalis: sed etiã aliqua, quæ essent protestationes, & signa eorũ, quæ ad reparationẽ pertinebant, & hæc erant illius tẽporis sacraméta, sicut sacrificia, decimæ, & oblationes, & huiusmodi. Debuit autem aliquid superaddi tẽpore Habrahæ, & legis scriptę, quando cœpit Fides augeri, & populus Dei distingui, sicut addita fuit circuncisio. 15 QVINTA conclusio est, ꝙ etiam tẽpore gratiæ debuerũt esse sacraméta, quia eadẽ est fides Modernorũ, & Antiquorũ, vt Augu. dicit. Et cũ sacraméta Fidei correspõdeant, sicut ipsius protestationes, vt ab ea virtutẽ habẽtia, oportet, ꝙ sicut antiqui Patres redemptionis Christi participes effecti sunt per sacraméta, quæ erant signa futuri: ita & in nos redẽptio eius perueniat mediãtibus aliquibus sacramẽtis significãtibus, quod iam factum est, vt sunt sacramenta no. le. 16 Sed in statu patriæ debent cessare omnia sacraméta, & figuræ propter id, quod dicit glo. 2. Cor. 3. super illud: Gloriam vultus Moysi, quæ euacuatur. Veniente, inquit, Imperatore, imagines tolluntur de medio. Ibi spectatur imago, vbi Imperator præsens non est, vbi autẽ est, imago remouetur, & fulget præsentia Imperatoris. 17 Per hoc patet solutio ad argumenta

Bona solutio.

gumenta. 15 Ad primum dicendum, ꝙ gratia, & virtutes sanant formaliter, sed sacramenta effectiuè quodammodo. Et ideo sicut non sequitur sanitas sanat. ergo medicinæ non sunt necessariæ: sic & in proposito, cũ sacraméta sint quædam medicinæ animæ. 18 Ad secundũ dicendum, ꝙ sacramenta non sunt instituta ad gratiam conferendam, nisi prout gratia est sanans formaliter morbum peccati. Et sic in statu innocentiæ, homo gratia non indigebat.

Sacramenta instituta sunt ad gratiam sanãte.

QVAESTIO QVARTA.

De *constitutione sacramenti.*

Thom. 3. q. 60. art. 5. & 6.

QVARTO quæritur de constitutione sacramentorũ. Vtrum constent ex rebus, & verbis? Et videtur, ꝙ non, qa sacramenta no. le. succedũt sacramentis vel. le. Illis enim ablatis, ista sunt instituta, vt dicit Augu. contra Faustum. 19. sed in sacramẽtis ve. le., non requirebatur aliqua forma verborũ, vt videtur. ergo nec in sacramẽtis no. le. 2 Item in quibusdã sacramẽtis sunt verba sine elemẽtis corporalibus, sicut in pœnitẽtia, & matrimonio. ergo similiter in aliquibus sacramẽtis debent sufficere elementa, vel res corporales sine verbis. 3 IN Contrariũ est, quod dicit Aug. super Io. Homil. 80. Accedit verbũ ad elementum, & fit sacramentũ. Et Apost. Ephesi. 5. Christus dilexit eccleſiã, & tradidit seipsum pro ea, vt illam sanctificaret, mudans eã lauacro aquę in verbo vitę 4 RESPONDEO, dicendũ, ꝙ circa hoc sunt duæ opiniones. 5 Prima est Tho. qui dicit, ꝙ licet hoc sit cõmune omnibus sacramẽtis, ꝙ consistãt in rebus sensibilibus, inuisibilẽ gratiam significãtibus, hoc est speciale sacramẽtis no. le. ꝙ rebus verba addãtur, propter tres rationes. 6 Prima est, qa hæc sacraméta non solùm significant opus redẽptionis, quæ per Christũ est facta, sicut alia sacraméta, sed ab ipsa Christi passione fluxerut. Et ideo sicut effectus proximi habent suæ causæ imaginem quantũ possunt, vt. s. ex rebus, & verbis consistant, sicut Christus ex verbo, & carne. 7 Secunda ratio est, qa gratiam cõtinent ex sanctificatione, quæ fit per verbũ Dei, vt dictum est. 9 SECVNDA opinio habet tria mẽbra. 10 Primũ, ꝙ omnia sacramenta no. le. consistunt in verbis. 11 Secundum, ꝙ non omnia cõsistunt in rebus, & verbis: sed solũ illa, quæ conferunt sanctitatẽ, & vltra hoc mancipãt hominem ad aliquid sacrũ: vt baptismus, ordo, cõfirmatio, extrema vnctio: vel saltẽ consistũt in materiæ consecratione, vt eucharistia. Et ratio horũ est, quia ꝑfectiora sacraméta debent esse ꝑfectiora in significãdo. Et ideo qa ista sunt perfectiora, vltra verba debẽt habere res, vt perfectius significent. Non sic alia. s. pœnitẽtia, matrimonium. 12 Tertiũ membrum est, ꝙ sacraméta vel. le. consistant solũ in rebus sine verbis. Et ratio patebit in solutione primi argumẽti. 13 Hæc opinio quãtum ad primum, & secũm membrum cõcordat cum prima opinione, sed quantũ ad secundum membrũ patitur calumniã. 14 Primo, ꝙ extrema vnctio mãcipet ad aliquod sacrum, quia tunc imprimeret characterem. 15 Secũdò, quia cũ ratione sacramẽti no. le. sit verbum, & elementũ, prout ex oppósito distinguuntur, secundũ illud Aug. Accedit verbũ ad elementũ, & fit sacramentũ. ergo omne sacramentũ no. le. habet vtrunq;. 16 Et ideo dicendũ, ꝙ sicut in illis, vbi est res distincta cuidẽter, non est ipsa ibi vniuocè: quia in aliquibus est sanctificata, vt in confirmatione, & extrema vnctione, in aliquibus non sanctificata, vt in baptismo, & ordine, & eucharistia: sic nec in aliis oportet, ꝙ sit vniuocè: qa in pœnitẽtia pro materia est actus suscipiẽtis nõ aliquid à ministrante exhibitũ. In matrimonio autẽ idẽ est materia, in qua, & ex qua personæ. s. suscipientes: nisi quis dicat cõsensum: vnum esse materiale respectu alterius, quia vltimus est quasi forma cõplens, vt in numeris vltima vnitas. 17 Sciendũ etiam, ꝙ licet in sacramentis ve. le. sint res solæ: & non verba, in quo deficiunt à sacramentis verbi incarnati: tñ sicut res non est vniuocè in omnibus sacramẽtis no. le. sic nec verba sunt ibi vniuocè: qa in quibusdã requirũtur verba, vt verba, quia sunt pro forma: qa sine eis nihil actum est, vt in baptismo, confirmatione, eucharistia, ordine, extrema vnctione, & in pœnitẽtia quo ad absolutionẽ, quæ est forma: nã cõfessio scripto, vel nutu fieri potest, sicut & per interpretẽ. In matrimonio autem requirunt verba solũ, vt sunt significatiua. Vnde si loco verborum sint nutus, vel epistolæ sufficit: nõ solum in mutis, vel verecundis: sed etiã in aliis, qa ex quo cõsensus est principalis causa sufficit qualiscũq; expressio. 18 Vtrum autẽ mutuus cõsensus cũ carnali copula sine alio signo sufficiat: videtur ꝙ non, qa debet exprimi per signa ordinata ad expressionẽ consensus, siue precedẽtia, vt in sponsalibus de futuro carnali copula subsequuta affectu maritali, vel subsequẽtia: quod non est hic. Ad hoc enim datus est nobis sermo, vt præsto fiant mutuæ volũtatis indicia. 19 Ad primũ dicendũ, ꝙ non est simile de sacramẽtis no. & ve. le. quia sicut lex vetus fuit figura, & vmbra nouæ, sic sacraméta ve. le. fuerũt vmbra, & figura sacramentorũ no. le. vt dicit Hugo lib. 1. parte. 2. cap. 1. Sed obscuritas representationis magis fit per signa, vel per res sensibiles, quàm per voces, quæ inter signa obtinent principatũ secundũ Aug. Quare rationabile fuit, vt sacraméta ue. le. cõsisterent in rebus absq; verbis, Necrocolo, ꝙ in aliquo vterẽtur verbis excepto sacrificio zelotypiæ, de quo habetur numerorũ. 5. cap. Cuius fortè ratio fuit: qa non tam fiebãt ad significandũ futura, sicut ad exhibendũ aliqua ꝑsentia, non quidẽ spiritualia, vt sacraméta no. le. sed corporalia, quæ significãtur per verba ibidem expressa, verũtamẽ in orationibº, benedictionibus, & gratiarũ actionibus, erat vsus verborũ inuelatus, sicut noua propter eandẽ rationẽ. 20 Ad secundum dicendũ, ꝙ matrimoniũ, secundũ ꝙ est in officiũ, & pœnitentia secundũ ꝙ est virtus, non habẽt aliquam formam verborũ: sed vtrunq; secundũ ꝙ est sacramentum in dispensatione ministrorũ ecclesiæ consistens, habet verba aliqua: sicut in matrimonio sunt verba exprimentia consensum, & iterum benedictiones ab ecclesia institutæ. In pœnitentia autem est absolutio sacerdotis verbotenus facta.

Opinio sancti Tho. Triplici ratiõe verba addũtur rebus.

Secũda opinio.

Verba nõ sunt vniuocè in sacramentis.

Ad. 1.

In matrimonio non sufficit consensus cũ carnali copula sine signo.

Ad. 2.

QVAESTIO QVINTA.

Vtrum conuenienter fuerit instituta Circuncisio.

Thom. 3. q. 70. ar. 2.

QVINTO Quæritur de circuncisione vtrum conuenienter fuerit instituta. Et videtur quòd non, quia peccato originali non debetur pœna sensibilis, sed pœna dãni: sed in circuncisione fuit magna pœna sensibilis. ergo circucisio non fuit cõueniẽs remediu peccati originalis. 2 Item medicina debet proportionari morbo: sed peccatũ originale fuit morbus cõmunis omni populo, & omni sexui. ergo eis medicina debuit esse cõmunis: quod non fuit circucisio, quæ data fuit tantũ populo Israel, & tantùm viris, & non mulieribus. 3 IN Contrariũ est, quia fuit instituta à Deo, à quo nihil fit nisi conuenientissimè 4 SESPONDEO circa quæstionem istã videndi sunt quinq; art. 5 PRIMVS articulus est de causa institutionis, & iste habet tres conclusiones secundũ tres causas. 6 Prima conclusio est, ꝙ circucisio est instituta propter curationẽ originalis peccati. Ipsa enim habet expressiorẽ significationem, ad eius curationẽ, q̃ alia, primò quantu ad membrum generationis, per quã peccatũ originale transfundit. Sed ò quãtũ ad figurã circularẽ, in qua significat circulus originalis infectiõis, secundũ ꝙ persona corrũpit naturã, & natura corrũpit psonam. Tertiò quantũ ad pœnã, quæ erat in circucisione cõtra delectationẽ concupiscentiæ: in qua præcipuè viget fomitis virtus. Quarto quantũ ad sanguinis effusionẽ, in quo significat passio Christi, per quã pro originali satisfaciendũ erat. Et quantùm ad hoc datur talis diffinitio de circucisione. Quod circucisio est signaculũ curationis ab originali.

Circũcisio instituta est Primò contra originale quadruplici ratiõe.

Secundò ad distinctionem populi Dei.

7 Secũda cõclusio est, ꝙ circucisio est instituta propter distinctionẽ fidelis populi, ab infideli propter fidẽ eius, cui data est circucisio. Et quantũ ad hoc sic diffinitur à Damasceno. Circucisio est signũ determinãs Israel à gẽtibus: cũ quibus cõuersabatur. Et ideo debuit dari ante legẽ, quia per eam populus Dei distinguebatur, & adunabatur. Lex autẽ non debet dari nisi populo distincto, & adunato. Vnde nõ licet miscere sanctũ semen cũ semine nationũ, sicut non licuit filios Dei. i. Seth. cõtra here cũ filiabus hominũ. i, Caim. 8 Tertia cõclusio est, ꝙ ipsa circucisio est instituta propter triplicem significationẽ. s. moralẽ, quia. s. erat signũ castitatis seruandè: allegoricã in quantũ significabat purgationem per Christũ futurã: & anagogicã, in quantũ significabat depositionẽ corruptiõis carnis, & sanguinis in resurrectione. Et ideo cõueniẽter data est tẽpore Abrahę, & non antè, quia ex corruptiõe peccati originalis hominũ genus tẽpore Abrahæ vsq, ad pfundissimũ peccatorũ venerat siad infidelitatẽ, seu idololatriã, & turpissimu vitiu cõtra naturã. Et ideo tunc tẽporis primo cõueniebat promissionẽ manifestã fieri de semine nasciturο, in quo omnes gentes benedicerẽtur, & a pctõ mundarẽtur. Tunc etiã oportebat in significatione aliquod exemplũ fidei hominibus proponi cõtra infidelitatẽ, tunc etiã signa castitatis dari cõtra turpissimã cõcupiscentiã. Et ideo Abrahæ primò data est circucisio in signũ paternitatis: vt ex quo nasciturus erat peccatorũ destructor: & in signum fidei, & distinctionis ab infidelibus, & in signũ castitatis, & mũditiæ.

Tertiò propter triplicẽ significationem.

9 SECVNDVS articulus est de subiecto circucisionis: vbi sunt tres cõclusiones. Prima est, ꝙ circucisio solũ data est Abrahæ, & semini eius: quia sicut peccatũ per Adam in oẽs trãsiuerat: ita oportebat per Christũ sanctificationẽ à peccato transire. Vnde ad prærogatiuã sanctitatis eius insinuandam oportebat quicquid ad Christũ pertinebat speciali sanctitate pollere. Et ideo in populo, de quo Christus nasciturus erat, oportebat specialiter cultũ Dei esse, & ipsum apud eos signari. Et qa circuncisio est signũ distinguẽs populu Dei ab aliis. ideo oportebat populo Israel circũcisionem specialiter dari: non solũ quantũ ad illos, qui de stirpe Iacob erãt: sed etiã quantũ ad oẽs, qui ad populum illu qualitercũq; pertinent: verũ est tamẽ ꝙ quantùm ad promissionẽ factã Abrahæ seperatus est per electionẽ Isaac ab Ismaele, & Iacob ab Esau, vt patet Rom. 9. Non autẽ aliqua segregatio facta est in filiis Israel, & ideo oẽs filij Israel pertinebãt ad populu Dei peculiarem. Et propter hoc illis solis circũcisio cõpetebat, quasi nunquã à familia Abrahæ seperatis. Ismael, & Esau tenebãtur ad circũcisionẽ, quãdiu erant in familia parentũ, non autem post recessum ab eis. Ex quo patet, ꝙ Saraceni, qui nomine solũ à Sera: sed re ab Agar descenderũt, sicut Ismaelitæ ad circuncisionẽ non tenebãtur: nec Iob, qui de Esau, sicut nec Idumæi tenebãtur. Sed quia. 10. tribus diuisæ sunt à duabus sub Roboam Deo permittente, non iubẽte: ficut diuisus est Isaac ab Ismaele, & Iacob ab Esau: sed post reunitæ sunt in reditu de captiuitate, & reliquiæ Israel finaliter saluæ fient. Vnde non simpliciter fuernnt diuisæ à populo Dei, dicẽte domino Hliæ: Reliqui mihi decẽ milia in Israel, qui non curuauerunt genua sua ante Baal. ideo etiã illę decem tribus tenebantur ad circuncisionem faciendam.

Non oẽs ab Abraham descendẽtes tenebantur ad circuncisionem.

1P Secunda cõclusio est, ꝙ viris, & nõ fœminis debuit dari, tum qa curatiuũ erat. Cùm enim pctũ originale descẽdat à patre in filios, quantũ ad culpam, & reatum, quantũ autẽ ad pœnalitatẽ descẽdat à fœmina: vt in. 2. lib. dictũ est: qa pater est efficiẽs in generatione, & mater materiã administrat. Circũcisio autẽ data est contra originale ad tollendũ culpã, non autẽ ad tollendum carnis corruptionẽ: ideo viris, & non mulieribus data est, tum etiã quia distinctiuũ, qa distinctio populi à populo pręcipue pertinet ad viros, quia mulieres viris subditæ sunt, & sequũtur forũ viri. Et ideo apud Hebræos non cõputant genealogiæ ex parte mulierũ, sed ex parte virorum. Et etiã Hebrei prohibebant alienigenas ducere in vxores. 11 Tertia cõclusio est, ꝙ Christo circũcisio cõpetebat: non ꝓpter indigentiã: tum qa peccatũ non cõtraxit originale: cõtra quod erat circũcisio: tum qa Dñs circũcisionis. Et ideo sicut princeps à legibus est solut⁹, sic Christus à legẽ circũcisionis: sed ꝓpter decentiã. Decuit eñ eum circũcidi. Primo, vt ostẽderet se filiũ Abrahæ, cui præceptũ circũcisionis erat factũ, & promissio naciturι seminis, & sic Dei promissionẽ implere tam insinuaret. Secundò, vt circuncisionẽ sicut & alia legalia in se suscipiens ab onere legis nos liberaret. Tertio, vt fratrẽ Iudæorũ se ostẽderet, ne haberẽt iustam occasionẽ ipsum repellẽdi. Quartò, vt pateretur legẽm, quam tulit. de cõsti. c. Cùm omnes. c. de legibus. digna vox. Et ideo, vt princeps ostendat se dñm legis: decet eum, quãdoq, in se lege vti, & in se, & in aliis quandoq; dispensare. Et ideo Christus in pueritia legi quidẽ subdi voluit, vt eos, qui sub lege erãt redimeret. Factus autẽ vir dispẽsauit cũ apostolis, vt spicas vellerent Sabbato: quia Dñs est filius hominis etiã Sabbati, & cum curato, vt tolleret grabatũ, & in se quãdo tetigit leprosum, vel loculũ adolescẽtis mortui, vel cũ permisit se tangi ab Emoroissa. Sic ergo Christum decuit circuncidi, sed non indiguit. 12 TERTIVS articulus est de ritu circũcisionis. Et habet tres conclusiones. Prima est de tẽpore, quia cũ circuncisio esset in præcepto, & cũ hoc esset sacramentũ octaua dies erat de necessitate circũcisionis

Cur solùm viris data sit Pctũ originale à pre transfundit quantùm ad culpã, à mre verò quantũ ad pœnalitatem.

Decebat Christũ circuncidi qua druplici ratione.

cuncisionis quantum ad obligationem præcepti. Et ita reus transgressionis erat, qui illud tẽpus non obseruabat, sed non erat de necessitate eius quantũ ad efficaciã sacramẽti, quia etiã in alio tẽpore circũcisio facta suum effectum sacramentalẽ habebat, sicut etiã accidit de ministrãtibus nostra sacramẽta, qui seruant materiã, & formam debitã, & omittũt aliquid de ritu ad solennitatẽ sacramẽti ab ecclesia instituto. 13 Determinationis huiusmodi tẽporis causa est, & mystica, quę tangitur in litera, & literalis, quæ tangit á Rabi Moysẽ, qa puer ante octauũ diem est ita tener, quasi in ventre matris, & ideo sicut animalia ante octauũ diem propter ꝑdictam causam nõ offerebãtur. ita nec puer circũcidebatur. Sic igitur patet, ꝙ non erat de necessitate sacramẽti plus, q̃ in baptismo: aliãs non ꝓfuisset Abrahę, nec suæ familię, nec Achior. Erat tñ de necessitate ꝓcepti non humani, sed diuini. Propter quod soli Deo licebat dispẽsare in tardãdo, sicut illis, qui nati sunt in deserto. Et hoc ꝓpter necessitatẽ, quę tãgitur Iosue. 5. quia. s. nesciebant q̃ castra mouẽda essent: & iterũ, quia nõ erat necesse eos aliquod signũ distinctionis habere, vt Dañ. dicit. q̃ seorsum ab aliis hoĩbus habitabãt. Et tñ quantũ ad aliquos qui ex negligẽtia, vel contẽptu prætermittebãt, dicit Aug. ꝙ inobedientiã incurrebãt. Non autẽ constat, ꝙ aliqui de illis, qui in deserto nati sunt, in deserto mortui sunt, & videtur ꝓbabile, ꝙ non, qa dicitur in psalmo, nõ erat in tribubus eorũ infirm⁹. Vnde illi, qui de Aegypto egressi sunt, q circũcisi erant, mortui sunt: & ita ibi nullus est mortuus incircũcisus. Si tñ ibi aliqui incircũcisi mortui sunt, idem dicendũ est de eis, & de illis, qui ante circuncisionis institutionẽ moriebãtur. Poterat etiã dispensare Deus anticipãdo, licet nusquã legatur, ꝙ dispẽsauerit, nec in filio Dauid, qa non fuit nominatus, nec per consequẽs circũcisus, vt dicit glo. sup illud Prouer. 4. Vnigenitus eram corã matre mea, sed in fide parentũ saluabãtur, licet nunc hoc nõ sufficeret paruulo, non ꝙ fides antiquorũ esset efficacior, sed qa nullo tẽpore homo natus fuit sine remedio salutis per se. Nunc eñ mox natus põt baptizari, & si nõ posit haberi aqua, hoc accidit sacramẽto. Tunc autẽ circũcidi nõ licebat ante octauum diem, & si nõ erat aliud remediu. ergo septẽ diebus stabat puer sine remedio salutis, quod nõ conuenit diuinæ misericordiæ. ergo tũc habebat tale remediũ, quale habebat antè, sicut mulieres tale tũc habebãt, quale habebant antè omni tẽpore, qa nullo tẽpore circucisio eis cõpetebat. Si tñ aliquis ante octauu diem paruulũ circuncidisset, paruulo valuisset, licet ille peccasset. Nec iterum puer circũcidi debuisset, etiã si potuisset, sicut si aliquis paruulũ baptizasset die Epyphaniæ durãte prohibitione, quòd tũc nullus baptizaret: ad tollendũ errorem dicentiũ illo solo die posse baptizari, quo Christus baptizatus est, baptizatus esset, nec esset rebaptizandus, sicut & qui de nocte celebraret, aut infermẽtato verè cõficeret, licet in hoc sit dissimile, quia ista essent contra præceptũ hominis, illa contra præceptũ Dei, contra quod datum sacramentũ videtur nullũ, sicut cõtra legẽ humanam factus cõtractus nullus est. 14 Sciendum autẽ, ꝙ illud præceptũ erat de nascituris de Abraham, non de aduenis, & proselitis, q in quocũq; tẽpore volebãt, circũcidi poterant, vt Achior, sicut etiã patuit in Sichimitis. Quod igitur Moyses nõ circunciderat filium suũ, excusatur, qa vxor nondũ permiserat. Et quandiu cũ socero erat, non poterat sic cõtra eius voluntatẽ filium circũcidere. 15 Secunda conclusio est de membro. Cùm enim circũcisio esset, vt dictũ est in signũ purgationis originalis peccati, & in signũ distinctionis populi ex quo Christus ꝓpagandus erat, & in signũ castitatis seruandæ: ideo quantũ ad hæc omnia decuit, vt fieret in mẽbro generatiõis, quia per actũ generationis originale cõtrahitur, & Christus ab illo populo descendit, & in illo actu castitas consistit. Et ideo generationis membrũ erat de necessitate circũcisionis, & quantũ ad efficaciam sacramẽti, & quantũ ad obligationẽ pręcepti. 16 Ex prima ergo conclusione apparet, ꝙ Sabbato circũcidebatur puer quandoq;, die octauo. Erat quidẽ aliquis natus Sabbato. igitur & Sabbato sequẽti circũcidendus erat. 17 Tertia conclusio est de instrumento. Vbi sciendũ est, ꝙ sacramentũ, quod est signũ, & causa, efficit, quod figurat. Et ideo illa significatio est de necessitate sacramẽti, quæ ad effectũ sacramẽti refertur: non autẽ illa, quæ refertur ad causam principalem effectus: sed est de benè esse ipsius. Cultellus autẽ lapideus non est de necessitate incisionis, per quam significat circũcisio effectum suum. s. purgationem originalis, sed habet aliquã similitudinẽ ad causam principalẽ meritoriã remissionis originalis. s. Christum. Et ideo non erat de necessitate circũcisionis. Vnde non erat necessa rium quantũ ad obligationẽ præcepti, nec etiã quantũ ad efficaciã sacramẽti, ꝙ fieret cultello lapideo, quod ritus Iudæorum vsq; hodie ostẽdit. Sed in principalibus circũcisionibus, in quibus Christũ significari oportebat tale instrumentũ adhibitũ est. Sed ꝙ Sephora tulit acutissimã petram: hoc fuit, vel quia cultellu paratum non habuit, vel propter misteriũ Deus voluit sic: vt significaret petrã Christum suo sanguine ecclesiã desponsaturũ, & lauaturũ. 18 De prępucio autẽ Christi dicit Comestor ipsum ab angelo delatu Carolo magno, & ab eo aquis granis positũ, & à Carolo Caluo translatũ Carosium. Sed hoc theologi multi negant, eo ꝙ tanquã ad veritatẽ humanæ naturæ, & integritatẽ pertinens cum Christo resurgere debuerit, licet cicatrix in signuum victoriæ in manibus, & pedibus remãserit. Potuit tñ Christus de materia alia sibi prępucium simile reparare, & illud deuotioni fidelium dimittere. 19 QVARTVS articulus est de effectu circũcisionis. Et circa hoc sunt tres conclusiones. 20 Prima, ꝙ non imprimebat characterẽ, quia sufficiebat distinctio corporalis, nec iterabatur, tum propter impossibilitatẽ, tum qa cõtra originale. 21 Sed tunc est dubiũ si ornatum imprimebat, & forrè non, sicut nec alia remedia contra originale, quia sicut dicit Beda, ꝙ contra originale agebat: sic dicit Greg. ꝙ in paruulis ante circuncisionẽ agebat sola fides parentum. Non tamen ab illa fide aliquid in paruulo fiebat. Vel dicẽdum, ꝙ circuncisio in hoc excellebat, ꝙ alia non, nisi ex pactione, hæc autẽ, vt sacramenta no. le. sanctificabat agẽdo ornatum, non tñ qui esset character, sed ornatus simplex. Baptismus autẽ imprimit characterẽ, & ornatum, non duas res distinctas, sed quod est tãtum ornatus in aliis hoc in imprimẽtibus characterẽ est character, & plus, sicut quod est vegetatiuum in plantis, hoc est sensitiuum in animalibus, non duæ animæ, sed vna, & hoc est intellectiuũ in homine, non tres animę, sed vna. 22 Secunda conclusio est, ꝙ auferebat peccatũ originale, & per consequens actuale mortale, non sic autẽ veniale, nec omnẽ pœnam, vt baptismus. 23 Sed videtur, ꝙ hoc non fuerit per virtutẽ inhærentem, sicut dicitur de sacramẽtis no. le. quia hoc habent ex cõtactu Christi, qui tetigit aquã quando fuit baptizatus, & chrisma, q̃ docuit cõfitere, & oleum, q̃ misit apostolos aliquãdo inungere, & huiusmodi: circuncisio autẽ quãdo fuit instituta, Christum non tetigerat. ergo saltẽ antè quam Christus fuisset circuncisus effectũ ex virtute inhærente non habuit, sed si habuit hoc, fuit solũ à Christi circũcisione vsq; ad eius passionem,

Cur circũcisio fiebat octaua die octaua. dies erat de necessitate nõ sacramenti, sed præcepti

Cultellus lapideus nõ fuit de necessitate ꝓcepti aut sacramẽti.

De prępucio Christi duplex opinio.

De effectu circuncisionis prima. cõclusio An circuncisio imprimeret ornatum an ceps sententia.

An circuncisio curaret ex virtute sibi inhærente ambigua sententia.

Membrum generatiõis erat de necessitate prę

Cur fides nũc non sufficit ad salutem paruuli sicut in lege sufficiebat.

passionem, qñ cessauit eius effectum. 24 Sed istud non videtur necesse, qa constat, ꝙ Christus istas materias numero, quibus vtimus, non tetigit, vt istis eisdē numero cōtactus eius realis vim dederit. Nec etiā apparet, qūo in simili materia matrimonij tetigerit, nec materiā ordinū, præter subdiaconatus, & presbyteratus, & lectoratus, qa calicem accepit, & librū Esaiæ legit. Vnde realis cōtactus hoc non dedit. 25 Et ideo dicendum est, ꝙ siue circūcisio auferret culpā originalem per virtutem inhærentē, siue solū per pactionem, hoc tū habuit per institutionē sacramēti, quod ordinabat ad auferendam culpam originalem. Et ideo Beda dicit: Qui nunc per Euangeliū terribiliter, & salubriter clamat, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare regnū Dei. ipse dudū clamabat per legē suā: Anima, cuius caro præputij circūcisa non fuerit, peribit de populo suo, quia pactū meum irritū fecit. Sic igitur cū hæc cōminatio fiat, non solū adultis, sed etiā paruulis, qui non sunt capaces præcepti. ideo potius est institutio sacramēti, quàm cōminatio ꝓcepti. Non sic autem erat de aliis cōminationibus, ꝙ fiebant solū adultis, quę benè erant cōminatoria præcepti, sicut illud de obseruatione Sabbati. Leui. 23. Anima, quæ quidpiā operis fecerit, delebo eam de populo suo. Et Exo. 12. de esu fermentati. 26 Tertia cōclusio est, ꝙ cōferebat gratiam quantū ad effectus positiuos, & non solū quantum ad priuatiuos: qa minima gra sufficit ad merendū, & nō solū ad alia: & hoc siue gratiæ sacramētales differant à virtutibus, siue non, quia vtræq; profluunt à gratia: sed huiusmodi cōtrariū dicit Magister, qui videtur sentire, ꝙ licet circuncisio culpā auferret, tñ gratiam non conferabat. Cuius tū contrariū cōmuniter tenetur propter duas rationes. 27 Prima est, qa priuatiuè oppositorū necesse est alterū inesse subiecto, sed culpa, & gratia se habent, vt priuatiuè opposita: culpa enim est priuatio gratiæ. ergo si p circuncisionē auferebatur culpa, necessariū erat inesse gratiā. 28 Secunda est ista circuncisus decedēs si era sine gratia, non ibat in paradysum, qa erat sine gratia, ꝑ quam itur ad vitā eternam. Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Nec in infernū, qa erat sine culpa, nec in purgatoriū, qa non erat dignus pœna sensus: quæ est in purgatorio, & secundū fidem nō sunt plures habitationes animarū post mortē. ergo nō est cōuenīens dicere, ꝙ circuncisio auferret culpā, & non conferret gratiā. 29 Quidam tñ nituntur respōdere ad istas rationes. Ad primā dicunt, ꝙ culpa non est priuatio gratiæ formaliter, & directè: sed solū meritorię, qa ob meritū culpæ, vel demeritū Deus aufert gratiā ab illo, qui peccat. Posset tū Deus facere, ꝙ aliquis esset sine culpa, & gratia: sicut si miraculosè formaret aliquis de limo terræ, vt Adam. Talis enim nō haberet culpā originalem, nec esset necesse, ꝙ Deus daret ei gratiam, quod etiam aliqui existimauerūt de Adam in prima sui creatione. 30 Sed hæc solutio non valet, qa licet culpa actualis, & gratia nō opponātur priuatiuè: sed demeritoriè: tñ culpa originalis nihil aliud est formaliter, nisi priuatio gratiæ propter pctū Adæ. Et non est meritū aliquod, nec demeritū in paruulo, qui sicut propter alienum, & non suum demeritū saluat, sic propter alienum, & non suum demeritū damnat. Et licet posit Deus de limo terræ producere hominē sine culpa, & gratia in puris naturalibus: tū Deus dedit Adæ pro se, & tota posteritate sua gratiā infundendā, & iustitiam originalē trāsfundendā sub pacto non peccādi. Vnde quicunq; est de posteritate Adæ, aut est in peccato Adæ, vel suo, aut habet gratiā. Et ideo mox, vt aufertur sibi culpa, datur ei gratia. 31 Ad secundā rationem soluunt sic, qa præter illas māsiones fuit limbus patrum, in quo Deus illas poneret, si vellet, aut eis aliam assignaret pro benè placito suo. 32 Sed nec ista solutio valet, qa limbus patrum erat propter pctū naturę. Vnde ante solutum preciū pro peccato populi deberet benè illi, qui erat liberatus à peccato personæ, sed non postea. Nec alius locus penè debetur illi, in quo nulla est culpa. Non est autē extra hanc vitā, nisi aut locus pœnę, aut gloriæ, quia tunc secundū merita, vel demerita debet esse præmium, vel supplicium. Et ad hoc diceretur, ꝙ hoc verū est pro illis, qui meruerūt, vel demeruerunt. Ille autem nuctrum fecit, vel si habuit demeritū, illud fuit ablatū. Et ideo sicut locus purgatorij non est locus, nisi habentis gratiam cum culpa, vel pœna, sic limbus patrum non est nisi habētis gratiā cum culpa naturæ, non personæ, limpus autē puerorū habētis culpā personę sine gratia. Vnde cū non sint plura receptacula animarū post mortem, licet Deus in paradyso terrestri, vel alibi potuisset ponere animā paruuli circūcisi, tñ de locis nobis notis nullum habuisset 33 Et ideo isti sic has rationes soluētes dicunt, ꝙ quanuis Deus posit facere aliquem sine gratia, & culpa, tū non est posibile, ꝙ remittat culpa, & non conferatur gratia, quia culpā remitti est eam non imputari ad pœnā. Quādiu autē gratia non reddi tur adhuc culpa imputatur ad pœnā damni, quia est cō munis peccato originali, & actulli mortali. ergo nondū culpa totaliter est dimissa. 34 Dato ꝙ etiā Deus posset facere, ꝙ culpa auferrē, & non cōferretur, & gratia: tū non facit hoc, sed in omnibus sacramētis auferen tibus culpā confert gratiā. Cuius ratio est, qa sacramenta auferētia culpā reponūt homines in statu priori quā tùm ad id, qđ est necessitatis ad salutē, alioquin essent imperfecta. Non autē reponūt in codē statu pristinæ dignitatis. Virgo enim ꝑ fornicationē corrupta, per pœnitentiā reparat ad gratiā: non autē reparatur ad virginitatē. Sed status ante culpā fuit status ad gratiā. ergo ad hunc statū reparatur per sacramēta auferētia culpam, & conferētia gratiā. Circuncisio igitur non solū aufert culpam, sed gratiā confert, non solu quantū ad actus priuatiuos, vt quidā dixerūt, sed etiā quantū ad actus positiuos, quia positiua causa ponit positiuum effectum.

35 Sed dicunt, ꝙ Deus nō potest auferre culpā, nisi conferēdo gratiā, non videt secundū eos, quia dicunt, ꝙ post actum culpa non manet, nisi quantū ad reatum. Sicut autē homo potest alteri quittare, quod ei debetur, nihil aliud sibi cōferēdo, sic Deus potest gratis cōdonare reatum ad pœnā, nihil aliud conferendo. Et tunc secundū eos pctū originale, quod nihil est, nisi reatus ad pœnā, potest remitti sine gratia. Sed si actu trāseúte manet culpa nō solū quo ad reatū, sed quo ad maculā, q̄ est formaliter priuatio gratię, tunc certū est, ꝙ nō potest tolli culpa quo ad hanc maculā, nisi per restitutionē gratiæ, sicut nec cæcitas, nisi reddatur visus. 36 Ad rationē dicendū, ꝙ si culpā remitti non est aliud, quàm ad pœnam non imputari: hoc potest esse sine gratia, & sine culpa quantū ad pœnā damni, non vt est pœna, sed vt est natura. Dicā enim, ꝙ sicut homo, qui formaretur de limo, & moreretur sine gratia, & culpa careret visione diuina, quod tū non esset ei pœna, sed natura, & non daretur ei gratia, nec imputaret sibi ad pœnā: sic illi, cui Deus remisisset reatū pœnæ, & non dedisset gratiā, nihil imputaretur ad pœnam, sed ad naturā. 37 Qui autē dicunt secundo, ꝙ omne sacramentū, quod aufert culpam confert gratiā, est verum propter causam dictā .s. quia aufert maculā non reatū. Beatus enim sine gratia tolli potest, dico sine gratia gratū faciente, quanuis non sine gratię gratis data, vel facta, sicut homo despecti uè quittat

Quod circuncisio cōfert gratiam contra Magistrum.

Culpa originalis priuatiuè opponitur gratiæ Actualis verò solùm demeritoriè.

Pctū originale est potiꝰ priuatio gratiæ, q̄ iustitiæ.

Quòd nulla gratia.

Macula peccati non potest elici sine gratia.

Priuatio gratiæ potest non esse pœna sed natura solùm.

lum sit receptaculū pro eo, qui est sine culpa, & gratia.

Tho. dicit ꝙ nō potest remitti culpa sine gra. Sco. verò dicit illud esse posibile de potētia absoluta.

uè quittat debitori inimico debitū, cui tamen non remittit offensam, adhuc odiens eum, vel saltē non diligens. i. nolens facere ei bonū, licet noluit facere ei malum. 39 Sed ratio sua non videtur necessaria. Si enim sacramentū, quod aufert culpam, reponit in statu pristino, quantū ad id, quod est necessitatis: cùm gratia sit necessaria ad salutē: tunc benè sequit, ꝙ is, qui ante peccatū gratiā habebat, & per peccatū eam perdidit per sacramentū, quod aufert illud peccatū recuperet gratiā quā perdidit. Sed paruulus nunq̄ gratiam habuit. Vnde si per sacramentū, quod purgat peccatū originale reponit in statu pristino, gratiā non habebit, quam prius non habuit. Similiter si quis de limo terræ formatus anteq̄ gratiā haberet, mortaliter peccaret, & postea pœniteret: si sacramentū pœnitētię, qđ culpā auferret, solū in statu primo reponeret, gratiā non cōferret, cū nec prius haberet eā. 40 Concludit tū ratio, & si nō gratia formæ. vt dictū est, tū gratia materiæ in paruulo descendēte ab Adā secundū rationē seminalē, qui ꝑ sacrm, qđ aufert in eo pctū Adæ debet reponi in statu, in quo fuisset, si Adam nō peccasset quo ad id, qđ est personæ, & necessitatis ad salutē. Si autē Adam nō peccasset ex pactione, cū Deo filius suus in gra genit⁹ fuisset. ergo &c. Christus verò in gratia cōceptus fuit non ꝓpter donū factū Adæ pro se. & posteritate, qa nō fuit ab eo secūdū rationem seminalē: licet ex dono ꝓprio. Sed sacrm non reponit in statu, quo ad originalē iustitiā: qa prout excludit gratiam, non est necessaria ad salutē. 41 Sed hīc oritur dubitatio, qūo circūcisio ex opere operato conferat gratiā, si non imprimit characterē. 42 Dicendum, ꝙ secundū viā Thomæ nō aliter sacramentū causat gratiā, nisi quia causat dispositionē ad gratiā, quę est character, vel ornatus. Vnde circūcisio non imprimebat characterē, sed ornatum. Vel dicendū, ꝙ nullum sacramentum veteris legis, vel naturæ conferebat gratiam ex opere operato, nisi sola circuncisio, & illa, quæ erat contra originale, sed circuncisio, & huiusmodi, quæ ex opere operato cōferebant gratiā, in hoc differebant à sacramētis nouę legis: non solū quia minus de gratia conferebāt, q̄ ista, sed etiā qa nō cōferebāt nisi ex diuina pactione, & erāt solū causa, sine qua nō. Et ꝓpter hoc non solū suscipiēdo, vt circuncisio, sed etiā offerēdo, vel credendo paruuli distantes iustificabātur. 43 Dicitur enim ex opere operato iustificare, quādo præter illud nullū opus requiritur per se ex parte iustificandi: licet forte per accidēs requirat, vt remouens prohibens. Sed sacramēta nouæ legis plus habent, quia in suscipiente aliquid efficiūt, quod ita disponit ad gratiā, sicut facit opus operans, quod est motus liberi arbitrij in Deū, & in peccatū. Et illud dicitur character, vel ornatus.

44 Et ideo potest esse tertia opinio, quæ posset imaginari, ꝙ sola circuncisio disponebat, cætera quæ erant contra originale, conferebant ex opere operato solùm, sicut causa, sine qua non. omnia autē alia neutro modo. 45 QVINTVS articulus est de remedio contra originale ante circuncisionē, vbi similiter sunt tres cōclusiones. 46 Prima est, ꝙ fides propria in adulto erat remediū contra originale. De adulto enim dicit August. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. Et fides formata, quæ aliter est mortua. Sed intelligendum est formata cōsequēter, non antecedēter, qa & meritum, & sacramentū, & omnis causa præcedit suum effectum. Vnde cū remissio peccati mortalis, & originalis sit quasi formaliter per gratiam, & charitatē, prius per se est sacrm, & dispositio coexigita, q̄ illa, quæ sunt eius effectus. In paruulo autem erat remediū fides aliena, non cuiuscunq;, sed ecclesię, quæ semper est formata. Hæc autem non est habitus, nec actus, vt quidam dicunt. 47 Sed fides mediatoris secundū actum semper requisita est, vt dicunt, quod non credo. Quia aut intelligitur de actu fidei protestatio. s. signo exteriore, & sic verum est, & nulli hoc est dubiū, aut de actu fidei elicito, vel imperato, quod non videtur verū, quia non plus requirebatur fides tunc, q̄ nunc: sed modo si nullus de ecclesia esset in actu credendi, nec in actu alio, & vnus paganus intēdens facere, quod facit ecclesia, baptizaret paruulū, ipse esset verè baptizatus, & omnē baptismi effectum consequeretur. Et similiter si tēpore naturæ, vel legis scriptæ intēdens facere, quod faciebat fidelis ꝓ paruulo circuncidendo, vel offerēdo: illud idem fecisset, videt, ꝙ fuisset verū sacramentū, etiā si nullus fidelis, tunc in actu fidei fuisset, imò plus videtur, ꝙ si in toto mundo fides pisset actu, & habitu, & infidelis baptizaret paruulum, intendens facere, quod ecclesia faciebat, idem sacramentū esset, cùm haberet eandē materiā, & eandem formam. ideo &c. 48 Nec valet prima ratio sua, quæ hoc probat dicēs, ꝙ ad actualē iustificationē requiritur actualis vnio ad mediatorē, sed actualis vnio non est, nisi per actualē fidem. ideo &c. Concedo maiorem, sed ad minorem dico, ꝙ actualis vnio fit per actualem vsum sacramenti à mediatore instituti, quod in fide actuali implicita hoc fit, licet non actuali, nec habituali explicita. 49 Item non valet secunda ratio, quæ dicit: fides operabatur per modum meriti, sed meritum consistit in actu. ergo &c. 50 Dicendum, ꝙ non videtur verum, & fides operetur per modū meriti, quia tunc ex opere operante, & non ex opere operato prodesset. Vnde per modum sacramenti non meriti operabatur fides cum signo, sicut nunc intentio ministri cum sacramento. 51 Item non valet tertia ratio, quę dicit, ꝙ fides aliena non posit valere alteri ad iustificationem, nisi vel per modū meriti, vel suffragij, quod idem est vel sacramēti, sed fides aliena non poterat valere per modum sacramenti, quia nondum erant instituta sacramēta. ergo valebat ꝓ modū, vel suffragij, vel meriti, hoc autem non poterat fides aliena, vt erat personę: quia frequenter erat informis: fides autē informis vnius nō meretur aliquid alij: nec de condigno, nec de congruo: licet per fidem informem aliquis posit sibiipsi mereri de congruo. ergo oportebat, quod fides illa mereretur paruulo iustificationem: vt erat fides ecclesiæ, quæ semper formata est. 52 ISTA Ratio continere videtur multa non vera. Primò, qa dicit, ꝙ non per modū sacramenti dicendum, ꝙ imò fides cum signo videbatur esse sacramentū. Et quod dicit, ꝙ non erāt aliqua sacramēta instituta: dicendū, ꝙ imo per inspirationē, licet non ꝑ exteriorē legem. Erat eiñ sacrm matrimonij in remediū concupiscētiæ. Circa quod etiā erat dispositio de pluralitate vxorū, & sacramentū pœnitētię cōtra actuale, & aliud cōtra originale. Nec videt etiā per modū meriti de cōdigno, qa nec tota ecclesia, Christo excepto, potest alteri mereri sic primā gratiā. Itē quod dicit, ꝙ fides ecclesiæ semper fuit formata, verū est. Sed suppositō, ꝙ in tota ecclesia militāte nō esset fides formata actu: adhuc saluarentur in fide ecclesiæ, & tunc paruuli per sacra. Quando enim sacramentū exhibetur, intentione faciendi illud, quod Christus instituit, & ecclesia catholica seruat, vel seruare debet, ꝑ hoc in fide actu implicita, licet nō explicita saluat. Nec videt fides aliter requiri ad effi caciā sacri, nisi ꝙ exhibeat intētione tali, & ipsa intentio est fides. 53 Secūda cōclusio est, ꝙ cū fide requirebat signū sensibile exterius, tā ꝑ paruulo, q̄ pro adulto, sed differēter, sicut nūc. Plus eiñ valet hoī fides ꝓpria, q̄ paruulo aliena, sicut plus pōt peccare ꝑ se, q̄ per alium

Nota.

Sacra noue legis sunt causa gratiæ per quā circuncisio verò causa sine qua non.

Alia sacra neutro modo Iustificare ex opere operato.

Prima conclusio.

Contra originale requirebatur fides formata.

Actualis fides mediatoris non est necessaria ad iustificationem saltē explicita.

Prima obiectio.

Secunda obiectio.

Fides per modū sacramēti, & non meriti operabatur.

Tertia obiectio.

Solutio.

Ante circūcisionē instituta fuerunt alia sacramēta.

Nota

Quia semper post peccatū opus fuit aliquo signo exterio re cum fide.

contrahere. Vnde fides baptismi per se sufficit in necessitate, non autē fides ecclesię paruulo, siue tūc, siue nuc, quia pari ratione: sicut nunc non est peccati originalis actualis remissio sine sacramento: de cuius ratione est res exterior: sic nec tunc cùm etiā tunc res exterior esset ratione sacramēti: quia non est sacramentū ex solo actu interiori, sine exteriori, & opus operatū, quo quis iustificatur cum actu interiori, requirit exterius aliquid sensibile, vel actu, qñ est respectu alterius, vel saltē voto: qñ est respectu suiipsius. Vnde quousq; paruulo, vel pro paruulo exhibita esset benedictio, vel oblatio, aut aliqd huiusmodi, quod tunc fiebat, sed nō habemus scriptum: non erat mundatus ab originali. Sed sicut lex Moysi traxit circuncisionē ex patribus: ita fortè traxit oblatio nem, quæ fiebat post partum. Et ideo etiam in adulto requirebatur exterius signū: licet contrariū quibusdam videatur. Cùm enim homo peccando se auertat à Deo conuertendo se ad sensibilia exteriora. ideo oportet, ꝙ se iustificādo conuertat se ad Deum: humiliando se sensi bilibus propter Deum. Et ideo omni tēpore fuerunt sa cramēta necessaria ad salutē: etiam ante omnem legem scriptam. Sacramentū autem est sacræ rei signum, & est materiale elementum, exterius oculis suppositum. Vnde videtur de essentia omnis sacramēti esse aliquod sensibile exterius: quod non est actus interior, sed verum est, ꝙ illud exterius nō erat sic determinatū, sicut est modo: quia contra actuale mortale nunc non est remedium: sine exteriori confessione, contra originale sine baptismo: tunc autē ab actuali iustificabatur per actū interiorem: cum proposito satisfaciendi exterius: vel per ieiunia, vel per eleemosynam, vel per orationē: quia eædem partes satisfactionis erant, quæ & nunc. Sed qa originale satisfactionē nō requirebat, sed solu fidem, per quam sibi remitti peteret, dicens ab alienis, parce seruo tuo. ideo probabile videtur, & sine signo exteriori, nec in re: nec in voto adhibito adulto saluari. Sed pro paruulis, quibus deerat actus interior, reddebatur aliquid exterius. 52 Adhuc tū restat dubiū, quomodo adultus sine sacramēto à peccato mūdabatur. Vnde videtur, ꝙ vel ore remissionē petebat, dicens ab alienis parce seruo tuo: vel fidem de remissione aliquo signo exteriori adhibito declarabat. 53 Tertia conclusio est, ꝙ vtrunq; tam fides, q̄ signum exterius requirebaꝫ per modum præcepti, & sacramēti, sed differēter. Nam de præcepto respectu quidem sui adultus tenebatur ad vtrunq;: respectu paruuli similiter: si videbat eum morientem: quia si de necessitate præcepti debet homo morienti exhibere eleemosynam, sine qua non potest viuere: multò magis, qui videbat paruulū morientē, maximè pater tenebaꝫ ei adhibere, vel pro eo exhibere illud, sine quo non saluabatur: sicut etiā si quis videret paruulum morientem, quem sciret non esse baptizatum de lege charitatis, & præcepto teneretur eum baptizare. Item videtur, ꝙ per modum sacramēti, vt dictū est. Sed quia non erat aliquid determinatū, sicut nunc aqua, & prius circuncisio: propter hoc dicit Grego. ꝙ sola fides saluabat ab originali: per quā tamen non excluditur signum exterius protestans fidem. Vnde sola fides protestata, & aliquo signo exteriori applicata sufficiebat, nec aliud requirebatur: nisi, vt fidei protestatiuum, & per hoc integrans sacramentum. Quia autē dicit illud valere per modum meriti, videtur pro tanto habere coloré: quia fides propria adulto subuenit per modū meriti: quod tamen non est meritū condigni: sed tantū congrui. ergo à simili videtur, ꝙ meritū ecclesiæ, licet nō sit meritū condigni ad primam gratiā alteri promerendā: sed tantùm meritum congrui: tñ sufficit ad saluandū puerum. Istud tñ non valet: tum qa fides propria etiam per modū sacramenti voto suscepti operatur: tum qa non tantùm valet paruulo fides aliena quantùm adulto fides propria. Vnde non per modū meriti, sed sacri. 54 Ad primū contrariu dicendū, ꝙ pœna sensibilis, quæ est in circuncisione, est ex natura actus, & non pro satisfactione culpæ: sicut & in baptismo est pœna sensibilis cùm aqua est nimis frigida. 55 Ad secundū dicendum, ꝙ sicut dictum est, circūcisio non fuit remedium generale contra originale, nisi vt significans causam traductionis eius, quæ est solùm in masculinis.

Quia tam fides q̄ signū exterius requirebatur per modum præcepti, & sacramenti.

Ad argumenta.

QVAESTIO SEXTA.

Vtrum sacramenta legalia conferant gratiam.

Thom. 3. q. 62. art. 2. & 3.

IESTO Quæritur: Vtrū sacramenta legalia conferrent gratiam: Et videt, ꝙ sic quia erant propinquiora legi nouę, quàm circuncisio, quæ eam cōferebat. q̄re &c. 2 CONTRA, quia erāt vacua, & imperfecta secundum apostolum. ergo &c. 3 RESPONDEO circa hanc quæstionem videndi sunt quinq; articuli. 4 Primus, quòd sacramenta legalia erant purgatoria ab irregularitatibus illi⁹ legis: quibus arcebatur aliquis ab ingrediendo castra, vel leprosus, vel templum, vt pueri: vel sancta ad aliquid immolandum, vt leuitæ, & sacerdotes. Ratio huius est: quia intentio legis veteris erat homines ad Dei timorē, & reuerentiam inducere, & à carnalibus ad spiritualia trahere paulatim. Et ideo instituit multa impedimenta, quibus homines ab vsu illorū sacramentorū frequenti impedirētur: &, vt sic magis in reuerentia haberentur: quia omne rarum carum. Et sic etiam paulatim à carnalibus obseruantiis dissuescerent quādoq, ab eis totaliter abstrahendi tēpore gratiæ. Et hæc impedimenta immunditię cornis dibebat: quibus homo corporaliter accedere ad sanctā inidoneus efficiebatur. Et ab his carnis immūdiciis sacramēta legis purgabant. Qñq; etiā post illamet sacramenta: sacerdos manus lauabat, & vestimēta, ne cum manibus sanguinolentis, & cinerosis alia tangeret, quando .s. offerebant sacrificia pro aliis, vt sanguis hirci, & ciuis vitulæ, & huiusmodi, & quia sacramentum ad cōmunia non debet esse cōmixtio: propter quod etiam vncti crismate manus lauant. Non sic autem sacramēta nra à nostris irregularitatibus nos purgant: nisi ꝙ baptismus forte tollit illam, quæ contrahitur ex homicidio quocunque. Sed illam, quæ ex sacramento contrahitur: vt bigamiam, non purgat. Exemplū de prima est: qa Paulus homicida Stephani post baptismum sacerdos, & Christus fuit. Sed aliquando contingit, ꝙ sacramēta etiā debitè suscepta faciunt contrahi irregularitatē, vt secundæ nuptiæ: aliquando si indebite, vt ordines in excommunicatione suscepti. Non sic autem suscipere cætera sacramenta facit irregularem: quia non est expressum, licet ea conferre in excommunicatione, vel suspensione faciat irregularem. 5 SECVNDVS articulus est, quòd erant meritoria: vtpote, quia erant materia, & actus latriæ. Dicitur enim aliquis actus meritorius de se. i. ex opere operato, quādo est de genere bonorum, & econuerso de se meritorius, id est, ex opere operato quando est de genere malorum. Similiter aliquando est opus

Legalia purgabant irregularitatem.

Eadem erant meritoria.

opus operatū indifferens: sed ex opere operante meritorium, vel demeritorū, vt iacere lapidem pro fundatione ecclesiæ, vel pro lapidatione innocentis. Sic igitur sacramenta legalia secundū se considerata ex opere operato non erant meritoria, nec demeritoria, sed indifferentia: quia immolare animalia potest benè, & malè fieri: sed prout ex præcepto Dei fiebant: per quod non solu indifferens, sed etiam, ꝙ de se malum est, potest fieri bonū: sicut ducere vxorem fornicariā, & immolare filium innocentem, erant meritoria. 6 TERTIVS articulus est, ꝙ erant satisfactoria: quia opera Deo accepta, & pœnosa sunt satisfactoria: huiusmodi autē erant onerosa, vt notum est. Item erant Deo accepta secundū ꝙ ab ipso imperata: & ad deuotionem offerentiū relata. Licet essent odiosa relata ad idola: quibus etiā illa offereban tur, & ad illos, qui illa indignè Deo offerebant. Secundum se autē absolute, nec erāt accepta, nec non accepta, 7 QVARTVS articulus est, ꝙ non erant dispositiua ad gratiā, vt quidam dicunt distinguentes, quia quædam sunt, quæ dicuntur sacramenta largè: vt illa, quæ à populo mediantibus ministris offerebantur: puta decimæ, oblationes, & sacrificia, id est, animalia ad sacrificandum, & cæteræ oblationes. Et hæc non conferebant gratiā ex opere operato. Huius gratia est, quia in sacramento non confertur gratia, nisi suscipienti sacramentum: licet conferēti vsus posit esse meritorius. Sed sacramenta hoc modo dicta non suscipiebantur ab aliquo per modū sacramenti: sed erant oblationes Deo factæ per manus ministrorū legis. ergo per talia sacramenta nulli conferebatur gratia. 8 Alia vero dicebantur magis propriè sacramēta, quæ ministrabanē populo per sacerdotes, & leuitas, sicut per aquā lustrationis purificabanē leuitæ, & alij, vt habetur Numerorum 8. & sacerdotes in sua consecratione tingebantur sanguine arietis in extremo auriculæ, & pollice manus dextræ, ac pedis: vt dicitur Leuitici. 8. & sic in pluribus aliis. Et ideo sic sacramenta accipiendo: dicendum, ꝙ in quibusdam conferebatur gratia, in quibusdā non, quia cùm sacramenta efficaciā habeant ex institutione diuina, illa sacramenta ve. le. quæ á Deo instituta sunt ad effectum, qui non potest haberi sine gratia, aut ad effectu qui non potest exerceri sine gratia, conferebant gratiam ex pactione, & ordinatione diuina: non eñ deficit Deus in necessariis, & talia videtur fuisse circuncisio, quæ ordinabaꝫ ad deletionē peccati originalis, qui non potest fieri sine gratia: & vnctio sacerdotalis, quæ ordinabatur ad administrationē sacramentorū, quæ non poterat benè fieri sine gra, vt infra patebit. 9 Alia autē sacramēta, quæ ordinabanē ad effectū, propter quē non requirebatur gra, non cōferebant gratiā, sicut fuit in emūdatione leprosi, qui aspergebatur cum ligno cedrino, & ysopo sanguine passeris immolati &c. quæ tangitur Leuit. 14. & in similibus, qa hæc etiā significabant aliquid sacrum in lege noua futurū: tñ pro tunc non exhibebantur, nisi propter corporalē effectū. s. ad tollendā aliquā irregularitatē legis, per quā arcebantur ab ingressu castrorum, vel tēpli. 10 CONTRA istud tñ videtur primò, ꝙ aliqua cōsistebāt in offerēdo: quæ tamen erant cōtra peccata, q̄ sine gratia nō remittūtur. igitur vel in illis dabaꝫ gratia, quod est contra primū membrū, vel Deus deficit in necessariis, quod est cōtra tertiū, qa ad remissionē peccatorū plus requiritur gratia, q̄ ad immolandū vnum bouem. 11 Si dicatur, ꝙ tunc solùm cōfertur gratia, qñ vtrunq; cōcurrit. s. ꝙ est in suscipiendo, & ꝙ ordinatur ad actū gr̄æ: hoc ipsum est Deum deficere in necessariis, qa ipse non prouideret de sacramēto susceptiuo, in illo, qd̄ gr̄am req̄rit. 12 Præterea cōtra originale in mulieribus, & in viris ante circuncisionē non erat aliquod sacramentū in suscipiendo à paruulo, sed oblatio, aut sacrificiū, aut huiusmodi. igitur si illud non poterat cōferre gratiā ex opere operato: malè erat prouisum paruulis, qui non poterāt habere opus operans. 13 Secundū membrū benè est verum. Sed secus est de sacramētis nouæ legis: quia ad vsum matrimonij, & cōfirmationis non est gratia necessaria: cùm sine peccato vxor, & vir possint mutuò petere, & reddere debitum, & cōfiteri Christū etiā carentes gratia: similiter & sine gratia cōfiteri peccata, & aliquando cōmunicare, & tū in omnibus istis cōfertur gratia. 14 Tertiū, quod dicit de sanctificatione sacerdotum dubium est, & vtrum idē intelligat de sanctificatione leuitarum: quia ibi eadē ratio videt: quia neutru sine gratia dignè fieri potest· iuxta illud: Mundamini, qui fertis vasa Dñi. Et tū ibi non videt dari gratia, dicēte apostolo. Sine sanguinis effusione non fit remissio peccatorum. Ibi autē non erat sanguinis, sed aquæ aspertio in leuitis: nec similiter in sacerdotibus purificādis, sed solùm in consecrandis. 15 Si dicaꝫ, ꝙ aqua lustrationis cōfecta erat ex prima effusione sanguinis in die propitiationis: adhuc non est ratio, cùm esset vna aqua, qua omnis irregularitas tam laicorū, quàm ministrorū purgabatur: quare in vno cauaret remissionē, in alio non: cùm tamen esset eadem materia, & non alia forma. 16 Ad argumentū suum est dicendū, ꝙ aqua lustrationis aliqui aspergebantur, vt mundarenē ab eo, quod nullum peccatū erat, imò erat meritum, vt mortuum se sepelire: quo facto Thobias gratiā promeruit. ergo huiusmodi sacramentū nō ordinabaꝫ ad aliquid, ad quod esset gratia necessaria. Magis autē sacrificia, quæ ordinabantur ad remissionē peccatorum principis, sacerdotis, populi, & animę videntur gratiā requirere, sine qua nullum peccatu dimittitur, & tamen illa non consistebant in suscipiendo, sed in offerēdo. 17 Præterea apostolus dicit, ꝙ sine sanguine non fit remissio peccatorū. ergo in solis illis peccata remittebantur: in quibus sanguis effundebatur. Sed ipse dicit, ꝙ impossibile est sanguine hircorū, aut thaurorum auferri peccatū. ergo nec vbi sanguine tingebatur extremū auriculę, policis, & pedis dextri: quod in suscipiendo consistebat peccatū remittebatur. ergo gratia conferebatur: per quam peccatum remittitur. 18 Præterea apostolus expresse dicit, ꝙ sanguis vitule sanctificat ad emundationē carnis: sed ad emundandā conscientiam ab operibus mortuis. i. peccatis solus sanguis Christi, qui per sacramenta super vtrunq; postem ecclesię aspergitur. 19 Ad rationem, quæ dicit, ꝙ Deus nō deficit in necessariis: verum est. Vnde quia paruulus non potest se ad gratiam præparare, semper in paruulis necessariū fuit cōtra originale tale remediū, per quod ex opere operato dispone rentur: qui per opus operans se præparare non possunt. Et ideo siue obligationes essent, quas paruuli ante legem, & fœminæ sub lege non suscipiebant, vel in purificatione parturiētes, & huiusmodi: siue circūcisio, quam suscipiebat paruulus: illud semper ex opere operato iustificabat. In adultis autē non est necessariū, qui per cōtritionem semper potuerūt iustificari: non solū ab actuali: sed etiā ab originale. Nam in baptismo flaminis saluatur, qui non pōt habere baptismum fluminis. Vnde si propter hoc, ꝙ erant in le. ve. aliqua sacramenta ordinata ad aliquid: ad quod erat gratia necessaria: illa cōferebant gratiā, hæc maximè fuissent illa, q̄ fiebant pro peccatis, q̄ sine gr̄a remitti non possunt. Sed illa gratiā non cōferebāt ex ope opato secundū regulā ipsorū, qa cōsistebāt nō in suscipiēdo: sed in offerēdo. ergo distinctio nō est

Eadē erāt satisfactoria

Eadē non erāt dispositiua ad gr̄am.

In quibusdam sacris ve. le. cōferebatur gratia in aliis non secundū aliquos.

Prima obiectio.

Secunda conclusio.

bona. In suscipiendo autē solùm sacra no. le. conferunt gratiā,& non in offerendo, sicut in cōmunicādo,& non in consecrādo ex opere operato, homo cōsequit gratiā, & sic de aliis. 20 Dicendū ergo,ꝙ sacramēta ve. le. conferebant gratiā ex opere operante: sicut ex causa per quam, sed ex opere operato, sicut ex causa sine qua non. Econtrario autē sacramēta no.le.per se quidē ex opere operato,sed per accidens ex opere operāte, sicut ex causa,sine qua non; in adulto. De sacramētis autē ante legem videtur:ꝙ circūcisio cōferebat ex opere operato, siue ex sola pactione, siue dispositione. Reliqua vero, quæ erant cōtra originale per se ex opere operato, sicut ex pactione, & non aliter, quia in pārulis non poterat esse opus operans. Et de fide quidē potest concedi,quia illa est à Deo, de signo verò exteriori idem,quia erat in stitutum à Deo per inspirationē,& si non in speciali,saltem in generali. Et sic ex diuina institutiōe poterat hoc habere. De pœnitētia verò,quæ erat cōtra actuales,non videt, ꝙ ex opere operato: qa licet ordinaret contra defectum,qui sine gratia tolli nō potest : poterat tū haberi ex opere operāte:sicut de sacramēto,quo fiebāt sacerdotes. Similiter de matrimonio,qa vsus eius gratiā non requirit,& qa est personarū, quæ per opus operans possunt gratiā acquirere. Sacrificia autē,decimæ,& oblationes non conferebāt ex opere operato,nisi quādo exhibebantur, vt signū fidei pro paruulo ab originali mudando,quia tunc solu erat necessariū. 21 Sed dubiū videtur de hoc dictum est, ꝙ sacramēta solū in suscipiendo causent gratiā,& non aliter ex opere operato, qa hoc videtur habere instantiā de matrimonio. Est enim duplex sacramēti susceptio : vna , q̄ est essentia sacramēti, sicut in omnibus prēter eucharistiā,& matrimoniū,alia quæ est vsus sacramēti,sicut in eucharistia, cuius consecratio materiæ est essentia : vsus verò eius est susceptio veri sacramēti,& non sacramentū. Et istæ duæ susceptiones sacramentorū benè possunt esse mediū,per quod sacramentū confert gratiā ex opere operato, qa ista susceptio sacramēti,vel est ipsum sacramentū,vel non est sine eo. Sed in matrimonio non sic,qa essentia sacramēti est in cōsensu expresso ꝙ verba de ꝓsenti,non autē in benedictione nuptiali,quæ nō est sacrm,sed est qd sacrale.vnde si in susceptione benedictionis cōferatur gratia, hoc non est ex opere operato,cùm illud non sit sacramentū, quod solū confert gratiā ex opere operato. Si autē ipse consensus expressus gratiā confert, tunc non est ibi, qd recipiatur, nisi ꝙ vnus suscipit consensum alterius, vel ꝙ vnus suscipit alium, cùm dicit : Accipio te in meam, vel in meum. Et sic ipsæmet personæ sunt materia sacramenti, quia materia est id, quod suscipitur. Vel dicendum, ꝙ in matrimonio suscipitur forma ipsa verborum ab illo,qui acceptat. Et in pœnitentia forma absolutionis ab illo, qui se subiicit clauibus. 22 QVINTVS articulus est de cessatione legalium. Et sunt quatuor conclusiones. Prima,ꝙ circumcisio debuit cessare, quia sicut dicitur. C.de iure deliberandi. l. scimus. vbi Imperator nouum remediū dedit hæredibus,quòd non possunt vtroq; vti, imò qui pro nouo beneficio vetus elegit, grauamen imputet sibi, & tenetur soluere insolidū, sicut dicit apostolus: Si circuncidimini, Christus non proderit vobis. Et contestor omni circuncidenti se , quòd debitor est vniuersæ legis faciendæ. vnde circumcisio totaliter,& vtiliter cesit baptismo, quia baptismus est vtilis omnium sexuum , & gentium. Sed remedium , quod erat ante circuncionem , ipsa data solis viris de familia Abrahæ, & seminis eius, non cessauit in fœminis, & viris alterius generis. 23 Secunda conclusio est de legalibus,ꝙ legalia cessauerunt, nisi quantū per leges,aut canones innouantur,sicut pœna furti manifesti est quadruplum post quàm condemnatus est per iudicem. Ceremonialia multo magis cessauerunt,quæ etiā renouari non possunt, quia esset mendacium facto, & iudaizare,quia significabant Christum futurum , vnde ea seruare est Christum venisse negare, nisi thurificatio, quæ significat deuotionē, & orationē: quæ oportet semper orare. 24 Tertia conclusio est de moralibus : quia illa nunquā cessant, sed semper remanent, qa iura naturalia semper & vbiq; immutabiliter ꝓmanēt.insti.de iure nāli. §. vlt. 25 Quarta conclusio est de tēpore cessationis legaliū. Vbi sciendum est,ꝙ circa hoc videt quædā difficultas ex quibusdam cōtrarietatibus,quę circa hoc inueniunt tam in canone, q̄ dictis sanctoru. Inueniuntur enim qnq; obseruata legalia tēpore gratiæ, qnq, autē prohibita. De hoc etiam Petrus à Paulo redarguitus videt Gal. 2.c. Et ideo super hoc Hiero.& Aug.diuersā sensisse videntur. Volebat enim Hieron. ꝙ legalia statim post passionē Christi quantū ad illos, ad quos gratia noui Testamenti diuulgata erat, manifestè fuerūt mortifera,sed apostolos quę dam pia dispensatione his vsos fuisse ad vitandu scandalum Iudæorum. Et ideo Petrus iudaizans non peccauit dispensatoriè illud faciens, secundū ꝙ etiam dicitur. 1. Corin. 9. Omnibus omnia factus sum. Et similiter Paulus dispensatoriè eum redarguit , ne Gentiles, quorum ipse erat apostolus exemplo Petri quasi sacramenta ea quia ipse inuenitur eadē piā simulatione seruasse. Ea sic vteroq; excusatur , & Petrus à culpa, & Paulus à procaci reprehensione. Sed quia nō videtur conueniēs, ꝙ a postoli aliquid contra veritatē doctrinæ fecissent ad vitandum scandalū Iudæorum , nec iterū videtur conueniens, ꝙ Paulus in epistola ad Gal. Aliquid simulatè dicere tu, vbi dicit Petrum reprehensibilem fuisse: ideo Aug. aliter dicit, & melius, ꝙ ante Christi passionē legalia fuerunt obseruanda ex necessitate diuinæ institionis, & habuerunt adhuc effectum , sed post Christi passionem ante diuulgationem Euangelij obseruari poterant à Iudæis ad finem conuersis, non spem in illis ponentibus, quasi aliquius virtutis essent, aut quasi, ꝙ sine ipsis gratia Christi non sufficeret ad salutem, sed ne omnino lex vetus videretur reprobanda : si statim quasi idololatria fugeretur, & ideo mater sinagoga era deducenda ad tumulum cum honore : sed post diuulgationē Euangelij non solùm nō sunt salutifera,sed mortifera. Medio ergo tēpore Petrus,& Paulus,& alij apostoli legalia obseruabant , non simulatoriè, sed uerè. Petrus tamen incautè se habuit in obseruatione legaliū , nimis condescendens Iudæis illis , qui dicebant legalia illa esse obseruanda: ita: vt aliqui eius exemplo inducerētur ad ea obseruanda quasi necessaria. Et ideo reprehensibilis erat,& aliquam leuem culpam incurrit,& Paulus verè,& non dispositiuè ipsum reprehendit. Diuulgatio autem Euangelij facta per apostolos toti Iudææ,& Iudæis, qui erant in dispersione sufficit ad cerimias relinquendas: quia Gentiles illis non erant subiecti. Antè autē diem iudicij oportet in omnes gētes Euangelium prædicari. Ad argumentum in oppositum dicendum, quòd sacramenta propinquiora nouæ legis fuerunt perfectiora cæteris paribus, vt fiat comparatio eorum inter se, quæ in lege,& ante legē instituta fuerūt nō solùm ad significandum, & aliorum inter se, quæ instituta fuerunt ad sanctificandum. Et ideo si sub lege institutum fuisset aliquod sacramentum contra originale fuisset perfectius, & efficacius,quàm circumcisio,sed non fuit.

Quomodo sacra vetera,& noua differenter causant gratiam.

Dubium.

Quòd circumcisio debuit cessare.

De tēpore cessatiōis legaliū diuersitas inter Aug. & Hierony.

Excusat Petrum á culpa.

DISTINCTIO. 2. QVAESTIO. 1. Circa

Circa secundam distinctionem quærūtur tria. Primò de institutione sacramentorū no. le. secūdò de baptismo Ioannis. Tertiò, de gratia sacramentali.

De *institutione sacramentorum.*

Thom. 3. q. 64. art. 2. & q. 38. art. 1. & 2.

QVAERITVR Ergo primò, de institutione sacrorum no. le. an sint à Christo instituta? Et videtur,ꝙ non, qa ministri legis gratiæ sunt digniores, q̄ sacerdos,siue ministri legis naturæ, qa illi sine cōsecratione iure primogenituræ hoc habebant:hi autē ꝑ veru sacrm fiunt,sed illi ad libitū institue bant sacramenta.ergo multo magis sacerdotes no.le. 3 CONTRA, qa sacra no.le. sunt digniora sacris ve.le.qa illa erāt inania,& ministra mortis: sed ipsa fuerunt à Deo indicāte instituta,& scripta primò, licet postea scripta à Moyse , sicut & tota lex ministrata per angelos.ergo multo magis sacra grę. 4 RESPON DEO , circa hāc quæstionē tria sunt videda: primò,qñ sacra no.le. fuerūt instituta. Secūdò à quo fuerūt instituta.Tertiò quis posit ea instituere. 5 Circa primùm sunt tres cōclusiones. Prima de institutione ipsorum quantū ad vinculū,& ligamē,vel obligationi, quæ coepit in passione,nō ante,nec tardius,puta,ꝙ baptism⁹ & pñtia q̄ sunt sacra necessitatis, fuerūt in ꝓcepto Chro mortuo:ita,ꝙ ante mortē Chri nō tenebat aliquis ad baptismū,& pñtiā,sed sufficiebat ad salutē circūcisio cōtra originale , & pñtia scd̄m ritū illius tp̄is sine cōfessione, puta,ꝙ offerret hircū,vel caprā,& huiusmodi,sicut in lege erat præceptū, qa qñ vnū remediū sufficit ad salutē, qd̄ est in ꝓcepto, nō debet hō cū illo ad aliud obligari: maximè obligatione no.le.q̄ nō est in onus. Si enim homo habet originale, & mortale actuale nō tenet ipse baptizari cōtra originale,& cū hoc cōfiteri de actuali mortali, sed ꝙ vtroq; sufficit baptizari. Vnde cū ante mortē Chri habēs actuale,mortale esset obligat⁹ ad pñtiā illius tēporis,si erat Iudæus secundū legē scriptā,si alius scd̄m legē naturæ,& si erat in originali, tenebat circūcidi, vel alio modo si alius:qa vsq; ad passionē omnia sacra durabant,& obligabāt,& valebāt, sicut prius, qa ante mortē Christi nec circūcisio Christi soluit obligationē circuncisionis,nec aliā obligationē pro tunc.ideo ad sacra no. le.pro tūc nullus tenebat,nec erat in ꝓcepto, sed in cōsi lio. 6 Quod autē dictū fuit: Nisi qs renatus fuerit &c.& Nisi pñtiam egeritis,oēs simul peribitis.intelligendū est pro tēpore passionis. Post passionē autē statim ꝙ innotuit, vel culpa nō sciēdi fuit eorū obligatio cœpit, quia tūc obligatio legaliū, & etiā virtus cessauit, & sola remedia legis gratiæ, q̄ sola sufficiebāt ligare cœperunt nō solùm gētiles,sed etiā Iudæos. Nā circūcisus ante mortē Christi , nihilominus postea debuit baptizari, vt Paulus si voluit saluari. Et similiter quāuis de peccatis suis priusquā confessi fuisset sufficiēter scd̄m legem suā: tñ si mortalia erāt, confiteri tenebatur post passionē,quia sic est necessaria cōfessio cōtra actuale mortale:sicut baptismus cōtra originale, sed quāuis esset deletū originale ꝑ circūcisionē,nihilominus erat aliquis baptizādus. ergo pari ratione de cōfessione respectu actualiū,nisi de illis quib⁹ Christus ꝓprio ore,& per se peccata remisit, sicut paralitico,& Magdalenæ,& Zacheo,qa enim summus sacerdos eos absoluerat, sufficiebat. Et sic tenet quis bis satisfacere pro eodem peccato in tali casu,quod tñ est dubium. Et verius videt contrariū,qa Deus non iudicabit bis in idipsum , nec cōsurget duplex tribulatio. Nec est simile de baptismo,qui ꝓpter Characterē etiā sanctificatis in vtero exhibit,vt induant Dñm Iesum Christum,& mēbris cæteris conformētur,sicut Achior, & alij proseliti volētes annumerari populo Iudæorū, circūcidebātur quāuis esset eis originale dimissum per remediū aliud. Sed de peccatis,pro quibus suo ritu satisfecerant , non oportebat amplius oblationes facere iuxta legem. Et pari rōne videt,ꝙ ille,qui ante passionē Christi sufficiēter satisfecerat de pcto actuali secundū ritum sacri,túc con currētis non tenebaī post pationē Christi cōfiteri.

7 Secūda conclusio est de institutione quantū ad documētū,& exercituū ; quod nō debuit esse ante tēpus gratiæ,cū sint sacramēta gratiæ,& plena pro tēpore plenitudinis reseruata. Tēpus autē gratiæ quod ad inchoationem fuit in incarnatione,per præsentiā grāe in mundo:maximè in natiuitate. Sed antè q̄ deceret docere:nō decebat eum sacra instituere,quæ ad doctrinā pertinēt. Vnde tēpus gratiæ quò ad diffusionē cœpit in eius prædicatione, & tūc debuit ea instituere, quod & fecit. Bāptisinus enim, licet quo ad materiā fuerit institutus,qñ tactu suæ mūdissimæ carnis vim cōtulit aquis,non tñ pfectè,nec quo ad formā quousq; apostolos misit ad baptizandū. Omnia quidē sacra quo ad substātialia prædicando apostolos docuit,qui baptismo vsi sunt diu,ante passionem,& fortè vnctiōe, & eucharistia in cœna, & ordinati sunt. Cæteris autē vsi sunt post ascentionē, & Spūssancti missionē. 8 Tertia conclusio est quo ad effectū,qa ex eodē tēpore,ex quo cōpletæ ea institutit ex illo perfectum effectū habuerunt. Nec est verisimile ipsum pro illo tēpore instituisse sacra, pro quo essent in ania. Vnde simul legalia cum Euāgelicis cucurrerunt à tēpore publicæ prædicationis Christi vsq; ad passionē, & vtraq; ad salutē volebant. s. legalia quantū vnquam antè,& Euangelica tantū,quantū post,propter quod baptizatus ab apostolis tunc, non erat rebaptizandus post Christi mortē , quia idem baptisma susciebat quo ad essentialia,puta materiā,& formā: & per consequens effectū.s.characteris,& per cōsequens gratię cùm sit dispositio necessitās, licet non aperuisset cœlū ante passionē Christi. Sed tunc sacra Euangelica erant voluntatis,& nō necessitatis,puta baptismus, & pœnitētia:& cadebāt sub consilio, & non sub ꝓcepto, quia adhuc legalia erāt sub præcepto, sicut prius erant necessitatis , vt dictū est in prima conclusione. 9 Sed & contra hoc videtur, quia sacramēta Euāgelica habēt effectū ex passione Christi. ergo non antè, quia effectus non præcedit suam causam. 10 Dicendū, ꝙ ex passiōe Chri.s.ex merito Christi, quod inchoatū est in cōceptione, licet consummatū in passione quicqd autē Chrus meruit in passione, iam meruerat in primo instāti suæ conceptionis. Vnde ex tūc, qñ etiā elegerat pro obediētia Dei pati incœperat meritum passionis,& per cōsequens effectus, 11 Vel posset dici,ꝙ ad meritū Christi nihil addit passio,sed ad satisfactionē: ita,ꝙ quantū ad remissionē culpæ,& infusionē grāe sacra tm effectū habuerūt: ex quo erāt à Christo instituta ante passionē q̄tū post , sed quo ad remissionē pœnæ totalis,plus post,q̄ antè,qa tēpus gratiæ tūc cōsummatū est. 12 Dico autē cauſaliter,nō formaliter,qa formaliter in die Pēthecostes,& quotidie tēpus grāe cōsummat : imo nec nunc, sed in resurrectione erit hoc modo cōsummatū,sed causaliter,qa factū fuit pro merito,& causa grāe quicqd faciendū erat Christi morte. 13 Vel dicendū, & verius ꝙ passio Chri addidit ad meritū,& ad satisfactionē. Sed sicut baptismus

Nouæ sacramenta cœperunt obligare in passiōe Christi.

Quod circuncisus teneatur baptizari.

Qñ apostoli vsi sunt sacramentis.

Sacrm baptismi,& pœnitētię inter dum fuerūt sub consilio obiectio. So

Nota.

ptisimus recedẽte fictiõe habet effectũ,quẽ prius habuisset, sic baptisinus sequuta morte Christi incepit habere illũ ampliorẽ effectũ,quem habuisset,si passio p̃cessisset.

Oía sacramẽta sunt à Christo immediatè instituta.

14 SECVNDVS articulus est à quo fuerũt instituta. Vbi est prima cõclusio,q̃ omnia à Christo immediatè,licet nõ promulgata,nisi q̃ erant necessitatis,vt sacramentũ intrantiũ.s.baptisinus benè dixit:Nisi quis renatus fuerit ex aqua,& Spiritu &c.& sacramentũ redeũtium.s.pœnitẽtia:q̃n dixit: Nisi pœnitentiã egeritis &c. & pœnitentiã agite.& sacramentũ dignitatis. vt eucharistia,q̃n dixit: Nisi mãducaueritis. Vel sacramentũ pœnitẽtiæ instituit,q̃n dixit leprosis: Ite,ostẽdite vos sacerdotibus.vel apostolis: Soluite,& finite abire.vel magis q̃n dixit Petro : Tibi dabo claues &c. aut apostolis q̃n dixit: Quorũ remiseritis peccata. ante resurrectionem. Matth.18. non q̃n dixit post resurrectionẽ.sed sacramẽtum intrantiũ,q̃n misit apostolos ad prædicandũ,simul & ad baptizandũ,& tunc est sacramentũ exeuntium,q̃n vngebant oleo infirmos,& sacramentũ pugnantium,q̃n benedicebat pueros,eis manus imponens, vel q̃n dixit: Qui me confessus fuerit &c. & sacramentũ progredientiũm:quod est vitiatũ in cœna,q̃n cõsecrauit suum corpus. & sacramentũ ordinis ibidẽ, dicens: Hoc facite in meã cõmemorationẽ: quod est sacramentũ regentium. sacramentũ autẽ coniugij,q̃n nuptias in miraculorũ initio consecrauit mutans aquã in vinũ:ostendẽs præeminentiã matrimonij,prout est sacramentũ gratiæ,& ꝓut erat naturæ,vel legis scriptæ:imo nouorũ omniũ antiqua: sicut vinum melius est aqua. Sed confessionẽ,& vnctionem ꝓmulgauit expressius per Iacobũ:cætera per doctrinã apostolorũ,vt patet in actibus apostolorum.

Quæ sunt instituta ab ecclesia sunt tñ sacralia.

15 Ex quo sequitur secunda cõclusio,q̃ omnia per ecclesiã instituta,vel à Papa,vel à Consiliis non sunt sacramẽta,sed tãtũ sacramẽtalia:puta benedictiones quæcunq; abbatũ,abbatissarũ,virginum,vestiũ, aquæ benedictæ, vnctiones regum altarium cõsecrationes, vestiũ, ac ecclesiarũ,vasorum,& omnia huiusmodi: in quibus, sicut ecclesia potuit instituere,sic potest destituere,& dispensare ad libitũ,& mutare.s.ille, qui præest toti ecclesiæ, vt Papa potest cõmittere consecrationẽ altaris, aut virginũ, vel abbatis simplici sacerdoti, & omnia huiusmodi:licet simplex episcopus hoc nõ possit.Non tamen sunt hæc contẽnenda: licet non sint sacramẽta , nec per modum sacramenti habeant effectum ex opere operato: quia effectũ habent per modum meriti,& fidei ex opere operante , & non ex solo feruore, & deuotione vtentiũ: sed totius ecclesiæ. Vnde sicut non est paruipendenda fides totius ecclesiæ: meritum eius,& preces eius, sic nec ista. & quãto plus valet meritũ, & fides, & oratio totius ecclesiæ,quàm vnius personæ:tantò præcellunt istæ generales ceremoniæ totius ecclesiæ,quæ non sine inspiratione Dei sunt inuentæ,singularibus deuotionibus singulorum.

Vtilibas sacramentorum.

Papa non potest mutare sacra.

16 Ex quo sequitur tertia cõclusio, q̃ non potest Papa,nec tota ecclesia sacramẽta mutare,nec in eis dispensare, quia seruus non potest tollere legẽ domini sui, nisi quantũ Deus reuelat, vel dispensat , sicut in primitiua ecclesia, q̃ daret baptisinus in nomine Domini Iesu. Vnde Papa non põt dispensare,q̃ puer saluetur sine baptismo,nec pari ratione, q̃ à peccato mortali post baptismũ curetur sine cõfessione , aut q̃ cõficiat sine ordine,vel in matrimonio per verba de præsenti, etiam ante cõsummationẽ, quia est verum sacramentum.

Dubium.

17 Vtrum autẽ possit dispẽsare in gradu lege diuina prohibito,vt faciat personas habiles: sicut facit inhabiles,vel facere potest, videretur,q̃ sic,quia illud nõ est sacramentũ,sed quoddã iudiciale sacramẽtale, & sic hodie non ligat, nisi inquantũ est per ecclẽsiã approbatũ, nec morale, cũ lege naturæ solæ duæ personæ excipiantur.

Sacramẽta ve.le.naturę ordinata cõtra originale necessariò fuerũt instituta à Deo: alia verò nõ

18 TERTIVS articulus est,quis potuit ea instituere. Vbi sunt tres cõclusiones. Prima est de sacris legis naturæ. Vbi est sciẽdũ,q̃ inter illa sola:illa,quæ erãt cõtra originale conferebãt gratiã ex opere operato,propter paruulos,qui non poterant se ad eã disponere ex opere operante. Nec fides aliena ita sufficienter eos disponebat,sicut fides propria adultos: cùm etiã in lege noua sine exteriori re:fides propria iustificet adultũ, non autẽ fides ecclesiæ paruulũ : propter quod oportuit illa esse à Deo instituta per authoritatẽ, cùm homo non possit hoc dare sacramento , q̃ iustificet ex opere operato. Sed ea, quæ ante circuncisionẽ erant in pueris, vel etiã tẽpore ipsius in puellis Hebræis erant à Deo instituta per inspirationẽ indeterminatè : sed ab homine determinabantur. Circuncisio autẽ fuit à Deo determinata. Reliqua vero non ex opere operato gratiã conferebant, quia non erant necessaria, eo quod non competerent, nisi adultis, qui ex opere operãte poterant iustificari. Propter quod non videret fuisse necesse illa à Deo instituí , vt dicit obiectio . Et sic debet intelligi, quod dicit Thom. illa.s. ab homine, & non ex opere operato habere efficaciam, quo ad alia, præter illa,quæ erant contra originale.

Obiectio.

19 Sed ex alia parte cùm matrimoniũ ꝓut erat etiã sacramentũ illius tẽporis videretur esse à Deo institutũ,propter quod, solo Deo dispensante,licebat eis habere plures vxores , multò magis etiã videtur q̃ pœnitẽtia contra mortale fuerit etiã à Deo instituta: ita q̃ nullus homo potuisset dispensare, quin teneretur homo interius conteri, & exterius satisfacere Deo. Sed per quid satisfaceret, vtrum per decimas, vel sacrificia, vel ieiunia,vel eleemosynas,vel huiusmodi,in voluntate erat, sicut etiam sacerdotes nostri tẽporis determinatam pœnitentiã non iniungunt aliquãdo,sed quicquid homo boni facit,vel mali pertulerit,quæ satisfactio nihilominus est pars sacramenti.

Solutio.

20 Posset autem dici ad hoc,q̃ homo non potuit dispensare in pluralitate vxorum, vel repudiatione,vel in habendo filiam,vel huiusmodi : quæ sunt contra matrimoniũ, non quia esset sacramentũ à Deo institutũ, sed quia illa erant præcepta legis naturæ respicientia matrimoniũ, vt est in officium naturæ,non,vt est sacramentũ. Sed est alia ratio, quare matrimoniũ non potuit institui, vt est sacramentum , nisi Dei inspiratione, & non propter effectum, vt arguitur, sed propter significatum,quod est coniunctio Christi,& ecclesiæ, quæ non potuit sciri,nisi per reuelationem. Similiter pœnitentia, & alia sacramenta adultorum,quia non erant sacramẽta, nisi quia signa rei sacræ supernaturaliter cognitæ in tantũ Dei inspiratione instituta sunt, non propter effectum. Sed pœnitentia,& satisfactio prout sunt virtutes, sunt de iure naturali,quo ad hoc est præceptũ de peccato dolere, & Deo etiam exterius satisfacere ratione maleficij,per aliquid, sicut de aliquo exteriori gras agere ratine beneficij,& facere aliquã recognitionẽ dominij.Et sic hõ non poterat dispẽsare, non ꝓpter effectũ, sed ꝓpter p̃ceptũ naturæ, & ꝓpter institutionẽ Dei rõne significati.

Sacramẽta ve.le. necessario fuerũt à Deo instituta.

21 Secũda cõclusio est de sacris ve.le.q̃ necesse fuit ea à Deo institui, nõ quia cõferrẽt gratiã ex opere operato, nisi fortè erat aliqd̃ pro originali puellæ,puta oblatio,q̃ fiebat in die purificationis,q̃ quãuis nõ esset sacrm cõtra originale ꝓ masculo,cui sufficiebat circũcisio,forte tñ erat remediu cõtra originale ꝓ puellis.Si aũt ante moriebant, saluabant per aliud remediũ,sicut etiã masculus ante octauũ diem,& tunc tãlia necesse erat â Deo instituí propter idẽ ꝓpter quod circũcisio. Cætera verò q̃ gratiã cõferebant tñ ex opere operante oportuit etiã à Deo,vel eius

eius authoritate instituí, & propter obligationes, quia fortè non potuit ea purus homo præcipere,quia de illis nõ potuisset homo homini præceptũ dare, in quo teneret obedire,cũ illæ ceremoniæ, seu sacra nõ essent actus virtutũ,nec per se referibiles ad actus virtutũ. Sed Deo tenet homo in omnibus,& per oía obedire, non solũ in indifferẽtibus,sed in his,quæ de se videnť mala, sicut occisio innocentiũ,vel fornicatio, nisi ergo fuissent à Deo vel eius authoritate introducta,sine eis potuisset haberi gratia,cũ ad ea humanũ præceptũ non ligaret. Vel ideo necesse fuit ea à Deo instituí non ꝓpter efficaciã,quam ęqualiter habuissent,si homo potuisset ea p̃cipere,se propter humanã ignorãtiã,& sic ꝓpter eruditionẽ,quia nesciisset homo per se tales modos colẽdi Deũ inuenire.Vel si dicať,q̃ similia inuenit homo in cultu idolorũ.Dicendum,q̃ verũ est q̃tum ad aliqua:nõ tñ q̃tum ad oía,imo in adultis saltẽ in sacramẽtis nesciuisset talia ad significandũ misteria gr̃iæ,& glorię ordinasset.

No.le. sacramẽta necessaria sunt à Deo instituta.

22 Tertia cõclusio est de sacris no.le. vbi supposito, q̃ in eis sit virtus, & ex institutiõe authoritas instituẽdi nõ potuit esse penes hominem,sed solus Deus hmõi sacra gratiæ,q̃ iustificãt,potuit instituere,qa non sunt sacra,sicut medicinæ corporales,q̃ ex natura rerũ cõtentarũ, & nõ virtute medici adhibẽtis,vel dictantis operãtur: imo sacra ex sola virtute instituẽtis operant quicquid operãtur.ideo &c.

Eorũ institutio potuit cõmunicari puro homini.

23 Tamen authoritate delegata potuit homo ea instituere, & à Deo potuit homini ipsa institutio cõmitti:licet hoc benè ꝓbet ratio quorundam dicentiũ sic: Homo potest esse minister dispẽsationis. ergo institutionis, quia dispẽsatio non dat sacro virtutẽ,sicut institutio. Potest igit homo adhibere ignẽ, qui calefaciet, sed nõ potest dare nõ calido calorẽ,per quẽ calefaciatisi cut angelus mouet ad locũ,non ad formã. Sed qa Christus homini nihil est collatũ, quod nõ potuerit puro homini cõferri. ideo institutio sacramentorũ Christo homini collata, potuit puro homini conferri. Potest enim homini cõferri illa virtus,q̃ etiã rei inanimatę cõfertur. Vnde Christus homo sine sacramẽto cõferre potuit rem sacramẽti. vnde sicut angelus habet à natura,vt volitione sua possit mouere cœlũ , sic fortè homini primo fuit collatũ,q̃ nutui suo, animalia obedirẽt,non solũ,q̃ homine volẽte Deus adduceret ea,vel angelus,sicut ad Adam,& Noe:sed q̃ etiã eius iussio,vel vocatio haberent quandam vim cõpellendi ad se venire. Sic etiã fortè animæ Christi data est omnis potestas, etiã cœlũ mouendi per gratiã,quod habet angelus ꝓ naturã.Et similiter qd̃ sacramẽtis Deus dedit,puta causare characterẽ,vel ornatum fortè hoc dedit animæ Christi,vt sicut sola voluntate moueret corpus Christi distans, sicut vnũ corpus suo tactu corpus contiguũ mouet:sic sola volũtate characterem,vel ornatũ in anima distante faceret, sicut mediante tactu sacramẽti. Et qa nihil impossibile est dare alteri,qd̃ ipse habet,siue habeat à se,siue ab alio.ideo Christus habẽs hanc potestatẽ sacramẽta potuit instituere,& instituendo hoc eis tribuere. Et sicut est cõmissum humanitati Christi, sic potuit alij homini cõferri. Et sicut Christus potuit sacramẽta mutare,& in eis dispẽsare, qa totũ fuit sibi cõmissum,sic totũ potuit, vel vnũ sine alio cõmitti alteri homini. Et tũc homo,qui instituisset,non potuisset mutare,nec dispensare,sicut nec modo:puta,q̃ puer saluaretur sine baptismo.

Nota.

24 Et sic etiã videtur, q̃ Christus secundũ q̃ homo potuit miracula facere, saltẽ aliqua. Si enim q̃ vni naturæ cõueniunt, possunt alij supernaturaliter cõferri,sicut dictũ est suprà. ergo cùm sanare oculũ, vel membrũ aliud, aut à febre curare cõpetat quibusdam per naturã, hoc aliis potest tribui. Vnde cùm dicit Christus: Data est mihi omnis potestas in cœlo,& in terra.videtur,q̃ omnis virtus actiua creature sit sibi collata:ita, vt volitiõe sua sola posset anima Christi immediate facere,quicũd potest fieri virtute cuiuscunq; creaturæ.Et sic dicit Grego.2.dial. Quia sancti interdũ miracula ex potestate faciunt,quia dedit illis potestatem filios Dei fieri.

Determinat qd Christus potuit secundũ humanitatem.

Purus homo non potest facere miracula.

25 Sed verius est q̃ nullus purus homo fecerit miracula ex potestate propria,sic q̃ haberet in se virtutẽ illius effectus,sed dicuntur facere ex potestate,quia poterãt orare,& mox ad votum Deus quasi obediens voci hominis faciebat , sicut Iosue fecit Solẽ stare. Quia ergo aliqua natura disponit ad gratiã, sed nulla causat gratiã. ideo disponere ad gratiam potest supernaturaliter cõmitti, non autẽ causare gratiam.

Virtus in sacramento non est per creationem.

26 Tamen non videtur sequi Christus habet potestatẽ imprimẽdi characterẽ, vel ornatũ. ergo potest eam dare sacramẽtis,qa licet nullus det,quod nõ habet, non tñ econuerso vnũquodq; põt dare cuicunq; quod habet. Angelus enim habet virtutẽ mouẽdi cœlũ, quam mihi dare non potest.

27 Sed dicendũ, q̃ cui conceditur,quod maius est,potest concedi,quod minus est, nisi aliquid obsistat. Sicut autẽ sanitas est quid melius,q̃ medicina,cùm sit finis eius,sic videť character, vel ornatus nobilior effectus,q̃ virtus in sacramẽtis. Vnde si Christo cõpetit causare characterẽ potest ei cõpetere causare etiã illam virtutẽ,& per cõsequens cõpetit,qa non decuit sibi aliquid negari,quod sibi potuit cõmunicari. Et sic nec illa virtus est per creationẽ cum Christus secundũ q̃ homo creare nõ posset.

28 Ex hoc patet solutio. Ad argumentũ in oppositum,quia non est simile de illis,& de istis, vt patet per ea,quæ dicta sunt.

QVAESTIO SECVNDA.

Baptismus Ioannis.

Thom.3.q.38. art.3.& q.39. art.1.

ECVNDO Quæriť de baptismo Ioan. Et videtur,q̃ Christus non debuerit illo baptizari , qa nobilior est baptismus Christi, q̃ baptismus Ioan. sed ipse non fuit baptizatus baptismo suo. ergo multò minus alieno.

2 CONTRA est authoritas Euãgelij.

Baptismus Io. cõicabat cũ baptismo Christi ĩ materia, & forma.

3 SESPONDEO, hũc sunt qnq; articuli.

Prima obiectio.

4 Primus est de forma huius baptismi,q̃ erat,q̃ baptizabat in noie vẽturi. Quia eñ erat expressior figura, q̃ sacra antiqua, q̃ expressio maior est in forma,q̃ in materia, non tñ debuit cõmunicare in materia cũ baptismo Christi,sicut oblatio. Melchisedech cum sacro altaris,sed etiã est hoc in forma, vt aliq̃ formã verborũ haberet. Et illa fuit similis illi,quã apostoli seruabant baptizãtes in noie Iesu.

5 SED Cõtra hoc arguũt quidã primò ꝓbantes,q̃ ex textu Act. 19.vbi dicit Paulus ad illos , qui erant baptizati baptismo Ioan. Ioannes baptizauit baptismo pœnitẽtiæ populũ.d. in eũ qui vẽturus esset post ipsum,vt crederẽt hoc est in Iesum per quẽ cõiter ꝓbať,q̃ hæc fuerit forma,q̃ hæc nõ sit sufficiẽs ꝓbatio. Videť enim intẽtio beati Pauli fuisse,q̃ illa essent verba Ioan. docentis , non forma baptizantis, quod patet ex solo textu verborũ. Dicit enim primò, q̃ baptizabat baptismo pñtiæ,deíde, q̃ dicebat,vt crederẽt in Christũ vẽturũ. Cõstat eñ, q̃ de forma baptismi non erat pñtia, sed solũ de doctrina. ergo similiter de forma baptismi,non erat,quòd crederet in nomen venturi,sed

solùm de doctrinà. 6 Secundò,sic Ioannes baptizauit Christum, & constat, ꝙ non in forma venturi.ergo &c. 7 Et ideo tertiò dicũt, ꝙ Ioannes non baptizabat sub aliqua determinata forma verborũ, qa baptismus Ioannis fuit medius inter sacramenta ve. & no. le.Conueniebat enim cũ sacrameto no.le. & maximè cũ baptismo Christi in materia, vel in expressa significãtia cum sacramẽtis verò ve.le.in insufficiẽtia: qa non conferebat gratiã,vt dicẽt. Cùm ergo efficãtia sacramẽti formæ atribuatur, sicut in rebꝰ naturalibus tota virtus, & actio est à forma,ideo potest dicit ꝓbabiliter:ꝙ non vtebatur Io.aliqua forma verborũ. 8 Sed ad primũ argumentũ istorum dicendũ,ꝙ sicut Euãgelistæ tractantes de sacramẽto altaris ponunt quædã verba,quæ pertinent ad narrationẽ historiæ: & quædã, quæ pertinẽt ad substantiã formæ,sicut hoc est corpus meũ, & hîc est sanguis meus &c.quæ pertinẽt ad formam:sed hoc facite in meam cõmemorationẽ &c.ꝓtinet ad doctrinã,sic in actibus, quædã recitat Paulus pertinẽtia ad doctrinã baptizantis,& quædã ad baptismi formã. 9 Ad secundum potest dici, ꝙ sicut Christus qñ vsus est sacramẽtis, vel in persona sua,vel in aliis,nõ semp formã expressit, quia in se quidã non eguit,& sine forma effectũ sacramẽti aliis tribuere potuit, nihilominus tñ sacramentis suis certam formã indidit, quã cõmuniter seruari voluit, licet qñq; dispẽsauerit, sicut forma baptismi mutata fuit de nomine Trinitatis in nomen Iesu:ita & in baptismo Ioannis certa illa forma fuit, quæ tũ in baptismo Christi seruata non fuit, quia non cadẽ in ipso, & in aliis ratio:sed contraria fuit. 10 Ad tertium dicendũ,ꝙ licet cum antiquis sacramẽtis cõuenerit in non habendo efficaciã,quæ principaliter est forma: cõueniebat tñ cum nouis in expresiore significantia,quæ etiã est à forma.Vnde & si nõ eguit forma ꝓter inefficaciã:indiguit tñ forma propter significantiã. Nam quo ad materiam, ita expressa figura fuit in mari Rubro, & in diluuio, & plus. Quare ꝙ baptismus Ioannis fuerit figura scripta canonis nõ exprimit, sicut facit apostolus de aliis dicit: Omnes in Moyse baptizati &c.Et.1.Pe.3. Noe,& Diluuio. Similis formæ saluos facit baptisma. 11 SECVNDVS articulus est,ꝙ fuit sacramentũ,vt figura, sacramẽtale,vt præparatoriũ.cõciliũ non præceptũ.Fuit ergo sacramentũ,eo modo,quo fuit sacræ rei signũ,ad sacrandũ ahibitũ ex opere operãte, non ex opere operato, sicut sacramẽta ve.le. non sic tñ ꝙ esset de necessitate salutis,sed erat in consilio. Et commẽdantur publicani,& meretrices baptizati ab eo, qa per illud ad pœnitentiã sunt cõuersi cooperãte eius doctrina. 12 Nihilo minus tñ videtur tũc fuisse sub ꝓcepto,qa reprehenduntur Pharisæi,q̃ voluerũt baptizari ab eo, nisi dicatur,ꝙ sicut sacramẽta aliqua no.le.nõ sunt necessitatis: tñ eorum contẽptus est mortalis,sicut fortè cõfirmatio, & extrema vnctio,sic Pharisæi mortaliter peccauerũt,non qa illo baptismo baptizati nõ fuerunt,sed quia illũ baptismum, qui à Deo erat inspiratus contẽpserunt, & despexerunt dicẽtes:Quid ergo baptizas,si tu nõ es Christus? 13 TERTIVS articulus est de eius effectu.Vbi sciendum,ꝙ con cõferebat gratiã ex opere operato: sed ex opere operãte, nisi ꝙ debet distingui ex opere operato,quia cũ nihil creatũ conferat gratiã, nisi dispositiuè, secundũ ꝙ opus operatũ tripliciter disponit, dicit aliud ex opere opato tripliciter cõferre gratiã. 14 Vno modo causando effectiuè dispositionẽ ad eam,quæ dicitur character,vel ornatꝰ.Et sic sola sacramẽta no.le.causant gratiã, & fertè circũcisio. 15 Secũdò modo sicut causa, sine qua non, sufficiens tñ per se sine opere operãte ex parte gratiã susciptiẽtis, & sic omne sacramentum, quod fuit principaliter institutũ contra originale in pueris,nisi circũcisio conferebat gratiã ex opere operato, non ꝙ aliquid efficeret in puero: sed qa ex hoc ipso, quod exhibebatur puero, vel pro puero, sine aliquo alio: Deus infundebat gratiã puero.Et sic sacramẽta antiqua pro adultis instituta gratiam non conferebant ex opere operato, sed tamen ex opere operãte per se requisito,qa quanuis sine peccato mortali essent, nisi cùm hoc motum liberi arbitrij in Deum actu haberent illa sacramenta susciptẽdo nihil gratiæ recipiebãt. 16 Tertio modo ex opere operato non excludẽdo opus operãs. Et sic dicitur ex opere operato cõferre gratiã id, quod de se est bonum moraliter:sine hoc, ꝙ accipiat bonitatẽ ex operãte,sicut diceretur dare eleemosynã,& quodcũq; quod est de genere bonorũ conferre gratiã ex opere operato, inquantũ ipsum opus de se est natũ dispònere ad gratiã. Et sicut diceret illud,quod est de genere malorũ auferre gratiã ex opere operato, quia de natura sua est contrariũ gratiæ.Illa autẽ, quæ sunt indifferẽtia dicuntur,nec auferre,nec cõferre gratiã ex opere operato, sed solùm ex opere operãte,ex quo habent, ꝙ sint bona, vel mala: cùm possint benè, & malè fieri, vt leuare festucã, nec aufert,nec cõfert gratiã ex opere operato,sed ex opere operãte: si eleuetur ad edificandũ ecclesiã cõfert gratiam,si ad conburendũ ecclesiam aufert gratiã. Quia ergo omne opus virtutis isto modo potest dici cõferre gratiam ex opere operato:ideo sacramẽta ve.le.quę qa erãt à Deo ꝓcepta ad Dei cultũ iam erant actus virtutis obedientiæ, & latriæ : ideo ex opere operato, prout erant à Deo præcepta,& si nõ ex sua natura cõsiderata absolutè poterant dici cõferre gratiã ex opere operato,non excludendo tñ opus operans,qa ex iussu diuino habebant bonitatẽ materialẽ,quã genus naturæ negauit. Sed ex opere operãte habebãt bonitatẽ formalẽ.Et sic materialiter ex opere operato, sed formaliter ex opere operãte iustificabant. Et isto modo baptismus Ioan.qa ex Dei mandato,& inspiratione institutus erat:ex hoc erat bonus, & sanctus,& de se meritoriꝰ aptitudine:cuius actus,& forma erat ex opere operãte. Vnde nõ erat pro paruulis.

17 SED Contra hoc arguunt quidã. Primò ꝙ authoritas illa Ioannes baptizauit aqua &c. non probat ꝙ baptismus Christi cõferat gratiã, & nõ baptismus Io. nec illa similiter ego baptizo in aqua &c. quia qñ dicitur:Vos autẽ baptizabimini &c. intelligitur de missione Spiritussancti in die Pẽtecostes super apostolos, qui tunc baptizati non sunt. Item Io. subiungit :Ipse baptizabit vos in Spiritu,& igne.i.in Spiritu sancto in specie ignis. Vnde illæ authoritates loquunt̃ de baptismo metaphoricè nõ propriè de baptismo Christi,quod ꝓbant, quia ex illis authoritatibus habetur, ꝙ in baptismo Io- non dabatur Spiritussanctus, per quẽ fit remissio peccatorũ,& gratię infusio. ideo non videtur,ꝙ conferret gratiam. 18 Secũdò ratione sic,quia sacramẽta non efficiunt , nisi ad quod instituta sunt, sed baptismus Io. non fuit institutus,nisi ad præfigurandũ baptismũ Christi etiã ad præparandũ homines ad baptismũ Christi,& ad disponendũ materiã pro baptismo Christi. ergo solũ hoc,& non gratiã conferebat. 19 Sed primum non valet de methaphorico,qa statim sequitur: Vos autem baptizabimini Spiritussancto non post multos hos dies, quia in diebus Pentecostes, nõ solũ fuit baptismus flaminis super. 120. & super alios particulares, sed etiam baptismus fluminis,qa tria milia, & multo plura tunc baptizati sunt aqua. Vnde non solũ de baptismo methaphorico , sed magis de propriè dicto, & de vtroq; intelligi potest magis, quàm de altero tantũ spiritualiter metha. Similiter propria authoritas, quia sequitur:

Baptizabit vos Spiritu sancto , & igne: potest intelligi de vtroq; baptismo,qa ante Christi passionẽ apostoli baptizabant in aqua baptismo Christi,in quo dabatur gratia spiritussancti,& postea in die Pẽtecostes in igne eum susceperunt. Sic ergo illæ duæ authoritates,aut intelliguntur de vtroq; baptismo, aut si de altero magis de illo,qui est in aqua:cũ sit propriè dictus, q̃ de illo,qui dicitur solũ translatiuè, sicut ridere per se sumptũ, magis debet stare pro actu oris,quàm pro floritione prati.

20 Et ratio sua potius est ad oppositũ, quia si sacramentum efficit id.ad quod institutũ est,aliàs est frustra: cùm nec præparari ad Christũ , nec penitere possit homo,nisi per gratiã, baptismus pœnitẽtiæ, & præparatorius Christi gratiã continebat. Sed hoc verũ est eo modo,quo dictũ est.s.meritoriè, non effectiuè: ità ex opere operãte non ex opere operato. 21 Ad authoritates possẽt dici,ꝙ in baptismo Ioan.dabatur Spiritussanctus ex opere opato,sed nõ solo,sicut in baptismo Christi. Sed quia loquendũ est,vt plures:ideo ꝓpriè loquendo nihil cõfert gratiã ex opere operato,nisi illud, quod non coexigit per se opus operãs. Et sic solũmodo sacramenta no. le.omnia.etiã sacramẽta antiqua contra originale conferebant gratiã ex opere operato. Baptismus autẽ Io.per se requirebat opus operãs: ideo nõ conferebat gratiã ex opere operato,sicut nec sacramenta vetera adultorum. 22 QVARTVS articulus est de subiecto huius baptismi, quia nõ paruuli,sed magni viri,& mulieres, quibus æqualiter pœnitẽtia cõuenit hoc baptismo baptizari debuerũt. Vnde meretrices cum publicanis leguntˉ baptizati. Christus etiam hoc baptismo debuit baptizari ꝓpter multas causas, quæ tangũtur in glo.Matt.1.s. propter humilitatẽ implendã, vt ipsemet dicit Matt.3.vt baptismũ Ioan. approbaret, & vt aquas consecraret suæ carnis tactu, & sic baptismũ suum institueret. Quartã causam tãgit Aug. in lib. de Natura boni,vt.s.ostẽderet nõ interesse quis à quo baptizaretur. Quintam causam tangit in lib.quæstionũ no.& ve.testamenti. s.ad exemplũ baptismi ꝓponendũ his, qui erant futuri filij Dei per fidẽ. Sextã tãgit Cryso.s.vt in baptismo miracula ostendẽs cuacuaret illorũ errorẽ, qui Ioannem maiorẽ Christo credebãt. 23 Ad argumentum in cõtrarium dicẽdum,ꝙ verum est, ꝙ Christus nõ fuit baptizatus baptismo suo,& ad hoc assignãtur ab aliquibus aliquas rationes. Primò,quia si fuisset baptizatus baptismo suo,aut ꝓpter characterẽ, aut propter augmentũ gratiæ hoc fuisset,sed nihil istorum competebat Christo, ideo &c. 24 Sed ista ratio non cogit,qa nec effectus circũcisionis, nec cõmunionis sibi cõpetebant, & tñ circuncidi voluit, vt illam approbaret , & cõmunicare voluit, vt nos instrueret, qa cœpit Iesus facere,& docere. Ita diceret aliquis, ꝙ baptizatus fuit suo baptismo, vt facto nos doceret non solũ verbo. Tamen creditur,ꝙ nec ipse baptizauit suo baptismo aliquẽ,nec illo baptizatus est Io.quãuis Christus nõ baptizaret,sed discipuli eius. 25 Alia ratio est, quam qui dã assignant. s. ꝙ sicut nullus generatur à seipso inesse naturæ,sic nec regenerari debet à seipso inesse gratiæ.sed baptismus est quædã regeneratio. ergo &c. 26 Sed nec hoc valet, quia sicut ipse secundũ ꝙ homo generatur à seipso secundũ quod Deus : sic potuit regenerari, & fuit regeneratus,quia & sanctificatus. Vnde dicit.Ego ꝓ ipsis sanctifico meipsũ. Sicut emˉ de virgine se generauit,sic & de massa Adę se regenerauit,qa se sanctũ fecit, cũ se sanctũ facere nõ sit aliud nisi se regñare nisi dicat, ꝙ regenerare est de filio iręˉ filiũ grę facere,& sic sibi nõ cõpetit regenerari. Sed tũc hoc nõ est ꝓpter identitatẽ agentis,& patientis. 27 Præterea Christus potuit

â Petro facere se baptizari baptismo suo, sicut fuit baptizatus à Ioan. baptismo alieno. Quod autẽ dicit Ioã. de eo: Hic est qui baptizat, verũ est baptismo interiori. Et ideo alia ratio est , qa Christus cõfiteri peccata non potuit,quia ea non habuit,& mẽtiri nõ potuit,& quia qui baptizatur , peccatorẽ se fatetur. ideo &c.Sed si ista ratio est bona,tunc in baptismo Io.non debuit baptizari, qa scriptũ est Baptizabãtur ab eo cõfitẽtes peccata sua. Et ideo rationẽ sufficientẽ ignoro, nisi suam voluntatẽ.

28 QVINTVS articulus est,ꝙ baptizati baptismo Io. in omnẽ euentũ baptizari debuerunt baptismo Christi. 29 Primò,quia apostoli baptizatifuerũt baptismo Christi, vt dicit glo.super illud: Qui lotus est non indiget,nisi vt pe. la.Et de cõsecra.dist.4. Quando à Hierosolymis.&.c.sequẽti. quorũ tamen aliqui baptizati fuerunt baptismo Ioan.vt illi, qui fuerant Io.discipuli: de quibus vẽrisimile est,ꝙ crediderunt in venturum, nec spem suam ibi posuerunt. 30 Secũdò, quia licet fides , & deuotio faciant ad rem sacramenti, nihil tamen faciunt ad substantiam sacramẽti , quæ est fine illis ,& non est illis solis positis , sicut decretalis dicit de Iudæo , qui ex fide , & deuotione baptismo Christi saliua se baptizare voluit. d. Ego me baptizo &c. qa saluus'fuit baptismo flaminis non fluminis. Vnde in cimiterio benedicto sepeliẽdus nõ fuit: sicut nec excõmunicatus,qui in morte penituit,quousq; absolutus fit,qui tamen post mortẽ potuit absolui,sed nõ baptizari. Vnde baptizati baptismo Io.ex fide,& deuotione ad Iesum & eius baptismũ , non susceperũt substantiã sacramenti baptismi Christi.Propter quod indigebant baptizari,licet haberent rem sacramẽti,sicut & ille Iudæus,de quo dictũ est, & habeˉ extra de bap. c. debitũ. 31 Et quanuis ille Iudæus videatˉ mortuus fuisse hæreticus, qui credebat posse baptizari sine aqua, & à seipso, quæ duo sunt hæretica: tñ non fuit, quia vel nõ credebat illud esse baptismũ verũ,sed aliquid in illius signũ, & memoriale faciebat, sicut qui non audent cõmunicare,sumunt panẽ benedictum loco illius,& Rolãdus moriens herbam pro cõmunione accepit, vel si errauit tunc hæreticus non fuit,qa baptismũ,credebat implicitè, sed ex plicitè nesciẽs illud opinabatur, paratus tñ aliter credere, si sciret ecclesiã aliter sentire. Nec tenebaˉ explicitè scire,qa non poterat scire. Vnde nõ peccabat verã materiã,& ministrũ ignorãdo,nec falsum arbitrando,qa non pertinaciter,& ideo non fuit hæreticus,sed fidelis.

QVAESTIO TERTIA.

Gratia sacramentalis.

Thom. 3. q. 62. art. 2.

TERTIO Quæritur, vtrũ gratia , quæ est in sacramento no.le.differat à gratia,quæ est in virtutibus,& donis.Et videtur,ꝙ nõ.qa aut est gratia gratum faciens,& illa est vna,aut est gratis data , & illa põt esse sine gratia gratũ faciente , sed gratia sacralis nullo modo. ergo &c. 2 CONTRA.B. di. Diuisiones gratiarũ diuersis sacramentis sunt collatæ: sed hoc nõ est de gratia gratũ faciente,quę est vna in omnibus indiuisa. ergo &c. 3 RESPONDEO , cõmunis opi.est,ꝙ sunt idẽ, quod pro batur quinq; rationibus: quarũ prima est ex cõparatione sanĩ-

Causam hui⁹ ignorat⁹ Baptizati à Ioan. adhuc debuerunt baptismo Christi abluĩ.

De Iudæo qui de sulĩua baptizauit.

Cõis opinio ꝙ gratia sacralis non differt à gra

Baptismus Ioã. nõ fuit de præcepto

Aliqd dicitur tripliciter ex opere operato gratiam cõferre

Solutio primæ obiectionis.

Quid est generare.

Cur Christus nõ fuit baptizatus suo baptismo nulla sufficiens ratio adduci potest.

Solutio secundæ.

Quid pro priè confert ex opere operato.

Adulti debuerunt baptizari baptismo Ioã. & similiter Christi.

virtutum.

ne sanitatis spiritualis ad corporalẽ sic, quia sicut se habet sanitas per artẽ restituta ad sanitatẽ per naturã, sic gratia sacramẽtalis ad virtutes, ꝙa sacramẽta sunt, quædam medicinæ, sed illa est eadem. 7. Metha. ergo &c.

4 Secũda est ex generali ammonitione mali sic. Per idem tollit malum, inquantũ priuat bonũ oppositũ, & inquantũ ledit subiectũ diminuẽdo habilitatẽ ad illud. vnde & visus miraculosẽ restitutus, qui tollit cęcitatẽ, & indispositionẽ, est vnus, & idem cum visu naturali, sed peccatũ vnũ, & idem est, quod tollit, siue priuat gratiã, & corrũpit potẽtiã animæ per maculã. ergo eodem tollletur formaliter quantũm ad vtrunq;. 5 Tertia sumitur ex gratia secundũ, ꝙ fluit ad defectus tollẽdos, & potẽtias perficiendas, sic eodẽ formaliter tollitur defectus potẽtiæ, & perficitur potẽtia. Cùm enim defectus potẽtiæ dicat purã priuationẽ perfectionis, quæ est imperfectio sola positione: habitus destruẽtur imperfecto, primò quidẽ ex parte materiæ: secũdò perficiet potẽtia, sicut eodẽ lumine pellitur tenebra, & illuminatur aer.

6 Quarta sumitur ex oppositione sic: Licet vni secundum diuersa opponãtur plura, vt æquali maius, & minus. 10. Meta. Tñ vnius secundũ idem vnũ est oppositum. Sed vnum est peccatũ, quod habet inordinationem actus, & vulnerat potẽtias animæ. ergo vna est virtus, quæ perficit habentẽ, & opus eius bonu reddit.

7 Quinta sumitur ex termino sic: Per idem recedit aliquid ab vno termino, & tendit ad oppositũ, vt per leuitatẽ à centro sursum. Nec valet solutio, vt opponitur virtuti, & vt vulnerat, ꝙa si oppositio ad virtutẽ esset formaliter per aliud, q̃ per vulnus: benè requirerẽ aliud, & aliud remediũ, sicut in vulnerato, qui cum hoc habet febrem: requiritur duplex sanitas, sed quãdo vtrunq; est per idem, vtrunq; tollitur per idem, verbi gratia: Aer est tenebrosus per absentiã luminosi, & interpositione opaci. Vnde requirit lux formaliter pellẽs tenebrã, & remouens opacũ interpositũ, quod causat inhabilitatẽ ad lucem. Sed si sola absentia lucis causat tenebrã, sola restitutio eius tollet tenebrã, quantũ ad omnẽ eius effectũ. Et sic est in proposito, quia pctũ non corrũpit potentiã animæ per habitũ aliquẽ, vel priuationẽ differentes ab habitu, & priuatione oppositis virtuti. Et ideo sola virtus restituta sufficit quo ad vtrunq;. 8 NEC obstat, quod dicitur, ꝙ sacramẽtalis gratia non erat in statu innocẽtiæ necessaria, sed gratia virtutũ tunc erat necessaria, & sic videt, ꝙ non sint idem: nam licet gra sacramentorũ, & virtutũ sit vna: tũ fuit necessaria hæc, & non illa in statu innocẽtiæ inquantũ huiusmodi, sed tñ id, quod est vtraq;, fuit necessariũ, sicut sanitas ꝙ medicinã restituta nõ est necessaria ei, qui nunquã fuit infirmus, est tamen necessaria infirmo, & tñ non differunt à naturali, nisi penes causam extrinsecã, & accidentalem.

9 Vel dicendũ, ꝙ gratia sacramentalis non fuit in statu innocẽtię necessaria inquantũ confertur per sacramenta, nec inquantũ ordinat ad sanandũ, sed inquantũ ordinatur ordinatur ad benè operandũ, sic fuit necessaria. Nec obstat secundò id, qquod dicitur, quòd non contritus recipit gratiam sacramentalem, si non fictus accedat, non cõtritus autem non habeti vrtutem pœnitentiæ, nec per cõsequens alias virtutes, & sic videtur, ꝙ non sint idẽ: nam licet nullus adultus recipiat gratiã sacramentalẽ, nisi non fictus: tñ non fictus potest carere gratia, & virtutibus, vt si sit attritus, & non contritus, nec tunc erit sine peccato, & gratia: imo erit in peccato mortali, sed virtute sacrameti attritio mutabitur in contritionẽ, & suscipiet gratiã virtutũ, & sacrameti. Sic enim dicit frater Tho. 4. Sententiarũ di. 6. q. 1. ar. 3. q. 1. in vlti. argu. In contrariũ, ꝙ sufficit attritio præcedens ad excludendũ fictionem. Si autẽ sit cõtritus, tunc suscipiet gratiã sacramentalẽ, non per infusionẽ nouæ gratiæ, sed per augmentũ præexistẽtis, sicut in illo, qui bis verè pœnituit, & de eodẽ peccato. Nam in secũda susceptione sacrameti cõstat, ꝙ nulla noua gratia sibi infunditur, sed sola præexistens augeť, quia nouiter infusa esset eiusdẽ rationis cum prima. 10 Nec valet q̃n tertio dicitur, ꝙ virtutes sunt cõnexæ, sed gratiæ sacramẽtales nõ. ergo non sunt idẽ, quia nõ est simile. Nam virtutes habent cõnexionẽ, quia fluunt ab vna gratia, q sine eisesse non põt, sed sacra non fluũt à gratia, quæ etiã sine eis esse potest. 11 Nec valet etiã, quod quarto cõsueuerit arguit, ꝙa diuersorũ effectuũ sunt diuersæ causæ, sed effectus sacramẽtales sunt diuersi. ergo sunt à diuersis gratiis, & sic nõ vna. 12 Dicendũ, ꝙ diuersa sacramẽta habent diuersos effectus, qui sunt characteres, vel ornatus, non autẽ gratiæ. Vel dicendũ, ꝙ ad diuersitatẽ causarum formaliũ sequitur diuersitas effectus, non autẽ ad diuersitatẽ efficientiũ maximè instrumentaliũ. Sicut enim vna est sanitas, q̃ diuersis infirmitatibus tolli potest, & sic habet diuersis medicinis recuperari: ita vna est gratia, quæ diuersis peccatis tollitur, & diuersacramentis reparatur. 13 Sed singularis opinio Thomæ est in contrarium. Et sic posset concordari. Quod enim in quarto dicit sacramenta non attingere ad gratiam, sed ad ornatum, verum est de gratia gratum faciente. Et quod dicit in vltima parte, quòd attingunt ad gratiam verum est sacramentalem, quæ differt à prima. 14 Sed Tho. videt velle, ꝙ ista gratia sacramentalis non solũ differat à gratia gratũ faciẽte, & virtutibus acquisitis, & infusis, & donis, sed etiã ab ipso ornatu, vel charactere, ꝙa dicit, ꝙ gratiæ sacramẽtales fluunt à gratia, sicut & virtutes, & supponũt gratiã gratum facientẽ, quod nõ facit character, vel ornat⁹. Et pro ista opi. est quia vnumquodq, sacramentũ est introductũ in speciale remediũ contra specialẽ defectũ, siue sit culpa, siue pœna ex culpa derelicta, siue quodcũq; aliud. Vnde cùm effectus particularis reducatur in causam particularẽ, non vniuersalẽ immediatã, cũ cõmune sit sacramẽtis no. le. cõferre gratiã, & virtutes: speciale vero sit vnicuiq; supposita gratia remediũ præbere contra specialẽ defectum, videtur, ꝙ vnũquodq; sacramentũ habet specialem aliquẽ effectum cõtra suum ꝓprium defectũ. Et hoc patet in singulis, sicut pœnitentia cõtra omne peccatũ actuale, baptismus cõtra originale: matrimonium contra cõcupiscentiã, cõfirmatio cõtra timiditatẽ, & verecundiã. In cõfirmatione igitur audacia maior formaliter est per gratiã sacramentalẽ, & non solũ per virtutẽ fortitudinis, quæ maior datur in sacramento, quod plus cõfert de gratia: sicut in eucharistia, & ordine. Et similiter in eucharistia maior tẽperantia infunditur, q̃ in matrimonio, sed in matrimonio specialis gratia sacramentalis datur, vt sciat vnusquisq, seũ vas possidere. ergo in confirmatione est aliquod robur, quod est gratia gratis data, supponẽs tñ gratiam gratũ facientẽ, & similiter in matrimonio. In ordine autẽ datur specialis gratia exequẽdi suum officiũ, & sic de aliis. 15 Si dicatur, ꝙ per vnum sacramentũ, plenius habetur effectus alterius specialis, sicut per baptismũ actualia plenius remittuntur, quàm per pœnitentiã. ergo à simili non est incõueniens ꝙ aliud sacramentũ: plus mederi cõcupiscentiæ q̃ per matrimoniũ, & sic de aliis, non valet, quia illud est per accidens, istud autẽ est per se. s. collatio virtutum, & augmentũ in eucharistia. Vnde si specialia remedia in aliis sacramẽtis essent per se ex gratia gratũ faciẽte, & virtutibus per se, & non per accidẽs eucharistia plus remediaret ad omnia, quàm cætera, & sic superfluerent.

Opinio Tho. præcedenti cõtraria.

Dubium si gręsacramẽtales fluunt à gra quo ponsunt effectiuè attingi à sacris potius q̃ ipsa gratia Nota.

Quodlibet sacrm habet specialẽ effectum cõtra propriũ defectum.

Solutio obiectionis.

Bona ratio:

16 Ad

Solutio quinq; rationum primæ obiectionis.

16 Ad quinq; autẽ rationes pro alia opi. quæ sunt cõtra istam est similiter respondendũ ꝓ, interptationem eius, quod supponitur, ꝙa in omni sacro datur remediũ contra diuersum defectũ, cui non subuenit per gratiã gratũ facientẽ per se, & immediatè, nec per eius augmentum, cùm se cõpatiant, sicut licet per gratiã gratũ facientem tollat culpa, & macula mortalis, & pœna æterna, ꝙa ista non possunt simul stare: tñ nec culpa venialis, nec pœna tẽporalis, nec verecũdia, nec cõcupiscẽtia, nec multi alij defectus inclinãtes ad pctũ, qui stant cum ea, etiã intensa per eam tollunt, quia nihil corrũpitur, nisi à suo cõtrario. ergo est alia gra contraria istis, per quã tolluntur, vel remittũtur. 17 Vtrum autẽ ex vno sacramẽto iterato ꝓfluat vna gratia tñ specie, an diuersẽ dubium est. Et potest dici probabiliter, ꝙ q̃n deffectus est vnius speciei, tũc est vna: sicut in matrimonio, & similibus, sed q̃n defectus licet sit vnius generis, est tñ differẽs specie, tunc fortè gratiæ differunt specie: sicut in sacramento pœnitẽtiæ, de eodem peccato, numero, vel specie bis confitẽs gratiã eandẽ, vel augmentũ reciperet de diuersis diuersam. Vel fortè, sicut vna virtus pœnitẽtiæ est de omnibus, sic & hîc vna gratia differẽs tñ à pœnitẽtia virtute, cũ illa maior infundatur in eucharistia.

An ex vno sacro iterato ꝓfluat vna specie gratia vel diuersẽ:

18 Ad argumentũ in contrariũ, patet respõsio per ea, quæ dicta sunt, quia gratia sacramentalis non est gratia gratum faciens, nec gratis data informis, sed gratis data formata, sicut morales infusæ.

Distinctio tertia. *Quæstio prima.*

Circa tertiam Distinctionem quæruntur tria. Primùm est de forma baptismi. Secundùm de ministro eis. Tertiùm de materia.

De *forma baptismi.*

Thom. 3. q. 66. art. 1.

QVAERITVR ergo primò de forma baptismi, an possit mutari? & videtur, ꝙ sic, quia catechismꝰ, & exorcismus sunt de forma, quibus tñ omissis potest dari baptismus. ergo &c.

2 CONTRA, quia non põt mutari materia. ergo nec forma, q̃ nõ est minꝰ de substãtia 3 RESPONDEO. Circa istam quæstionẽ sunt tria videnda Primò quid est baptismus. Vbi aduertendũ, ꝙ sic diffinit à Magistro: Baptismus est ablutio corporis exterior facta sub forma ꝓscripta verborũ. Circa quã est sciendũ, ꝙ non est inconueniẽs materiã prædicari de toto in artificialibus in recto sine denominatione, quia huiusmodi nosa artificialiũ sunt cõcreta, sicut nosa intentionũ, vt genus, & species, & non abstracta. Cuius probatio est, qa genera suarũ formarũ non prædicanť de ipsis nisi denominatiuè. Non enim archa est quadrãgulus, vel quadratũ, sed quadrangula, vel quadrata. Si autẽ non importaret, nisi formã accidẽtalẽ bona esset ꝓdicatio, sicut albedo est color. Potest etiã subiectũ prædicari sine denominatione de accidente cõcreto: licet non de abstracto: sicut si dico, ꝙ album est homo, non autẽ albedo est homo, sed humana. Vnde hæc est ita propria: archa est lignũ, sicut ista: album est lignũ. Sic etiã benè dicit, baptismus est ablutio. Quod ergo dicit. 7. Meta. ꝙ sphera nõ est æs, sed ænea: & similiter de circulo, & statua: dicendũ, ꝙ accipitur ibi in abstracto, q̃n nõ habet cõmunis vsus, de quo plenius dictũ est supra. dist. 1. q. 2. 4 Diffinitur etiã ab Hugone sic Baptismus est aqua abluendis criminibus sanctificata per verbũ Dei. Circa quã est sciendum, ꝙ licet baptismus in ꝓposito non imprimat characterem: tñ disponit ad susceptionẽ gratiæ, & statim homo suscipit Spiritum sanctũ. Et hoc manifestè probatur Act. 10. Vbi dixit Petrꝰ: Quis ꝓhibet baptizari istos, qui Spiritũ sanctũ susceperunt, sicut & nos? multò magis, q̃ per pœnitentiã in proposito. Facilius enim quis liberatur ab originali, quod habet minus rationẽ peccati, quã ab actuali mortali. Vnde si ab illo mũdat sacramentum in voto, multo magis hîc. Quod autẽ cathecumeni morientes damnanť, hoc est, quia fuerunt negligẽtes ad suscipiẽdũ baptismũ actu, d' qua negligẽtia nõ penituerũt in speciali, nec in generali. Aliàs saluarentur, hoc saluo, ꝙ non est ita prolongatũ tẽpus ad baptismũ hodie sicut ad confitendũ. Vnde qui statim nõ baptizatur habita oportunitate, nisi ex legitima causa, puta instructione fidei, vel hmõi differat, peccat. Non sic autẽ, qui differunt confiteri vsq; ad Pascha post contritionẽ. Vnde morientem sine baptismo negligentẽ, oportet de negligẽtia pœnitere. Non si autẽ non cõfessus ante pascha, qa non fuit negligens ante cõpletã iuris dilationẽ. sic ergo non solùm baptismus aquæ abluit peccata, vt dicit ꝓdicta Hugonis diffinitio, sed etiam flaminis baptismus.

Difinitio Hugo.

5 SECVNDVM est de forma baptismi, quæ est: Ego baptizo te in noie patris, & filij, & Spiritussancti, Amen. Vbi est sciendũ, ꝙ in prædicta forma sunt tria. Vnum est expressa noiatio personarũ in trinitate. Secundùm est expressio actus baptizãdi, & personæ suscipientis. s. cùm dicitur: Baptizo te. Tertiũ est expressio baptizantis: Ego. 6 Sed hîc dicenda sunt tria: Primũ est, ꝙ expressio trium personarũ est de necessitate baptismi. Secundũ est, ꝙ expressio actus, & personæ suscipientis similiter sunt de necessitate sacrameti. Tertiũ est, ꝙ expressio personæ baptizãtis non est necessitate sacramenti. Et quartũ potest addi, ꝙ illud, quod pertinet ad confirmationẽ totius. Tamen nõ est de necessitate sacri.

De forma baptismi.

Expressio Trinitatis est de necessitate baptismi.

7 Primũ patet tripliciter. Primò ex Christi traditione, quæ habetur Matth. vlt. Baptizãtes eos in noie pa. & fi. & Spũsscti. 8 Secundo ex ratione, quia cũ baptismus sit specialiter sacramentũ fidei, per baptismum enim ascribitur quis primo cœtui fidelium: ideo in ipso debet esse fidei protestatio, & insinuatio, & maior expressio, q̃ in cæteris sacramẽtis. Ex hoc sic arguit. Exterior fidei ꝓtestatio debet correspõdere actui interiori, sed nõ est sufficiens fides interior, qua credit in vnã personã sine alia. ergo non est sufficiens exterior ꝓtestatio, quæ ex primitur vna persona sine alia. Vnde cũ ad baptismum requiratur ꝓtestatio fidei, & maximè articuli trinitatis, qui primus est, patet, ꝙ non sufficit expressio vnius personæ, nisi oẽs exprimatur. 9 Tertiò patet idẽ ex expressa determinatione ecclesiæ, quæ habetur de cõse. dist. 4, in synodo Anglorũ, vbi dicit sic in supradicta synodo. Sacerdotes voluerũt, vt qui vel vnam de trinitate personã in baptismo non noiaret, illud verũ baptisma non esset nec esse posset, quod pro certo verum est.

Diffinitio baptismi.

10 Quod autẽ in primitiua ecclesia baptizabãtur solũ in noie Christi, vt habeť Act. 8. factũ est ex speciali reuelatione, & dispẽsatione Spiritussancti, sine qua non potuisset fieri. Causa autẽ fuit, vt nomen Christi amabilius redderetur: quod valdẽ odiosum erat incredulis, vt dicit apostolus. 1. Cor. 1. Nos autẽ prædicamus Christum crucifixum Iudæis quidẽ scandalũ &c. Et qa in baptismo dabať visibilier Spiritussanctus, ex hoc redditũ est nomen Christi amabilius ratione baptismi talis, qđ conferebatur

Cur in primitiua ecclesia baptizabant in nomine Christi.

conferebatur à nomine ipsius. Cessante autē causa cessauit & dispēsatio. vnde nunc esset baptismus, si baptizaretur solū in noīe Christi. 11 In prædicto ergo articulo intelligēda est respōsio Nicolai Papę ad consulta Bulgarorū. de cōsec. dist. 4. A quodā Iudæo. aliter nō. Vnde Io. errauit in apparatu illius capituli. & Ber. in illo cap. Si quis puerū. de baptismo, & eius effectu. cap. 1. qui dixerūt, ꝙ si quis baptizaretur in noīe Christi, ꝙ verus baptismus esset, quod nō est verū, vt patet ex dictis, quia licet in noīe Christi posit trinitas intelligi. s. pater vngens, filius vnctus, & Spūssanctus vnctio: tñ hoc non sufficit: qa formæ verborū sacramentaliū debēt esse vocabiliter, & sensibiliter expresse, sicut & materia est sensibilis res. Nec sufficit intellectualis æquipollentia.

Nūc in nomine Christi non esset verus baptismus.

12 Secundū patet dupliciter primò ꝓ rationē q̄ talis est. Illud est directè de forma baptismi, quod directè repsentat interiorē effectū baptismi, sed expsio actꝰ baptizādi, & personæ baptizatæ directè repsentat interiorem effectū baptismi: ergo est de necessitate sacrāmēti. maior patet, quia sacra efficiūt, quod figurant, & tam efficiētia, q̄ significātia potissimè attribuit formæ. Minor similiter patet, quia interior effectꝰ baptismi est ablutio suscipiētis à pcō originali, quā directè significat eupresio actus baptizādi cum psona baptizata, cū dicitur: Baptizo te, quod idē est quod: Abluo te. Secūdò patet idē ex determinatione ecclesiæ, q̄ habetur extra: de baptismo, & eius effectu. cap. 1. vbi dicitur sic: Si qs puerū ter in aqua immerserit in nomine pa. & fi. & Spūssancti. & non dixerit: Ego baptizo te, non est puer baptizatus.

Expresio actus baptizādi & baptizati sunt de necessitate sacramenti.

Expresio baptizantis nō est de necessitate sacramenti.

13 Tertiū patet sic. Illud, quod est de necessitate baptismi est idē apud oēs cōferētes verū baptismū, quia omissio alicuius, quod est de necessitate sacri euacuat sacramentū: sed expsio personæ baptizātis nō obseruatur apud Græcos, baptizāt enim sic: Baptizetur seruus Christi. Nicolaus in noīe prīs, & fi. & Spūssancti. & tñ cōferūt verū baptismū, qa reuertētes ex eis ad obediētiam ecclesiæ nō baptizātur. ergo expresio psonæ baptizātis non est de necessitate sacri. Causa autē quare Græci nō exprimūt personā baptizātis est error: qui tangit. 1. Corinth. 1. ꝙ quidā eorū attribuebāt baptismū ministro baptismi, dicētes: Ego quidē sum Pauli. Ego autē Appollo &c. ad quod excludendū non exprimūt personam ministri: q̄ tamen nō est de necessitate, vt dictū est, sed de statuto ecclesiæ. Et qa statutū ecclesiæ potest ligare ministrum, sed nō euacuare sacramentū. ideo scienter omittens, peccat, tñ verè baptizat. 14 Quartū patet. s. ꝙ Amen non est de substātia sacri, nec de necessitate præcepti, nisi vbi cōsuetudo particularis hoc habet, qa vtilis cōsuetudo hoc nō habet, nec est de forma Christi sed, ly, ego est de necessitate pcepti, qa est de forma vtilis ecclesiæ Latinæ, sed non sacri, quia intelligitur in verbo. 15 Tertiū principale est de mutatiōe, & primò in generali. Vbi sciendū est, ꝙ quia sacra efficaciam habent ex institutione diuina, & principalius est in sacrāmētis forma, q̄ materia. ideo sicut nulli licet mutare sacramentū, quo ad materiā, vel aliquod nouū instituere: ita nulli licet mutare formā sacrāmēti quantū ad id, quod est de essentia formæ absq; speciali consilio Spiritussancti, qui virtutē suam illis verbis non alligauit. Et si mutatur, nihil agitur. Si autē aliquid pertinet ad formam ex determinatione ecclesiæ, si illud mutatur, nihil ominus est sacrm, sed culpa incurritur. In forma autē baptismi essentialius est, quod exprimit causam agentē, â qua est tota efficacia, q̄ quod exprimit actū exercitū. Et ideo quantū ad oēs inuocatio trinitatis est de essentia formæ, nec aliquid quantū ad hoc mutari potest, vt dicitur extra de baptismo, & eius effectu. c. 1. Quidā verò dicebant, ꝙ actus exercitus nō est de essentia formæ, & ꝙ in illa inuocatione trinitatis essentia formæ consistit, quos refellit authoritas Alexādri Papæ, qui dicit, ꝙ nō est baptismus illud lauactū, quo aliqs in noīe prīs, & filij, & Spūssti, nihil addēdo baptizatur. Et est sup hoc regula iuris, ꝙ mutatio quocunq; modo fiat in forma ecclesiastica sacramentorū obligat ad pctm̄, nisi ex impotentia, vel necessitate fiat. Et cōsuetudo ecclesiæ ligat, vt statutū, sicut & cōsuetudo populi ligat, vt lex. Sed sicut non ois lex obligat ex pcepto, sic nec ois cōsuetudo. Tutius est tñ metuere in dubiis. Non autē vitiatur sacrm, nisi mutent substātialia, vel cōtrarietur fidei. Videretur autē alicui probabiliter, ꝙ intentio mutādi formā non impedit sacramentū, dum tñ nihil de substātia variet, & intēdat cōferre, quod Christus instituit, & illo modo faciendi, quo ecclesia catholica facit, licet crederet catholicam, q̄ est hæretica, & econuerso. Vnde quod cōmuniter dicitur, ꝙ si baptizās intēdat inducere errorē, nihil agitur, qa cùm intētio ministri sit de essentia, ex quo nō intēdit facere, quod facit ecclesia, sed aliud. ergo non facit in fide ecclesiæ, non videt esse verum, qa Græci conficientes in fermētato dicētes non posse confici in azimo errorē inducūt, vel nihil omnibꝰ conficiūt, & tñ mutant materiā. Quare idē videtur de mutatione formæ, si maneat substātia: qa licet ois hæreticus intendat facere, qd facit illa ecclesia, quā putat catholicā: tñ secūdū veritatē intēdit aliud facere, q̄ faciat ecclesia nostra, in qua sola est vera fides. ergo scd̄m hoc nullū verū sacrm posset fieri, vel dari ab hæretico, quod falsum est. Vnde videtur, ꝙ si faciat totā substantiā, quā ecclesia catholica facit intendēs facere, quod Christus instituēdo fecit, quicquid addat, quicqd detrahat verū sacramentū tribuit.

Regula iuris.

Consuetudo ligat.

De mutatione formæ in generali.

16 Secundò, in speciali, ꝙ mutatio potest fieri multis modis. Primo per vocū variationē. Vbi sciendū est, ꝙ variatio vocū potest fieri dupliciter. s. quo ad voces solùm, & nō quo ad principalia significata, vel quo ad voces, & significata simul. Prima mutatio non obest sacramenta: cuius ratio est, qa verba sacramentorū habent efficaciā ex eo, quod significāt. Manēte ergo eadē significatione vocū: eadē est virtus sacramentorū. Qualiscūq; ergo variatio fiat circa voces si maneāt eadem significata, semper est verum sacrm. Alioquin non possent sacra cōferri nisi sermone Hebraico, in quo formæ sacramentorum fuerunt à Christo institutæ. Nunc autē potest conferri quodcūq, sacrm in quacūq; lingua, Hebraica, Græca, & Latina, & etiā omni alia materna. Si verò fiat variatio vocū, & significatorū simul, siue fiat totaliter, siue principaliter nullū est sacramentū. Et primū quidē de se planū est. Si enim nutrix immergēdo puerū diceret: Ego balneo te, vt melius posis dormire, nullus esset baptizatus, propter totalē mutationē significatorū. Similiter si fiat mutatio significatorū, quo ad principalia significata. Si enim dicatur: Ego baptizo te in noīe Trinitatis, vel in noīe genitoris, geniti, & procedētis non est verus baptismus, qa nomen Trinitatis non significat personas diuinas, sed numerū personarū: genitor verò, genitus, & procedēs, licet debeat intelligere personas diuinas: non tñ significant eas principaliter, sed actus earū notionales. Causa autē horū est, quia virtus sacrāmētalis est data verbis principaliter significātibus ea, q̄ sunt de integritate sacri. Vnde si fiat variatio vocū quantùm ad totale, vel principalē significatū, nihil agitur, vt in exemplis positis. Si autē fit variatio, non in principali significato, vt si dicatur: Nos, vbi Ego, & dicatur baptizamus, vbi baptizo, & vos, vbi te, incurrit peccatū, sed non vitiatur sacrm, qa q̄q; hoc fit ex cōsueto modo loquendi, vt si prælatus, qui cōsueuit dicere, nos fecimus hoc, vel illud

Mutatio in speciali fit multipliciter.

vel illud dicat: Nos baptizamus te. Et similiter si dicatur magno viro ex reuerētia: Baptizo vos, quia sufficit, ꝙ maneat sensus verborū ex accōmodatione vsus. Si autem dicat, vbi dicitur: In noīe, in nominibus vitiat: qa de forma est vsus essentialis personarū: quā representat numerus singularis, sicut & trinitas personalis. Et si exponatur. i. inuocatione adhuc est idem, qa vna est inuocatio trium. Sic ergo variatio vocis non significationis non obest, qa in omni lingua, vt dictū est, potest conferri: sed cōsuetudo linguæ seruāda est, vt nec vetula in Latino ne deficiat, nec Latinus in Græco, nec econuerso, nec sacerdos in Gallico baptizēt. 17 Sed dubiū est de exēplo posito: vtrū si quis baptizaret in noīe Trinitatis, esset verus baptismus? Et videt, ꝙ idem sit significatū Trinitatis à patris, & filij, & Spiritussancti: nisi ꝙ vnū dicit explicitè: quod aliud dicit implicitè. Et ideo non videt mutari sensus: sicut nō diceret mutari sensus orationis, si loco difiniti poneretur diffinitio. Et qū dicitur, ꝙ Trinitas significat numerū non psonas: dico, ꝙ in diuinis numerus est idē cum rebus numeratis: qa Trinitas est pater, & filius, & Spūssctūs, & pater, & filius, & Spūssctūs sunt Trinitas. Et magis est prædicatio per idē ptitatē essentiæ, q̄ ista, homo est animal rationale, mortale. 18 Item quod dictū est, ꝙ non est idē significatū genitoris, geniti, & pcedētis, sicut prīs, filij, & Spiritus sancti. Cōtra, qa actus notionales, quos principaliter hīc noīa verbalia significāt, sunt idem re cum personis, quas alia noīa principaliter significant. ergo non est verū, ꝙ non sit idē significatū principale. 19 Si dicatur, ꝙ Trinitas increata est benè idem quod personæ, sed non omnis Trinitas est illa, quæ est prī, & filius. vnde incertū est. ideo &c. hoc non valet, qa similiter potest dici, ꝙ alter est prī, & filius, q̄ in diuinis. Vnde ita incertum est vnū, sicut aliud secundū virtutē sermonū. Si militer est de genitore. 20 Et dicendū ad primā instantiā, ꝙ non est idē sensus dicere in noīe Trinitatis, & in noīe prīs, & filij, & Spūssctī: quia licet de se inuicē prædicent, non tñ de quolibet per se, nō enim pater est Trinitas, nec econuerso, imò etiāsi diceret se in noīe Dei: licet Deus sit Trinitas, & quælibet psona per se non esset idē sensus, qa aliquis confitet Deum, qui negat tres personas. Et similiter aliquis cōfitetur patrē, & filiū, qui negat Trinitatē, vt Sabellius. 21 Sed alia instantia est bona de genitore suppposito, ꝙ essentia, & persona sint ipse actus, sed suppposito, ꝙ differant essentia, & relatio, adhuc tenet instātia, vt videtur, nisi dicatur, ꝙ generare, & paternitas sunt duæ res, quod tñ nullus dicit. Vnde cùm pater sit relatiuū secundū esse de principali significato importat paternitatē, & hanc eandē, quæ est generare, importat genitor: licet differāt in ratione, vel n modo significādi. Et siue differat ratio ab essentia, siue non: in noīe pīs, & filij, & Spūssancti potest dari, qa Christus hoc dixit: & pari ratione in noīe genitoris, nisi diceret, ꝙ pater ex accōmodatione vsus importat principaliter hypostasim, & genitor notionē. Et si hæc differrent re: tunc verum esset, ꝙ pater, & genitor differrēt re, aliter non. 22 Sed videt, ꝙ persona baptizans sit de essentia, sicut actus baptizādi: & sic baptismus Græcorum videt nullus: nā qua ratione exprimit ibi actus baptizandi, videtur, ꝙ exprimi debeat persona baptizans.

Duplex instantia contra prædicta

Arguitur ꝙ baptizans sit de essētia sacramenti.

Solutio.

23 Sed potest dici, ꝙ actus est de essentia intrinseca: sicut causa materialis, baptizans autē non est sic de essentia: cū causa efficiens sit causa extrinseca: sed dicitur de essentia, qa facit essentiā, & sine ipso nō esset essentia. Et ideo expræssio personæ baptizātis nō est de necessitate sacrāmēti, sicut expresio actus: qa non est causa intrinseca, sicut actus, qui est materia, ex qua nec, sicut expresio baptismati, qui est causa intrinseca, sicut materia in qua: nec sicut expresio Trinitatis, quæ est causa extrinseca principalis: baptizans autē causa extrinseca instrumētalis. 24 Secundo modo potest fieri mutatio per corruptionē. Circa quod est sciendū, ꝙ ille, qui corruptè profert verba: aut hoc facit ex industria, & sic non videt intēdere, qđ ecclesia intēdit. vnde non est baptizatus: aut hoc facit ex ignorantia, vel ex defectu linguæ, & tunc dicitur, ꝙ si sit tāta corruptio, ꝙ omnino auferat sensum locutionis, ꝙ non est baptismus. Si autem sensus locutionis maneat, tunc erit baptismus. Et hoc præcipuè accidit, ꝙ sensus nō mutat, q̄ si fit corruptio in fine: qa ex parte finis mutatio variat cōsignificationem, non autē significationē, vt dicunt Grāmatici, vt si vetula, vel alius ignarus linguæ Latinæ infringens linguam diceret: Ego te baptizo in noīe patria, & filia, & Spiritus sancta: nihilominus esset verū sacramentū: sicut habetur de conse. distin. 4. cap. Retulerūt. Sed mutatio ex parte principij variat significationē. Vnde corruptio talis si fit magna omnino sensum locutionis auferret. Quando autē sensus locutionis aliquo modo manet, tùc quāuis mutetur forma, quantū ad sonu sensibilē, non tñ mutat quantū ad significationē: qa q̄uis oratio corruptè prolata nihil significet ex virtute impositionis, significat tñ ex accōmodatione vsus. Et ideo si homines blesi nihil de sensu principali corrūpant, valet quantū ad essentiā sacrāmēti, aliàs non: licet quod ad necessitatē pcepti referat vtrum ex malitia, vel negligētia, aut ex impotētia, & ignorātia corrūpant. Et quod Tho. dicit, ꝙ licet oratio corruptè prolata nihil significet ex virtute impositionis, significat tñ ex accōmodatione vsus. videt cōtra eum qui non vult, ꝙ posit dici, Baptizamus: cùm tñ, vt dictum est suprà ex accōmodatione, prælatus dicat, vel dicere posit, quantū ad rem sacrāmēti: licet peccet, Baptizam⁹. Sed ille, q nescit, aut nō pōt verba ad plenū pferre, debet abstineri, nisi in necessitate: qa melius est talia nō facere, q̄ malè facere. Imperitia eīm culpę annumerat. Vnde sicut medicinā corporalē nō debet adhibere, nisi q̄sit, & pōt: ita nec spūalē: qa licet nō sit simile ex parte recipiētis, cui corruptio medicinę corporalis nocet non spūalis, nisi in substātialib⁹: est tñ simile ex parte agētis.

De mutatione q̄ fit p corruptionē

De mutatiōe quæ fit per additionem.

25 Tertiò pōt esse mutatio ꝓ additionē. Vbi est sciēdū, ꝙ in additiōe duo sunt cōsiderāda: primū est ex parte addētis, qa si addēs intēdat illud qđ addit esse de forma, quasi volēs ꝓ hoc inducere nouū ritū in ecclesia, cōstat, ꝙ nō intēdit pferre formā: qua vtif ecclesia: & ita nō faceret, quod ecclesia facit, & ita non esset baptismus. Secus autē si ex aliqua causa adderet, aut ex deuotiōe quadam. Secundū est ex parte additionis, qa aut additum est corrūpens verum sensum verborū sacrāmēti, aut nō. Si est corrūpens, tunc nullū est sacramentū: vt si dicatur Baptizo te in noīe patris maioris, & filij minoris &c. qa ista determinatio corrūpit fidē ecclesiæ, in qua dantur sacrāmēta. Si verò sit talis additio, quæ non corrumpat debitū sensum verborū sacrāmēti non tollitur sacramentum: vt si aliquis dicat: Ego baptizo te in nomine patris omnipotētis: & filij eius vnigeniti, & Spiritussancti paracliti. Et fortiori ratione est hoc verū, q̄ talis additio fit in principio, vel in fine, vt si dicat: Beata Virgo te adiuuet: Et ego te baptizo in noīe patris, & filij & Spūssctī: & & beata virgo te adiuuet. Si verò diceret Ego te baptizo in noīe patris, & filij, & Spūssctī, & beatæ virginis, non esset baptismus, si intelligeret in noīe beatæ virginis baptizari, sicut in noīe Trinitatis, quo baptismus consecratur, quia talis sensus esset cōtrarius veræ fidei, & per cōsequens tolleret veritatē sacrāmēti. Si verò intelligatur, quod additur in uoīe beatę virginis, non ꝙ nomen beatæ virginis

te virginis: non, q̃ nomen beatæ virginis aliquid operetur in forma baptismi, sed vt eius intercessio prosit baptizato, nõ tollitur perfectio sacramẽti. Quia tñ iste sensus est improprius, nullo modo est illud, vel simile faciẽdum. Sic ergo si additio sit corrũpens fidem non est baptismus: sicut & cõditio contraria bonis matrimoni expressa. Si autẽ non est corrũpens fidẽ, neq; sensum non obest. Si verò sit dubia ad intentionẽ recurritur. Et si intendebat aliquid erroneũ nihil agit: aliàs sic. Nihil tñ addere debet sacerdos præter id, quod in suo ordinario continet sc̃dm̃ ritum ecclesiæ: suæ sicut nec in missa, cruces, & hmõi, quæ corrũpunt misterium 26 Quare tò, potest fieri mutatio per substractionẽ. Vbi sciendũ, q̃ si subtrahatur aliquid, quod sit de essentia formæ, tollitur sacramentũ. Si verò tollitur id, quod non est de essentia formæ, remanet perfectum sacramentu. Vnde si à forma baptismi tollatur ego, & à forma eucharistiæ tollatur enim. Cùm hæc sint de forma solũ ex institutione ecclesiæ: non ꝓpter hoc tollit sacramentũ: licet grauiter peccaret, qui scienter hoc tolleret. Quicquid autẽ aliud tolleretur sacramentũ nullum esset. Et causa huius est, quia posita tota substãtia rei, ponitur res omni alio circunscripto. Deficiente autẽ aliquo principio essentiali res tollitur omni alio posito. ideo &c. 27 Quinto, potest fieri mutatio per transpositionẽ verborũ. Et dicendũ, sicut dictũ est de corruptione. Sed nõ videt quibusdã, q̃ in forma baptismi posit fieri aliqua talis transpositio, quæ sit cõtraria vero sensui, siue dicatur in noĩe patris, & filij, & Spiritussancti baptizo te: siue in nominatione personarũ fiat transpositio earum, vt si dicatur: in nomine Spiritussancti, & filij, & Pãtris: quia licet de fide non solũ sit: numerus personarũ, sed etiã ordo earũ: iste tñ ordo non est durationis, vel vocalis expressionis, sed solius originis, qui sufficienter in nominibus personarum intelligit qualicunq; ordine personæ exprimantur. Sed hoc nõ videtur. Possunt enim trãsponi sic illa verba, q̃ nullus sensus remanebit, vt si dicatur: baptizo in noĩe te pris, & filij, & Spusscti nihil est dictu. Si etiam transponerent syllabæ nullus sensus esset, vt si diceret, in noĩe tris pa, & hmõi: imo etiã sic possent transponi verba, q̃ esset aliquis bonus sensus grãmaticalis: & tñ esset corruptiuus sciẽtię, vt si diceretur sic: Ego baptizo te patris, & filij in noĩe Spũscti. Et multa hmõi, quæ inuenire est magis laboriosum, q̃ vtile. 28 Sexto, potest fieri mutatio per interruptionẽ: vbi sciendũ est, q̃ si interruptio tanta est, q̃ non solu intẽtio actualis, sed habitualis interrũpatur, tũc viciat. Secus de actuali, quæ etiam sine interruptione vocũ interrũpitur frequẽter: qa mens subitò in diuersa rapitur. Sic ergo concludunt ali qui, q̃ si fiat mutatio, quæ tollat essentiã: vel q̃ non tollat, si fiat scienter, peccatur, excepta mutatione, quæ solum est in voce. Sed hoc non videt, quia etiã in vocum mutatione incurritur peccatũ, quia non solũ peccat inobediens Christo, sed etiã inobedtiẽs ecclesiæ: qa qui vos spernit, me spernit. Institutio autẽ formæ sacramentorũ quantũ ad sententiã, est à Christo, non q̃tum ad verba: quia voluit ea variari apud diuersos secundũ varia idiomata, sed ecclesia certa verba instituit in cõsiliis ꝓpter hæreticos, cum quibus nec verba debemus habere communia: quia secundũ Hieronymũ ex verbis inordinatè prolatis incurrit hæresis. Vnde ꝓpter vnũ solũ verbum quod de nouo veniebat in vsum humanũ benè cõuocabatur vnum consiliũ, & in verbo homusion errauit totum conciliũ Ariminense, & in noĩe hipostasis, vt dicit Hiero. Latet venenu sub mele. Propter hoc ecclesia verba certa statuit in formis sacramentorũ. Vnde qui verba mutat, ordinationi ecclesiæ repugnat, & sic peccat ꝓ inobedientiã, & superbiã: de quo extrà de constitutionibus. Ne innitaris prudẽtiæ tuæ. Prudẽtiæ suæ innititur, qui ea, quæ sibi agenda, vel dicẽda videnẽ decertis patrũ præponit. Non solũ ergo in agẽdo: sed etiã in dicendo aliter, q̃ habent patru decreta, offenditur: qa loquẽdum est, vt plures. Nec propter hoc dicit, q̃ baptizare, in aqua calida sit peccatũ: quia ecclesia nõ plus determinauit aquã frigidam, q̃ calidam, sed ecclesia ordinauit certa verba, nisi in necessitate, in qua etiã per statuta synodalia taxatur formula verborũ, & laicis, & obstetricibus. Et per hoc patet responsio ad argumenta in oppositũ: qa non est verũ, q̃ catheciſmus, & exorciſmus sint de forma, sed sunt quædam dispositiones ad formã.

Mutatio per substractionem.

Per transpositionem.

Per interruptionem.

QVAESTIO SECVNDA.

De *ministro*.

Thom. 3. q. 67. art. 6.

SECVNDO Quæritur vtrũ plures possint vnũ baptizare. Et videt, q̃ non, qa nec plures possunt esse patres carnales vnius. quare &c. 2 CONTRA, vnus potest simul baptizare plures. ergo econuerso plures vnum pari. ratione.

3 RESPONDEO, tria videnda sunt. Primum est vtrum vnus possit baptizare simul plures. Secundò, an econuerso duo ex necessitate possint baptizare vnũ quãdo neuter per se potest. Tertio an plures sine necessitate possint, & quomodo. 4 Primò, ergo videndum est vtrum vnus possit simul plures baptizare: puta vna manu vnũ, & alia aliũ, vel aspergendo. Et licet non debeat hoc fieri nisi in necessitate, qñ timetur, q̃ baptizandi non possint expectare, vel nisi dispensatiuè: sicut apostoli multos simul aspergebant, tã si fiat, posset videri verus baptismus esse, quod probat. 5 Primò qa sicut vn⁹ sacerdos potest simul plures hostias cõsecrare, sic & vnus plures potest baptizare. Et licet non sit simile, quo ad terminũ. ad quẽ finalẽ, qui est vnus in eu charistia, non autẽ in baptismo: tñ est simile quo ad terminũ, à quo, & ad quẽ immediatè attingit sacrm̃ hîc, & ibi: qa diuersæ sunt materiæ hinc inde licet sit dissimile in in forma, quia illa æqualiter respicit plures materias & vnam: ista autẽ non· 6 Secundò, quia sicut vnus potest vno actu simul multos generare, & mater concipere, vt patet in gemellis, ita & hîc. 6 Tertiò, quia vnus potest plures simul de sacro fonte leuare: igitur & baptizare. Sed hîc posset dici, q̃ non est simile, qa susceptio nõ est de essentia, nec suscipiẽs, sicut baptizãs. 8 SED Contra hoc videtur esse, qa licet sint hîc duæ materiæ, & duæ aspersiones, vel immersiones, quia cum vna manu potest vnum aspergere, vel immergere, & cum alia aliũ: sed tñ non põt simul proferre duas formas. Et cùm duarum rerum non sit vna forma, difficile videtur, cũ simul vn⁹ conferat duo baptismata: quod tñ necesse est, si sint duo baptizati, maximè si ponatur virtus esse in sacramẽto subiectiuè, & intrinsecè, qa virtus differẽs solo numero non potest esse simul in eodem.

Tripliciter probat, q̃ vnus posit simul plures baptizare.

In oppositum.

9 Sed ad hoc posset dici, q̃ licet sit vna oratio secundum esse naturale cùm profertur simul super duos baptizandos: est tñ duplex secundũ esse signi, secundũ hoc est in ea duplex virtus. 10 Sed hæc solutio non valet: qa esse signi est esse rationis in oratione, quo multiplicato

multiplicato non multiplicatur virtus realis: maximè cùm in naturalibus materia numeretur à forma substantiali, à qua distinguitur, & econuerso forma accidentalis à materia in qua. Sed neutro modo est de materia, & forma in sacris, cùm forma per se, & ex se habeat vnitatem, & non ex materia, & econuerso materia ex se nõ ex forma. Vnde licet sit duplex materia, sicut duplex ablutio, siue duples immercio, quando vnus simul baptizat duos vna tñ est oratio, & per cõsequens forma: qa solùm vnũ verbũ iteraĩ, vel explicite dicẽdo te, & te: vel implicitè cũ dicet, Baptizo vos: Cætera remanẽt vna, nõ duo.

Solutio. 11 ET Ideo est dicendũ, q̃ licet sit forma vna materialiter: est tñ plures virtualiter realiter: ita, q̃ formaliter non sunt subiectiuè in ea plures virtutes: sed vna virtus numero, qa est in eodẽ subiecto, & sic non potest multiplicari. Sed effectus eius est duplex secundũ duo subiecta, sicut ab vno calore: in igne est vnũ calefacere: sed ab eodẽ sunt duo calere in duobus calefactis: ita, & hîc. 12 Ad formam ergo posset dici, q̃ ad hoc, q̃ sint duo baptizati: non oportet, q̃ sint duo baptismata formaliter, sed solũ virtualiter. Videtur, tñ tutius, & magis consonũ doctrinæ cõmuni, q̃ non sint de lege cõmuni plures baptizãdi, nisi pluribus baptismis formaliter, & materialiter. Vnde super duos nõ sufficit dicere semel baptizo vos, nec baptizo te, & cùm distinctus baptismus debeat habere distincta, & explicita verba. 13 Ad primũ, & tertiũ in contrariũ solutũ est. 14 Ad secundũ potest dici, q̃ non sequitur, si ita est in generatione carnali, q̃ ita sit in spirituali, quæ in pluribus differt, q̃ conueniat· Prima tñ opinio cõmuniter tenetur.

Disputat. qđ mutus & mãcus simul baptizare potest in necessitate.

15 SECVNDO, videndũ est, an in necessitate mutus, & mancus possint baptizare, vnus dicẽdo, alius agendo. Et videtur, q̃ non, qa neuter facit totũ, sed partem tantũ. 16 CONTRA est decretũ. 23. distin. cap. quorundã. 17 AD Hoc posset dici, q̃ in sacramẽto, quod nõ est necessitatis vnus debet facere totũ, vt in sacro ordinis, & confirmationis, & extremæ vnctionis: sicut in casu decreti allegati, vbi dicit, q̃ cæcus ordinabat, & alius legebat, & nulla fuit ordinatio: sed secus est de baptismo, quod est sacrm̃ necessitatis. Sacramentũ enim, qđ non est necessitatis melius omittit, q̃ q̃ inordinatè conferebat. Sed in sacris necessitatis propter necessitatẽ licitè põt omitti quicqd non est de substantia. Cum igit vnitas ministri nõ sit de substãtia sacramẽti, vt dicũt cõmuniter omnes. ergo in necessitate, licet duos cõcurrere, si vnus non possit facere, totũ faciat quilibet, quod potest: ita tñ q̃ non sit mendaciũ: qa hoc est de substãtia cuiuslibet sacramẽti veritatis, q̃ non sit ibi mendaciũ nec falcitas in forma, nec in materia: ita q̃ sicut ex falsa, & non vera materia nihil agitur: sic nec ex falsa forma. Dicet ergo mancus in forma Græcorum muto immergente baptizetur seruus Christi &c. & tunc non est mendaciũ, vel dicat iste baptizat te &c. Si enim expressio ministri nõ est necessaria, non refert in quacũq; ꝑsona exprimat im prima, vel in tertia, vel potest dici, q̃ solus mutus baptizabit, & quod nõ potest dicere verbo dicat nutu, & sufficit. Non cñ est verbum magis de substãtia hmõi sacri, q̃ aliorum: sed videmus in sacro pœnitẽtiæ, q̃ mutus potest confiteri, & forte absolucre ꝑ nutum. & signa, q̃ sunt verba interpretatiua: qa sacramentũ necessitatis debet esse omnibus communc: nec refert vtrũ populus volũtatẽ suã declaret verbis, aut factis. ergo à simili in baptismo. Itẽ in matrimonio, quod nõ est sacrm̃ necessitatis, sufficiunt nutus inter mutos: imo etiã non mutis: dum tñ per exteriora exprimatur cõsensus, vt puella verecũda sine verbo contrahit. ergo multò magis in sacramẽto necessitatis: & quando mutus cõfert, qui loqui nõ potest. Sed quibusdã non videtur verũ, quod dictũ est de absolutione, q̃ in necessitate põt fieri per mutũ, sicut cõfessio. Dicunt enim, q̃ non est simile: quia illud est ex parte susciptis in quo, sufficit, q̃ faciat, quod põt, non sic autẽ est ex parte ministrantis. 18 Sed videt, q̃ imò cum confessio sit ita de substãtia, sicut absolutio, & cõfessio magis sit per se actus oris, q̃ absolutio, sed cõfessio põt fieri in necessitate scripto, & nutu. ergo pari ratione absolutio.

Mutus ꝑbabiliter absoluit.

19 Prætereà licet homo debeat cõfiteri solus extrà de pœnitẽtiis. c. Omnis vtriusq; sexus. tñ in necessitate potest cõfiteri non solus: puta per interpretẽ, qñ nescit loqui. Ita & hîc, licet debeat solus baptizare, si tñ nõ potest: potest cũ alio, & per alium. 20 Præterea in quibusdã ordinib⁹ episcopus dicit verba, & archidiaconus tradit materiã. ergo nõ est de substãtia sacramẽti vnitas ministri etiã in volũtariis: imò alius adhibet materiã, alius profert formam. 21 Præterea sicut dictum est in matrimonio, puella verecũda nullũ signum exterius ostẽdit, sed alius corã ipsa ꝓfert verba, & ipsa interius consentit, & præbet materiã, & ille profert formã.

Relinquit difficultatẽ ecclesiæ.

22 Præter ea, quæ non sunt de substãtia sacri possunt mutari ꝓpter necessitatẽ, sicut si sacerdos celebrãs moriatur: alius debet supplere vicẽ eius, non obstante, q̃ requirat per se vnitatẽ ministri: ita etiã in ꝓpósito erunt duo simul, sicut & ibi duo succedsiuè 23 Præterea vnitas ministri, vel pluralitas nõ est de substãtia: quia vnus potest baptizare vnum, vel duos, & duo possunt baptizare vnũ. ergo accidit vnitas, vel pluralitas, & per cõsequẽs accidit, q̃ totũ fiat ab vno, vel à duobus. Et sicut quidã arguunt, q̃ qñ duo baptizãt, & vterq; dicit totũ, non refert vtrũ in plurali, vel in singulari: quia pluralitas, & singularitas ministrorũ accidit, & per consequẽs pluralitas vocũ, & singularitas, ita accidit, quãdo duo cõcurrũt, q̃ vterq; dicat, & faciat totũ: dum tamẽ à duobus fiat totum, siue totaliter, siue particulariter.

Securior opinio.

24 Quod tñ argutũ est posse baptizari in necessitate per mutu, siue verbo non intelligatur dictũ assertiuè, nec etiã opinatiuè, sed disputãdo, & inquirẽdo sub dubio, relinquẽdo ecclesiæ declarãdæ. Nec videt declaratum per decretalẽ, quæ dicit, q̃ etiã in casu immersus nihil dicẽdo non est baptizatus, quia loquitur vbi immergens poterat ꝓferre, sed nõ protulit. Nos autẽ quærim⁹ de muto, qui ꝓferre non põt, aut de idiota, qui ꝓferre nescit aliquo modo. 25 Securius tñ est tenere, q̃ nullo mõ mutus põt baptizare, nec solus, nec cum manco. Et hoc magis ex determinatione ecclesiæ, q̃ ex ratione, qa ecclesia tenet, q̃ si vetula baptizauerit puerũ credens eum statim moriturũ, & omiserit per ignorantiam aliquid de substãtia, q̃ puer de nouo baptizet, & sic necessitas baptizãdi, & nescietia baptizãtis non faciunt, q̃ substãtialia verborũ possunt dimitti. Illa autẽ nescientia causat impotentiã. Nam q̃tum ad formã ignoratam proferendã: ita est impotẽs, qui ignorat, sicut mutus. ergo in nulla necessitate põt esse baptismus sine verbo, sicut nec sine aqua in quacunq; necessitate pueri, nec in quacũq; impotẽtia ministri. Quare aũt aliud sit in mrimonio, & cõfessione difficile est videre· 26 TERTIO, videndũ est, vtrũ si duo ex contẽtione simul velint baptizare, & ꝓferant simul verba, & simul immergant, vtrum sit baptismus. 27 Dicendũ, q̃ si qui libet intẽdat per se baptizare, & non cũ alio: tunc videtur esse duo baptismata ex duabus formis, & materiis, & intentionibus. Sed qa subiectũ est vnũ, nec est capax nisi vnius: inde est, q̃ non est nisi vnũ, ꝓut est passum. Nec est maius, qa non recipit magis, & minus, sicut si eius, qđ est calidũ in penultimo gradu adhibeant duo calefactiua, quorũ

na,quorum quodlibet esset per se sufficiens, esset calefactio ab ambobus, quia æqualis virtutis,& æqualiter approximata, nec se mutuo impediunt. Itē esset vna calefactio:ex qua esset vnū calefactibile, qđ non pōt simul moueri pluribus motibus eiusdē rationis. Nec esset intentior qa supremus gradus,qui solus restat, non potest esse intēsior.Vnde nō plus fieret à duob⁹,q̄ ab vno, q̄uis in quolibet p̄ se esset virtus sufficiēs. 28 Si autē duo ex intētione vnū baptismū conferēdi simul bartizarent:vtrū sit vnus baptism⁹:est duplex opinio.Vna,quę dicit, ꝙ nullo modo sic duo possint baptizare, propter duo.Primū est.qa actus,qui ab vno agēte expleri potest, non ꝓgreditur à pluribus simul iunctis, sed vnus solus potest baptizare.ergo plures nō possunt ad eundē baptismum cōcurrere. Secundū est, qa mutata forma baptismi,nō videtur,ꝙ sit verus baptismus: sed qū duo sic baptizant vnū,dicentes: Nos baptizamus te, mutatur forma baptismi:forma enim baptismi est: Ego baptizo te. ista autē: Nos baptizamus, non resoluit in istas:Ego baptizo,& ego baptizo:sed in istas:Ego baptizo, & ille baptizat,& vtrobiq; est mutatio formæ. ergo nō est verus baptismus. 29 Sed quidam rationes istas annulant dicētes eas non cōcludere.Prima nō:qa licet in agētibus per naturā actus, qui potest expleri p̄ vnum non posit ꝓgredi à pluribus simul iunctis,vel si iungantur, perfectior est effectus duorū, q̄ vnius, vt patet de duab⁹ candelis illuminātibus domū, quæ causant lumen intensius,q̄ faceret altera tantū: tamen in agētibus per voluntatē videmus contrariū. Duo enim qñq; trahunt nauem remisius,q̄ vnus solus posit trahere: qa talia non agunt, quantū possunt,sed quātū volunt.Sic est de duobus baptizantibus, quia non ex necessitate naturæ, sed per voluntatē,& liberè administrāt sacramentū. Et hæc ratio sufficiens est si in rebus sacramētalibus nō sit subiectiuè aliqua virtus, sed tantū virtus diuina assistat sacramētis ex pactione ad causandū effectū sacramēti: qa tunc eadē virtus est nō multiplicata,nec intensa, q̄ causat effectū sacramēti, siue ministret ab vno, siue à pluribus. Et ideo non oportet baptismū, vel eius effectū esse perfectioré,qui cōfertur ab vno, q̄ qui confertur à pluribus. Si verò sit in sacris subiectiuè aliqua virtus: tūc dicta respōsio non valeret: qa licet minister volūtariè applicet formā baptismi ad materiā, & ad baptizandū tā virtus,quæ est in rebus, & verbis sacramētalibus ex necessitate operatur.Propter quod talis virtus multiplicata habebit perfectiorē effectū,q̄ simplex. Et ideo plurificatis verbis sacramētalib⁹,& per cōsequēs virtutib⁹ existentibus in eis, sequeret, ꝙ talis baptismus, & eius effectus esset perfectior,q̄ si esset ab vno solo, qđ est inconueniens. 30 Secūda ratio,vt dicunt, nihil cogit: qa mutatio formæ baptismi q̄tū ad illud, qđ non est de necessitate formæ nō euacuat sacrm: nunc autē sic est,ꝙ expresio baptizātis secundū quancūq, personā, prima, secundā, & tertiā, non est de necessitate baptismi, alioquin Græci nō verè baptizarent. ideo mutatio formæ,q̄tum ad hoc in nullo obest sabro. 31 SED Contra ista arguitur,qa idem videt sequi, si sit ibi virtus, qa sicut illa virtus,vel nō est ibi,vel non operat ibi, nisi sit in ministro intētio conferēdi sacramentū: sic videtur,ꝙ non sit ibi,nisi vna virtus,vel non habeat,nisi vnū effectum:si in ministris non sit intētio conferendi, nisi vnū sacrm. Ab illo enim habet aliqd vnitatē à quo entitatē. Vnde sicut non habet entitatē, nisi ab intētione: sic nec pluralitatē, nisi ab intētione. Et sicut est vna virtus in forma, & materia, q̄ sunt distincta supposita: qa est vna non numero, sed ordine, sic est vna in duabus istis orationibus,à duobus prolatis ꝑter vnitatē intētionis. Sed verius est,ꝙ in duabus suppositis absolutis nō possit simul esse vna virtus realis, qñ illa sunt discōtinua. Sed sicut duo calores calefactiuorū duorū non faciunt, nisi vnū calorē in vno calefactibili: sic duæ virtutes in istis duabus formis nō habēt nisi vnū effectū:tum ꝓpter vnitatē subiecti:tum ꝓpter vnitatē intētionis.Nec est verū ꝙ ista virtus habeat vnitatē ab intentione ministri, nisi sicut à causa,sine qua non,nec similiter effectū vnū, sed virtus, & effectus numerantur numero subiecti. 32 Secundū benè refellit, qa sicut propositio illa, prout ꝓfertur ab isto resoluit in hanc:Ego baptizo.& ille baptizat: sic ecōuerso,prout profert ab alio,& sic prima forma seruatur. 33 Et præterea est idē sensus in quacunq;persona ꝓferatur.Sed si dicat qlibet:Ego te baptizo:vnus prius, alter posterius, & quilibet ex contentione intēdat p̄ se baptizare,primus baptizat,& secūdus iterat, & q̄uis nō ex intētione : tū puniēdus est, & si non æquè. Si autē intētio eorū non esset cōtendere, sed simul vnū baptisma cōferre : tunc sicut à cōcelebrantibus episcopo ordināti est vnum sacramentū ex intētione:sic & in ꝓposito q̄uis vnus ante aliū diceret: qa præter intētionē non operat sacrm principalē,& essētialē effectum. Sed puniēdi sunt simul baptizātes: nō simul celebrātes:qa illud est cōsuetū ab ecclesia: istud nō. Vnde qñ,& vbi mos erat,crimen nō erat. 34 Sed Tho. dicit,ꝙ si dicunt: Nos baptizamus te.nō valet. Et ratio eius est, qa homo nō baptizat , nisi vt minister Christi, & eius vices gerens, sed Christus est vnus. ergo oportet ministrum, qui Christū representat, esse vnum. Propter quod signanter dicit apostolus ad Ephe. 5. Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Sed cùm dicit: Nos baptizamus te,talis intētio exprimit sic, ꝙ plures,vt plures conueniunt ad vnū baptismū cōferendū: qđ videt esse contra rationē ministerij. Et ideo cōtraria intētio videt excludere sacramentū. 35 SED Contra,quidā reprobāt sic , qa aut oportet ministrū baptismi esse tantū vnū realiter loquēdo:aut oportet, ꝙ quilibet minister exprimat se,vt vnum.Si primū dicat cōtradicit primo dicto eorū,quo dicunt,ꝙ plures possunt eundē baptizare, si quilibet eorū dicat : Ego baptizo te. Si secundū dicatur,non est rationabile: primò, qa non est de necessitate sacri,ꝙ minister exprimat : vt patet ex forma Græcorum,qui verè baptizant.ergo non oportet,ꝙ minister exprimat,nec singulariter, nec pluraliter. Secūdò,qa si oportet ministrū exprimi secundū congruentiā ad principale agens:tūc cū minister baptismi non sit tantū minister Christi,sed trium personarū in Trinitate,vt patet ex forma baptismi: nō enim dicit baptizans: Baptizo te in noīe Christi,sed in noīe p̄ris,& filij,& Spūssancti,congruentius esset, ꝙ exprimeret in prurali, q̄ in singulari. Tertiò,qa modus exprimēdi ministrū per modū vnius, vel pluriū nihil videt facere ad sacrm, dummodo exprimatur principale agens , in cuius virtute agit minister. Sic enim excluditur oīs error : qui ex expresione ministri posset cōtingere,qđ fit cum dicit:In noīe patris.&c. ergo non est vis qualitercūq; exprimat ꝑsona ministri. 36 SED Ad ista potest dici cōcedēdo,ꝙ nō requiritur,nec vnitas, nec expresio ministri,sed suppositio, ꝙ persona ministri exprimat:sic debet exprimi,vt cōuenit ministro:aliter non valet. Nam si diceret: Ego principaliter baptizo te,non valeret, qa repugnat ministro,ꝙ sit principale agens. Et similiterſi dicūt: Nos baptizamus, videt ex forma innui,ꝙ Christus non posit operari per vnū ministrū, sed tantū per duos &c. 37 Si autē dicatur,ꝙ si duo traherent nauē solo verbo,& dicerent: Nos trahimus nauem duo tractus, non vnus,vel saltē duo trahere actiuè.ergo si dicant:Nos baptizamus,erūt duo ba-

Opinio beati Tho.

Arguitur contra illā.

Solutio.

Arguitur cōtra prędicta.

duo baptismata non est simile:quia verbum est quidem de essentia baptismi,sed nō tota essentia, nec multiplicatur res, nisi ambo principia essentialia multiplicentur. Vnde fit iniuria sacro,si forma sup eandē materiā repetat. Non tū propriè ꝓpter solā iterationē formæ sacrm iteratur, sed solū pars eius materialiter. 38 Secundum non cogit,qa principale agēs in baptismo non est trinitas secundū illud, qd' in ea plurificat, sed secundū illud,quòd est in ea vnū.Non enim agit Deus in creatura aliqd secundū illud,qd' est trinus, sed secundū illud, quod est vnus,qa secundū deitatē, & non secundū relationem. 39 Ad tertiū potest dici,ꝙ,qa baptismus est quædā generatio spūalis ea,q̄ in baptismo fiūt, sic debent exprimi,vt nō sit repugnātia naturę.vnde cū sit cōtra naturā, ꝙ vnus homo habeat duos patres naturales generātes:nō sic debet exprimi baptismus,quasi sint plures baptizātes, sicut nec plures pres generātes. Sicut enī non pōt nasci à Christo,nisi qui natus est ab Adam: puta non pōt baptizari,q adhuc est in vtero, sic nec baptizari á pluribus,sicut nec generari à pluribus:vnde & ecclesia ꝓhibuit plures tenere vnū:qa non est nisi vna mater vnius,cuius typū gerit susciptēs: persona.s.matris ecclesiæ.Non tū potuit facere quin esset verus baptismus: licet plures susciperēt: qa illa susceptio nihil facit ad essentiam.Sed videt esse pro opinione cōtraria:qa qñ plures vxores simul poterāt nubere vni viro:non videt, ꝙ referret an quælibet diceret:ego accipio te in virum,an nos accipimus te in virū:secundū illud Isa.4.Inuocetur nomen tuū super nos aufer opprobriū nostrū: & ꝙ dicerent vir nr̄ esto , & princeps noster esto. 40 Præterea sicut vnus baptizans plures diceret : Ego baptizo vos, ita econuerso plures baptizantes vnū possunt dicere,baptizamus te. Et si dicatur, ꝙ vbi duo baptizantur, sunt duo baptismi:vbi autē duo baptizant,est vnus tm̄. 41 Dicendū,ꝙ verū est,ꝙ in hoc exemplo est dissimile,sed ꝓpter hoc magis debet dici in plurali, q̄ in singulari:qa qñ quilibet dicit: baptizo te seorsum per se cū vnitas,& pluralitas sit à forma,videt duplex baptismus. Sed quādo coniunguntē baptizātes in forma dicētes nos baptizamus:tunc magis exprimit vnitas baptismi: sicut autē de essentia est expresio actus:sic saltē de cōgruentia exp̄sio vnitatis,vel pluralitatis actus. 42 Præterea qñ sunt duo officiales,quorū quilibet est insolidū, & ideo tantū potest vnus quantū duo : tunc cōgruētior modus est si ambo velint idem facere: vt dicant in plurali,mādamus,vel facimus notū,aut ꝓnunciamus, & nō quilibet per se dicat,mando. 43 Præterea plurale non est,nisi geminatū singulare.Idem enim sensus est dicere. Sor.& Plato currunt,& dicere. Sor.currit, & Plato currit,& pari ratione idem est in prima persona, & in tertia. Vnde ex quo æquipollent in significādo, & in efficiendo: qa verba sacramētalia significāt, qd' efficiunt: vnde si idē significāt, idē efficiunt. Vnde nō video suppositō, ꝙ duo possint simul baptizare, ꝙ non sit ita baptismus,si dicant:Nos baptizamus,sicut si quilibet diceret: Ego baptizo te. 44 CONTRA hoc tū est, qa ibi plures idē sacrm faciunt eadē verba, qlibet ꝑfert, ac si sol⁹ esset sicut in ordinib⁹ , in cōcelebrātib⁹ ordināti.ergo & in ꝓposito. Sed ad hoc pōt dici,ꝙ aliud est de verbis illius sacri , quæ ꝓferunt in ꝑsona Christi:q̄ non mutat,siue sit vn⁹ minister,siue plures.Vnde nec illa forma debet mutari mutuo numero ministrorū : sicut nec apud Græcos mutaret forma baptismi mutato numero ministrorū:qa apud eos nō exprimit ꝑsona ministri.Sed apud nos in persona ministri:q̄ exprimit,forma profert: vnde secundū ꝙ numerus mutat, ministrorū debet forma mutari: ꝓut melius cōgruit veritati: vnde si ex contentione baptizaret,quilibet volēs per se nō cū alio baptizare.tunc quilibet in singulari habet ꝓferre. Si autē ambo simul cōcorditer velint vnū baptismū cōferre cōgruentius dicūt: Nos baptizamus,vt notet cōcors intentio,q̄ si dicant: Ego,& ego,per quod notatur diuisio. Est autē eadē quæstio vtrū possint simul cōferre, ordinare, iniungere,& quibus verbis: non autem de absolutione: quia de eodē peccato pōt aliquis bis absolui, & successiuè, & vera est pœnitētia, & verū sacrm pœnitētię secunda absolutio,sicut prima: nō sic autē secūdus baptismus sicut primus, imò non est sacrm. Et ideo si plures sacerdotes audirent simul vnam confessionē possent dicere: Ego absoluo , & esset congruentius si quilibet intēderet dare suā propriā , & distinctā absolutionē. Sed si ambo vnā tunc videret: ꝙ deberēt dicere nos absoluim⁹, q̄uis substātia nō mutet quocūq; modo dicat. 45 AD argumentū dicendū,ꝙ secundū generationē carnalē plures nō possunt cōcurrere ad eundē generandū. Et ideo secundū talē generationē aliquis non potest habere plures patres. Sed sc̄d'm generationē spūalē plures possunt cōcurrere ad eundē regenerandū. Nec oportet,ꝙ sit per oīa similitudo:hinc,& inde q̄uis posset dici,ꝙ si duo cōcurrerēt ad carnalē generationē succesiuè, ꝙ semen secundi viri sic posset superuenire , ꝙ misceret primò, & ex vtroq; coniūcto formaret fœtus : & sic esset vnus filiꝰ duorū parentū,vel si de modo succubus reciperet à duobus semina,& simul custodiēs cōiūcta postea fieret incubus mulieris vtrunq; simul infundēs fortè tūc generaret Gigantē,& maioris virtutis & esset vtriusq; filius vnus. 46 Ad argumētū in oppositū dicendū,ꝙ actio trāsiens qualis est baptizare, numerat numero patientis: qa vnu accidēs nō pōt recipi simul in multis subiectis, nec vnū subiectū sc̄d'm idē pōt simul recipere multa accidētia solo numero differētia. Non autē numerat numero agētis:cū plura possint agere vnū:vt duo trahētes vnam nauē,& pater,& mater,q̄ sunt duo in carne vna ad generandū vnū fœtū,& vnū agēs pōt simul & vno actu ꝓducere pl'es effect⁹: & vn⁹ pr̄ plures filios,& vn⁹ plures baptizare,& non econuerso,quia non est simile hinc inde.

Deus non agit in creatura secūdū, est trinus.

Arguit pro opinione cōtraria.

Euasio.

Vn⁹ & idē pōt generari à duodus patribus.

Actio transiens accipit vnitatē à patiente.

obiectio.

QVAESTIO TERTIA.

De materia baptismi.

Tho. 3. q. 66. art. 3. 4.

TERTIO Quæritur de materia baptismi : vtrū baptismus debeat fierit in aqua?Et videt, ꝙ nō, qa per baptismū cōformamur sepulturę Christi:sicut dicit Ro.6.Cōsepulti enī sum⁹ cū illo per baptismū in mortē, sed Christ⁹ sepultus nō fuit in aqua,sed in terra. ergo baptism⁹ nō debet fieri in aqua, sed interra. 2 CONTRA est, qd' dicit Io. 3. Nisi qs renatus fuerit ex equa &c, 3 RESPONDEO. Primò, videndū est de materia remota. Sed'ò de materia ꝓpinq̄. 4 De prima dicendū est, ꝙ aqua elemētaris , pura, nālis , verè, & ꝓpriè dicta est materia remota baptismi:siue sit terrestris,puta,maris, fluminis, stagni,putei,& fōtis,siue sit cœlestis,puta pluuialis,siue resoluta ex nubib⁹,rore,grādine,glacie, ꝙ pruina,q̄ oēs sunt veræ aquæ. 5 Sed cōtra hoc videt esse, quia aqua,quæ cōmuniter venit in vsum nostrū,non videtur eiusdē speciei cū elementari, quæ nō est susceptiua saporis,coloris,& huiusmodi qualitatū secundarū,quæ sunt

Que aqua sit materia baptismi.

ipsius mixti. 6 Dicendũ, ꝙ omnis aqua cõmunis naturalis est idem specie cũ elemẽtari. Huiusmodi autẽ sapores, puta dulcis, amarus, & sulphureus, & hmõi: quos habẽt aquæ nr̃æ: non sunt in ipsa aqua: sed in aliquo vapore admixto subiectiuẽ, q realiter differt ab ea: licet nõ percipiamus: sicut athomi, q sunt in aere. Vnde philosophus dicit de causa salsedinis maris, ꝙ est vapor terreus admixtus à solis radiis eleuatus: vnde & in ꝓfundo maris non est salsedo, sed vbi superficies nõ multũ distat à profundo. 7 Vel dicendũ, ꝙ licet elementu non sit susceptiuũ qualitatis secũdæ abintra, sicut mixtũ ex cõmixtione qualitatũ primarũ tñ ab extra potest & aer colorari, & aqua saporari. 8 Si quis autẽ contendat aquam vsualẽ esse alterius speciei ab elemẽtari: tũ qa sapit, tum qa nutrit: qd' nõ conuenit alicui simplici elemento: tñ certum est, ꝙ aquis vsualibus dedit Christus vim regeneratiuã, qñ in Iordane nõ in occeano baptizatus est. 9 Aqua verò artificialis nõ est cõueniẽs materia: cũ non sit eiusdẽ speciei cõ naturali. s. aqua rosacea, aqua vitæ, ceruisia, & hmõi: item sudor, vrina, saliua, & hmõi: de quibus expressum est extrà de baptismo. c. Non vt apponeres. Sed aqua de latere Christi fuit vera aqua. Brodiũ autẽ si est expressum ex carnibus, vel ex piscibus non est vera aqua. Si autẽ est aqua impinguata sic est vera aqua: dũ tñ nõ sit nimis cõdẽsata. Similiter lixiuium, tipsana, & balnea sulphurea, pureta etiã ex substãtia pisorq̃ extracta non videt aqua: ideo nõ sunt cõueniẽs materia. Ex quib⁹ patet, ꝙ qui tenet ieiunare in pane, & aqua, oportet eum ab his omnib⁹ abstinere. Secundò videndũ est de materia ꝓpinqua: vbi primò sciendũ ꝙ baptismus põt fieri per confessionẽ, sicut beatus Iacobus baptizauit Iosiã: & in multis locis fit scd'm cõsuetudinẽ: itẽ secũdò per aspersionẽ, sicut apostoli qñ tria milia baptizabãt: tertiò per immersionẽ, vel intinctionem: sicut sonant authoritates sanctorũ. Et quia perfecta ablutio est per immersionẽ: ideo ille vsus est magis conueniens, & est semper seruãdus, nisi cõsuetudo, vel necessitas excuset, quia in his, quæ non sunt de substãtia alterũ duorũ excusat: nam qñ mos erat, crimen non erat: vnde vbi est cõsuetudo aspergere, vel infundere non tenetur homo immergere, etiã si non sit necessitas, nec ex parte materiæ, quia satis est de aqua, nec ex parte pueri, qa nõ timet de morte, nec ex parte ministri, qa potest mergere, & eleuare. Similiter vbi est cõsuetudo immergẽdi non debet aspergi, nec effundi, sed immergi. Si tamen altera de tribus necessitatibus patiatur, sufficit aliter baptizare. Similiter etiam est de vna, vel trina immersione: in qua debet homo seruare consuetudinẽ suæ ecclesiæ matricis, nõ metropolitanæ, nec romanæ, nisi fortè sit exemptus, & scd'm ordinariũ in sua synodo correctũ cõtra qd' tũ in necessitate facere põt, imò debet, qa forma Christi est tenenda, vbi mora est periculũ allatura. Nec ecclesia in necessitate vult laqueũ dãnationis iniicere. Vnde si presbyter, vbi est cõsuetudo ter immergẽdi videt puerũ morientẽ, nec posse expectare trinam immersionẽ, debet primã, & solã facere cũ intẽtione baptizãdi. Aliãs si secũdam faciat cũ intẽtione ad tertiã, & puer interim moriatur, & puer dãnatur, & ille reus est eius dãnationis, & irregularis efficit. Si autẽ videt eum, nec semel sine morte posse immergi, debet eũ aspergere. Et si per hoc moreret̃, dum tñ aliter baptizari non possit, non est irregularis.

Aqua cõis & elementaris sunt eiusdem speciei.

Aqua artificialis non est conueniens materia.

Nota. De materia propinqua baptismi.

10 Ad argumentũ in contrariũ dicendum est, ꝙ representatio sepulturæ Christi nõ est de necessitate sacramenti: sed solũ de congruitate: sicut res extrinseca. Signi ficatio autẽ sacramẽtorũ per se respicit contentũ, cui in baptismo respondet magis aqua, q̃ terra, qa est ablutiua, ꝙ refrigeratiua: baptismus autẽ ordinatur ad ablutionem peccati originalis, & refrigerationem fomitis. 10 Quod alij suscipiunt sacramentũ, & rem. Alij sacramentum, & non rem. Alij rem, & non sacrmentum.

DISTINCTIO. 4 QVAESTIO. 1.

CIrca quartam distinctionem quæruntur quinq;. Primò de effectu baptismi. Secundò an imprimatur character in eo. Tertiò de vnitate baptismi. Quartò de carentibus vsu rationis, an sint baptizandi. Quintò de fictè accedentibus.

De effectu baptismi.

Thom. 3. q. 69. art. 1.

PRIMO igitur queritur de effectu baptismi, vtrũ baptismus deleat omnẽ culpã, & omnẽ pœnam. Et arguit primò, ꝙ nõ omnem culpã nisi originalẽ, qa regeneratio spũalis opponit carnali: sed per generationẽ carnalem solũ cõtrahit originale. ergo ꝑ baptismũ, q est regñatio spũalis nõ tollit nisi pctũ originale. 2 Itẽ ꝙ nõ tollat oẽm pœnã, arguit sic. Si baptism⁹ deleret oẽm pœnã maximè deleret illã, quæ cõtrahit ꝑ originale cõtra qd' ꝓcipuè ordinat̃, sed illã nõ delet, qd' ꝓbat̃, qa fames, sitis, repugnãtia viriũ iuferiorũ ad superiores, & hmõi sunt pœna peccati originalis, sed ista non amouent̃ ꝑ baptismũ. ergo &c. 3 IN cõtrariũ sunt dicta sctõrũ. 4 RESPONDEO, hîc primò dicendũ est de effectu baptismi in adultis, secundò in paruulis. 5 Circa primũ est primò sciendũ, ꝙ in adultis est remissio oĩs culpæ, nisi sit obex ex parte eorũ. Si autẽ nõ sit pœnitẽs de venialib⁹, vel si pœniteat de vno, & nõ de alio solũ remittunt̃ illa, de quib⁹ pœnitet, qa actualis culpa nunq̃ remittit̃ sine pñia. Verum est, ꝙ est triplex pœnitẽtia. Prima quæ est sacr̃m, & cõsistit in actu exteriori cõfitẽtis, & absoluẽtis. Et ista nõ est necessaria baptizãdis q̃tuncũq; adultis, imò nec exhibẽda, eo ꝙ baptismus est ianua sacrorum, ꝓpter quod baptizãdis nõ est adhibendũ aliquod sacr̃m. Secũda est cõtritio sufficiẽs informata gr̃a, scd'm quã dicimus contrariũ esse pœnitentẽ. Et ista nõ requirit̃ ante baptismũ. Alioqn adultus baptizãdus semp esset ante baptismũ iustificatus. Tertia est quædã displicẽtia peccati cõmissi, licet informis, & impfecta, q̃ dicit̃ attritio, q̃ licet non sit sufficiẽs ad delendũ pctũ, est tñ sufficiẽs ad suscipiendũ baptismũ, eo ꝙ tollit fictionẽ. Et de tali pñia est intelligendũ, qd' dicit̃ Actu. 2. Pœnitentiã agite, & baptizet̃ vnusquisq; vestrũ, in noĩe Iesu Christi in remissionẽ peccatorũ, & qd' dicũt authoritates sctõrum, ꝙ ꝑ baptismũ, & pœnitẽtiã remittit̃ oĩs culpa. Secũdò ꝑ baptismũ oĩs pœna debita pctõ originali, & actuali in foro Dei delet̃. Ideo nec pñia adulto baptizato iniungit̃: qa scd'm Amb. Gratia Christi omnia in baptismo condonat gratis.

Prima quę

Primus articulus.

Nota effectus baptismi.

Triplex pœnitentia.

6 Tertiò sciendũ, ꝙ ꝑ baptismũ nõ delet̃ pœna spũalis naturę, qa pater baptizat⁹ nihilomin⁹ generat filiũ cũ originali: nec corporalis, qa defectus pœnales remanẽt.

Fur nouiter baptisat⁹ suspenditur

7 Quartò sciendũ, ꝙ nõ tollit pœnã, q̃ debet̃ pctõ in foro humano: puta laico furtũ cõmittenti non tollit suspendiũ, nec pœnã ecclesiasticã, vt irregularitatẽ, q̃ contrahit̃ ex bigamia, sed illã, quæ cõtrahit̃ ex homicidio licito vel illicito tollit scd'm veriorẽ opinionẽ. d. 50. Si qs viduã. in gl. q̃ hoc dicit scd'm aliquos. 8 Quintò sciẽdũ est, ꝙ ĩ adultis nõ est æqualis effect⁹ baptismi quo ad effectũ ꝓpatiuũ respectu culparũ, & pœnarũ, & quoad positiuum,

Secundus articulus.

positiuum: licet solũ quo ad motionẽ originalis, & mortaliũ, quæ est conexa. 9 Secundo videndũ est de effectu baptismi, quo ad paruulos. Vbi sciendũ, ꝙ in eis solum, deletur culpa originalis, nõ actualis, quia illam nõ habent. Secũdò delet̃ pœna personæ, nõ naturæ, propter id, quod dictũ est. Tertiò: ꝙ æqualiter quantũ est de se: qa ex parte eorũ non est differẽtia, & ad effectũ priuatiuũ non põt esse diuersitas: sed quantũ ad effectus positiuos, quantũ ad illos, quos Deus scit ante vsum ratiõis morituros oportet, ꝙ sit diuersitas: qa si sunt tot angeli beati, quot homines, excepto Christo, & matre eius, qui sunt super omnes angelos baptizati mortui, si æqualem gratiã habẽt, & per consequẽs gloriã plures vni angelo æquanẽ, & sic vel latera ciuitatis nõ sunt æqualia aliquibus angelis non habẽtibus homines æquales in gloria, vel sunt plures homines beàti, q̃ angeli, qd' est cõtra dictum Greg. 10 A D Argumentũ primũ cùm dicitur, ꝙ regeneratio spũalis opponit carnali. Dicendũ, ꝙ falsum est, imò ꝓportionat̃: qa sicut per generationẽ carnalẽ acquirit̃ esse carnale ita ꝑ regenerationẽ spirituale acquiritur esse spirituale. Verũ est, ꝙ generationẽ carnalem concomitatur quidã defect⁹. s. pctũ originale, qui opponitur termino regenerationis spiritualis. s. gratiæ, & hîc tollit̃ per baptismũ, & pari ratione pctũ mortale, qd' similiter opponit̃ gratię baptismali. 11 A D Secundũ dicendũ, ꝙ per baptismũ tollitur oĩs pœna peccati originalis, quæ est pœna eius per se, sicut est priuatio gratiæ in præsenti, & carẽtia gloriæ in futuro. Pœnã autẽ, quæ debet̃ peccato originali per accidẽs nõ tolli, vt est fames, sitis, corruptibilitas corporis, & hmõi, quia ista sunt à natura per se: licet sint à peccato originali, sicut á causa remouente prohibens, qa peccatũ originale tollit iustitiã originalẽ, quæ impediebat defectus istos in esse naturæ. Nec fuit cõueniens, vt isti defect⁹ in præsenti vita auferrent̃. Primò ne membrũ caput excederet. Christus em̃ caput nostrũ plenus fuit gratia à principio suæ cõceptionis, habuit tũ corpus passibile in quo salutem nostrã exercuit. Similiter Christianus gratiã consequitur quantũ ad animã: corpus tñ manet passibile, in quo pro Christo pati posit. Secũdò, vt homo pugnando contra cõcupiscentiã, & alias passiones vincẽdo mereatur coronam. Tertiò, ne si baptismus conferret impassibilitatem corporis: homines magis quærerent baptismum propter commoditatem vitæ præsentis, quàm propter fructum vitę spiritualis.

S. Tho. 1. parte. q. 23. arti. 7. Greg. in homelia de angelis.

Defectus pctĩ originalis deleti nõ debent tolli ratio triplex S. Th. de veritate. q. 25. art. 7. ꝙ sensualitas non potest curars, nisi per miraculum.

Verba sũt Durandi in ista distinctione.

Sco. di. 6. q. 10. sustinet, ꝙ character sit forma respectiua: cõtra. S. Tho.

QVAESTIO SECVNDA

De charactere baptismi.

Thom. 3. q. 63. art. 3.

SECVNDO Quærit̃ de charactere: vtrum character in baptismo imprimatur. Et videtur ꝙ non: quia in circũcisione, & sacrisve. le. non imprimebat̃, in quibus tñ erat distinctio, sicut hîc. 2 CONTRA sunt authoritates sanctorũ dicentiũ ꝙ character in sacro baptismi imprimitur. 3 RESPONDEO, hîc sunt tria videnda. Primum est de essentia characteris. Secũdo, de subiecto. Tertiò, in quibus sacris imprimit̃. 4 Circa primũ sunt tres conclusiones. Prima, ꝙ non est relatio rationis. Secunda, ꝙ nõ est relatio realis. Tertia, ꝙ est potẽtia, & res absoluta

1. arti.

5 Quantũ ad primum est sciendum, ꝙ character sic diffinit̃ magistraliter. Qd' est distinctio à charactere ęter no impressa animæ rationali: scd'm imaginẽ consignãs Trinitatẽ creatã Trinitati increatę creãti, & recreanti, & distinguẽs à non cõmatis scd'm statum fidei. Et ideo nõ est relatio rationis tñ, sicut ex hoc, ꝙ aliquis fit nouus miles, deputat̃ ad actũ militiæ, & canonicus ad actũ prębendæ: qa per hoc nihil reale põt, quod prius nõ poss set: sed per sacramentũ qñq; recipiens põt aliquid reale, quod prius non poterat. vnde cũ ens rationis nõ sit causa entis realis. ideo &c. Sed cõtra hoc arguũt quidã sic. 6 Sicut nũmus fortitur rationẽ precij, & Merellus rationẽ signi ex humana institutiõe sic res naturales sortiuntur rationẽ sacramenti: & homo rationẽ ministri ex diuina ordinatione: sed nũmus efficitur precium, & Merellus signum per solã relationẽ rationis humanæ sic instituentis. ergo res sacramẽtales sortiũtur rationẽ sacramenti, & homo rationẽ ministri per solã relationẽ rationis diuinæ sic instituẽtis. Cùm autẽ character sit id, quo homo efficitur minister sacramentorũ, vel susceptiu⁹ eorum: patet, ꝙ character nõ est nisi relatio rationis ex ordinatione, vel pactione diuina. 7 Sed hæc ratio non valet, quia institutio humana non est causa rerum naturaliũ. Vnde nihil potest addere vel detrahere naturæ rerum. Propter quod rebus naturalibus nihil acquiritur ex pactione humana, ꝙ fit forma realis: sed solũ ordo, & relatio rationis. Vnde oĩa iura incorporabilia, de quibus iura loquũtur, non sunt nisi entia rationis. Vnde ꝙ ego emẽdo rem, fiam dñs, dñm, seruitus, obligatio, accusatio, hæreditas, & oĩa hmõi sunt entia rationis. Sed Dei ordinatio, & institutio est causa rerum. vnde sicut institutio naturæ ponit in rebus entitatẽ naturæ: sic institutio gratię ponit entitatẽ ad gratiam. 8 Non est etiã relatio realis: qa illa nõ est principiũ agẽdi, sicut character cõfirmationis, & ordinis, nec patiẽdi, sicut character baptismalis. 9 Nec valet, si dicat, ꝙ in polĩticis dñs potest obligare, & alienare rem: non dñs autem non potest: & tñ dominus nõ differt à non domino, nisi relatione rationis: quia ibi nõ est effectus realis: cùm in re per translationẽ conuẽtionalẽ nulla mutatio fiat realis, & per consequẽs non requirit̃ causa realis: sed consecratio hominũ, quæ est sacramentũ, & omnis vera sacrameti administratio habet effectũ realẽ. ergo illius oportet esse causam realẽ, & principiũ reale. 10 Præterea, sicut Papa potest cõmittere, cui vult omnem consecrationẽ sacramentalẽ, quæ non est sacr̃m, quia per illã sola relatio rationis acquiritur: sic posset omnẽ, quæ est sacramentũ, si per illam similiter non nisi relatio rationis, acquirit̃: nunc autẽ non potest omnem, sed aliquam sic, & aliquam non. Et quãuis ista ratio cõcludat æqualiter de omni sacramẽto: tamen est specialis ratio, ꝙ Papa plus posit immutare circa vnũ sacramentũ, q̃ circa aliud. Et quare, & quomodo posit mutare ministrũ confirmationis, vel ordinis, dicetur in loco suo. Quare autẽ potest mutare materiã matrimonij: licet sit impertinens præter id, quod de hoc alibi dicet: ad præsens põt dici, ꝙ sic Deus res administrat, vt eas proprios motus agere sinat scd'm Aug. vnde sicut corpus suum facit realiter in sacramẽtalibus speciebus: quas tñ vult ita subesse agentibus naturalibus, sicut prius suberãt, & scd'm variationem illarũ diuersimodè ibi est: puta, si species corrũpantur, definit ibi esse: si augeñ, incipit in maiori loco esse: si condẽsantur in minori: sic virtus, quã ponit in verbis, est subiectiuè in aere, sicut & verba, quæ sunt quidã sonus. Et quãdiu verba durãt: tandiu durat ibi virtus: hoc est quãdiu durat prolatio vltimæ syllabæ, in qua significatio completur: postea autem definit ibi esse virtus

Quare Papa plus põt immutare matrimoniũ quàm alia sacramenta.

ſicut columba rediit in præiacentem materiam peracto officio. Vel ſi verba ceſſant, anteq̃ motus aer ad rem, in qua debet eſſe effectus, perueniat ſpecies ſoni eodem inſtanti defertur ad illam rem, cum qua ſubiectiuè eſt virtus in aere. Aliàs eſſet ſine ſubiecto, cũ ſonus ſit accidẽs, cuius ſubiectu eſt ſolus aer. Sic & Deus expreſsionẽ conſenſuum accipit pro inſtrumẽtis, dimittens tũ eam ſub diſpoſitione prælatorũ, ſicut natura humanæ poltiæ requirit. Propter quod ſecundũ q̃ Papa diſpẽſat, aut vetat, eſt ibi virtus, vel nó eſt, ſicut in ſpeciebus corruptis, vel nõ cortuptis eſt, vel nõ eſt corp⁹ Chriſti. 11 Tertio dicendũ eſt, q̃ eſt potẽtia, & res abſoluta: qa illud, per quod põt aliquis in aliquẽ effectũ realem actiuè, vel paſſiuè per indifferentiã ad benè, vel malè eſt res vera, & abſoluta, & potẽtia propriè dicta: quia potentia actiua eſt principiũ tranſmutãdi aliud inquantũ aliud, & paſsiua eſt principiũ tranſmutandi ab altero inquantũ alterum, & iſtud nõ eſt ens rationis, nec relatio, ſed abſolutũ: ſed character eſt huiuſmodi. ergo &c. maior ꝓbata eſt, minor poſtea probabitur, ſed prius remouebuntur tres inſtantię cõtra maiorẽ, & concluſionem. 12 Prima eſt, qa ſi dicaſ, q̃ cùm in matrimonio nõ ſit aliqua res abſoluta, q̃ dicatur vinculũ: quia Tho. dicit, q̃ eſſentialiter eſt relatio pari ratione effectus aliorum ſacrãmẽtorum .ſ. ornatus, vel character, & huiuſmodi eſt aliqua relatio & non res abſoluta. 13 Dicendum, q̃ matrimonium, prout eſt quid humanũ, eſt pura relatio rationis: ſed prout eſt quid diuinũ, eſt ex eo cauſatũ aliquod reale, quod eſt ens abſolutũ, quod tñ concomitatur relatio. Sed fortè eſt in virtute organica. vnde in morte tollitur aliter maneret indelebiliter, vt character. Sed de hoc plenius dicetur infrà diſt. 26. q̃ tractabitur de eſſentia matrimonij, & de ſubiecto matrimonij. 14 Secũda inſtãtia eſt, qa videtur, q̃ poſſe, & non poſſe ſacramentũ dare, vel ſuſcipere non arguit diuerſitatẽ realẽ in principio, quia per cognationẽ ſpiritualem, & publicè honeſtatis iuſtitiam, quæ ſunt de iure poſitiuo humano, dirimitur matrimoniũ: ita, q̃ non poteſt homo ſuſcipere ſacramentum matrimonij, qui habet illud impedimentum. Qui verò non habet, poteſt illud ſuſcipere, & qua ſi dare, quia eſſentiã matrimonij ſibi mutuo cauſant cõtrahẽtes, non eam à ſacerdote ſuſcipiunt. 15 Sed fortè hoc eſt: quia illud dominium reale, quod ibi eſt, ſupponit priuationem illus impedimenti: inquantum matrimonium eſt quidam contractus, qui ſubeſt ordinationi Principum, & prælatorum: non q̃ ens reale ſun detur in fundamento rationis: ſed in ipſa potentia, vel eſſentia naturali: licet in via generationis ex diuina ordinatione aliud præſupponat, quod non eſt niſi ens rationis, vel eius priuatio. 16 Tertia inſtãtia eſt: quia ſi dicatur, q̃ ſicut ſacerdos poteſt ligare, & abſoluere, & confirmare, & cõficere, & epiſcopus ordinare, quod non poteſt non epiſcopus, & non ſacerdos: ita iudex poteſt ligare, & abſoluere in foro exteriori: quod nõ poteſt non iudex: quia à nõ ſuo iudice lata ſentẽtia nõ tenet: nec tñ poteſtas iudiciaria propter hoc ponit aliquid reale in iudice, nec habere claues iuriſdictiõis, niſi purum reſpectum rationis. ergo à ſimili nec habere claues ordinis, & hmõi, ponit aliq̃d in homine. 17 Sed hoc non valet: quia ille claues non habent realẽ effectum interius, ſicut iſte habent. Et poteſt Papa illas claues pro libito auferre non iſtas: quia poteſt facere de iudice non iudicem: non autem de ſacerdote non ſacerdotẽ. Et propter hoc aliquod videtur dominium indelebile in iſto, quod non illo. Probatio minoris: quia ſacerdos poteſt conficere, & abſoluere, quod prius non poterat: & epiſcopus ordinare, quod prius nõ poterat. ergo ſequitur concluſio: quia. ſ. nihil poteſt, quod prius non poterat, niſi babeat aliquod eſſe reale: quod prius non habeat. Vnde inſtrumentũ poteſt, quod prius non poterat: quia realiter mouetur: cum prius non moueretur. Et calor animæ participat eſſe animæ: quod prius non habebat, vt agat quod prius non poterat. Vnde non dicimus, q̃ ſacerdos non poſsit celebrare in calice non conſecrato, & altari, & veſtibus non cõſecratis: ſed ſolùm q̃ non debet: quia .ſ. poteſt. Sed de eo, qui charactẽrẽ ſacerdotalem non habet: non ſolùm dicimus, quod non debet: ſed q̃ non poteſt conſecrare: qui tñ poſtquã habet, poteſt, quod prius non poterat. Similiter epiſcopus poſt conſecrationẽ poteſt ordines conferre: quod prius non poterat. Si autem ſola relatio rationis fieret: ſicut per conſecrationem rerum inanimatarum: tunc idem eſſet ſicut de aliis.

18 Præterea ſi directè, & per ſe non poteſt in effectum realẽ, in quem prius non poterat: ſicut dicunt quidam tunc mentitur ſacerdos dicens: Ego abſoluo te, vel Ego baptizo te: ſed debet dicere: Ego aſpergo corporaliter, & Chriſtus baptizat te ſpiritualiter. Si ergo verè abſoluit, & verè ordinat, & verè inungit, & non alius. ergo verè habet poteſtatẽ hoc faciendi: quia cuius eſt actus, eius eſt & potẽtia. ergo idem quod prius. 19 Præterea ſicut differunt re abſoluta potens baptizare, & non potens baptizare, per ſe, ſicut homo, & non homo: ita differunt re abſoluta potens abſoluere, & non potens abſoluere: potens ordinare, & non poteens, id eſt, ſacerdos, & non ſacerdos: epiſcopus, & non epiſcopus.

20 Præterea ſi non eſt plus aliquid in marito, q̃ in ſponſo, quare non poteſt Papa diſpenſare in matrimonio, ſicut in ſponſalibus. Et ſicut Papa poteſt facere, q̃ calix non ſit ſacer poſt conſecrationẽ: quia omne quod eſt per ſolã ordinationẽ eccleſiæ, poteſt amouere: quare non poteſt ſimiliter facere, q̃ ſacerdos ſit, non ſacerdos non apparet? 21. Præterea quare ſacramentũ eu chariſtiæ habet realẽ effectum, quia realiter deſinit ibi eſſe panis: & vini ſubſtãtia, & realiter trãſubſtantiãtur propter effectũ gratiæ, qui eſt in vſu non in eſſentia ſacrãmẽti: ſi alia ſacrãmẽta non habent aliquẽ effectũ realem præter gratiã. Nec valet, q̃ illi idem dicunt, q̃ nec in ſacrãmẽto, nec in miniſtro eſt virtus ſubiectiuè, & ſic nõ eſt principiũ effectus realis: quia ex quo actio, & effectus vtriq; attribuuntur effectiuè: quia ſacramentum dicitur purgare, illuminare, & perficere: qa ſacrm dicit à ſacrando actiuè, & miniſter dicit ſoluere, & ligare: & ſimiliter dare claues regni cœlorũ: ita, q̃ nec ſolui, nec ligari poſſit quis, niſi prout ipſe ſoluerit, & ligauerit: patet, q̃ & in ſacrãmẽto, & in miniſtro eſt poteſtas actiua: cùm ſit ibi actus. Aliàs nullus à Deo in cœlis nec ſoluitur, nec ligatur. Verum eſt autem, q̃ ſunt aliqua ſacrãmẽta, in quibus nulla virtus ſpualis eſt in miniſtris: ſed tota in ſacro & ſacrm eſt totum ſanctificatiuum præter Deum: miniſter autẽ non eſt niſi ſicut cauſa, ſine qua non: ſiue applicans. Propter quod in ipſo nõ requiritur aliquid ſupra naturam. Et hoc eſt in baptiſmo ex parte miniſtrantis, & etiã in ſacrãmẽto matrimonij ex parte vtriuſq; : quia vterq; eſt dans, & recipiens. Nec requiritur diſpoſitio ſacramentalis ad recipiendum hoc ſacramentum: cùm apud non baptizatos ſit verum matrimoniũ, niſi aliquis diceret & probabiliter, q̃ ante baptiſmum eſt verum matrimonium: ſed illud non eſt ſacramentum: quia baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorũ nouæ legis. Vnde ante baptiſmum non eſt matrimoniũ ſacramentum nouæ legis: ſed ſolũ eſt tale ſacramentũ, quale erat tẽpore naturæ, vel legis ſcriptę. In omnibus autẽ aliis ſacramentis ex parte ſuſcipiẽtis ptãs paſsiua ſupernaturalis requritur: quæ character baptiſmalis dicitur. Aliàs ſi ſola relatio ratio-

Character eſt res abſoluta, & potẽtia contra Sco. & Cu.

B. T. in. 4. d. 27. q. 1. arti. 1. q. 1. & q. 3.

Ad. 1.

2. inſtantia.

Ad. 2.

Minor multipliciter ꝓ-batur. An iſta. B. T. ſint cõformia vi de Capreolũ in iſta. d. con tra. 1. q.

Subtiliter probat virtutẽ realem ſacrãis in eſſe.

Omne qd eſt per ſolã ordinationẽ eccleſiæ Papa põteſt amouere.

Aliqua ſũt ſacra, in quibus virt⁹ nõ eſt in miniſtris.

tio rationis per ea daretur, non video, quare ante baptiſmum talia nõ poſsint recipi. In aliis etiã quinq; ſacramẽtis ex parte conferẽtis, vel faciẽtis illud, ad quod ſequitur eſſentia ſacrãmẽti, requirit in miniſtro poteſtas alia ab illa, quæ eſt in verbis, & materia. Et in ipſo eſt principalior virtus, q̃ in ipſa eſſentia ſacramẽti. Aliàs ſicut nõ ſacerdos, & non baptizatus põt baptizare, & matrimonium cõtrahere: ſic nõ epiſcopus poteſt ordinare, & cõfirmare, & nõ ſacerdos cõficere, iniungere, & abſoluere: dum tamen diceret verba, & haberet materiã, ſi in miniſtro nõ plus aliquid requireret hîc, q̃ ibi: qd' nullus catholicus diceret: imò error eſſet, q̃ nõ ſacerdos poſsit cõficere. ſicut ſacerdos. Iteꝝ in charactere baptiſmali eſt potentia tranſmutãdi ab alio. i. recipiẽdi ſacrãmẽta, quib⁹ realiter trãſmutatur per diſpoſitionẽ realẽ: qa ſcd'm curſum naturę Deus nõ dat gratiã, niſi ſubiecto prępparato, & diſpoſitio, nec talì negat. Vnde cũ ſecundũ cõmunem curſum Deus det gratiã paruulo poſt baptiſmũ, & non antè, & in paruulo nõ eſt alia præparatio, q̃ prius pertinens ad actum, ſecundũ igitur, eſt ibi alia præparatio, q̃ prius pertinens ad actũ primum. Sed verũ eſt, q̃ iſta ratio cõcluderet, q̃ etiã in circuciſione fuiſſet character, vel ornatus: de quo dictũ eſt. d. 1. 22 Iteꝝ in adulto ſemper eſt aliqua diſpoſitio per ſe requiſita ad hoc, q̃ gratiã recipiat: ſed in ſuſcipiente actu baptiſmũ non requiritur per ſe deuotio: ſed ſolũ per accidẽs. ergo alia eſt ibi diſpoſitio: ſed hmõi nõ eſt id, quod exterius geritur. ergo aliquid interius fit, quod eſt immediata diſpoſitio ad illud. 23 Præterea per ſacrãmẽta, quæ imprimunt characterem homo recedente fictione cõſequitur gratiam, quam à principio conſequutus fuiſſet: igitur videtur, q̃ quædam diſpoſitio ad gratiã impreſſa fuit per modum habitus immanentis, non tranſeuntis.

24 Nec valet, ſi dicatur, q̃ per charactẽrẽ non poteſt homo in aliquem effectum, quem prius non poſſet niſi ſicut per cauſam, ſine qua non. quia cauſa, quæ purè eſt, ſine qua nonnunquam atribuitur effectus. Verbi gratia: nunquã dicitur, q̃ Merellus det prandiũ: ſed ille à quo eſt Merellus. Nec dicimus, q̃ ſacramenta veteris legis cauſarent gratiã: & tamen erant cauſa ſine qua nõ: ita benè ſicut ſacrãmẽta nouæ legis, & plus illa quæ tũc erant neceſsitatis, q̃ iſta, quæ nunc ſunt voluntatis: licet ſecum per ſe requirerent opus operans. Ex quo apparet q̃ claues iuriſdictionis non ſunt, res vera, ſicut claues ordinis: quia ad illas non ſequitur niſi effectus rationis, ſicut eſſe excõmunicatũ, vel eſſe abſolutũ à vinculo exteriori, & non eſt particeps ſuffragiorũ eccleſiæ, hoc non eſt ex virtute excõmunicatiõis: ſed ex diuina pactione: quia humana ordinatio nihil reale cauſat. Sed ſecus eſt de clauibus ordinis, in quibus diuina ordinatio operatur. 25 Sed contra hoc arguitur à quibuſdã ſic Illud in operatione non poteſt, in quo nõ eſt principiũ operationis: alioquin ageret, quod non poſſet, ſed illud, in quo non eſt character, poteſt in operationẽ diuinam, vt nunc loquimur: Iudæus enim, vel gẽtilis, in quo nullus eſt character, poteſt baptizare: quod eſt opus diuinum. ergo character impreſſus ex ſacramento non eſt principium talium operationum. 26 Dicẽdum, q̃ non eſt aliquis character, qui ſit potentia baptizandi abſolutè, nec actiuè, nec paſsiuè: licet aliquis ſit, qui eſt potentia baptizandi ex officio: non tamen paſsiuè, ſed eoipſo q̃ aliquis eſt voluntarius verè, vel interpretatiuè poteſt baptizare, & baptizari: eo q̃ character non eſt principiũ omnis actionis hierarchię ſimpliciter exercendæ: ſed alicuius ſimpliciter, & alicuius ex officio. Vnde character ſacerdotalis, & epiſcopalis eſt principiũ ſimpliciter cõficiendi, & ordinãdi, & character baptiſmalis eſt ſimpliciter principiũ recipiẽdi alia ſacrãmẽta. Vnde qui caret iſtis characteribus, nihil horũ facere, aut recipere poteſt: qa caret principio operatiuo. Sed character aliorum ordinũ eſt principiũ operandi ex officio, & character cõfirmationis confitẽdi ex officio, & character ſacerdotalis baptizandi ex officio. Nullus etiam character eſt principiũ baptizandi actiuè, vel paſsiuè ſimpliciter loquendo. Et ideo hos actus potoſt quidẽ homo exercere ſine omni charactere, ſed nõ ex officio. 27 SED CVNDO videndũ eſt de ſubiecto, in quo ſit ſubiecti uè. Circa quod ſunt tres cõcluſiones. Prima, q̃ non eſt in eſſentia animæ, ſed in potentia: quia naturaſpũalitate proportionaliter ſubſterniſ, ſicut perfectibile perfectioni. Vnde ſicut gratia, quæ eſt ſpũalis vitæ principiũ eſt in eſſentia animæ, ſicut in ſubiecto: ita character, qui eſt ſpũalis potẽtia, eſt ſicut in ſubiecto in naturali potentia animæ, & non in eſſentia animæ, niſi mediãte potentia.

28 SED Contra hoc arguunt quidã ſic: Deſtructo principio vitæ naturalis deſtruitur principiũ naturalis operationis. ergo ſimiliter in vita ſpũali deſtructo principio eſſendi, vel viuẽdi deſtruitur principium operandi: ſed deſtructa gratia nõ deſtruitur character: imò ponit manere in peccãtibus mortaliter. ergo character, & gratia non ſe habẽt, ſicut principiũ eſſendi, & operandi in vita ſpũali. Sed hoc nõ valet: qa omnis forma, quæ eſt principiũ operãdiquodcũq; ſiue ꝓpinquũ, ſiue remotum: eſt principiũ eſſendi formaliter cũ omne, qd' agit, agat ſecundũ, q̃ eſt in actu. Sed nõ conuertit: qa aliquid eſt principiũ eſſendi, quod nõ operãdi immediatè: ſicut forma ſubſtantialis, vel nullo modo, ſicut quãtitas, vel relatio, aut aliquid hõmi. Illa igitur forma accidẽtalis, quæ ſic eſt principiũ eſſendi, q̃ non operãdi ſaltẽ immediatè: cõgruè ponit ineſſe illi ſubiecto, quod nõ eſt principiũ operãdi immediatè: vt ſic perfecto, & perfectibile ſibi ꝓportionaliter correſpõdeant. Et ꝓpter hoc gratia, quæ nullius operatiõis eſt principiũ immediatè, cõgruè eſt in eſſentia, & nõ in potẽtia. Sed oĩs forma, q̃ eſt immediate principiũ agẽdi, vel patiẽdi ſup addita eſſentiæ, & potẽtiæ congruẽtius ponit in potentia, quæ ſimiliter eſt principiũ immediatũ, q̃ in eſſentia, q̃ ſolũ eſt principiũ remotũ. Et qa hmõi eſt character: ideo cõgruè ponit in potẽtia. Et cũ dicit, q̃ deſtructo principio eſſendi deſtruitur principiũ operãdi: verũ eſt principiũ, qd' fundat ſup illud. Principiũ enim operãdi meritoriè, qd' eſt charitas fundat ſuper principiũ eſſendi, qd' eſt gr̃a. Vnde deſtructa gr̃a, deſtruit charitas. Sed principiũ operãdi actiuè, vel paſsiuè operatiões hierarchias nõ eſt gr̃a: imò gr̃a eſt terminus: & finis: quia ad hoc exercẽtur, vt gr̃a habeat. Nec ꝓ tãto dicit character principiũ agendi, & gr̃a eſſendi, q̃ vnũ reſpõdeat alteri, ſicut fundamentũ: ſed qa quã tuncũq; ſint deſpata principiũ eſſendi, & nõ operãdi, debet eſſe in eſſentia ſibi cõformi: ſed principiũ operandi in potẽtia. ideo &c. 29 Sed'a cõcluſio eſt, q̃ nõ eſt in aliqua potẽtia organica: qa cũ character ſit ſpũalis, nõ debet fũdari ſicut í ſubiecto í aliquo copali. 30 Sed cõtra hoc arguũt quidã ſic: qa character nõ ponit in miniſtro: niſi vt ſit agens inſtrumẽtale reſpectu ſacri, ſicut ſũt res ſacrales. Videt ergo, q̃ character ſit ponẽd⁹ in miniſtro q̃tum ad id in quo magis cõuenit cũ reb⁹ ſacralibus: ſed miniſter ore, vel lingua ꝓfert verba ſacralia: cũ manu vero applicat materiã ad illũ, qui ſuſcipit ſacrm: ergo character ſi ſit talis potẽtia magis debet poni í ore, vel lingua, vel manu, q̃ in aliqua ſpũali potẽtia: qa & res ſacrales, in quib⁹ ponit ſimilis virt⁹ ſũt q̃dã res corpales. Sed hoc nõ cogit: qa licet character nõ faciat ſubiectũ, niſi inſtrumentũ agẽdi, vel patiẽdi, reſpectu ſacrorum, q̃ ſunt corporalia: non tñ propter hoc debet eſſe character

Error eſt q̃ nõ ſacerdos põt cõficere ſicut ſacerdos, ſed non ſic de aliis, vt doctor tenet. d. 7.

Claues iuriſdictionis non ſunt res verę.

Durãdus hîc. q. 1.

Scotus.

in parte corporea: puta manu, quæ tãgit materiam, vel ore: qđ producit formã: qa homo est instrumentũ Dei animatũ, qđ per intellectũ applicat se ad cõferẽdũ sacrm vel suscipiendũ: ad qđ etiã requiritur intẽtio, qui est actus intellectus, sicut dirigẽtis: vnde in primo principio directiuo huius intẽtionis, & applicationis debet esse character, non in mẽbris exequẽtibus: sicut etiã potẽtia medicatiua facit medicũ cooperatorẽ instrumentalẽ naturæ per applicationẽ medicinarũ, cùm natura sit principale agẽs sanitatẽ. Nec ꝓpter hoc ars medicatiua ponit in ore dictante, nec in manu cirurgicãte: sed in intellectu dirigẽte: & similiter ars domificatiua, & hmõi. Et simile est in proposito. ideo &c. Nec obstat, ꝙ talis directio, vel intẽtio nõ potest esse in paruulo: qa istud accidit sacro.

Probabilis opinio, ꝙ quatuor ornatus sunt in essentia animæ.

31 Et ideo est tertia cõclusio, ꝙ character est tantũ in intellectu possibili, ꝙuis probabiliter videret, ꝙ quatuor ornatus, qui in aliis sacris imprimunt, ꝙ nec ad agere, nec ad pati ordinãt: sed solũ sunt dispositio ad gratiã in essentia, sicut & gratia poneret: & ꝙ præter characterem tria sacra alia illũ ornatũ imprimerẽt, cũ æquè disponant ad gratiã, sicut ista: sed præter hoc, qđ ad gratiã disponũt: disponũt etiã ad aliquid agendũ, vel patiendum, ad qđ potẽtia naturalis non se extẽdit. Et hoc est per characterẽ, qui est supernaturalis potẽtia. Tamẽ probabilius est, ꝙ character, siue cõsideret: vt est dispositio ad gratiã, quæ est in essentia, & ad charitatẽ, quæ est in volũtate, non est in vtroq, qa hoc est impossibile, nec in vno magis, ꝙ in altero. Et ideo est in medio. s. in intellectu possibili: qui est potẽtia media inter essentiã, & volũtatẽ. Et cadẽ est ratio de ornatibus, qui nõ sunt characteres.

Oppositio ꝓbabilior.

32 Itẽ prout est principiũ agẽdi, vel patiẽdi spũalia, debet esse prima potẽtia spũalis operativa: cuiusmodi est intellectꝰ possibilis: ita, ꝙ in baptismo, ordine, & cõfirmatione nõ est aliud character, & ornatus: sed sunt idem re. Est enim character ornatus, siue dispositio ad gratiã: & cùm est signũ distinctiuũ, & operatiuũ: quod non est ornatus simplex.

Durandꝰ hic, q. 1.

33 Sed cõtra hoc arguunt quidã sic: Aut est propter operationẽ elicitam, aut propter imperatã: elicitã, vt intelligere: imperatã, vt ministrare: non ꝓpter primã, quia non est aliud, nec melius intelligit sacerdos post suam ordinationẽ, in qua dicitur recipi character, ꝙ antè nec propter secundã: quia nihil existẽs in potẽtia aliqua perficit ad operationẽ imperatã, nisi perficiendo ad operationẽ elicitã, sicut charitas nõ perficit ad opus operatũ exterius à volũtate, nisi perficiẽdo volũtatẽ ad opus elicitũ, qđ est velle. Cùm igitur character nõ ꝑficiat intellectũ respectu operationis elicitè, q est intelligere, vt dictu est: concequẽs est, ꝙ non perficiat ipsum ad operationẽ extrinsecã imperatã. Et sic nullo modo videt, ꝙ sit in potẽtia intellectiua.

Respõdeo Pe. Pa.

34 Sed hoc nõ bene est dictũ: quia sicut sciẽtia practica, & ars factiua sunt principaliter ꝓpter operatũ, nec tñ sunt in potẽtia eliciẽte illud, ꝓpter qđ sunt principaliter: sed in potẽtia dirigẽte, & operãte: sic character est principaliter ꝓpter recipere, vel cõferre sacramentũ, cuius collatio, vel susceptio immediatè elicit à potẽtia organica: non tamen propter hoc est in ea: qa ista collatio, & susceptio exterior debet regi, & dirigi ab interiori intentione. Et ideo in intellectu, qui est primũ regulans, & dirigẽs in dãdo, & suscipiẽdo sacramẽta debet poni character: vt. s. intellectus per fidẽ illustratus dirigat intentionẽ ad conferendũ, & suscipiendũ sacrm hoc, vel illud: ꝙuis etiã in infideli sit character, & in non characterizato sit fides: sicut in cathecumeno. Et ideo nõ est sic intelligendũ, ꝙ character eliciat intentionem, nec dirigat, cùm æqualiter non characterizatus intendat, & characterizatus non intendat: sed quia intentio per characterem habet virtutẽ, quam aliàs non haberet. Et ideo dicendũ, ꝙ character est ꝓpter vtranq; operationẽ non vt elicitã dirigat, & illam imperet: sed, vt directio, & imperium habeant effectũ. Qui enim sacra ministrat, debet intendere, ꝙ faciat illud, quod facit ecclesia. Nec ad hoc iuuat directè character: sed facit, vt intentio habeat effectum. Per characterẽ enim baptismalẽ intentio recipiendi alia sacramenta facit ipsum vere suscipere ea: & character sacerdotalis facit, ꝙ sacerdos conficiendo, vel absoluendo efficiat, quod intendit.

35 TERTIO videndũ est in quibus sacramẽtis character imprimat. Vbi sunt tres cõclusiones. Prima est, ꝙ imprimitur in illis, quibus deputat homo ad actiones sacras suscipiẽdas. Et sic est baptismus ianua sacramentorũ. Vnde nec aliã potentiã suscipiendãa natura supponit: aliàs esset processus in infinitũ. Secudò est in illis, quibus homo deputatur ad actiones sacras exercẽdas cõtra infideles. Et sic est character confirmationis, nõ absolutè, sed ex officio. Vnde antea nõ exponebanꝰ, sicut dictũ est apostolis: Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Et tertiò est in illis, quibus homo deputat ad exercendas operationes sacras circa populũ fidelem. Et sic est character ordinis.

36 Ex his sequitur. Secũda cõclusio, ꝙ in Christo nõ fuit character, nec baptismalis, quia actiones sacras habuit exercere, non recipere: iuxta illud: Ego à te debeo baptizari: nec confirmationis, quia confessionem bonam fecit coram Pontio Pilato: sed ad hoc sacramento non eguit roborari, nec ordinis, quia ipse nõ ordinatur ad seipsum, sicut ille character ordinat ad corpus Christi cõsecrandũ principaliter.

37 Tertia conclusio est, ꝙ est iddelebilis. Et propter hoc sunt tria sacramẽta ista irreiterabilia, ne fiat eis iniuria habenti bus effectũ perpetuũ. Vnde in mortuis dãnatis, & saluatis remanẽt perpetuò.

3. sunt sacra irreiterabilia ratio, Instantia aliorum resolu.

38 Sed ꝙ consueuit, ꝙuq; argui cõtra hoc, qđ dictũ est, ꝙ est potẽtia: quia potẽtia ineſt homini à natura: character verò nõ, nõ valet, quia est potẽtia non naturalis, sed supnaturalis, qa facit posse in substãtiã actus agẽdo, vel patiendo: in quã nullo modo posset aliàs. Et hæc potẽtia est potẽtia ꝓpriè dicta: ꝙ est principiũ trãsmutãdi aliud, vel ab alio. Vnde cùm baptizatus solus possit substãtiã aliorũ sacrorum recipere quã nõ baptizatꝰ non põt: nisi mrimonij, cũ etiã solus sacerdos possit cõficere, & nõ aliꝰ, & solus eps ordinare, & nõ alius, & hoc est verè trãsmutare, patet, ꝙ est vera potẽtia. Sed de charactere cõfirmationis, & inferiorũ ordinum, qui nõ dant posse absolute: sed ex officio, & authoritate non videt tãta ratio.

39 Ad argumentũ in oppositũ est dicendũ, ꝙ per sacrm ve. le. nõ includendo circũcisionẽ non distinguebantur fideles ab infidelibus vniuersaliter: cũ Melchisedech, & Iob, & oẽs sẽti, qui fuerunt ante Abrahã, & multi alij essent fideles, & sancti extra synagogã: qui ad illas cerimonias nõ tenebanꝰ: sed solùm ad legẽ naturæ, & fidei inspiratæ, nõ scriptæ. Sed sacramẽta nræ legis excepto fortè mrimonio distingũt fideles ab infidelibus, qa extra ecclesiã nram, quæ est vniuersalis, nõ est fides, nec locꝰ sacrificij, nec salus, sicut erat extra synagogã, quę solũ fuit pars ecclesiæ, nõ tota ecclesia. Et ideo in sacramẽtis nris magis imprimit character, ꝙ in illis. Cùm etiã sacramẽta illa nõ iustificarẽt ex opere operato, non habebãt aliquẽ realẽ effectũ, nec per consequẽs in sacerdotibus ministrantibus ea, oportebat esse aliquã realẽ potestatẽ, quia per suũ sacerdotiũ nihil reale transmutabat, nec in anima, nec in materia sacrificiorũ per verba. Circũcisio autẽ, quæ est ex opere operato iustificabat in se quidẽ realem virtutẽ habeat ad ornatum non ad characterẽ: sed in ministro non requirebat virtutem, ficut nec baptismus, vt dictum est.

Synagoga erat pars ecclesiæ non tota.

QVAESTIO TERTIA.

De vnitate baptismi.

Thom. 3. q. 66. art. 11. & 12.

TERTIO Quæritur de baptismo flaminis, & sanguinis. Et videtur, ꝙ præter baptismũ fluminis nõ debeãt esse ista baptisma ta: qa in omnibus, ꝙ sunt vnius speciei est vnus modus generationis: sed baptismus est regenerationis in vitam spiritualem, quæ est vnius rationis in omnibus generatis. ergo debet esse tantũ vna regeneratio, siue vnus modus regenerationis. s. baptismꝰ fluminis tñ.

Attritio nõ sufficit ad martyrium sanguis licet raro electio martyrij oblata materia fine contritione sit.

2 OPPOSITVM dicit Dam. in litera.

3 RESPONDEO. Primò videndũ est de baptismo sanguinis. Vbi sunt tres cõclusiones. Prima, ꝙ iste baptismus deficit à duobus in vero baptismo. s. in charactere quẽ martyr non habet: quia habet rem sacramẽti sine sacro. Item deficit in alio. s. qa ad istum non sufficit attritio: sed requiritur cõtritio ad illum verò sufficit attritio. Et causa est: quia ille iustificat ex opere operato, iste ex opere operante. Et ideo nisi sit contritio, non saluat. Rarò tamen est electio martyrij perſequutione ingruente, quin sit contritio: quando est tantus motus in Deum, propter quod est æqualis in peccatũ detestandũ.

Effectus baptismi sanguis est potiꝰ. vt vide in. s. d. q. 66. 3. part. 12. 2. artic.

4 Secunda cõclusio est, ꝙ æquipollet in duobus effectibus priuatiuis vero baptismo, quí sunt ammotio omnis culpæ originalis, actualis, venialis, & mortalis, & remissio omnis pœnæ æternæ, & tẽporalis, & fortè plus, qa si latro martyr resurgeret suspendẽdus nõ esset.

5 Tertia cõclusio est, ꝙ excedit in collatione boni, & respectu præmij essentialis: qa plus confert de gratia, eò ꝙ maiori operi, ad quod plus est necessaria, se exponit: vt Deus non deficit in necessariis, & sic habet maiorẽ aureã. Itẽ respectu accidentalis: vnde habet aureolam. Habet etiam in ecclesia honorabiliorem sepulturã, quia paruuli non venerãtur, vt sancti innocentes.

6 SECVNDO, videndũ est, de baptismo flaminis. Vbi sunt conclusiones.

7 Prima, & deficit à baptismo vero in charactere: vnde & baptizandus est. Item deficit in dispositione: qa ad istud requiritur cõtritio: qa ex opere operante iustificat: ad illud sufficit attritio, qa ex opere operato. Itẽ deficit in remissione pœnæ tẽporalis, quę non est nisi secundũ quantitatẽ cõtritionis. Itẽ deficit in sepultura ecclesiastica, qua carẽt cathecumeni, licet ꝓ eis oret ecclesia.

8 Secũda conclusio est, ꝙ æquipollet in remissione mortaliũ, & pœnæ æternæ, qa sunt cõnexa.

9 Tertia cõclusio est, ꝙ quo ad aliqd excedit. s. quia iteratur, & quia ꝓprio merito saluat.

10 TERTIO, videndũ est vtrum ꝓfessio religionis approbatæ quoad deletionẽ omnis pœnæ æquipolleat baptismo. Et videtur, ꝙ sic: ꝑ visionẽ, qua vidit quidam in vitis patrum, eandem gratiã descendere super eos, qui habitum religionis assumunt, & super baptizatos. Gratia autẽ Dei in in baptismo non requirit gemitũ, neq; planctũ: sed gratis oĩa cõdonat scđm Ambro.

11 Item hoc idem patet per aliam visionem beati Antonij, qui cùm ab angelis leuaretur in cœlum obstitit ei diabolus obiiciens peccata seculi: cui dictũ est ab angelo: Illa dimissa sunt ei, ex quo seculũ dimisit. Sed si alia habes illa proponas. Quę cùm non haberet Antonius liber in cœlũ leuatur, & liber deponitur. Item in Authẽ. de monachis dicitur ꝙ ingressio monasterij omnem maculam abstergit.

12 Item hoc idẽ apparet, quia qui accipit crucẽ vltra marinã plenam indulgentiã consequitur: à quatñ cruce liberatur intrãdo religionẽ: quia tollit post Christum crucem perpetuam. Vnde indulgentiam videtur plenius consequi.

Ratio difficultatis.

13 Sed quia contra hoc sunt visiones aliquæ de religiosis, qui post mortẽ visi sunt in purgatorio etiã pro peccatis in seculo cõmissis; ideo sic potest distingui probabiliter, qa obligatus ex delicto cedendo bonis nihil lucratur, vt carcerẽ euadat: sed quod non potest soluere ære: luit in corpore, & exigitur vsq; ad nouissimũ quadrantem: sed obligatus ex contractu, vel quasi cedẽdo bonis euadit carcerẽ: ne postea conueniatur deueniens ad pinguiorẽ fortunam, vltra quam facere possit deducto, ne egeat. C. qui bonis cedere possunt. l. 1. instin. de actionibus. §. vlti. Sic igitur religionem profitens, cedit omnibus bonis suis, de quibus pro peccatis satisfieri potest exterioribus per votũ paupertatis: quia totũ Deo dedit, qui sibi nihil retinuit, & à sequentibus tot dimissa sunt, quot à non sequentibus concupisci potuerũt secundũ Greg. Et tñ Zacheus dimidiũ bonorũ suorum dando pauperibus, audiuit: hodie huic domui salus à Deo facta est. Itẽ bonis corporis per votũ castitatis cedit: propter quod implenda sunt ieiunia: disciplinę, & alię austeritates, & pœnalitates. Itẽ bonis animæ per votũ obediẽtiæ cedit: in qua sunt orationes contentæ. Et ideo ingressi monasteria se, & sua Deo dedicãt C. de sacrosã. ec. aut. ingressi. Vnde si nõ sunt cõtriti, nec confessi ex delicto sunt obligati, & si cmoriẽtes traduntur exactori mittẽdi in carcerẽ infernalẽ, donec reddant quadrantẽ nouissimũ.

Hanc pulcrè deducit S. Tho. 2. 2. q. 181. a. 3. Ad. 3.

14 Si autẽ sunt cõtriti, & cõfessi, remitit eis oĩs pœna pro tali cessione bonorũ secundũ ꝙ arguunt primæ visiones, sed hoc est sub pacto, vel sub tali cõditiõe, vel mõ: vt si superuiuat, qđ est peruenire ad pinguiorẽ fortunã satisfaciẽt. Qđ si faciat benè quidẽ, si autẽ nõ satisfaciat, sed negligẽtes sunt in carcere purgatorij. satisfaciẽt scđm vltimas visiones. Sed si ante negligentiã moriunt: qa in iudicio cõfessiõis, quasi contrahit ex cessione illa: gratia Dei omnia gratis cõdonat, vt ostẽdunt primæ visiones.

Ad argumentum in contrariũ

15 Ad argumentum in contrariũ est dicendũ, ꝙ baptismus sanguinis, & flaminis habent eandẽ vim regenerandi cum baptismo aquæ, quia baptismus sanguinis, & flaminis nõ valet ad regenerationem, nisi ei, qui habet baptismũ fluminis in proposito: qñ. s. articulus necessitatis non contẽptus, religionis sacrm excludit: vt dicit in litera. Et sic quodammodo agunt in virtute baptismi aquæ.

QVAESTIO QVARTA.

De quarentibus vsu rationis, an sint baptizandi?

Thom. 3. q. 68. art. 10. & 11.

QVARTO Quæritur de carẽtibus vsu rationis, vtrũ sint baptizãdi. Et videtur, ꝙ non, quia non minus indiget paruuli infidelium saluari, ꝙ fidelium: sed illi non sunt baptizandi. ergo nec isti.

2 CONTRA, baptismus successit circumcisioni, sed illa dabat infanti octo dierũ. ergo & baptismus.

3 Respõdeo, ꝓmò videndũ est de puuli fideliũ. Vbi sciendũ est, & paruuli fideliũ nõ solũ possunt in pueritia baptizari, imò dicũt, & laudabilius est, ꝙ expectare æta-

tem perfectã,& hoc propter tres rationes. Primò,qa propter imbecillitatẽ naturæ de facili possunt mori.& damnati. Vnde,vt dãnationis periculũ euitetur,dicũt baptismo præueniri. Secũdò ꝓpter infestatiões dæmonũ, qui non habẽt tantã potestatẽ in pueris baptizatis ab originali mũdatis, quantã in illis,qui adhuc habẽt originale: neq; quantũ ad nocumẽta spũalia:neq; quantum ad corporalia. Tertiò,qa in pueritia facilius homo ad alia inducitur,& firmius inhęret, scd̃m ꝙ dicit Philosophus 2.Ethi.d.Non parũ differt sic,vel sic ex iuuene cõfestim assuefieri,sed multũ: magis autẽ omne. Et hanc causam assignat Diony. in fine Ecclesiasticæ hierarchyæ dicẽs: Tradit autẽ puerũ sacris symbolis.i.sacralib⁹ signis summus sacerdos,vt cũ eis cõuersẽt, & nõ formẽt vita altera nisi diuina cõtẽplantẽ semper. 4 SECVNDO videndũ est,vtrũ furiosi amẽtes,& hmõi baptizãdi sint? Vbi distinguendũ est,qa quidã sunt,qui sunt ex natiuitate amẽtes,& nunq̃ habuerunt lucida interualla. Et de talibus videt idem iudiciũ,qd̃ de pueris. Quidã autẽ dementiã incurrerũt ex infirmitate,vel ex aliquo hmõi,& habent aliqua lucida interualla. Et de istis dicendũ est, ꝙ si anteq̃ istã dementiã incurrerẽt:vel dum habẽt lucida interualla, fuerũt in ꝓposito baptismũ suscipiendi,si necessitas sit,possunt baptizari,& baptizati sacrm̃ suscipiunt,& rem sacri eriã si tunc actu dissentiãt in amentia existẽtes,qñ baptizantur. Vnde frenetici,q ante petiuerũt,immergunt. Aliãs extra casum necessitatis nõ sunt baptizandi. Si autẽ ante amentiã cõtradixerũt non recipiunt sacrm̃, nec rem sacri. In primo autẽ casu si infirmus legatur,vt ei corporaliter medeat: multò magis,vt animæ, & in baptismo necessitatis esset ligãdus quantũ cunq; etiã irreuerentiã sacro exhiberet,etiã si mingeret in aquã, in qua esset baptizãdus. Sed neophiti assistentes,ibi essent ꝓpter scandalũ mouẽdi. Eucharistia verò, & extrema vnctio,quę nõ sunt necessitatis frenetico quidem,qui prius petiit,exhibẽtur:dum tñ irreuerentiã nõ exhibeat:& pcipuè hoc est de eucharistia, quã posset expuere. Sed de extrema vnctione nõ sic oportet irreuerẽtiam timere:sed magis animæ languenti subuenire.

5 TERTIO,videndũ est de dormiẽtibus,de quibus eodẽ modo dicendũ est, sicut de amẽtibus, & furiosis,ꝙ ipsi in periculo sunt baptizandi,si in vigilia apparuit ꝓpositũ,ꝙ vellent baptizari. Et ideo hic põt sumi argumentũ,ꝙ si dormiẽs,qui in vigilia habuit intentionẽ ꝙ propositũ pcutiendi clericũ: licet ipsum tũc non perciisserit post modũ dormiẽs surgat ipsum.& percutiat,ꝙ sit irregularis,& hoc ratione voluntatis,& ꝓpositi antecedentis. Et fortè est excõicatus:cũ illud,qd̃ fit in somno, procedit ex malitia, quã vigilãs cõceperat: sicut ꝓiciẽs lapidẽ: licet mox ante percussionẽ pœniteat, non euadit excõicationẽ:sicut nec ille,qui mãdauit,& antè pœnitet: sed mandatũ non reuocauit,etiã si nõ potuit. Et hîc est casus,in quo sentẽtia iuris incipit ligare etiã iustum. 6 Ad argumentũ in oppositũ est dicendũ, ꝙ circa pueros infidelũ est distinguendum:qa aut habent vsum rationis, & tũc possunt baptizari etiã inuitis parẽtibus:hcut & mrimoniũ cõtrahere,aut non habẽt,& tũc circa hoc est triplex opinio vtrũ. s. sint inuiti parẽtibus baptizandi. 7 Prima dicentiũ duo.s. ꝙ principes terreni possunt licitè, imò & meritorie auferre pueros Iudæorũ, qui sunt in dominiis suis, & eos baptismo offerre. Et hoc est primũ dictũ. Secũdò,dicunt, ꝙ pueri sic baptizati, susciꝑiunt verũ baptismũ. 8 Primum probat̃, primò sic: Res, & bona seruorũ sunt dñorũ suorum:sed Iudæi sunt serui dñorum,in quorũ terris habitant:vt habeẽt extrã de Iudæis,& Sarracenis.c.Etiã si Iudæus, ergo res, & bona Iudæorũ sunt Principũ Christiã norum,in quorũ terris habitãt: sed filij sunt res quædã parentũ.ergo pueri Iudæorũ sunt in potestate Principũ, vt res quæda eorũ. Possunt ergo eis vti,vt placet offerendo eos. 9 Secũdò sic: Princep Christianus dñs Iudæoru potest filios eorũ vẽdere in seruitutẽ terrenã. ergo fortiori ratione potest eos offerre in seruitutẽ diuinam:qd̃ fit per baptismũ,imo videnẽ in hoc mereri, sed hoc faciunt ꝓpter salutẽ puerorũ,& honorẽ Dei,non vt parentes cogant̃ ad credendũ, qa illud nõ est licitum.

10 Secundũ probatur sic, qa ad susceptionẽ baptismi sufficit, ꝙ non inueniat̃ obex cõtrariæ voluntatis,vt patet in paruulis Christianorũ,sed in paruulo Iudęi,vel infidelis nõ est obex cõtrariæ volũtatis. ergo susciꝑiunt verum baptismũ. Et dico cõtrariæ volũtatis in suscipiente,& nõ in parente,qa aliãs peccata proximorũ parentũ nocerẽt,& transirẽt ad filios,qd̃ non est verũ. Sed hæ rationes parũ cogunt:prima nõ, qa non licet re sua vti ad omnẽ vsum. Non emẽ licet vti ancilla ad concubitu,sed ad seruitiũ,qa ad hoc est sua, nõ ad illud. Vnde nec inuitam potest dñs accipere,vel dare in vxorẽ. Similiter Iudæus est seruus Principis nõ plus filius, q̃ pater: imò filius non est seruus,nisi qa pater, vel mater: qa partus sequitur ventrẽ. Sicut ergo patrẽ non potest cogere ad baptismũ,q̃uis sit res sua:ita nõ potest cogere prẽm in filio Voluntas enim prĩs volũtas filij reputat̃. Et sic pater testatur filio,sicut & sibi,&eligit ei sepulturã,sicut,& sibi. Vnde sicut filiũ adultũ contra eius voluntatẽ baptizare non põt,nec debet cõtra volũtatẽ ipsius filij,sic nec filiũ impuberẽ contra voluntatẽ prĩs, quæ est dispositiua de filio.qa illo iure valet testamentũ pupillare factũ a prẽ, quo testm̃ adulti sui iuris factum ab eo. 11 Per idem patet ad secundũ,qa in his,q̃ sunt iuris humani ad quæ se extẽdit seruitus, põt disponere Princeps de filio patre inuito: sicut & de ipso prẽ, sed nõ in his,q̃ sunt de iure naturali,vel diuino:nam nõ posset cõtrahere sponsalia ꝓ filio, vel ꝓ filia patre inuito, sicut nec ipsum patrem inuitũ posset vxorare. 12 Ad tertiũ dicendum,ꝙ est obex volũtas parentũ. & ideo nõ baptizatur. Et cũ dicitur, ꝙ peccata parentũ non trãseunt ad filios: verum est directè,quasi, ꝙ nascẽdo ab eis cõtrahunt peccata eorũ,sicut cõtrahunt peccatũ Adæ:sed indirectè, & per accidẽs benè potest pr̃ imperare bonũ filij etiã spũale. 13 Et ideo est secũda opi. huic cõtraria, quæ ponit,ꝙ nõ est licitũ paruulos Iudæorũ parẽtibus auferre,& eos baptismo offerre. Et si de facto baptizent̃, non susciꝑiunt baptismũ. Ratio prima est, qa quãuis aliqui possint esse serui aliorũ quantũ ad opera, in his tñ, quæ eis competũt iure naturali,& diuino non sunt serui,sed liberi. Põt enim seruus comedere, & bibere inuito dño, & matrimoniũ cõtrahere, vt dictũ est. Et habeẽ extrà de coniugio seruorũ.c.1. Hæc emẽ cõpetunt eis de iure naturali. Et similiter potest inuito dño credere in Deũ, & hmõi, quæ pertinent ad ius diuinũ: sed baptizari pertinet ad ius diuinũ. ergo cũ cura paruulorũ de iure naturali,& diuino cõpetat quantũ ad hoc parẽtibus manifestum est,ꝙ nõ possunt eis licitè auferri, vt baptizent̃: licet possint eis auferri , vt vendant̃, sicut & cæteræ res,& opera ciuilia. 14 Secũdò, qa non minorẽ potestatẽ habent dñi tẽporales super Iudæo, q̃ super eius filium, imo quasi maiorẽ,quia a seruitute parẽtis deriuatur seruitus filij. Sed constat, ꝙ Princeps non posset licitè Iudæũ cumpelle ad cultũ baptismi susciꝑiendũ in se, vt habeẽ dist.45.ex cõcilio Toletano,vbi dicit sic:de Iudæis pcepit sancta synodus nemini ad credendũ vim in ferre. ergo non põt eis inferre vim auferẽdo filiũ, vt baptizet: cùm volũtas filij paruuli sit volũtas prĩs quouscq; habeat vsum rationis. 15 Tertiò, qa si hoc esset licitum,

Nota.

Casus in quo ſnia excõicationis ligat iustum Ad ar. in oppositũ.

Prima opinio quã Scotus tuct.q.9. hui⁹.d.& ante eũ aliqui qa tpe. 1. d. de nouo in-

troducta, vt dicit. 2.2.q. 10.ar.vlt.

Solutio rationum.

2.opin.q̃ est S. Tho. qui ad primum. vbi.suprà.& Durãd. qui ad vtrũque q.6.&.7.a.3

licitum, credendũ est, ꝙ primitiui sancti, & rectores ecclesię hoc cõsuluissent terrenis principibus,quos habuerunt valde fauorabiles,vt Syluester Constantinũ,& Anbrosius Theodosiũ, q nunq̃ legũtur hoc feciss̃e. ergo nõ est ꝓbabile, ꝙ hoc posit licitè fieri. 16 Quartò, qa hoc non esset securũ,sed valde periculosum: qa puer baptizatus dũ veniret ad ætatẽ adultam posset de facili resilire ab eo,qd̃ fecissẽt ignorans contra voluntatẽ habentiũ curam eius. Ex quibus patet, ꝙ non est licitum Principibus terrarũ auferre filios Iudæorũ,& offerre eos baptismo. 17 Secundũ probat̃ sic.s.ꝙ si baptizarent̃,non susciꝑiũt baptismũ:qa ad susceptionem baptismi non sufficit,ꝙ non inueniat obex cõtrarię volũtatis in eo, qui debet baptizari:sed requirit̃ intẽtio susciꝑiendi baptismũ directa, vel interpretatiua. Qd̃ patet, qa si adultus aliqs sic nutritus esset, ꝙ nihil omnino audisset de fide,& esset in solo originali: si talis dormiret,& dormiendo bapti zaret,cõstat,ꝙ nihil fieret,vt patet ex ꝑcedentibus:& tñ in voluntate eius baptismus nullũ obicẽ inueniret. Plus ergo requirit̃.s. intẽtio susciꝑiẽdi baptismum directa, vel interꝑtatiua: directa in adulto, interpretatiua in paruulo. Sola autẽ volũtas parentũ est voluntas interꝑtatiua paruulorũ,anteq̃ habeant vsum rationis:propter qd̃ consueuit dici,ꝙ antiquitus ante datam circuncisionẽ saluabant̃ in fide parentũ, non autẽ aliorũ:nisi,qui gerebãt vicem parentũ. Quærit̃,si inuitis parẽtibus,baptizaret paruulus nihil,videret fieri cũ desit voluntas eorũ directa,& interꝑtatiua. 18 Sed licet hæ rationes saltẽ duæ primæ sint tactæ superius cõtra aliã opinionẽ:tñ ad eas posset sic instari,& primò cõtra primã. Vnde posset sic dici ad minorẽ, ꝙ educatio liberorũ est de iure naturali,qd̃ omnia alia docet:sed doctrina in moribus de iure gentiũ. Si tñ pater vellet docere filiũ malos mores nõ esset permittẽdus:puta,qd̃ esset mœchandũ,quod esset furandũ,& hmõi:imò iniustè hæc sibi ꝓhiberent̃, & sibi tutela filij auferretur,& meritò priuaret iure patrię potestatis:sicut dñs ꝓstituens ancillã.C.de epi. au. si lenones.Et si pr̃ liber esset auferenda esset sibi filia,quã vellet ꝓstituere. Cũ ergo fornicatio spũalis sit peior,& magis noceat ciuilitati Christianæ,multò magis auferẽda est sibi ꝑles,quã vult facere à fide adulterã. 19 Ad secundã rationẽ põt sic responderi, ꝙ cõtra voluntatẽ suam directã, vel interpretatiuã nullus est baptizãdus:sed volũtas prĩs non est voluntas filij,nisi in bonis filij, & inquantũ se exhibet piũ patrẽ,non autẽ hostem,sicut tutores,& curati dicũntur dñi,qñ benè administrant,non autẽ qñ pupillũ spoliãt. 20 Præterea si volũtas parentũ non requirit̃ ad baptismũ.ergo cõtraria volũtas non impedit baptismũ: qa si oppositũ in opposito:& ꝓpositũ in ꝓposito:sed si puer non habet patrẽ,nec matrẽ: sed ambo sunt mortui:cùm non desit remediũ salutis,siue sit fideliũ filius põt,& debet baptizari, & parẽtis gerens officiũ, qui eius curã gerit,hoc facere habet: sicut ex pietate nutrit̃ puer expositus, cuius parẽtes ignorant. Si igitur sine volũtate parẽtum põt esse verus baptismus,& cõtra voluntatẽ eorum similiter.In habẽte enim vsum rationis eorum voluntas non requirit̃ ad effectũ,& per cõsequẽs nec cõtraria voluntas impedit effectũ: licet ad hoc põt dici,ꝙ voluntas non requiritur,nec ꝙ oppositũ impeditur,qñ non habet parẽtes,vel qñ finita est tutela parentũ.Sed q̃diu viuũt, & curæ eorũ incũbunt,secus videt. 21 Ad tertiũ dicendũ, ꝙ ꝓpter scandalũ in principio ecclesiæ multa, omittebatur,& dissimulabant̃, quæ modo nõ dissimulãtur. Tunc emẽ hæretici ad fidẽ non cogebant̃, qui tñ iustè poterãt, nec videret fides viribus, nõ virtutibus prosperari. Tunc enim ecclesia pugnabat solũ gladio oris: nunc autẽ etiam gladio materiali pugnat cõtra hostes fidei. 22 Ad quartũ, põt dici,ꝙ magis est verisimile,ꝙ nõn redeat ad fidẽ,in qua nõ est nutritus,q̃ si esset in ea nutritus,qa adolescẽs iuxta viam suã &c. Vnde magis ꝓbabiliter timet̃,ꝙ manens in Iudaismo in perpetuum non conuertat̃,vel ꝙ cõuersus peruertat̃, sicut sæpe accidit,q̃ si à puero esset conuersus,& inter Christianos solos conuersatus: qa tunc raro ad iudaismũ redit. Si dicatur, ꝙ hoc videt cõtra naturã sicut mulier habẽs filiũ suum mortuũ:quæ alterius filiũ surripuit,cui iusto iudicio redditus fuit, & in perdicibus vna alterius oua surripit,& q̃ non ꝑperit,fouet : ad vocẽ tñ veræ matris redit illa spreta, q̃ fouerat: dicendũ, ꝙ non est simile in proposito:qa pia fraus est hîc,& nutrix est mater: mater autem noverca. 23 Quinta ratio in hoc verũ dicit in maiore,ꝙ requirit̃ intẽtio vera,vel interpretatiua: nec sufficit nõ habere obicẽ:sicut in illo, qui haberẽt legem naturalẽ,& fidem.Sed in minori posset dici, ꝙ intẽtio interꝑtatiua nõ est solũ parentũ carnaliũ: sed magis spũalium , sicut olim saluabant̃ in fide parentũ.i.ecclesiæ:quæ tunc erat, nõ solũ parentũ carnaliũ: sed magis parentũ legaliũ, siue spiritualiũ, vel adoptantiũ. Vnde cũ iste,qui agit curã salutis animæ exhibeat se patrẽ,alĩ⁹ verò hostẽ: ex quo iste, qui quasi adoptat eũ, exhibet se patrem,& ille tanq̃ patrinus pro eo respondit, qui gerit typum ecclesiæ intẽtio, & volũtas interꝑtatiua parentũ spiritualiũ interuenit, & hoc sufficit. Si enim tutor personæ,& curator rerũ succedit loco parẽtũ, multò magis isti,qui quasi parẽtibus furiosis existẽtibus tutelã,& curan filiorũ susciꝑiunt. 24 Tertia opinio est, quæ tenet viam mediã.s. ꝙ non est licitũ baptizare filios Iudæorũ inuitis parẽtibus:si tñ fiat, verè baptizati sunt. Primũ probat,vt suprà in secũda opinione. Secundũ probatur sic:qa non potius habet ius infidelis supra filium, q̃ fidelis,sed si filius fidelis Christiani baptizet inuito parente recipit verũ baptismũ. ergo similiter si baptizetur filius infidelis Saraceni,vel Iudæi,recipit verum sacrm̃. Pro hac opinione videtur esse,quod dicit de conse. dist. 4.c.Paruuli fideles vocant̃,vbi videt insinuari, ꝙ paruulis sufficit fides offerẽtiũ nulla facta mẽtione de fide parentũ, 25 Primus articulus cõmuniter cõceditur .s. ꝙ non licet principibus Christianis paruulos Iudæorum auferre parẽtibus,& eos baptismo offerre. Sed quidam hoc cõcesso secundũ articulũ reputãt dubium. s. ꝙ si baptizet,ꝙ sit verè baptizatus. Vnde soluũt rationes ad hoc inductas, sic. Cùm enim dicit,ꝙ filius parẽtis Christiani põt baptizari inuitis parẽtibus:& susciꝑiet baptismum verũ.ergo similiter filius infidelis:dicendũ, ꝙ non valet: qa ecclesia præest fidelibus non solũ in actibus ciuilib⁹,sed in his,quæ ad cultũ Dei pertinẽt.ideo si Christianus vtatur re sua cõtra diuinũ cultum, non inuitat̃ ei ecclesia,si priuet eũ re sua,& deputet eã ad diuinũ cultum. Et in hoc casu volũtas ecclesiæ est voluntas paruuli interꝑtatiua, qa in hoc casu ecclesia habet interꝑtari voluntatẽ parentũ: imò, vt verius dicat̃ voluntas ecclesiæ est magis volũtas paruuli interpretatiua,q̃ volũtas parẽtis carnalis,eò ꝙ de iure volũtas parẽtis fidelis sub est volũtati ecclesiæ.Non sic autẽ est de paruulis infidelium:qa ante baptismũ nõ sunt ecclesiæ, nec ratione sui, nec ratiõe parẽtelæ,vt sic volũtas ecclesiæ posit esse voluntas eorũ interꝑtatiua quoquo modo. 26 Decretum etiã allegatũ nõ cogit: qa offerẽtes paruulũ non offerunt cum vice sua,cũ nihil iuris habeat in filio alieno:nisi hoc ꝓcedat de voluntate parentũ,cùm supponamus ex titulo quęstionis,ꝙ offerat eũ inuitis parẽtibus, nec vice ecclesiæ. Cùm ante baptismum non habeat ius in paruulo parẽtis infidelis. Canon igitur allegatus loquitur

Cauillanturrationes.

Ad.5. In qua includitur secundum dictum opinionis.

Durandus q.7.

quitur in casu, in quo offerétes gerunt vicẽ parentum, aut ecclesiæ, qđ potest esse in paruulis Christianorum non aut in paruulis Iudeorũ, vel quoruncũq; infideliũ Et cõfirmo, ꝙ nõ est simile de fideli, & infideli: qa non solum illud est possibile: imò est licitu, & debitũ, nec esset acquiescendũ fidelibus parentibus, similiter nec hæreticis si nollent filiũ baptizari, sed de filio infidelis quicqd fit de facto, saltẽ de iure certũ est, ꝙ baptizari nõ debet ergo non est simile. 27 Præterea rogante fideli matre, vt Aug. baptizaret, sed renuẽte gẽtili patre baptisma dilatũ est, quasi ecclesia noluerit cum baptizare inuito pre, q̃uis hoc mater vellet. ergo multò minus vtroq; parẽte inuito. 28 Sed quicquid sit de paganis, videt, ꝙ ecclesia possit cõpellere Iudæos, ꝙ filios eorum ad baptismũ, sicut filios Christianorũ, qa patres eorum Christiani fuerunt: & ad legẽ Moysi, & ad susceptionẽ Christi pro se, & ꝑ tota posteritate sua se obligauerunt: cùm sit eadẽ fides modernorũ, & antiquorũ, & eadẽ de ecclesia, q̃ est vna colũba. ergo sicut hæretici ab ecclesia gentiũ exeuntes ad eã cogi possunt, & ipsis inuitis fortè filij Græcorũ ad ritũ nr̃m licitè attrahũtur: sic & Iudæi filij sanctorũ patrũ, maximè qa & ipsi ad legẽ Moysi se obligant. Exequutio autẽ pertinet ad iudiciũ ecclesiæ lo.vc. sicut & legis nouæ. Sicut ergo hæreticos legis nouæ professores ecclesia cogit ad ipsius obseruantiã secũdum verum ipsus intellectum, & sensum, qa obligãdo se ad eam obligant se ad verũ intellectũ. quãuis ipsi nõ obligent se ad eam, secundũ verũ intellectũ, & sensum suũ; similiter Iudæi ꝓfessores legis Moysi, q̃uis non obligauerint se ad legẽ Moysi scd'm verũ intellectũ, sed scd'm suũ cogendi tñ sunt: vt videt ad hoc ipsum, & etiã liberi eorũ, ideo &c. Videt etiã, ꝙ omnis paganus posset cogi. Sicut tñ omnis paganus posset puniri à Principe catholico ꝓpter crimẽ. Vnde Saracenus si homicidiũ cõmitteret. Parisius iustè suspẽderetur: ita cũ infidelitas sit maius pctũ, cũ ipse teneatur ad suscipiendũ legem Christi, & fidẽ nõ suscipiẽdo eam peccat. Cùm igit pctũ omissionis sit pctũ pœna dignum, sicut pctũ comissionis: sicut posset ab ecclesia puniri de blasphemia, & de cõtumelia creatoris, sicut quotidie puniunt Iudæi, vt discant non blasphemare: sic possunt oẽs infideles puniri: qa nõ recipiunt nec fidẽ, nec sacra ecclesiæ, vt sic indirectè eam suscipiant. Et quia ritus Iudæorũ est idololatria: hoc saltẽ, vt videtur, punire põt ecclesia. 29 Sed licet ista videant esse secundũ rationẽ: aliter tñ est scd'm diuinã prohibitionẽ. A sanctis eñ traditũ habemus, ꝙ non est voluntas Dei, vt occidant, ps. Ne occidas eos, neq; obliuiscant populi mei, vt s. maneat memoria mortis Christi. Item scd'm prophetias prædicatione Enoch, & Heliæ sunt conuertẽdi: vnde vq; cùm vult Deus eos in sua ætate tolerari. Si autẽ vel ipsi, vel eorũ filij, ipsis inuitis, baptizarentur, tunc nullo tẽpore Enoch, & Heliæ inuenirentur, nec per cõsequens ꝓphetię verificarent. Similiter idem videt de aliis infidelibus: qa ab apostolis traditum habemus, vt ad fidẽ nemo inuitus trahatur, vel cogatur. sicut patet, qđ beatus Iacobus dicit hæc Hermogeni, & Fileto. Et apostolus dicit 1. Quid ad nos de his, q̃ foris sunt iudicare? Vnde nõ homines armatos, fortes, & patientes, sed infirma, & contẽptibilia mũdi elegit Deus, vt gladio oris nõ materiali homines cõuertat. Vnde de aliis criminibus possunt iustè infideles à fidelibus puniri: qa Deus non prohibuit, & ratio naturalis dictat: de crimine autẽ infidelitatis nihil Vnde sicut mulier si ordinetur, non solũ peccat, sed etiã nihil recipit: qa Deus ordinauit, ꝙ vir, & nõ mulier ordinet. sic Deus ordinauit, ꝙ adultus voles, & paruulus voluntate parentũ baptizetur. Vnde aliter nihil agit. Vnde sicut brutũ non est capax baptismi, sic nec puer sine voluntate parentum. Sed istud exemplũ nihil valet: qa ex quo homo est susceptiuus baptismi est: sed præter hoc ad essentiã baptismi requiritur intẽtio sua, vel illius: ideo nõ est propriũ exemplum. 30 Sed qđ dicunt, ꝙ decretũ ecclesiæ nihil iuris habet in paruulis non baptizatis: sed in paruulis baptizatorũ, nõ videtur: qa eoipsõ ꝙ homo cõmittit crimen hæresis, cuius cognitio pertinet ad ecclesiam: ecclesia habet aliquid iuris in eo, & fit de foro ecclesiæ. Cùm igit pctũ originale solo iudicio ecclesię possit purgari. s. sacro baptismi, qđ est ecclesiæ solius. ergo eoipsõ ꝙ habet originale: habet in eo aliquid ecclesia, imo cũ nihil possit solui, aut ligari, nisi à superiore, nisi esset ecclesiæ subditus, non posset ecclesia per aliquod sacr̃m ei exhibitũ ipsum soluere à culpa, nec à pœna. Sed ad hoc diceret, ꝙ adultus se subiicit: paruulus autẽ se subdere non põt. Vnde oportet, ꝙ parens eum subdat: cui natura eũ subiicit, & ꝓcuratorẽ fecit. Si dicat, ꝙ illud crimen non cõtraxit in terra ecclesiæ, qñ non est natus de vẽtre fideli, nec de patre fideli, non videt valere, qa dictum est Petro: Quodcũq; solueris sup terram &c. Vnde mundus totus est ei ꝑ nauicula. Ita enim habuit sedẽ in Anthiochia, sicut in Roma: & vbicũq; vult potest esse sedes sua etiam in Babylonia. Vnde cũ habeat plenitudinẽ potestatis in omni terra, & in oñi homine eã habet, & si nec parẽtes, nec ipsi se subiiciant: Deus tñ subiicit sibi oẽm hominẽ: vnde nõ hoc facit defectus iuris, sed ꝓhibitiõ superioris. vnde & de aliis criminibus punit infideles, sed de isto non, qa Deus ꝓhibet: cui coacta seruitia non placent. Et sic ecclesia potest de his, q̃ foris sunt iudicare: sicut potest arcere infideles à cõmunione fideliũ propter pctũ in moribus non ꝓpter pctũ in fide, qđ est in eorum ritu. 31 Et si arguatur contra ea, quæ dicta sunt, ꝙ magis est occurrendũ periculo mortis æternæ, q̃ tẽporalis, sed puero existẽti in periculo mortis tẽporalis subueniendũ est cõtra voluntatẽ parentũ: etiã si ex malitia vellent oppositũ. ergo multò magis subueniendum est pueris infideliũ contra periculũ mortis æternæ: etiã inuitis parẽtibus. Respõdet & benè, ꝙ nulli subueniendũ est in periculo corporali cõtra ordinem iuris ciuilis. Vnde si quis à suo iudice ritè condẽnet ad mortem non est per violentiã diripiẽdus. Et similiter cõtra ordinẽ iuris naturalis, & diuini: quo filius est sub cura parentũ: non est eripiẽdus, vt liberet à periculo mortis æternæ. Non enim sunt faciẽda mala, vt eueniant bona. Hoc autẽ fieret, si filius infidelis parẽtibus auferret: quorum curæ subest quantũ est de iure naturali, & diuino: qa sicut non esset auferẽda aqua ꝓpria alicui, eo inuito, ad puerũ baptizandũ, si nollet eam dare gratis: nec pro pecunia: qa esset cõtra iustitiã, sic nec puer auferẽdus est patri ꝓpter baptismũ. Nec obstat, si licet auferre pãnem ꝓpter necessitatẽ ꝓximi releuandã extremã, vel aquam ꝓpter sitim: qa aqua, & panis sunt ad hoc ex sua natura, vt succurrant corpori, sed ad subueniendũ animæ: non nisi ex positiua institutione: sicut ꝓpter mortẽ licet recipere eleemosynam ab excõmunicato, non tñ ei loqui, tur ad missam eum recipere si aliter mortẽ intẽptet. extrà de his, q̃ vi, vel mẽtu. c. sacris. qa cibus est de se, & per se in remediũ contra mortẽ, & similiter põtus, nõ sic autem loquela, vel missa, sicut non licuit Susannæ adulterari, vt morte euaderet: imò si medici dicerẽt, & verũ esset: nisi infirmus fornicationẽ fecerit, moriet. nullo modo fornicari liceret. Sed nec cõtrahere liceret religioso, vel võto obligato ꝓpter tale periculũ. Sed propter tale periculũ cõtrahere liceret nõ obligato ad continẽtiam. Sed de aqua videret, ꝙ posset auferri ꝓpter puerũ baptizandum: qa & si vsus eius non fit per se ad lauandũ animam: est

Au. ecclesia inuito patre noluit baptizare.

Infãtes Iudæorum magis possunt baptizari in uitis parẽtibus, q̃ in fidelium.

Solutio instan.

Spãlis rõ quare Iudeorũ filij inuitis parẽtibꝰ non sunt baptizandi.

Ratio generalis, ꝙ nullus cogẽdus est ad fidem

Petrus plenitudinẽ potestatis habet in omni terra quia Deus subiecit sibi oẽm hominem.

Soluũtur cauillationes rationũ, quę supra circa scd'm opinionem obiicebantur

Medicus si veraciter cõsuleret ꝓ formicationem mortem euadendã nõ licereet acquie

mam: est tamen ad lauandũ corpus, & lotione etiam corporis indiget pro corporis salute in resurrectione. Vnde sicut si vita pueri sine balneo nõ posset seruari, propter hoc posset aqua auferri: ita videt, & hîc. Sed non est simile: qa lotio corporis de natura sua est materia balnei: nõ sic autẽ est causa resurrectionis: nisi ex diuina institutione. 32 Si verò secũdò cõtra dicta arguat: qa quilibet homo magis est Dei: à quo habet animã, q̃ patris, à quo habet corpus, non igitur, videt iniustum, si pueri in fidelibus auferant & Deo per baptismũ consecrent. Respondetur, & benè, qa homo ordinat in Deum per rationem, per quam põt Deum cognoscere. Et ideo puer antẽq̃ habeat vsum rationis, ordinat in Deum per rationẽ parentũ: quorum curę naturaliter subiacet: ꝓpter quod secundũ eorum dispositionẽ sunt circa eum agenda diuina. Vnde si puer parẽtes nõ habeat, vel nõ comparẽt: quicunq; vult loco parẽtis ei fit: & sicut in nutriẽdo sic in baptizãdo, & sufficit, ꝙ nõ apparcat volũtas parentũ cõtraria. Et siquidẽ pater, & mater Iudæi mortui essent, sicut aliquãdo pr̃ morit relicta vxore ꝓgnante, quæ etiã morit in partu, vel moriũtur, anteq̃ puer habeat vsum rationis: tunc ꝓpinquiora de genere sunt tutores legitimi loco parentũ: Vnde non deberet, nec posset baptizari ipsis inuitis, sicut nec parentibus inuitis. Sed si nõ apparent, nec parẽtes, nec ꝓpinqui: tunc loco parentũ succedit, quicunq; vult. Et ideo quicũq; vellet, posset eum tunc baptismo offerre, quia naturalis ratio dictat: vt cui parens deficit alius parẽs sit, sicut vna auis alios pullos nutrit qñ mater deficit 33 Ex his omnibus colligit: quia sicut parẽtes non possunt cogi ad ea, quæ sunt puræ fidei, supra legẽ naturæ, & si coacti non cõsentientes recipiant, nihil est factũ: licet ad ea, q̃ sunt legis naturæ, possit cogi, sic filij cõtra corũ voluntatẽ in his, quæ sunt legis naturæ, possunt coerceri, vt. s. eis nõ subiician tur. Sed in his, q̃ sunt purè iuris diuini, & voluntatẽ veram requirũt, vel interpretatiuã, non debet fieri, nec factum valet. Sed quicunq; parentũ consentit cuiuscunq; ætatis paruulus existat in fauorẽ fidei, videret baptizandus: qa de patre expressum est de conuersione infidelis. c. ex literis. de matre: videtur contrariũ de facto in Au. Sed sicut secũdũ leges, qñ pater egit ad diuortiũ, & est timor, ne machinet in prolẽ odio alterius, penes matrem debet potius educari: sic hîc debet matri dari. Vnde qa ille, qui nõ vult cõuerti, dat causam diuortij. ideo apud conuersum debet educari, siue sit pater, siue mater, siue maior triennio, siue minor. Ar. C. de diuortiis. auth. si mater. qa pupillus nõ debet educari apud illas ꝑsonas. quæ ipsius pudicitiæ possunt insidiari. ff. vbi pupillus educari debeat. l. vlt. Sicut matrimoniũ in dicto. c.

Finaliter tenet do. ꝙ tales paruuli non reciunt aliqd qđ dubium est in via. S. T. vt dicitur hîc capriolꝰ imò cõ. s. T. vt tenet Antoniꝰ. 3. parte. t. 14. c. 13

QVAESTIO QVINTA.

De *fictè accedentibus ad baptismum.*

Thom. 3. q. 69. art. 10.

2. articulus.

VINTO Queritur de fictè accedentibus, vtrũ baptismus, cessante fictione, habeat effectum suum. Et videt, ꝙ non, qa sacramẽtũ eucharistię, nisi statim habeat effectũ suũ. 2 CONTRA de consecra. dist. 4. tunc valere incipit baptismꝰ &c. 3 RESPONDEO. Circa istam quæstionem: primò videndũ est quis sit fictus. Vbi sciendũ est, ꝙ quatuor modis contingit fictio. Dicitur enim fictus, qui non credit, qui indeuotus accedit, qui aliter celebrat. i. cõtra prohibitionẽ ecclesiæ suscipit puta ab excõmunicato, vel cõtra communẽ ritum ecclesiæ: quod in omni sacramento est obseruandũ: ne aliter celebretur, & fictio incurratur: & fructus perdatur: item qui contẽnit, sicut qui ridẽdo accedit. Vnde beatꝰ Donstannus Cantuariensis filiũ Regis, qui risit in baptismo, prædixit futurũ malum: sicut & fuit. Sufficientia autem istorum modorũ sic sumit secundũ Tho. qa ad hoc, ꝙ aliquid percipiat effectũ alicui⁹ agẽtis, oportet, & fit in debita dispositione, & ad causam agentẽ, & ad effectũ percipiendũ. Et ideo indispositio volũtatis, quæ effectũ vltimum baptismi impedit est duplex, vna secundũ ordinem ad ipsum sacramentũ: alia secundũ ordinẽ ad effectum sacramẽti: ad ipsum autẽ sacramentũ voluntas est indisposita dupliciter: vno modo per subtractionem nẽcessarij: alio modo per positionẽ contrarij. Quia aut omnis actio est quodãmodo per contactum: ideo oportet, ꝙ recipiens sacramentũ aliquo modo cõtingat ipsum. Per intellectũ autẽ contactũ facit fides, per affectũ deuotio. Et ideo indispositus reputat, & qui nõ credit, & qui indeuotus accedit. Similiter duplex est contrariũ, quod subtrahi oportet. Vnũ est ex parte eorũ, quæ exterius aguntur. Et sic qui aliter sacramentũ celebrat indispositus reputat. Aliud est ex parte virtutis intrinsecæ, quæ secretius operat salutẽ. Et sic indispositus reputatur, qui contẽnit. Similiter respectu effectus oportet, ꝙ homo disponatur, & per habitũ necessariũ, & sic est fides, quæ purificat secundũ illud fide purificans corda &c. & ꝙ remoueat contrarium. s. pctũ, & hoc per cõtritionẽ. Et ideo ex parte hac scd'm Ambr. Non sunt necessaria, nisi fides, & contritio. Contritio autẽ includitur in deuotione.

4 SECVNDO videndũ est de impedimento fictionis: vbi est intelligendum, ꝙ cùm fictus dicatur, qui vnum prætendit exterius, & aliud interius intẽdit. ideo dicit aliquis fictus respectu susceptionis sacri, quia prætendit velle suscipere sacramentũ, & tñ non intẽdit. Item fictus dicitur respectu præparatiõis ad sacramẽtum, qa cum velit suscipere sacr̃m ipso facto ostendit se dispositum, & paratũ: & tñ non est cùm sit in ꝓposito peccãdi. Fictus primo modo nihil suscipit, cuius ratio est: qa sicut ad sacr̃m requiritur intẽtio ministri ad conferendũ: sic requirit intẽtio suscipiẽtis ipsum: vel ꝓpria si est adultus, vel aliena, si est paruulus: sed deficiẽte intẽtione ministri cõferẽtis: nullũ est sacr̃m, vt infrà patebit. ergo deficiente intẽtione suscipiẽtis, nullũ est sacr̃m. Recedente ergo fictiõe nullus effectus sequit, qa nihil fuit prius factum. Talis ergo indiget baptizari: qa nunq̃ fuit baptizatus, qđ verum est, si constaret. Sed in foro exteriori non creditur volẽti secundo baptizari. Nec parcitur ab erregularitate secũdo baptizato: nec à morte Iudæo bis baptizato: si diceret prima vice se nõ fuisse baptizatum ꝓpter defectũ intentionis. & ideo voluisse iterũ baptizari. Sed vtrũ per solum pctũ veniale posit esse homo fictus, certum est, ꝙ sic respectu aliorũ sacrorum: sicut in cõicando, risus, iocus, & vagatio mẽtis faciunt hominẽ fictum & per cõsequens auferunt effectũ: nisi quis dicat id, quod aliàs esset veniale ꝓpter irreuerentiã ad sacr̃m fieri mortale. 5 TERTIO videndũ est de hoc quod quærit. Vbi sciendũ est, ꝙ oẽs dicunt, ꝙ baptismus habet suum effectũ fictione recedẽte. Sed de modo sunt tres opi. 6 Prima Tho. qui dicit, ꝙ recedẽte fictione, baptismus in isto habet totum suum effectũ: qa fictus secũdo modo cũ recipiat baptismũ, recipit characterem. Character autem quantũ est de se: est dispositio necessaria ad gratiã: nisi superueniat impedimentũ prohibens eam, &

Pctũ veniale reddit hominẽ fictum circa eucharistiam.

1. opi. q̃ est S. T. hîc. q. 3 ar. 2. q. 3. & 3. part. q. 69 art. 10.

eam,& illud est fictio in illo, qui ficte accedit. Tunc ex hoc sic arguit. Remota causa, remouet effect⁹: sed causa, quare ad baptismalē characterē non semper sequit gratia cū sit dispositio necessitatis ad eam: est fictio suscipientis baptismū. ergo ea recedēte baptismus habet totū effectū suum. 7 Sed circa istā opi. est duplex dubium secundū quosdā: vnum de cōclusione, alterum de ratione probāte conclusionē: conclusio autē videt in se dubia: qa effectus in actu requirit causam in actu: vt dicitur. 2. Phy. sed in eo, qui prius fictè recipit baptismū,& postmodū recedit fictio, non suscipit actu baptismus. ergo non potest esse actu in eo aliquis effectus baptismi.

Durādus hic. q. 4.

8 Cōtra rationē positionis potest tripliciter argui. Primò sic: dispositio necessitatis ad formā nunquam potest stare cū opposito formæ: quicqd sit de dispositione necessitatis ad motū: sicut dispositio necessitatis ad formam ignis: non pōt stare cū forma aquæ: sed character potest stare cū opposito grāe. ergo character nō est dispositio necessitatis ad gratiā. Secundò, qa illud, per quod homo disponitur ad aliquid simpliciter, & nō ad benè, non est dispositio necessitatis ad gratiā: qa quod simpliciter dicitur,& absolutè indifferēs est ad benè, vel malè gratia autē determinat ad id, quod est benè: sed character disponit ad aliquid agendū simpliciter, & non secūdum determinationē ad benè ergo &c. Tertiò, qa illud non est dispositio necessitatis ad gratiā, sine quo datur gratia,& cū quo non datur: sed sine charactere datur grā, vt in baptismo flaminis, & cū charactere qnq, nō datur, vt in fictè accedētibus. ergo &c. 9 Alia opinio est qꝓ recedēte fictione ab eo, qui ficte baptismū recipit: sequitur remissio peccatorū: quę per baptismū receptū in fictione facta nō fuit non quidē virtute baptismi præcedentis: sed ꝓpter cordis cōtritionē,& humilitatē mentis quā habet cū cōtritione cordis. Et istius sentētiæ est Io. in apparatu,& alij iuristæ sup. c. de cōse. dist. 4. tunc valere. 10 Sed ista glo. corrūpit textū, qa textus capituli dicit, ꝓ incipit valere baptism⁹: qñ fictio recedit. glo. dicit, ꝓ remissio peccatorū non est ꝓpter baptismū, sed ꝓpter cordis contritionē. Ex quo sequit, ꝓ recedēte fictione, non est ibi valor baptismi: sed solū cōtritionis. Non ergo tunc incipit valere baptismus: vt dicit textus. Item non cōcordat ei, quod tenet ecclesia de remissione peccatorū per baptismū: qa per baptismū tollitur oīs culpa, saltem mortalis: & omnis pœna. Si igitur fiat remissio solū ratione cōtricionis peccata cōmissa ante baptismū non delerētur quo ad pœnā, cuius cōtrariū communiter docet ecclesia. 11 Tertia opinio est quorundā modernorū dicentium ducipliciter: Primò enim dixerunt sic, ꝓ si in sacris est subiectiuè aliqua virtus spiritualis agens ad effectū baptismi: tunc nō apparet qualiter recedēte fictione: baptismus prius receptus posit de nouo habere aliquē effectum: quia virtus illa agit ex necessitate naturæ, nec agere pōt nisi dum est: sed talis virtus non est nisi in actuali exhibitione: trāsit enim,& non ꝓmanet, vt dictū fuit suprà dist. 1. ergo nihil potest nisi in actuali exhibitione. Et in hoc sensu rectè ꝓcedit: ratio suprapositā cōtra primā positionē. Nec valet, si dicatur, ꝓ licet baptismus transeat, ꝓ tñ manet character: ad quē necessariò sequitur gratia. Ostensum est enim, ꝓ character non est dispositio necessitatis ad gratiā: si aliqua virtus inhærens sit in sacris. Si autē in sacris nō sit aliqua virtus inhærens: sed solū virtus diuina assistens per modū diuinæ pactionis,& ordinationis: tunc potest ꝓbabiliter sustineri, ꝓ recedēte fictione baptism⁹ prius receptus habeat suum effectū: qa pactio, & ordinatio diuina pōt esse de effectu sacri, vel qñ actu suscipit,& suscipiens nō ponit impedimentū, vel obicem: vel postq̄ receptum est ammoto impedimento: siquidē fuit in recipiendo: sicut dicimus de Merello, mediante quo datur eleemosyna. Non eñ statim eleemosina reciditur: cū Merellus ostenditur: sed vel tunc, vel pòst secundū beneplacitū ordinatoris. Et ꝓpter hoc in sacris, in quibus quis potest ponere obicē,& in quibus grā est principalis effectus sacri: vtpote qa per se ordinant ad deletionē culpę: vt baptismus,& pœnitentia videtur habere locū hoc pacto dilatoria: vt sicut ponit, ꝓ baptismus habet suum effectum recedente fictione, sic etiā ponitur de pœnitentia informi. Postea autē isti idē correxerunt hoc: dicētes ꝓ idem potest sustineri si virtus inhærens sit in sacris: qa ista virtus nō excludit pactionē, & ordinationē diuinā sed includit. Non enim res sacramētales de se habēt talem virtutē: sed ex diuina ordinatione, ac ratione, quia cùm Deus nō deficiat in necessariis quotiēscunq; cōfert per sacrm potestatē, cuius actus non potest exerceri sine gratia cōfert cū ea & gratiā: & si nō tunc ꝓpter fictionē susciptiētis: tñ recedēte fictione, vt sacrm sit plenū. Cùm igitur character sit potestas ad actum: qui non pōt conuenienter impleri sine gratia ex ordinatione diuina est vt ad characterē sequitur grā infallibiliter, vel tūc si desit fictio, vel postea fictione recedente. Et hoc modo dicitur valere baptismus quo ad characterē impressum: qa ex ordinatione diuina sequit gratia recedēte fictione sicut à pricipio fuisset si fictio nō affuisset. 12 His tribus opi. positis teneo primā. s. fratris Tho. tanq̄ verio rem: addendo ad cōfirmationem, ꝓ in sacris imprimentibus characterē est specialis necessitas, ꝓ sortiantur effectum suum recedēte fictione: qa aliàs nō posset eorum effectus haberi, qa non possunt iterari. Sed si aliquis cōmunicādo, confitēdo, & hmōi faciēdo nō habuerit effectum: potest iterum cōicare,& confiteri,& habere interādo, quod prius nō habuit. Sic autē non est de istis. ideo &c. 13 Respondēdo igitur, primò, ad rationē factam cōtra opi. cùm dicit: effectus in actu requirit causam in actu. Dicendū, ꝓ sicut pater relinquit in vtero matris illud virtute, cuius eo mortuo generatur posthumus: qa pater est causa prolis nō immediatè, sed mediante dispositione: cuius est causa in fieri,& non in esse: vnde ipso nō existēte virtus formatiua operat: sic in regene ratiōe spūali per baptismū: sicut per causam in fieri producitur character, qui recedēte fictione est dispositio ad gratiā. Et ideo maior ꝓpositio intelligenda est de causa in esse,& effectu immediato: non de causa in fieri. Vnde causa in actu gratiæ efficiens est Deus: dispōnēs autem character, vel ornatus. 14 Non valent etiā rationes cōtra rationē positionis. Vnde ad primā dicendum, cùm dicit,& dispositio necessitatis nō stat cum opposito formæ: quod verum est de dispositione, quæ est necessitas simplex: non autē de illa, quę est necessitas ex suppositione: sicut dyaphanеitas est dispositio ad illuminationem, non simpliciter, sed suppositō, ꝓ nō sit interpositū aliquod corpus opacū in medio, & talis dispositio benè stat cum corpore opaco. Et tñ illo remoto est dispositio necessaria: suppositō, ꝓ corpus luminosum sit præsens: cōsimiliter character est dispositio necessaria ad lucem gratiæ Deo semper præsente: suppositō, ꝓ pctm̄ mortale non diuidat inter Deum, & hominē. Sed sicut diaphanum potest habere corpus medium, quo stante nō illuminatur,& quo remoto statim illuminabit: sic character stat cum peccato mortali, quo stāte, non infunditur lux gratiæ. Sublata autē vmbra mortalis culpæ: statim infundit lux gratiæ. 15 Vel pōt dici, ꝓ character nō est dispositio necessitās, nec ex parte agētis, qa Deus non necessitat, nec ex parte patientis, quia liberum arbitrium nō cogit: sicut generatio hominis est dispositio ex parte

1. opinio iuristarum.

Glo. apparatus corrūpit textum: ideo improbatur.

3 opinio modernorū

Durādus.

Retractatio.

Opinio beati Tho. tanq̄ verior sustinetur.

Soluunt rationes. Durandus.

parte materiæ: dispositio inquā necessitans materiā ad receptionē animæ: sed est dispositio necessitās respectu eius, ad qd' disponit, suppositā ordinatione diuina,& remoto ꝓhibente ex parte hominis, qa istis positis necessario sequit gratiæ infusio, sicut organizatio fœtus est dispositio necessitans ad infusionē animæ, nisi sit indispositio ex ordinatione diuina. 16 Ad secundā potest dici, ꝓ nihil prohibet aliquid de se esse indeterminatum,& per aliqd superueniēs determinari. Sicut potētia est indeterminata ad benè,& malè cōcupiscēdū: sed per habitū superuenientē determinat ad alterū. Et similiter character de se est indeterminatus ad benè, & malè, sed per gratiā determinat ad benè. 17 Sed ista solutio parū valet, qa tunc nō esset dispositio ad gratiā plusquā oppositū, sicut nec potentia plus ad habitū bonū, q̄ admalū. 18 Ideo dicēdū, ꝓ character per se quidem est dispositio ad gratiā, suppositā carētia pctī mortalis,& sic determinat ad benè. Sed qa potest stare cū opposito gratiæ, ex hoc est, ꝓ indifferēter se habet ad benè & malè, sicut dyaphanеitas est dispositio necessitatis ad lucē. Sed inquantū potest cōiungi opaco medio indifferens est ad lucē, & tenebrā. 19 Vel dicendū est per interruptionē, qa gratuitas est dispositio ad esse deorsum,& ad motu deorsum, & tū potest esse, vel sursum præter naturā, vel deorsum per naturā, nec ꝓpter hoc est per se indifferēs ad vtrunq;, sicut superficies ad albū, & ad nigrū. Si dicat, ꝓ aliud est de dispositione ad motum & aliud de dispositione ad formā, non valet, qa contrarietas in motibus, & formis æqualiter respicit causam suam. Videmus eñ, ꝓ forma aquæ, quæ est per se determinata dispositio ad frigiditatē potest stare cum calore. Sed hoc est præter suam naturā. Sic & character per se quidem dispōnit ad gratiā, sed per accidēs stat cū opposito. 20 Ad tertiū dicendū, ꝓ triplex est dispositio necessitatis: vna, sine qua nō est id, ad qd' dispōnit, siue sit illa posita, siue non, sicut quantitas est dispositio necessaria ad triangulū,& albedinē, qua sublata, non potest esse hoc vel illud. Vnde est necessaria ad hoc, ꝓ sint, sed tñ posita superficie, non ꝓpter hoc illa ponunt, sed fortè eorū oppositа. Et talis dispositio ad gratiā non est character: cū nō sit immediatū subiectū gratię, & cū gratia sit in Christo,& in angelis, & in multis viris sanctis, & cathecumenis, etiā veteris testamenti, in quibus nullus character est. Nan talis dispositio ad gratiā non est, nisi substātiæ intellectualis, q̄ sola est susceptiua gratiæ, & suæ priuationis. Secundo dicit econuerso, dispositio necessaria nō sine qua esse nō posit illud, ad quod dispōnit, sed qua posita, necessario ponit illud, ad quod dispōnit, & hoc dupliciter, vel simpliciter, sicut alteratio cōpleta est dispositio necessaria ad generationē, & corruptionem, sine qua Deus posset generare,& corrūpere, sed illa posita necessario sequit generatio, & corruptio, vel ex suppositiōe, sicut dyaphanеitas respectu lucis, vt dictū est. Tertio modo dicit dispositio necessaria vtroque modo, sicut est subiectū respectu propriæ passionis, quæ inest soli, omni, & semper, qa illo posito necessario ponit ꝓpria passio,& illo sublato corrūpitur. Character autem incidit in secūdum membrū secundi modi, quia est dispositio, sicut dyaphanеitas, vt dictum est.

21 Vel dicendū, ꝓ duplex est dispositio ad gratiā vna per se, vt motus liberi arbitrij in Deum,& hanc supplet character, alia motus in pctm̄, si habet pctm̄,& hanc non supplet. Vnde in paruulis sufficit character,& in amentibus,& dormiētibus, licet nunq̄ habuerint pœnitentian de peccatis, quia tunc habere nō possunt.

22 Secūda opinio iuristarum, sicut benè reprobata est suprà, non valet. 23 Nec valet si dicatur, ꝓ opus mortuū non viuū, nec viuificatū, non potest vnq̄ habere effectū. Vnde cū omne opus factū in mortali sit huiusmodi, nunq̄ igitur poterit per pœnitentiā aliquā viuificari, neq; habere effectū viui. Vnde cū fictio, q̄ excludit effectū baptismi, sit pctm̄ mortale: videt, ꝓ per nullam pœnitentiā posit baptismus in mortali susceptus viuificari ad hoc, ꝓ habeat effectū vitæ, Et si dicat, ꝓ fictio qnq; est pctm̄ veniale, per quātū impedit effectus sacramēti: adhuc videt idem, qa eleemosyna, vel aliud bonū opus ꝓpter vanā gloriā factū, qnq; sunt pcta venialia: nec tū propter pœnitentiā sequentē possunt sic viuificari: ꝓ valeāt ad meritū aureæ, vel aureolæ. Et ideo dicendū, ꝓ secus est de operibus, quæ habēt effectū ꝓ modum meriti: de quib⁹ arguit,& secus de his, quæ ꝓ modū sacri, & operis operati, cuiusmodi sunt sacra: qa ad merendū suspōnit gratia: ad sacrm autem non. Et ideo per nullā pœnitentiā fieri pōt, vt baptismus, qué fictè suscepit, valeat sibi ꝓ modum meriti: qa opus mortuū nunq̄ erit meritoriū: sed ꝓ modū sarramēti sic, qa vt sacrm nō fuit opus mortuū, sed viuū, qa causauit characterē. ideo &c. Sic igit ista opinio nō valet in se: qa licet sine remotione fictionis nihil remoueat: tū cum fictio remoueat per solā attritionē sine cōtritione: si remota fictione baptismus debet habere effectū. ergo habebit sine cōtritione. Quod autē per solā attritionē fictio tollatur, appareat qa vnum quodq; tollitur per positionē sui contrarij: qa cōtraria nō sunt simul. Vnde cū fictio non sit aliquid, q̄ non pœnitere de peccatis, vel indeuotè accedere, vel huiusmodi, quæ omnia cōtrariant ei, qd' est displicere ista, & non placere: qd' tū potest esse per dolorē imperfectū, qui non est cōtritio. ideo &c. 24 Sed si hmōi fictio fuerit mortalis: tunc dicūt quidā, ꝓ præterita pcta tollūtur per baptismū: sequētia autē per contritionem. Sed hoc non videt valere: quia impossibile est, ꝓ vnum mortale remittat sine alio quo ad culpā. ergo per quodcunq, remittit culpa vnius mortalis,& alia. Dicere ergo ꝓ pcta præterita, recedēte fictione, remittunt per vnum sacrm,& non alia,& alia per aliud sacrm, & nō illa: videtur absurdum. Sed de pœna hoc benè dici potest. Sed ipsi ꝓpter hoc dicunt vnu remitti sine alio: qa credunt, ꝓ pctm̄ remitti non sit aliud, q̄ ad pœnā non imputari. Hoc igit verū est, ꝓ illud pctm̄ mortale cōmissum post baptismum cōfitendū est: non qa aliter non remittatur. s. per remotionē fictionis ex naturali cōcomittātia: sed ꝓpter præceptū de cōfitendo: ad quod obligatur etiam ille: cui ex maxima cōtritione esset dimissa culpa, & pœna. Pœna autē illius mortalis postea cōmissi cū ipsa nullam necessariā cōnexionē habeat ad remissionē culpæ: nisi ꝓ de æterna mutat in in tēporalē virtute baptismi: nisi aliud sit, non remittit. Sic igit posset dici, ꝓ attritio sufficit, & tunc virtute baptismi etiā fictio mortalis, & mortalia sequentia delent quo ad culpā, & pœnā æternam: quæ habēt cōnectionē: licet aliās mortale baptismum cōmissum: non remitteret sine cōtritione. Sed hoc est per accidēs. Vel pōt dici ecōuerso, ꝓ licet aliās attritio sufficeret: tūc tū mortale adiunctū impedit, ne sufficia. Et tunc ꝓpter vtrunq, sacrm, & præteritū, & futurū remittuntur omnia mortalia, sed differēter: qa per baptismum ꝓcedentia directè: sequentia verò ex naturali concomittātia, ecōtrario autē per pœnitiā in voto, qa de fictione in baptismo habet cōfiteri, non solū de pctis post baptismū, sed de pctis ante baptismū homo habet cōfiteri. 25 Opinio tertia est dubia: deficit eñ primò, quia suppositō, & sacra ex sola pactione Dei: sicut Merellus conferāt gratiā: tunc pactio Dei licet posit esse dilatoria, sicut est de præsenti: tū ipse habet probare, ꝓ sit dilatoria, quòd nón facit. ergo secundū eam nulla via restat, per

Relinquit opinio iuristarum. Mouet dubium.

Durān. in 4. d. 4. q. 4. ad. 1: & Scotus eadē. d. q. 5.

Opinio Durandi examinatur, q̄ deficiens est.

stat per quam baptismus sit fictione recedẽte causa gratiæ,qa in dãte Merellũ non assinat hora dandi prandiũ qñ placebit recipiẽti:sed qñ placebit dãti, vel dare man danti. Vnde si nõ sit paratus recipere, qñ ille vult dare, & dat aliis, postea nõ recipiet. Vnde cũ Deus velit dare tẽpore sacramẽti,& det omnibus dispositis:si tunc nolũt recipere:postea vi pactionis non recipiẽt,nisi aliud dica tur. Et licet sic possit dari Merellus:vt qñ placebit recipienti illum ostẽdere,tunc recipiat sicut danẽ literæ: tñ magis cõsueuerunt dari,q̃ qñ placebit dño, tunc redda tur prandiũ, & qui tunc nõ erit paratus, postea perdat. Posset autẽ quantũ ad hoc sic colorari opinio q̃tum ad id,quod primò dixit: qa litera summi regis data est no bis:Qui crediderit,& baptizatus fuerit &c.& nõ distin guit, qñ credat, vel non, dum tñ in hac vita. Vnde cum non distinguat: dum tñ homo ante mortẽ fuerit bapti zatus, & crediderit fide formata ante mortẽ saluaẽ. Ali ter nisi in fide moriaẽ: prius si potuit baptizari damnaẽ. vnde dicit pactio diuina, q̃ dũmodo aliquis baptizatus in fide,moriaẽ, saluatur:licet hæc nõ concurrãt: sed ista pactio nõ excludit characterẽ,nec virtutẽ:sicut nec ecõ uerso, vt ipsi postea dixerũt, & benè. 26 Sed pro ista opinione videt,qa si in cõtrahendo matrimoniũ vir sit fictus intẽdens decipere,& solũ carnalẽ copulã extor q̃re:nihil est actũ,& nihil est causatũ : & tñ postea ficti one recedẽte est verũ matrimoniũ:ita & hîc,licet nihil sit causatum,nec character,nec aliud. 27 Sed nõ est simile,qa ibi reiteranẽ omnia, quæ sunt de substãtia, qa ibi est nouus cõsensus eius,qui nõ consenserat, & perse uerat cõsensus eius, qui prius cõsenserat, qui si mutatus esset, matrimonium non esset, ad cuius essentiã oportet concurrere mutuũ consensum. Hîc autẽ iam trãsierunt materia,& forma baptismi. 28 Est autẽ cõtra eos illud,quod dicũt in alia materia de satisfactiõe. s.q̃ pœ nitẽtia facta in statu pctĩ mortalis animo satisfaciendi post pœnitẽtia de mortali incipit valere per modũ sacri non per modum meriti,si ex ea est aliquid relictũ: puta macies,vel paupertas,vel aliquid hmõi aliter non. Ita si ex sacro est aliqd derelictũ: puta character: vel ornatus, illo durãte poterit remota fictione, sequi effectus: aliter ex nulla pactione poterit. 29 Itẽ ex nulla pactio ne Dei diceremus,si sacerdos non intẽderet cõsecrare,q̃ postea ipso reintendẽte, & nilhil dicẽte, conficeret cor pus Christi:qa nullus effectus haberet.ergo si per baptis mum ꝓpter fictionẽ nihil fiat ex pactione Dei postea re cedente fictione nihil fiet.Sic igit tenenda est opi.Tho. tanquã verior. 30 Ad argumentũ in oppositũ di cendũ, q̃ non est simile de sacramẽto eucharistiæ,quod consistit in consecratione materiæ,quæ non potest præ stare impedimentum sacramento, & de sacramento pœ nitentiæ,& baptismi: in quibus suscipiens potest impe dimentum præstare. 31 Quod baptismus, aquæ sanctus est à bono,& à malo datus bono,vel malo.

Durã. sibi nõ cohæret hîc.& di. 15 q.2.ad.3.

DISTINCTIO 5 QVAESTIO. 1

CIrca distinctionem quintam quæruntur tria. Primò,antè Christus secundũ quòd homo potuerit di mittere Peccata. Secundò,an malus possit baptizare. Ter tiò, an liceat alicui à malo baptismum recipere.

Vtrum Christus secundum quòd homo potuerit dimittere peccata.

Tho. 3. q. 64. ar. 3. & 4.

D Primum arguitur.& videtur q̃ sic,quia in Matth.legit:Vt au tem sciatis,q̃ filius hominis ha bet potestatẽ in terra dimitten di peccata : tunc ait paralytico &c. 2 CONTRA: qs enim potest peccata dimittere, nisi solus Deus? vt dicit in Luc. 10.&c. 3 RESPONDEO: hîc sunt tria vi denda.Primò, quã potestatẽ habuit Christus. Secundò, quã cõtulit ministris. Tertiò,quam conferre potuit.

In sacris triplex potestas.

4 CIRCA Primũ est sciendũ,q̃ cùm in sacramen tis sit triplex potestas. s. authoritatis,excellẽtiæ, & mini sterij,Christus primã non habuit:secundũ q̃ homo,quia illa est solius Dei,Illam autẽ,quæ est ministerij Christus habuit : qa hæc est cõmunis omnibus ministrãtibus sa cramenta: Christus autẽ venit ministrare, & multa, vel fortè oĩa sacra in ꝓpria persona ministrauit,excepto for tè baptismo. Vnde Io. dicit: Quãuis Iesus non baptiza ret,sed discipuli eius. Potestatẽ autẽ excellẽtiæ Christus præ omnibus aliis habuit: quæ attendit quantũ ad tria. Primò,quantũ ad meritũ:qa ex merito passionis Christi omnia sacramẽta effectũ habent,non autẽ ex merito ali cuius alterius baptizantis. Et ideo nõ est melior baptis mus à meliore datus. Secundò quantũ ad hoc, q̃ Chri stus sine sacramẽto effectũ sacramentorũ conferre pote rat:quasi dñs, & ministrator sacrorum, quod de aliis nõ est verũ. Tertiò,quantũ ad hoc,q̃ ad inuocationẽ nomi nis eius in baptismo in primitiua ecclesia dabat remis sio peccatorũ. Et ideo Christus ꝓpter hanc potestatẽ sa cramenta potuit mutare,& in eis dispẽsare. 5 Se cundò videndũ est, quam potestatẽ ministris cõtulerit. Vbi sciendũ,q̃ cõtulit eis potestatẽ ministeri.i. coopera tionis instrumentalis. Ad quod intelligendũ , notandũ est,q̃ quatuor modis potest vnũ alteri cooperari.

Potestas ex cellẽtię Christi penes qd attenditur.

Potestas ministris collata.

6 Primò,sicut adiuuans ei,cui auxiliũ præbet coo peratur. 7 Secundò,sicut consilium præbens. 8 Tertiò,sicut quo mediante agens,primũ introdu cit suum effectũ , sicut cooperat instrumentũ principali agenti. 9 Quartò, sicut disponẽs materiã ad effe ctum principalis agẽtis suscipiẽdum. Primis ergo duob⁹ modis in nulla actione aliquid Deo cooperet propter perfectã eius potentiã,quæ nullo auxilio indiget,& pro pter perfectã eius sapientiã, quæ nullius cõsilio eget. In Isa. Quis adiuuit Spiritũ Dñi, aut quis cõsiliarius eius fuit ? Sed tertio modo cooperat aliqua creatura Deo in eius actione, non tñ in omnibus. Cũ enim Deus sit pri mum agẽs naturaliũ actionũ:quicquid natura agit:hoc efficit quasi instrumẽtale agens cooperãs primo agenti. Sed quædã sunt, quæ Deus sibi retinuit immediatè illa operans,& in istis creatura Deo non cooperat tertio mo do : sed quarto modo ei potest cooperari , sicut pater in creatione animæ rationalis, quã immediatè Deus ꝓduc it:sed tñ natura disponit materiã ad animæ rationalis receptionẽ. Et qa recreatio animæ creationi ipsius respõ det. ideo emendationẽ eius immediatè ipse operat, sed ad hoc homo cooperat disponẽdo animã,& hoc duplici ter. s. ex opere operãte,sicut docẽdo:siue etiã mœrẽdo,& hoc modo homines Deo cooperãtur in remissione pec catorũ,de quibus dicit. 1.ad Co. 3. Dei adiutores sum⁹, vel ex opere operato, sicut qui conferũt sacramẽta, quæ ad gratiã disponũt,per quã fit remissio peccatorũ. Et hîc est cooperatio ministerij,quæ ministris ecclesiæ cõpetit: de quibus dicit. 1.Co.4.Sic nos existimet homo,vt mini stros Christi &c.Verũ est,q̃ iste vltimus modus coopera tionis ministerij est duplex : qa in quibusdã sacramẽtis requiritur minister specialis, sic, q̃ ab alio nihil ageret. Et ibi

In sacris specialẽ ministrũ requirentibus est virtus inhærẽs ministris in aliis non.

De baptismo,& eius effectu.

Quã potestatẽ Chrus potuit cõferre ministris.

Et ibi minister nõ est solũ, sicut causa,sine qua non: sed est causa per se:sicut qñ artifex mediãte instrumento est causa artificiati:virt⁹ non solũ est in instrumẽto,sed etiã in artifice:qa ars est potẽtia operatiua. Vnde nõ habens artẽ,& habens idẽ instrumentũ nihil inde faceret. Et si militer character sacerdotalis,vel ẽpalis in conficiẽdo,& ordinando,iniungẽdo,& absoluẽdo, est potẽtia operati ua,siue actiua,& nõ solũ est virtus in verbis,& materia, In aliis autẽ sacris, quæ specialẽ ministrũ non requirũt, tota virtus est in verbis,& rebus, nec minister requirit: nisi sicut causa sine q̃ non:sicut ad cõburendũ domum: requiritur adhibẽs ignẽ: quia domus non adhiberet eũ, nec ignis se applicaret domi. Et sic baptizans se habet ad baptizandũ,applicãdo alteri baptismũ,non autẽ sibi vt fecit Iudæus seipsum baptizãs:extra.c.debitũ: qa sem per inter dantẽ,& accipientẽ qd'cunq, sacrm,cui⁹ essẽtia cõsistit in susceptione, debet esse distinctio personalis.Vnde nec papa põt se absoluere:nec se inungere,nec est alia cogẽs ratio: nisi Dei ordinatio, & qa ministrans sacrm est quasi mediator loco Christi inter Deũ,& susci pientes.Idem autẽ non est mediator ꝓ seipso. Potest er go dici,q̃ character sacerdotalis est per se potestas bapti zandi:sed sicut verba, & materia habent virtutẽ in tran situ:sic qñ non sacerdos baptizat,accipit virtutẽ in tran situ.ideo &c. 10 TERTIO videndũ est , quã potestatẽ Christus cõferre potuerit. Vbi sciendũ,q̃ non illam authoritatis potestatẽ:qa dato,q̃ posset cõmunica ri creaturæ,q̃ propria virtute cõferret gratiã, & remitte ret culpam:non tñ,q̃ principaliter.i.sic in virtute sua,q̃ non in virtute alterius: qd' importat authoritatis pote stas.s.q̃ sola sua virtute,& alia circunscripta posset age re:sed'm quẽ modũ nulla virtus creata, aut creabilis ali quid agere põt:qa nec esse,nec agere habet: nisi virtute Dei supposita:quę est alia. Illã autẽ ministerij,& potuit cõferre,& cõtulit: non tñ eam cõtulit omnibus, quibus potuit:qa non mulieribus,& nõ nisi sacerdotibus,quib⁹ hoc solũ cõpetit ex officio,vt infrà patebit. 11 De potestate autẽ excellẽtiæ cõmuniter tenẽt,q̃ eam cõmu nicare hominibus potuit:sed nõ decuit. Ratio primi as signatur: qa quicqd cõmunicatũ est Christo inquantũ homo:potuit cõmunicari puro homini: sed ꝑdicta pote stas fuit cõmunicata Christo inquantũ homo. ergo &c. Minor patet ex dictis,sed maior ꝓbatur:qa Deus potest cõmunicare naturæ humanæ omne id,cuius ipsa est ca pax:sed natura humana est capax omnis perfectionis:q̃ cõmunicata est Christo secundũ naturã humanã : alio quin ei non fuisset cõmunicatũ:si natura non fuisset ca pax. Potuit ergo alicui puro homini secundũ hanc opi. cõicari,q̃ meritum eius baptismo efficaciã tribueret: & q̃ baptismũ instituere t,& q̃ sine baptismo effectũ baptis mi tribueret, & q̃ ad inuocationẽ nominis eius tribue retur baptismus, & per consequens peccatorũ remissio. Sed istud non decuit, & ne seruus in conseruo poneret spẽ salutis,& ne multiplicaret baptismus sed'm multipli cationẽ ministrorũ. 12 Sed in his videt quibusdã esse vnum dubiũ. s. vtrũ puro homini cõmunicari pos sit:vt meritũ eius sacris efficaciã daret. Hoc enim non vi detur possibile:nisi dicat,q̃ pura creatura potuerit ꝓ to to humano genere satisfaceret.Cuius ratio est: qa cũ sa cramẽta sint remediũ sufficiẽs nostræ iustificationis nul lius ꝑsonæ meritũ põt efficaciã tribuere sacramẽtis: nisi quæ potuit satisfacere pro omnibus pctis. Si ergo illud primum potuit cõicari puro homini:videt, q̃ & secun dum:qd' tñ cõmuniter negat. Et ideo, qui vellet tenere cõclusionẽ cõtrariã: posset ꝓbabiliter ad rationẽ factã in contrariũ respõdere:dicẽdo, q̃ non est cõmunicatum Christo, secundũ q̃ homo absolutè:q̃ eius meritũ efficacitatem sacris tribueret, sed sed'm q̃ humanitas eius cõiun cta est deitatiex qua coniunctione cõpetit ei,q̃ eius me ritũ est aliquo modo efficaciæ infinitæ.Et ideo istud nõ potest cõicari alij humanitati: nisi assumeret in vnitatẽ Dei. Et istud dictũ satis rationabile videtur:qa aliquo rum est capax humana natura cõiuncta diuinitati:quo rum non est capax seꝑarata:sicut calor coniũctus animę aliquid facit, qd' facere non potest ab anima seꝑatus. Et hoc maximè videt de his,quæ in quadã relatione cõ sistunt. Si enim mors illius q̃uis non fuerit, nisi secun dum humanitatẽ pro tãto fuit infiniti meriti, & satisfa ctionis:qa fuit infiniti suppositi, hoc nulli alij ꝑstari po test, cui vnio non præstat.Et qñ dicit,q̃ cõmunicatũ est ei,secundũ q̃ homo est alteri cõmunicabile,verũ est pro ut,ly,sed'm reduplicat naturã absoluete,nõ prout redu plicat eam,prout est cõiuncta Deo. Vnde, & si creatura potuit satisfacere ꝓ tota humana natura ex diuina acce ptione,non tñ ex condigna iustitiæ æqualitate, nisi na tura esset suppositi infiniti,vel potuit cõmunicari, q̃ ha beret efficaciã ex eius merito,quo ad vnũ,vel duos,non quo ad oẽs,vel infinitos. 13 Vel dicendũ,q̃ licet de merito cõdigni sine authoritate meriti infiniti potue rit sibi aliquis mœreri vitã beatã, sicut qlibet angelus, cuiuis meritũ non habuit efficaciã à passione Christi tñ mœreri alteri vitã beatã de cõdigno,non põt esse ni si ꝓ meritũ infinitũ,qd' est solius hominis Dei: ita q̃ nõ solũ oĩa sacra,quo ad oẽs,nõ potuerũt habere efficaciam ex merito hoĩs puri,sed nec quantùm ad vnum solum. 14 Potẽtia verò creãdi vtrũ puræ creaturæ cõicari potuerit,dictũ est in secũdo. 14 Ad argm in cõ trariũ: dicendũ est,q̃ filius hoĩs habuit potestatẽ dimit tendi pctã:inquantũ Deus:qd' manifestabat curatio pa ralytici.ideo tunc ait paralytico &c. sed potestatẽ excel lentiæ,& ministerij habuit inquantũ homo.ideo &c.

Aliquid est cõicatũ aiæ Christi, q̃ nulli creaturæ pri⁹ po terat cõmunicari. Nota.

Alia solutio pulchra.

Ad argu. in cõtrariũ.

Potestas ex cellentiæ potuit cõicare puræ creaturæ.

Heruęus hîc.q.2. & Durand.

Dubium.

Cõtra Durãdũ, & Heruęum.

QVAESTIO SECVNDA.

De malo ministro baptizante.

Thom. 3. q. 64. art. 5.

SECVNDO Quæritur vtrũ mal⁹ minister possit baptizare. Et videt primo, q̃ non: qa non min⁹ requirit in facto minister, q̃ materia, & forma: sed indebita materia,& indebita forma ẽuacuat sacramentum, ergo &c. 2 Secũdò, quia mẽbrũ arid dum non ꝓcipit actionẽ corporis:sed baptizare est actio corporis mystici.ergo minister malus, qui est sicut mem brum aridum hanc actionem non poterit exercere. 3 CONTRA patet per Aug. in litera dicentem. Non timeo adulterũ,nõ ebriosum,non homicidã:qa co lumbã attendo , per quã mihil dicit : Hic est qui baptizat. 4 RESPONDEO, hîc sunt duo viden da. Primò de ministro. Secũdò de bonitate ministri. Quantũ ad primũ sunt tres cõclusiones. 5 Prima q̃ tam ordinatus,q̃ nõ ordinatus, Iudæus, vel paganus, scismaticus, vel nõ baptizatus põt verũ baptismũ cõfere re:qa dicit Aug.q̃ Iudas baptizauit,& Christus baptiza uit per eum,imo oĩs homo,oĩs mulier,oĩs etiã hermofro ditus dũmodo sit homo, baptizare põt: si debitã formã, & debitam materiã adhibeat, & erit verus baptismus,& quo ad sacramentũ,& quo ad rem sacramẽti:sicut baptis mus Petri,vel Pauli. Vnde extrà de sum. Trini. c.1. §.vl. dicitur

dicitur, ꝙ baptismi sacrm in forma eccclesiæ à quocūq; ritè collatū proficit ad salutē. 6 Secūda cōclusio est, ꝙ ex officio solus sacerdos habet baptizare. Propter qd' extra necessitatē nulla mulier, nullus laicus, nullus clericus, nullus archidiaconus, nec diaconus, cardinalis debet baptizare. Quod si fecerit quicūq; vir nō sacerdos extra necessitatē irregularis efficit: extrà de clerico non ordinato minis. c. 1. Nullus etiā sacerdos extra necessitatē debet baptizare nisi parochianū suū, vel nisi de licentia curati: nisi super hoc priuilegiū habeat à superiore: qa sacra à suis presbyteris parochialibus sunt recipiēda: vt dicit. 16. q. 1. Interdicimus. Sed sicut ēps potest, inuito curato, absoluere, & potestatē absoluēdi dare: sic vide tur, ꝙ inuito curato, possit eius parochianū baptizare, & potestatē baptizādi alteri dare. Non tū sequit, & si aliqs habeat potestatē absoluēdi, ꝙ ꝓpter hoc habeat potestatem baptizādi, vel alia sacra ministrādi. Sed verū est, ꝙ baptizās nō subditū, nō fit irregularis, nec etiā suspēsus, sicut ordinās alienū: qa hoc nō est expressum in iure, sicut est de aliis. 7 Tertia conclusio est, ꝙ in casu necessitatis: oīs vir, vel mulier, q̄ scit baptizare, licitè potest baptizare: nisi, ꝙ si plures cōcurrant, minor debet cedere maiori, & extraneus curato, & clericus presbytero: & laicus clerico, & mulier viro: nisi superiores nescirent formā, & inferiores scirent: puta, ꝙ mulier sciret formā baptismi, vbi vir ignoraret: quā nō oēs scire tenentur: nisi quibus incūbit ex officio, vt curatus, vel obstetrix, cui sæpe incumbit. Et non solu hi possunt baptizare in casu necessitatis, sed debēt: qa si nō succurreres morti corporis, cū posses, esses reus mortis: sic multò magis si nō succurras morti animæ: vnde si hoies appetunt diuitias corporales, vt inde faciant eleemosynas, multò magis deberent appetere scientiā, de qua possent facere eleemosynas spūales: q̄ meliores sunt. 8 SECVNDO, videndū est de bonitate, vel malitia ministrorū. Et hic sunt tres cōclusiones. Prima quo ad veritatē sacri. Secunda quo ad rem sacri. Tertia quo ad culpā, & excusationem ministri, 9 Quantū ad primā est sciendum primò, ꝙ differt esse bonū bonitate moris: q̄ est bonitas simpliciter: de qua cōiter homines loquuntur, & esse bonum artificē, quæ est bonitas sc̄d'm quid, & cū additione. Aliquis em̄ est bonus faber, q non est bonus simpliciter. Et ecōuerso alius est bonus simpliciter, q non est bonus faber, sed malus: hæ enim duæ bonitates se habent ꝑ accidēs adinuicē: ita, ꝙ non licet in his ex diuisis inferre coniunctū, vel ex coniūctis diuisum. Vnde si dicas iste est bonus, & est faber. ergo est bonus faber, nō sequitur, imò est fallacia accidētis. Sic est de bonitate hīs inquantū est minister, & de bonitate eius simpliciter.

Diaconus cardinalis extra necessitatē non potest baptizare.

Ēps inuito curato pōt absoluere, sicut baptizare.

Oīs hō in extrema necessitate potest baptisare: licet formam baptismi non oīs scire tenent.

A malo in quātum est malus minister nullum verū sacrm cōfertur: tm̄ stat, ꝙ benè à ministro simpliciter malo. Nota.

10 Dicendū est, igit, ꝙ à malo ministro, si est malus inquātū minister: nullū verum sacrm pōt cōferri. Sed à malo simpliciter cōtingit verū sacrm cōferri: sicut à bono: primū probat sic. Nullus est malus minister, nisi sit defectuosus in aliquo particulari ad suū ministeriū pertinente: sed defectus eorū, q̄ pertinēt ad sacrm euacuat sacrm. ergo &c. Maior patet, qa cùm malū sit priuatio alicuius rei debitæ: nō pōt esse malus minister, cui non deficit aliquid ꝑtinens ad ministeriū suum. Minor probatur, qa ad ministeriū cuiuscūq; artificij nō concurrūt ex parte ministri i generali, nisi tria. s. scire, velle, siue intendere, & posse. ergo nō est malus minister, nisi qui in his est defectuosus. Sed quocunq; istorū defficiēte nullū est sacrm, vt qui nescit, nec intēdit: nec pōt ꝓferre verba non pōt cōferre sacrm. ergo &c. Et hoc intelligendū est, qñ est malus in isto gñe simpliciter: qa si secundū qd, vt si nescit ita bñ ꝓferre, sicut clericus, vel quia non exper tus, vel blesus, vel linguæ Latinæ ignarus: sicut dicitur de cōse. di. 4. c. pe. qui baptizat in noīe patria &c. nihilo minus esset verū sacrm: qa defectus secundū quid non aufert effectū simpliciter. Licet aūt in ministro respectu sacri baptismi nō requirat: vt dictū est, nisi velle, scire, & posse facti, tū respectu aliorū sacrorum requirit scire, vel le, & posse, nō solu facti, imò etiā iuris: sicut ad cōficiendum, vel ordinandū: non solū sufficit, ꝙ sciat, & velit, & posit verba ꝓferre: sed ꝙ receperit illa, quæ sunt de essentia sacri ordinis, & cōsecrationis ēpalis: ita, ꝙ si aliqd de essentialibus desit, nihil agit. Si autē aliquid corū, q̄ sunt accidētalia: puta, q̄ nō sunt de necessitate sacri, sed præcepti, sine illis quidē cōfert sacrm, sed malè confert quantum ad se: nec alius si sciret, deberet recipere.

Sed'm probat, ꝙ à malo ministro simpl'r confert sacrm.

11 Secundū patet. s. ꝙ à malis malitia moris potest cōferri verus baptismus. Primo, qa ea, quæ ptinēt ad sacramēta necessitatis debent esse cōmunissima, & notissima baptismus est hmōi: præcipuè quo ad ꝓpulos, q̄ non habent aliud remediū salutis. Bonitas autē moralis, quę est per gratiā, nō est cōmunissima, nec notissima: sed est valde rara, & ignorata. ergo nō requirit in sacro baptismi. Secūdò, qa illud, quod cōsistit in opere operato, non vitiat ex merito operātis: si tū cōcurrit, quæ sunt de necessitate operis: sed omne sacrm cōsistit in opere operato. ergo nō vitiat ex malitia, vel demerito operātis ministri. Hoc idē dicit Aug. sup Ioan. parte prima: Home. 5. Et recitat de cōsec. 4. d. Ego digo, & nos dicimus, ꝙ iustos oportet esse tāti iudicis ministros. Sint autē ministri iusti, si volūt: si autē nolūt esse iusti, qui in cathedra Moysi sedēt, securū me fecit magister meus: de quo dicit Spiritussanctus. Hic est, qui baptisat. Et idē habet cadē dist. Romanus Pontifex, & pluribus aliis locis. Et sic patet prima cōclusio. 12 Secūda cōclusio est: ꝙ malus minister etiā cōfert rem sacri, & æqualē, sicut bonus: illam, inquam, quæ est ex opere operato, licet aliam: puta, ꝙ baptizādo sanet leprosus, aut hmōi: q̄ sunt per accidens: possit maiorē habere ex bonitate ministri. Ratio est, qa sicut adhibēs ignē cōburit, nec diuersificat combustio ꝓpter diuersitatē adhibentiū: sic & hic vbi minister sacri nō est nisi adhibēs, sicut in baptismo. Vbi autē in ministro requirit aliquid speciale: puta, ꝙ sit sacerdos vel ēps: tunc similiter sicut ex bona arte facit homo malus bonā archā: sic ex bono charactere malus sacerdos, vel episcopus facit bonum opus operatū, qd' est sacrm.

Opīo cōis S.T. 3. parte q. 64. art. 6.

13 Tertia cōclusio est, ꝙ malus peccat cōferēdo sacramentū baptismi. Et qa ista est dubia: ideo circa eam sic ꝓcedet: qa primò ponet circa hoc opinio cōmunis. secūdò opinio cōtraria singularis: tertiò arguit cōtra eā. quarto respondebit ad argumēta secūdæ opinionis. Est ergo cōis opinio, ꝙ pctōr peccat baptizādo, vt minister, & cū solēnitate: non autē in casu necessitatis, & sine solēnitate. 14 Ratio primi est: qa irreuerētia circa sacrm videt esse pctm̄ mortale: sed mali conferēdo sacrm faciunt irreuerentiā sacro: est enim irreuerētia cū vasa sanctitatis tractant ab immūdis. ergo &c. 15 Confirmatur hoc per Dio. de cœlesti Hierarchia, q dicit, ꝙ immūdis sacra symbola, & firma sacralia tractare, vel tāgere, nephas est. 16 Secūdo, qa minus malu fuit, vt videt accedere ad sacra ve. le. cu immūditia ꝓhibita in lege, q̄ accedere ad sacra no. le. cū immūditia cōscientię: sed ꝑmū fuit pctm̄ mortale. ergo & sc̄d'm. Minor ꝓbatur per illud Leuit. 22. Oīs homo de stirpe vestra: in quo est immūditia: qui accesserit ad cōsecrata peribit coram Dño. Hoc dicūt canones. 1. q. 1. c. Remissionē pctōrum. vbi dicit, ꝙ q̄is sacrm admodū lucis ab immūdis cōtaminari nō possit: ipsi tn̄ pernitiosē agūt: quāq̄ aliis salubriter, & vtiliter administrēt. Et ea. q. c. per Esaiā. dicit, ꝙ sacra obsunt indignè tractātibus: ꝓsunt tn̄ per eos di

gne sumentibus. 17 Ratio secūdi est, quia qui baptizat in casu necessitatis, & sine solennitate, non baptizat, vt minister: sed sicut vetula baptizaret. ideo nihil in debitū videtur agere cotra ministeriū suū. Excusat etiā eum casus necessitatis.

Opinio singularis.

18 Secundò ponenda est opinio singularis. Dicūt enim alij cōtra istos, ꝙ in nullo casu malus minister pōt baptizare quin peccet: qa semper baptizat, vt minister, nec casus necessitatis eum excusat, qd' probāt sic. 19 Quod nō pōt aliquis facere, nisi sit minister, non pōt aliquis facere, nisi vt minister, sed administrare quodcūq, sacrm: nō pōt, nisi minister tantū ille. s. qui ex ordine diuino est minister, qa minister est de necessitate sacri: sicut materia, vel forma. ergo nullus pōt ministrare sacrm: nisi, vt minister. Ideo oportet, ꝙ quicunq; baptizat, si est verus baptismus, ꝙ sit minister baptismi, & ꝙ baptizet, vt minister: licet nō in solēnitate ab ecclesia instituta. Solēnitas enim nō dat ei esse ministrū, sed est signum ministerij sui. 20 Ex quo probrant secūdò, ꝙ nullus casus necessitatis excusat eum, qa casus euitabilis nō est casus necessarius excusabilitatis à peccato, qa est voluntarius: siue non tollit rationē volūtarij: sed talis videt iste casus, qa si incūbit alicui baptizare puerum morientē, & est sibi cōscius de peccato mortali, eius est habere displicentiā de illo peccato, & tunc pōt sine scrupulo puerū baptizare. igitur talis casus necessitatis non excusat baptizantē, quin peccet.

Hactenus à sc̄'o articulo verba Durā. q̄ qa si dubi' manet.

21 Tertio arguendū est cōtra opinionē istā sic: quia qñ ad administrationē sacri requirit sanctitas ministri, solet ad hoc ipsum minister sanctificari. Quando autē ad administrationē sacramēti nō oportet ministrum sanctificari exterius: & per consequēs nō oportet ipsum esse sanctū interius: cū exterior sanctificatio sit signum interioris, & ad eā ordinet, sicut ad finem propter quod sacra, quæ non possunt ministrari nisi à ministro sanctificato exterius videtur, ꝙ nullo modo possint ministrari, nisi à ministro sctificato interi'. Et sic quicunq; celebrat, vel iniungit, cōfirmat, vel ordinat, vel absoluit in mortali existens, mortaliter peccat. Sed ministrare illa: ad quorū per se administrationē non requirit sanctificatio ministri exterius, sine interiori sanctitate: maximè in necessitate, non videt peccatū mortale: vnde audire cōfessionē morietis sine absolutiōe indicatiua: quod pōt etiā nō sacerdos: itē baptizare in necessitate, qd' pōt etiā gētilis, videt nō esse peccatū. Et si peccator sine peccato pōt cōtingere corp' Dñi, qd' cecidit in lutū: ne brutum ipsum cōculcet, vel comedat, ī quo est sanctitas formaliter: multò magis ne anima paruuli pereat, pōt peccator tāgere id in quo nō est sanctitas, nisi virtualiter. s. aquā baptismi.

De tertia conclusione impugnatio Pe. Pa. cōtra inuentionē Durā. nouā vt videtur.

22 Præterea nō uidet, ꝙ pctōr cōtrahens matrimoniū peccet: cum tn̄ essentia matrimonij cōsistat in mutuo cōsensu ꝑ verba vnius alteri exꝑssa, hīc enim cōsensus sacrm ministrat: nō autē sacerdos benedicens, qui solū sacrale quoddā adhibet.

Ad argumenta per Duran. recitata.

23 Quarto respondendū est ad argumēta secūdæ opinionis, & dicendū, ꝙ maior primi argumēti quantū est ex forma, est falsa: qa homo nō pōt baptizare, nisi sit colorat': qa si nō sit colorat', nō est homo: nō tū baptizat inquantū coloratus: tn̄ cōcedendū est gratia materię, ꝙ homo nō baptizat, nisi vt minister Christi, & sacri, nec tn̄ iudex: qui vt minister Christi, & legis suspēdit latronē iudicādo, & carnifex exercēdo actū ꝓpter hoc peccāt: posito etiā, ꝙ sint in peccato. Sed qui facit aliquid inquantū minister ecclesię sanctus, & sanctificatus: ille nisi sanctus sit, peccat. Sed si facit aliquid: non inquantū minister ecclesiæ: ad hoc ipsum sanctificatus exterius, q̄uia hoc idē de voluntate ecclesiæ facit minister non sanctificatus, tunc secus est. Vnde si mācus videret puerū morientē: consulere de

beret peccatori, etiā dicenti se nolle de pctō pœnitere, vt baptizaret eum, & tamē nulli consulendū est, ꝙ peccet.

Casus in quo subdiaconus excōmunicat' dicens epistolam non est irregularis.

24 Præterea Decretalis dicit recipiendā esse cōfessionē eius, qui etiā dicit se de pctō non pœnitere, & sic etiā consulit ei, licet immūdo sacrm tāgere. Sed hoc non facit, vt minister ad hoc sanctificatus, sicut sacerdos, qui absoluit. 25 Itē dicit Inno. extrà de pœ. & re. c. ꝙ inte. ꝙ sacerdos peccator in necessitate cōmunicans morientē excusat à peccato. Similiter si aliquis nō soleniter dicat epistolā, sicut & laicus faceret, q̄uis sit subdiaconus excōmunicatus. irregularis nō est, qa non administrat in suo ordine soleniter, sicut prius. ergo à simili in ꝓposito. Vnde tūc peccat qñ administrat soleniter sacrm solēnitate ab ecclesia instituta, qa sic ministrare nō debet, nisi qui ad hoc est soleniter cōsecrat'. Et licet solēnitas sacri, quod dat, nō faciat ipsum ministrū, tn̄ supponit eū, vt requirit ministrū solennē, & soleniter sanctificatū. Vnde solēnitas sacri requirit solennitatē ministri. Et sicut solēnitas requirit solēnitatē, sic sanctitas sanctificationē. 26 Ad secundū de necessitate dicendum, ꝙ imò fuit possibile tale esse impedimentū, ꝙ ipse non pōt amouere, vt si est cathecumenus, non baptizatus, non pōt seipsum baptizare, saltē baptismo fluminis. Item si est excōmunicatus, nō pōt seipsum absoluere, & sit necessitat in suo impedimēto remanere. Et tn̄ hoc nō obstāte pōt, & debet baptizare multò magis, q̄ fame morientē pascere. Et tn̄ excōmunicatus est magis separatus à sanctis, q̄ peccator. Plus enim peccaret sciens se excommunicatū, si celebraret antequā absolueret dato, ꝙ Deo oī peccato esset cōtritus, q̄ non excōmunicat' si in pctō mortali celebraret. Et quicqd sit de hoc ad min' episcopus conferēs ordines, plus peccaret excōmunicatus, q̄ in pctō mortali existens. Vnde plus punit, & ipse: & qui scienter ab ipso reciperet. Et tn̄ nō obstāte, ꝙ magis sit prohibitū excōmunicato cōferre sacrm, q̄ peccatori: tn̄ excō municatus in necessitate baptizās nō peccat. ergo multò minus peccator.

Aurea solutio.

27 Itē potest dici, ꝙ sola necessitas non excusat quia non est necessitas absolutè, sicut benè arguitur: qa ita habet sacerdos necesse baptizare puerum solenniter: quādo requiritur in ecclesia, sicut vetula, quādo morit. Et sic peccaret mortaliter si renueret. Nec ꝓpter hoc excusatur, si est in peccato mortali: qa potest pœnitere. Sed qñ necessitas est tanta, ꝙ ipse sacramentū ministrat: sine tn̄ solēnitate illa, quę est ꝓpria ministro ecclesiæ, qui ad hoc est consecrat', talis necessitas excusat: qa tunc non ministrat, vt minister sanctificatus, & per cōsequēs non requirit, ꝙ sit ipse sanctus interius, sicut nec ꝙ sanctificatus exterius. Itē necessitas facit, ꝙ ipse nō ex contēptu hoc facit: sed cū dolore, & in uitus timens, ꝙ plus peccaret, si omitteret, & sic nō exhibet irreuerentiā sacramēto, nec contemptū, sicut ille, qui nulla necessitate imminēte se spōte ingerit. Qui etiā solenniter sacramēta ministrat, mentitur facto in eo, ꝙ est Christianæ religionis, ostendens se sanctum in vestibus sacris, saltē stola: cū tamen sanctus non sit. Sed qui, vt vetula baptizat nullā sanctitatē ostentat: sed solū hīc est, ꝙ sacrm pollutus tāgit: sicut & ille, qui corpus Dñicum cū metu, & tremore, licet peccator de luto recolligit.

Mediat Pe. Pa. inter duas opiniōes.

28 Vel pōt dici, ꝙ est hīc necessitas, qa de quolibet peccato mortali debet homo in speciali cōteri. Et ideo magnus peccator si deberet dolere de singulis, antequam de singulis doluiesset, contingeret paruulū baptizandum, quandoq; sine baptismo mori. Vnde si tunc dolore cordis contritus in generali currat, & ipsum bāptizet, cum proposito confitēdi, & conterendi postea in speciali melius facit. Et ideo posset inueniri via media talis, de illo qui est in necessitate, & sine solēnitate bapti

zat: quia aut recolit de peccato, nec atteritur, nec contenitur de peccato, sed vult in peccato remanere, & nihilominus vult baptizare, & tùc si est talis, qui scire debeat, ꝙ huiusmodi à peccatoribus cõtingi nõ deberẽt, quãuis nõ ex libidine, nec ex contẽptu baptizet, sed intuitu necessitatis hoc facit, nõ excusatur ab irreuerẽtia, & cõtemptu, qa sic cõsciẽtia ei dicebat, vel dicere debebat, immũde, tu nunc sancta cõtractas. Et sic est vera superior opinio: qa & minister est, & necesse, nõ debet cũ peccato baptizare: licet necesse habeat baptizare. Si autẽ cũ metu, & tremore, & dolens de peccato in generali: licet ꝓpter hoc sciat se de peccato non mũdari: sub spe tñ ad plenũ conterẽdi, vel qa est excõmunicatus, & non põt absolui: propter aliquid huiusmodi hoc facit: tunc excusatur: argumento illorũ, qui immundi manducauerunt pascha: quia non ita citò fortè poterant purificari, pro quibus Ezechias orauit, & Deus citò remisit. Et sic est vera opinio Tho. Sed qui solẽniter baptizat ex quo non est periculũ in mora, prius debet se perfecta pœnitẽtia lauare, vel saltẽ si sacerdos non adest, debet se lauare per perfectam contritionẽ. Si autẽ non recoleret, non faceret irreuerentiã sacramẽti, & excusatur. 29 Ad rationes in oppositũ est dicendũ. Ad primã, ꝙ esse indebitũ ministrorũ quo ad substantiã ministerij facit sacramentum nullum: sicut indebita materia, & indebita forma substantialiter. Sicut enim in non aqua non est baptismus: sic à non homine: puta ab angelo bono, vel malo, vel anima separata, non est baptismus: sed indebitus minister quo ad circunstantiã per accidẽs se habentẽ facit quidẽ sibi malũ baptismũ, non in se & absolutè, sicut est de materia immũda, & forma corrupta. Non enim de substantia ministri in baptismo est plus: nisi humanitas, & intentio, & tactus materiæ, sicut de substantia formæ est ꝓlatio, & significatio, & de substãtia materiæ, ꝙ fit aqua, quæ possit abluere, & immergere, vel aspergere. Vnde glacies, quæ etiã manet infra speciem aquæ durãte tali dispositione non videtur cõueniens materia: qa de ceycũ aqua nõ est materia. stallo, q̃ definit esse aqua: non est dubiũ. Sed & de aqua baptismi: sicut aqua benedicta videtur, ꝙ si est cõgelata, non habeat effectũ suum: qa ad aspergendũ benedicit, & aspergere non põt. Sed qa ad suam naturã redire põt: non definit esse benedicta: qa resoluta non est iterum benedicenda. Similiter non habet etiã fons baptisterij: licet in hyeme quãdiu est congelatus, non possit in eo verè baptizari, nisi igne dissoluat: tñ: postquã liquæfactus est sine iterata benedictione, licet inde baptizari. 30 Ad secundã dicendum, ꝙ malus homo est membrũ aridũ quo ad meritũ, non quo ad ministerium. Vel potest dici, ꝙ ad hoc, ꝙ ꝓficiat sibi est membrũ aridũ: sed ad hoc, ꝙ alij ꝓficiat non, qa sicut carnifex baptizat martirẽ in sanguine: ita malus homo in flũmine: nisi ꝙ ibi est occasio: hîc autem est causa per se, & non causa sine qua non. 31 Vel põt dici, ꝙ membrũ aridũ non põt in ea, quæ sunt ꝓpria mẽbra, vt viuũ est, vel, vt membrũ est: qa est membrũ æquiuocè, sicut oculus cæcus est, oculus æquiuocè. Dico autẽ non quo ad substantiã: sicut homo mortuus, sed quo ad accidentalem proprietatẽ, quæ est propria membro: sed illa quæ possunt non membrũ: non oportet tollere à mẽbro arido, sicut cum eo tangere, sicut cum baculo. Baptizare autem non est proprium membri Christi: quia Iudæus, vel paganus hoc possunt, qui non sunt membra Christi. ergo malus Christianus, qui est membrum aridum Christi, ꝓpter hoc non impeditur.

f. T. vbi supra. & in. 4. di. 5. q. 2. ar. 1. q. 4.

Ad. 1. rationẽ in oppositum.

Glacies, licet sit eiusdem speciei.

Ad. 2.

QVAESTIO TERTIA.

De baptismo petendo à malo ministro.

Thom. 3. q. 64. art. 5.

Durand. q. 2. ar. 2.

LERTIO Quæritur, vtrũ liceat petere, vel recipere baptismum à malo ministro. Et videtur, ꝙ non: quia non licet cõsentire malo, quin potius melius est omnia mala pati: extrà de his, quæ vi, metúsve causa fiunt. c. sacris. &. 3. ethi. & Ro. 1. non solũ, qui faciunt, sed qui cõsentiunt, sed malus peccat baptizãdo. ergo & iste, qui cõsentit, petẽdo, vel recipiendo. 2 CONTRA nemini facit iniuriam, qui suo iure vtitur, & peccatũ vnius nõ debet alteri nocere, sed ius parochiani est à curato petere sacra pro se, & pro suis. ergo hoc iure propter peccatũ illius non debet priuari, nec peccat hoc iure vtens. 3 RESPONDEO, tria sunt facienda. Primò ponetur opinio quorundã probabilis. Secũdò inquiretur de ipsa quantũ ad multa. Tertiò in speciali quantũ ad articulum de symonia in baptismo. 4 QVANTVM ad primum sciendũ est secundũ aliquos, ꝙ minister, vel est precisus ab ecclesia: quia hæreticus, vel excõmunicatus: aut nõ, si præcisus, aut baptizãdus est puer, vel adultus. 5 Si puer nõ peccat, cũ nõ habeat vsum rationis, siue liberi arbitrij: sed offerẽs illũ peccat in illo casu in quo adultus peccaret offerendo seipsum. 6 Si autẽ sit adultus, aut latet eum ꝓbabiliter talẽ ministrũ esse præcisum, & tũc nõ peccat: qa talis ignorãtia eũ excusat, aut nõ latet eũ: & tũc peccat mortaliter recipiẽdo ab eo baptismũ. Ratio est, qa eodẽ ꝑcepto quo ꝑcipit excõicato, vel cuicũq; ab ecclesia ꝑciso: nec se coniũgat diuinis præcipit cuilibet, ne sibi cõicet in eisdẽ: sed ꝑcisus iungẽdo se administrationi diuinorũ peccat mortaliter faciendo cõtra ꝑceptũ ecclesiæ. ergo recipiẽs ab ipso sacrm peccat mortaliter faciẽdo cõtra idẽ ꝑceptũ. Et hoc est intelligendũ, nisi in casu extremæ necessitatis, q̃ non põt ab ecclesia ꝓhiberi, in quo casu põt qlibet recipere sacramentum baptismi à Iudæo, pagano, vel hęretico.

7 Si aũt minister nõ est ꝑcisus: sed tantũ peccator, nõ peccat recipiẽs ab eo baptismum: qa si aliquo modo peccaret: hoc nõ esset, nisi qa videt eũ inducere ad peccãdum: petẽdo ab eo sacrm: qd' ille nõ põt cõferre nisi peccando, sed hoc nõ oportet: qa cùm malus minister possit imꝰmẽto pœnitere de petõ cõmisso, ꝓbabiliter ignorabit ab eo, q petit baptismũ, an ille pœnituerit, vel nõ: & in dubio est melior pars supponẽda. Et siue pœnituerit, siue nõ: petẽs ab eo baptismũ non inducit eũ ad peccandũ: cũ iste solũ petat ius suum, & ille, si vult, põt sine pctõ ei exhibere. 8 Si verò minister esset adeò malus, ꝙ nõ vellet sine pecunia baptizare: nullo modo esset pro baptismo pecunia sibi dãda: qa hoc esset simonia & nõ sunt faciẽda mala, vt veniant bona. Rom. 3. Sed in hoc casu si sit adultꝰ, & nõ habet aliũ, qui eum baptizet: sufficit ei cõtritio, & fides ad salutẽ. Nec tñ propter hoc debet baptizare seipsum: qa nullũ esset sacrm: eo ꝙ sicut in generatione corporali: alius est generãs: alter qui generat: sic & in regeneratione spũali, q̃ est baptismus. Vnde quod dicit Inno. 3. de quodã Iudæo, qui baptizauit seipsum. Qd' si cõtinuo decessisset, ꝙ ad patriã euolasset: intelligendũ est, ꝙ hoc nõ fuisset virtute sacri, quod quidem nullũ fuit: sed propter fidẽ, & deuotionẽ, quam habuit: maxime cũ exposuerit se periculo mortis: qñ inter Iudæos existens seipsum baptizauit, vt recitat extrà de baptismo, & eius effectu. c. debitum. Si autem sit paruulus: quem sacerdos non vult baptizare nisi pro pecunia tunc puer baptizandus est ab offerente si sit necessitas: alioquin

alioquin reseruãdus est quousq; sit alius minister: q eũ gratis baptizet 9 Si autẽ sit necessitas, & offerẽs nõ habeat aquã cõsecratã, necnõ cõsecratã, nisi emat eã à sacerdote: qui vult rõne cõsecrationis eã plus vẽdere: tunc dicendũ est, ꝙ offerẽs nõ debet eam plus emere ratione cõsecrationis: quia hoc esset simonia: sed potest aquã, vt aqua est: qa talis sufficit ad baptismũ ratione indigentiæ suæ, quantũcunq; carẽ emere: quia etiã in qui buscunq; aliis rebus augetur preciũ propter indigentiã rei. 10 SECVNDO, inquirendũ est de istis. Primò enim, quod dicit, ꝙ offerens paruulũ præciso peccat, sicut peccaret adultus resipiens, vel offerens seipsum videtur, ꝙ non solũ tantũ peccet, sed ꝙ plus: quia adultus non potest baptizare seipsum. Vnde si alij non potest se offerre, necesitatur se isti offerre. Sed qui alium offert: cùm in necesitate posit eum baptizare, non necesse habet excõmunicato offerre. 11 Quod autem dicunt, vtrunq; obligari eodẽ præcepto non videt: quia quod est contra idem ꝓceptũ, videt esse idem, vel æquale peccatum: plus autẽ peccat, vt videtur, excõmunicatus se ingerens diuinis, q̃ qui ei cõmunicat in diuinis: & plus videt peccare excõmunicatus participans cũ aliis in cõmunibus, q̃ illi, qui eum recipiunt: quandoq; tñ pari pœna puniuntur, vt in participatione in crimine crimino so: quandoq; plus punit se ingerens, q̃ recipiens. Non cũ audiens missam excõmunicati: fit irregularis, sicut ille. Quãdoq, ecõtra plus alius: sicut recipiens ad diuina publicè excõmunicatũ, fit suspẽsus: nõ autẽ ille se ingerẽs. Sed cõtra hoc videt: ꝙ licet ab excõmunicato petere debitũ. Vnde cũ debeat filio: parochianorum suorum baptizare, licet ab eo petere hoc debitum.

Ingrit de veritate opiniõis Durãponẽdo suã.

Plus peccat excõicatꝰ baptisans, q̃ offerẽs excõmunicato baptisandũ.

Aliqd' debitũ, licet petere ab excõmunicato, & aliud non.

Dubium bonum.

Duran. q. 2. ar. 2.

Istud est dubium.

Homo qñq; peccat repetendo, imò

mulieribus ſecundum leges debet exponi tenor Velleia ni: vt ſciãt cur renunciant,& nouiciis puncta religionis, vt ſciant, ad quid ſe obligãt. Sic Samuel expoſuit ius regni, vt petẽtes regẽ ſcirent, quid peterent. 1. Reg. 8. Sic à quibus exigit iurare ſtatuta: debẽt, ſi poſſunt præuidere ea. Aliàs nõ intendãt iurare niſi licita,& honeſta: nec tenẽt ad alia, ut dicit de iureiurã. lib. 6. c. 1. 19 Et tñ iſta ratio parũ valet, qa ſiue adulto exprimat, ſiue nõ: nihilominus obligat: qa iſta ſunt neceſſaria: quia cùm quædã ſit obligatio neceſſaria: quædã volũtaria: de voluntaria verũ eſt, ꝙ nemo obligat, niſi ſciens,& volens. Vnde iuſtũ eſt, ꝙ obligãdo exponit. Alia autẽ eſt, quæ eſt neceſſaria: ad quã neſciẽs,& inuitus obligatur: ſicut quilibet obligat ad ea, q̃ ſunt iuris naturalis, & diuini, & etiã humani, velit, nolit. Vnde licet expediat ei iſta ſcire: tñ ſi iſta exponant ei, hoc nõ eſt ad hoc, ꝙ per hanc expreſsionẽ obligat. Et talia ſunt articuli fidei: ad quos credẽdos oĩs homo obligat, ſiue velit, ſiue nolit: licet pl⁹ fidelis, q̃ infidelis. Vnde nõ eſt ſimile de pueris religionem intrãtibus, quib⁹ quæ ſunt religionis exponũtur,& de mulieribus fide iubẽtibus, qa ad illa nõ niſi volẽs obligat aliquis: & qa non cõſentiũt, qui errãt: ideo tenor, Velleiani eis exponẽdus eſt & oĩa: vt ſciãt, ad quid ſe obligant per votũ voluntatis: ſed votũ baptiſmi eſt votum neceſſitatis: vnde nõ eſt ſimile. 20 Preterea ſi ideo exprimunt, vt ſciat, ad quid obligat: cũ ipſe ad oĩa, q̃ ſunt fidei obligẽt, oĩa exprimi deberẽt. Compellit enim ſtare in fide etiã quantũ ad oĩa non expreſſa: nõ minus, q̃ quantũ ad expreſſa, imò cõpellit credere oĩa, q̃ ſunt fidei: omnia, q̃ ſunt in Biblia, vel per eccleſiã determinata. Aliàs tang̃ hæreticus iudicatur. 21 Secunda cõcluſio eſt, ꝙ ſimiliter paruuli ſunt catechizãdi, vt ſic nihil minus obligent per aliũ ad bonũ ſuũ, q̃ per Adam ad malũ. Et hoc quantũ ad votũ: qd' eſt neceſſitatis: nõ quantũ ad volũ volũtatis, vt ſi mater pro ſanitate periclitãtis quicq̃ voluerit: nõ ꝓpter hoc ipſe, niſi voluerit, eſt ad illud obligatur. Et ideo nõ valet ratio dicẽtium, ꝙ ideo paruulus eſt catechizãdus, qa per aliũ poteſt obligare, etiã ſi nihil ei exprimeret: q̃ enim in neceſſitate baptizat, tunc eĩ ſubſtantia non ſolẽnitas ſeruat. Et ſi poſtea, quod omiſſum eſt, nõ ſuppleat, nihilominus, nec plus, nec minus ad illa obligatur: igit nec in adulto, nec in paruulo: ꝓpter hoc requirit catheciſmus, vt ipſe obligetur: cùm ſiue fiat, ſiue non, æqualiter obligetur.

Impugnatur ratio. 1.

2. Cõcluſio.

Rõ Du. q. 3. a. 2. improbat. 1. vide ſ. T. hic, q. 2. ar, 2. q. 3.

22 Præterea ſi nullus patrinus eſſet, qui pro puero reſponderet, nihilominus puer obligat. ideo &c. Sed fortè ꝓpter hoc, qa ſacrm iſtud eſt ianua ſacrorum: & fides eſt ianua prima,& ex fide eccleſiæ habent efficaciã ſacra congruũ eſt, vt ea, quæ ſunt in fide principalia in hoc ſacramẽto exponãtur,& ꝓponãtur. 23 Tertia cõcluſio eſt, de ritu catheciſmi. Vbi ſciendũ eſt, ꝙ ibi debet eſſe patrinus, qui ſit baptizatus, non monachus, qa non baptizat⁹ nõ debent ſuſcipere de ſacro fonte: ſimiliter monachi nõ debent habere cõmatres. Debet etiã eſſe vnus, non plures: ſicut eſt vna mater, nõ plures: q̃uis nunc de facto non ſeruet. Non debet etiã patrinus in cõfirmatione ille, qui fuit patrinus in baptiſmo: qa idem nõ generat bis eundẽ: q̃uis epiſcopus poſsit cõfirmare, quem baptizauit: qa nõ eſt ꝓhibitũ: primũ autẽ eſt ꝓhibitũ, niſi ꝓpter neceſsitatẽ. 24 Quarta cõcluſio eſt de effectu catheciſmi. Vbi ſciendũ, ꝙ in eo ſpũalis cognatio contrahit imperfecta. ſ. qua matrimoniũ impedit contrahendũ; ſed non dirimit poſt cõtractũ, ſicut illa, quæ eſt ex vero baptiſmo,& cõfirmatione: vt habet de cogna. ſpirituali. c. 1. 2. &. 6. Et q̃uis non debeat eſſe plures patrini, ſed oĩs tñ cõtrahit: licet non inter eos ad inuicẽ, nec ad baptizantẽ, nec ad catechizantẽ: ſed ad parẽtes carnales baptizati, vel catechizati,& ad ipſummet baptizatũ, vel cathetizatũ. Q̃ũ ergo puer ab obſtetrice baptizat poſtea à ſacerdote cathetizat, & exorcizat ſoleniter ꝓfecta cognatio in primo cõtrahitur: vbi eſt verũ ſacrm: ſed imperfecta in ſcd'o: vbi eſt ſacrale tm̃.

Quare paruuli chatechizãdi ſunt.

3. Arti.

25 QVANTVM ad tertiũ ſunt tres cõcluſiones. Prima, ꝙ exorciſmus debet præcedere baptiſmũ, niſi neceſsitas occurrat, nec eſt ſacrm, cùm ꝓcedat baptiſmũ, qui eſt ianua ſacramentorũ. Vnde nec cõfert gratiã, nec aufert originalem culpã: vnde cathetizatus,& exorcizat⁹ paruulus moriẽs ante baptiſmũ nihilominus damnat: qa non eſt renatus ex aqua,& Spiritu ſancto. 26 Secũda cõcluſio eſt de ritu exorciſmi. Vbi ſciendũ eſt, ꝙ ſicut in catheciſmo eſt manus impoſitio: ita in exorciſmo, & neutra eſt confirmatio: tum qa à ſimplici ſacerdote eſt: nã ſine epiſcopo eſt vtrunq;: tum qa ante baptiſmũ, ante quẽ non eſt cõfirmatio, nec aliud ſacrm. Cùm autẽ fit vnctio ad cathecumenos in catheciſmo debet eſſe de oleo eodem anno cõſecrato: qd' à ſuo epiſcopo debet presbyter per ſe ipſum petere. Nõ eſt autẽ vnctio chriſmatis in exorciſmo: qa chrima ſoli cõpetit Chriſtiano: & poſt baptiſma in vertice chriſmatis perungit. Sic igit exorciſmus cu ſit adiuratio, per quã demonis poteſtas arcet, nec impedias baptizandũ à ſuſceptione ſacrĩ conueniẽter ꝓmittit. Sicut eĩ in generatione naturali: primò remouent diſpoſitiones cõtrariæ impediẽtes ſuſceptionẽ formæ, anteq̃ introducat forma ſic,& in generatiõe ſpũali: quæ eſt per baptiſmũ: primò remouẽda ſunt impedimẽta vitæ ſpũalis, vt eſt dæmonis poteſtas: quã ipſe accepit ex peccato primorũ parentũ: q̃ introducat vita ſpũalis. Et qa hoc fit per exorciſmũ. ideo ꝓcedit baptiſmũ. Et hoc eſt, quod dicit Rabanus de inſtitutione clericorũ,& recitat de cõſecra. diſt. 4. vbi dicit ſic: Poſtquã ſe baptizãdus per confeſsionẽ veræ fidei in alterius cõmendauerit dñium, & per abrenunciationem prioris poſterioris ſe alienauerit ſeruitio: exſufflat baptizãdo poteſtas ſeua: vt per pium miniſteriũ ſacerdotis ſpũiſancto cedat fugiẽs malignus ſpiritus. 27 Tertia concluſio eſt de effectu exorciſmi. Vbi ſciendũ, ꝙ quædã ſunt in exorciſmo: quæ ſolũ ſignificant. Et illa conſiſtũt in factis, & non in verbis, vt ſal in ore poſitũ,& linitio auriũ,& nariũ cũ ſputo,& vnctio olei in pectore,& inter ſpatulas. Primum ſignificat diſcretionẽ diuinæ ſapiẽtiæ. ſ. ſal in ore poſitũ. Secundũ ſignificat aptitudinẽ reſpectu fidei diſcẽdæ,& approbãdæ. ſ. linitio auriũ, & nariũ. Auditus eĩ maximè ꝓficit ad doctrinã. Nares verò de odore indicãt. Tertiũ verò ſ. linitio olei, ſignificat expoſitionẽ ad pugnã contra hoſtem. Sed tria adhuc pertinẽtia ad exorciſmũ, ſequuntur baptiſmũ. ſ. chriſmatio in vertice: quæ ſignificat gratiam Chriſti deſcẽdiſſe in baptizatũ: ſecundũ traditio cærei accenſi in ſignũ claritatis fidei, & cãdida veſtis in ſignũ innocentiæ reſtitutæ. 28 Alia verò efficiunt, qd' ſignificant ex opere operato,& conſiſtũt in factis ſimul, & verbis: vt inſufflatio cũ verbis ad hoc inſtitutis, q̃ ſunt maledictæ exi ab eo &c, & manuũ impoſitio cũ benedictione. Primũ enim ſignificat, ꝙ efficit expulſionẽ dæmonis ne impediat baptizandũ à ſuſceptione baptiſmi. Secundũ autẽ præcludit ei viã redeũdi. Et ꝙ ita ſit, patet ratione,& authoritate. Ratione, qa in ritu eccleſiæ, quæ regitur Spiritu ſancto, nihil efficit fruſtra, vel falſo, ſed niſi prædicta efficerẽt, quod ſignificat maximè illa, quæ ꝓferuntur imperatiuè, vt adiuratio dæmonis fruſtra ꝓferrentur. ergo habẽt efficaciã in illud, quod ſignificãt. Ad idẽ eſt authoritas Augu. de ſymbolo lib. 1. & recitat de conſec diſt. 4. ſicut noſtris. vdi dicit. Sic paruuli ex ſufflantur, & exorcizant, vt pellat ab eis poteſtas Diaboli inimica,& idem dicit. c. Ad hoc iterũ. tñ non ꝓpter hoc exorciſmus

Exorciſmꝰ ꝓcedit bap.

De ritu exorciſmi.

Exorciſmꝰ aliqua efficit ex opere operato: tñ nõ eſt ſacrm cõtra altiſi. li. 4. tract. 3. c. 5. q. 1.

De effectu exorciſmi.

De virtute exorciſmi duplex opinio.

Huius opinionis eſt Burgen. 1. Regum. 16. & quaſi coincidit Ni. Lyra cũ Mathia dor.

Vide Henricũ de Gandauo quoli. 8. q. 34.

Oppoſitũ tenet Petrus de Aluernia in quoli. cũ 1. opi.

exorciſmus eſt ſacrm, quia eius virtus non efficit ſpiritualẽ effectum, q̃ ſit amotio culpæ, vel pœnæ debitæ pro culpa, ſed eſt ſolũ ad remouendũ impedimentum, quod poſſet accidere ſuſceptioni ſacri. 29 Circa hoc tñ ſunt diuerſæ opi. ſ. circa modũ expellendi: qa quidã dicunt, ꝙ exorciſmus naturali virtute expellere habet diabolicã poteſtatẽ: & hanc opi. tãgit Magiſter in hiſtoriis. Quã opi. nituntur ꝓbare authoritate. 1. Reg. 16. vbi dicitur, ꝙ Dauid quaſi citharizãdo reprimebat poteſtatẽ mali ſpiritus à vexatione Saulis. Virtuoſior aut eſt vox prolata ab homine, q̃ vox citharæ. 30 Ratione etiã arguunt ſic. Oẽs effectus participãt aliquid de virtute ſuæ cauſæ: cauſa autẽ vocis humanæ eſt, quid compoſitũ ex corpore,& aĩa. ergo in voce hominis eſt aliqd, & de virtute corporis,& de virtute animæ. Vnde vna & eadem vox ꝓlata ab vno eſt virtuoſior, q̃ ꝓlata ab alio: ſicut dicit Hiero. in epiſtola ad Paulinũ: habet aliqd latentis energiæ viuæ vocis actus. Dicunt ergo, ꝙ q̃uis ex orciſmus non poſsit artare poteſtatẽ dæmonis ratione corporalis virtutis: tñ poteſt ratione virtutis animæ,& faciendo in baptizãdo aliquã diſpoſitionẽ, q̃ magis eſt indiſpoſitus ad patiendũ à dæmone, & etiã directè agendo in ipſum dæmonẽ: non obſtãte, ꝙ fortior ſit naturalis eius virtus, q̃ virtus animæ naturalis: ſicut eĩ ignis, q̃uis potẽtior ſit terra: tñ agens in eã debilitatur ab eius virtute in quantũ ratione ſuę materię inferior eſt forma terræ. ſic, & dæmon ratione ſui paſsibilis põt pati à virtute vocis, quæ eſt in ea ab actiuo ipſius animæ. Et ideo etiã ſi ꝑ naturalẽ virtutẽ vocis non poſsit totaliter vinci poteſtas dæmonis, poteſt tamen debilitari per eam.

Not. hîc Ricar. qui pulcre ꝓſequit.

Cõtra opinionẽ arguit doct. & bene ad mentẽ ſcti Tho. in multis locis præcipuè de potẽtia Dei q. 6. art. 10.

31 Contra tñ hãc opi. arguit ſic: Anima exorcizantis per naturalẽ virtutẽ non põt facere aliquã impreſsionem in animam intellectiuã paruuli, nec in ſenſitiua, ꝙ in articulo excõmunicato à dño epiſcopo Pariſiẽſi contineat. qa intelligẽtiæ ſuperiores imprimũt in inferiores, ſicut anima vna intellectiua in aliã, & in animã ſenſitiuam error. Vt eĩ dictũ eſt in lib. 2. diſt. 7. Diabolus per ſuã naturalẽ virtutẽ non põt immediatè trãſmutare res iſtas naturales, niſi ad ſitum,& ad formã artificialẽ. Non põt ergo exorciſmus per naturalẽ virtutẽ animæ exorcizantis aliquã diſpoſitionẽ cauſare in paruulo: per quã magis ſit diſpoſitus ad ſuſcipiendã dæmonis actionem. Et ſi hæc virtus nõ põt agere in paruulũ: multò minus in dæmonẽ. 32 Præterea exorciſmus poteſt plus ratione ſignificationis, q̃ ratione vocũ: ſignificatio eĩ dictionis eſt forma, vox materia. Dictio enim eſt vox ſignificatiua, ſed ſignificatio vocis non põt naturaliter agere in aliũ, niſi mediãte apprehenſione illius. Cùm ergo paruulus ſignificationes non apprehendat, voces exorcizãtis nihil agere poſſunt naturaliter in paruulum. Non poteſt etiã ſignificatio vocum naturaliter mouere motione coactiua voluntatẽ epprehẽdentis, qa ipſam nõ mouet, niſi mediante vi cognitiua, q̃ non põt cogere volũtatẽ, & ex cõſequẽti nec virtutẽ executiuã: igitur ſignificatio vocũ, quæ dicunt in exorcizãdo, non põt naturaliter artare dæmonis operatiuã poteſtatẽ. Et ideo eſt alia opi. ꝙ nõ virtute naturali, nec virtute ſupnaturali, ſicut in ſubiecto exiſtẽte in exorciſmo: ſed ex virtute diuina ſibi ex decreto diuinæ miſericordiæ aſsiſtente poteſtas ab applicante expellitur, ſic intelligo, quòd poteſtas Diaboli arctat per cõparationẽ ad illũ, ne cæteris paribus poſsit de cætero tm̃ cõtra illũ, quantũ poſſet, ſi exorcizatus nõ eſſet. Et maxime impediẽdo baptizandũ â ſuſceptiõe baptiſmi,& eius effectu.

Examinat dicta tertiæ cõcluſionis q̃ eſt Durã. q. 4. arti. 2.

33 Sed circa ea, q̃ dicta ſunt, eſt dubitatio, qũo ex opere opato exorciſmus habeat aliquẽ effectũ, qa aut per modũ cauſæ, per quã: ſicut dicimus de ſacrm no. le. Et hoc eſt impoſsibile: qa eſt inſtitutus ab eccleſia. Cõſtat autẽ pes hoc, ꝙ aliquid ab homine ordinat ad aliquid, nõ ꝓpter hoc aliqua realis forma, vel virtus in eo fit, quã prius nõ haberet, ſed ſolũ relatio rationis. Et ſicut verba cõſecrationis nihil ponũt in calice, nec verba incãtatorũ quicquã efficiũt in ſerpente, ſic nec exorciſmus Salomonis in dæmone. Si autẽ dicat, ſicut videnẽ dicere, ꝙ ex pactione Dei hoc nõ videtur, cũ in ſcriptura Deus non pepigerit.

34 Sed poteſt dici, ꝙ vbi Chriſtus dicit: Qui vos audit, me audit,& dedit vobis poteſtatẽ calcandi ſuper omnẽ virtutem inimici, dedit hanc poteſtatẽ eccleſiæ, ꝙ q̃ diceret id, qd' per eã ad hoc inſtitutũ eſt, Deus arceret poteſtatẽ illius: ita, ꝙ ex opere operato, hîc fit, ꝙ niſi baptizãdus impedimentũ apponat etiã ſi exorcizans ſit malus ſine ope oponte ſequit hîc effectus exorciſmi, ſicut à cauſa ſine qua nõ: ſicut olim in ſacramẽtis ve. le. & plus: qa ibi requirebat opus operãs, niſi in circũciſione. Si autẽ ratio prima eſt bona: tũc aqua benedicta ex opere operato expelleret dæmonẽ, qa ibi dicit, ſiat aqua exo, cizata ad effugandũ &c. Et eſſet mẽdaciũ,& falſum, niſi fugaret. 35 Vel dicendũ, ꝙ ex opere operante, id eſt, fide eccleſiæ per modũ orationis,& meriti,& ſuffragij non ex opere operato habẽt iſtũ effectũ exorciſmꝰ & aqua benedicta,& tunc ſaluat veritas verborũ. Poteſt igitur dici, ꝙ exorcimus habet effectũ ſpirituale ex opere operãte, nõ ex opere operato, vel ꝙ habet ex opere operato ex pactione ſola, vel ex virtute inhæręte, ſed non talem, qui ſit diſpoſitio ſufficiens ad gratiã. Et quocũq; taliũ detur: hoc ſufficit ad ſaluandũ veritatẽ verborũ, & ad diſtinguendũ iſpm ab omni ſacro no. le. ſecundũ opinionẽ, q̃ ſuprapoſita eſt de ſacrĩs, ꝙ ſint cauſa ꝑ ſe diſpoſitiua ad gratiã, Et per hæc patet reſponſio ad oppoſitũ.

Nota.

Epilog. doctorum.

DISTINCTIO. 7 QVAEST IO. 1

Circa diſtinctionem ſeptimam quæruntur quatuor. Primò, de confirmatione ſecundum ſe. Secundò, de effectu eius. Tertiò de ſubiecto. Quartò, de miniſtro.

De *confirmatione.*

Thom. 3. q. 72. art. 1. & 2. 3.

QVANTVM Ad primũ, quæritur, vtrũ confirmatio ſit ſacrm, & videt, ꝙ nõ: qa nõ legit à Chriſto inſtitutum. ergo &c. 2 OPPOSITVM dicit Magiſter in litera. 3 RESPONDEO, ad euidentiã huius quæſtionis ſunt tria notãda. Primo, qũo cõfirmatio eſt ſacrm. Secundò, de eius materia, Tertiò, de eius forma. 4 Quantũ ad primũ ſunt tres cõcluſiones. Prima, ꝙ eſt ſacrm ſpeciale ab aliis diſtinctũ, qd' probat: qa omne ſanans mentẽ cũ ſigno viſibili ad ſpecialẽ effectũ gratiæ eſt ſpeciale ſacrm: cõfirmatio eſt hmõi, vt patebit-ergo &c. Et probatur hoc, de conſecra. diſtin. 5. c. De his. vbi dicit. Scitote vtrũq; magnuũ eſſe ſacrm. Et poſtea hæc duo ſacra tãgit, loquens de baptiſmo,& cõfirmatione. Nam ꝙ ab aliis diſtingua tur, patet ex materia,& forma,& effectu. 5 Secunda cõcluſio eſt, ꝙ eſt ſacrm neceſsitatis nõ quidẽ ſimpliciter,& ex ſua inſtitutiõe, ſicut illa, ſine quib⁹ nõ eſt ſalus: vt eſt baptiſmꝰ,& pœnitẽtia, ſed ſecundũ quid. Quia de facto, & meritoriè põt homo cõfiteri fidẽ tẽpore perſecutionis per donũ fortitudinis, & virtutẽ charitatis, q̃ in baptiſmo

1. Arti.

Confir. eſt ſacrm ſpeciale

Eadẽ eſt ſacrm neceſsitatis non tm̃ ſimpliciter.

in baptismo dantur, quia minima charitas sufficit ad re
1. Ratio. sistendū cuicunq, tētationi. 6 Vnde cū hæretici
sine Spūsctō sustineant mortē pro sua hæresi: multò ma
Cōfirmat. gis prophetæ sine sacro cōfirmationis mortē constanter
2. ratio. sustinuerūt,& Emerētiana ante baptismū, & multi alij.
Item ad sustinendū mortis pericula sufficit virtus fortitudinis,& charitatis:quia fortis est,vt mors dilectio: sed
omnes virtutes habent per baptismu. ergo propter opus
fortitudinis nō est aliud sacrm necessariū, nisi ꝓpter be
nè esse ipsius,& hæc est necessitas secundum quid.
3. Ratio. 7 Itē confirmatio nō est necessaria ex institutione
Chri: qa Christus per seipsum ꝓmulgauit sub cōmina-
tione dānationis illa,quæ sunt necessitatis, vel ex insti-
tutione,vt baptisn°,de quo dicit: Nisi quis renatus fue
rit denuo &c.& pœnitētia, de qua dicit: Nisi pœniten-
tiā egeritis &c.vel ex sua præceptione,vt eucharistia:de
qua dicit:Nisi māducaueritis carnē filij hominis &c.ni
hil autē tale legit de cōfirmatione. ergo ipsa non est ne-
Casus qñ cessitatis simpliciter, vt prædicta. 8 Sed in casu
est necessita vbi imminet confiteri fidē corā tyranno tali si habet cō-
tis. firmantē,& omnia parata videtur necesse, vt confirme-
tur:quia tunc vix posset excusari à contēptu, vel à præ-
sumptione. Licet enim ad cōfitendū fidē sufficeret gra-
tia baptismalis: nescit tn se habere eam. Vnde ꝓpter pe
riculū debet magis facere certā vocationē suam ex su-
sceptione sacri ad hoc specialiter præparātis:licet etiam
tunc non posset esse certus,ꝙ reciperet gratiā. Vnde Ac-
tu. 1. Sedete in ciuitate,donec induamini virtute ex al-
to. Quanuis eñ haberent gratiā baptismalē: tn eis pro
hibuit ne se exponerent periculo publicæ confessionis
quousq; essent cōfirmati. Multò minus alij hoc debent
Semel ī vi facere. 9 Itē hoc videt necessariū ex ordinatione
ta cōfirmari ecclesiæ:ita. s. ꝙ sicut ex ordinatione ecclesiæ homo te-
est necessita netur cōfiteri,& cōmunicare semel in anno, aliàs pecca
tis. ret mortaliter:sic ex ecclesiæ ordinatione etiā si nunquā
occurrat cōfessio persecutionis:tū homo tenet semel in
vita cōfirmari. Et si posit,& negligat, licet aliter sacrm
non contēpnat, mortaliter peccat: & damnat moriens,
nisi cōfirmetur tunc si potest,vel nisi pœniteat, & confi-
teatur de hoc,quod in sanitate potuit,& neglexit. Simi-
liter si quis bellū mortale intret,qui prius cōfirmari po-
tuit,& neglexit, debet de hoc tūc cōfiteri, vel cōfirmari,
si pōt: sicut & prius debēt accipere viaticū, vbi est mor-
tis periculū. Sic eñ dicit extrā de pœn. & remiss. Omnis
Vtriusq; sexus.semel in anno cōfiteat,& recipiat eucha-
ristiam:quod si nō fecerit,& viuus ab ingressu ecclesiæ ar
ceatur,& mortuꝰ Christiana careat sepultura,per quod
licet nō sit ibi verbū præcepti:reputatur tn præceptum.
Similiter dicit de cōse.dist. 5. Oēs fideles post baptismū
recipere debēt per manus impositionē Spiritūsanctū:qa
vt videtur.e.dist.c-Vt ieiuni. non erit Christianus: qui
vnctione episcopali chrismat° nō fuerit,supple si potue-
rit. Et ea.dist.c.Spūsctus victuris necessaria sunt confir
mationis auxilia. Et.c.De his.dicitur, ꝙ hæc duo sacra
baptismus,& cōfirmatio ita coniuncta sunt, ꝙ nisi morte
interueniente vnū sine altero perfici nō potest:quod de
effectu intelligit:qa.s.effectus baptismi nō sufficit ad sa-
lutē illi,qui pōt superaddere cōfirmationē,& non vult.
Dignitas 10 Tertia cōclusio est, ꝙ est sacrm magnæ dignita
sacrorum. tis. Siquidē sacra se habēt,vt excedētia,& excessa secun-
dum illos vsus. Maior in effectu baptismus: corpus in-
esse. Coniugiū signo, sed & ordo chrisma ministro. Sed
simpliciter loquēdo eucharistia tenet primū gradum di
gnitatis: qa cōtinet maiorem sanctitatē intrinsecæ: quia
Christū: cætera verò extrinsecè tn causaliter,& dispo-
sitiuè:quia in hoc sacro est Deus modo speciali,& nō tan
tūmodo in suscipiēte hoc sacrm.In aliis autē non:sed in
suscipiēte per illa fit Trinitas modo speciali. Secundū
gradū tenet ordo, non solū ratione ministri,sed propter
maiorē collationē boni:qa immediatius ordinat ad cor
pus Christi verū.Tertiū cōfirmatio,ꝙ plenitudinē Spūs
sancti cōtinet.Quartu baptisma in amotione omnis ma
li culpæ,& pœnæ. Quintū pœnitētia in amitione oīs
culpæ actualis. Sextū extrema vnctio in amotione ve-
nialiū,vel reliquiarū.Vltimū matrimoniū,quod est om
nibus indignius simpliciter,& infirmi° in collatione bo
ni,& amotione mali:licet sit expressius signū coniūctio
nis Christi,& ecclesiæ,ꝓpter quod dicit ad Ephe.Hoc au
tem sacrm magnū est : dico autē in Christo, & ecclesia.
Quod autē cōfirmatio sit sacrm dignius baptismo, habe
tur expresse de cōse.dis. 5.c.De his.Maior,inquit,vene
ratione venerandū est,& tenendū, supple, sacrm confir-
mationis respectu baptismi: qa illa duo comparātur ad
inuicē.Et qa baptismus est dignius oībus aliis ꝓpter eu
charistiā,& ordinē.ideo &c. 11 CIRCA secun
dum sunt tres cōclusiones. Prima est, ꝙ eius materia est De mate-
chrisma ex oleo oliuarū propter nitorē consciētiæ, & ex ria huius sa-
balsamo propter odorē bonæ famæ compositū,vt habeē cramenti,ac
extra de sac.vnc.c.Vnico. Christus autē quādo paru lis de eius insti
manus imponēs benedixit,vel sacramentū confirmatio tutione.
nis,tunc non contulit:qa eius vsus ante missionē Spiri-
tussancti nō cōueniebat,sed tūc instituit ipsum figuran
do. Vel si tunc figurabat manus impositionē,quæ fit in
catheciſmo,& exorcismo ante baptismū : aliàs tn ipsum
instituit:licet scriptū nō sit,qa multa fecit Christus,quæ
non sunt scripta,vel si tunc instituit, & sacramentū con
tulit chrismate tn vsus nō fuit: qa sacramēti effectū sine
materia, & forma conferre potuit. Apostoli autē in die Videhîc.s.
Penthe. cōfirmati fuerunt sine chrismate à Spiritusctō T.q.1.ar.2.
descendente in igneis linguis.Nam si Christus secundū q.1.ad. 2.&
ꝙ homo sacramēti effectū sinæ materia conferre potuit 3.
multò magis Spiritussanctus, qui tam visibiliter appa-
ruit,ꝙ aliud signū necessariū non fuit. Nec aliā cōfirma
tionē illi. 120. habuerint,& characterē receperūt: sicut
nec apostoli aliam ordinationē habuerunt,q̄ illam,qua
dictu est eis:Hoc facite in meā cōmemorationē. & Quo
rum remis.&c.Vel quia baptizare,& inungere infirmos
est officiū sacerdotis:diceret aliquis,ꝙ eo ipso, ꝙ eos mi
sit prædicare imponēs eis hoc officiū inungēdi, & bapti-
zandi fecit eos sacerdotes etiā ante cœnam:q̄ dixit eis
hoc facite &c.& antequā eis diceret, quorū remis. &c.si
ue ante passionem:vt Matth. 18.siue post,vt Ioan. 20.
12 Quādo autem apostoli cæteris manus impone- Nota.
bant cōfirmātes:Actu.8.&.19.chrismate vtebant. Vel si
non vtebant: qa tunc dabatur Spūsctus visibiliter, hoc
fuit dispēsatiuè à Spūsctō: sicut baptizabāt in nomine
Iesu. Vnde sicut nunc non pōt baptizari in illa forma:
qā cessat causa, & per cōsequens dispensatio ipsa sic:qa
non datur nūc Spiritussctus visibiliter cessat dispēsatio.
Nec modo Petrus si viueret sine chrismate confirmaret.
13 Secunda conclusio est,ꝙ chrisma debet esse per Chrisma de
episcopū cōsecratū.Quod autē cōsecratio requiraē, pro bet cōsecra-
batur dupliciter.Primò,quia Christus ista materia vsus ri.s.T.hic,&
non est.s.vnctione,nec in cōfirmatione, nec in extrema 3.par.q.72.
vnctione: ideo indiget cōsecratione.Aliàs fieret iniuria ar.4. Durā.
sanctificationi, quæ fiebat ex tactu Christi in materiis, q.2.ar.1.
quibus ipse vtebatur. 14 Sed hoc reprobāt quidam: qa,vt dicunt, Christus fuit vsus vnctione, quā fe-
cit Magdalena pluries in vita, & etiam Nichodemus in
morte. Et dicunt, ꝙ si materia ex tactu Christi habuit
sanctificationē,vt aqua in baptismo,& panis in cōsecra-
tione &c.videtur, ꝙ vltrà sanctificari nō debeat, aut fit
iniuria priori sanctificationi: & tn aqua baptismi,& pa-
nis sanctificatur. 15 Ideo dicunt aliter ad ꝓban
dum propo

dum propositū. s.ꝙ cū materia sacri sit quasi quoddā in
strumentū,quo minister vtit:ideo debet cōuenire mini-
stro:& minister materiæ.Ideo in quocūq; sacro minister
est determinatus aliqua ordinatione: materia est deter-
minata aliqua benedictione:& vbi vnū deest,& alterum
sicut patet in baptismo : cuius minister nō est determi-
natus aliqua ordinatione.Potest enim quilibet baptiza
re,nec materia quantū est de necessitate sacri,indiget a-
liqua benedictione.Sed in sacro cōfirmationis minister
est determinatus certa ordinatione.s.episcopali.ideo ne
cessariū est materiā esse determinatam certa benedictio
ne:& sic de chrismate non benedicto nullus confirmare
Ratio du. potest. 16 Sed licet hæc ratio sit ꝓbabilis: nō tn
non necessi- necessaria: qa in sacro altaris minister est determinatus
tat. certa ordinatione:quia sacerdos est:ita,ꝙ alius cōficere
Cōtra Sco. non pōt,& tn non est necesse materiā esse determinatam
di.8.q.2. certa benedictione:imò omisso toto canone per sola ver
ba substātialia formæ posset cōfici:sicut sine aqua exor-
cismo,& benedictione pōt quis baptizari,& sine Euāge
Soluit In liorum libro benedicto dat diaconatus. 17 Nec
stantia Du. valet instantia eorū:qa Christus viuus, & mortuus vsus
fuit vntionibus visibilibus, sed nō per modum sacrai:
sicut vsus fuit pane,& vino consecratis,& conuersis,nec
per modū sacri,sicut vsus est baptismo Ioannis.Non eñ
Instantia. oleo,cum quo misit apostolos vnctus est, nec ꝙ se vnxit
2. soluitur. aliquē.Nec valet,quod dicit de iniuria:qa tunc fit iniu
ria rei consecratæ,qñ idem genus cōsecrationis repetit:
nō qñ aliud,& aliud,maximè qñ vnū ordiuat ad aliud.
Cōsecratio autē sacralis præcedit cōsecrationē, quæ est
sacrm in eadē materia, sicut post benedictiones multas
super panē,& vinu proferunt verba cōsecrationis.Sic in
propositō materia chrismatis ꝓcedit cōsecratio sacra-
Opinio.1. lis,q̄ non est sacrm.Sic & sanctificatio,quā Christus con
q̄ est. s.T. & tulit materiis aliquibus sacrorum, cū sit alterius ratio-
doc. declara nis à sanctificationibus sacralibus, & verbalibus nihil
tur. ꝓhibet eas illi superuenire:sed benè vnā alteri eiusdem
rationis:sicut in eodē subiecto in naturalibus sunt plu
ra accidētia simul diuersārū rationū, non autē rationis
vnius. 18 Videt ergo dicendū secundū primam
probationē, ꝙ oportet chrisma esse consecratu: quia ad
sacrm, quod requirit ministrū consecratū præexigit ne-
cessario:de necessitate sacri materiæ exterioris sanctifi-
catio:quæ fit,vel à Christo illi materiæ collata ex conta
ctu Christi:vt in sacro altaris,& baptismo, siue ex vsu sa
cramēti in persona Christi,etiam sine illa materia,vel q̄
sit ab ecclesia exhibita illi reseruata,vt est in proposito.
Simplex tn sacerdos non pōt chrisma cōficere:quia nec
ēt oleū ad cathecumenos,& ad infirmos,q̄ minora sunt,
potest cōsecrare. 26.q.6. c.2.&.c.3. presbyter chrisma
nunq̄ cōficiat.Itē episcopus electus,& cōfirmatus,si non
est consecratus.nō potest chrisma cōficere:qa hoc est or-
dinis,& cōsecrationis episcopalis. 68.dist. Quāuis. Po-
test tn alteri episcopo cōmittere.Hoc eñ est iurisdictio-
nis: illud autē cōsecrationis. Iurisdictionē enim habet,
sed non consecrationē. Similiter archiepiscopus anteq̄
habeat palliū,quāuis sit cōsecratus,non debet se vocare
episcopū,nec facere ea,quæ sunt ordinis episcopalis:pu-
ta conferre ordines,ecclesias cōsecrare, nec etiā chrisma
cōficere.Ita expressum est de electione.c.Quod sicut.Ta
men si cōsecraret,ex quo consecrat° est,verū chrisma es-
set.Debet autē in die cœnæ consecrari. 19 Ter-
tia cōclusio est,ꝙ si cōfirmatio fiat ab episcopo sine chris
mate cōsecrato nō est cōfirmatio,siue sacrm,licet iterū est
conferendū:qa ꝙ fit chrisma,& ꝙ sit ab ipso cōsecratum
est de essentia:nisi fortè Papa dispēsante, vt dicet infrà.
q.vlti. Quod autē cōsecratio sit facta post obtentū pal-
lium, vel in die cœnæ, non est de necessitate sacri: licet
sit de necessitate præcepti:sicut & ꝙ sit chrisma eiusdem
anni,quo debet brptizatus in ærtice inungi à sacerdo-
te. de cōse.dist.4.c.Si quis de alio chrismate.Multò.ma
gis cōfirmatio debet esse de chrismate eiusdē anni.i. cō-
fecto,& consecrato illo anno. 20 Sed cōtra hanc
conclusionē videt esse decretalis:de sacra. itera.c. 1.vbi Obiectio
dicit: Si quis per errorē non chrismate : sed oleo fuerit vide hîc Sco
delinitus nō est aliquid iterandū, sed cautè supplendū, tū.q.1.
quod fuerat ptermissum incautè. Et sic nec forma repe-
tet:sed debita materia linietur. Propter qd' videt chris-
ma non esse de essentia : eo ꝙ qñ aliquid de essentia est
omissum non tm illud supplet: sed omnia essentialia si-
mul adduntur.Aliàs si prius non fuit sacrm ꝓpter defe-
ctū vnius essentialiū multò minus tūc esset ꝓpter defe-
ctum plurium. 21 Dicendū ergo, ꝙ chrisma est Solutio.
de essentia,sine quo nihil actū est:sed qñ aliquis effectus
non sequit, nec gratiæ,nec characteris:tunc nihil videt
esse actū.Et ideo si denuo totū agitur,nihil iteratur:qa qd'
iteraē,licet aliquid fuerit de facto:nihil tn fuit de sacro.
22 CIRCA Tertiu sunt tres cōclusiones. Prima, Confirma
ꝙ debet habere formā verborū certā: quia licet sacta, q̄ tio habet cer
non habēt materiā aliā extra suscipientē non sic requi- tam formā.
rant determinatā formā verborū, vt pœnitētia, & matri
moniū: tn quæcunq; requirunt determinatā materiam
exterius suscipiēti applicandā requirunt etiā determi-
natā formā verborū: vt baptisinus, & eucharistia, vt vn-
ctio extrema,& hmōi:de quibus dicit Aug. Accedit ver-
bum ad elementū,& fit sacrm. 23 Secunda con-
clusio est, ꝙ forma non est cōsecratio materiæ. Solū eñ
sacrm eucharistiæ est,cuius essentia existit,& consistit in
cōsecratione materiæ:cętera verò nō:& præcipuè istud,
vel sicut nec extrema vnctio,de cuius essentia est mate-
ri cōsecrata, sicut istud. Alioquin sicut vbicūq, est ma
teria cōsecrata eucharistiæ est corpꝰ Christi, siue veniat
in hominū vsum,siue non:sic vbicunq; esset chrisma cō
secratū,ibi esset hoc sacrm.Et sic quādo sacerdos simplex
inungeret baptizatū chrismate in vertice confirmaret:
qd' tn falsum est:qa cōfirmatio nō est nisi in fronte:nec
est à simplici sacerdote. Similiter qñ chrisma fundit in
aquam baptismi,& calis, vel altare inunguit:vt beatus
Syluester instituit,de sacra. vnc. c.Vno.versus finē. esset
confirmatio, quod est falsum: qa susceptiuū huius sacri
non est res nominata. Itē caput,& manus pontificis,&
sacerdotis chrismate inunguit: sicut ibidē dicit, nec tn
est cōfirmatio: qa cōsecratio sacerdotalis, & episcopalis
supponunt confirmationē saltem de congruitate. Et sic
cōfirmatio in eodē iteraretur. 24 Tertia conclu
sio est,ꝙ forma est ista.Consigno te signo crucis,& cōfir Quæ sit for-
mo te chrismate salutis,vel sanctificatiōis:In nomine pa ma cōfirma-
tris,& fil. & Spūsctī. Hanc autē formā non habemus ab tionis.
Euāgeliis:sed à traditione Romanæ ecclesiæ:q̄ eam acce
pit ab apostolis:qui eā à Christo acceperūt. Vnde. 1.Co
rin. 11. Ego enim accepi à Dño, quod & tradidi vobis.
Et qm̄ non ab homine,neq; per hominē: sed per reuela-
tionem Iesu Christi accepi illud. Et si apostoli non fue
rint vsi hac forma hoc dispēsatiuè fuit : sicut tūc de for-
ma baptismi.Magis tn creduntur vsi:licet non legat:qa
occultabant formas sacrorum ꝓpter irrisiones gentiliū.
Dicit enim:Consigno te signo crucis: qa in signo crucis
omnia sacra perficiunt:de cōs.dist. 5. c.Nunqd. Confir-
mo te chrismate salutis, materia finis. In nomine patris
&c.causa principalis. De mutatione autē formæ idem
sciendū est,quod dictum est suprà: dist. 3.de mutatione
formæ baptismi. 25 Ad argumentū in oppositū Ad argm̄
dicendū est,ꝙ licet non legat hoc sacrm institutū à Chri in oppositū.
sto:fuit tn ab eo institutū,non ab apostolis,& multò mi
nus à cōcilio,nec ab ecclesia,qa cū ipsi nō sint funtdato
res,&

res,& factores legis,sed ministri, & fundamentũ cuiuslibet legis in sacramẽtis cõsistat. ideo &c. Dato etiã, q̃ apostoli fuerint bases legis,& ecclesię,non tñ fundatores. ideo ad eos non pertinebat sacramenta instituere.

QVAESTIO SECVNDA.

De materia confirmationis.

Thom. 3. q. 72. art. 5. 6. & 7.

Solutio.

SECVNDO Quæritur, vtrũ confirmatio characterẽ imprimat. Et videt̃, q̃ non: qa per hoc q̃ olim eligebant̃ fortes à timidit, vt præliarent̃ in deserto, & in aliis bellis Dñi non imprimeba᷑ eis character. ergo nec nũc. 2 CONTRA, qa propter hoc negatur hoc sacrm interari. 3 AD Eui dentiam huius quæstionis tria sunt videnda secundum tres effectus huius sacrĩ, qui sunt character, gratia, & cognatio spiritualis. 4 QVANTVM ad primũ sunt tres cõclusiones. 5 Prima, q̃ primus effectus confirmationis est character. Cùm em̃ confirmatio sit sacrm, quo homo deputa᷑ ad aliquid sacrũ: puta ad cõfessionem fidei, & constantẽ eius defentionẽ, ideo characterem imprimit. Sic em̃ videmus, q̃ his, qui ad mundi militiam eligunt̃, imprimit̃ aliquod signũ permanens: puta, q̃ aureis paramẽtis vtunt̃ in armis, & equestribus instrumẽtis ad differentiã aliorũ. In bellis etiã certa signa portant̃ ante eos, & olim militibus in brachio, vel alibi cauteriũ imprimebat̃. ergo conueniẽs est milites Christi aliquo spirituali characterе distingui, & cõsignari. Nec obstat, quod arguit̃, quia in ve.le. illa distinctio non erat sacrm: & sacrm, quod ibi erat distinctiuũ, vt circũcisio signum sensibile imprimebat, vnde inuisibili nõ egebãt. 6 Secunda conclusio est, q̃ confirmatio imprimit characterẽ distinctũ à baptismali, & ordinis, quia diuersarum causarũ suut diuersi effectus immediati. Vnde cũ character sit ỹmediat' sacrĩ effect' characterẽ imprimẽtis tria sacra no.le. characterẽ imprimẽtia tres diuersos characteres imprimunt. Propter qd' nullũ horum triũ est iterabile. 7 Hic tñ est dubiũ, vtrum sit irregularis recõfirmans, sicut rebaptizans scienter, & recõfirmatus, sicut rebaptizatus ignorãter. Nam de rebaptizãte, vel misterio prębente: habet̃ extrà de apostа. c. 2. de rebaptizato. de consec. dist. 4. Qui bis. De recõfirmante non sic expressum est, nec de recõfirmato, nisi q̃ dicit̃ de cõsec. dist. 5. Dictũ est nobis bis, vel ter, vel amplius baptizatos, aut cõfirmatos, non seculo, sed soli Deo sub habitu regulari, vel clericali religiosissimè famulari decretum est. Ex quo posset videri, q̃ æqualiter vterq; esset irregularis: sed glo. intelligit ad oppositũ ꝓpter id, quod dicit in habitu. Ex quo videt̃, q̃ in clericatu posit remanere, & ꝓmoueri. Vnde significat contrariũ decretũ. c. qui bis. vbi dicit̃, q̃ est irregularis. Et respõdet̃, q̃ in casu necessitatis remanent in habitu clericari dispẽsatiuè, vel in habitu clericali, sed sine ordine, & dignitate, per qd' nihil habet̃, de recõfirmato, si istud capitulũ, qd' dictũ est non imponit irregularitatẽ: qa illud. c. qui bi. non loquit̃ nisi de rebaptizato. Et licet æqualiter ꝓhibeant̃ reiterari: quia tñ pœna, quæ de vno exprimitur, in alio tacetur, nõ est extẽdenda maximè ista pæna, qa nullus iudicandus est irregularis, nisi sit iure expressum de sen. ex. Is q̃ in ecclesia. lib. 6. 8 Tertia conclusio est, q̃ character cõfirmationis præsupponit characterẽ baptismalẽ, non illũ ordinis cuiuscũq;. Primũ patet, quia baptismus est ianua sacrorum, sine quo nullũ sacrm recipi põt, nisi fortè matrimoniũ. Vnde & presbyter non baptizatus baptizãdus est, & per omnia ordinãdus, & pari ratione confirmandus, si prius fuisset de facto cũfirmatus: de presbytero non baptizato. c. 1. Secundũ patet, q̃ licet apostoli prius fuerint ordinati, q̃ cõfirmati, qa non fuerũt confirmati ipsi, nec aliquis alius hoc sacro ante Pẽthe. qa nec antè debuit dari spũs robur. & plenitudo: q tñ antè fuerant sacerdotes, non sic tñ debet fieri in nobis. Prius em̃ debet recipi sacrm, quod est cõmune, q̃ id, quod est speciale. Vnde de cõgruitate character ordinis præsupponit characterẽ cõfirmationis, & nõ econuerso. Nam & si apostoli prius comederũt agnum, postea cõicauerunt, non ꝓpter hoc nos sic facere debemus. 9 De ite ratione autẽ confirmationis ꝓhibita habet̃. 1. q. 1. manus impositio: vbi glo. dicit, q̃ est quædã manus impositio recõciliatiua: qua recõciliant̃ ab hæresi reuertẽtes, q̃ potest iterari. Alia est curatoria, super egros manus imponent, & benè habebunt. Et hæc etiã iterat̃, quod põt intelligi de extrema vntione. Tertia est absolutoria in sacro pœnitẽtiæ, q̃ etiã iterat̃, nisi solẽnis. Quarta est confirmatoria. Quinta ordinatoria. Hæc duæ non repetuntur, qa per eas characteres imprimunt̃. 10 CIRCA secundũ sciendũ est, q̃ secũdus effectus cõfirmationis est gratia. Vbi sunt tres conclusiones. 11 Prima, q̃ sacrm cõfirmationis cõfert gratiã, & non solũ cõi ratione, qa est sacrm no. le. sed speciali ratione, qa deputat ad aliquid sacrũ: qd' dignè sine gratia fieri non põt, qa non est speciosa laus in ore peccatoris. Itẽ qa deputat ad opus arduũ simũ, & maximè charitatis, vt animam suam ponat quis pro Christo. Vnde qa Deus non deficit in necessariis. ideo in hoc sacro dat gratiã, & etiã plenitudinẽ gratiæ: vt dicitur in litera. Et habet̃ de cõsc. dist. 5. c. Nouissimè. vbi dicit̃, q̃ in hoc sacro datur Spũsscti gratia septiformis cum omni plenitudine sanctificatis. 12 Secũda cõclusio est, q̃ gratia cõfirmationis differt à gratia baptismi, non quidẽ gratũ faciẽte: q̃ est vna in omnibus sacris: sed gratia sacralis, q̃ differẽs est in differẽtibus sacris: vt declaratũ est suprà dist. 2. Nihilominus tñ qa & hæc gratia sacralis fluit ab illa, q̃ est in essentia ad eã debet adultus per liberũ arbitriũ se præparare. Inde est, q̃ illi, qui perfectæ ætatis sunt, monẽtur cõfessionem facere prius: vt mundi donũ Spũss. valeant accipere, de consc. dist. 5. c. Vt ieiuni. quod etiã in omni susceptione sacramenti post baptismum obseruandum est ei: qui post baptismum mortaliter peccauit: quia sicut baptismus est ianua sacramentorum antè quod nullum sacramentum recipi potest, aut debet, sic penitentia est secunda tabula post naufragium. Vnde post naufragium ad eã prius, q̃ ad aliud est recurrendũ. Vnde cõtritus antequã cõfessus, si cõmode põt, nec eucharistiã, nec ordinẽ, nec extremã vnctionẽ, nec cõfirmationẽ accipere debet ante cõfessionẽ. 13 Tertia cõclusio est, q̃ gratia cõfirmatiõis perficit gratiã baptismalẽ, sed differenter: qa gratia sacralis cõfirmationis perficit sacralem baptismũ: sicut vna virtus perficit aliã à se differentem: sicut fortior minus fortẽ: vnde perfectio earũ requirit cõnexionẽ. Vnde de cõsc. di. 5. c. De his. in fi. vnũ sine altero perfici non põt: sicut nec liberalitas sine magnificẽtia, nec aliqua virtus sine magnanimitate. Gratia verò gratũ faciens in baptismo collata, si perseuerat per cõfirmationẽ perficit̃, quia & essentialiter auget̃, vt aucta mereat̃ perfici. Vnde de cõsc. dist. 5. c. 11. Omnes fideles per manus impositionẽ episcoporũ post baptismum Spũmsctũ accipe debẽt, vt pleni Christiani inueniant̃.

Sco. hîc cõtra canonistas. q. vlti. idem tenet.

Soluit rõi 5 q. adducta.

Character cõfirmatiõis differt à baptismali, & ordinis.

Dubiũ de irregularitate secũdò cõfirmati, & cõfirmantis.

Character confirmatio nis præsupponit baptismalem.

2. Art. Cõfirmatio cõfert plenitudinẽ gratiæ ratio duplex.

Gratia differt à gratia baptismali.

Gratia cõfirmationis perficit baptismalem.

Confirmatio inducit spũalem cognationẽ sicut baptismus.

14 CIRCA Tertiũ sciendũ est, q̃ tertius effectus Spiritussancti est cognatio spiritualis. Circa quam sunt tres cõclusiones. 15 Prima, q̃ confirmatio inducit spirituale cognationẽ, sicut baptismus. 30. q. 4. Si qs vnus. Vnde sicut inter baptizantẽ, & vxorẽ eius matrimonio consummato, & oẽs filios eius ex vna parte, & baptizatũ, & patrẽ, & matrẽ eius ex altera: & similiter inter leuantẽ de sacro fonte, & vxorẽ eius matrimonio cõsummato ex vna parte cũ filiis suis, & baptizatũ ex alia cum patre, & matre eius cõtrahit̃ cognatio spũalis: quæ matrimoniũ impedit, & dirimit omnibus illis modis est de cõfirmato, & tenẽte eũ, & vxorib⁹, & liberis: de cognatione spũali. c. 1. lib. 6. 16 Secũda cõclusio est, q̃ sicut non debent plures leuare baptizatũ: si tñ fiat spũalis cognatio ad oẽs contrahitur: non quidẽ inter illos adinuicem: sed inter quẽlibet eorũ ex vna parte, & baptizatũ, & parẽtes eius ex altera: sic per omnia est de tenẽtibus confirmationẽ: de cõsc. di. 4. Non plures. & de cognatione spũali. c. 2. lib. 6. 17 Tertia conclusio est, q̃ sicut vir non debet tenere vxorẽ, nec filiũ eius in baptismo: quod si sciẽter fecerit, priuat se iure suo in petendo debitum: si autem ignoranter, non propter hoc separantur: sic per omnia est de confirmatione. 30. q. 1. de his. & infrà de cognatione spirituali. q. 2. dist. Et per hæc patet responsio ad oppositum, quia non est simile.

QVAESTIO TERTIA.

De tempore, & loco confirmationis.

Thom. 3. q. 72. art. 9. & 12.

TERTIO Quæritur, vtrũ confirmatio debeat fieri in frõte? Et videt̃, q̃ non, qa extrema vnctio, q̃ est imperfectior, fit in omni parte. ergo multo magis cõfirmatio debet fieri in omni parte.

2 CONTRA, est qd' dicitur de sacra vnctione. c. vni 3 Ad euidentiã quæstionis tria videnda sunt: primò, de mẽbro: secũdò, de tẽpore: tertio de loco. 4 QVANTVM ad primũ sunt duæ cõclusiones. Prima, q̃ in fronte tantũ est facienda: qa, vt magis audacter, & sine timore, & rubore homo cõfiteatur nomen Christi fit confirmatio. Et ideo potius in fronte debet fieri, vbi apparent magis huiusmodi passiones. Et licet ex hoc magis videret̃ debere fieri in genis: tñ dicit̃ de homine non timẽte, nec verecundãte, q̃ fronte aperta, & effronte agit hoc, vel illud. 5 Secunda conclusio est, q̃ debet frons ligari quousq; chrima desiccet̃. Non oportet autẽ, q̃ pannus septẽ diebus ligato capite portet̃: sed q̃ septẽ diebus caput à lotione seruet̃: & hoc ꝓpter reuerentiã chrismatis: propter septẽ Spũs. s. dona. Propter quod etiã septẽ diebus aduẽtus Spũs. s. celebratur 6 QVANTVM ad secundũ sunt tres conclusiones. 7 Prima, q̃ chrisma solũ die cœnæ debet confici: extrà de cõsec. di. 3. literas. Chrisma in cœna Dñi quolibet anno conficiendũ est: & vetus intra ecclesiã est exurendũ. Et qd' dicit̃ de consec. dist. 4. c. Omni tẽpore liceat episcopo chrisma cõficere. i. omni anno: sed in die cœnæ tantũ tẽpore missæ. Confirmatio autẽ sicut q̃ tonsura omni tẽpore cõferri põt sine peccato.

1. Art.

2. Art.

A ieiunis debet suscipi, sine magna, & iusta causa audienda, vel faciẽda est confessio maximè de mortalibus. Est autẽ iusta causa, si homo timeat obliuiscì peccatũ: differens vsq; in crastinũ, vel se habiturũ tẽpus ita oportunè, & similiter si episcopus debeat manè recedere, qui post prandiũ paratus est cõfirmare. Similiter indecens est, q̃ in prouincia prouinciæ consueuerum est nuptias in vesperis, & de nocte celebrare: quia sacra lucis non debẽt ministrari tẽpore tenebrarũ: sicut hæretici, qui malè agũt, fugiunt lucẽ, nisi necessitas vrgeat. 9 Tertia conclusio est, q̃ tempore interdicti cõfirmatio, sicut & baptismus dari põt, & occasione huius chrisma cõfici. extrà de sen. excõi. c. Cũ ex co. & c. ti. Qm̃. lib. 6. Ex quo aliqui arguunt confirmationem esse sacrm necessitatis: & magis q̃ pœnitentia: eo q̃ tẽpore interdicti etiã viuenti, & sano non negatur, sicut nec baptismus: cùm tñ pœnitẽtia iure ve. negaretur: nisi peregrinis, & cruce signatis, & moriẽtibus: licet iure non cõcedat̃: de sent. excõi. c. Alma. li. 6. 10 Vbi etiam dubitari potest: an sicut per confirmationẽ, quæ dari põt tẽpore interdicti: licet tũc chrisma celebrari: liceat similiter ꝓpter baptismũ fontes benedici in Sabbato sancto Paschæ, & Penthe. 11 Dicendũ, q̃ non est simile, qa chrisma est de necessitate confirmationis: fontiũ autẽ benedictio non est de necessitate baptismi: videretur tñ alicui de solẽnitate Paschali, & Penthe. esse officiũ vigiliæ. Et qa iure nouo illius Decretalis, Alma. licet solẽniter ecclesiã officiare sic, & vigiliã, & per consequens benedicere fontes, & lætanias facere, sicut Sabbatum requirit. 12 QVANTVM ad tertium sunt tres conclusiones. 13 PRIMA, q̃ in omni loco, dum tñ decenti, & honesto, põt episcopus cõfirmare sine peccato, non solũ in ecclesia, sed extrà: quãuis chrisma in ecclesia solũ confici debeat, qa quod est prohibitũ, est concessum. 14 Et sacrm ordinis meritò dat̃ in ecclesia: qa in ecclesia est eius executio. similiter sacrm baptismi, per qodd est ingressus ad ecclesiã, sed non sic extrema vnctio, per quã est exitus: similiter nec confirmatio, per quã homo extra ecclesiam armatur. 15 Secũda conclusio est, q̃ in loco suæ diœcesis, & non extrà, episcopus debet cõfirmare, sicut nec alia sacramẽta, nec sacramẽtalia ministrare. Non em̃ extrà debet ecclesias, vel virgines cõsecrare, nec huiusmodi facere: quãuis sit dissimile: qa confirmatio homini non loco exhibet̃: qui homo vbicũq; fit, subditus est episcopo suo Et ea, quæ sunt volũtariè iurisdictionis extra territoriũ in sibi subditos, aliàs exercent̃: non tñ inuenit̃ de confirmatione expresse permissum. Et iure cõi episcopus extra suã diœcesim ꝓhibet̃ ea, quæ sunt ordinis exercere, imò nullus extra suã diœcesim debet sacra percipere. Nec distinguitur à suo, vel alieno episcopo. 16. q. 3. licet. in fine. qa extra territoriũ ius dicẽti impunè nõ paret̃. ff. de vnct. iube. l. inter. licet illa lex loquat̃ in his, quæ sunt contẽtiosæ iurisdictionis. De hoc tñ plenius dicet̃ infrà dist. 19. quantũ ad absolutionẽ iudicialẽ, & sacralem extrà diœcesim faciendã. 16 Tertia cõclusio est, q̃ archiepus, q̃ visitat ꝓuinciã, posset, vt videret̃ alicui illos, qui sunt de familia sua cõfirmare, dum est in diœcesibus suffraganeorũ: qa tũc sibi subditi sunt, & locus secundũ quid aliquo modo sibi subditus est ꝓ tunc: licet non simpliciter. Vtrũ autẽ subditos suffraganeorum: tunc possit confirmare, videbit̃ in sequẽti quæstione. 17 Ad argumentũ in oppositũ dicendũ est, q̃ non est simile de extrema vnctione, & cõfirmatione: quia extrema vnctio datur cõtra reliquias peccatorũ actualiũ: vnde ipsis omnibus radicibus peccatorũ adhibetur: istud autẽ ad audaciam, & fortitudinem conferendã, quæ magis in fronte apparet.

3. Arti. De loco confirmationis.

Ad argũ in oppos.

QVAESTIO QVARTA.

De confirmato, & confirmante pro tempore, & loco.

Thom. 3. q. 72. art. 11.

QVARTO Quæritur, vtrum episcopus sit proprius minister huius sacramẽti. Et videt, q̃ nõ, quia plus est minores ordines cõferre, q̃ confirmare: sed illos põt conferre, non episcopus: puta p̃sbyter, cardinalis. ergo &c. 2 CONTRA, quia cõfirmare est propriũ eporum: vt dicit dist. 68. q̃uis. Et di. 95. Presbyteros. 3 Ad euidentiã huiꝰ q̃stionis sciendũ est, q̃ cũ tres p̃sonæ cõueniãt in cõfirmatione. s. cõfirmãs confirmatus, & tenẽs: primæ duæ. s. confirmãs, & cõfirmatus: sunt de necessitate: qa idẽ non põt seipsum cõfirmare, sicut nec baptizare extrà de bap. c. Debitum. 4 Tertia est de congruitate, & de necessitate nõ simpliciter, sed præcepti: si adsit facultas. Secundũ hæc igitur circa quæstionẽ istam tria sunt videda. Primò, de persona tenente. Secũdò, de confirmata. Tertiò, de confirmante. 5 QVANTVM ad primum sunt. 5. conclusiones. Prima, q̃ ideo tenẽs conuenit huic sacro: quia ille, vt infirmus petit cõfirmari, & ideo alio est, vt baculo substẽtandus. Propter qd' dicunt aliqui, q̃ mulier tenere virũ non debet: qa repugnat significationi. Videt tñ, q̃ mulier possit tenere, sicut & in baptismo: qa non significat, q̃ ipsa teneat, sed q̃ ille ab alio teneri indiget. 6 Secũda conclusio est, q̃ non plures vno tenere debent, sicut nec in baptismo, in quo tñ cõtraria cõsuetudo fortè excusat: de cõse. dist. 4. Non plures. Et q̃mos erat, crimen non erat. 7 Tertia cõclusio est, q̃ sicut in baptismo nõ baptizatus non debet tenere baptizatũ, sic nec in cõfirmatione nõ cõfirmatus nõ debet tenere confirmandũ: de cõse. dist. 4. In baptismate. 8 Quarta cõclusio est, q̃ nec qui leuauit in baptismo, debet tenere in cõfirmatione, nisi in necessitate. 9 Quinta conclusio est, q̃ non debent se mutuò tenere cõsanguinei, vel affines: qa ad amicitiã sufficit eis vinculum naturale, & carnale. 10 CIRCA secundum sunt quatuor conclusiones. Prima, q̃ omnis homo qui fuit capax baptismi, debet, & potest cõfirmari. Vnde de conse. di. 5. Oẽs fideles p̃ manus impositionẽ &c. Spũm sctũ post baptismũ recipere debent. Qui dicit omne nihil excepit, & concipit fœmininũ: qa in Christo Iesu nõ est masculus, nec fœmina: qa & mulieres pro Christo dimicauerũt. Et sic non solũ masculi, sed fœminæ, & hermofroditi, & monstruosi quicũq; ex quo Christiani sunt possunt confirmari. 11 Secunda conclusio est, q̃ non solũ adulti, sed etiã paruuli possunt cõfirmari: qa & si nũc non habeant, tñ fortè postea habebunt cõfiteri: & tunc magis parati sunt, inquantũ minus ficti. Christus etiã paruulis manus imposuit. Tamen qa hoc sacrm iterari nõ debet: nec sic præsumit de cõuersato inter Christianos, q̃ fuerit confirmatus: sicut, q̃ fuerit baptizatus, ideo nõ expedit, q̃ paruuli confirmẽt, quousq; sint circa septenniũ, vt magis recolere possint, quibus & ꝓpter hoc solet dari alapa. Et in illa ætate non antè debet dari tonsura clericalis: de tẽpore ordi. c. vlti. lib. 6. licet secundũ legẽ Moysi ad militiã nõ ascribant, nisi à. 24. annis, & suprà: qa statim armabantur ad bella. Sed licet sacramentũ cõfirmationis æqualiter det paruulis, & adultis: non tñ præceptũ eius, qd' ecclesia facit, ligat nisi adultos. Vnde baptizari paruuli morientes sine distinctione saluant ante confirmationem: non sic adulti, si neglexerint, vel contẽpserint. 12 Tertia conclusio est, q̃ surdi, & muti, & hmõi possunt cõfirmari, qa & istos Christus tetigit. Vnde expuens tetigit linguã, & misit digitos in aures: vt dicit in Marco. 13 Quarta conclusio est est, q̃ infirmi, & moriẽtes debẽt, & possunt cõfirmari, qa tũc imminet pugna inuisibilis cõtra hostem. Et si dicatur, q̃ cõtra illã non est cõfirmatio: potest dici, q̃ si nobiles imminentibus cõflictibus mortalibus faciunt se fieri milites, ne moriant non milites: multò magis vt moriẽtes annumerent militiæ Christi, & nobilitent: non solũ vt agricolę de simplici familia debẽt se si possunt facere confirmari. Christo autẽ, qui oĩa portabat, & portat verbo virtusis suæ non competebat confirmatio.

14 QVANTVM ad tertium sunt tres cõclusiones. 15 Prima, q̃ solus episcopus habet ex officio confirmare, sicut & chrisma conficere: licet non sequat: solus habet materiæ cõsecrationẽ. ergo solus habet vsum qa oleũ ad cathecumenos, & ad infirmos solus cõsecrat: qui tamen non solus vtitur: sed etiã simplex sacerdos. 16 Si autẽ episcopus quencũq; hominẽ, siue subditum, siue non subditũ confirmet, est confirmatus, q̃us non debeat, non subditũ confirmare, sicut nec ordinare. Non tñ cõfirmãs alienũ suspensus est à collatione confirmationis, sicut ille à collatione ordinũ, & tonsuræ: de tẽpore ordi. c. 2. & lib. 6. qa hoc non est expressum: sed generaliter ꝓhibitũ est: ne exteris sacra ministrẽt. 16. q. 1. Interdicimus. 17 Archiepiscopus autem licet possit dare indulgentias per totã ꝓuinciã: de pœ. & re. c. Cum ex eo. Licet etiã possit audire confessiones subditorum suffraganeorum, q̃ visitat diœcesim eorum: de cenſibus. c. vlt. lib. 6. Non tñ licitè põt confirmare subditos eorũ: qa non habet potestatẽ, nec iurisdictionẽ in eos: visitans, necnõ visitãs: nisi in casibus in iure tõcessis, & ex presis. Ille autẽ non est de illis. ergo &c. 18 Electus autẽ, & confirmatus, sed non cõsecratus etiã subditos non solũ non debet: sed non potest confirmare: sed alius eps de volũtate eius potest: qa ea, quæ sunt iurisdictionis, cũ sit confirmatus: non autẽ ea, quæ sunt consecrationis: qa nõ est consecratus. Vnde potest demãdare, quod est iurisdictionis, sed non põt per se conferre, qd' est consecrationis. Non tñ esset irregularis, si confirmaret: licet exercẽs ea, q̃ sunt ordinis sacerdotalis non habens ipsum sit irregularis: qa non est expressum de illo, sicut de isto. 19 Idem de archiepiscopo ante obtentum palliũ consecrationis, sicut de episcopo confirmato, sed non consecrato dictũ est. 20 Secunda conclusio est, q̃ simplex sacerdos excõmisione Papæ põt confirmare, & minores ordines conferre: q̃ Papa consecratus sit, non autẽ maiores. Nec ex cõmisione cuiuscunq; inferioris potest p̃dicta. Ratio est, qa cũ episcopatus non addat aliquid supra sacrm per relationẽ ad corpus Christi verũ, sed solũ per relationẽ ad corpus mysticum Papa per hoc, q̃ est episcopus summus episcoporũ, non dicit habere plenitudinẽ potestatis per relationem ad corpus Christi verũ, sed ad mysticũ. Potestas autem perfecta super corpus Christi mysticum supponit, & requirit potestatẽ super verum: qa ab ea descendit. Vnde solus sacerdos potest absoluere in foro pœnitẽtiali, & baptizare ex officio. Et ideo promouere ad illas perfectiones, quæ non respiciunt corpus Christi verũ: sed corpus mysticum potest Papa, qui habet plenitudinẽ pontificalis potestatis sacerdoti cõmittere, qui habet actũ suum super corpus Dñi verum: non autẽ diacono, nec alteri inferiori: qui non habet potestatẽ super corpus Christi verum. Simplici etiã sacerdoti non põt cõmittere, q̃ pro

Arti. 1. Hoc tenet. s. T. 3. part. q. 72. artt. 10. ad. 3. hîc.

Paruuli q̃n sunt confirmandi.

Arti. 3 De confirmante.

Episcopus põt cõfirmare non sibi subditũ non tñ licitè.

Simplex sacerdos põt ex commissione Papæ confirma. Et non aliâs ratio. s. hîc q. 3. art. 1. q. 3. Idem. Pe. de Tharan. hîc problemate. 2. q. 2.

moueat ad perfectionẽ, quæ respicit corpus Christi verum, sicut sunt sacri ordines. Secus autem est de minoribus ordinibus, & confirmatione, quæ respiciunt corpus Christi mysticũ: supra quod est plenitudo potestatis committẽtis. Et cõmissarius est capax potestatis perfectæ super corpꝰ mysticũ, cùm habeat potestatẽ super verũ. Supra ordines verò maiores, quę immediatè respiciũt corpus Christi verũ non habet Papa plenitudinẽ potestatis vt posit eorũ collationẽ cõmittere simplici sacerdoti: licet sit capax. Quia verò diaconus, & cæteri inferiores sacerdotes non sint capaces potestati perfectæ super corpꝰ mysticũ, ad quã pertinet cõfirmare, & ordinare, cùm nõ habeant perfectã potestatẽ super corpus Christi verum. ideo Papa non põt eis cõmittere hoc: licet non sit defectus cõmittẽdis, qui habet talẽ perfectã. Itẽ inferior Papæ non posset cõmittere sacerdoti confirmationẽ: quia ipse non habet plenitudinẽ potestatis. Itẽ dico, q̃ Papa non posset confirmare sine chrismate: quia non potest mutare formã, vel materiã sacri. 21 Sed contra ea, quæ dicta sunt, arguũt aliqui multipliciter. Primò, q̃ Papa non posit mutare ministrũ sacri cõfirmationis: qa de integritate cuiuslibet sacri sunt materia, forma, & minister: sed Papa nihil potest immutare circa materiã, & formã sacramentorũ. ergo nec circa ministrũ. Aut ergo sacerdos simplex ex institutione diuina est minister confirmationis: & tunc absq; cõmissione Papæ potest eam conferre, aut non est minister, sed solus episcopus, & tũc ex quacunq; cõmissione non potest. 22 Sed forte ad hoc dicet, q̃ minister non sit de integritate sacri, sicut materia, & forma: qa materia, & forma sunt intrinseca sacro: minister autẽ extrinsecè se habet ad ipsum propter quod aliqua variatio potest fieri circa ministrum: non autẽ circa materiam, vel formã, quod patet in sacro pœnitẽtiæ, in quo põt fieri per Papã circa ministrũ variatio: sicut qñ Papa dat aliquibus priuilegiũ absoluendi, qui prius absoluere nõ poterãt: & ab eis aufert. quando vult, vel etiã ab aliis, q̃ prius habebãt potestatẽ. Nunquã autẽ potest mutare materiã, & formã sacri pœnitentiæ. Et similiter videt, q̃ posit facere circa alia sacra mutãdo ministrũ, nõ aũt materiã, vel formã. 23 Sed hoc non valet. Primò, quia Papa circa sacrm pœnitẽtiæ non mutat ministrũ: qa minister eius est omnis sacerdos: cũ omni sacerdoti dicat̃ in sua ordinatiõe. Accipite Spiritũ sanctũ, quorũ remiſe. pec. &c. sed subtrahit materiam isti, vel illi, sicut sibi placet, & alteri tribuit. Qd' est pro tanto: qa cùm sacrm pœnitẽtiæ sit iudiciale materia huius est peccator subditus. Potest autẽ Papa facere, q̃ subditus isti sacerdoti sibi amplius nõ sit subditus: & sic subtrahit materiã absoluendi: qua subtracta non põt absoluere, vel ligare: sicut si sacerdoti subtraheretur panis, & vinum non posset conficere. Similiter Papa potest alicui subdere subditũ, qui prius ei subditus non erat: & tunc potetit cum absoluere, qui prius poterat ex defectu materiæ. Non mutat ergo Papa ministrũ pœnitẽtiæ sicut nec in aliis sacramẽtis, sed dat materiã, vel subtrait. 24 Vel potest alio modo dici, q̃ Papa ministrũ alicuius sacramẽti mutare non potest: potest tamen præcipere, q̃ nullus sacramenta recipiat à tali, vel tali ministro. Et tunc recipiens contra inhibitionẽ Papæ peccat, nec recipit gratiã. Et quantũ ad sacramentũ pœnitentiæ, aut nihil omninò recipit, nec sacramentũ, nec rem sacramenti: non quia sacerdos non sit minister, sed qa confessio non est integra, qñ tacet pctũ, quod actu commit tit contra inhibitionẽ Papæ faciẽs, & sic est defectus in materia: aut si non tacet, nihilominus nõ recipit rem sacramẽti. s. gratiã cũ actu cõmittat culpã: est tñ verum sacramentũ. Sed qa totus effectus pœnitẽtiæ est remissio culpæ. ideo sacrm est in tali iterandũ: sicut esset aliud sacrm, per quod nihil penitus est factũ. 25 Non valet etiã, qd' dicit, q̃ minister extrinsecè se habet ad sacrm: materia verò, & forma intrinsecè: qa sicut minister conferẽs se habet extrinsecè ad sacrm, sic & suscipiẽs ipsum. Sed vbi suscipiens aliquod sacrm determinatꝰ est: sicut in extrema vnctione infirmus, vel in ordine masculus per Papam mutari non possunt: & tñ si fiat, verum est sacrm: vt si sanus inungatur, vel mulier ordinetur. ergo similiter circa ministrũ facientẽ nihil omnino mutari potest absq; euacuatione sacri, quãuis extrinsecè se habeat ad sacrm. 26 Tertio, patet idẽ principaliter sic: dispensare sacra, quorũ actus respiciunt corpus Christi mysticũ non conuenit Papæ, & episcopis ratione iurisdictionis: qa cùm Papa electus, & eps confirmatus habeãt plenariã iurisdictionẽ, anteq̃ sint cõsecrati, possent tunc sacra cõferre, seu dispẽsare quod falsum est. ergo nõ conuenit eis ratione iurisdictionis: sed ratione consecrationis: sed ea, quæ consecrationẽ respiciunt non cõsecrato cõmitti non possunt: vt habet extrà de conse. ec. vel al. c. vlt. ergo Papa, vel eps non possunt cõmittere non epo, q̃ posit talia sacra conferre. 27 Quartò sic. Papa non habet maiorẽ potestatẽ, q̃ eps, nisi in foro causarũ. si ergo ex cõmissione Papæ simplex sacerdos põt confirmationẽ, vel minores ordines conferre: idẽ poterit sacerdos quilibet ex cõmissione proprij episcopi, qd' à nullo concedit. 28 Quintò sic. Sicut in baptismo confertur potestas suscipiẽdi sacra, sic in ordine confert potestas dispẽsandi ea: sed Papa non põt facere, q̃ non baptizat suscipiat verũ sacrm. ergo non põt facere, q̃ non ordinatus illa ordinatione, qua quis recipit potestatem dispẽsatiuã confirmationis, vel ordinis posit hæc sacra conferre. 29 Sextò, qa mirũ esset, si aliquis posset in actum, respectu cuius non habet potentiã: sed secundum istos character ordinis, vel baptismi sunt potestas suscipiẽdi, & cõferẽdi sacramẽta: nullus autẽ potest habere characterẽ ordinis, vel baptismi ex cõmissione Papæ: sed requirit susceptio sacramẽtorũ. ergo non habẽti characterẽ ordinis per susceptionẽ sacri non põt per quencunq; cõmitti actus illius sacri. Tunc deducat, vt prius, quia minister confirmationis aut est ordinatus ordinatione episcopali: aut simplicis sacerdotij: si episcopali, cõmitti non potest non episcopo, si simplicis sacerdotij non est necessaria cõmissio: nisi fortè propter prohibitionem ecclesiæ ad vitandũ culpam inobediẽtiæ. Ex his patet, q̃ ex cõmissione cuiuscũq; nullus posset conferre sacrm, qd' non posset cõferre ex se. 30 Septimò, ratio præcedẽtis opinionis non videt concludere. Cũ enim dicit, q̃ Papa habet plenitudinẽ potestatis super corpus mysticum: verũ est illam, qua potest sacra dispẽsare, sed non cõmittere: cui hęc sit potestas consecrationis, in qua cum ipso cõmunicant oẽs epi. Aliã potestatẽ habet, q̃ est iurisdictionis, quæ est in statuẽdo, citando, excõmunicãdo, suspendendo, in qua nullus ei æquat̃. Et hanc potest cõmittere, cui vult, vel in toto, vel in parte. Sed de hoc nihil ad propositũ: sed solũ de potentia, quæ cõmitti nõ potest. 31 Octauo, quod dicitur, q̃ illa cõmissio non põt fieri nisi sacerdoti, qui habet potestatẽ sup corpus Dñi verũ non videt cogere: qa à corpore Dũi, vt confideraẽ per se, vel in se: puta passo vel mortuo fluit gratia in corpus mysticũ, & non ab ipso solũ, vt est in sacramento. Sacerdos aũt non habet potestatẽ super corpus Dñi verũ, vt est in se: sed solũ prout est in sacramẽto. Et ideo quantũ est de virtute rationis, non est necessariũ, q̃ sibi soli cõpetat dispensatio sacrorum: per quæ effluit gratia in corpꝰ Chri mysticũ. 32 Quod etiã patet, quia alius à sacerdote põt cõferre baptismũ: quantũ est de ratione

Contra dicta Dur. arguit. q. 4. cõtra. 2. opini.

Solutio.

Alia impro-

tione sacramenti: licet ex institutione ecclesiæ solus sacerdos habeat authoritatem ministrandi. 31 Ad primũ argumentu cõtra id,qd' dicit,ꝙ presbyteri cardinales conferũt minores ordines:dicendũ,ꝙ æquè dubiũ est de minoribus ordinibus,sicut de cõfirmatione. Non enim claret,qũo possint à nõ episcopo cõferri:si sol' episcopus ex ordinatione Christi sit horum sacrorum minister. Si vero omnis sacerdos sit minister,si ex ordinatione ecclesiæ reseruat' solis episcopis:tũc quilibet sacerdos potest verè cõfirmare, & minores ordines conferre:licet peccet conferẽdo,faciẽs contra præceptũ ecclesiæ.Ecclesia enim potest ministrũ sacri suo statuto ligare:sed non potest irritare sacrm concurrẽtibus his,quæ sunt de necessitate sacri. Et si hoc est verũ:tunc Greg. potuit conferre sacerdotibus, ꝙ licitè confirmarẽt: quia aliàs peccassent confirmãdo,licet verè cõfirmassent. Si autẽ non est ita,sed solus episcopus est minister:nescio cur nõ possit dici,ꝙ Greg.cùm fuerit homo,& non Deus,errare potuerit. Et per hoc patet ad secundũ. 32 Videtur autẽ,ꝙ proprius minister cõfirmationis sit episcop' per id,quod dicit:de cõs.di.5.c.Manus.Minister autẽ minorum ordinum videt esse simplex sacerdos:vt patet per illud,qd'dicit extrà de ordinato ab episcopo,qui renũciauit episcopatui. c.1. 33 Sustinẽdo autẽ cõmunẽ opinionem potest rẽsponderi ad ista p er ordinẽ. Ad primum dicendũ,ꝙ cùm sacerdos fiat episcop', & minister huius sacri sit sacerdos episcopus, qa nec potest esse episcopus, nisi sit sacerdos, imo non videt alius character, sed idẽ vtriusq;: plenior tñ episcopi cõmittere sacerdoti simplici est non mutare ministrum quo ad substantiam.

Ad argñ 1.opinionis

Duplex solutio ad Gregorium.

Cõmunis opinio.s.T. sustinetur.

Ad. 1.

34 Ad cuius euidentiã est sciendũ,ꝙ fortè ex dispẽsatione Papę ex chrismate non cõsecrato:& de oleo non benedicto possent sani cõfirmari,& morientes inungi,& esset eadẽ materia: qa consecratio illa nihil reale addit, sed puram relationẽ rationis dicit.Vnde Christus materiam instituit, sed sanctificationẽ ecclesiæ cõmisit.vnde Papa,qui est super totã ecclesiã,non potest quidẽ materiam mutare, sed eius cõsecrationem potest mutare, vel omittere,qa sic Christus instituit,ꝙ oleũ,vel chrisma sit materia:eodẽ modo, quo fuerit per ecclesiã determinatum.Vnde fortè non idẽ modus est cõsecrãdi apud omnes. Et quia consecratio illa non est sacrm, sed aliquid sacramentale.ideo videtur esse in dispositione ecclesiæ. Sicut autẽ nullũ est matrimoniũ inter personas,quas ecclesia reddit illegitimas, sic non esset cõfirmatio,nec vnctio, si fieret de materia contra ritũ ecclesiæ præparata. ergo à simili si cõsecratio episcopi nõ sit sacrm,sed sacramentale, videtur,ꝙ Papa possit circa illud dispẽsare: vt .s. minister conferens illa sacra, quibus aliquis præficitur corpori Christi mystico, sic sit à Christo determinatus,ꝙ s.sit sacerdos, secundũ ꝙ placuerit ecclesiæ ipsum cõsecrare. Vnde qui præest toti ecclesiæ,potest ei cõmittere sine hac cõsecratione. Sed quia generaliter statuit, ꝙ non episcopus hoc non faciat.ideo qui cõtra hoc agit nihil facit.Determinationẽ enim sacerdotis Christus ecclesiæ cõmisit,sed ꝙ sacerdos esset,hoc determinauit.Vnde fortè Papa facere posset, ꝙ simplices sacerdotes episcopum consecrarẽt. Sed rẽspectu aliorũ sacramentorũ, quæ rẽspiciunt corpus Christi verũ,Christus determinauit non solũ,ꝙ esset sacerdos:sed etiam qualis sacerdos: qa episcopus.s.secũdum ritũ ecclesiæ consecratus. Vnde modo consecrãdi ecclesiæ cõmisit:sed cũ consecratũ noluit esse vlteriori ritu, q̃ simplicẽ sacerdotẽ. Et q̃uis ista non ꝓbentur: tñ isto modo esse potuit. Et isto modo saluari potest, quod ecclesia Romana facit: de qua suppo-

Fũdamẽtũ opinionis.

nendũ est,ꝙ non errat. 35 Ad illud, quod dicũt de susciptiẽte,& conferẽte:dicendũ, ꝙ actio transiẽs non solùm essentialiter,sed etiã subiectiuè differt ab agente, sed patiẽs est idem subiecto cum ea. Vnde essentialius se habet patiens ad actionẽ transeuntẽ,q̃ agens.Vnde dissimile est de vtroq;. 36 Vel dicendũ, ꝙ sicut Papa non potest mutare subiectũ à Deo determinatum:sic nec agens à Deo determinatu. Sed subiectũ quidem est qñq; à Deo determinatũ totaliter,& simpliciter,& tunc Papa nihil põt: aliqñ cõditionaliter.s. supposita ordinatione ecclesiæ,sicut in matrimonio vir, & mulier. Vnde ibi potest Papa facere personas illegitimas,& legitimas. Et similiter est ex parte ministri,qñ est determinatus totaliter, & simpliciter Papa nihil potest: puta sacerdos est determinatus ad inungendũ, & ad absoluendũ. Quãdo autẽ est determinatus sub conditione,cuius impletio est in potestate ecclesiæ,tunc Papa potest.Et sic supponitur esse hic: sicut ecõtrario supponit in suscipiẽte omnia sacramẽta præter baptismũ, & matrimoniũ, ꝙ baptizatus est susceptiuus, & non alius. Vnde nec Papa facere põt, ꝙ non baptizatus possit aliquod sacrm recipere:quia sic Christus ordinauit. Si autẽ simpliciter ordinauit,ꝙ solus sacerdos sit susceptiu' episcopalis cõsecrationis: tũc Papa non põt dispẽsare. Vnde quia supponimus, ꝙ ecclesia non errat in his,quib' ecclesia dispẽsatiuè vtitur: supponendũ est à Christo determinationẽ vltimam ecclesiæ cõmissam esse.In quibus verò nondũ attemptauit supponendũ est à Christo determinationẽ factam esse.

Papa qño põt supra i' positiuũ, & diuinum.

37 Ad tertiũ dicendũ,ꝙ non est simile: qa licet episcopus non possit cõmittere non cõsecrato in episcopũ ea,quæ sunt episcopalis cõsecrationis: puta dedicare ecclesias,& hmõi:Papa tñ posset non episcopo, imò etiam non sacerdoti:nisi illa, quæ includunt missæ celebrationem cõmittere,qa talia sunt de iure positiuo.De his verò, quæ sunt de iure diuino, nihil licet inferiori Papa, sed Papæ sic, secundũ distinctionẽ factã. 38 Vel Potest dici, ꝙ non consecrato non possit cõmittit etiã à Papa,sed cõsecrato in sacerdotẽ, licet non sit cõsecratus in episcopũ, possunt aliqua committi à Papa,& non ab alio,sicut illa,de quibus agitur.Vnde Decretalis illa:de cõsec.eccle.non est ad propositũ, qa loquit̃ de episcopo, qui ea, quæ sunt cõsecrationis non potest non ẽpo committere, imò nec tonsurã conferre: cũ tamen constet, ꝙ huiusmodi Papa cõmittat: qa cùm habeat plenitudinẽ pontificatus:ea,quæ sunt pontificum etiã non pontifici amittit:quod non põt facere particularis pontifex. Perfectũ enim est,quod põt sibi simile generare. Et qñq; vnus episcopus alteri cõmittit, ꝙ ordines in sua dicœsi teneat,vel huiusmodi:ille,qui ordines cõfert iure suo,& authoritate sua cõfert,non cõmittentis:qa etiã non consecratus cõmittere põt. Propter quod oportet,ꝙ is,cui cõmittit: qui iure suo hoc facere habet, sit consecratus illa cõsecratione,ad quã hoc pertinet. Sed qñ ex cõmissione Papæ confirmat,vel dat minores ordines: non sua authoritate,sed vice Papæ hoc facit,quia si potest facere perfectum episcopũ,sicut vult.s.mutãdo materiã,& formam:põt & partialẽ episcopũ facere. i.in parte dare alicui potestatẽ episcopi,vt ẽps est,non: quã habet, vt ẽps, & sacerdos.i.collationẽ maiorũ ordinũ, q̃ rẽspiciũt corpus Christi verum. 39 Ad quartũ dicendũ, ꝙ licet Papa non habeat maiorẽ potestatẽ in conferẽdo sacra per se,q̃ episcop': tñ habet maiorẽ potestatẽ in cõferendo ea per aliũ:qa cõferre est cõsecrationis,sed cõmittere est iurisdictionis. Est aũt Papa maior in iurisdictione,q̃ alius ẽps:sed æqualis est in cõsecratione:qa æqualis est vtriusq; consecratio.cùm sit eadẽ.Vnde ẽps factus Papa non amplius cõsecrat̃.Et põt poni exemplũ in episcopo,& in inquisitore:qa non habet ẽps maiorem potestatem in cognoscendo de crimine hæresis per se: imò de pari

Papa põt facere partialem cpm.

Nota.

de pari currunt: sed episcopus cùm sit ordinarius,habet maiorẽ in comittẽdo,q̃ inqsitor,qui cõmittere non põt. 40 Præterea, cõsequẽtia apparet falsa in omnibus cõsecrationibus,quæ sunt sacrales,& non sacra:quia ita põt episcopus per se in illis,sicut Papa:sed Papa põt eas cõmittere nõ episcopo: non autẽ hoc põt simplex episcopus. Vnde in Decretali aliqua, Papa dissimulando ratã habet cõsecrationẽ factã à simplicibus sacerdotibus, ad quod ratihabitio inferioris nihil faceret. 41 Ad quintũ dicendũ,ꝙ sicut Papa non põt facere,ꝙ non baptizat' suscipiat alia sacra: qa character baptismi est simpliciter potẽtia passiua ad alia sacra: & nemo recipit illud,cuius non habet potentiã receptiuã: sic non põt facere Papa ꝙ non ordinatus,qui caret charactere ordinis posit cõferre cõfirmationẽ,vel minorẽ ordinem:qa character ordinis est potestas actiua ad conferendũ ea. Vnde benè oportet,ꝙ characterẽ sacerdotalẽ habeat:cui Papa hoc cõmittit: sed non,ꝙ habeat ordinẽ episcopalẽ,sicut diceret̃, ꝙ character ordinũ inferiorũ est potestas faciendi ex officio:quod sine illis homo ex se facere nõ potest,sed ex cõmisione. Ita etiã ordo episcopalis est ptãs cõferendi ordines ex se,sine quo ex se:& ex ꝓprio officio nullus põt conferre. Sed ex commisione Papæ sacerdos potest illud,quod episcopus põt ex se in talib':quasi nõ sit ordo potestas conferẽdi, sicut character baptismalis recipiẽdi. Sed aliquis ordo est potestas faciẽdi,quod aliter fieri nõ potest,vt sacerdotiũ conficiẽdi, & ligandi,& absoluendi,& episcopatus ad maiores ordines ordinandi,quod alius non põt.Est autẽ potestas in aliis faciendi ex officio ordinare,quod alius non põt:nisi ex cõmisso, & vice alterius.Et sic ordo inferiorũ ad suos actus,& episcopatus ad minorũ collationẽ, & cõsecrationẽ proportionaliter,& cõformiter se habẽt. 42 Ad sextũ dicendum,ꝙ minister est duplex: vnus simpliciter, qui sic põt facere hoc, quod nullus alius, & talis per Papã non põt poni,nec amoueri, sicut sacerdos est minister conficiendi:quia nec prohibitio Papę impedit,quin sacerdos posit conficere,nec facit eius cõmisio, ꝙ non sacerdos conficiat.Et sic nullus est minister confirmãdi, vel ordinandi minores ordines. Secũdò, est alius minister non simpliciter,sed ex officio:qui.s. potest aliquid ex officio suo,quasi ordinariè, quod alius iure suo non põt,sed tãtùm ex cõmisso:& talis minister per potentiã poni põt: licet per Papã ille, qui ex se hoc habet,amoueri non possit,sicut cõfiteri fidẽ pertinet ad confirmatũ, & ad minores ordines actus illi: quos tñ superior alteri põt cõmittere:vt fiant ab alio licitè:authoritate etiã minoris prælati, q̃ sit papa. Sed non põt facere,quin ad istos ex officio istud pertineat: licet possit ꝓhibere, ꝙ officiũ suum non exerceant. Et sic minister cõfirmationis,& collationis minorũ ordinũ est episcopus,vt ad ipsum solùm pertineat ex officio,quod Papa sibi auferre non potest:licet posit eũ ab executione suspẽdere. Sed hoc ipsum potest Papa nõ episcopo cõmittere:tum tñ sit sacerdos:quia ille est minister simpliciter, & imperfectus de se, nisi maior consecratio,vel superioris commisio suppleat.

Duplex minister sacrãmẽti vn' simpliciter, alius ex officio.

43 Ad septimũ, in quo innuunt talẽ rationẽ.Quia aut intelligit Papã habere plenitudinẽ potestatis ratione cõsecrationis,vel ratione iurisdictionis, non ratione cõsecrationis: quia quantũ ad istã oẽs episcopi sunt sibi æquales.Si ratione iurisdictionis sic est verũ:sed ad illã non pertinet cõmisio talis. ergo Papa non põt cõmittere sacerdoti cõfirmationẽ,& minores ordines cõferre.Dicendũ,ꝙ Papa habet plenitudinẽ potestatis etiã quantũ ad cõsecrationẽ:in qua etiã alij episcopi sibi nõ æquantur:qa licet oĩa sacra possint alij episcopi cõferre,sicut ipse:tñ in sacris cõferẽdis alij tenent̃ ad modos cõsecran

Episcopi non sunt æquales Papę in consecratione, vide ad.4:

di,ad quod ipse non tenet̃.Item in multis consecrationibus ipse habet potestatẽ excellẽtię:qa sine illis potest res cõsecrare,ex quo cõsecratio est per institutionẽ ecclesię.

Omnis cõmisio ad iurisdictionẽ pertinet.

44 Item quod dicunt,ꝙ ad plenitudinẽ iurisdictionis:in qua nullus ci æquatur, nõ pertinet cõmisio, falsum est.Omnis enim cõmisio ad iurisdictionẽ pertinet: qa in iurisdictione continet̃ iudicis dãdi licẽtia.ff.de iure omni.Iud. lib.1:Et licet per se ordinare,& confirmare sit cõsecrationis: tñ hoc cõmittere est iurisdictionis. Vnde non sacerdos curatus potest commitere audientiã confessionũ sacerdoti,& non cõsecratus episcopus cõmittit episcopo ordines conferre in sua dicœsi.

45 Ad octauũ dicendũ, ꝙ licet gratia fluat à Christo nõ solũ ꝓut est in hoc sacro,sed etiã prout est in se,& prout est in aliis sacris, quãuis sacerdos non habeat potestatẽ super ipsum,prout est in se:habet tñ potestatẽ super ipsum:prout est in hoc sacro,& in aliis:qa oĩa alia ordinant̃ quodã modo ad istud. Et ideo Ille,qui ex officio habet potestatẽ in istud sacrm. s. eucharistiã ex hoc ipso aptus est,vt habeat potestatẽ in alia ex commisso.

Probabilior ex hoc videtur opi. s. Tho.

46 Potuit tñ Deus aliter ordinare: sed supponim', ꝙ sic ordinauerit: ex quo ecclesia Romana sic facit.

47 Quod autẽ dicit,ꝙ non sacerdos põt baptizare: & sic confert sacrm gratiæ, q̃ non habet potestatẽ super corpus Christi verũ: dicendũ, ꝙ hoc est ex ordinatione Christi,& non Papę.Et similiter matrimoniũ contrahũt, in quo dat̃ gratia nõ sacerdotes,qd'non est ex cõmisione Papæ, sed ex ordinatione Dei. Sed ex cõmisione Papæ fieri non põt,ꝙ ille conferat sacrm gratiæ,qui nec est sacerdos, nec aliàs sine ordinatione Papæ illud conferre posset.Tunc enim Papa haberet potestatẽ excellentiæ in sacris,si ad libitũ posset ministrũ statuere,vel destituere.

Examinatio Duran. Ad.1.

48 Ad argumentũ dicendũ,ꝙ aliqua sunt episcopi vt episcopus est quantũ ad posse simpliciter,& totaliter, quæ non possunt cõmitti nõ episcopo, sicut illa nõ presbytero,sicut conferre maiores ordines, aliqua autẽ sunt episcopi:vt episcopus est nõ quantũ ad posse simpliciter sed quantũ ad posse ex officio, sicut cõfirmare, & ad minores ordinare. Et ista à solo Papa possunt cõmitti non episcopo: vt fiant authoritate summi ẽpi. 49 Ad illud de Greg. non benè dicit:qa extrà de consue.c.4. expresse dicitur, ꝙ si simplex sacerdos sine cõmisione confirmat,non solũ peccat,sed inaniter confert,& veritas sacrãmẽti non subest,& multò magis de minoribus ordinibus.ergo illud membrũ,quod dicit sacerdotibus cõpetere,sed superioribꝰ reseruatũ non valet. Aliud verò, quo dicit Gregorium errasse, est peius. 50 Ad secundum cùm dicit, ꝙ simplex sacerdos est minister minorũ ordinum:dicendum,ꝙ verum est ex commisione iuris: vt abbates lectoratus secundũ quosdã antiquitus,vel ex commisione Papæ,vt presbyteri cardinales aliter non. Vnde dicitur de ordinatis ab illo,qui renun. epi.ꝙ tales ordines qñq; à non episcopis conferunt̃:qñ.s.eis cõmittitur,& non ex officio,vt de ætate,& quali.Cùm contingat.70. dist. Qm̃ videnꝫ. Et si diceremus subdiaconatũ, & minores ordines ab ecclesia institutos propria authoritate:tunc Papa pro libito posset horum collationẽ cõmittere,etiam non sacerdoti, sicut consecrationes alias, quæ non sunt sacramenta.

Ad authoritatẽ Greg. quæ habet. q.95.c. peruenit.

Quãdo Papa põt committere.

51 Tertia conclusio est,ꝙ ex cõmisione electi in Papam, & nondũ consecrati non potest hoc simplex sacerdos:licet posset episcopus electus in Papã ante coronationẽ, per quam quidẽ non recipit consecrationẽ. Et si presbyteri cardinales Papæ non electo,vel electo:nondum tñ consecrato conferant minores ordines:hoc est ex iuris concesione,vel ex consuetudine,quæ iuri æquipollet,si sit per Romanã ecclesiam approbata.Sed Papa non consecratus conferre mi-

nores ordines cõmittere sacerdoti non potest: qa cum oporteat principale agens, vel instrumẽtale esse tale formaliter,vel virtualiter,quod est nobilius,& ordo, vel ordinatus sit altior status in ecclesia nõ ordinato, vel non ordine, cùm sacerdos iure suo hoc non possit, videtur necesse. ꝙ cõmittens iure suo hoc possit. Vnde cum iure suo nullus non ordinatus hoc possit: quia est inferior ordinato: imò cùm nullus nisi episcopus iure suo hoc possit videt necesse: ꝙ Papa hoc cõmittens sit in Papam consecratus: ita, ꝙ ista cõmissio est simul,& iurisdictionis,& ordinis: quam solus Papa potest facere non consecrato episcopaliter: dum tamen sit consecratus sacerdotaliter. Nec hoc aliter probari potest, nisi quia ecclesia Romana sic vtitur,& creditur non errare. Ipsa etiã tenet, ꝙ si simplex sacerdos sine Papæ cõmissione confirmet, vel ordinet, ꝙ nihil agit. 52 Ex his patet ad argumentum in oppositum.

Ista cõmissio est similis iurisdictionis,& ordinis.

Hæc ꝓbatio cæteris est efficacior

DISTINCTIO. 8. QVAESTIO 1.

CIrca octauam distinctionem tria quæruntur. Primò, vtrum eucharistia sit sacramentum, quomodo præfiguratum, & quando institutum? Secundò, de suscipientibus, vtrum debeant esse ieiuni. Tertiò, de forma.

De venerabili sacramento eucharistiæ.

Thom. 3. q. 73.

QVAERITVR Ergo primò: vtrum eucharistia sit sacrm? Et videtur ꝙ non: quia sacrameti non est sactitatem habere in se: sed in alio causare: vnde, & dicitur à sacrãdo actiue: sed eucharistia cõtinet in se essentialiter sanctũ sanctorũ. ergo non est sacramentũ, sed potius sanctuariũ. 2 CONTRA quia eucharistia dicitur sacrm progredientiũ vnde dicitur viaticum. 26. q. 6. Qui recedunt. &c. De hiis.

3 RESPONDEO: Circa istam quæstionẽ tria sunt cõsideranda. Primò, vtrũ eucharistia sit sacramentum? Secundò, de præfiguratione huius sacramenti.

Art. 1.

Tertiò, de institutione. 4 QVANTVM ad primum sunt tres conclusiones 5 Prima, ꝙ est sacramentũ dignissimũ, & plusquã sacramentũ. Est enim aliquid sanctũ tantũ, & non sacrm, nec sacramentale: sicut illud, quod habet in se sanctitatẽ formaliter, & subiectiuè: non autẽ effectiuè, nec significatiuè, vt homo sanctus. Secundo, est aliquid sacrale tantu: vt quod habet habitudinẽ dispositiua ad sacramentu antè, vel post: sicut illa, quæ pertinẽt ad solennitatẽ cuiuslibet sacramẽti: vt catechismus, & hmõi. Tertiò, est aliquod sacramentum inperfectũ: vt sacramẽta ve. le. in quibus non erat sanctitas, nec effectiuè, nec actiuè: sed tantũ significatiuè. Quartò, est aliquod sacrm perfectũ, in quo est sancti tas, & significatiuè, & causatiuè: vt in. 6. de sacris nouę le. hæc est enim tota, & perfecta ratio sacramẽti: vt sit inuisibilis gratiæ visibilis forma, vt imaginẽ gerat, & causa existat. Quinto, est aliquod, quod est sacrm: quia est causa, & signũ sanctitatis, & plusquã sacrm: quia intra se continet essentialiter sanctitatẽ: & tale est eucharistia. Propter quod, sicut Ioannes Bapti. fuit propheta prædicendo futura, & plusquã propheta demonstrando præsentia: puta agnum Dei digito: sic est in proposito de eucharistia. 6 Ex quo statim apparet solutio ad argumentũ in oppositũ: quia eucharistia est sacramentũ ratione signi, & effectus, & plusquã sacrm ratione cõtenti, quia est sanctuarium. 7 Secunda cõclusio est, ꝙ vnum est sacramentũ: quia vnum idem est, quod indiuisum est in se, & diuisum ab alio. Istud autẽ sacramentum est indiuisum, non quidem ratione materiæ, & formæ: quia illa benè sunt diuisa, & diuersa in se: sed ratione, qua sacrm est indiuisum. s. ratione signi, & causæ: qa omnia, quæ hic sunt ad vnum, & idem præfigurandũ ordinanda: & ad idem causandũ: siue illud sit res, & sacrm: sicut corpus, & sanguis Christi, quæ sunt vnũ suppposito, & subiecto, quomodo fortè non fuisset vnũ, si fuisset cõsecratũ tẽpore mortis sue, qñ sanguis erat â corpore separatus, siue quo ad illud, quod est res tantũ: siue in generali. s. corpus Christi mysticũ, quod est vnũ ordine, siue in speciali. s. animę pfecta refectio: sicut dicit vnũ prandium, vna cœna, illud in quo multa concurrunt ad vnã refectionẽ. s. cibi, & potus. Secũdò, est vnũ, quia ab aliis diuisum, & distinctu. s. à baptismo, & cõfirmatione, quia quãuis vna esset potentia generatiua, nutritiua, & augmentatiua, & vnum instrumentum: puta calor, & vna materia: puta alimentum, nihilominus diuersę sunt actiones, generare, nutrire, & augmentare: vnde animalia semper quidem nutriuntur: non semper autẽ augentur vel generantur. Similiter quãuis vna sit principalis potentia Dei, ꝙ vnum instrumentũ character episcopalis, & vna materia. i. gratia gratũ faciens, quibus homo idẽ primò generatur in baptismo: secundo augmẽtatur in confirmatione: tertio nutritur per eucharistiã: in vtroq; tũ diuersę sunt actiones, regenerare, perficere, & reficere: vnde cùm sacramẽta sint actiones quædã exteriores ordinatæ ad istas diuersas interiores; per consequẽs diuersa sunt sacramẽta. 8 Tertia cõclusio est, ꝙ licet illud sacrm sit vnũ perfectione, & ordine: est tñ diuersis nominibus nuncupatũ. Primò enim inquantũ est rememoratiuũ Dominicæ passionis dicit sacrificiũ, hostia, oblatio. vnde dicitur sacrificiũ altaris. 13. q. 2. Non estimemus. Et ꝙ omnia sacrificia præcellit corpus, & sanguis Christi: de cõsec. dist. 2. Nihil. De tertio dicit de cõse. di. 2. Tribus. in fi. ꝙ est oblatio spiritualiter corpus, & sanguis Christi: & ꝙ oblatio eucharistiæ, quæ purè spiritualis est, præcedit omnẽ oblationẽ: de cõsecr. dist. 2. Nihil. Et ab hac oblatione prohibent immundi. 82. dist. Proposuisti. Secundò, quo ad rem significatã, & contentam eucharistia quasi bona gratia: qa continet fontẽ gratiæ. Eucharistia enim Græcè, Latinè bona gratiæ interpretatur. 1. q. 1. Multi. Et ibidẽ ante mediũ. Quia caro Christi inter alia sacra eucharistia dicit: tertio quo ad finem in via dicit cõmunio: qa sicut cibus vnit omnibus mẽbris ad quę singula defertur, & sic quælibet pars aucti, aucta est: sic per hoc sacramentũ non solum Christo capiti: sed etiã omnibus mẽbris eius vnimur, vt simus omes vnum corpus in Christo: vnde ab illis, qui in vnione ecclesiæ sunt, recipit eucharistia spũaliter, & si non recipiatur sacrãliter: de cõsec. dist. 2. qa passus. &. c. qa quid est: quartò, quo ad finẽ in patria, ad quẽ perducit, dicit viaticũ: qa subsẽtat in via quousq; peruenimus: viaticũ enim dicit eucharistia. d. l. his verò. & quod viaticũ in morte nulli est negandum: di. cad. Pœnitẽtes. 27. q. 1. virginibus. 26. q. 6. his qui. 9 QVANTVM ad secundum sunt tres conclusiones. 10 Prima, ꝙ sacramentorũ no. le. tria præcesserũt realiter: licet non sed'm ritum sacrãlem: quẽ habẽt in le. no. sicut matrimonium, pœnitẽtia, & ordo, qa & matrimoniũ ab initio fuit in officiũ, & post pctñ in remediũ: sed habebat aliquas personas tunc habiles, quæ nunc sunt inhabiles: vt quæ in tertio, ꝙ

Art. 1. Eucharistia plusquã sacramentum

Quinque sunt i eucharistia.

Eucharistia quomodo vnum est sacramentũ.

An tẽpore tridui fuisset vnum sacrm

2. Arti.

tio, & quarto gradu: & vxor fratris sine liberis mortui, tunc habilis, nũc inhabilis. Et pœnitẽtia tunc nõ requirebat hominẽ homini confiteri, sed soli Deo, qui nondũ erat homo. Et ordo non habebat characterẽ, nec vera sacramẽta dispensabat. Baptismus autẽ, & eucharistia præcesserũt non realiter, sed figuraliter: sed extrema vnctio & cõfirmatio neutro modo: quia sunt plenitudinis gratiæ, nec sunt necessaria, nec quo ad se, vt baptismus, nec quo ad fidem rei continente, saltem explicitã, vt eucharistia: quãuis posset dici prefiguratã esse cõfirmationem in benedictione filiorũ Israel à sacerdotibus. Numeri. 6. vel in benedictionibus Iacob, & Moysi, & similibus: aut in electione pugnatorum, & remissione formidolosorum à pugna: extremam verò vnctionẽ, qua quis intraturus est cœlũ in vnctione vasorũ tabernaculi, quæ fiebat de oleo vnctionis, priusquã inferrent in tabernaculum ad aliquẽ vsum. 11 Secunda cõclusio est, ꝙ eucharistia fuit multipliciter præfigurata: quia quantũ ad illud, cuius rememoratiua est per omnia sacrificia vete. leg. quæ erant figuræ hostiæ factæ in ara Crucis præcipuè per iuge sacrificiũ agni, qd' figurabat iugẽ huius sacrificij representationẽ, secũdo quo ad sacrm tantum: per oblationem Melchisedech: tertiò, quo ad rem sacramentalẽ per agnum Paschalẽ: quarto, quo ad vsum fidelium in manna: quinto, quo ad finem vltimum in ligno vitæ. 12 Tertia cõclusio est, ꝙ propter hoc dicit Christus sacerdos inæternum secundũ ordinẽ Melchisedech potius, quàm secundũ ordinẽ Aaron: quia Aaron suo sacerdotio sacerdotiũ summi Pontificis representat. dist. 21. c. 1. nihilominus tamen in hoc deficit: quia pec cauit. dist. 50. Econtra in lãbis Abrahæ decimatus fuit: & sacerdos Aaronicus in maximo sacrificio vitulæ immundus fiebat. Melchisedech autẽ non sic: sed quando obtulit panẽ, & vinum benedicens recepit decimas ab Abraham. Sic Christus innocens impollutus in hoc sacrameuto perfectam nobis benedictionẽ tribuit: quod oblatio Melchisedech expressius quo ad ritum sacrificij figurauit: præter alias causas, quas apostolus prosequitur ad hebræos. 13 QVANTVM ad tertium sunt tres cõclusiones. Prima, ꝙ debuit institui sacramentum, in quo Christus contineretur essentialiter, & realiter: qa ad perfectionem membrorũ requiritur, ꝙ capiti vniantur: & qa sacramentis Deo iungimur: sacramentũ autẽ est signum sensibile, sicut ad hoc, ꝙ anima perficiat sensibus præter sensibilia, quæ sibi coniunguntur per solam similitudinẽ distantia medio separato, vt color, & olor, & sonus, quibus assimilant sacramẽta vet. leg. quæ erant tantũ signa diuinæ gratiæ, & non causa, sunt sensibilia, quæ per realẽ virtutẽ coniunguntur sensui per medium coniunctũ: quæ tñ non fiunt vnũ cum eo: vt in tactu patet: quibus assimilãtur sacramẽta no. le. in quib' diuina virtus interius operat. Est autẽ vlterius gustus, quo sensibile nobis realiter coniungit, & nobis incorporatur: & vnũ efficitur per conuersionẽ ipsius in nos. Sic debuit hoc sacramentũ institui, in quo caput cõiungamur, & incorporemur, & eius mẽbra efficiamur: non per eius conuersionẽ in nos, sed econuerso secundum quod Aug. dictũ fuit. 14 Secunda cõclusio est, ꝙ non debuit institui ante Christi aduentũ: qa continet verbũ incarnatũ: & ideo ante verbi incarnationẽ institui non potuit: quia nihil põt cõuerti in id, quod non est. Ideo cũ status ecclesiæ sit medius inter statum legis antiquæ & gloriæ prius erat rerũ sperandarũ figura non veritas: sed in patria est veritas sine figura: nunc autẽ est veritas cum figura: quia in speculo in enigmate maximè in sacramento eucharistiæ. 15 Tertia cõclusio est, ꝙ institui debuit in cœna Domini, sicut fuit. Primò, qa quando ostendi cessare virtutẽ legaliũ in agno Paschali debuit ostendere virtutẽ nouorũ in maximo sacramento. Secundò, quia qñ erat recessurus, visibiliter debuit remanere spiritualiter. Tertiò, vt altius cordibus infigeretur, quod vltimo traderetur. Quartò, in memoriã imminentis passionis. 16 Argumentum in oppositum solutum fuit in prima conclusione.

3. Arti.

Ante incarnationẽ nõ potuit esse eucharistia.

Idẽ. s. d. hîc q. 1. art. 3. q. 2. dicit.

B. Tho. suprà. q. 3.

QVAESTIO SECVNDA.

Quomodo sit sumenda Eucharistia.

Thom. 3. q. 80. arti. 8.

SECVNDO quæritur, vtrum eucharistia sit tantũ sumenda à ieiunis? Et videtur ꝙ non: quia apostolus dicit: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: sed iã Christus, quàm apostoli cõmunicauerunt in cœna sumpto agno Paschali. ergo & cæter.

2 CONTRA, quia cõfirmatio sumenda est, an à ieiunis? de consecra. dist. 5. c. Vt ieiuni. ergo multò magis eucharistia. 3 Ad euidentiam huius quæstionis sunt tria declaranda. Primo, in generali declarabitur, quod quæritur. Secundò, hoc idem fiet magis in speciali. Et tertiò, declarabitur, vtrum post cõmunionẽ sit ieiunandum. 4 QVANTVM ad primũ sunt tres conclusiones. prima, ꝙ eucharistia non debet sumi nisi ieiuno stomacho, nisi in necessitatis articulo: vt qñ timetur, ꝙ infirmus pransus non possit crastinum expectare, quin moriatur, vel quin quadat in frenesim, vel in alium grauem casum ipsum priuantem à cõmunionis perceptione: nam aliqua conueniunt rei quantùm ad initium, quæ non cõueniunt ei, quo ad progressum: sicut aliud est de puero in vtero matris, vbi respiratione non indiget: aliud quando natus est: quia tunc nisi respiraret, suffocaret. Ita huic sacramento debebatur in sui exordio, ꝙ post comestionẽ agni in die cœnæ sumeretur propter causas dictas in fine præcedentis articuli: postea vero propter huiusmodi sacramenti omnimodã reuerentiã debetur, vt à ieiunis sumatur: de cõse. dist. 2. Liquido apparet. Quia autẽ dicit de cõs. dist. 1. c. Sacra. sacramenta à ieiunis sumantur excepto die cœnæ: exponi posset de sumẽtibus spiritualiter, sed non sacramẽtaliter: qa etiã non ieiuno licet astare misse, & audire missam, quod est spiritualiter mãducare, sed celebrare, aut cõmunicare non licet: quod est sacramẽtaliter mãducare. Sed tunc non deberet excipi dies cœnę magis, quàm alia dies, sed minus: quia licet illa die, qñ missa fuit instituta, magis debeat audiri: non tñ minus debet audiri à ieiunis, quàm alio die: quia dies est ieiunij: nec vsq; post missam, & vesperas est comedendum: sicut in alis diebus quadragesimæ, nisi ꝙ quidam religiosi tunc habent de consuetudine refectorium intrare ante missam, & aliquid gustare: vt in sancto Mauro. 5 Potest ergo aliter dici, quòd in primitiua ecclesia in representationem Dominicæ cœnæ celebrabatur post prandium illo die: sed per contrariã consuetudinẽ est abogatũ, nec modo est obseruandũ. 6 Secunda cõclusio est, ꝙ cõmunicare post prandium non est malum de se: quia tũc nulla necessitate posset benefieri: nisi forte Deo dispensare, sicut illud, quod. s. secundũ leges tẽporales: & rationem inferiorẽ est malum, vt fornicari, & occidere innocentẽ: ꝙ ratio humana iudicat per se mala Deo dispen-

1. Arti.

Sol. ar. capitalis pulchra.

Obiectio

Solutio.

Die cœnę est magis abstinendũ, ꝙ aliis diebus quadragesimæ.

Nota

Cõmunicare post prãdiũ non est de se malum.

sante sunt licita: qui in ꝑceptis secūdæ tabulæ dispẽsare pōt, vt de immolatione Isaac, expoliatione Aegyptiorū, vxore fornicationū, sed nō homine dispẽsante. Vnde ꝙ apostoli cōmunicauerūt in die cœnæ post esum agni si de se fuisset malum, fuisset excusatū: qa hoc fecerūt Christo dispẽsante, & corpus suū eis tradẽte, & dicẽte: Accipite, & comedite &c. sicut excusant, q Sabbato euellebant spicas: quia filius hominis Dñs est etiā Sabbati, ꝙuis nec illud esset malū de se. 9 Sed nūc qa Christus nō dispẽsat si etiā Papa dispẽsaret, nō videt eius dispẽsatio, nec aliqua cōsuetudo excusare infirmos, cōmunicare in necessitate post prandiū, si esset malū de se: qa in his, quę sunt de se mala nulla cōsuetudo excusat: de cōsuet. c. cū tanto. Nec seruus pōt tollere legẽ Dñi sui, nec Papa dispensare in præceptis Dei. Vnde de pœnitẽtiis, & remiss. c. cùm infirmitas. in fine prohibetur medicis ne propter quodcūq; periculū corporalis vitæ suadeant infirmis aliquid, quod sit contrariū animæ: puta sacrilegiū, & forni cationem, & hmōdi. Cùm igitur sit licitū pransо in necessitate cōmunicare: licet nunquā sit licitū prāsо celebrare etiā pro cōmunicatione morientis. ergo illud non est de se malū, sed solū malum: qa ab ecclesia prohibitū. Nec atiā tenendū est, qd' notauit Hugo. d. 75. Quia à patribus, ꝙ cùm cætera sacra posint cōfici à pransis, licet non debeant eucharistia, tn̄ nec debet, nec potest cōfici post prandiū, qa imò pōt sicut antè, sed non debet, qa & Christus post prandium cōfecit, & positis illis, quæ sunt de substātia, est verum sacrm̄. Cùm ergo character, & intentio sacerdotis, & verba, & materia posint ita concurrere pòst, sicut antè: ita esset verū sacrm̄ pòst, sicut antè. Sed nō licet pro necessitate celebrare non ieiuno, sicut licet non cōicare: qa cùm vtrunq, sit à Papa, & vniuersali consuetudine ecclesiæ prohibitū solus Papa, vel generalis cōsuetudo pōt dispẽsare. Inuenit autē de cōmunione in necessitate permissum, & dispensatum à Papa, & à generali cōsuetudine: non sic autē de celebratione: imò quādo licet pluries celebrare: in prima nō est sumenda lotio, quæ soluit ieiuniū. ergo in nulla necessitate celebrare licet non ieiuno. 10 Tertia conclusio est, ꝙ hmōi ieiunium, quo debent esse ieiuni sumentes eucharistiā intelligendū est de ieiunio naturæ, non ecclesiæ, quia non solū in ieiuniis ecclesiæ, sed etiā aliis diebus licet cōmunicare, & celebrare: vt Dominicis diebꝫ quibus ecclesia nō cōsueuit ieiunare. Vnde nec post prā diu in. 40. licet cōicare: qn̄ tū homo est ieiunus ieiuno ecclesiæ, qd' durat ante prandiū, & pòst: qa nō soluit̄ nisi per secundā comestionē. Ieiunio igitur naturę, qd' soluitur per omnē cibi, & potus sumptionē qualēcuq; debet esse ieiunus, qui dignè vult cōmunicare, vel celebrare. Vnde. 7. q. 1. Nihil. Nullus post sumptu cibum, potumq; quantūlibet minimū missas facere præsumat. Excipit̄ casus, qn̄ licet secundo celebrare. Secūdo em̄ celebrās non est ieiunus ieiunio naturę, qa species sumptæ nutriunt, & sic soluunt ieiuniū naturæ: sed non soluūt ieiunium ecclesiæ. Aliter in diebus ieiuniorū, vel non liceret cōicare semel comedẽti: vel non liceret cōmunicanti etiā semel comedere: qa cōmunio cū alio cibo est duplex comestio, & nutritio. Et secundū hoc intelligēda est cōclusio prima sequẽtis articuli. 11 QVANTVM, ad secundū sunt tres cōclusiones. Prima, ꝙ omnis potatio, vel cibatio ꝓpriè dicta quocūq; fine fuerit facta impedit dignā eucharistiæ sumptionē: etiā si fiat causa medendi tantū, non nutriẽdi: sicut in electuariis, & potionibus, quæ tantū causa medicinæ comedunt̄, & bibunt̄, sicut dicit glo. in. d. c. Nihil. §. Nullus. & extra de celebratione missarum. c. Ex parte. quia ibi dicit, ꝙ sacerdos debet facere post cōmunionem, & sumere vini perfusionem: nisi sit secundo celebraturus: ne illa perfusio impediat, quasi diceret, si sumeret illud vinū, quod tn̄ non sumeret animo nutriendi nihilominus ieiuniū solueret, & secundò celebrare non posset. ergo licet non causa nutriendi: sed medẽdi biberet, vel comederet postea cōmunicare nō debet. 12 Quidā autē adducunt vnā talem rationē ad probandū, ꝙ talis qui sumit medicinā ante cōmunionē, sit fraudator ꝑcepti ecclesiæ, qa ꝙ hoc sacrm̄ debet sumi ante sumptionē cuiuscūq; ad nutritionem pertiuẽtis per se, vel cōmixtim est institutū in honorem, & reuerentiā sacrī, vt patet de cōse. di. 2. c. Liquido. sed sicut est irreuerẽtia sacramẽto proferre alium cibum, sic & præferre aliam medicinā hoc enim sacrm̄ nō solū est spūalis cibus: sed & spūalis medicina. ergo sumẽs eucharistiā post medicinā est transgressor præcepti ecclesiæ. Hoc verū est si medicina sumatur permodū cibi, & potus: non autem si per modum alium: sicut sumitur clistere, vel vnctio: & sicut fit minutio, & huiusmodi, q̄ ante cōmunionē sumpta: cōmunionē non impediunt. 13 Sed contra hoc est alia opinio, quæ dicit, ꝙ licet pòst huiusmodi cōmunicare: quod probant multipliciter: primò, quia præceptū ecclesiæ de ieiunio accipiendum est, secundum ꝙ ecclesia interpretatur ieiuniū. ergo præceptum Decretalis, ꝙ hoc sacramentū sumatur à ieiuno, debet intelligi de ieiunis ieiunio ecclesiæ: sed electuaria non soluunt ieiuniū ecclesiæ, nec etiam medicinæ. ergo post talia potest licitè sumi hoc sacramentum. 14 Secundo, quia quādo prohibetur absolutè vsus alicuius rei, intelligendū est de vsu principali, & non de aliis. Cùm ergo prohibetur sumptio cibi ante sumptionē eucharistiæ: intelligendū est quantū ad principalem vsum, qui est nutritio, siue ad nutriendū, & sic sumit̄ per modū cibi: non autē de vsu eius solum ad alterandum, quia sic sumitur solū per modū medicinæ. Sic igitur sumẽdo cibū ante sacrm̄ non est transgresio præcepti. 15 Et confirmatur hoc: quia qn̄ pluries celebratur sumere species in prima celebratione non impedit secundā celebrationē, quāuis nutriant, & hoc ideo quia nō sumunt̄ propter corꝑorale alimentū: sed ꝓpter aliud: qa ꝓpter spūale. Ita licet medicinalia nutriãs si nō nutrimentū, sed aliud intendat̄ postea sumpta poterit cōmunicari. 16 Itē Christus, & apostoli cō municauerūt post esum agni: ergo ꝙ non ꝓpter nutrimentum comederūt illū, sed ꝓpter misteriū. Et ꝙ non ꝓpter alimentū probat̄, qa Christus nunq̄ legit̄ aliās comedisse carnes. Itē sub appellatione nutrimentorū non intelligunt̄ medicamẽta. ff. de penu. leg. l. Nā omne. Sed hæc non valet. 17 Vnde ad primū dicendū, ꝙ ieiuniū, qd' requirit ecclesia ad cōmunicandū, & celebrandum nō est ieiuniū ecclesiæ, vt dictū est, sed naturæ: qa si ieiuniū ecclesiæ solū requireret, qn̄ non est ieiuniū, non posset cōmunicari, & etiā posset, vt dictū est suprà licitè sumi post prandiū in quadragesima. Sic igitur interpretatio ecclesiæ sumenda est, tam ex consuetudine ecclesiæ, quàm ex verbis. c. præallegati. Liquido. & ibidem. c. placuit. 18 Ad secundū dicendū est, ꝙ quādo prohibetur principalis vsus alicuius rei prohibetur etiā omnis alius, in quo est principalis inclusus, præcipuè si subest eadē causa ꝓhibitionis. Nō autē sumere cibū per modū medicinæ includit principalē vsum cibi, qui est nutrire. Semp enim sumptꝰ cibus nutrit, vel aptus est nutrire de se. Et causa prohibitionis in proposito est irreuerentia sacramenti, quæ vtrobiq; cōmittitur. ideo &c. Et ideo non est simile de duplici vsu cibi: licet secundus includatur in primo, quando est eadem prohibitionis. 19 Nec est simile, quod dicitur de specieb⁹: quia nō est prohibitū ante cōmunionē sumere aliquid nisi

Præceptū medicis datum.

Hugo. o. p. refutat̄ hūc. & de cōs. di. 4. c. liquido

In necessitate nō licet non ieiuno celebrare, sed benè cōmunicare.

Duplex ieiuniū ecclesiæ, & naturæ.

Nota

Spēs soluunt ieiunium naturæ, tn̄ licitè. 2. qn̄q; celebratur.

1. Arti.

Durā. hūc. q. 4. art. 2.

Opinio. Goff. & Ioā. tenentiū, ꝙ licet sumere medicinam ante missam

2. ratio.

Confirmati.

Ad. 1. repro. opin.

Nota.

Ad. 2.

Ad confir. sic concorda dicta. 2. & 3 cōclusionū. 1. a. hu. quę.

Ad. 3. 19 Non fuit etiā causa, ꝙ Christus, & apostoli communicauerunt post esum agni, vt dicunt, propter sacrm̄, sed ꝓpter causam dictā in primo artic.

Ad. 4. 20 Item

Cibꝰ q̄tūlibet minimus quocūq; fine sumenti cōicaturo ꝓhibetur. appellatione cibi, & potus continetur, quicquid comeditur, & bibitur: siue nutriat, siue sumatur ad nutriendū siue ad quodcunq; aliud: cōmunicaturo autē, siue celebraturo non prohibet̄ alimentū, nec nutrimentū, sed cibus, & potus quantūlibet minimus, nec distinguit̄, quo fine sumatur. 21 Secūda cōclusio est de reliquiis cibi, quæ remanent in ore causaliter traiiciunt̄: quia huiusmodi non impediunt cōmunionē: tum qa traiiciuntur per modū saliuæ: tum quia non sumuntur de nouo. Verum est, ꝙ si ex proposito traiiciuntur, quāuis illo die non intrent in os de nouo, non ꝓpter hoc impedit̄ quin iciuniū soluant, vt si quis zucharū ab heri in ore posuit, & hodie traiiciat, ieiunus non est. Vnde quandocunq; sumptū sit illud cibi, & potus, quod traiiciē de nouo ex intẽtione, & ꝓposito, dum tn̄ non sit saliua, videtur impedire sumptionē. Si quis autē sale, & aceto perfunderet dentes, & quicquid faceret, siue medendo, siue lauando, dum tn̄ non deglutiret, non esset comestio, nec bibitio. ideo non impediret, quia stomachus ast ieiunus. licet os nō sit ieiunū. 22 De reliquiis autē aquæ, ex quo casu aliter nō ex ꝓposito os abluēdo traiiciunt̄: licet nō sint cōuersæ in saliuā, dicendū est, ꝙ non impediunt: qa nec per modū cibi, nec per modū potus sumunt̄: qa neutrum intēditur. Secus autē est de medicina, q̄ ex intentione bibit̄, vel comedit̄, licet nō ex intẽtione nutrimenti. Nutrimentū autē ante cōmunionē non ꝓhibet̄, cùm tūc maxime fiat nutritio, cū homo est ieiunus cibo digesto: sed cibus, & potus ꝓhibent̄, nō autē curatio dentiū, nec ablutio oris, nec trāsglutio, nisi prout est pars comestionis. Vnde si id, quod positū est per modū cibi, & potio: qn̄q; per modū cibi trāsglutiat̄, comestio reputatur, & non solū ieiuniū naturæ, sed etiā ecclesiæ soluit. Nec debet esse homo, vt animal ruminans, aut canis lingens labia. Sumptū autē non ad cibū, nec potum, si transglutiat̄ animo potus idem est, ac si sic à principio sumptū esset. Sed si casualiter trāsglutitur, nullū ieiuniū soluit, ac si nunquā fuerit comestio, vel bibitio. 23 Tertia conclusio est de his, quæ sumunt̄ per modū gustationis, sicut tabernarij, & coqui faciūt, qui cibū, vel potū super linguā ponunt solū ad probandū, & statim ꝓiiciunt, qa non videt̄, ꝙ impediāt, sicut si aliquis ad ꝓbandū vtrū sit aqua, vel vinū albū, hoc facit. Non em̄ est cibus, & potus: qa ex quo nō glutitur, nec per se, nec per accidens potest nutrire. Et de Christo dicit̄, ꝙ cum gustasset, noluit bibere. i. glutire. ergo gustare nō est comedere, vel bibere. Tabernarius tn̄, & coquus, qui debent cōmunicare ex decẽtia debent à talibus abstinere. Et ille, qui celebrat, si odorē vini non discernit, facit aliū non cōmunicaturū gustare. Si autē deglutiret ex ꝓposito: licet statim cuomeret nō alteratū in aliquo: nihilominus impediret: qa vera comestio, vel bibitio fuit. Si autē in conductū anhelitus intrasset illa comestio, vel bibitio, & eie cisset illa deglutio nō fuisset, nec pertineret ad comestionem, quia nec ex illo nutritio, sed potius suffocatio sequi posset. Si verò ad gustandū sumeretur, & præter intẽtionem descẽderet: idem videtur dicendū, qd' de reliquiis aquæ qn̄ os lauat̄: qa neutrū intẽtione cibi, vel potus sumitur. ideo non impediunt. 24 CIRCA tertium sunt tres cōclusiones. Prima, ꝙ oportet gratias agere de tāto beneficio. Non tn̄ necesse est illud tẽpus seruare, quod ponitur de cōsecra. di. 2. c. tribus gradibus. puta, ꝙ cōmunicans manè ieiunet vsq; ad sextam cōmunicans tertia, vel quarta hora ieiunet vsq; ad vesperā: qa sicut dicit Tho. illud erat qn̄ raro celebrabant: ꝙ tūc maxima reuerentia exhibebat̄ ad sacrm̄ antè, & pòst. sicut Dio. in epistolis de Gayo narrat, ꝙ non celebrat, nisi diuina reuelatione sibi facta. 25 Et hoc fuit post primitiuā ecclesiā, sicut & tẽpore heremitarū Aegypti in ter quos pauciſsimi audebāt fieri sacerdotes. Nam in primitiua ecclesia tẽpore apostolorū propter maximū feruorem omni die cōmunicabant etiā non sacerdotes, & multò magis sacerdotes. Vel potest dici, qd' illud. c. per contrariā consuetudinē est abrogatū. & ideo nunc non est obligatoriū: sicut dicit̄: dist. 4. c. in istis tẽporibus. Actualis ergo deuotio ꝑcedere debet, & etiā sequi aliquādiu: qa nec est posibile, ꝙ semper duret, sed sufficit, ꝙ habitualis perseueret: sicut ad hoc, ꝙ cæra figuret̄, oportet, ꝙ actu molescat, sed postquā figurata eū, si indurescat, nihilominus character perdurat. Sumẽda est tn̄ iterū eucharistia: ne cor nimis induretur, quia cùm diu eucharistia non percipit̄, cor induratur. 8. 2. dist. Presbyter. circa mediū. 26 Secunda conclusio est ꝓpter euidentiam eorum, q̄ dicta sunt, ꝙ ieiuniū naturæ est, qn̄ homo illo die à media nocte nihil cibi, aut potꝰ sumpsit ex intentione: qa media nocte quo ad hoc dies incipit, qn̄ sol de sub terra ad nos redire incipit. ff. de fer. l. More Romano. Dies à media nocte incipit. Et ita nota. glo. 7. q. 1 nihil. §. Nullus. & de cele. mis. ex parte. Vnde si aliquis post mediā noctē aliquid cibi, vel potus sumpserit: licet postea vsq; ad sextā dormierit, & optimè digestus sit, nec celebrare, nec cōmunicare debet, qa ieiunus nō est. Ecōtra si post matutinas in sero dictas, biberet ante mediam noctē: licet Te Deum dicatur dignare Dñe die isto: non ꝓpter hoc impedit̄ celebrare, vel cōmunicare die sequẽti: qa dies non incipit ab officio matutinarum, quæ possunt dici diuersis tẽporibus: & de die, & ante diem, sed à media nocte tẽporis: quæ non mutatur: licet illud non multū deceat. s. bibere post matutinas, & multo minus comedere, nisi necessitas vrgeat. 27 Tertia conclusio est de illo, qui ante mediā noctē bibit, vel comedit aliqd, sed post mediā noctē, nec bibit, nec comedit, nec dormiuit: vtrum celebrare, aut cōmunicare possit. Dicendū, ꝙ non impedit̄ à celebratione, vel cōmunione: qa dormitio nihil facit ad hoc: qa multi ducunt noctes insomnes, vel ꝓpter orationem, vel qa non possunt dormire. Et quod dicit̄ de accusationibus. c. cōsiterit. intelligit̄ de illo, qui in taberna, vbi cōtinuè vinū apponitur per totā noctem pernoctauit sine somno. Et sic est verisimile, ꝙ post mediā noctem bibit: & postea celebrauit. Ideo ab ecclesia priuat̄, quasi nō ieiunus celebraue rit præsumptione iuris, & de iure: cōtra quā non admittitur ꝓbatio, vel saltē præsumptione iuris, cui stat̄, quando contrariū nō ꝓbatur: qa ille, qui vigilans stetit à media nocte in taberna vsq, ad diē nō tam diu stetit, quin biberit, vel dato, ꝙ nō bibisset: sed ieiunus esset postea tam deordinationem, & dissolutionē, qua per totam noctem in taberna fuerat, celebrare magnæ irreuerentiæ, & indeuotionis fuit, propter quod solùm priuari meruit: sicut in lupanari pernoctasset, cùm illa vitia, & loca sint vicina, & coniuncta. 28 Argumentum in oppositum est solutum ex dictis.

Nutritio ante cōmunionē prohibet̄, sicut & comestio.

Gustatio cibi non impedit etiā si aliquid ꝓter intentionē in stoma. descenderet.

3. Arti.

3. ꝑ. q. 80. a. 8. ad. 6. & hī. q: 1. ar. 4. q. 3. ad. 1. Exponunt̄ dicta. S. Th. Inprimitiua ecclesia omni die cōic.

Post medi am noc. sumens cibum deinde opti mè dig. com munic. non debet.

Bibere post matutinas de sero dictas non est honestū Hol chot. 4. q. 3. ante arg. 1.

Cōtra præsumpt. iuris nō admittit̄ probatio.

In loco in honesto per noctās non debet celebrare.

QVAESTIO. TERTIA.

De forma sacramenti eucharistiæ.

Thom. 3. q. 78. art. 1. 2. 3. & 6.

TERTIO Quæritur de forma huius sacri. s. vtrum vna dependeat ab alia. El videt, ꝙ sic: quia sicut corpus Christi nō est sine sanguine: ita videt, ꝙ forma cōsecrationis sanguinis nō possit esse sine illa, nec econuerso ita, vt habeat effectū. ergo adinuicem dependent. 2 CONTRA, forma cuiuslibet sacri mox, vt prolata est, habet suū effectu, aut nunquā: nisi fortè sit impedimentū fictionis ex parte suscipientis: sed in materia, super quam verba cōsecrationis proferunt, non cadit fictio. ergo cū forma corporis proferat ante formā sanguinis, imò cū cadat interuallū medium quo hostia eleuat, & deponit, & calix discooperit, & eleuat, & benedicit, & multa verba media ꝓferuntur: prima forma ante secundā habebit effectū, vel nunquā habebit. 3 RESPONDEO circa istam quæstionem tria sunt facienda. Primò, videndū est de forma corporis in cōmuni. Secundò, de forma sanguinis. Tertiò, de eo, quod queritur. 4 QVANTVM ad primum sunt tres cōclusiones. Prima, ꝙ forma cōgrua hæc est: Hoc est corpus meū, qa totum effectū sacri cōtinet. Quæcūq; autē præcedūt, vel sequunt, non sunt de essentia formæ, sed de benè esse: licet aliqua sint posita, quæ non sunt in Euangelio, puta: Eleuatis oculis &c. qa, vt dicit Innocētius, multa Christus fecit, & dixit, quæ ibi scripta non sunt, sicut extrà. c. cum Marthe. vt est illud, beatius est magis dare, q̄ accipere. Et si in suscitatione Lazari, & arduis oculos ad cœlu leuauit multò magis hîc, vbi ima summis sociant. de conse. dis. 2. c. Quid sit. Et quod dicit māducate. ibi legit, comedite: quod idem est. Vel fortè alia trāslatio sic habet. Nec est credendū Christum aliis verbis cōfeciſſe: qa vt dicit Innocētius, vbi suprà. Ecclesia formā sacrorum ab apostolis accepit: & illi à Christo immediatè, qui cœpit facere, & docere. Vnde illā formā docuit, quam tenuit. 5 Secunda conclusio est de singulis in speciali. Hoc est enim corpus meū. Hoc est demonstratio ad sensum indiuidui significati, & ad intellectum indiuidui vagi, & tēporis indeterminati, vt sit sensus: quod est contentū sub his speciebus est corpus meū. Est, melius dicit, q̄ fit, vel q̄ erit: vt noteī terminus in facto esse, qa diuina virtus subitò operat. Et qa efficit in signando. vnde significat in præsenti, vt fiat incōtinenti, & verbū substantiuū magis cōuenit, qa hæc actio solū attingit ad substantiā. Enim continuatiuū est, qa sacerdos in persona Christi profert. Vnde non licet ipsum omittere: qa sic ecclesia Romana tenet, quā Petrus immediatè docuit: pro cui⁹ fide ne deficeret, Christus orauit. vnde. C. de sum Trinitat l. 1. Petrus Romanis fidē docuit. Corpus dicitur melius, q̄ caro: qa non in carnē solā, sed ie totum corpus, quod continet carnē, & ossa, & neruos, & oīa alia fit transsubstātiatio. Meum, qa hoc dicit in persona Christi, qui sic loquutus est. Et non dicit corp⁹ Christi, ne Christus videretur esse alius à Christo.

6 Tertia conclusio est videre, quomodo hæc verba possunt verificari. Circa quod est sciendū, ꝙ quidam dicunt, ꝙ hoc pronomen hoc faciat demonstrationem ad intellectū, & ad sensum simul, sic intelligendo, ꝙ demonstrat aliquid, quod est obiectū intellectus, & aliquid, qd' est obiectū sensus, primū in recto, secundū in obliquo, vt sit sensus. Hoc. i. aliquid sub hac specie sensibili: non restringende existētia sub hac specie sensibili ad aliquam determinatā tēporis differentiā. Significatio eī nominis, siue adiectiui, siue substantiui non restringitur ad aliquā tēporis differentiā. Vnde secundū Donatū tempus non est de accidētibus nominis, nec ꝓnominis. Vnde non cōcernitur tēpus determinatū in corū significationibus. Et qa suppositio nominis fundat super eius significationē: ita, ꝙ nihil supponit, nisi in quo saluatur significatū suum. ideo per hunc terminū substātialē hoc: potest supponi substantia, quæ est, vel quæ fuit, vel quæ erit. Cùm ergo secundum Donatū. ideo dicatur pronomen, qa ponit pro nomine demonstratiuo, per istud pro nemen hoc: potest intelligi aliquid prius, vel de propin quo futurū sub hac specie: secundū enim Donatū pronomini non accidit tēpus. Nec dici potest, qa restringatur per verbū præsentis tēporis ad supponendū pro aliquo, quod prius est sub illa specie cùm nec verbū futuri tēporis restringere posit terminū ad supponendū tantùm pro re futura. cuius ratio est, qa quāuis res significata per verbū sit ímediatè vnitate rei significatæ per suppositū, tū significat per modū distātis. Idē autē significatum per modū distātis non restringet, quod significatū est per modū distantis. Cū enim dicitur, homo est albus: iste terminus homo non restringit ad supponendū pro albis tantū: sicut cū dicitur homo albus. Cùm ergo sacerdos in persona Christi proferat hanc ꝓpositionē: hoc est corpus meū, sensus est, aliquid sub hac specie prę̄sens, vel de propinquo futurum est corpus meū. Et hoc simpliciter est verū, qa q̄uis hæc disiunctiua ratione huius partis aliquid præsens sub hac specie nō sit vera nisi secundum loquendi vsum, quo aliquid statim conuertendū in rem aliquā dicitur res illa esse: vt aqua statim cōuertenda in aerem, dicitur aer: & humor statim conuertendo in carnē dicitur caro: tū ratione alterius partis disiunctiuè ex vi loquutionis vera est. Orationi enim assistit virtus operans in fine ꝓpositionis rem significatam per eam. Disiunctiua aūt vera est, si altera pars est vera. Et indefinita, vel particularis similiter est vera: cuicunque suppositio per subiectum conueniat prædicatum.

7 Sed hæc dicta de demonstratione videtur conuenientia quantū ad intellectū, & sensum pet indiuiduum vagum, vt non sit in oratione falsitas. Nam si solū ad intellectu esset demonstratio, non esset necesse, ꝙ sacerdos haberet ante se materiā: cū demōstratio ad intellectum abstrahat ab hîc & nunc: sed ex quo sensus est contentū sub his speciebus est corpus meū, vel id, quod cōtinetur sub his speciebus &c. est duplex demonstratio. Vna ad sensum, quæ refert ad species, & hæc est indiuidui signati. Alia ad intellectū, quæ est indiuidui vagi, & pōt esse vera, sed pro diuersis. Quia si dicat illud, qd' est cōtentum sub his speciebus est corpus, est verū, qa corpus panis si dicat corpus meū verū est: qa qñ dicit meū, tunc ibi est corpus Christi. Et pōt poni tale exemplū. Ponatur, ꝙ Deus ex aere faciat ignē remanente quātitate, & qualitate symbola, sicut aliqui dicūt posse fieri naturaliter, & ponat, ꝙ alteratio, qua hoc fit, incipiat me incipiente dicere: istud, quod cōtinet sub hac quātitate, & qualitate est ignis, & cōpleatur me cōplente hanc orationē: tunc oratio est vera. Sed cōtra hoc videt: qa qñ dico istud, qd' continet, vel est contentū sub eis speciebus &c. vtrunq; verbū est præsentis tēporis. Vnde sensus est istud, quod nūc continet, vel est contentū, est istud: & hoc est falsum, quia aliud cōtinet in priucipio orationis: aliud in fine: nec vnū est aliud. Et est dicendū, ꝙ sermoni, nō res: sed rei sermo subiectus est, & intētioni dicētis, & qa non intendit de contēto pro nunc, sed de contento pro fine loquutionis. ideo propositio est vera: sed nec istud valet, quia secundū hoc videt, ꝙ non de virtute sermonis, sed de bonitate intelligētis verificet. Ideo dicendū, ꝙ sicut demōstratio ad intellectū est de indiuiduo vago, sic etiā cōsignificat

1. Arti. Not. q̄ sunt de forma huius sacri. cōtra Sco. hîc.

Christus confecit forma, qua nos cōfecimus.

Expositio formæ i particulari.

Petrus immediatè docuit ecclesię Ro. for. consecrat.

Sco. hîc.

Resp. doc. restringētis Sco.

Si Ly. hoc solū demonstraret ad intellectū non exigeret pœtentia materię.

Exemplum.

Commentator, & Egi. Roma.

Nota.

consignificat tēpus vagum: eo ꝙ res, de qua est sermo, nō est facta, sed et fiēda: & aliud est loqui de reb⁹ factis, in quib⁹ loquutio accipitur pro tēpore, quo incipit proferri, vel ante aliud de fiendis: in quibus ex proprietate loquēdi significatio refert ad futurū, & aliud de sermone speculatiuo, qui sequitur rē: & de operatiuo, qui præcedit. Et talis est sermo iste. Vnde non est intētio, ꝙ pro primo nunc, nec pro tēpore antecedēti vltimū, nunc sit vera loquutio, siue probatio sermonis, sed pro vltimo. Vnde sensus est: Hoc est corpus meū. i. contentū sub his speciebus est corpus meū. Et tunc pronomen supponit, & demonstrat contentū abstrahendo ab omni differētia tēporis. Vnde pōt verificari pro vltimo instanti loquutionis: sicut si dicerē: hic est panis, verificat ꝓ primo instanti. Nomen enim, & pronomen non cōsignificāt tempus 8 Nec obstat, ꝙ ly, est, qd' est verbum substātiuum consignificat tēpus præsens: qa prior est eius significatio, quę copulat prędicatu subiecto, q̄ cōsignificato tēporis, q̄ designat tēpus illius copulæ. Vnde cū copulatio non cōpleatur ante vltimæ dictionis prolationē per cōsequēs non designat nisi illud tēpus. Vnde est sensus: Contētum sub his speciebus est corpus meum: nunc primò cum hoc dictum est. 9 CIRCA secundum sunt tres cōclusiones. Prima, ꝙ quidam dicunt, ꝙ forma sanguinis præcisę est hæc: Hic est calix sanguinis mei, vel hîc est sanguis meus, nihil plus addēdo. Pro qua opinione adducuntur quatuor rationes. Prima talis: In illis verbis cōsistit præcisē sacri huius formā, quæ sunt ex presiua totius effectus contēti in hoc sacro: cum hoc sacrm consistat in cōsecratione materiæ: sed hîc sunt huiusmodi: qa quicquid est in consecrata materia exprimitur sufficiēter per verba prædicta. ergo &c. 10 Secūda est talis: Verba pertinētia ad vsum huius sacri, magis pertinēt ad integritatē formę, q̄ verba pertinētia ad eius effectū: qa inter hoc sacrm, qd' consistit in cōsecratione materiæ, & eius effectū est vsus medius: sed verba pertinentia ad vsum nō sunt de integritate formæ, vt illud: Accipite, & māducate. vel illud: Accipite, & bibite. ergo multò minus verba pertinētia ad eius effectū: talia autē sunt illa, q̄ addunt, vt noui, & æterni Testamenti vsq; in remissionē peccatorū. ergo nō sunt de essentia formę. 11 Tertia talis: qa in cōsecratione corporis forma cōsistit præcisē in illis verbis: Hoc est corpus meū. ergo cū ista non sint minoris efficaciæ, videtur, ꝙ præcisē consistat in his verbis nihil addēdo, sicut nec ibi aliquid additur. 14 Quarta talis, qa Græci dicunt cōficere, sicut & baptizare: sed ipsi in cōsecratione sanguinis non addunt omnia illa verba. ergo &c. 13 Solutio. Ad primū dicendū, ꝙ maior est falsa: qa in illis verbis, q̄ Christus instituit cōsistit forma, & nō immediatè illoru, quāuis cōtinerēt totum effectu. Si enim quis dicat: Ego baptizo te: & nihil plus, non est baptismus, q̄uis illud, quod addit. s. In nomine pris &c. nō pertineat ad effectū sed ad causam. Et similiter si dicat: Cōfirmo te, & non dat: Consigno te & chrismate: & In noīe &c. nō est cōfirmatio. Ita in ꝓposito, quia ex ritu Romanæ ecclesiæ ab apostolis traditu supponimus, sicut acceperūt à Dño, ꝙ illa verba dicātur sub codē ritu. Ideo supponimus illis omnib⁹, & non paucioribus cōsecrari. 14 Ad secundum dicendū, ꝙ verba pertinētia ad effectū, qui cauſatur ex vsu huius sacri, inter quem & sacrm est vsus medius, nō sunt de essentia sacri, nec de his verbis fit hîc mētio: sed verba pertinētia ad effectū sanguinis Christi nō prout est in sacro, sed prout fuit fusus in Cruce, pertinēt ad essentiā pro tāto, qa, vt determinatiua prædicati sunt posita in oratiōe vna, quæ est cōsecratiua sanguinis: nec est cōpleta significatio quousq; tota oratio sit cōpleta. Nec per consequēs est totalis effectus antè: qa significando causant. Et de talibus verbis est quæstio non de primis. 15 Ad tertiū dicendū, ꝙ non est mirū, si verba cōsecrationis panis fine determinatione sufficiūt: qa in cōsecrando Christus sine determinatione ea ꝓtulit, & talē vim eis dedit, qui potuit & vni verbo eandē vim tribuere, si voluit. Nam qd' addidit: Qd' pro vobis tradetur, nō in cōsecrādo: sed ante, vel post dictū est: vt suppo nimus ex ritu ecclesiæ: quæ nec antè, nec pōst illud dicit: q̄ tū in consecrando nihil de verbis Christi omittit. In cōsecratione autē sanguinis pro tāto talia verba sine determinatione nō sufficiunt: qa Christus sine determinatione ea nō protulit, sicut ꝓtulit prima. Et sic voluit proferri, vt ipse ꝓtulit, & sic habere efficaciā, sicut tunc habuerunt non aliter. 16 Si autē quæraī, quare in cōsecratione sanguinis plus voluit addere determinationē, q̄ in consecratione corporis pōt dici, ꝙ ideo qa in effusione totali sanguinis fuit cōsummatū mysteriū redēptionis nō in traditione corporis, qñ die præcedēte factum est: & qa in lanceatione expressius significatum est, ꝙ de latere Christi formata est ecclesia, sicut de latere Adæ dormiētis Eua. ideo &c. 17 Ad quartum dicendū, ꝙ si verū est, quod dicit. s. ꝙ aliqua verba omittant ipsi non conficiunt, licet baptizent. Nec negantur cōficere ꝓpter mutationē formæ: sed solū dicit, ꝙ mutatio qualitatis materiæ: qa in fermēto cōficiunt, non impedit sacrm, licet ipsi ecōtrario dicant nos nō conficere, qa in azimo conficimus. 18 Secunda conclusio est de opinione beati Tho. s. ꝙ forma sanguinis consistit in omnibus verbis vsq; inclusiue in remissionē peccatorum. Quod ꝓbatur dupliciter: primò, qa cùm forma sacramēti sit enūciatiua, quicquid est de integritate enunciationis, est de integritate cōsecrationis, sed totū illud inclusiue vsq; ad remissionē peccatorū est de integritate enunciationis, cū sit determinatio prædicati. ergo est de essentia formæ. 19 Secundò, qa sub eodē ritu proferī totū à principio vsq, in finē, dicendo: Hîc est calix sanguinis mei noui, & æterni Testamenti &c. vsq; in remissionē peccatorū, qd' non fieret, nisi totū pertineret ad formā cōsecrationis. 20 Sed quidam dicunt has rationes non valere, primò quidē, qa determinatio prædicati etiā est, ꝙ pro nobis tradet: & tū non est de essentia formæ. Similiter secūda non valet, qa non quæcunq; proferunt eodē ritu, sunt de essentia, sicut accepit panem, & hmòi, quæ nō sunt de essentia. 21 Sed hæc impugnationes nō valent: prima nō, qa illa determinatio nō ponit in forma: licet ponat in historia Euangelij. Alia vero ponit in forma, pluſquā in historia: quia nec intētio Euangelistarū fuit ponere formas sacrorum, sed magis historias dictorum, & factorum Christi.

22 Secūda etiā non valet: qa non omnia, quæ pertinent ad ritū, sunt de essentia: sed illa solū, quæ significant illa, q̄ est ad essentiā pertinēt, vel ex parte subiecti, vel ex parte prædicati: & sub eodē ritu ꝓferunt, & de talibus intelligitur maior, de quibus est illud: No. & æterni Testamēti &c. 23 Quod autē Magister dicit in litera, & Ambro. de consec. di. 2. Panis est in altari, qd' illis verbis cōficit. &. c. Quia corpus. & reliqua pertinēt ad laudes, & orationes referendū est ad reliqua, quę non sunt pars oratiōis illi⁹, qua fit cōsecratio. 24 Confirmatur etiā opinio Tho. qa in Missali Ambrosiano, vt dicitur, totū hoc vsq; in remissionē peccatorū inclusiuè scriptū est literis aureis, sicut illud: Hoc est corpus meū. 25 Nec obstat, si dicatur, ꝙ enim est etiā scriptum literis aureis: & tū non est de essentia, qa hoc est ideo, qa est in medio partium essentialium formæ. Et ne viderentur duæ formæ ex disiunctione ideo factum est.

Qñ propō istius formæ est vera.

2. Art. Opinio Du. hîc. q. 3. ar. 2. & Sco. q. 2 ar. 2. Pe. Aure. q. 2.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

Ad. 1. dubiū

Apostoli formā à christo acceptā nobis tradiderunt.

Ad. 3. Christus potuit soli vni verbo tribuere effectū consecrationis.

Quęstio incidens.

Græci omittentes verba aliqua d' forma cōsecratiōis sangui nis non cōficiunt.

Opinio b. T. 3. part. q. 78. art. 3. & hîc. q. 2.

Ar. 2. q. 1. Dur. & Sco. vbi suprà.

Inefficacia sol'. 1. ostenditur.

26 Tertia conclusio est: declaratio particularū in forma hac positarū. Prima clausula est: Hic est enim calix sanguinis mei contētiuus. s. vel hic est sanguis Passionis s. rememoratiuus. Noui, & æterni Testamēti: qa æterna, quæ non veterascūt, ꝓmittit lex noua, & dicēdo nouum: qa veterauit prius, huic enim sacro vetera cedunt. Misteriū fidei, non qa solū sit hic, sicut in signo, vt dicūt hæretici: sed qa aliud creditur, aliud videt: qa fides est credere, qd' non vides, sicut exponit Inn. c. Cū Marthe. qui pro vobis. s. apostolis, & pro multis. s. omnibus electis effundet in remissionē peccatorū suple: quo ad efficientia. Nam ꝑ toto mūdo effusus est quo ad sufficientiam.

1. Arti. 27 QVANTVM ad tertiū sunt tres conclusiones. Prima de eo, qd' arguit. Vbi sciendum, ꝙ formæ non mutuo se expectāt: qa facta cōsecratione super hostiam, ipsa eleuatur, & tunc præcipit hostia à populo adorari. Et de hoc sacerdos debet instruere populū, vt dicit extrà de celeb. missar. c. Sanè. Certū est autē, ꝙ non adoratur, nisi quod est, & nō qd' erit. Aut ergo est tunc panis, & tunc si adoraretur, esset idololatria: aut est tūc corpus Christi, sicut verè est, & tunc nō expectat forma sanguinis. 28 Sed'a cōclusio est: de sacerdotis defectu, qui si in missa moritur, & nescit, vbi dimisit inchoandū est à capite. Si autē certū est, vbi dimisit, inchoandū est, vbi certū est ipsum dimisisse, vt in sequenti distinctione dicetur. 29 Tertia cōclusio est, ꝙ sine verbis præcendentibus, & subsequētibus formas, verū est sacrm, sicut in baptismo, & aliis: quāuis omnia, quæ sunt in missa, & præcipuè in canone, sint de necessitate præcepti.

Nota. Idē tenet. S. Th. hīc. q. 2. art. 4. q. 3. ad. 3.

Nec in necessitate, licet solennitatē huius sacri prætermittere, sicut licet solennitates aliorum, quæ sunt de necessitate in casu necessitatis prætermittere: qa potius qs debet ab hæretico baptizari, q̄ mori sine baptismo. Melius est tū mori sine eucharistia, q̄ de manu hæretici cōmunicare. 24. q. 1. Cepit. Vnde in nulla necessitate licet celebrare, si desit aliquid illorū, quæ de ꝓcepto ecclesiæ, & generali vsu seruant: siue sint vestimēta, siue huiusmodi, quæ tū non sunt de essentia.

Nulla necessitas celebrandi est sine solēnitate sacri.

30 Ad argumentum in oppositū est dicendū, ꝙ in sacro dupliciter aliqd continet. s. ex vi sacri, & ex naturali concomitātia: & qa sacrm est institutū in vsum fideliū. ideo ex vi sacri continetur in hoc sacro, qd' in vsum fidelium venit. Et qa in pane cōsecrato nō cōtinet sanguis Christi: sed'm ꝙ est in vsu potus fideliū. ideo nō cōtinetur ibi ex vi sacri: sed ex naturali concomitantia, qua cōuenit, vt corpus Christi non sit sine sanguine. Et ecōuerso est de vino cōsecrato. Vnde panis non cōuertitur per vim priorū verborū in corpus extrà sanguinē: sed in corpus sine sanguine veniente in vsum potus fideliū. Secundū hoc debet intelligi illud, qd' dicit extrà de sum. Trini. c. 1. §. Vna. ita transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinē. s. ex vi sacri. Quodlibet transsubstantiatur in vtrunq;. Causa autē quare corpus diuisim cōsecratur, & sanguis: cum tū non sint diuisa potest ex vsu, ad quem est sacramētum: quia manducatio in cibo, & potu consistit, & etiam ex eo, quod per sacramentum representatur: quia in passione Christi sanguis à corpore diuisus fuit.

Ad arg. in oppos.

Dubiū bonū hīc à. b. Th. sumptū.

DISTINCTIO. 9. QVAESTIO 1.

Circa distinctionem nonam quæruntur quatuor. Primò, vtrum peccator possit sumere corpus Christi. Secundò, vtrum debeat. Tertiò vtrum pollutio impediat. Quartò, vtrum peccatori sit neganda communio.

De peccatore sumente corpus Christi.

Thom. 3. part. q. 80.

PRIMO Ergo quæritur, vtrum peccator sumat corpus Christi. Et videt, ꝙ non: qa plus pōt angelus bonus, vel malus, q̄ peccator: sed nullus angelus etiā in corpore assumpto potest māducare. ergo &c. 2 CONTRA. Non minus pōt peccator, quam brutū. Sed mus q̄ūq; ipsum comedit. ergo &c.

1. Arti

3 RESPONDEO. Circa istam quæstionē sunt tria videnda. Primò, de diuersis modis sumēdi. Secūdò, de creatura rationali, quomodo sumit corpus Christi. Tertiò, de creatura irrationali. 4 CIRCA primum sunt tres conclusiones. Prima, ꝙ conuenienter sumitur per modū māducationis: extra de sum. Trini. c. 1. §. pen. In misteriū vnitatis: vt sumamus ipsi de suo, qd' accepit ipse de nostro. Non possumus autē magis sumere corpus, quod à nobis sumpsit, q̄ per manducationem per quā fit vnū ex māducande, & māducato. Differēter tū in cibo, qui assumit ad cibatū, & in isto, quod ad se sumit: qa spūalia cōtinent ea, in quibus sunt: s. cut anima corpus, vt dicitur in fi. primi de anima: vt ea recedente, marcescat corpus: qa sicut soluto dolio fundit vinū, sic cadauer redigit in puluerē. Et ideo dictū est Aug. Nec tu me mutabis in te, sicut cibū carnis tuæ, sed tu mutaberis in me.

Multiplex modus manducandi corpus Christi.

5 Secunda cōclusio est, ꝙ est duplex modus manducādi. s. spūaliter, & sacrāliter: de cōse. dist. 2. c. qa passus. &. c. Qui māducat. cum multis aliis. Vnde aliquis manducās sacrāliter, & spiritualiter, vt in fide, & charitate cōmunicās: alius neutro modo, nec sacrāliter, nec spūaliter: sicut peccator non cōmunicās: tertius sacrāliter non spiritualiter, sicut peccator fidelis cōmunicans: quartus spiritualiter, & nō sacrāliter, vt iustus non cōmunicās. Sed si habet actu deuotionē ad sacrm, vt de uotè audiēs missam tunc magis: si autē desideret cōmunicare, aut celebrare, nec possit: tunc maximè.

Opinio iuristarū, ꝙ qn q; sacra sunt necessitatis. Theologorum cōmunis opinio.

6 Tertia cōclusio est, an māducatio sacris sit de necessitate salutis. Dicunt Iuristæ, ꝙ cū sint septē sacra his versibus contēta.

Ordinat, & iungit, baptizat, chrismat, & vngit.
Peccatū plangit, in altari sacra tangit.

Duo sunt volūtatis. s. ordo, & matrimoniū. Alia quinq; sunt necessitatis. Vnde versus.

Ordo voluntatis iungit dant quinq; necesse.

Ita notat Glo. de cōse. c. Veniens. &. 1. q. 1. §. sed notandum. Teologi autē cōmuniter dicunt oppositū. s. ꝙ sunt duo necessitatis. s. baptism⁹, & pœnitētia: & alia quinq; sunt volūtatis, nisi eucharistia, quæ ꝓpter præceptū concilij de pœn. & remiss. c. Omnis. est de necessitate semel in anno. Quod autē dicit. Nisi māducaueritis: intelligunt de spirituali māducatione, vel de illo, qui paruipēdit, & contēdit.

Opinio, q̄ est Durā hīc q. 2. à doct. cōmēdatur.

7 Quidā verò satis ꝓbabiliter dicūt, ꝙ omnia sunt necessitatis aliquo modo, vel alicui. Dicunt enim, ꝙ sacrm esse necessariū ad salutem potest intelligi dupliciter. Vno modo ratione sui. Alio modo ratiōe præcepti: ratione sui q̄ū effectus eius est necessarius ad salutem. Et sic dicendū est, ꝙ sacrorum quædā sunt de necessitate salutis quantū ad cōmunitatē: ita. s. ꝙ ab aliquib⁹ vel aliquo sumantur, non autē à qualibet persona. Et talia sunt ordo, & matrimoniū: qd' patet, qa effectus cuiuslibet istorū necessarius est cōmunitati. Nam sine ordine non esset, qui ministraret sacra cōmunitati, quæ sunt de necessitate salutis, saltē sacrm pœnitētiæ quo ad lapsos in peccato mortali. Sine matrimonio etiā non maneret cultus diuinus deficientibus fidelibus. Quia tū pro cōmunitate

munitatte ad hos actus sufficiunt aliqui. ideo non quælibet persona ad hoc obligat, nisi in casu, vbi tota cōmunitas deficeret, nisi persona suppleret. 8 Alia sacra sunt necessitatis, quæ respiciūt personā quālibet, sicut baptismus, quo ad omnes: pœnitētia quo ad lapsos: Ratio est: qa illa sacra sunt de necessitate salutis quo ad omnē personā, quæ ordinant ad tollendū defectū incōpossibilē saluti: baptismus, & pœnitentia sunt hmōi: baptismus quo ad omnes quantū ad peccatū originale: qa omnes nascimur filij iræ. Ephe. 2. pœnitētia quo ad mortale tollendū, quo ad lapsos: vtrūq; est incōpossibile saluti. ergo ista sunt de necessitate salutis: vt. s. actu suscipiantur, vel voto: si articulus necessitatis susceptionem actualē impediat. 9 Alia sacra sunt de necessitate salutis ratione præcepti. s. eucharistia, & extrema vnctio: primò quidē ratione præcepti diuini: qa cùm sacramenta sint instituta ꝓpter salutē viatorū hominū, nō videtur, ꝙ absq; contēptu viator pos it totaliter contēnere habita copia ministri ea cōferre valētis, & volētis. Vnde qui talia non recipit. s. eucharistiā, & extremā vnctionem, qñ ꝓbabiliter imminet ei exitus de statu viatoris, & ecclesiæ militātis videt contēnere præceptū diuinū. Et propter hoc dictū fuit superius dist. 7. ꝙ confirmatio est de necessitate salutis, qñ imminet casus cōfitēdi fidē coram ꝑsequutore: qa tunc nō recipit sacrm cōfirmationis nondū receptū habita oportunitate cōferētis cùm ꝑ tunc indiguerit effectu eius, videtur esse contēptor sacri quod est contrariū saluti. Patet ergo, ꝙ eucharistia non est de necessitate salutis ratione sui, quasi eius effectus sit necessarius ad salutē: cū eius effectus sit cōfirmatio in bono, & in gratia, quod pertinet ad perfectionē magis, q̄ ad necessitatē. Est tā de necessitate salutis ratione præcepti diuini: itē ratione præcepti ecclesiæ, quæ statuit, ꝙ semel in anno sumat. s. in Pascha te: extrà de pœn. & remiss.

Inquirit docto. de distis du.

Omnis vtriusq; sexus. 10 Hæc positio videt probabilis in hoc, quod dicit, ꝙ ordo, & matrimoniū ratione sui sunt necessaria cōmunitati: qa sine ordine nō potest pœnitētia, quę necessario est perfectè ministrari: nec sine matrimonio numerus electorū potest debitè cōpleri, & sic sunt necessaria cōmunitati: sed nō singulari personæ, nisi cōstaret ei, ꝙ sine ea contra te, vel ordinē suscipiente non posset numerus electorū compleri. Tunc eīm teneretur vnusquisq;: qa eadē ratione, qua in principio generis humani præceptū illud ligabat. Crescite, & multiplicamini. etiā post diluuiū, & quilibet primogenitus tenebat esse sacerdos fortè fortiori ratione nunc teneretur ille, sine quo hīc fieri nō possent, si certū esset. Ratione sui sunt necessaria singulis: baptismus quo ad oēs: pœnitētia quo ad lapsos in mortale post baptismū. Et sicut post concilū. Omnis vtriusq;. non sufficit semel ante mortē confiteri, ad qd' solū obligat illud diuinū præceptū: Confitemini alterutrū peccata vra. Iaco. vlt. sed oportet semel in anno: sic post statutū de duobus tēporibus baptismi. s. in Pascha, & Penthe. nō licuit vltrà differre: nisi ex causa, quāuis prius sufficeret semel in vita.

De dubio isto vide. S. T. & hu. car. sup illo verbo volo omnes vos &c. 1. Corin. 7.

11 Reliqua autem tria sunt necessaria nō ratione sui cùm ad salutē sufficiat gratia, quæ pōt haberi nō obstante originali ꝑ baptismu, nec obstāte actuali per pœnitentiā, sed ratione præcepti. 12 Hoc autē non propter rationē istius positionis, q̄ est, ꝙ ea, quæ sunt instituta à Deo ꝓ salute viatorū sunt necessariò sumenda in vita. Nam si hæc ratio esset bona, tunc homo teneret ordinari, & cōtrahere matrimonium: cùm hæc duo sacra sint ꝓptet salutē viatorū instituta nō solū cōmunicati: sed cuilibet singulari, qui nō esset debitè in vita sine matrimonio parentū: nec haberet debitè sacra salutis nisi ab ordinato.

Ratio positionis insufficiens.

13 Si dicat, ꝙ sunt pro salute viatorum, non sicut à quolibet suscipiēda: sed à quibusdā tūc est petitio principij, ꝙ hęt magis sint pro singulis. q̄ illa.

Probatio doct. duplex 1. ratio.

14 Præterea cōsilia sunt à Deo data pro salute viatorū: nullus autē teneē ea implere nisi velit. Vnde eadem conclusio aliter probatur dupliciter. Primò, qa dicit in Decreto. dist. 2. In rebus, in quib⁹ nihil certi diuina lex statuit, considerandū est quid mos populi habeat, & sicut præuaricatores diuinarum legū sic transgressores ecclesiasticarū consuetudinū coercēdi sunt. sed ecclesiastica cōsuetudo est ægris dare viaticū, & extremā vnctionem aliter, nisi peterent, nō reputarent boni Christiani. ergo &c. Et per accidēs possent hæc esse necessaria attributio, nō cōtrito, non valēti cōfiteri, & potēti cōmunicare, & inūgere, vel cōfirmari: virtute quorūsacrorum de attrito fit cōtritus: qa ex quo fictus nō est, gratia sibi infundit. Vnde si nō potēs loqui, habet mortale, dum moritur: qa nescit se contritū, exponit se periculo, nisi communicet, & inungat. Vnde ꝓpter pctā per negligentiam oblita delēda, debet vtrunq; suscipere.

Attrito sine confessio ne alia sacra prosunt.

15 Secunda ratio est, qa cùm sit eadē ratio de istis tribus videt, ꝙ eucharistia sit in præcepto diuino, & per consequens alia. De eucharistia patet, ꝙ Papa nō pōt illā rem, quę ꝑ diuinā ordinationē cadit sub cōsilio tantū: ponere generaliter, & vniuersaliter sub ꝑcepto: puta ꝑcipere, ꝙ oñes teneantur ad virginitatē, & ad voluntariā paupertatē, & obedientiā, & hmōi. Sed ipse pōt præceptū diuinū fine tēpore datum determinare quo ad tēpus: vt patet in cōfessione annua. Vnde cū potuerit præcipere cōmunionem in Paschate. ergo illa erat in præcepto: sed tēpus in cōsilio, qd' deteeminare potuit, licet alicui videretur, ꝙ qua ratione non pōt ponere in præcepto substantiā facti, quæ est in cōsilio pari ratione, nec tēpus: maximè: qa obligat ad aliquid pluries faciendū, ad quod homo nō nisi semel tenebat: tum etiā qa pari ratione posset obligari ad confitendū omni anno quodlibet mortale commissum, ad qd' confitendū homo nō tenet, nisi semel: qd' tū multi negarēt. s. Papā posse obligare hominē ad pluries confitendū idem peccatū.

2. ratio. Eucha. confirmatio, & vnctio sacra est in præcepto. No. hīc qd Papa potest.

16 Vtrū autē ille, qui cōmunicauit in Paschate, si illo anno moriturus sit, teneat tunc iterū cōmunicare? videt ꝙ non, qa à præcepto diuino liberat⁹ est semel in vita cōmunicādo, sicut semel cōfitendo. Itē à præcepto ecclesiæ cōmunicādo in Paschate illo anno. Sicut ergo non tenet iterū confiteri: ita nec cōmunicare, vt videt.

Dubiū incidens pulchrum.

17 Quod satis est rationabile, si non distat multū à cōmunione: puta, qa eadē hebdomada, vel quindena ægrotat, qua cōmunicauit. Sed si diu est, ꝙ non cōmunicauit maximè si cōmunicādo non cogitabat se aquitare à præcepto diuino: sed tantū à positiuo, vel etiā si cogitabat: tū propter generalē consuetudinē Christianorū morientiu, qui viaticum petunt, tenetur petere. Et similiter si in alia infirmitate diu est, & inunctus fuit nihilominus in noua infirmitate diu, & postea superueniente debet iterū inungi.

Resp. doc. in Paschate cōicās infra annum tenetur iterum cōicare.

18 CIRCA secundū sunt tres cōclusiones. Prima ꝙ peccator sumit corpus Christi verè, & sacramētaliter se habet fide: vel saltē id, quod res est, & sacrm. i. corpus Christi verū: siue habeat fidem, siue non. Et quod dicit glo. de cōsec. d. 2. c. Tribus. ꝙ q̄ cito species dentibus teruntur, in cœlū rapit: licet dicat esse certū: est tū hæreticum, & sibiipsi cōtradicit: qa prius reprehendit illos, qui dicunt, ꝙ non trāsit corpus Christi ad stomachū: qa dicitur ea. dist. c. Si quis per ebrietatē. ꝙ qui eucharistiam euomuerit pœniteat sic, vel sic. Non potest autē eucharistia euomi, & à stomacho reiici nisi in stomachum sit traiecta. Quādiu enim maneret substantia panis, si esset: tandiu manet corpus Christi succedens, & quādiu maneret substantia vini: tandiu manet sanguis. Quia etiā dicit

2. articul. Breuiter annotat glo. de crete. vide Sco. d. 3. q. 3

Nota.

dicit glo. ꝙ in secessum non emittitur, sed per sudorem, vel aliter emanat: etiã fatuũ est fingere: qa per secessum taliter emittunt species, sicut emitteret substantia panis, vel vini nõ aliter. Hæc autẽ qñq; nõ corrupta emittuntur, vt in habentibus fluxũ. ergo & spẽs. Propter ꝙ non esset dãda eucharistia habenti talẽ fluxũ: ꝙ integrũ emittit hoc, quod sumit, sicut nec habẽti vomitũ: cùm illud cederet magis in irreuerẽtiã, q̃ istud. Corpus autẽ, & sanguis Christi tãdiu sunt in vẽtre, & quocũq, alibi quãdiu spẽs manent: & quãdiu sub eis substãtia cõuersa mansisset, si esset. Nec ꝓpter secessum fluxus vẽtris corrũpũtur, sicut nec per vomitũ: qa si species incorruptæ euomuntur, vel egerunt, verè est ibi corpus Christi. Et sicut Grego. nõ habet pro incõueniẽti, ꝙ Christus à Diabolo permiserit se in montẽ, & supra pinnaculũ tẽpli portari: qui permisit se à mẽbris Diaboli crucifigi, sic in proposito, maximè qa per oĩa hoc corpus Christi manet incontamiatum. 19 Et quod arguit, ꝙ in maliuolã animã non introibit sapiẽtia, verũ est de inhabitatione spirituali non sacramentali. 20 Et qd' dicit, ꝙ iste cibus nõ vadit in ventrẽ, sed in mentẽ, verũ est finaliter: qa est ꝓpter mentẽ non ꝓpter ventrẽ: sed illud vadit sacramẽtaliter quo spẽs localiter. 21 Secunda conclusio est, ꝙ sancti patres Christũ manducauerũt spiritualiter: qa per fidẽ, & charitatẽ sibi incorporati fuerũt. Non autem mãducauerũt sacrm hoc, nec Christũ in sacro sacramentaliter: qa non sumpserũt realiter, qd' nondũ erat. Sed nec sacraliter etiã si fidẽ explicitã habuerint, & deuotionẽ: puta Abrahã recipiẽdo panẽ, & vinũ à Melchisedech, si intellexisset eucharistiã, sicut vidit diem Christi, vidit, & gauisus est: non ꝓpter hoc sacrm sacramẽtaliter mãducasset, qa sacrm antequã esset institutũ nullo modo sumi potuit. 22 Quod ergo dicit, bibebãt autẽ de cõsequẽti eos petra: petra autẽ erat Christus: intelligit de Christo secundũ se, non de sacro, nec de Christo prout est in hoc sacro. 23 Tertia cõclusio est, ꝙ nullus angel' bonus, nec malus etiã in corpore assumpto põt corpus Christi mãducare sacraliter: licet posset in os ponere, & masticare, & traiicere, qa non est mãducare cũ in corpore assumpto non exerceant opera vitæ. Similiter istud sacramẽtũ nullus angelus põt spũaliter mãducare: qa hoc nõ est nisi illorũ, qui possunt corpora liter mãducare. Et præterea bonus angelus sumẽdo speciem in corpore assumpto fidẽ non habet, sed visionem. Mãducare autẽ Christũ spiritualiter nõ conuenit malis angelis, qui charitatẽ non habẽt. Bonis autẽ cõpetit illo modo, quo vniunt Christo, sicut mẽbra capiti: quod est quantũ ad rationẽ influentiæ, non quantũ ad conformitatẽ naturæ. 24 CIRCA tertiũ sunt tres conclusiones. Prima, ꝙ brutũ nullũ sacrm põt suscipere nisi istud: qa essentia aliorũ sacramentorũ est actio, vel passio hominis: puta ablutio hominis, vnctio, & hmõi. Vndesi abluerer, vel vngerer brutũ, non esset baptismus, nec sacrm. 25 Secũda cõclusio est. ꝙ potest istud sacrm suscipere: qa eius essentia est materiæ cõsecratio, quam brutũ verè sumit, qa verè mãducat spẽs, sub quibus verè est corpus Christi. Et dato, ꝙ per hoc reddãtur in habiles ad vsum hominis, ꝓpter quẽ sunt: nihilominus non ꝓpter hoc desinit ibi esse corpus Christi, sicut per hoc, ꝙ aqua congelat, non desinit esse benedicta: sed ꝙ accidens est: sicut si homo comederet hostiã consecratã, quã crederet simplicẽ: quã si brutũ mãducare nõ potuit, miraculũ est: sicut asinus hæretici mãducare nõ potuit, sed flexis genibus hostiã adorauit. 26 Tertia cõclusio est de hostia consecrata, quã mus comedit, quid faciendum sit. 27 RESPONDEO: Si mus capi põt exẽterari debet, & mus quidẽ debet cõburi, & cinis in piscinã ꝓiici. Pars autẽ hostiæ si homo eam summere horreret, debet in tabernaculo reuerẽter reponi, & tãdiu ibi dimitti, quousq; naturaliter cõsummat. Ipsa autẽ nequaq̃ debet in piscinã proiici, sicut quidã sacerdos fecit de micha reperta in calice post consecrationem. 28 Nec etiã debet cõburi, cinis in piscinã proiici: sicut fecit alius sacerdos de hostiis muscidis consecratis, qa hoc est immane sacrilegium. Et ideo quantũcunq; modica particula inueniat cum reuerẽtia debet reponi: qa in quantũcunq; parua particula est totũ corpus Christi. Et si quidẽ homo esset tanti feruoris, ꝙ hmõi non horreret: sed eam sumeret, cõmendandus esset dũ tñ esset ieiunus, sicut beatus Hug. Cluniacẽsis cõmendauit Goderanũ sumentẽ portiũculas eucharistiæ, quas le prosus cum vilissimo sputo euomuerat: dicens, craticulam Laurẽtij fuisse tolerabiliorẽ. Et sic dicit, de cõs. di. 2. c. Tribus. ꝙ portiones fragmentorũ de reliquiis cõmunionis populi debeant sumi à ministris, non in crastinũ reseruari. s. si sunt ieiuni. Aliàs debent seruari in crastinum sumẽdæ. Sed eucharistia integra pro infirmis reseruatur. Si autẽ nõ sit ieiunus ꝓpter generalẽ prohibitionem, ꝙ prãsus eucharistiã non sumat: qa sumere non debet, cùm sit vera exchanistia in minima particula, nec necessitas excuset, cùm reseruari possit. Nam de gutta sanguinis stillante, quæ recolligi non potest necessitas est lambendi. Vnde tunc etiam pransо lambere liceret fortè secundum illud capitulum, de consc. dist. 2. Si per negligentiam. 29 Ad argumentum in oppositum dicendum, ꝙ non est simile, sicut visum est.

Nullus angelus põt comedere corpus Christi sacraliter, aut spiritualiter.

3. Arti. nullũ sacrm nisi istud brutũ sume re potest.

Nota. Dubiũ de comedente eucharistiã.

In nullo casu spẽs dicunt cõburi aut in piscinã ꝓiici, vide altiss. lib. 4. tra. 5. c. 3.

Casus in quo non ieiuno licet hoc sacrm sumere.

QVAESTIO SECVNDA.

De licita sumptione corporis Christi.

Thom. 3. q. 8. art. 4. & 5.

SECVNDO Quærit. Vtrũ peccatori liceat sumere corpus Christi. Et videt, ꝙ non: qa minus est videre, vel tangere, q̃ sumere, sed peccatori non licet videre: qa Bethsamitæ vidẽtes archã Domini sunt percussi. 1. Reg. 6. non licet etiã tãgere, qa Oza tangens archã Dñi percussus est 2. Reg. 6. ergo nec sumere licet. 2 CONTRA qa omnes peccauerunt, & peccatores cõstituti sunt: quia omnes declinauerunt, & nõ est, qui faciat bonũ, non est vsq; ad vnũ. ergo nullus deberet cõmunicare. ergo &c. 3 RESPONDEO. Circa id, quod quæritur, videnda sunt tria. Primò id, quod quærit. Secũdò, ostẽdetur grauitas peccati indignè, siue cũ peccato mortali sumentiũ. Tertiò, propter argumentũ factũ videbit, vtrũ peccatori liceat corpus Christi videre, vel tangere.

1. Art.

4 QVANTVM ad primũ est sciendũ, ꝙ peccator sumens hoc sacrm aut est sibi conscius de peccato mortali, aut non: si sic peccat mortaliter sumẽdo non contritus, & non cõfessus, si haberet copiã sacerdotis. Ratio est, qa irreuerẽtia, & abusus tanti sacramẽti non potest esse sine pctõ mortali: sed in accipiẽte cũ conscientia mortalis est irreuerẽtia, & abusus tanti sacri. ergo talis abusus, & accessus non est sine mortali. Minor probatur duplicit: primò, ex modo sumendi hoc sacrm sic. Sicut vsus corpalis non cõpetit, nisi viuẽti corpaliter, sic neq; vsus cibi spiritualis, nisi viuẽte spualiter: peccator autẽ est mortuus

mortnus spiritualiter, ergo abutit, si sumat. 5 Secundò patet idem ex re sacramenti, quæ est duplex vna contẽta, & signata, quæ est Christus. Alia signata, sed nõ contẽta, quæ est corpus mysticum eius, quod est societas sanctorũ sibi, & Christo capiti per charitatẽ coherentiũ. Ex hoc autẽ arguit sic. Quicunq; ad hoc sacrm accedit, prætẽdit se anhelare ad vnionẽ cum Christo, & mẽbris eius: sed existẽs in cõscientia mortali ad hoc nõ tendit: sed magis recedit. ergo peccator accedẽs cum conscientia mortali reus est fictionis: cùm vnũ intendat, & aliud prætẽdat: fictio autẽ respectu sacramẽti, & maxime talis est pctũm mortale. ergo &c. Si autẽ peccator nõ sit cõscius de peccato mortali hoc põt esse dupliciter: vno modo, qa nescit se hoc cõmisisse pctũm. Secũdò, qa scit se cõmisisse, sed reputat sibi fuisse dimissum, qa credit se contritum esse. Primũ potest cõtingere dupliciter: vno modo, qa non recolit de facto: alio modo, qa recolit, sed nõ credit illud esse pctũm, quod tñ secundũ veritatẽ peccatum est. Si non recolit de facto, aut discussit cõscientiã, aut non. Si discussit, & tñ non recolit, non peccat accedendo ad sacramentũ: imò fortè veniã obliti consequitur ex vi sacramẽti. Vnde Aug. dicit in quodã sermone: quod corpus Domini dum manducatur viuificat mortuos.

Ex vi istius sacri interdũ mortale deletur.

6 Si verò non discussit diligẽter, & ob hoc non deuenit in notitiã peccati commissi peccat mortaliter. Ratio horum duorũ est: qa voluntaria omissio circũstãtiæ, quæ ad factũ requirit, non excusat, sed aggrauat: sed discussio cõscientiæ est cõditio, quæ requirit in suscipiẽte hoc sacrm: iuxta illud 2. Cor. 11. Probet seipsum homo &c. ergo talis omissio nullũ excusat, sed aggrauat. ergo si ꝓpter indiscutionẽ cõscientiæ aliquis non recolit de peccato non excusat, quin accedat ad sacrm, vt peccator. Nam & iustus accedens ad hoc sacrm sine discussione fortè peccat: nisi ꝙ in ipso iusto, qui cõsueuit passim scruptari conscientiã suã sufficit breuis, & quasi transitoria discussio, quæ non sufficeret in alio per eandẽ rationẽ diligẽs discussio excusat istũ, qui nõ recolit de peccato cõmisso, ex quo fecit, quod in se fuit. 7 Si autẽ recolit, licet de facto nõ credat illud esse pctũm, non excusatur, quin peccet accedẽdo: qm̃ ignorãtia, quæ nõ excusat facientẽ à pctõ dum facit, nõ excusat eum à peccato dum sacrm recipit, sed tali est hmõi ignorãtia. Non enim excusat facientẽ à peccato, ex quo ponimus eũ in peccato, licet ignoret. Hæc enim ignorãtia vel est iuris, vel particularis circũstantiæ, quã talis tenebat scire: alio quin non peccasset. ergo nõ excusatur, quin accedat, vt peccator, & per consequẽs peccat. 8 Qui autem scit se cõmisisse pctũm, credit tũ sibi esse dimissum, qui credit se esse contritũ, & scit se esse confessum: non peccat, si sacrm sumat, qa vbi non põt haberi certitudo plena sufficit ꝓbabilis coniectura. s. ꝙ homo doleat de præterito, & caueat per ꝓpositũ de futuris. Sed si homo no habeat nisi venialia, nunq̃ impedit. Vnde de cõsec. dis. 2. Si non tanta sint peccata, vt pro eis quis excõmunicet. i. mortalia nõ debet se à medicina corporis, & sanguinis Domini separare. i. nõ tenet. Si autẽ homo est cõtritus, & non cõfessus de peccato mortali nõ debet cõmunicare quousq; cõfessus fuerit: nisi necessitas vrgeat, vel qa est dies Paschæ, qua tenet celebrare parochianis, vel cõmunicare, nec habet qui eum possit absoluere, vel parochianus habet casum episcopalẽ, à quo curatus non põt absolui re. Tunc enim põt cõmunicare cũ spe postea cõfitendi.

Iustus sumẽs istud sacrm sine discussione peccat.

Nota qñ necessaria est confessio & qñ non.

9 Si autẽ dubitat, vtrũ sit in mortali, aut credit se esse in eo: & tunc aut hoc est ex cõcientia scrupulosa, & temeraria, aut ex probabili coniectura. Si primo modo debet conscientiã deponere: sed quousq; conscientiam deposuerit cõmunicare nõ debet: qa conscientia erronea ligat, & obligat. Si secũdo modo debet conteri, & cõfiteri: aliter periculo se exponit. Si verò credit se nõ habere mortale, si fecit, quod debuit, non peccat, sed sibi dimittitur, vt dictũ est: Si non fecit, quod debuit, peccat, sed minus, q̃ sciẽs. 10 QVANTVM ad sed'm sunt tres cõclusiones. Prima, ꝙ cõicare cũ cõscientia pctî mortalis, videt mediũ iter pctũ, q̃ cõmittitur in Deũ, & q̃ cõmittunt in ꝓximũ, sicut hõ assumptus est medius inter Deũ, & hoem. Et ideo q̃tũ est ex parte obiecti, videt grauius, q̃ omne pctũm in proximũ cõmissum, q̃uis ex genere operis, & ex contenptu faciẽtis posit illud esse grauius; quẽadmodũ homicidiũ est grauius, q̃ violatio Sabbati; quæ est contra Deum. 11 Vlterius videt, ꝙ licet dicat reus sanguinis, & corporis Dñi, ꝙ non ita grauiter peccet: sicut crucifixores, quantũ ad hoc, ꝙ illa cõtumelia fuit, tũc facta Christo ĩ ꝓpria forma, hæc autẽ in alia effigie. Sed quantùm ad ignorantiã, quã illi habebãt de Christo: Christian' autẽ credit Christũ hîc esse, & nihilo minus indignè sumit. ideo plus peccat quantũ ad hoc. 12 Secũda conclusio est. Quia licet infidelis indignior sumat hoc sacrm, q̃ fidelis peccator, qa infidelitas est grauius pctũ tamẽ fidelis peccator indignius sumit. Et ideo grauius peccat, q̃ infidelis sumens infideliter. 13 Tertia cõclusio est: Quia peccata spũalia q̃tùm ad genus peccati plus reddũt hominẽ indignũ ad huius sacri præceptionẽ, q̃ carnalia: qa carnalia sunt maioris infamiæ, & minoris culpæ sc'd'm Greg. sed ratione scãdali, & distractionis, & ratione certitudinis plus impediũt, qa plus homo scit in istis, quid mortale, & quid veniale, q̃ in aliis. Et iterũ plus scãdalizãt, & plus hominẽ distrahunt. 14 QVANTVM ad tertiũ sunt etiã tres conclusiones. Prima, ꝙ pctõri licet videre hoc sacrm: ex quo non est excõmunicatus, nec suspẽsus, nec interdict'. Illis autẽ non licet sancta intueri. Vnde tẽpore interdicti, qui perforãt fores ecclesiæ ad videndũ corpus Christi malè faciũt: non tñ, vt puto mortaliter delinquũt: qa sola visio nõ est participatio. Sed nõ habẽti vinculũ ecclesiæ, sed solũ culpæ, cũ habeat fidẽ, & baptismũ, licet videre, sed nõ sumere, qa nõ habet charitatẽ, q̃ incorporat. 15 Secũda cõclusiõ est. Quod nõ licet peccatori hoc sacrm tangere nisi in necessitate, vt si inueniret in luto, nec esset alius, qui vellet eleuare. 16 Si autẽ Bethsamitæ pensi sunt, hoc est, qa prohibitũ erat: omnib' etiã Leuitis archã nudã videre. Quòd autẽ Ozia perquussus est, fuit qa terroris lex erat. 17 Tertia cõclusio est. Quòd si peccator ex deuotione, qa se indignũ reputat, nõ vult Christũ videre. dicit Tho. ꝙ benè facit: tũ melius est ex deuotione aspicere, q̃ ex deuotione oculos auertere: cũ aspectus serpẽtis Aenei liberaret à morsu serpẽtis igniti 18 Sed ꝓpter id, qd' dictũ est in secũda cõclusione, dicit Inn. de pœ. & re. c. Quòd in te. ꝙ sacerdos pctõr in necessitate cõicans morientem excusatur q pctõ. Argumentũ in oppositũ solutum est.

1. articulus. De grauitate pctõrũ fumentiũ, & crucifigentiũ Christũ.

3. Arti.

Tpe interdicti non licet perforare fores ecclesiæ ad videndũ hoc sacrmentũ.

S. T. Hîc. q. 1. ar. 3. q. 4. ad. 2. & in frã. di. 12. q. 3. art. 2. q. 3. ad. 2.

QVAESTIO. TERTIA.

De pollutione sumptionem eucharistiæ impediente.

Thom. 3. q. 80.

TERTIO Quæritur, vtrũ polluto liceat sumere corpus Christi. Et videt, ꝙ sic: quia plus est pollutio maritalis, naturalis, vel carnalis, q̃ somnialis, sed nulla illarũ impedit, vt videt. ergo &c. 2 CONTRA quia non licet immũdis tãgere sanctæ

sancta: sed iste est immundus secundũ legem, qui somno nocturno est pollutus, sicut & ipsum nomen sonat. ergo &c. 3 RESPONDEO, tria sunt hîc videnda. Primum de nocturna pollutione. Secundũ de maritali. Tertiũ de immũdicia corporali. 4 QVANTVM ad primũ sunt tres cõclusiones. 5 Prima quomodo nocturna pollutio sit peccatũ. Vbi sciendum est, ꝙ pollutio inchoata, & determinata in somnis nunq̃ est peccatũ: licet qñq; sit signũ, & effectus peccati, qa tũc non est perfectus vsus rationis. Vnde ille clericus, cuius virtus gressiua dormiẽtis soluta est, & iuit ad domũ inimici, & occidit eũ, rediẽs semper dormiuit vsq; mane. Audito clamore, & conscius odij præcedẽtis, & consuetudinis antiquæ inuenit ensem sanguinolentũ: & statim fugit ad ecclesiã: nõ est homicida ipso facto: licet fortè sit irregularis, sicut ebri⁹ homicida, maximè qa fuit in causa rixa præcedẽs. Aliàs secus esset, vt in furioso fortè. Similiter si terminetur in vigilia, qa nec quãdiu durat, habet homo iudiciũ rationis, imò minus q̃ in passiõe somni. Delectatio enim concupiscẽtiæ corrũpit extimationem prudẽtiæ. Sed si placeat postea propter delectationem est pctũ veniale. 6 Non autẽ videt mortale etiã cum deliberatione: qa consensus in delectationẽ licitã non est pctũ. Si enim maritus concupiscat cognoscere vxorẽ propter delectationẽ, vel complaceat sibi in delectatione præterita erit quidẽ pctũ veniale, sed non mortale, sicut & ipse act⁹. Et similiter si qs appetat delectationẽ pollutionis nocturnæ, vel cõplaceat sibi in ea: ita tñ, ꝙ scit eam non esse pctũ, & vellet delectari sine pctõ nullo modo complaciturus sibi in eo: nec appetitu rus eam, si esset pctũ, videt, ꝙ non sit pctũ mortale: sed tñ peccat venialiter, quãuis pollutio in se non sit pctũ veniale: quia ipse nunc habet iudiciũ rationis: quo nihil inordinatum est appetendũ. Sed si vellet, ꝙ ex sua cogitatione præcedente sequeretur illa pollutio: tunc ipse consentiret in pctũ contra naturã: qa esset sibi voluntariè causa pollutionis. Et qa præcedẽs consensus põt esse causa, non autẽ sequẽs. ideo q deliberatè appetit in vigilia pollui in somno, ex hoc ipso peccat: quãuis non faceret hoc, nec obdormiret in tali consensu, si sciret ex hoc sequi pollutionẽ, qa. s. periculo se exponit. 7 Et dicendũ est veri⁹, ꝙ consensus deliberatibus in delectationẽ pollutionis nocturnæ præteritæ, vel futuræ ꝓpter se est pctũ mortale, qa qñ causa, quę excusat pollutionẽ à pctõ, concurrit in consensu, excusat consensus à pctõ, sicut pollutio. Qñ autẽ non, tunc pollutio non est pctũ: consensus tñ in ea est pctũ, qa vbi eadẽ ratio, ibi idẽ ius: vbi verò diuersa diuersum, qa manente causa, manet effectus: & cessante, cessat. Vnde sicut furiosus occidendo hominẽ non peccat, sic nec consentiẽdo in mortẽ præteritã, vel futurã peccat, qa defectus iudicij rationis, q excusabat actũ, concurrit ad consensum. Vnde pariter excusat. Si autẽ in lucido interuallo consentiat deliberatè occidere hominẽ in furia sequente, vel cõplaceat sibi in homicidio præterito peccat mortaliter. Sed maritus consentiens in pollutionẽ cũ vxore pręteritã, vel futurã propter delectationẽ non peccat mortaliter, q̃uis deliberatè consentiat: dum tñ non excedat limites matrimonij: sicut nec cognocẽdo propter delectationẽ: qa eadẽ ratio est, vtrobiq, in excusando. s. bonũ matrimonij, non defectus iudicij rationis. Si enim in actu coniugali posset habere actu iudiciũ rationis, & consentiret, non ꝓpter hoc peccaret nisi fortè venialiter, qa limitẽ matrimonij non excedit consensus, sicut nec actus. 8 Sed pollutionẽ nocturnam excusat à peccato non aliquod bonum extrinsecũ, qa inde proles sequi non potest, qd' est bonum speciei, nec etiã bonũ indiuidui. s. alleuiatio naturæ: qa non licet ꝓpter hanc causam eam sibi extorquere. sicut nec ꝓpter prolẽ, licet fornicari: sed solũ defectus liberi arbitrij, & iudicij rationis secundũ oẽs doctores. Sed supponit, ꝙ consensus præcedẽs, vel sequẽs habet iudiciũ rationis concomittãs. ergo causa, q̃ excusabat actũ non excusat consensum. ergo consensus est pctũ, non autẽ actus: magis aũt præcedẽs, qui põt esse causa, q̃ sequẽs qui non. 9 Nec obstat de soluto, qui appetit delectationẽ ꝓpter se cũ vxore futura: qa & huic consensui coniungit bonũ fidei, qd' excusabit actũ futurũ, consensui autẽ in pollutionẽ somni non coniungit defectus iudicij, qui excusabat pollutionẽ. 10 De illo autem qui appetit pollutionẽ ꝓpter exonerationẽ naturæ, dixerunt aliqui, ꝙ non peccat, nisi suus consensus sit causa eius. Sicut eim consensus sequẽs ꝓpter exoneratioñ non est pctũ, sic nec præcedẽs. Sed hoc habet præcedẽs vltra sequentẽ: qa potest esse causa, & tunc est pctũ: sicut aliquis appetẽs mortẽ inimici ꝓpter bonũ finẽ, non peccat, nisi suus consensus sit causa: vt puta, qa expresit voluntatẽ suã corã his, qui animati sunt ad occidendum. Cui eim non licet occidere, ꝓpter quencũq; finẽ ei non licet consentire in necẽ, ꝓpter quẽcunq; finẽ: ita ꝙ suus consensus sit causa mortis, nisi consensus habeat excusationẽ, quã non haberet factũ. Vnde si priuatus consulat iudici mortẽ latronis, & ob hoc latro suspẽdatur, quem priuatus non posset suspẽdere, non peccat consulẽdo, qui tñ peccaret suspendẽdo, qa consiliũ habet non solũ finẽ, sed modũ debitũ suspẽdẽdo, aut non. Alij autẽ concordant, ꝙ pollutio in se nunq̃ est pctũ, siue terminet in vigilia, siue in somno: sed consensus in eam futurã secundũ eos semper est pctũ, vel mortale, si ꝓpter voluptatem deliberatè consenserit, vel veniale si subito propter illã, vel etiã si deliberatè ꝓpter bonum. Sed consensus in præteritã ꝓpter exonerationẽ naturæ, vel aliã bonã causam non est pctũ: ꝓpter voluptatẽ autẽ semper est pctũ, vel veniale, si subitus, vel mortale si deliberatus.

11 Secũda conclusio est, ꝙ impedit sumptionẽ huius sacri: & ratione delicti, si ex delicto procedit, & ratione immunditiæ, q̃ semper est, si citra mediã noctem accidit, vel fortè, si citra. 24. horas secundũ Thomã impedit etiã ratione distractionis mẽtis si est. Et siquidẽ est cum pctũ mortali impedit quousq; sit contrit⁹, & confessus: sicut dictũ est in quæstione ꝓxima præcedẽte. Nec etiã eodẽ die peccati mortalis est cõicandũ: quãuis contrit⁹, & confessus. Si tñ faceret, credo, ꝙ non mortaliter peccaret. Similiter immũditia, & distractio impediunt: nisi deuotio recompẽset, aut scandalũ immineat. Sitñ cũ his celebret, aut cõmunicet, ex quo mortale non adest mortaliter non peccat. 12 Tertia conclusio est, ꝙ si homo ꝓbabiliter credat, ꝙ ex illusiõe dęmonis sibi contingit: non ꝓpter hoc debet dimittere celebrationẽ, nec cõmunionẽ: vtpote si cõtra eam spãliter, & ex proposito suo ratione munierit: nec pro ea aliqd fecerit, nõ debet abstinere tũc, qa tunc faceret voluntatẽ dæmonis. Et qd' dictũ est in primo mẽbro: ꝙ ꝓpter complacentiã sequẽtem est pctũ: verũ est, si complaceat ꝓpter delectationẽ. Sed si ꝓpter naturæ exonerationẽ: aut ꝓpter hoc ne die ꝓxima magis deuota ei contingat: & à celebratione impediatur, & deuotionẽ perdat: tunc non est peccatum. 13 CIRCA secundũ sunt tres conclusione. Prima, ꝙ illud, qd' dicit de cons. dist. 2. c. Omnis homo qui debet communicare ab vxore tribus, vel quatuor, aut quinq; diebus abstineat. est consiliũ, non præceptum, vt ibi dicit gl. Nisi, ꝙ diebus ieiuniorũ, & orationũ non debet homo petere debitũ, & maximè septimana sancta: q̃ imminet cõmunio. 14 Secũda conclusio est, ꝙ sicut dicit Greg. 33. q. 4. c. vir cũ propria vxore: qui cognouit vxorẽ reddendo debitũ, vel causa prolis de communicãdo est suo iudicio relinquẽdus: quia nullũ pctũ est. Si autẽ causa delectationis petiit, debet abstinere: quia licet solũ veniale, aut sola pollutio non impediat, vtrunq, tñ simul impedit. Vnde & sacerdotes in hebdomada sua, q̃ ministrabãt, ab vxoribus abstinebant. Nec licebat comedere panes sanctos, nisi mundis à mulieribus: & multò minus sancta sanctorũ: cùm tñ non esset pctũ mortale, sicut nec illud est mortale. 14 Tertia conclusio est, an die cõmunionis liceat petere debitum causa prolis: qa causa voluptatis nunquã. Videtur, ꝙ non ꝓpter reuerentiã, tñ non est fortè mortale. Reddere autem omni tẽpore petẽti est licitũ, imò debitum.

3. Arti. 15 CIRCA tertium sunt tres cõclusiones. Prima ꝙ si immũditia corporalis sit perpetua, vel diuturna, vt lepra, vel fluxus seminis, vel sanguinis menstrui continuus non impedit, nec ex hoc abstinere debet, nec ꝓhibet: qa afflictio nõ est addẽda afflicto. 16 Secunda cõclusio est, ꝙ si illa immũditia est ad tẽpus modicũ: vt est menstruũ mulieris naturale, vel aliquid huiusmodi, melius est abstinere propter reuerentiam. Si tñ velit, non debet prohiberi, ne pœna vertatur in culpã. Vnde & puerpera põt, si vult, ante purgationẽ cõmunicare: de purificatione post partũ. c. 1. 17 Tertia cõclusio est de leproso sacerdote. De quo est dicendũ, ꝙ si vult in occulto celebrare, non est prohibẽdus: dum tñ possit sine periculo, non tamen in publico propter scandalum. 18 Ex his patet solutio ad oppositum.

QVAESTIO QVARTA.

De communione peccatori deneganda.

Thom. 3. q. 9. arti. 6. & 9.

QVARTO Quæritur, vtrum peccatori sit deneganda cõmunio? Et videt & non: qa non negatur furioso, nec frenetico, qui carent vsu rationis. ergo multò minus peccatori, qui nõ caret. 2 CONTRA, qa negatur paruulo in nocẽti. ergo multo magis istis. 3 RESPONDEO, circa istã quæstionẽ videnda sunt tria. Primò, de peccatoribus, vtrum sit eis cõmunio denegãda. Secũdo, de amentibus. Tertiò, de impuberibus. 4 QVANTVM ad primum sunt vndecim cõclusiones secundũ multas diuisiones. Prima, qa aut sacerdos habet certitudinẽ, aut suspitionẽ. Si habet certitudinẽ, aut est sacerdos, qui nõ tenetur ei ministrare sacramẽta: puta, quia non est curatus eius, vel non tenet pro tunc: qa non est dies Paschatis, nec est infirmus, & tunc debet ei denegare: qa debet à peccato mortali proximũ impedire qñ potest: potest autem hîc, quia etiã non peccatori non tenet dare. Vnde si nesciat etiã nisi per cõfessionẽ potest negare: qa non ex confessione ius illud acquiritur: quia aliàs habet ius negandi, eo ipso, ꝙ alius non habet ius petẽdi ab eo. Et sic dicitur de tẽpore ordi. c. Ad aures. ꝙ religiosis cõtra voluntatẽ abbatũ petentibus ordines debent denegari: qa non habent ius petẽdi. Et verisimile est, sunt indigni, qñ qui nouit eorum cõscientias, non vult eos promoueri. 5 Secunda conclusio est, ꝙ si sacerdos, qui innocenti tenet dare, sicut curatus, vel vicarius eius in Paschate scit crimen eius esse notoriũ, & manifestũ: tũc debet denegare in publico, & priuato, qñ est mortale. Si autẽ est occultũ, tunc debet denegare in occulto nõ in publico: qa esset proditor criminis, aut reuelator. Quod probatur de officio ordinarij. c. 2. vbi dicit, ꝙ sacerdos, qui nouit crimẽ occultũ parochiani debet eum arguere in priuato, non in publico nominari. Si autẽ requiratur ab illo, qui passus est damnũ debet excõmunicare in generali non nominatim: sicut Christus dixit in generali, vnus ex vobis me tradet. Et similiter illi debet negare eucharistiã in occulto non in publico: sicut & Christus dedit eam Iudæ corã aliis. Et ad idem est de tẽpore ordi. c. Ex tenore. vbi illos, qui habent ius petẽdi ordines ratione beneficij: nõ debet prælatus repellere prætextu peccati occulti. 6 Tertia conclusio est, ꝙ hoc est verũ de peccato occulto aliter noto, q̃ per confessionẽ: qa si per confessionẽ solũ nouit pctũ in pœnitẽte debet quidẽ eum monere in occulto, vt desistat. Sed si instet, & petat, vt sibi debitũ non debet ei negare: quia scit, vt Deus, non vt homo: vt dicit in decre. de offi. ordi. c. 2. Negat autẽ, vt homo in foro contẽtioso, nec ex confessione acquirat sibi ius negãdi, quod prius non habebat. Et quãuis repellẽdo in occulto nullo alio vidẽte, non reueleret confessionẽ: tñ ex cõfessione, extra iudiciũ confessionis nulla exceptio sibi datur, plusquã si nesciret: quia nescit, vt Deus. Si autẽ peteret ab illo, qui non tenet, vel qñ nõ tenetur, cùm possit negare etiã sine peccato multò magis peccatori non quidẽ obiiciẽdo sibi pctũ confessum, sed dicẽdo se non teneri: & in hoc benè facit negando gladiũ furioso. 7 Ex his manifestũ est, ꝙ publicæ meretrices, & publici vsurarij sunt omnino ab altari arcẽdi, nisi pœnitentiã egerint: ita, ꝙ post pœnitẽtiam priuatã possunt admitti ad eucharistiã secreto: nõ autẽ in publico, nisi post publicã pœnitẽtiã ꝓpter scandalum. Nam manifesta delicta non sunt occultè corrigẽda: sed debent ædificari de pœnitẽtia, qui fuerunt scandalizati de culpa. Vnde vel sacerdos debet iniũgere pœnitentiã publicã, vel debẽt publicare, ꝙ ipse est verè pœnitens. Ar. extrà de pœ. & remis. c. 1. De vsuris. c. Quia in omnibus. 8 Quarta cõclusio est, ꝙ histrionibus negãda est cõmunio, vt videt, secundũ ꝙ dicit de cõsec. di. 2. c. Pro dilectione. Sed ibi loquit̃ de histrione mago, cuius ars est mortalis. Sed vbi ars histrionũ sine mortali exercetur, non videt eis propter venialia cõmunio denegãda. 9 Quinta cõclusio est, ꝙ non est danda hostia simplex pro hostia cõsecrata: quia esset idololatria, cùm iste cibus sit à sumẽtibus adorãdus, iuxta illud: manducauerunt, & adorauerunt &c. Vnde extrà de celebra. miss. c. de homine. dicit de sacerdote, qui suppresis verbis, quibus conficitur corpus Christi propter remorsum conscientiæ reliqua missæ se agere simulabat, ꝙ grauius peccat, qa populũ decipit. Et abiicienda sunt falsa remedia, q̃ sunt veris periculis grauiora. 10 Sexta conclusio est, ꝙ si quærat, vtrũ eucharistia sit ꝓpter suspitionem denegãda? videt distinguendũ: qa si leuis est, deponi debet: si probabilis, nec etiã propter hoc debet negari, si violẽta, negari debet: vbi ꝓpter certitudinem negaret. Quod autẽ si est suspicio probabilis, non debeat negari, probatur: qa nec maritus ꝓpter hmõi suspitione debet negari debitũ, vt dicit de sentẽ. excõmu. Inquisitioni. 11 Septima cũclusio est, ꝙ non est propter suspitionẽ probandã danda eucharistia, vt dicitur. 2. q. 5. Sæpe contingit. 12 Octaua cõclusio est, ꝙ pugnantibus in duello non est danda, vt dicit gl. 2. q. 4. Monomachiã. 13 Nona conclusio est. Qd' illud, quod dictum est de pctõre intelligendũ est de non pœnitẽte: qa si pœniteret, & confiteret, etiã suspendẽdo non negatur, sicut de hęreticis. c. Super eo. lib. 6. vbi pœnitentia, & eucharistia non negantur relapso cùm paratus est incendio. Et dis. 86. c. Tanta. etiã excõmunicato, & cuicũq; in morte non negat pœnitẽtia, nec per conse-

quens via-

Opinio. Opinio do ctо. vt patet in fine. 2. cõ clusionis.

Pollutio impedit sũptionẽ sacri S. Th. hîc. q. 1. ar. 4. q. 2.

Aliter tenet doct. s. hîc, & in. 3. p. q. 80 ar. 7. vt eum anth. & mar sil'. exponũt 2. cõclusio. Volitio pollutionis pro pter exonerationẽ naturæ nõ est mala. 2. art.

Septima sẽtia non est petendũ debitum.

Nota.

Verior opi contra Martinũ in de tẽperãtia &c.

Optima resolutio.

1. Arti. Pollutio in se nũquã est pctũ licet sit signũ ei⁹. No. casum.

Opinio.

i

Curat⁹ sciens pctũ pcisè p cõfessionẽ, potest subdito in casu denegare sacrm.

Rõne pctĩ in cõfessiõe noti, etiã in occulto non est denegandum hoc sacrm. s. T. hîc tenet, ꝙ debet dari. q. 1 art. 5. q. 1.

De histrionibus.

Altiss. li. 4. tract. 5. c. 5. q. 4.

Oppositũ conat defendere.

Qñ ꝓpter suspitionem est negandũ hîc in b. Th. vbi suprà arti. 2.

Nota.

Corol.

1.

quen viaticũ, quod in pœnitẽtia inclusum intelligitur: vt dicit de pœni. & remiss. c. Quod in te. 14 Decima cõclusio est. Quod si est contritus, & confessus: sed sacerdos non potest absoluere, non propter hoc debet ei eucharistiã negare in Pascha te: nisi esset vinculũ sententiæ excõmunicationis: qa sicut sacerdos cõtritus qñ non habet, cui confiteat propter necessitatẽ potest celebrare, sic iste cõmunicare. 15 Vndecima cõclusio est. Quod qñ sacerdos inhibet venire ad cõmunionẽ, nisi sibi, aut vicario confessos, & excõmunicat contra facientes quantũ ad confessos prædicatoribus, & minoribus sententia talis est nulla: tũ qa est error intollerabilis, & expressus: qa confessis fratribus non debẽt ipsi negare: tũ qa sententia lata est cõtra constitutionẽ. c. Inter cunctas. & ibidẽ denunciatur irrita: licet nunc videatur illa irritatio in vienẽsi cõcilio revocata. 16 CIRCA: secundũ sunt quatuor cõclusiones. Prima, ꝙ si sunt perpetuo furiosi: ita ꝙ nec actualẽ, nec habitualẽ habuerit vnquã devotionẽ circa sacrm non sunt cõmunicãdi: licet sint baptizati, & cõfirmati: qa hoc sacrm requirit devotionẽ, dicente apostolo. Probet autem seipsum homo. 17 Secunda conclusio est, ꝙ si habẽt lucida intervalla: & tunc habuerunt devotionẽ ad sacrm, & petierunt, debent cõmunicari, sicut dicit. 26. q. 6. Si quis in infirmitate pœnitẽtiã petierit, & post in frenesim lapsus &c. eucharistia ori eius infundat: suple si sine expuitione, vel vomitu, vel irreuerẽtia fieri potest, aliter non. 18 Tertia cõclusio est. Quod si in sanitate non petiit, dari non debet: sicut nec baptismũ, nisi ex bona conuersatione præterita verisimile sit, ꝙ si præuidisset istũ casum, ꝙ eam petiu isset. Tunc enim habet devotionem habitualẽ interpretatiuã, quæ sufficit. 19 Quarta cõclusio est, ꝙ dæmoniacis debet dari cõmunio secũdum Thomã. Nisi constet eos pro crimine torqueri quo casu pro excõmunicatis sunt habẽdi: qui sunt traditi Sathanæ. Et sic posset intelligi, quod dicit Dio. de energumenis. 20 CIRCA tertium sunt duæ cõclusiones. Prima, ꝙ impuberes, qui carẽt penitus discretione, vt ante septennium: qa infantiũ ætas, quod videt, ignorat, vt dicit. C. de fal. mo. l. vnica. non sunt cõicandi: quãuis Græci contrariũ faciãt: qa dicitur. 1. Cor. 11. peccare nõ diiudicans corpus Dñi. Ex quo non videt debere dari, nisi diiudicãti actu, vel habitu: quod non est in illo, qui non habet, nec vnquam habuit iudicium rationis. 21 Secũda conclusio est. Quod si habent aliquam devotionem: vt circa. 9. vel. 10. annum: quia innocentia recompensat ignorantiam, possunt cõmunicari. 22 Per hoc patet solutio ad oppositum

Non absoluto ĩ Pascha te dandũ sacrm est.

Intolerabilis error vide infrà dist. 17. q. 4. & eũdẽ ĩ opu. de audiẽtia perfectionũ 2. articulus.

S. Th. hîc q. 1. art. 4. q. 3. ad. 2.

3. Arti

S. Tho. sup. q. 4.

quod dixit Christus: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. sed illud fuit verum, non autẽ fantasti cum: vt Manichæi dicunt. ergo non est figuratè dictũ, sicut illud: Ego sum vitis vera, & vos palmites. quod ex consequentibus apparet methaphoricè dictum. 3 RESPONDEO circa istam quæstionẽ sic procedendum est, qa primò est firmiter fide tenendũ Corpus Christi realiter, præsentialiter, & essentialiter esse in altari. Modus autẽ quo est ibi in sequẽti distinctione dicetur. Sed qa circa modũ essendi est quædã subtilis opinio. id eo primò recitabitur opinio illa. Secundo arguẽt cõtra eam. Tertio tangẽtur quædã dubia incidẽtia circa eas. 4 QVANTVM ad primũ præmittunt isti, ꝙ refert aliquid esse præsens alteri, & aliquid esse in altero. Et vt loquamur ad propositũ, refert aliquid esse præsens loco, & aliquid esse in loco. Esse enim in loco importat habitudinẽ cõtinẽtiæ ex parte loci. Esse autẽ præsens loco non importat habitudinẽ continẽtiæ, sed solum realiter exhibitionẽ præsentiæ. Vnde & locus est præsens realiter locato, sicut econuerso: quis locus non contineatur à locato, sed magis econuerso. Et ꝙuis propriè ita sit, vt dictum est: tũ largè loquẽdo consueuit dici omne illud esse in loco, quod est præsens loco. Vnde dicimus Deum esse in loco, & angelũ in loco: licet Deus, & angelus non contineantur à loco. Secundũ hoc ergo possumus dicere, ꝙ esse in loco dicit dupliciter: vno modo propriè ratione cõtinẽtiæ. Alio modo largè ratione solius præsentiæ ad locũ. Primo modo aliquid est in loco dupliciter .s. quãtitatiuè, uel circũscriptiuè, vt quantitas, & ea, quæ per quantitatẽ extendũtur. Alio modo diffinitiuè: vt ea, quæ sunt in quãto: sed quãtitate non extẽduntur: sicut ponitur exemplũ cõmuniter de anima humana. Ex quo enim corpus, cuius anima est actus loco terminat, & finitur tanquã fine extrinseco consequẽs est, quod anima eodem termino finiatur, licet non circunscriptiuè: quia non est quanta, nec per se, nec per accidens. Largè verò dicitur aliquid esse in loco ratione solius præsentiæ ad locum: sicut illud, quod non est quantũ, nec in quãto: vt angelus, qui dicit esse in loco ratione ordinis, quem habet ad locum, vel ad corpus in loco existens, sicut dictũ fuit in. 1. lib. Et secundum omnes istos modos est realis præsentia vnius ad alterũ. Hoc satis patet in duobus primis modis. Illud enim, quod est in loco diffinitiuè, vel circunscriptiuè modo dicto est realiter præsens loco, vt de se patet. Angelus etiam est realiter præsens corpori, quod mouet: & per consequens loco, in que est corpus motum: qa semper oportet actiuũ prius saltẽ ordine naturæ passiuo esse præsens, ꝙ ꝙ realiter agat, vt patet primò generatione. 5 QVANTVM ergo ad propositũ dicunt, ꝙ corpus Christi non est in hoc sacramento primo modo .s. circunscriptiuè, nec secundo modo .s. diffinitiuè, sed solũ tertio modo. Primũ patet sic. Illud, quod est alicubi circunscriptiuè cõmensuratur, & configuratur loco continẽti: sicut patet ex ratione circunscriptionis localis: sed corpus Christi non commensuratur: nec configuratur dimentionibus panis, & vini, nec loco eorum: sicut omnes doctores concedunt: non enim effi citur rotundũ ad modũ hostiæ, hoc enim esset absurdũ dicere: & multa alia, quæ ad hoc sequuntur. ergo &c. 6 Item nec diffinitiuè: qa corpus Christi non est in speciebus sacramentalibus, nec in aliquo alio subiectiuè, vt anima in corpore: vt per illud posit dici corpus Christi esse in loco specierũ diffinitiuè: quemadmodũ anima est diffinitiuè in loco, vbi est corpus circunscriptiuè. 7 Quod autẽ sit in loco. Tertio modo persuadetur sic, quia similis cõparatio est substantiæ corporalis ad locũ circunscripta quãtitate qualis est substantiæ spiritualis ad locũ, & hoc patet ex præmissis. Corporis enim

Quidfide tenendũ est de hoc sacramento.

1. arti Opio Durã. subtil. disp. 11. q. 1. qui ibi vtilia multa præmittit.

Declaratio pulchra quo multipliciter alia dicunt esse in loco.

Durand. vbi suprà.

DISTINCTIO 10. QVAESTIO. 1.

De hæresi aliorum, qui dicunt corpus Christi non esse in altari, nisi in signo. Circa decimã distinctionem quæritur quatuor. Primò, vtrum corpus Christi sit in sacramento altaris realiter, & essentialiter. Secundò, vtrum Christus sit in altari totaliter. Tertiò, vtrum Christus sit in sacramento altaris localiter. Quartò, vtrum Christus sit in altari visibiliter.

De corpore Christi totaliter in sacramento existenti.

Thom. 3. q. 75. arti. 1.

QVAERITVR, Ergo primò, vtrũ corpus Christi sit in sacramento altaris, realiter, & essentialiter. Et videtur ꝙ non: qa idem corpus non potest esse simul in diuersis locis: sed corpus Christi est in cœlo. ergo non est in altari. 2 CONTRA est,

ri enim non plus cõpetit situs, & locus, ꝙ substantiæ spirituali, nisi ratione quãtitatis, qua amota non aliter cõparatur ad locum substãtia, corporalis, ꝙ spiritualis: sed spiritualis substantia, vt angelus põt simul esse præsens omnibus locis, vel corporibus, ad quæ põt simul habere immediatũ ordinẽ. ergo idem est de creatura corporali circũscripta quãtitate. .s. ꝙ potest esse ꝓsens omni re, ad quam virtus diuina daret ei immediatum ordinem.

2. Ratio. 8 Vlterius sic arguitur. Illud, quod habet substantia de se, vel substantia corporalis, si non esset quãta, data to sibi ordine ad aliquas res, hoc põt habere substantia, quanta ratione, qua substantia, non ratione, qua quanta diuina virtute, sed spirituali substantiæ, vel corporali: si esset actualiter, non quãta conueniret, ꝙ esset realiter præsens cuilibet rei, ad quã haberet immediatũ ordinem, vt declaratũ est. ergo hoc põt cõuenire diuina virtute substantiæ quantæ ratione, qua substantia: non ratione, quo quanta. Minor iam patet. Sed maior probat: qa cui potest cõuenire causa, seu ratio alicuius effectus, ei potest conuenire ille effectus, siue proprietas, non faciendo vim in nomine effectus, siue proprietatis: sed causa, vel ratio, per quam cõuenit substantiæ spirituali, vel per quam conueniret substantiæ corporali, non quantę esse præsentem alteri est immediatus ordo ad alterũ, vt dictũ est prius: hanc autẽ rationem, seu causam Deus potest cõmunicare substãtiæ quãtæ inquantũ substãtia est. ergo idem censendum est quantũ ad hoc de substantia manente quanta, sicut de spirituali, vel de corporali, si non esset quanta actualiter. Quod autẽ talẽ ordinem posit substantiæ cõmunicare, patet ex hoc: quia si non esset quanta actu, non haberet ordinẽ nouum ad alias res, sine ratione conuersionis earum in ipsam, siue alia quacũq; ratione: quã non posit habere manẽs sub ꝙtitate. 9 Itẽ virtute diuina põt impediri oĩs effect' quãtitatis manẽte quãtitate: excepto effectu formali, qui est dare esse quantũ: qa priuare quantitatẽ omni effectu non implicat contradictionẽ: sed quantitas per hoc solùm, quod est dare esse quantũ non impedit formaliter, quin substantia posit habere omnẽ istum ordinem ad aliam rem: quem haberet, vel habere posset, si non esset quanta: ordo enim substantiæ ad substãtiam præcedit, vel præcedere põt quantitatẽ: & omnia, quæ competunt ei ratione quãtitatis. ergo substãtia quanta, manẽs quanta potest habere ordinẽ cundẽ ad quancunq; rem, quam potest habere, si esset sine quantitate. ergo cùm substantiæ spirituali de se, vel corporali si non esset quanta, posset conuenire, ꝙ esset præsens omni alij rei, ad quam haberet immediatũ ordinẽ. 10 Itẽ põt diuina virtute cõuenire corpori Christi manẽte eius ꝙtitate, vt sit præsens cuilibet corpori, ad quod habet immediatum ordinem diuina virtute. Et ideo non obstante, ꝙ sit in cœlo circunscriptiuè: habet tamen immediatũ ordinem ad species sacramentales ratione substantiæ conuersæ in ipsum: vel ex aliqua alia causa nobis occulta. Propter qd' potest esse realiter vbicunq; sunt species sacramentales, quarum substantiæ sunt in corpus Christi conuersæ.

3. Ratio.

4. Ratio.

Opi. Dur. cõmendatio Doc. tñ eam in singulis examinat. 1. du. in opi. Duran.

Cœlũ & terra distarent si vacuũ eẽt interilla.

11 Sed licet ista opinio sit multũ subtilis, & probabilis: tamẽ cõtinet aliqua dubia. Quod enim primò ponit triplicẽ modũ essendi in alio verum est, ꝙ illud, qd' supponit in secũdo mẽbro, ꝙ omnis distantia est per interpositionẽ quantitatis, quæ impedit præsentiam: intelligendum est actu, vel aptitudine: quia si solũ de actuali intelligeret, falsum esset. Si enim esset vacuum inter Romã, & Parisius, vel inter cœlũ, & terrã, & nulla quãtitas in medio non propter hoc vnum esset alteri ꝓsens: sed ita absens, sicut modo: quia si non esset actu quantitas distinguens vnum ab altero: possent tamen esse. Sed quando, nec actu potentia est quantitas distinguens: nec in extremis, nec in mediis: tunc non est distantia. Vnde cum quantitas non distinguat nisi quanta, quæ prohibet simul esse: inquantum vna extremitate sui tẽnet vnum, & alia aliud, ipsum non quantùm, quod quidem non cõtingit à nullo disiungit. Vnde angelus non potest dici distare ab alio, si non sit diffinitiuè in quanto. 12 Vel potest dici, ꝙ si actu tantùm, & non solùm aptitudine ab omni substantia amoueretur quantitas illa à nulla re distaret, nec præsens, aut propinqua esset propinquitate, & præsentia situali: præsentia autẽ & propinqtate virtuali, & essentiali posset esse præsens. Et cùm esse præsens, & propinquum sit aliquid positiuè per hoc solùm, ꝙ non est alicui absens, vel distans localiter, & situaliter non sequitur, ꝙ sit ei præsens, vel propinquum situaliter, nec localiter: quia non quantùm non est natum affici huiusmodi relationibus corporalibus.

2. Du. in dictis Durã.

13 Similiter non videtur bona consequentia sua, ꝙ omnia non quanta sint omnibus præsentia, quia nulli sunt absentia, vel distantia: quia si intelligatur de præsentia situali, benè sequeretur in subiecto apto nato: sed tale non est quantum. Si autem loquatur de alia, non sunt opposita priuatiuè, propter quod quarẽtia vnius non poneret alterum. 14 Item benè dicit, ꝙ corpus Christi in loco specierũ non est circunscriptiuè, nec diffinitiuè, sed ꝑsentialiter ꝙ exhibitionem suæ essentiæ. Sed comparatio corporis siue quantitate ad spiritum est intelligenda quantùm ad distantiam, & absentiũ: quia sicut spiritus non distat ab aliquo corpore, sic nec corpus circunscripta quantitate. Sed ꝙ vltrà dicit, ꝙ sicut spiritus potest esse præsens locis pluribus sic corpus circunscripta quantitate non videtur: quia spiritus est præsens pluribus locis per carentiam quantitatis, sicut per causam, sine qua non: sed per suã virtutem, & naturam, sicut per causam propriam: qua omne corpus est ab eo mobile, & sibi subiicibile secundũ eos. Sic autẽ non potest dici de substantia corporali sublata quantitate: nisi dicatur, ꝙ humanitas Christi hoc, & plus habet per gratiam, quod aliquis angelus per naturã: imò etiam corpori Christi collata est potestas super omne corpus. In matthæ. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: vt sicut omnis virtus actiua angeli est data animæ Christi: sic omnis virtus actiua corporis cuiuscunq; sit data corpori Christi. Propter quod sublata quantitate, non solũ non distaret, sed esset præsens omni corpori: sicut angelus secundũ eos præsens est omni corpori: qa omne corpus ab eo mouet. Et tunc anima Christi, & corpus Christi essent vbiq; propter immediatum ordinem ad posse mouere omne corpus ante cõuersionẽ, non obstãte quãtitate: sicut est in altari per ordinẽ conuersionis non obstante quantitate. Vnde sequerẽtur duo contra eos: primò, ꝙ nullum aliud corpus à corpore Christi posset esse præsens alteri corpori: qd' non tangeret: sicut nec põt aliud corpus mouere, nisi per contactũ suæ quantitatis. Secũdò, ꝙ corpus Christi sine cõuersione, & ante cõuersionẽ, non solũ posset esse, sed esset actu ꝓsens omni corpori, quod non tangeret: qa sine contactu molis põt mouere per appetere suũ oĩe corpus, sicut angelus per vel le secũdum quosdã. 15 Postea dubiũ est, qd' assumit, ꝙ Deus põt dare substantiæ quãtæ, ratione qua substãtia id, ꝙ habet substãtia nõ quãta de se: qa hoc verum est: de his, in quibus quãtitas impedit effectiuè: puta, ꝙ substantia moueat intellectũ non mediante quantitate, quæ mouet sensum, vel aliud huiusmodi: sed non illud, qd' ipsa impedit formaliter, quãdiu ipsa est forma. Cùm ergo quãtitas corporis Christi: per quam formaliter est in cœlo circunscriptiuè impediat non effectiuè, sed formaliter

3. du. in Du.

Nota.

Oĩs virtus actiua angeli, & cuiuslibet corporis est data animæ Christi.

Incõueniẽtia ad opin. Dur. duo sequuntur.

4. dubium.

maliter,& faciat ipsum distare,& esse alibi ab alteri,quã diu manet informatũ quãtitate,non videt, ꝙ posit esse præsens in altari quacũq; virtute,nisi fortè dicat sic,qd sicut esse extensum est effectus formalis quãtitatis, & tñ potest fieri,ꝙ aliquid habeat quãtitatem,& sit subiectũ eius,nec tñ erit extẽsum secundũ omne illud,qd' substẽtat quantitatẽ,sed secundũ quantitatẽ,quã habet,& materiam,& hmõi: sed non secundũ formã substantialẽ, vt homo,sic non põt fieri, quin corpus Christi quãdiu habet quantitatẽ secundũ illam quantitatẽ distet ab alio quanto separato, sed põt fieri, ꝙ secundũ ꝙ corpus substantia est, nõ distet,sed sit præsens. Et sic est in proposito per conuertionẽ substãtiæ in substantiã,non vt quanta est,sed vt substãtia est. Sed tũc ipsa quãtitas non esset in altari. 16 NVNC tertiò tãgenda sunt quædam dubia circa prædicta. Et videtur,ꝙ si Deus cõuerteret panẽ in corpus Petri,sicut conuertit in corpus Christi non ꝓpter hoc corpus Petri esset in loco panis, sicut nunc est corpus Christi: qa licet per illã cõuersionẽ substãtia corporis Petri,vt substãtia, & non, vt quãtitas haberet habitudinem ad locũ,sicut terminus alicuius ibi prius locati,nõ tñ habitudinẽ realis ꝑsentiæ: qa non habet sic habitudinẽ super omne corp°, sicut Corpus Christi: sed si data esset ei omnis potestas,sicut corpori Christi:tunc idem esset. 17 Vel põt dici, ꝙ hoc habet corpus Christi, non ratione potestatis,sed ratione coniunctæ diuinitatis: ꝓpter qd' si non esset quantũ,ipsum esset vbiq;,sicut Deus. Sed sola quãtitas, q̃ facit ipsum esse, hîc impedit ipsum esse alibi,quãuis nunquã deitas filij sit sine corpe,sicut anima rationalis est tota in qualibet parte corporis. Et quãuis ipsa existens in pede habeat potentiã visiuã, non tñ habet eam in pede, qa illa est determinata ad oculũ. Sed potentiã intellectiuam,& volitiuã ipsa habet vbiq;:sic ꝙ nullius corporis est act°. Sic si Deus assumpsisset angelũ, ille fuisset vbiq; per naturalem concomitantiã. Sic ergo si sit aliquid in loco, ad quod corpus Christi coniunctũ diuinitati habeat habitudinẽ,non vt corpus quantũ est,sed solũ vt substantia est:ibi poterit esse cum diuinitate sua,& in pluribus locis simul, si plura talia habeant habitudinẽ talem. Et sic est hîc per conuersionẽ. 18 Sed cõtra hoc est, quod dicitur de anima Christi separata, quæ quãtitate non afficiebatur: & erat coniuncta diuinitati: nec tamẽ propter hoc erat vbiq;,sed tantũ in inferno. Aliás nõ diceretur descẽdisse ad inferos. 19 Sed posset dici descẽdisse ad inferos secundũ specialẽ effectũ, quo illuminauit animas sanctorũ patrũ existentes in limbo. Et sic nõ erat in cœlo: qa non illuminauit angelos vsq; ad resurrectionẽ,vel ascensionẽ. Sed per concomitantiã,& essentiæ præsentiã: ex quo nusquã erat diffinitiuè,sed secundũ eos videt,ꝙ vbiq; erat,sicut Deus,sicut intellect° est vbiq; in corpore cũ anima: licet sit spiritualiter præsens fantasmati inquantũ ab eo mouet. 20 Sed nõ est simile:qa nõ est deitas affecta anima, vt non possit esse,vbi non est illa, sicut anima afficit sua potẽtia abstracta 21 Alia autẽ instãtia est difficilior omnibus his:cùm oẽs ponãt hîc esse corpus Christi,per hoc,ꝙ cõparat,vt substãtia, non vt quãta,videt,ꝙ quãtitas corporis nõ posit esse hîc realiter:qa quãuis quãtitas Christi sit idẽ supposito cũ Deo,qui est vbiq;:ipsa tñ qa est de se determinata ad vnũ locum, nõ est in alio aliquo modo,licet non deserat deitatem. Et similiter licet quãtitas Christi non deserat corpus Christi:qa tñ ipsa sibi determinat locũ in cœlo,non ꝓpter hoc ipsa erit alibi,vbi est corpus Christi per modũ,quo ipsum accipit,non vt quãtùm. 22 Nisi dicatur, ꝙ aliud est de humanitate Christi:aliud de diuinitate,ex quib° nõ fit vna essentia, nec per se,nec per accidẽs,nec vna natura numero: licet in eis sit vna persona. Et ideo põt esse persona alicubi, vbi non est vtraq; natura. Aliud est de substãtia, & accidente, ex quibus per inhærentiã fit vna natura cõposita:ita ꝙ vnum est in loco alterius per accidẽs:ita ꝙ vbicũq; est vnũ per se,aliud est ibi per accidens: ita ꝙ sicut substãtia corpis Xpi est in cœlo per q̃titatẽ localiter: sic econuerso quãtitas eius est in altari per substantiã sacra liter. 23 Dicendũ est ergo, & datio omnis potestaris nõ dat corpori Christi,ꝙ sit,vel esse posit præsens omni corpori. Nec cõsimilis virtus dat hoc angelo:qa si ignis,qui habet virtutẽ super omne calefactibile,vel primum cœlũ,qd' habet virtutẽ super omne alterabile priuarent suis quãtitatibus,non ꝓpter hoc ipsorũ substantia esset præsens realiter suis mobilibus, plusquã antè. Nec iterum coniunctio ad diuinitatẽ dat hoc sibi etiã si esset non quantũ. Nec hoc dedit animæ in triduo: qa sicut quantũ,cuius albedo nõ est ei coextensa, nisi in parte: non facit,ꝙ sua albedo sit, vbicũq; ipsum est: qa non est in illo loco,vbi est pars non alba:sic,qa nulla creatura coæquatur Deo in extẽsione virtuali: ratione cuius ipse est vbiq; realiter præsens,quãuis anima,vel angel°, aut corpus, vt substantia sit Deo coniunctũ nunquã ex hoc habet,ꝙ sit,vel esse posit,vltrà q̃ coarctatio suæ naturæ requirit. Sola ergo causa essendi corpus Christi in altari, realiter est conuersio corporis præexistẽtis ibi loCõuersio est sola causa essẽdi corpus Christi ĩ altari. Du. in quo deficiat.
caliter facta in ipsum, sicut aliàs declarabitur.

24 Et licet prædicta opinio nõ dicat, ꝙ potestas data,vel diuinitas cõiuncta hoc faciant, sed sola cõuersio: tamen in hoc defecit, ꝙ non sufficienter declarat, quomodo cõuersio hoc faciat. Si eñ cõuersio non facit hoc: nisi quia facit habere ordinẽ ad substantiã, vt substantia est, sicut angelus non quantus habet ordinẽ ad corpora,istud non sufficit: quia sicut modo dictũ est in primo lib. dis. 37. Habitudo, vel ordo motoris ad mobile, quem habet angelus ad corpora, non sufficit ad hoc, ꝙ dicatur eis esse præsens essentialiter. Et ita per hanc viam non sufficienter patet modus,per quem corpus Christi sit realiter præsens. 25 Ad argumentũ dicendum, ꝙ idem corpus non potest esse in pluribus locis localiter,& circunscriptiuè, vel diffinitiuè: sed põt esse in pluribus sacramẽtaliter,& in vno localiter, & in alio sacramentaliter. Et hoc haberet corpus Petri,sicut corpus Christi: si ita fieret conuersio in ipsum: dato ꝙ nec daretur sibi omnis potestas, nec vniretur sibi diuinitas. Et hæc sufficiant ad præsens de quæsito.

Ad arg. in oppo. Vnũ corpus nõ põt esse ĩ diuersis locis circũscriptiuè.

QVAESTIO SECVNDA.

De corpore Christi in sacramento totaliter existenti

Thom. 3. q. 76. art. 1.

SECVNDO quæritur vtrum Christ° sit in altari totaliter. Et videt,& nõ sit ibi secundũ diuinitatẽ,qa cũ brutũ mãducet corpus Chri mãducaret diuinitatẽ, qd' videt absurdũ. 2 CONTRA si vbicunq; est Chr̃us modo indiuisibili ibi est totus, & totum quicquid Christi,sic est in proposito.ergo &c.

3 Respondeo,dicẽdum, ꝙ Christus totus est hîc,& totũ,qd' est in Christo:totũ, qd' est persona naturæ diuinæ,& humanæ: substãtialis,& accidẽtalis: sed solùm corpus Christi est sub specie panis ex vi sacramenti,& solus sanguis sub specie vini. Reliqua verò vtrobiq; sunt ex

Tot° christus, & totũ, qd' est ĩ christo ẽ in hoc sacramento.

naturali cõcomitantia. Primũ patet:quia quicqd significatur per verba formæ, est in sacramẽto ex vi sacramẽti: aliter essent falsa,& nihil plus,qa non agunt,nisi significando. Vnde directè non plus agunt, q̃ significent. Secundũ patet,qa quæ abinuicẽ non separanť,vbi est vnũ ibi est reliquũ ex naturali cõcomitantia: saltem vbi est illud,qd' non excedit,& reliquũ,quod dico, qa non vbi cunq; est Deus,est homo assumptus,sed ecõuerso,sed sic est in proposito. ergo &c. 4 De quãtitate autem quo sit, hîc est vna singularis opinio,quæ primò recitabitur cum suis annexis. Secundò inquiretur de his,quę opinio implicat. 5 CIRCA primũ primò ponetur opinio cũ suis motiuis. Secundò ponent rationes ad principale,quas faciunt pro,& contra. Tertiò ponet resp̃sio ipsorum. 6 Quantũ ad primum dicunt isti,ꝙ corpus Christi põt esse in hoc sacro sine quãtitate, quãuis substãtia.& quãtitas non separent secundũ inhẽrentiã vnius ad alterũ,qa difficile videt, ꝙ quantitas sit alicubi, nisi modo quãtitatiuo. 7 Probant autẽ hoc multipliciter. Primo sic:qa nõ sequit, quãtitas Christi non separat à corpore suo. ergo est cũ corpore in sacro per concomitantiã. Sicut enim locus cœli non separatur ab eo secundũ contactũ,qui tñ propter hoc nõ est in sacro,sic videtur & hîc. 8 Secundò sic cessante causa,cessat effectus. & ideo cũ corpus Christi, sic hîc ꝓpter ordinẽ,quẽ habet ad species,vt substantia,non vt quãta.ergo est hîc substãtia,& nõ quãtitas. 9 Tertio arguit,ꝙ non sequar, Deus facit,ꝙ calidũ præsens calefactibili non cõparetur ei in ratione calefacientis suspendẽdo actionẽ,& retinendo calorẽ.ergo licet non faciat quantitatẽ corporis Christi in se indiuisibilẽ: quia esset cõtradictio, potest tñ facere ipsam cõparari ad species, quæ sunt extrà modo indiuisibili, hoc nõ sequitur, quia nõ est simile,qa quod sequit ad approximationem agentis ad patiens est aliquid absolutũ, quod Deus potest impedire. Sed sicut non potest facere, ꝙ qualitates vnius rationis adinuicem cõparatę vna non sit inferior alia,vel æqualis, sic etiã nec quantitates adinuicẽ quia vna sit maior,vel minor,aut æqualis. Quo facto,nõ comparetur similiter ad totũ,& ad partẽ. 10 Quartò sic,impossibile est, ꝙ quantitas cõpareť quãtitati,modo naturæ incomposibili,sed modus naturæ quãtitatis est diuisibilitas. ergo impossibile est, ꝙ quãtitas compareť modo indiuisibili. Sed si quantias corporis Christi præsens esset speciebus modo substantiæ,comparetur ad eas modo indiuisibili. ergo &c. 11 His visis ponendæ sunt rationes,quæ fiunt ad quæstionẽ pro,& contra. Contra,sunt duæ. Prima talis. Idem non potest esse maius,& minus alio:sed hoc sequæretur,si Christus esset totus in hoc sacro.ergo &c. probat minor, qa Christus secundũ veritatẽ maior est in propria quãtitate dimẽsionibus specierũ,sed si esset corpus sub speciebus, nõ esset maior:imò minor,qa contentũ non excedit continens: imò exceditur.ergo &c. 12 Secũda est talis, corpus ratione suæ quãtitatis cõparatur ad locũ circunscriptiuè,sed corpus Christi nõ est in hoc sacro circũscriptiuè. ergo nõ est ibi quantũ ad quantitatẽ. 13 Ratio prob. est ista. Vbi est pars,ibi est totũ,nisi adinuicem separent:sed corpus Christi, quod est pars totius suppositi,est in hoc sacramẽto,nec separatur à quantitate sua, nec ab aliis,quę sunt in Christo. ergo omnia illa sunt in sacramento. 14 Respondent ad primam,contra. q̃ dicitur,ꝙ Christus est maior speciebus sacramẽti, verum est secundũ se. Q̃ autẽ dicitur,ꝙ non est maior,qa cõtentũ &c. dicunt,ꝙ hîc est mala imaginatio. Non eñ Christus cõtinetur à specieb°,quasi species sint cõcauæ, infra quas contineatur corpus Christi, sed sic est ibi, vt nec eis cõmensuretur, nec excedat, nec excedat̃ per consequens,sed solũ præsens est speciebus absq; cõmensuratione sui ad eas. 15 Ad secundum dicunt,ꝙ licet Christus sit in hoc sacro,non tñ est ibi ratiõe quãtitatis, quia sic esset ibi circũscriptiuè, sed solũ ratione substantiæ,& per accidẽs est ibi quãtitas, secundũ modũ substãtiæ. 16 Ad argumentũ pro. dicũt,tenendo modũ istũ, ꝙ sicut non est separatũ corpus Christi à loco suo, per hoc,ꝙ est in hoc sacro:cui tñ proprius locus Christi non est præsens,ita non oportet corpus Christi separari à sua quãtitate realiter, licet corpus Christi sit præsens huic,& nõ sua quãtitas. Cũ ergo arguit̃,vbi est pars,ibi est totũ, nisi abinuicẽ separent, verũ est de his, quæ sunt in loco localiter. Quæ autẽ sunt in loco per solã habitudinẽ ad locum,licet sint inseparata in essendo in se: possunt tñ separatim,& seorsum alteri præsentia esse:si vnũ sine alio habeat habitudinẽ,quẽ ad modũ corpus Christi præsens est speciebus propter habitudinẽ cõuersionis in ipsum: nihil autẽ alterũ eorũ,quæ sunt cõiuncta ei realiter:oportet habere habitudinẽ ad locũ talẽ,nec per consequens fieri ei præsens. 17 Secũdò, inquirendũ est de istis dupl'r. Primò,respondendo ad rationes quatuor istius opinionis. Secũdò inquirẽdo de solutionib°, quas dant ad alias tres rationes. 18 Sustinendo igitur opinionẽ cõmunẽ. ſ. q̃ sit ibi quãtitas modo indiuisibili,qa per modũ substantię,non ex vi sacramẽti:sed ex naturali cõcomitãtia,ad rationes eorũ est respondendum. 19 Ad primã dicendũ, ꝙ non est simile de contiguis,quorũ non ipsa sunt simul, sed eorum vltima sunt simul,nec vnũ locatur per aliud. Vnde ignis, & aer non separant secundũ contactũ: tñ ignis est in cœlo, sicut in loco immediato: aer autem non,sed in ipso igne. Aliud est de accidẽte,& subiecto,quorũ vnum per aliud est in loco,& quorũ vnũ cũ alio facit vnã naturã: ita ꝙ illud,quod cõuenit vni per se,cõuenit alteri per accidẽs. Et est cõsequẽtia talis:quãtitas Christi non separat̃ ab essentia,& natura corporis Christi,sicut nec albedo à quãtitate. ergo cùm corpus Christi sit in sacro per se:ibi erit quãtitas per accidẽs,sicut vbi est quãtitas per se,ibi est & eius color per accidẽs. Nec est simile de loco,& locante: quæ differũt per essentiã,& naturã,& subiecto,& supposito,& vnũ est extra aliud,& separatũ,vt dicitur. 4. Physicorum. 20 Ad secundũ potest dici, ꝙ cõsequẽtia est nulla,qa licet cessante causa, cesset effectus inquantũ hmõi:tñ quia aliqd est causa vnius per se,& alterius per accidẽs: imò etiã calidũ,qd' est causa calefaciendi per se est causa oppositi. ſ. frigefaciẽdi per accidẽs. ideo non sequitur, cessat à caliditate per se. ergo cessat à causando. Constat enim, ꝙ substãtia non est in loco causaliter, vt substantia est:sed,vt quãta: ira,ꝙ quantitas est causa essendi in loco:non tamen ꝓpter hoc sequitur,ꝙ sola quãtitas substantiæ sit in loco: imò ipsa quidẽ quantitas est in loco per se: substantia verò per accidens. Et similiter, quia substantia est in sacramento, vt substantia est, non vt quanta est,propter hoc sequitur,ꝙ quantitas non est hîc per se,& directè ex vi sacramenti,sed solum substantia. Non tamen sequitur,quin quãtitas sit hîc cum substantia ex naturali cõcomitantia: imo sequitur,ꝙ sit, ex quo est idem subiecto. 21 Ad tertium dicendũ, ꝙ Deus non potest facere quin quantitas corporis Christi alteri cõparata,non sit maior,vel minor,vel æqualis. Vnde quãtitas corporis Christi est multò maior,q̃ quantitas hostiæ. Sed qa quãtitas corporis Christi non est in hostia per se: sed per hoc, ꝙ ipsa est in subiecto corporis Christi. ideo cũ substantia corporis Christi sit in altari, solùm infra circunferentiã hostiæ, sicut & substãtia conuersa erat. ideo solũ ibi, & non extrà est quãtitas corpis

Opinio. duplex.

Du. hîc. q. 3.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

Rõnes pro & cõtra quę fiunt ad. q. 1. Ratio.

2. Ratio.

Ad. 1.

Ad. 2.

Sol'. Du. ꝓ opinione sua. q. 2. ad rationem in oppo.

Doc. inquirendo prędictã communẽ opinionẽ q̃ est. ſ. Tho. hîc &. 3. par. q. 76. art. 4. tenet.

Ad. 1. Durã.

Nota.

Ad. 3.

Quantitas Christi necessario alteri quãtitati maior, minor, vel æqualis.

3. Arti.

Alia solu.

Si corpus Chri non esset, quantũ esset vbique secundũ Durã. infertur.

Obiectio.

Solutio.

Impug.

Nota istãtiam istam.

Solutio probabilis.

Christi sacramentaliter. Et sicut anima coniuncta est in loco per accidēs ratione. s. quātitatis sui corporis: nec tñ propter hoc ei cōmensurat: qa ei repugnat, sic quātitas est in hostia per necessariā cōcomitantiā corporis: non tamen cōmensurat quātitati hostiæ: qa repugnat quantitati secundū esse nō quātitatiuū conmēsurari quantitati, prout habet modū quātitatis, vel sicut anima, cui repugnat per se circūscribi, est tñ circunscriptiuè in loco per quantitatē, non ꝙ ipsa mediante circunscribat: sed qa sua quātitas circūscribit: & ipsa immediatè est in loco circūscribēte. Sic ecōuerso quātitas, cui repugnat esse indiuisibile: est tñ modo indiuisibili in sacramento per substantiā indiuisibilē: nō ꝙ ipsa ipse habeat modū indiuisibilē, sed qa substātia, in qua est, vt sic, habet modum indiuisibile: qa sicut punctus tāgit lineā modo indiuisibili. s. secundū modum suū, non illius sic substantia, quæ sine quātitate conuertitur, & per cōsequens, vt indiuisibilis, cōparat ad suū terminū indiuisibiliter: licet ille sit diuisibilis inquantū quātitati coniunctus. Et sicut anima erat in loco per diuisibile, modo diuisibili: qa mediante sua quātitate occupabat locū diuisibilem, & diuisibiliter, sic econuerso quantitas Christi, per eius substantiā succedentē modo indiuisibili substātiæ conuersæ infra species, erit ibi modo indiuisibili: qa per suā substantiā erit ibi præsens mediāte indiuisibili. Non enim plus repugnat diuisibili esse in loco indiuisibiliter, ꝙ ecōuerso indiuisibili esse in loco diuisibiliter. Nec obstat, si dicat, potētia visiua inhæret animæ, nec ꝓpter hoc est in pede, vbi est anima, qa anima excedit potētiā visiuā, nec per eam tota terminatur: sed corpus Christi, qd' ratione corporeitatis est in sacramento, non excedit suam quantitatē, vt posit esse alicubi sine illa, quæ est suus terminus, & totalis. 22 Ad quartū dicendū, ꝙ verum est Deū non posse facere de aliquo aliquid illi incomposibile, quia contradictio esset. Item benè est incomposibile id, quod est diuisibile inquantū hmōi est indiuisibile, & econuerso. Sed id, quod intrinsecè est diuisibile: comparari ad aliquid extrā modo indiuisibili videtur posibile etiam per naturā: secundū ꝙ dicunt perspectiui speciem visibilem, quæ diuisibilis est, vt ad oculum apparet, modo indiuisibili comparari ad speculum: tum quia, vt dicunt, recipitur in puncto: tum quia ad diuisionē speculi multiplicatur in tanta quantitate, sicut prius sic punctus ad diuisionē lineæ. Multò magis hoc est posibile diuina virtute. Item sicut quando sphæricum tangit in puncto planū, vel vnum sphericum aliud in connexo, vtrunq; est diuisibile: & tamen adinuicem comparata cōmensurantur modo indiuisibili: quia illud, secundum quod se contingunt, est indiuisibile: ita quantitas hostiç, & corporis Christi: licet sint duo in se diuisibilia: quia tamen adinuicem cōparantur mediantibus duobus indiuisibilibus, s. substantia panis, & vini: quæ conuersa est, & substantia corporis Christi: in quā conuersa est, quæ primæ succesit, quorū comparatio adinuicem habuit modū indiuisibilē. ideo & ista mediata modo indiuisibili adinuicē comparātur. 23 Secundò, inquirendū est de solutionib⁹, quas dant ad tres alias rationes. Solutio, quā dant ad primū argumentū, est bona: qa non sequit, ꝙ Christus sit maius, & non minus: sed sequit, ꝙ secundū ꝙ est in cœlo, est maior hostia: secūdū autē ꝙ est in hostia, nec est maior, nec minor, nec æqualis: qa non est ibi modo quantitatis per circunscriptionē: sed per cōuersionē, nec est in cōcauitate aliqua. Præterea cū duo corpora sint maiora, q̄ vnum: cū Deus posit facere duo corpora esse in eodem loco: pari ratione, & maius corpus esse in minori loco. Et si potest hoc localiter, multò magis nō localiter: sed sacramentaliter.

Anima rationalis est circunscriptiuè in loco per quantitatē.

Duo diuisibilia cōparantur inuicē modo indiuisibili ꝓbatur dupli ci exemplo naturali.

Inqrit de veritate solutionū Durā.

De existentia quātitatis corporis Christi in hoc sa.

24 Ad secundū etiā benè soluunt: qa non sequitur si non est circunscriptiuè, ergo nō est hīc eius quātitas: sed tantū ꝙ non est hīc quātitas per se, sed per concomitantiā ad corpus, qd' est hīc cōuersiuè. Non autē pōt dici, ꝙ sicut quātitas Christi est hīc per cōuersionē factam in suum subiectū, ꝙ sic econuerso quantitas hostiæ sit in cœli per conuersionē sui subiecti in illud, qd' est in cœlo: qa quātitas hostiæ separatur à suo subiecto, & fit sine subiecto. Et similiter si quātitas Christi, qñ in eius substantiā substantia panis cōuertitur, separaretur à subiecto Christi, nō esset in hoc sacro: sicut nec anima fuisset in triduo, qñ erat separata, quāuis in hoc sit dissimile de anima, & de quātitate: qa anima non determinat sibi locum, sicut quātitas: Vnde sicut in præcedenti quæstione dictū est: vbi est anima, ibi sunt potētiæ abstractæ, quæ non determinant sibi locū: non autē organicè, quæ determinant: sic etiā facile est dicere de omnib⁹, non quantis, quæ sunt vnū subiecto cū corpore Christi, ꝙ sint in sacro per concomitantiā. Sed de quātitate, quæ determinat sibi situm, est difficilius. Dissimile tñ est, vt suprà dictum est de potētia, quā anima excedit: & de quātitate, quæ est talis terminus corporeitatē intra se includens, vt nisi separet nusquā posit esse sine ea. 25 Ad argumentū in contrariū, prout est cōtra suā singularem opinionē non benè respōdet. Verū est tñ, ꝙ forma arguendi non valet: qa etiā loquēdo de essendo in localiter maior est falsa. Si enim brachiū meum, qd' est pars mei, sit in aqua: non sum per hoc totus in aqua: sed tantū secundū illam partē: & tñ non sum separatus à parte illa. Sic posset dixi, ꝙ Christus non est separatus à suo corpore. nec tamen totus est, vbi est suum corpus, secundū alias sui partes: licet sit ibi secundū partē, quæ est corpus: sicut totus Christus est vbiq;, non tamen totum corpus Christi, nec ipse secundū totum sui, sed solū secundū dei tatem. 26 Sed sua solutio non videtur valere: qa licet coniunctorū secundū rem: vnum posit habere habitudinem realem ad aliquid extrinsecū: ad quod aliud non habet: imò nullā, vel contrariā: sicut quantitas hominis, & quantitas rei inanimatæ sunt æquales: substantiæ verò sunt inæquales: tamen coniunctorū secundum rem inseparabiliter secundū quanlibet partē sui, ꝙ vnū sit realiter: vbi aliud non est realiter, & sit realiter præsens: vbi aliud realiter est absens, & distās, qñ sunt æqualis ambitus, & maximè, ꝙ contentum sit extra continens idem suppositō, & vbi non est ipsum continens, videtur absurdum. Et sic est in proposito: quia si corpus Christi non haberet habitudinē ad species, nisi sicut signatum ad signū, & non esset ibi nisi sicut in signo, nullū inconueniens esset, ibi esse corpus Christi sine quantitate: sicut species aliqua representat substantiam, quæ non representat eius quantitatē, & species intelligibilis vniuersale sine singularib⁹, à quibus tamen non separatur. Sed ꝙ corpus realiter contentū infra suam quantitatē, & limitatum, & terminatum per eam, illa non derelicta, sed manens sic ea affectum infra eam inclusum, & diffinitū posit esse realiter presens alicubi extra eam, ꝙ sine ea videtur simile Idæis Platonis, qui posuit vniuersalia sepa rata secundū esse, quæ tñ ponebat esse substantiā corporalium. Et ideo non valet. 27 Ad argumentū in oppositū dicendū, ꝙ non sequitur, quia etiā Deus est in fœno, qd' asinus comedit per essentiā, præsentiam, & potētiam, & tamen Deus ab asino nō comeditur. ideo &c.

Ad. 2. sol. Dur. placet.

Tēpore tri dui anima si cut nec propria quantitas Christi fuisset ī hoc sacramento.

Reprobatio so. Dur. prosua singularis opinione.

Positio Duran. similis Idæis Platonicis.

Ad argu. in oppo.

QVAESTIO. TERTIA.

Vtrum Christus sit in sacramento altaris localiter.

Thom.

Thom. 3. q. 76. art. 5.

QVAERITVR tertiò, vtrum Christus sit in sacramento altaris localiter? Et videt, ꝙ sic: qa portatur de loco ad locum.

2 CONTRA, quia sedet à dextris Dei. ergo non est alibi local'r. 3 RESPONDEO, circa istā quæstionem sunt tria videnda. Primò, ꝙ non est in altari, nec vbi sunt species circunscriptiuæ, nec per consequens localiter. Secundò, ꝙ nō diffinitiuè. Tertiò, ꝙ mouet, & quiescit per accidens ad motū specierum, & quietē localem. per se secundū esse reale, & sacramētale, qd' habet in speciebus. 4 PRIMVM breuiter probatur sic: qa si esset circunscriptiuè, & localiter, vbi sunt species: tunc cōmensurarent, & non esset totus in qualibet parte: cùm tñ sit siue integræ sint species, siue diuisæ: quia quāuis existens ibi sit quātus: est tñ ibi modo substātatiuo. i. indiuisibiliter, & non modo quātitatiuo: vt dicit de consecra. distin. 2. c. singuli. 5 SECVNDVM etiā probat. s. ꝙ non sit ibi diffinitiuè propriè: puta, ꝙ ita sit in ista altari, ꝙ non in alio: qa sicut Christus est diffinitiuè: vbicunq; est sua quantitas circunscriptiuè, quo ad diffinitionē localem: sic ipse diffinitiuè est, vbicunq; est quātitas panis, ꝙ vini in se cōuersi circunscriptiuè: quo ad diffinitionē sacramentalē: vnde si in vno solo altari est conuersio facta sacramētaliter: in illo solo est sacramentaliter, si facta est in mile, erit in mille sacramētaliter. 6 CIRCA tertiū articulū procedet sic: qa primò probabit conclusio ipsa. Secūdo, ponet impugnatio quorūdam. Tertiò, respondebit ad illa. Quod autē corpus Christi secundū esse, qd' habet in sacramēto, mutetur, & moueat saltē per accidēs, ꝓbatur sic: qa illud, qd' incipit esse realiter, vbi prius non erat per aliquid in se realiter factū. i. ad se mutatū, vel in se cōuersum: illud est motū realiter secundū realitatē essendi: qua ibi erat: sic est in ꝓpositō. ergo &c. 7 Præterea, sicut non obstante sua impassibilitate: pōt esse mutabile de loco ad locū: & incipit esse localiter, vbi prius non erat: sic non præiudicat suæ impassibilitati, si incipit esse realiter præsens, vbi prius nō erat: qa nō plus fit in eo ꝙ istā nouā præsentiā, q̄ fieret realiter ꝓ nouā circūscriptionē. Sicut ergo diceret mot⁹ local'r, si iciperet esse circūscriptiuè, vbi prius nō erat: sic pōt dici mot⁹ sacraliter: qa est sacraliter vbi prius non erat: licet motū localiter desinat esse, vbi prius erat: nō autē motū sacraliter. 8 Præterea, videt, ꝙ posset dici realiter mutatus, qa est subiectū realis mutatiōis, & modū essendi realē habet, quē prius nō habebat: ita enim realiter est in sacro, sicut est in cœlo. Vnde sicut esse localiter alicubi, est in eo mod⁹ realis essendi, ita esse in sacro. Et sicut si incipit esse local'r, vbi prius nō erat: est in eo facta mutatio realis: qa se habet aliter nūc, q̄ prius: qd' tñ nō præiudicat suæ impassibilitati: qa per hoc nihil mutatur de absolutis in eo, sic in ꝓposito. 9 Nec valet, si dicat, Deus incipit esse de nouo in mundo realiter: cū prius nō esset, sine sui mutatione: nā Deus nō incipit esse in re ꝓ mutationē rei in se: sicut corpus Christi. Vnde cū realiter res in corpus Christi cōuertatur, & ꝓ hoc corp⁹ Christi hīc esse incipiat: nō videtur absurdū, dicere corpus Christi mutatū, cùm hoc sit min⁹ q̄ si localiter mutaret. 10 Præterea corruptis speciebus definit ibi esse. Et cū omnis corruptio sit quædā mutatio cùm esse, qd' habebat, ibi esset quoddā esse reale: & non tantū relatio rationis: sicut est signatū in signo sicut quādo aliquid definit esse in loco: ipsum vbi corrumpitur, & est realis mutatio: sic vbi sacrale generatur, qñ hostia consecrat, & corrumpit, quādo hostia corrūpitur. Et cū corpus Christi secundū substantiā sit subiectū istius, vbi sacralis eius quātitas est subiectū sui, vbi naturalis videt hīc, sicut ibi esse quædā mutatio: cuius subiectum est substantia, & per cōsequēs est mutata, se habens aliter nunc, quàm prius secundū tale, vbi extinsecū.

1. Arti.

2. Arti.

3. Arti. cōtra Durā. q. 3. & Scot. q. 6. cō. 4.

Nota quid est motus sacramētalis.

Solutio. euasionis.

11 Si dicat, sicut aliqui dicūt, ꝙ trāslatis speciebus incipit esse, & definit sine sui motu: verū est secundū esse locale, & naturale, sed non sine sui motu secundū esse, qd' habet in sacro: quia ex quo ipsum esse in sacro mutatur: per cōsequēs corp⁹ Christi subiectū illius esse mutat subiectiuè, sicut terminatiuè. Et qñ dicunt, ꝙ nō est præsens loco: nisi qa est præsens speciebus existētib⁹ in loco verū est. Et qñ subiungit, ꝙ eandē ratione præsentiæ habet ad species motas, & quiescētes, verū est. Sed propter hoc nō sequit, quin ad motū earū moueat, & ad quietem earū quiescat, secūdū esse, qd' habet in eis: sicut color est in quanto moto, & quiescēte eodē moto. s. per inhærentiā, q̄ inhærētia nō variat per motū subiecti, nec ꝓ quietē: tñ qa ad motū subiecti accidit ipsū colorē distare, & appropinquare ꝑsens, & absens esse, dicit moueri ꝙ accidens, ita est in proposito. 12 Nec est simile, quod adducunt de Deo, qui incipit esse, & desinit alicubi propter generationē, & corruptionē sine sui mutatione, nā Deus non est diffinitiuè in loco sic hīc, ꝙ nō alibi, imò in omni, qd' est, Deus est. Sed corpus Christi sicut est localiter, vbi est sua quātitas: ita est diffinitiuè sacramētaliter, vbi est quātitas substantiæ in ipsum conuersæ. Et qa in multis locis pōt esse simul ista conuersio. ideo non est diffinitiuè in vno loco cōuersionis, sic ꝙ non in alio. Sod locū substātię cōuersę, sic sibi diffinit, ꝙ est, vbi erat, qd' in ipsum cōuersum est, & nō alibi, ratione cuius diffinitionis moueri pōt. Sed quidā negant minorē dicentes, ꝙ corpus Christi est solu præsens hostiæ ex vi sacramenti, sed ad locū hostiæ nullā præsentiā habet, ratione, qua est in hoc sacro: qa per aliā rationē cōparantur spēs ad locū, & corpus Christi ad species, vt ad sacrm. Et ideo manentibus speciebus, q̄uis transferātur de loco ad locum corp⁹ Christi, qd' est præsens eis, semp est, vbi erat. 13 Sed ꝓpter hoc non est negāda minor. ideo ꝓbatur sic: qa qñ aliquis cōmunicat corpus Christi, est in ore eius, & in vētre eius, & realiter suscipit corp⁹ Christi; & sic incipit esse, vbi prius non erat. vnde apostolus: Panem, quē sumimus &c. Et qui māducat, & bibit &c. Māducatio autē est mot⁹ quidā. Et sic est, vbi prius nō erat. Et quando ablatū est de altari, iam plus ibi non est. 14 Vnde ad rationē suam dicendū, ꝙ licet corpus Christi non sit præsens, nisi specieb⁹ immediatè: tamen ipsis mediantibus est præsens illis, quibus illæ sunt præsentes. Et ex quo inseparabiliter concomitatur, sequitur eas quocunq; vadant. Vnde licet corpus Christi translatis speciebus semper sit, vbi erat: loquendo de loco immediato: qa est in speciebus, sicut prius erat: tamen loquendo de loco remoto, & communi est, vbi prius non erat, & non est, vbi erat: sicut qui est in naui semper est, vbi erat, si de sua sede non se moueat quantū ad nauē: quia in eadem parte nauis, vbi prius: sed respectu aquæ, vel ripæ, ex quo nauis mota est, est, vbi prius non erat: & non est, vbi prius erat: à simili in proposito est de esse sacramentali: sicut ibi de esse locali: nam corpus Christi secundū esse sacramentale: sic est in altari, ꝙ non est in cœlo: imò secundum illud esse, realiter est absens, & distans à cœlo, & realiter præsens, & propinquum altari. ergo secundū tale esse cōpetit ei mot⁹, secundū ꝙ diffinit sibi locū, & si non quo ad circunscriptionē, & situ, saltem quo ad realē præsentiam: vt non dicā propinqui

Cōfutatio cuiusdā euasionis primæ Duran.

Alia euasio q̄ est Durā. ad. 1. principale.

Solutio. impugnat.

Solutio.

Solutio rationis Dur.

Nota.

tatem,quæ ſonat in quãtitatis modũ: qa non eſt hîc modo quãtitatiuo. 15 Si dicaſ, ꝙ ad motũ localum requiritur deſertio primi loci, & adeptio ſecundi: vnde qd' mouetur à loco ad vacuũ,vel à vacuo ad locũ non mouetur localiter, licet poſsit dici motũ à loco,vel ad locũ,& per cõſequẽs facta cõuerſio nõ poteſt dici mutatus: quia nõ deſinit eſſe in cœlo: & corruptis ſpeciebus nõ eſt mutatus,qa non incipit per hoc eſſe alicubi, ſicut creatum in loco,vel annullatũ in loco,non eſt motũ localiter: licet incipiat,vel deſinat eſſe i loco realiter. 16 Dicendũ,ꝙ ſaltẽ qñ hoſtia cõſecrata transferẽ de loco ad locum corpus Chriſti cõcomittans põt dici moueri ſacramentaliter: qa deſerit primũ locũ ſacramentalẽ,& habet nouũ locũ ſacramentalẽ: imò etiam per nouã conuerſionem,& nouã corruptionẽ ſpecierũ poteſt dici motũ eſſe ſacramentaliter: qa non ſolũ dicit mutari illud,quod de vno eſſe tranſit ad aliud: ſed etiã illud, qd' trãſit de non eſſe ad eſſe, & de eſſe ad non eſſe: ſicut aer cùm de tenebroſo fit lucidus, & econuerſo. Similiter motũ de loco in vacuũ,vel ecõuerſo poteſt dici mutatũ accipiẽdo,vel perdendo,vbi nouũ: ſic in propoſito corpus Chriſti nouum eſſe ſacramẽtale acqrẽdo,& nullũ perdẽdo,& ſimiliter eſſe ſacramẽtale perdẽdo, & nullũ acquirẽdo mutatur realiter,cum illud eſſe ſit vera res, vel realis modus eſſendi. 17 Nec eſt ſimile de illo, qd' creatur,vel annullatur in loco:qa quod creaſ,non præexiſtit,& qd' annullatur non remanet. Oportet autẽ ad verã mutationẽ idem numero ſubſterni vtriq; termino. Hîc autẽ corpus Chriſti idẽ numero præexiſtit conuerſioni, & remanet poſt corruptionẽ. Quod ergo dicunt doctores,ꝙ non mutatur, verũ eſt per ſe, ſed per accidens mutatur, ſicut dicitur. 5. Phy. ꝙ relatio noua realis aduenit alicui nulla mutatione facta in ipſo verũ eſt per ſe, ſed per accidens ſic: qa habet modũ eſſendi realẽ,quem prius non habebat. 18 Sed qa cõmunis opinio eſt in cõtrarium,ꝙ. ſ. ſine ſui mutatione corpus Chriſti incipit eſſe, & deſinit in altari. ideo contrariũ ſine aſſertione inquiſitiuè dictũ accipiatur. Sed quin moueatur per accidẽs ad motũ ſpecierũ non videt. 19 Contra ea, quæ dicta ſunt,arguitur tripliciter,primò ſic: Quãdo aliqua duo ita ſe habent, ꝙ non ſunt vnũ ſecundũ ſubiectum, nec ſe habent,vt continent,& contentũ: nec habent colligationẽ,vel contactum, nullo modo vno motu mouetur alterũ, ſed corpus Chriſti, & ſpecies ſacri non ſunt vnum: ſubiectò,nec vnum continet ab altero,nec habent colligationẽ,nec ſe tangunt. ergo ad motũ ſpecierũ nullo modo,nec per ſe,nec per accidẽs ſequitur motus corporis Chriſti. Maior patet inducẽdo in omnes modos ſecundũ quos vno motu mouet aliud: minor patet ex eorum dictis. Secũdo ſic,vnũ ꝙ idẽ non põt moueri ſimul motibus oppoſitis, maximè qñ vterq; mortus conuenit eidẽ eodẽ modo: ſed illud contingeret,ſi corpus Chriſti moueretur ad motũ hoſtiæ. ergo &c. minor probatur,qa vno leuante hoſtiã,alius deponit aliam. Si ergo corpus Chriſto moueret ad motũ hoſtiæ: ſimul moueretur ſurſum,& deorſum. 20 TERTIO ſic, qa corpus Chriſti moueret mota hoſtia: eadẽ ratione frangeret fracta hoſtia, ſed hoc eſt falſum. ergo & primũ. Sed dicendum ad primũ, ꝙ maior eius in naturalibus non habet inſtantiam: ſed ſimpliciter falſa eſt in propoſito: quia ſi aliqua duo non ſe habent aliquo illorum modorũ, quos ponit: ſi tamen ſe habeant per cõcomittantiã inſeparabilem ſic. ſ. ꝙ non ſolũ vbicunq; eſt vnum, & reliquum, ſed vbicunq; vnum incipit eſſe localiter, ibi aliud incipit eſſe realiter præſens cùm, prius realiter eſſet abſens, & vbicunq; vnũ deſinit eſſe localiter: aliud incipit ibi realiter eſſe abſens, cùm prius realiter eſſet ibi preſſens, tunc verum eſt, ꝙ ad motũ vnius per ſe mouetur, aliud per accidens. Moueri enim de loco ad locũ eſt realiter deſerere primũ locum, & realiter petere ſecundũ locum quãuis, vt dictũ eſt ſecundũ quoſdam, alterum non ſufficiat: quia corpus, quod de nouo creatur, habet nouum locum: nec tamen eſt realiter motum. Et ſimiliter quod de nouo generatur, & econuerſo, quod de nouo corrumpitur, perdit locum, quem habebat: non tamẽ eſt localiter motum. Sed corpus Chriſti dato, ꝙ nullo modorum, quos ponunt, ſe haberet ad ſpecies: tamen habet ſe ad eas ſecundum eius concomittantiam inſeparabilem. ergo ipſum mouetur per accidens ad motum illarum per ſe. Vnde dato, ꝙ corpus Chriſti non poſsit dici motum localiter, ſacramentaliter, quando de nouo conſecratur, quia licet habeat locum, quem prius non habebat: non tamen deſerit primum locum, & ſimiliter dato, ꝙ non poſsit dici motum, quando ſpecies corrumpuntur: quia licet deſinat eſſe hîc: non tamen propter hoc deſinere incipit alibi eſſe, cùm vtrunq; requiratur: tamen quia per motum localem ſpecierum deſinit eſſe in primo loco ſpecierum, & incipit eſſe in ſecundo loco earum videtur eſſe motum ſecundũ illud eſſe locale, quod habet in ſacramento. 21 Ad ſecundũ dicendum, ꝙ idem ſecundũ idem eſſe numerale, non poteſt moueri diuerſis motibus: ſed ſecundũ diuerſa ſic Sicut enim ſecundum vnam manũ poteſt homo moueri ſurſum, & ſecundum aliã deorſum: ſic ſi vna manus poſſet eſſe dextra, & ſiniſtra ſecundũ eſſe dextrũ, poſſet leuari, & ſecundũ ſiniſtrum deponi. Cùm enim motus localis fundetur immediatè non ſuper illud, quod eſt in loco, ſed ſuper ipſum eſſe in loco: ſi vnum, & idẽ habet duo eſſe: poterit habere duos motus. Igit ſecundũ vnam hoſtiã non diuiſam, in qua Chriſtus habet vnũ eſſe ſacramẽtale numero: nõ poteſt idẽ moueri motibus oppoſitis: ſed ſecundũ duas hoſtias, in quibus habet duplex eſſe ſacramẽtale ſecundũ numerũ ſic. 22 Quod aũt in diuerſis hoſtiis corpus Chriſti habeat duplex eſſe ſacramẽtale ſecundũ numum: licet vnũ ſcd'm ſpeciẽ probatur: qa quæ ſunt vnũ ſecundũ eſſe numerale: ſimul generanť, & corrũpunť. Sed corpus Chriſti ſeorſum incipit eſſe, & deſinit in locis diuerſarũ hoſtiarũ, ſecundũ ꝙ diuerſis tẽporibus cõſecrantur, & corrũpuntur. ergo ſunt ibi diuerſa eſſe: & per conſequẽs cõtrarij motus poſſunt ineſſe. Qd' autẽ ſimul incipiat eſſe in pluribus hoſtiis, q̃ ſimul à pluribus, vel ab eodem cõſecranť, hoc accidit. 23 Similiter motus, & quies non poſſunt cõuenire eidẽ ſecundũ eundẽ modum eſſendi, & ſecundũ idẽ eſſe in. Sed ſuppoſito, ꝙ aliquid habeat eſſe in pluribus locis: nihil prohibet ipſum moueri ſecundũ vnũ locũ, & manere ſecundũ aliũ Et ſic ſuppoſito, ꝙ Chriſtus nõ ſit localiter per ſe niſi in cœlo impoſsibile eſt, ꝙ per ſe localiter moueať, & quieſcat. Et ſimiliter ſuppoſito, ꝙ nõ ſit ſacramẽtaliter niſi in vno altari: impoſsibile eſt, ꝙ ſecundũ eſſe ſacramẽtale moueatur, & quieſcat. Sed ſi eſt in cœlo localiter: & in altari ſacramẽliter poterit diſcurrere per cœlum, & quieſcere in altari, & poterit quieſcere in cœlo, & portari per vicum ad infirmũ. Et ſi eſt in multis altaribus ſacramentaliter poterit in vno quieſcere, & in alio moueri: ſicut ſi ſecundum pedem ego ſum in aqua, & ſecundũ manũ in aere, ſecundũ vnũ poſſum moueri, & ſecundũ alterũ quieſcere. Et idẽ eſſet de ſola manu: ſuppoſito, ꝙ ipſa poſſet eſſe in diuerſis locis. 24 Ad tertiũ dicendũ, ꝙ non ſequitur, mouetur mota hoſtia: ergo frangitur fracta hoſtia: quia ad motum localẽ ſufficit, ꝙ aliquid deſerat locum, quẽ prius habebat, & accipat locum nouum, quem prius non habebat. Tunc enim ſicut dicebatur prius eſſe in loco: & nunc in loco dicitur motum de loco ad locum: qa

Obiectio.

Solutio.

Soluitur q̃dã cuaſio.

Cõis opio S.T. 3. part. q. 75. a. 2. & in. 4. diſ. 10 q. 1. ar. 1.

Contra dicta arguit Durand.

Ad. 1.

Chriſtus in diuerſis hoſtiis habet diuerſum eſſe, & ideo diuerſis motibus mouet.

cum: quia mutari non eſt aliud, q̃ aliter ſe habere nunc, & prius ſecundũ vnũquodq; genus mutationis. Vnde aliter ſe habere ad locũ, q̃ prius: eſt mutari ſecundũ locũ. Vnde cũ corpus Chriſti dicatuſ eſſe in illo loco, vbi eſt hoſtia realiter, & præſentialiter, & ſi non localiter: ſicut illi, qui dicunt angelũ eſſe in loco, diffinitiuè dicunt eũ moueri localiter: qa incipit eſſe realiter abſens, cui erat realiter præſens, & econuerſo: q̃uis non ſit alicubi localiter, ſed diffinitiuè: ſic ex quo ad motum hoſtiæ corpus Chriſti incipit eſſe, & deſinit eſſe in loco: & reali præſentia, & abſentia cõuenit ei: ſic moueri de loco ad locũ ad motũ hoſtiæ, ſicut eſſe in loco ad poſitionẽ hoſtiæ. Sed ad fractionẽ nõ ſufficit, ꝙ ipſum, ꝙ erat in vno loco, fiat in pluribus: cùm etiã in vacuo fractio eſſe poſsit: ſed ꝙ id, quod erat vnũ continuũ, & integrũ per violentiã diuidat in partes: quarum quelibet ſit minor toto. Et quia hoc realiter cõpetit quãtitati hoſtiæ. ideo quãtitas illa, quæ perdita ſua integritate in minutas partes diuidit: verè frangitur. Sed ſic non eſt de corpore Chriſti, & eius quãtitate, qd' manet integrũ, & inſciſſum, cũ ſit impaſſibile: & eſt totũ integrũ in qualibet parte hoſtiæ fractæ: ita ꝙ non ſolũ in ſe eſt integer: imò integro modo ſacramentali eſt in parte fracta, ſicut erat in intera. Ideo nec ſecundũ ꝙ eſt in ſe: nec ſecundũ ꝙ eſt in hoſtia frangiť. Sed ſi ad fractionẽ hoſtiæ: Chriſtus in ſe manẽs integer non eſſet ſecundũ ſe totũ in qualibet parte, ſed ſecundũ partẽ tantũ: tunc haberet colorem: ꝙ ſicut ad motum hoſtiæ mouetur, non ſecundum eſſe locale, quod habet eſſe in cœlo, ſed ſecundũ eſſe ſacramentale, quod habet in ſacramento: ſic ſecundũ fractionem hoſtiæ frangeretur & ipſe: non ſecundũ eſſe naturale, quod habet in ſe: ſed ſecundũ eſſe ſacramẽtale, quod habet in alio. Et fortè talem fractionẽ intellexit Berẽgarius fieri in corpore Chriſti ſecundũ eſſe ſacramẽtale: non naturale. 25 Ex his patet ſolutio ad argumentum in oppoſitum.

Corpus Chriſti nullo modo frãgitur ad fractionem hoſtiæ.

Berẽgarij.

QVAESTIO QVARTA

De modo inuiſibili, quo Chriſtus eſt in altari

Thom. 3. q. 76. art. 7. & 8.

QVAERITVR Quartò, vtrũ Chriſtus ſit in altari viſibiliter. Et videť ꝙ ſic: quia aliqñ apparet in ſpecie pueri, vel carnis crudæ, vel ſanguinis.

2 CONTRA: quia fides eſt de non viſis. Et propter hoc dicitur myſteriũ fidei: quia aliud ibi videť, & aliud creditur: extrà eo. cum Marthe.

3 RESPONDEO, tria ſunt videnda. Primò, vtrũ videatur oculo corporali. Secũdo, vtrũ oculo mentali. Tertiò, de ſpecie viſibili apparẽte aliquid dicetur propter argumẽti ſolutionẽ. 4 QVANTVM ad primũ ſunt quinq; concluſiones. Prima, ꝙ oculo corporali mortali non videť, ſecundũ ꝙ eſt ibi. Et ratio eſt: qa velatũ eſt ſpeciebus opacis, vltra quas acies viſus figi non põt: etiã ſi eſſet ibi localiter, quaſi in poris, vel cõcauitate, ſicut in medicina cooperta nebula non videť.

1. Arti.

Chriſtus nõ põt videri in ſacro oculo corporali.

5 Secunda cõcluſio eſt, ꝙ nec etiã videť oculo immortali beatæ Virginis: dato etiã, ꝙ opacitas medij interpoſiti non impediret viſum oculi glorificati, vt ꝙ exiſtentes in cœlo ſine motu viderent dãnatos in inferno non obſtante opacitate terræ: quod fortè eſſet poſsibile ſi non ab obiecto ſpeciẽ recipit oculus: ſicut nunc, ſed à Deo, ꝙ hîc eſſe nõ poteſt: qa eſſe ſenſatũ non poteſt, niſi quod ſenſibile eſt: ſenſibile autẽ propriũ non eſt ſine ſenſibili cõmuni: qa albedo nõ quãta viſibilis non eſt. Idẽ autẽ eſt eſſe non quantũ, & non habere modũ quãtitatiuum, quantũ ad propoſitũ: propter quod Chriſtus quãtus æqualiter eſt in parua hoſtia, ac ſi non eſſet quant⁹: quia non eſt ibi modo quãtitatis. ergo nec oculus glorificatus põt videre ibi corpus Chriſti: vbi non eſt modo quãtitatiuo, ſicut non poſſet videre ipſum ibi, vbi eſſet ſine quãtitate. 6 Tertia cõcluſio eſt, ꝙ nec oculus Chriſti: quãuis Tho. hoc dicat arguẽdo, & ſoluendo, dicit enim, ꝙ ſi eſſet extrà, ꝙ non videret ſe niſi per miraculũ: vbi tñ non aſſerit, ꝙ exiſtens intrà, ſe videat, nec per miraculũ. Et ideo primo oſtendo, ꝙ non videt ſe prout eſt extra: qa oculus Chriſti eſt localiter extrà, & in trà ſacramẽtaliter: quia licet oculus Chriſti prout eſt extra hoc ſacrm, localiter ſit viſiuus: non tñ eſt viſiuus eſſe intelligibilis, ſed eſſe ſenſibilis: cùm ergo nullũ eſſe ſubſtantiale ſit ſenſibile, niſi mediãte accidentali: iſta mutatio, prout ſubſtãtialis eſt in nullo attingens accidẽs: non eſt ſenſibilis: maximè ſenſu exteriori: qd' dico ꝓpter aliquos, qui dicunt ſubſtantiã indiuidualẽ ſentiri per cõgitatiuã. Cum ergo accidens Chriſti non fiat hîc niſi ꝓ ſubſtantiã. ergo nec ſuum fieri eſt hîc cognoſcibile: niſi per fieri ſuſtantię qa eadem ſunt principia eſſendi, & cognoſcendi. Vlterius autẽ ſi mutatio non eſt ſenſibilis: nec per conſequẽs mutatũ eſſe, vel terminus eius, ita eñ eſt ſenſibilis de albatio, ſicut albedo. ergo &c.

Posſibile eſt oculũ in cœlo dãnatos in inferno videre.

Rationes S.T. q. 1. ar. 4. q. 1. & 3. par. q. 76. ar ti. 7. & ibi ad 1. ex quibus hæc ſumpta ſunt.

Th. hîc. vbi ſuprà. ad 1.

Capreol⁹ hîc. q. 4. contra. 1. cõ. in fine.

2. ratio.

Nota.

7 Præterea corpus Chriſti ſecundũ eſſe ſacramentale non eſt præſens, ſed abſens oculo Chriſti ſecundũ eſſe locale. ergo oportet, ꝙ ei præſentẽť. Aut ergo ſecundũ modũ, quo eſt in ſacro, & ille non eſt modus viſibilis: cũ ſecundũ figurã pyramidalẽ nata ſit fieri viſio, & non ſecundũ modũ indiuiſibilẽ, aut repreſentabiť aliter, q̃ ſit: & ſic non videbiť, prout ibi eſt. 8 Quarta cõcluſio eſt, ꝙ nec etiã videt ſe, prout eſt intrà ſacramẽtaliter. Ratio eſt, qa non eſt ibi oculus Chriſti modo viſiuo: cũ de ratione oculi, vt viſiuus eſt, ſit extentio. Oculus autẽ Chriſti non eſt in ſacro modo quãtitatis, ſicut nec corpus Chriſti: ita ꝙ nec corpus Chriſti eſt hîc modo viſibili, nec oculus modo viſiuo: quia neutrũ eſt ibi modo quãtitatis, qui ſolus eſt modus viſibilis, & viſiu⁹. Et ideo oculus Chriſti abſolutè loquẽdo videbat Chriſtum exiſtentẽ in ſacro in cœna, & nunc etiã videt ſe exiſtentẽ: ſed nõ videt oculus Chriſti, prout eſt extrà localiter, vel intrà ſacramẽtaliter, vel quomodolibet aliter Chriſtũ ꝓut eſt in ſacro. i. ſecundũ eſſe ſacramẽtale: ſed ſecundũ eſſe naturale oculus Chriſti prout eſt extra hoc ſacrm, ſem per eum videre põt: ſecundũ autẽ eſſe, quod habet hîc: non conuenit ei videri, nec videre. 9 Quinta cõcluſio eſt, ꝙ nec etiã per miraculũ hoc fieri põt: qa non poteſt fieri, ꝙ potẽtia ferãť, niſi in ſuũ obiectũ. Cùm igitur obiectũ viſus ſit quãtitas, & qualitas inquãtũ hmõi: non ſubſtãtia quãtitas, quæ eſt hîc per modũ ſubſtãtiæ, eſt inuiſibilis. Et licet Deus poſsit facere ſine obiecto ſpeciem viſibilẽ tñ ſpecies, quã Deus faceret: ſi repreſentaret corpus Chriſti, prout ibi eſt: nõ repreſentaret eum modo viſibili. Vnde ſicut non poteſt fieri per miraculũ, ꝙ oculus videat ſpiritũ: ſic nec, ꝙ videat corpus ſecundum ꝙ habet modũ ſpiritus. Niſi fortè diceret, ꝙ ſi aliquis ſenſus interior cognoſcat ſubſtantiã: põt Deus facere, ꝙ ſenſus exterior cognoſcat eam, vel quantitatẽ, vt habet modũ ſubſtantiæ, ſed nec iſtud ſequit: qa Deus non põt facere, ꝙ oculus videat ſonum, quãuis ſonus ſit perceptibilis aliquo ſenſu. 10 Præterea, cùm corpus Chriſtus ſit ibi modo ſpirituali nõ corporali, qa non eſt ibi ſitualiter, nec localiter, nec hîc, nec nunc propriè: ſub quibus conditionibus tantũ ſenſus apprehendit. ideo

Nec etiam miraculoſè in altari videri põt. cõtra Scotum hîc. q. 3.

Cauillum

Solutio.

Sustantia nullo sensu capi pōt nisi interiori.

est ibi insensibiliter. 11 Non videtur etiā verū illud, quod statim supponebaſ. ſ. ꝙ sensus aliquis quātūcunq; altus posit substantiā apprehendere: qa substantia non est sensibile propriū, nec cōmune: quæ sola sentiuntur sensibus exterioribus, & interioribus excepta æstimatiua: qa illa sunt formæ accidētales, vt patet discurrendo per oſa illa: nec etiā per æstimatiuā: qa illa apprehendit formas intentionales: sed tū accidentales. Vnde nullus sensus apprehēdit, quod quid est substantiæ, qd' est propriū obiectum intellectus, vt dicitur. 3. de anima.

2. Arti. 12 QVANTVM ad secundū, cū sit triplex oculus mentalis ſ. viatoris, angeli, & beati hominis: tres sunt conclusiones. 13 Prima, ꝙ oculus viatoris non videt corpus Christi in sacro: qa oculus viatoris non videt ꝑpriè: nisi aut immediatè prima principia, aut mediatæ cōclusiones per illa. Sicut oculus corporalis videt lucē immediatè, & colorē mediāte luce. Neutro autē modo videt hīc: qd' est sacri fidei: qa non est per se notū: nec est demonstrabile. ergo &c. 14 Secunda cōclusio est de oculo naturali angeli boni, vel mali, ꝙ nec iſte corpus Christi in altari videre pōt clarè, & immediatè, & directe: qa est de supernaturalibꝰ intelligibilibus: qa supernaturalia sensibilia angelus nouit: cùm etiā ad oculū homo videat ea: puta mortuū resuscitatū, vel oculum restitutū: supernaturalia, aut intelligibilia angelus non videt naturaliter: tale autē est esse corporis Christi in altari. ideo &c. 15 Sed qd' aliqui dicūt, ꝙ ex naturalibus angelus cognoscit hīc esse accidēs sine subiecto: non autē hīc esse corpus Christi, dubiū est: qa ipse pōt scire, quid factū est de substātia, ꝙ non est annihilata, & ꝙ est conuersa in corpus Christi: sicut ꝙ cibus conuertitur in cibatū, & hmōi. Scit enim generationē, & corruptionē rerum naturaliū. ſ. corpus Christi non hīc: nisi per hoc, ꝙ in ipsum est conuersum id, qnod erat hīc. ergo &c. 16 Sed pōt dici, ꝙ angelus scit, vel scire pōt: nisi prohibeat specialiter quicqd fit in naturalibus modo naturali, sed qd' fit modo supernaturali nō oportet. Nec apparet, quare plus cognoscat accidens esse sine subiecto, q̄ cōuersionē factā in corpus Christi cū vtrūq; fit præter cursum naturæ, 17 Vel dicendū, ꝙ sicut cognoscimus sensibilia, sic ipse intelligibilia. Vnde sicut videmus accidētia corporea non esse, sed non videmus quid de eis factū est: cū appareat in forma carnis, vel pueri: sic angelus videt substantiā ibi nō esse: sed nō videt, vtrū sit annihilata, vel conuersa. Sed hmōi supernaturalia possunt ipsi citius, q̄ nos coniicere indirectè ꝙ miracula fctā, q̄ ipsi sciūt esse vera, nos autē nō: qa qui nobis videt suscitatꝰ: fortè est angelus in corpore assumpto, sed talis deceptio nō cadit in angelo: vnde credunt, & contremiscūt: credunt, qa non vident illud in se, sicut nec Trinitatē, nec vnionē verbi in carne: tū sciunt indirectè: qa per miracula cōiecturāt, qd' impossibile est nō esse verum: sicut aliter cognosco puerū natū: qd' in se video: aliter qñ adhuc est in vtero tumescēte, sed nescio qd fit determinatè: an viuum, an mortuū, an masculus, an fœmina. Et sic est de supernaturalibus respectu dæmonum, quæ per miracula cadētia sub eorū naturali euidētia sunt probata. Oculus ergo naturalis angeli nō videt clare hīc esse corpus Christi, sed coniicit infallibiliter ex miraculis sensibilibus, quæ clarè videt fieri ad testimonium veritatis. 18 Tertia cōclusio est de oculo beato hominis, & angeli, ꝙ vterq; videt hoc clarè, hominis quidē: qa quod audiuit hīc, & credidit: illic clarè videbit, secundū illud nisi credideritis, non intelligetis, & sicut audiuimus, sic vidimus: idē de oculo angeli: qa ierarchia nra illuminabit à ierarchia cœlesti, à qua differt in luce, & enigmate. Vnde ipsi clarè vidēt oīa, de quibꝰ credēdis nos illuminat: credibilia verò nobis, & eis prostatu viæ cōmunia, sicut Trinitatē, & hmōi: meruerunt ipsi videre, sicut & nos. Credibilia autē nobis ꝑpria: sicut articulos incarnationis vidēs per relationē: vnde de omnibus mysteriis grāe, de quibus nos illuminant ad fidem, habent ipsi gratuitā visionē. 19 QVANTVM ad tertiū sunt tres cōclusiones. 20 Prima ꝙ illæ spēs carnis, vel pueri apparētis: non sunt propriè spēs Christi apparētis in propria effigie, plus, q̄ prius: qa tunc oporteret ipsum descēdere de cœlo, & cū illæ spēs aliquādo diu fuerint sub claue reseruertæ: tādiu corpus Christi fuisset incarceratum, sed sunt spēs superinductæ prioribus corruptis. Vnde nec tunc videt in ꝑpria specie: qa nec ipse est in forma pueri, vel carnis, vel sanguini venis, sed totus integer. 21 Secunda cōclusio est, ibi corpus Christi verū: non obstāte ratione quorundam dicentiū, ꝙ nō manet sacrm, qa ibi mutant species sensibiles, q̄ sunt de ratione sacri. ergo Christus non manet sub sacro. Nam si istud argumentū verū cōcluderet, tunc ecclesia idololatraret, q̄ huius species adorat.

3. Art.

Nota.

Duran. hīc q. 3.

22 Et ideo ad rationē eorū dicendū est, ꝙ quanuis qualitates mutentꝰ: puta, ꝙ spēs à fumo denigrentur, vel species vini infrigident, aut calefiant, aut rarefiant: dum tū quantitas maneat, semper est ibi corpus Christi. ergo cū hīc quātitas remaneat, eadē numero semp manet corpus Christi: qa licet spēs sensibilis sit de rōne sacri: tū nō ista vl' illa determinatè: d' ratiōe eiꝰ sacri altaris est quātitas cū aliquo colore, & figura. Sed accidit ei, ꝙ sit iſte color, vel contrarius isti: ista figura, vel alia. Vnde mutatio circa ista: dum tū maneat quātitas, non mutat sacrm: tādiu enim ibi manet corpus Christi: quādiu ibi mansisset substātia panis. Sed manente substātia panis, Deus potuisset ibi facere taliē apparitionē, secundū mutationem coloris, & figuræ: sicut panifici de panibus possunt effigiare pueros, & qcqd volūt. ideo &c. 23 Tertia conclusio est, qcqd faciendū sit de hmōi speciebus.

Nota benè.

34 Dicendū, ꝙ non debet eas minister sumere propter honorē, & excusat à præcepto eccl'iæ, ꝙ celebrantes cōmunicent, qa ad insolutū non refertur, vel cōficiat in alia materia, vt infrà dicē di. proxima. q. de materia. Debet autē reseruari in loco, vbi est verū corpus Christi, cū sit verū corpus Christi. Et sic patet solutio ad oppositū.

S. Tho. hīc q. 3.

DISTINCTIO II. QVAESTIO. I.

Circa vndecimam distinctionē quæruntur quatuor. Primò, de materia eucharistiæ. Secundò, de conuersione, vtrū sit vera, & præcisa ratio essendi corpus Christi in sacramento. Tertiò, vtrum Deus posset conuertere omnem creaturam in corpus suum. Quartò, vtrum possit conuertere vnum corpus in plura corpora.

De *materia eucharistiæ.*

Thom. q. 87. art. 1. & q. 80. arti. 12.

1. Quæstio.

DE Materia eucharistiæ, vtrū panis, & vinū sit conueniens materi huius sacri. Et videt ꝙ non, quia in aliis sacris non est nisi vna materia simplex: puta aqua, vel oleum, aut si est duplex ipsa est cōposita, vt chrisma, vel coniuncta respectu vnius formæ, vt calix cum pane, & vino in sacramento sacerdotij: hīc autem sunt

tem sunt diuersæ materiæ respectu diuersarum formarum. ergo malè. 3 IN Cōtrariū est Christus, ecclesia, & Magister. 4 RESPONDEO, circa istam quæstionē sunt septem articuli declarādi. Primus de materia in generali. Secundus de materia in speciali. Tertius de quātitate materiæ. Quartus de materia panis in gñali. Quintꝰ de materia sanguinis. Sextꝰ de aqua q̄ ibi missetur. Septimꝰ de forma, qua Chrus celebrauit, & cōicauit, 5 Quantū ad primū sunt quinq; cōclusiones. 6 Prima, ꝙ duplex debet esse materia huius sacri. ſ. materia cibi, & potus: qa effectus sacri debet perfectè representari per materiā modo cōuenienti naturalibus: quia sacra efficiunt, quod figurāt: sed huius sacri effectus est perfecta animæ refectio. ergo materia representans debet esse per perfectā corporis refectionē: quæ non est nisi per cibum, ꝙ potū. Et ideo cibus, & potus sunt materia huius sacramēti. 7 Secūda conclusio est, ꝙ non debet sub vtraq; specie dari populo, sed solū sub specie panis propter periculū effusionis: sicut olim offerētes edebant de sacrificiis, & oblationibus, quæ erant in materia solida, sed soli ministri de libaminibus quæ erant in materia liquida. Græci tū cōmunicant carni, & sanguini. Et in quibusdā ecclesiis est consuetudo, quod cōmunicant sub vtraq; specie. Nec est peccatū: qa qñ mos erat, crimen non erat. Et ita cautè in illis ecclesiis, siue monasteriis faciunt, ꝙ nihil effundut. sed si vulgo indifferēter daret, esset maius periculu. 8 Tertia cōclusio est, ꝙ non debet celebrari, nisi sub vtraq; materia. Et si altera deest, melius est dimittere celebrationem, q̄ sacrm mutare, vel diuidere. Et celebrans etiā debet vtrāq; sumere, nisi mors, aut infirmitas ipsum impediat: de conse. dist. 11. c. Relatum. &. c. Comperimus.

1. Arti.

Nota.

9 Quarta cōclusio est, quid sit faciendū, si postq̄ aliquis missam inchoauerit, occurrat sibi peccatū mortale, aut ꝙ non est ieiunus, aut ꝙ est suspēsus, vel irregularis. Hīc distinguendū est, qa aut cōsecrauit vtrāq; materiā, vel alterā: & tūc debet cōsummare celebrationē. Et hoc ꝑpter generalē prohibitionē, ꝙ sacra non remaneāt imperfecta. Et propter hanc necessitatē excusatur à culpa: aliás esset perplexus. Sed fortè non excusat à pœna irregularitatis, quā incidit celebrādo excōmunicatus: maximè si nondū cōsecrauerat sanguinē, licet vsq; tunc non in curriſſet: qa fortè habuerat ignorantiā excusantē: sicut homo, qui susciperet officiū iudicādi vsq; ad annū: cùm iuramēto non dimittēdi vsq; ad annū: si interim occurrat latro iudicādus condēnando ipsum, quem ꝑpter iuramentū non pōt non condēnare, nihilominus efficitur irregularis. 10 Vel fortè necessitas hīc excusat, qa legis authoritate hoc facit. Sed aliud est de celebrante legis authoritate simpliciter aliud de celebrante legis authoritate sub cōditione, sicut est hic, qa lex permittit hīc excōmunicatū celebrare suppositio, ꝙ iam consecrauerit, qa hoc est minus malum, sed non simpliciter.

Dubiū de perplexitate in missa.

Nota.

11 Si autē ante omnē consecrationē, aut est impedimentū, ꝙ sola contritione delet: puta culpa, & tūc conteratur, & cepta finiat cum ꝑposito cōfitendi: & sufficit etiā si fine scandalo dimittere posset, aut est tale impedimentū, quod per contritionē non delet: puta, qa occurrit ei, ꝙ non est ieiunus, vel ꝙ est suspensus: aut excōmunicatus maiori, vel minori excōmunicatione: & tunc si fine scādalo dimittere pōt, omnino dimittat. Si autē fine scandalo dimittere nō pōt, tunc videt, ꝙ potest cepta perficere. Et ꝙ non iciunus, aut ligatus prohibetur celebrare, intelligitur nō incipere, non autē postq̄ inchoauerit consummare. 12 Vel fortè non licet prosequi: qa omnia, quæ sunt ante consecrationē, sunt præparationes quædā, & non inchoationes intrinsecæ. Nullo autē scandalo debet dimitti veritas vitæ, & conscientiæ: sicut non debet celebrare, si non inchoasset, & esset sibi conscius, q̄is scandalū nasceret. 13 Quinta conclusio est, si ipse in sanguine venenū inspiceret, non debet sumere, nec sumendū dare: quia alias esset homicida sui, aut alterius, aut etiā temtaret Deū. Sed illo ad partem posito, & reuerēter cōseruato faciat, sicut faceret, vbi materia vini sibi deesset: vt dicet in sequēti articulo. Si autē musca, vel aranea ceciderit, debet bestia, si potest capi, & lauari: & postea cōburi, & lotio, & cineres in piscinā poni: in qua ponunt, quæ contigerūt corpus, aut sanguinē mediatè, vel immediatè: in quibus tū nihil est de corpore, aut sanguine, sicut rasura tabulæ, & terræ super quā stillauit de sanguine, q̄ui lambi debet, & pōt etiā à non ieiuno sumi. Non sic autē particula corporis, quæ leuari potest, vt in crastinū seruetur sumēda à ieiuno stomacho. Si autē timet sanguinē veneno iufectum nō sumat rationē dicta: sed faciat seruari, sicut dictū est de veneno. Nec istam bestiā venenosam sumere debet.

Casus de veneno sanguini infuso de his suprà di. 9. q. 1. ar. 3.

Exēplū eorū qui sumpsit araneam.

14 Fertur autē quidam sacerdos simplex ex deuotione, nesciens quid facere araneā cū sanguine sumpsisse: & postea sibi minuens eam cū sanguine primitus emisisse: quod fuit miraculū maximū Dei, siue simplicitati cōpatientis. 15 QVANTVM ad secundum sunt quinq; conclusiones. 16 Prima, qualis sit illa materia: qa panis, & vinū, sicut Christus instituit: qui tū in alia quacunq; similiter potuit, sed congruentius fuit, quantū ad nobis apparētia: qa cōmunius in cibum & potū sumūtur à valētibus habere. Sed in defectū istorū alia pro istis sumūtur. Vbi autē hæc adsunt, hæc cōmuniter in cibum, & potū sumunt per se, aut cum aliis, nec propter alia respuuntur, & hæc magis sine aliis suffi ciunt, q̄ econuerso. 17 Secunda conclusio est, ꝙ non debuit institui in materia mellis, q̄is sit dulce: qa est inflatiuū. Vnde nec in aliquo sacrificio ve. le. ponebant. 18 Tertia conclusio est, ꝙ nec in lacte: qa est cibus paruulorū: hīc autē est cibus, & si paruulorum humilitate tū est solidus, & magnorū charitate, propter quod dictū est Aug. Cibus sum grandiū, cresce, & manducabis me. 19 Quarta conclusio, quid si sacerdos inueniat indebitā materiā panis ministratā: Et si quidem ante consecrationē sanguinis, quia adhuc nihil est de essentia sacri actū: si posset habere materiā panis veram: adhibeat, & reincipat canonē à capite, adhibita alia materia vini: si eam habet in prōptu, & tunc nulla repetitio fiat super idem. Si autē non habet in prōptu aliam materiā vini: similiter idem faciat, nec materiā vini segreget timore reiterationis: qa non est aliquid, qd' non liceat repeti sicut si aliqua oratio canonis bis dicatur, nō est magnū periculū, nec similiter si cruces iterentur, q̄uis numerus habeat certū mysteriū: quia tunc non tollitur mysteriū, sed repetitur. Si autē non possit habere materiā panis, vltra nō procedat, nec sacrm diuidat, sicut nec à principio debet inchorare, si nō potest vtrāq; materiā habere. Si autē post consecrationē sanguinis: ante perceptionē: tunc si pōt habere materiā panis debitam, reincipat à capite canonis: qa non debet cōsecrare materiā nisi præcedētibus cerimoniis solitis super eam. Et si in prōptu habeat vinū vtranq; nouā materiā adhibeat, & vltrà procedat, & sanguinē primò consecratum, post consecrationem misceat, vel ante finē missæ, & ante sumptionē ablutionis cū alio, vel post aliū sumat.

Dubiū si materia panis debita deficiat. Vide. ſ. T. 3. par. q. 83. arti. 6. argm. Sco. di. 8. q. 3. facilē modum ponit quē videt approbare. ſ. t. in. 4. di. 11. in expositione textus.

02 Si autē non habet vinū in prōptu, non oportet, ꝙ sanguinē segreget: dum tū verba cōsecrationis nō iteret super sanguinē: sed omnia alia sine iniuria sacri iterare pōt. Nec erit mendaciū cùm dicetur: Corpus, & sanguis Dñi nostri Iesu Christi fiat &c. qa refertur ad hoc, ꝙ

vtrunq; est sub forma panis, licet differenter.

Quid si in uniat materiam vini in debitã.

21 Quinta conclusio est, quid facere debeat, si deprehendat materiã vini indebitã. 22 Distinguendum est, vt prius, qa aut ante consecrationẽ omnem, & tunc sicut de pane dictũ est, si potest habere vtrãq; materiam nouã adhibeat. Si solam materiã vini nouã reincipiat à capite canonis. Si autẽ possit habere, dimittat totũ. Si verò post consecrationẽ ante perceptionẽ hoc percipiat: tunc sicut prius vtrãq; nouam materiã adhibeat, corpe seperatim impositio, postea cu alio sumẽdo. Si verò non possit habere nisi nouũ vinũ: cũ ipso, & corpore à capite canonẽ reincipiat, ne diuidat sacrm oĩa repetendo præter verba cõsecrationis corporis: quæ sine iniuria sacri non possunt superæandẽ materiã repeti, sicut nec baptismus debet iterari. Et licet nõ sit pœna irregularitatis hîc, sicut ibi: est tñ grauis culpa vtrobiq;.

Quid post sumptionẽ panis nõ veri faciendũ est. S. Th. 3. par. q. 83. arti. 6.

Si autẽ non possit habere vinũ: vltra procedat faciẽdo, qd' potest, s. corpus sumẽdo, & cætera complendo. Quod si post sumptionẽ materiæ panis inuenit non fuisse panem frumẽti: debet secundu Tho. licet non ieiunus materia adhibita reincipere: qa maius est præceptũ vnitatis, quod à Dei institutione habet ortũ, q̃ ecclesiæ de ieiunio. Vel qa nunq̃ permittitur pranso celebrare, sed solũm cõmunicare, iste non debet cõsecrare, sed vltra sanguinẽ sumere, licet non ieiunus. Quãuis alicui videret, ꝙ sicut volẽs lauare os, si præter intentionẽ gutta transeat, reputatur ieiunus: sic qa non intẽdebat sumere aliquid soluens ieiuniũ, si præter intentionẽ hoc fecit, ieiunus reputari põt. Si autẽ post consecrationẽ, & sumptionem corporis, deprehẽdit non esse vinũ anteq̃ illum liquorẽ sumpserit, cùm adhuc sit ieiunus, adhibeat vtrãq; materiã nouã, si habere potest. Si autẽ solùm panẽ nihil agat, sed vltra procedat. Si verò solu vinũ: qa iam consecrauit corpus, & sumpsit, procedat reincipiens canonẽ: omissis verbis corporis, & pertinẽtibus ad illud solùm. Si autẽ post sumptionem vtriusq; deprehendit, functus est officio suo, licet male nihil repetat, sed vltrà ꝓcedat.

Ad. 4 Nota dictũ docto.

23 QVANTVM ad tertiũ sunt quinq; conclusiones. Prima est de quantitate materiæ. 24 Vbi sciendũ est, ꝙ cùm virtus finita nõ possit agere simul in quantancũq; materiã, sed finitã, & determinatã: ille tñ terminus nõ semp est notus homini, sicut nescimus vsq; ad quã distantiã lux solis simul se extẽdat: sed scimus, ꝙ non in infinitũ, sed vsq; ad certã, & determinatã distantiam quæcũq; sit illa. Virtus autẽ Dei licet non sit ad infinitũ simul: est tñ ad finitũ, simul & indeterminatũ: qa non est dare etiam ab ipso aliqua certa, in qua sic agere possit præcise, ꝙ non in plura. Vnde cũ in cõsecratione concurrat virtus Dei, & creaturæ. s. verborũ, & characteris sacerdotalis: licet respectu Dei non sit simpliciter determinata quãtitas, quã possit conuertere: sed quacũq; data adhuc plus potest: tamen respectu virtutũ creatarum est apud notitiã Dei dare determinatã quantitatẽ, & certã: vltrà quã simul non posset, sed non est ab homine determinata.

3. Arti.

S. T. hîc: q. 3. ar. 10. q. 3 & ad. 1.

25 Secunda cõclusio est, ꝙ quãuis ratione maleficij, aut veneficij intẽdat quis cõsecrare: est tñ vera cõsecratio, siue etiã irrisionẽ fideliũ intendat: vel aliqd hmõi: dũ tñ ĩtẽdat facere, qd' facit eccl'ia: sicut ille, qui vult cõtrahere ꝓpter voluptatẽ, aut lucrũ facere, verè cõtrahit matrimoniu. Et Iudæus etiã, q vult baptizari propter quæstũ est verè baptizatus, vt dicitur de cõsec. dist. 4. Non illud te moueat. Ita & c hic.

Præsentia materiæ requiritur.

26 Tertia conclusio est, ꝙ non põt consecrare, nisi materiã præsentẽ, & ante se positã. Aliãs esset falsitas in sacro veritatis ꝓpter pronomen demonstratiuũ, hoc vel hîc. Cum demõstratiuo nõ sit nisi rei præsentis. Vnde existens in ecclesia non põt cõsecrare panẽ, qui est in foro, nec vinum, quod est in cellario. 27 Quarta conclusio est, ꝙ de materia, quã habet in sua præsentia, non est nobis determinata quãtitas: verbi gratia, vtru existẽs in ore clibani magni, vel in foro maximo pleno panibus, vel existens in cellario pleno vino, aut in nauibus plenis doliis vini: vtrũ possit cõsecrare hæc oĩa simul, nescio de hoc. Sed si requiritur talis præsentia, ꝙ simul possit tãgere omnia: tunc nõ posset simul centu hostias consecrare, quas sigillatim simul attingere non potest. Sed si sufficit ꝑsentia visus, nõ qua actu videat: cũ cæcus conficiat; sed qua sit visibile, tunc aerem plenũ vsq; ad cœlũ posset simul cõficere. Vnde ista distãtia, & præsentia, & quãtitas non sunt apud homines determinata.

Dubius manet do. vide. S. Th. suprà, & opusculo. 51. c. 5

28 Quinta conclusio est, ꝙ si præter intentionem sacerdotis est aliqua materia, de qua non cogitauit, illa non est cõsecrata, vt si gutta vini ministrãdo cecidit sup pedẽ calicis, vel hostia in pixide ibi remãsit, non est consecratũ: quia de quo non est excogitatum, nec implicitè, nec explicitè: actu, nec habitu, non põt esse consecratũ. Dico autẽ excogitatũ, nec quantũ ad effectu, nec quantum ad verba. s. non intẽdebat illud cõsecrare, nec sup illud verba ꝓferre, nec ad illud verba referre: qasi super debitã materiã intẽderet verba ꝓferre, & ꝓferret: licet nollet sequi cõsecrationẽ, sed irrisionẽ: fortè consecratũ esset, cũ virtus sacramẽti operetur secundũ voluntatem Dei non ministri: secundũ vnam opinionẽ, quæ tractata fuit suprà distinct. 6. de intentione ministri.

Non cõsecrat materia de qua non cogitauit sacerdos.

Nota.

29 CIRCA quartũ sunt sex conclusiones: Prima ꝙ materia panis secundũ ꝙ omnes dicunt, debet esse de grano frumẽti: cui Christus se cõparat: & de quo credit Christus confessisse, qa ille est panis propriè per se dict⁹. Cæteri autẽ in supplementũ istius. Vnde & vulgo dicĩ, iste quærit panem meliorẽ, q̃ de frumẽto. 30 Secunda conclusio est de spelta, & farre pane facto, potest in eo confici: non quidẽ per rationẽ quorundã: quæ est quia frumẽtum est genus ad triticũ far, & speltam. ideo indifferẽter in quolibet istorũ potest confici, licet differant specie. Nam licet ad vnũ sacrm concurrant materiæ specie differẽtes per modũ totius integralis respectu vnius formæ, siue cõmixtæ, vt in chrismate oleũ, & balsamum, siue cõtiguè, vt in sacerdotio, calix, & panis, & vinum, & respectu diuersarũ formarũ, vt in hoc sacro panis, & vinũ: tñ ꝙ respectu eiusdẽ formæ concurrant ad mundũ partiũ subiectiuarũ diuersę materię specie: non est probabile: qa in illa materia conficiendũ est, in qua Christus confecit, qui nõ in tribus, sed in vna tantũ confecit.

4. Arti.

31 Et si dicat, ꝙ licet in vna cõfecerit: quia tñ sciuit illam non vbiq; esse: puta triticũ. ideo voluit, ꝙ illis posset confici, non valet: quia pari ratione posset dici de vino, quod non solũ de vite, sed de pomis, & cerasis posset confici: qa vinũ vitis in paucioribus locis crescit, q̃ triticũ. 32 Alia ergo ratio potest dari: quia ista tria sunt vnius speciei, qa compertu est, ꝙ in eadẽ terra triticu seminatu vno anno, generabat speltã, & far: in alio triticũ, vt in territorio Leodiensi, Palmensi monasterio Põposiano, vt ipsi dicunt. Licet autẽ asinus generet extra speciẽ suam mulu de equa: non tñ de asina generat nisi asinũ: quia diuersitas effectus est ex diuersitate agentis, vel materiæ. 9. Metha. Et similiter si triticum in vna terra generet speltã in alia triticũ: non ꝓbatur identitas speciei secundũ quosdã, sed ad minus probatur: qñ in eadẽ parte terræ generat vtrunq;, imò etiã si in diuersis pro tanto: qa in grano vis generationis masculina, & fœminina sunt vnita: & plãta est generans vniuocũ pro ter ꝙ cũ natura sit determinata ad vnũ, videnẽ esse vni⁹ speciei ista, quæ ex vno grano speciei generãtur. Et si dicatur, ꝙ spelta nunquã generat triticũ, licet econuerso: non

Ratio Dnã. Triticũ, far, & spelta sunt eiusdẽ speciei.

Obiectio. Solutio.

non obstat: qa fortè hoc est propter imperfectã virtutem in spelta. Et similiter ꝙ triticũ generet speltam, vel far, non triticũ, est ex debilitate virtutis: sicut aliqui masculi non possunt generare nisi fœminas, nec aliquæ fœminæ nisi fœminas. Sed sicut masculus, & fœmina non differũt specie sic nec frumentũ, far, & spelta.

Obiectio. Solutio.

33 Si dicatur, ꝙ alicubi tritico seminato crescit ordeũ, alibi si ligo, alibi loliũ, nec tñ propter hoc sunt vnius speciei: dicendũ, ꝙ verum est, nec de ipsis potest cõfici. Et ratio diuersitatis est, quia hmõi tria ex tritico generãtur per accidens: & via corruptionis, sicut ex viuo generatur caduer, & ex vino acetum, vel magis, sicut ex sudore animalis perfecti generatur animal imperfectũ: puta vermis, quæ est generatio æquiuoca. Sed far, & spelta ex tritico via generationis generanẽ, sicut per seminationem animal producit animal, & oliua oliuam.

Opi. Docto.

34 Licet autẽ ista sunt probabilia: magis tũ tenendũ est id, quod facit authoritas multarũ ecclesiarũ de spelta celebrantium, q̃ rationibus prædictis, qa de eodẽ grano, & in eadem terra põt generari diuersis tẽporibus granũ diuersarum specierũ propter diuersos aspectus cœli, & constellationũ, & virtutũ earum, sicut etiã de semine hominis aliquãdo virtute cœli per viã corruptionis generantur alia, q̃ homo.

Nota.

35 Tertia conclusio est de mixtione: vbi dicendũ, ꝙ sola mixtio granorũ adinuicem cùm sint solida, non tollit speciẽ. Sed sic nõ est ad propositũ, cùm in granis non possit cõfici, nisi sit inde cõfectus panis, sed quãdo grana simul in molẽdino terunt̃, & postea farina simul cum aqua mixta cõpaginatur, & coagulata coquitur, põt mutari spẽs, & si fuerit mutata: ita ꝙ fuerit facta tertia spẽs: vel aliud granũ traxit istud ad suam speciem: ita ꝙ substãtia isti⁹ panis sit altera specie à substantia panis, qui esset factus de puro frumẽto non põt confici, aliãs sic. Propter qd' si pro ore Regis eligitur anona multò magis spãli diligẽtia eligẽda essent grana frumẽti, & ab aliis discernenda pro pane altaris cõficiendo ratione periculi.

De mixtione in granis triticeis nõ põt confici.

36 Quarta conclusio est de corruptione panis: qa si tanta est, vt spẽs substãtiæ non maneat, confici non põt: aliàs sic, sed non debet, puta de hostia muscida: adhuc tñ continua, qa vbi apparet continuitas soluta, non violẽtia, sed natura, & vetustate: videtur corruptio substãtialis facta, & per consequẽs spẽs mutata, quia generatũ, & corruptũ naturaliter differũt specie, vt vinũ, & acetum. 3. Metha. vt in granis seminatis.

De corruptiõe panis.

37 Quinta conclusio de amido, cùm sit pasta, & nondũ panis, cõfici non põt: sed si inde fiat panis, cùm sit farina tritici purgatissima, magis põt de ipso, & in ipso confici, q̃ de alio.

Latini in fermento cõfecerunt.

38 Sexta conclusio est, ꝙ indifferẽter de omni pane de frumẽto põt confici, & in azimo, & fermẽtato: sicut & in vino albo, & rubeo: qa specie nõ differunt. Sed Latini in azimo cõficiunt, sicut Chrus cõfecit: Græci verò in fermẽtato, vocãtes nos azimitas, & Iudaizantes: qa cùm ecclesia prius cõficeret in azimo contra errorẽ Ebyonitarũ statuit in fermentato confici: ne cum illis videret̃ legẽ cum Euãgelio seruare: quo errore cessante, rediit ad fœlicioręm consuetudinẽ. Græcia verò de dispensatione fecit legẽ cõmunẽ, & de hoc scismate venerunt ad hæresim, ꝙ Christus in fermẽtato confecerit. Latinus ergo in fermẽtato cõficiẽs: conficit quidẽ, sed graniter delinquit extrà eo. c. vlt. vbi deponitur, qui cõfecerat in fermẽtato, licet aliæ causæ asignẽtur: sed quælibet erat sufficiẽs. Ecõtrario dicunt aliqui peccare Græcũ, si conficiat in azimo: qa Cùm fueris Romæ, Romano viuito more. Sed qa illi sunt scismatici: nullus etiã ipsorum debet eis adhærere, & sicut in toto, sic & in parte põt ab eis discordare, nõ tenet̃ q uisquã eorum: illorum statutis, vel cõsuetudinibus: qa ꝺ obe-

Opi. S. T. 3. par. q. 74. ar 4.

dientia scismaticorũ, c: hæreticorũ omnis homo est absolutus.

5. Arti. De materia sanguinis.

39 QVANTVM ad quintũ sunt octo conclusiones. Prima, ꝙ materia sanguinis est vinũ de vite, in quo Christus confecit. Vnde & dixit: Amodo non bibam de genimine vitis &c. Ipse etiã se cõparat viti, sicut & grano frumẽti. Et qa istud est ꝓpriè vinũ, alia nõ: nisi æquiuocè, sicut pomaticũ, aut qd' de cerasis, vel de malogranatis exprimit̃, seu prunis, & ceruisia, & hmõi: qa non sunt verè vinũ. & ideo in eis confici non potest.

Quæ dicãtur vina antonomaticè

40 Secũda conclusio est, ꝙ nec etiam in balsamo, quãuis dicãtur vineæ Engadi, & vineæ Balsami, qa non est vinũ. & ideo cõfici non põt. 41. Sed vinum Vernacinum Græcum, Cretense sunt vina ꝓpriè dicta, imò anthonomaticè. ideo in eis confici potest.

42 Tertia conclusio est de clareto, de quo est dicendum, ꝙ si propter virtutẽ specierũ, & melis admixti, spẽs vini mutata est, cõfici non potest, aliãs sic, sed nõ debet, qa sola admixtio aquæ, & non alterius liquoris, fieri nõ debet.

Musto rheni nõ debet confici.

43 Quarta conclusio est de aceto, de quo est cõmunis opinio, ꝙ si est perfectè acetũ, ꝙ non est vinum. ideo nec in eo cõfici põt. Sed si solũ vergat ad acedinem põt, sed non debet, sicut nec de pane muscido.

44 Quinta conclusio est de musto: de quo dicitur cõmuniter, ꝙ est vinũ. Vnde põt confici, sed non debet propter impuritatẽ, nisi aliud defecatũ haberi non possit. Tunc enim licet. Vnde Decretũ dicit vuas posse exprimi in calicẽ, & sic celebrari: de cõsec. di. 2. Si necesse.

45 Sexta conclusio est de agresta, de qua dicit̃ cõmuniter, ꝙ nec est, nec vnquã fuit vinũ, sed differt ab eo specie, quãuis sit argumentũ contrà, de pomo: qa pomũ viride, & maturũ non differt specie, nec puer, & senex.

Boni Durã. solutio.

46 Sed dicendũ, ꝙ licet vna acerba, & matura non differant specie: possunt tñ humor vuæ acerbæ, & maturæ differet specie. 47 Septima conclusio est de vineta, quæ post vinũ expressum de torculari superposita aqua exprimit̃, & est liquor habens colorẽ vini, & aliqualẽ saporẽ: de qua dicendũ, ꝙ non est vinũ purũ, sed propter aquã nimiã q̃q; reducit̃ ad spẽm aquæ, vel si nõ nimia: saltẽ in tanta quãtitate supponit̃, ꝙ ad tertiã speciem trahit̃. & ideo in ea cõfici non põt.

De cõsec. di. 2. c. cum omne crimẽ

48 Octaua cõclusio, ꝙ si similiter super feces vegetis aqua proiiciat̃: eodẽ modo non est vinũ propter eandẽ rationẽ: licet colorẽ, & aliquẽ saporẽ retineat. Et similiter de aqua rubefacta ex pãno rubeo immisso, & hmõi, in quo multò minus potest confici, qa etiã huius consuetudinẽ reprobat decretũ.

Aqua miscenda est vino.

49 QVANTVM ad sextũ sunt quinq; conclusiones. Prima, ꝙ aqua admiscẽda est vino, quã Christus credit admiscuisse: vtpote cũ tam fortia vina ibidẽ à nullo sobrio nisi tẽperata bibant̃. Et propter mysteriũ. Ideo qui scienter non apponit, mortaliter delinquit. Et similiter qui ignorãter, licet minus, nisi sit talis ignorantia inuincibilis, & facti, quæ excuset. Nam iuris ignorantia non excusat: qa in artifice ignorantia culpæ annumerat̃: non debet officiũ sacerdotis exercere, nisi sciat ea, quę sacerdos debet facere: secundũ illud: Quia tu scientiã repulisti, repellã te, ne tu sacerdotio fungaris mihi, sicut filij Heli: nescientes Dũm, nec officium sacerdotũ. 1. Reg. 3. Et extrà de cel. mis. c. literas deponitur, qui in fermenta, & lineo cipho sine aqua, & igne celebrabat: qa aut malitia, aut nimia insipiẽtia fuit &c. Et ideo in talibus insipientia non excusat, sed accusat.

Omissa aqua nihilominus conficit cõtra armacha. lib. 9. c. 9. de. q. Armenorũ.

50 Secunda conclusio est, ꝙ si aqua omittat̃, nihilominus est sacramentũ, quia nec ipsa manet, sed cõuertitur. Et Græci etiã non apponunt, qui tamen conficiunt. Et etiã si quis aquam non apponẽs intẽdat inducere errorẽ: dum tamen formam non mutet: qa materia remanet: nihilominus conficit, q̃uis in litera videatur

Magister

Magister contrarium innuere. Sed subaudiendū est ibi maximè. 51 Sed si aliqs formæ addit, vel detrahit intendens inducere errorē: quia mutatur sensus orationis,& si non de virtute sermonis: saltē secundū intentionē proferētis: per consequēs mutatur etiā forma substantialiter, & si non materialiter, saltē formaliter nihil agitur: vt dictū est suprà distin. 3. de mutatione formæ.

Obiectio bona

Secus autem est de mutatione materiæ: quæ ex naturali proprietate representat: & non ex intētione applicātis, sicut verba ex intērione proferētis: qa voces sunt animæ passionū notæ. Vnde q̄is intēdat ex parte materiæ inducere errorē: nihilominus si ex se est sufficiens materia sufficit. Et ista opinio de mutatione formæ est communior,& verior, q̄ illa, quæ posita est suprà distin. 3.

Solutio.

52 Tertia cōclusio est, q̄ debet apponi aqua vera: qa si apponatur aqua roseacea, vel alia, quæ non est verè,& propriè aqua erit quidē verū sacrim: sicut & si nulla esset aqua, sed tñ incurritur peccatum: & æquale, ac si nulla aqua poneret, nisi homo non posset habere aliam aquā,& iam processisset vsq; ad offertoriū,& non posset dimittere sine scandalo: tunc fortè liceret miscere aquā artificialem pro naturali. Alias si à principio non habet aquam: non ponat se ad celebrandū, sicut nec si non haberet ignē, aut debitum calicē, vel altare, vel hmōi, quæ sunt de necessitate præcepti, licet non de necessitate sacraméti.

Debet apponi vera aqua: non tñ de necessitate.

53 Quarta cūclusio est, q̄ licet aqua nō sit de necessitate sacri ex parte sanguinis: est tñ de necessitate sacrii ex parte corporis: qa est verū vinū si non sit ibi aqua: ac si ibi esset: & ita etiā si sit ibi aqua roseacea, sicut si esset naturalis: sed non est verus panis, si non sit vera aqua in cōmixtione posita, sicut nec si nō sit de farina frumēti, cū vtrunq; sit de substātia panis: vnde si de vino esset factꝰ panis, nihil esset actū.

Vera aqua est de substā tia panis.

54 Quinta conclusio est, q̄ debet apponi in modica quātitate,& ita diu ante consecrationē, q̄ fuerit cōuersa in vinū: qa aliter ipsa manens aqua nō est materia sacri, sed effectꝰ vinu: vnde ponere plus de aqua, q̄ de vino tanquā pernicioſum reprobat: extrà de cele, mi. c. pernicioſus. Et debet apponi simul cū vino: qa simul de latere Christi exiuerunt sanguis,& aqua vno impetu. Et nō sufficit pluisse in vineam: nec posuisse aquam in dolio, aut in ciato cum vino, qd' sic dicit mixtū, sed in calice est cū vino ponenda,& specialiter benedicēda, qa nihil venit in hoc sacrim, nisi benedictū: sed super vinū restāt benedictiones multæ, sicut super panē. Vnde ista non benedicuntur in principio, q̄n ponunt, qa adhuc manſiua sunt secundū se ad tēpus: sed aqua statim trāsit in vinū. ideo tūc bene dicitur in principio. & sola illa, q̄ imponit, q̄ venit ad sacrim: & sacerdos q̄n vadit ad abluendū digitos post offertoriū, malefacit, si calicē signet: qa tollit mysteriū, qd' est in numero crucū.

Aqua debet apponi in modica quantitate.

55 QVANTVM ad septimum sunt sex conclusiones. Prima, q̄ Christus in cœna celebrauit,& seipsum cōmunicauit, docēs oēs celebrantes debere cōmunicare versus. Rex sedet in cœna turba cinctus duodena. Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus. Et tunc fuit impletū illud. 1. Reg. 21. Dauid ferebatur manibus suis. Et illud Iob. Animā meam in manibus meis porto. Non māducauit autē se sacramētaliter per fidē, cū haberet visionē, nec spiritualiter quo ad augmentū charitatis: qd' nō poterat vltra suscipere, sed sacramētalites, qa verum sacrim, & spiritualiter, qa delectabatur.

7. Arti.

Cōmunicauit Iudā. No. rationē contra indiscretos.

56 Secūda cōclusio est, q̄ cōmunicauit Iudā: qa sicut noluit ipsum, qui erat occultus peccator prodere verbo, sed in cōmuni dixit: Vnus ex vobis me tradet, dans exemplū, vt si iudex, vt priuatus scit alicuius delictū non debet ipsum nominatim excōmunicare, sed corripere inter se, & ipsum solū. Matth. 18. in cōmuni autē,& instāte illo, qui passus est damnū, pōt excōmunicare quēcūq;, qui fecit illud, etiā si in cōfessione sciat illum, qui fecit: ita Christus noluit diffamare facto à cōmunione publica prohibēdo: qa nec pro crimine occulto est neganda eucharistia: extrà da offic. ordi. c. 2. Post cōmunionē autē dedit ei bucellā intictā, quæ fuit panis purus.

57 Tertia cōclusio est, q̄ dedit corpus passibile, quia tale habuit: non tū quādo manducabat in sacro, patiebat, qa passio, quę est diuisio, vel tritio, & huiusmodi, non recipit nisi in quāto, & modo quantitatiuo. Vnde cùm quantitas Christi, vel non sit in sacro, vel est ibi modo non quātitatiuo: nulla passio pōt esse in eo secundū esse, qd' habet ibi: sicut enim angelus in igne nō cōbureret ibi: sic nec homo carēs quātitate: quia corpus Christi non potest tangi tactu phisico ab alio corpore: nisi prius tāgeretur tactu mathematico, quo non potest tāgi, nisi quantū, & à quāto.

Dedit cor pꝰ passibile.

Nota.

58 Quarta conclusio est, q̄ passione, quæ est ab intrà, patiebat vbicunq; esset: sicut enim anima in quacūq; parte sit, dolet, vbicūq, lædatur pars corporis. vnde anima etiā prout est in capite dolet quādo spina intra pedē: licet caput non pungatur: sic in pixide seruato poteris copulare dolorē inna tum, sed non illatus conuenit ei. Vnde si fuisset in sacro dum erat in cruce etiā in sacro doluisset,& mortuus fuisset: sed nō in sacro punctus fuisset, vel occisus. Econtrario autē si hostia cōsecrēt,& proiiciatur in ignē, ipse species conburerent,& corpus Christi non lederet, etiā si esset posibile: qa cùm non posit tangi nisi per suā quantitatē, quę non est ibi modo quātitatis, nec situaliter nō potest tāgi, nec præsentialiter, nec superficialiter, & per consequens nec lædi. ideo &c.

Quō corpus in sacro erat pas.

Nota.

59 Quinta cōclusio est, q̄ si in triduo consecratū fuisset ibi corpus exanimæ, quale erat in sepulchro,& non aliud: qa quāuis forma indicet, q̄ ibi sit corpus, qd' erat tradendu,& nō fuerit idem specie viuū, & mortuū: fuit tñ idem numerositate suppositi, non essentiæ,& numero materiæ, quæ est vna numero in generato,& corrupto. 1. de generatione. Vnde si assumpsisset corpus Petri, non sic fuisset idē saltem ex parte materiæ, sicut fuit idem viuū, & mortuū.

Fuisset in triduo corpꝰ exanime.

60 Sexta cōclusio est de sanguine: qa si est aliquid discontinuū à corpore nō habens eandē formā substantialē, sed aliā videt, q̄ idem sit specie, & numero effusus, & nō effusus, sed fortè nō erat assumptus, q̄n fuit effusus sed q̄n in corpe erat: tūc erat vnitꝰ fortè supposito. Si autem sanguis cōiunctus sit quid continuū corpori: tunc effusus differt numero propter diuisionē à seipso prout prius erat in corpore: item specie propter habere nouam formā substantialē, sicut oculus erutus: sic secundū quēcunq, modū sanguis effusus se habeat in speciebus vini cōsecratus in triduo fuisset, siue differret in viuo,& mortuo, siue non. Per hæc patet solutio ad argumentum.

Verius est, q̄ fuerit assumptꝰ, vt tenet s. Th. quol. 5. q. 5.

QVAESTIO SECVNDA.

De conuersione panis.

Thom. 3. q. 75. arti. 6.

QVAERITVR Secundò de conuersione. Vtrum conuersio sit cōpleta ratio essendi corpus Christi in altari realiter. Et videtur q̄ non: qa illud, qd' per conuersionem incipit in loco conuersi: cùm prius ibi non fuerit: erit terminus per generationē de nouo productus,& non aliquid præexistens, sicut q̄n ignis generatur ex aere: dicit aer cōuerti in ignē,& vbi prius erat conuersum, ibi est terminus cōuersionis: qa idem est locus corru-

eus corrupti,& generati: sicut in animali idem est locus hominis viui,& cadaueris eo mortuo in lecto, vel alibi: sed substantia panis,& vini conuertunt in corpus, & sanguinem Christi non per nouam generationē illorū ex istis, quēadmodū fuerunt formata ex purissimis sanguinibus Viginis. & ideo verè fuerūt in corpore Virginis: sed si est ibi cōuersio, est in præexistens. ergo non oportet, q̄ terminus cōuersionis sit in loco rei conuersę.

1. Arti.

2 CONTRA est Magister in litera per multas authoritates. 3 RESPONDEO, circa istam quæstionē tria sunt faciēda: qa primò recitabit vna opinio cum suis motiuis,& reprobabitur. Secundò, alia,& reprobabitur. Tertiò, quid sentiendū de quæstione, & respondebitur ad argumenta. 4 CIRCA primum quatuor sunt facienda. Primò, ponet opinio cum suis motiuis propriis. Secūdò, ponetur confirmatio quorundam. Tertiò, arguetur cōtra opinionē, & respōdebitur ad rationes eius. Quartò, respondebitur ad rationes confirmationis.

Opinio Sco. dis. 10. q. 1.

5 Est igitur opinio quorundam dicentiū, q̄ conuersio si est, nihil facit, nisi dispositiuè,& q̄ Deus sine conuersione potest æquè facere ibi esse corpus Christi, sicut facit cū conuersione. Et primo supponit, q̄ per carentiā quantitatis est angelus præsens omni corpori: quia sola quātitas facit distare, & esse absens,& per consequēs priuatio quātitatis facit realiter esse præsens. Et idē conueniret homini, si esset sine quātitate, sicut angelo. Et idem in omni quanto: si nō vteret quantitate respectu omniū, vel si absolueretur ab vsu quantitatis respectu huius,& non illius, isti esset præsens,& illi absens.

2. dictū Sco.

6 Secūdo ostendunt, quid conuersio faciat: nam qa substātia conuertū,& accidētia manēt: accidentia remanentia faciunt esse ibi corpus Christi sacramētaliter: qa significant ipsum, sicut prius significabant ibi esse substātiam suā. Sed hoc non est ibi esse realiter, sed esse sicut in signo: cōuersio verò substātiæ in corpus Christi facit quidē habere habitudinem ad istas species immediatā. Sed ex hoc non sequit, q̄ corpus Christi sit hīc realiter: qa licet cōuersio fiat in corpus Christi directè ex vi sacrii, prout est substātia: fit tñ consequēter ex naturali concomittātia in corpus, qd' est quātitas. Et sic cùm corpus Christi etiam sit quantū, prout est terminus conuersionis, non pōt per hoc hīc esse realiter præsens, cùm secū ferat quantitatē, per quā distat, & est realiter absens.

3. dictū. Sco

7 Tertio dicunt, q̄ diuina virtus absoluens quantitatē ab vsu quātitatis, qd' est facere distare, & esse absens cōpletiuè, & vltimatè facit hīc esse corpus Christi: illud enim, qd' est realiter,& est non absens, nec distās realiter alicui: est enim præsens realiter. Vnde qa conuersio facit habere corpus Christi habitudinem ad istas species,& non ad lapidē, qui non est in ipsum conuersus inde est, q̄ absolutio ab vsu quātitatis: quā sola diuina virtus facit, est respectu istarū specierū tantum. Propter quod est ibi præsens, vbi est facta conuersio,& non alibi. Si autē vbiq; facta esset cōuersio, vbiq; esset: non q̄ conuersio faciat ipsum esse ibi: sed solū determinat absolutionem ab vsu quantitatis, per quam est ibi.

4. dict. Sco.

8 Quartò dicunt, q̄ Deus nulla conuersione facta potest facere istā absolutionē ab vsu quātitatis, sicut fecit, quādo intrauit ad discipulos ianuis clausis. Quādo enim erat in codē loco cum ianuis: non erat ibi localiter, vel ianuæ non erant ibi localiter: qa duo corpora esse simul localiter: est duo cōtraria esse simul: qd' est impossibile: sed alterū priuat vsu quātitatis, ne locū occupet, qd' est effectus non formalis: cū vltima sphera in superficie cōnexa non occupet locū. Et qa ianuæ videbantur,& non corpus Christi. ideo pro tunc ianuæ quidem erant in loco suo localiter: corpus autē Christi erat cum eis simul, sicut esset vnus specie nō localiter, nec per motum localē, per quē ad discipulos sensibiliter venit, sed per absolutionē ab vsu quātitatis effectiuè, & per realē exhibitionē præsentiæ suæ formaliter. Vnde si ianuæ significassent Christū, fuisset ibi sacramētaliter. Nunc autem propter defectū signi fuit tantū realiter præsens, & non sacramētaliter. Sed illud fuit non cōuersione facta alicuius in corpus Christi. ergo corpus Dei virtute per solam absolutionē ab vsu quātitatis, fit realiter præsens sine conuersione.

5. dī. Sco. & probatio eius.

9 Quintò declarant hoc sic: qa Deus pōt facere effectum, qui est res absoluta, vel relatio sine causa eius in fieri: sicut generationē sine alteratione. Vnde si ex cōuertione causat ista habitudo in corpore Christi ad species, per quā dicit præsens realiter loco specierū cū esse hīc remaneat in corpore Christi transeunte cōuersione. ergo sine conuersione pōt Deus causare in corpore Christi istam habitudinē: quæ est esse hīc realiter præsens, & sic habet propositū.

Duran. q. 2. arti. 3.

10 Quidam autē vident velle cōfirmare hanc positionē: non q̄ sit de facto, sed q̄ de posibili. s. q̄ posit esse corpꝰ Christi in altari, nulla facta conuersione, sed manēte substantia. Et præmittunt quandā diuisionē, ex qua postea formant argumēta sua: qa si conuersio requireret, hoc esset propter alterā istarū triū causarū, aut qa corpus Christi non potest esse simul sub illis speciebus cū alio corpore aut qa corpus Christi non posset esse in sacro, nisi substātia panis mutaretur in ipsum, aut qa non saluaret veritas verborū sacramentaliū, sed nullo istorum modorum impeditur. ergo &c.

11 Quod non propter primum probatur primò sic: Corpus, quod pōt simul esse cū aliena quātitate, pōt simul esse cū substantia subiecta illi quantitati: non enim repugnat duobus corporibus esse simul, nisi ratione quātitatis, cuius est excludere ab eodē situ aliam quātitatē: sed corpus Christi potest esse simul cum quantitate panis, vt ponit cōmunis opinio: quæ tenet corpus Christi esse in hoc sacro. ergo æquè faciliter potest esse cum substantia panis.

12 Non etiam propter secundū debet poni: qa conuersio panis in corpus Christi si ponat, non esset ratio, quare corpꝰ Christi sit ibi de nouo, qd' patet dupl'r. Primò, qa si propter cōuersionem panis in corpus Christi esset corpus Christi, vbi fuit prius substātia panis eadē ratione, si totus panis quo ad substantiā, & quantitatē conuerteret in substantiā,& quantitatē corporis Christi: corpus Christi, & sua quātitas ex vi talis conuersionis essent de nouo ibi, vbi fuit prius panis: hoc autē est falsum: qa tunc oporteret, q̄ corpus Christi mutaret secundū locum: cōpararet enim circunscriptiuè ad locū, vbi fuit prius panis: qa non cōpararetur ad ipsum ratione substantiæ, sed ratione suæ quātitatis: cùm cōuersio esset non solū substātiæ in substantiā, sed quātitatis in quantitatē. ergo similiter videtur, q̄ propter solā conuersionē substātiæ panis in corpus Christi: non sit, vbi fuit prius panis.

13 Secūdò, qa per cōuersionē alicuius rei in aliquā præexistentē videtur magis fieri, q̄ res cōuersa sit, vbi prius erat res, in quam cōuertitur, q̄ econuerso: sicut cū conuertit alimentum in substantiā comedētis, alimentū fit, vbi erat comedens,& non econuerso. Cùm ergo substātia panis conuertitur in corpus Christi tanq̄ in aliquid præexistens: magis fit virtute cōuersiōis, q̄ panis sit, vbi erat corpꝰ Christi, q̄ econuerso.

14 Propter tertiū similiter non oportet dicere, q̄ substātia panis non remaneat: quia ex quo ponit corpus Christi realiter esse in hoc sacro proipso pōt reddi vera locutio, vt non solū dicatur corpus Christi esse hīc: sed dicat hoc. i. contentū sub hoc, est corpus meū, qa indefinita verificatur pro vno solo, nec oporteret, q̄ demonstrarent substantia panis, dato q̄ esset ibi: sicut non

Improbatio opi. Sco. Duo sunt, q̃ faciũt angelũ præsentẽ alicui corpi

sicut non sit demonstratio specierũ ibidẽ existentium. 15 Sed hæc opinio videt totaliter deficere. Primò, in eo, qd' primò assumunt, quia secundũ eos in angelo sunt causæ: quare ipse est omni corpori præsens reali exhibitiõe sui. s. carẽtia quãtitatis actu, & aptitudine, quæ est solũ causa, sine qua nõ & immediat⁹ ordo ad oẽ corpus, quod potest ipse mouere immediatè, propter quod secundũ eos anima separata est quidem nusquã propter carentiã quãtitatis: sed non est alicubi presens propter nullũ ordinẽ mouẽdi ad corpus. Vnde si substantia corporea, quæ est nata esse quãta, sit separata actu à quãtitate: dato ꝙ per hoc sit nusquã, & indistans, quia quãtitas sola facit distare localiter: non tñ propter hoc erit realiter præsens cuilibet corpori, qa non ex se habet immediatũ ordinem mouẽdi quolibet corpus, sicut nec anima separata. Et per cõsequẽs absolutio ab vsu quãtitatis non facit eam præsentẽ alicubi. Et licet faciat non distãtem, vel non absentẽ: tñ oportet dare aliquod positiuũ, qd' faciat eam præsentẽ: qa substantia, quæ est nata esse quãta: non est nata esse præsens, vel absens, nisi per quãtitatẽ, aut nisi sibi detur modus spiritus: qd' fortè de solo Christi corpore posset verificari secundũ illũ modũ: quia si corp⁹ Christi habet virtutẽ mouẽdi omne corp⁹ immediatè, sicut angelus, & absoluatur ab vsu quantitatis: tunc eadem ratione, qua & angelus erat realiter præsens omni corpori: corpus Christi de se sine aliqua conuersione esset præsens omni corpori. Sed istum modum ipsi non ponũt, nec etiã sufficit in angelo, vt dictũ est in lib. 1. dist. 37. de loco angeli. Et si sufficeret in angelo. qui non est natus distare: non tñ in corpore, quod est natũ distare, & maximè, qd' actu distat, quia si anima quãdiu est infrà corpus haberet potentiã mouendi omne aliud corpus immediatè: non propter hoc minus distaret à corpore exteriore, q̃ prius. Ab omni eñ corpore distat: quantũ suũ corpus distat, quãdiu est forma eius, & corpus eius vtitur quãtitate. Vnde cũ corpus Christi sit subiectũ quãtitatis, per quã est localiter in loco. s. in cœlo, & si non absoluat ab vsu q̃titatis, qa locũ occupat in cœlo: videt sola absolutio respectu panis, non facere ipsum minus distare, q̃ prius. Aliud ergo quærendũ est.

Quid faciat conuersio. Substantia non conuertitur in accidens.

16 Ad secundũ dicendũ, ꝙ verũ est remanẽtia accidentia non plus facere, q̃ dicit, sed falsum est conuersionem substãtiæ hoc non facere, quod facit: qa facit terminum conuersionis loco cõuersi succedere. Nec est verũ, ꝙ fiat cõuersio in quantitatẽ ex cõsequẽti: qa terminus iste. s. substãtia nõ conuertit in accidẽs, nec ecõuerso, dato ꝙ quãtitas ponsit cõuerti in quantitatẽ. Vnde cũ conuersum sit substantia non quãtitas, nõ est cõuersio, nisi in substantiã. Nec sequit, si quãtitas est ibi, ꝙ sit ibi, sicut terminus cõuersionis, sicut patet de deitate, in quam nihil cõuerti potest, quæ tñ est ibi. Nec requiritur ibi absolutio ab vsu quãtitatis, vbi quãtitas non est ꝙ se: sed per substãtiã: qa sicut substantiã esse alicubi per quãtitatẽ sine alio facit eam ibi esse modo quãtitatiuo, sic ecõuerso, quãtitatẽ esse alicubi per substantiã, facit eam ibi esse modo substantiuo. 17 Ad tertiũ concedendum, ꝙ determinata cõuersio non solũ dat habitudinẽ ad aliqd determinatum, sed plus, qa dat etiã ibi esse realiter per hoc, ꝙ facit succedere illi, qd' hîc erat realiter.

18 Ad quartũ dicendum, ꝙ potest Deus absoluere quantitatẽ ab vsu occupãdi locũ, sed per hoc quãtitas, & res quãta non erit, nisi vbi prius erat. Et nisi corpus Christi fuisset motũ de loco, vbi prius erat: absolutio ab vsu q̃titatis nõ fecisset ipm esse, vbi prius nõ erat, sicut vltima sphera non est, nisi vbi esset, si haberet corp⁹ cõtinens materialiter, & tantũ distat à cæteris, quantũ distaret, si circunscriberet, & occuparet locũ. absolutio ergo ab vsu quãtitatis non dat realẽ præsentiã: sed illa supposita facit nõ esse localiter, vbi esset local'r. 19 Ad quintum dicendũ, ꝙ dato, ꝙ Deus corpori existẽti in cœlo posit dare illud, vbi numero, quod haberet existens in terra: non tñ ꝓpter hoc esset in terra, sicut si posset homini dare paternitatẽ: sine hoc, ꝙ genuisset: non tñ esset pater, qa non est esse patrẽ habere paternitatẽ, sicut esse album, habere albedinẽ, sed est genuisse. Vnde & Christus est filius virginis, non per habere filiationẽ, sed per esse genitũ. Sic etiã licet Deus posit dare corpori Christi, idem vbi sacramẽtale numero, qd' in eo causat ex cõuersione, si est aliqua res differens: tñ non esset hîc realiter, quanuis haberet ipsum esse hîc: qa esse hîc sacraliter realiter est succedere, vel succesisse hîc ei, quod hîc erat local'r, qd' sine cõuersione esse non põt. 20 Non valẽt etiã argumẽta eorum, qui eos iuuare nituntur. Vnde ad primũ dicendũ, ꝙ corpus Christi benè esse potest in altari cum substãtia panis localiter descẽdendo de cœlo: Deo faciente duo corpora esse in eodem loco, sed ꝙ manens in cœlo localiter sit in altari cũ substãtia panis sacraliter non potest esse. 21 Ad formã ergo dicendum, ꝙ maior est vera de esse locali, & falsa de esse sacrali. Esse enim cũ alio localiter quãtitas impedit, non autem sacramẽtaliter, qa non est ibi modo quãtitatis. Minor est vera de esse sacramẽtali, nõ locali. Et sic cõclusio non sequit, qa corpus Christi põt esse cũ quãtitate panis sacraliter, per hoc, ꝙ succedit substantię eius. ergo põt esse cũ substãtia, non sequit. 22 Ad secundũ dicendum, ꝙ nõ sequit, ꝙ si propter cõuersionẽ substantiæ in substantiã est, vbi prius panis erat substãtialiter, & sacraliter. ergo per cõuersionẽ substãtiæ cum quãtitate esset, vbi prius non erat situaliter, & circũscriptiuè: imo tunc non esset ibi aliquo modo, nec quo ad substantiam, nec quo ad quantitatẽ, nec modo substãtiali, nec modo quãtitatiuo: qa pro tãto ponitur esse, vbi erat substãtia in se cõuersa, qa ibi manẽt species locũ occupãtes: sicut pri⁹, mediantibus quib⁹ substãtia conuersa ibi erat. Et qa corpus Christi succedit substãtiæ in se cõuersæ, non quantũ ad inhærẽtiã: sed quantũ ad immediatã præsentiã. ideo sicut non esset ibi substantia panis, nisi essent species, ita nec corpus Christi. Vnde si panis cõuerteret in corpus Christi, & accidẽtia eius annihilarent: non esset ibi corpus Christi, & quia per conuersionẽ quãtitatis non remanet quãtitas. ideo per hoc non esset ibi corpus Christi. 23 Ad tertiũ dicendũ, ꝙ per conuersionẽ fit conuersum in loco termini non ecõuerso, & si est cõuersio in præexistens: qd' verũ est, qñ cõuersum secundũ nihil sui remanet in loco priori, & secundũ aliquid sui ad ditur ad conuertẽs, sicut in alimento. Sed qñ cõuersum sic transsubstantiat⁹: ꝙ nihil eius remanet additũ conuertenti, & aliquid eius remanet in loco priori: tunc conuersum non põt dici esse in loco conuertẽtis: nec secundum id, quod manet: qa illud cõuersum non est, sed est à cõuertẽte separatũ, nec secũdũ id, quod cõuersum est, qa id non manet, & quod nihil est in se, nihil est in alio. Sed ecõuerso cõuertẽtes põt dici in loco cõuersi: qa per cõuersionẽ factã in se succedit secundũ præsentialitatẽ ipsi, qd' in ipsum cõuersum est. Et sic sicut illud erat ibi, sic & istud ibi fit, q̃uis istud imaginationẽ transcendat, & nihil tale videamus in naturalibus. 24 Ad quartũ dicendũ, ꝙ benè verũ est, ꝙ si corpus Christi esset ibi, posset dici: Hoc est corpus meũ, manẽte substantia panis: sicut si esset ibi localiter vtrunq; corpus: vtrunque posset demonstrari, & ad vtrunq, demõstratio fierit ad sensum si sensibiliter ad intellectũ si solũ sacramẽtaliter. Et si posset demõstrari, non obstãte substantia, sicut nunc non obstãte quãtitate, & qualitate: similiter posset adorari

Nota.

Ad ar. Dur.

Corpus Christi non potest esse sine speciẽb⁹.

Ad. 3.

Nulla similis cõuersio in naturalibus, vide Egi. Ro. quæli. 1. q. 4.

Ad. 4.

aderari sine idololatria nõ obstãte substãtia, sicut nunc non obstante quãtitate, qa quicquid ibi sit cum corpore Christi, siue accidens, siue substantia, siue vtrunq;: sacerdos non intendit præsentare ad adorandũ, nec populus adorare intendit, nisi corpus Christi. Sed probatũ est, ꝙ manẽte substantia panis, non põt ibi fieri corpus Christi. ergo ibi non põt esse aliquid realiter: nisi aut per illapsum quemadmodũ Deus est in omnibus spiritibus, & spirit⁹ creatus in corpore assumpto, aut localiter: quẽ admodũ per miraculũ duo corpora sunt simul, aut per conuersionẽ. Si ergo est hîc corpus Christi, cũ non possit hîc esse per illapsum: si non est hîc per conuersionẽ, erit hîc per locationẽ: sicut fuit, qñ exiuit clausо Virginis vtero, & sepulchro, & hostio, & sic non erit simul in cælo, nec in pluribus altaribus, quod est erroneum.

3. Art.

25 QVANTVM ad secundã opinionẽ singularem sic procedeñ. Primò recitabit modus ponẽdi. Secundò ponent rationes, & authoritates, quas addũt. Tertiò, ponetur defensio eorũ ab hæresi, in quã videtur incidere. Quartò ostẽdeñ quomodo opinio deficit in se. Quintò, qũo deficit in suis motiuis. Sexto cõcludetur veritas.

Opi. Ioan. Parisiensis. Cuius sunt tria dicta.

26 Est igitur opinio quorundã dicentiũ, ꝙ est hîc, vel esse põt corpus Christi per assumptionem paneitatis mediante corpore, qd' est pars, & nõ toto suppposito, nec humanitate, vt sit cõmunicatio idiomatũ corporis, & panis, sicut nunc Dei, & hominis, quia immediatè assumpsit humanitatẽ: non autẽ assumẽtis ad assumptũ: quia reputatur erroneũ dicere verbũ impanatũ, sicut verbum incarnatũ, sicut dicit album, cui albedo inest mediante tota superficie, & æthiops dicitur albus dentem, qa dens eius albus est: quia est pars, mediante qua albedo inest, sed non ipse, qa non secundũ totũ sui coniungit albedini. 27 Secundò dicunt, ꝙ ex hoc sequit corpus Christi de Virgine natũ, crucifixũ esse hîc realiter: quia quæcũq; prædicant de prędicato, & de subiecto. Cùm ergo panis sit hîc, qa corpus Christi est panis: per cõsequẽs corpus illud est hîc, sicut qa homo erat in præsepio, vel in cruce, vel in vtero, ibi erat Deus, qui erat homo. Et sicut quia Deus est ille homo, qui est passus, mortuus &c. Deus est ille, sic per consequẽs, qa panis mãducat, frangitur, & diuidit corpus Christi, qd' est panis frangit &c. 28 Tertiò dicunt, ꝙ nihilominus saluant authoritates sanctorũ de conuersione cũ assumptione. Cùm eñ esse differat ab essentia secundum eos, vnum põt assumi alio nõ assumpto. Vnde nõ sic est verbũ incarnatũ, sicut impanatum: qa in illa assumptione prędicta fuit essentia assumpta, antequã haberet esse. Vnde nunquã habuit esse aliud ab esse diuino sibi cõmunicato, ꝓpter qd' fuit assumptio sine cõuersione aliqua assumpti in assumens, & ecõuerso. Vnde nõ conuersione deitatis in carnẽ, nec supple econuerso, sed assumptione humanitatis in Deo. Sed panis præexistẽs habet esse, & essentiã, & assumptio ad vnitatẽ suppositi consumit ipsum subsistere, non per annihilationẽ, sed per conuersionẽ. Vnde per conuersionem esse substantialis, & per assumptionem essentiæ substantialis perficit istud mysterũ. Et sic omnes authoritates de trãssubstãtiatione loquẽtes, & cõuersione possunt referri ad esse, non ad essentiam. Et authoritates, ꝙ post consecrationẽ non manet panis: sed fuit: verũ est secundum esse, sed solũ secundũ essentiam. Sic igitur dicunt, ꝙ ita veraciter põt esse in altari, & sacraliter corp⁹ Christi sine cõuersione per assumptionẽ paneitatis: sicut modo cõitur ponit per cõuersionẽ. 29 Et cõfirmant hoc rationibus, postea authoritatibus: primò sic. Quæcunq; sunt idem supposito limitata, vbicũq; est vnũ, ibi est & reliquũ, sicut vbicũq; est musica sortis: ibi est eius albedo, dico autẽ limitata, quia si vnũ esset limitatũ, & aliud illimitatũ: q̃uis vbicunq; esset limitatũ, ibi esset illimitatũ: q̃uis vbicunq; esset illimitatum, esset limitatũ, nec identitas suppositi sufficeret ad hoc: verbi gratia, licet enim vbicũq; est corpus Christi ibi sit Christus: non tñ vbicũq, est Christus secundũ deitatẽ, ibi est sua humanitas, sed pane assumpto, corpus Christi humanũ, & corpus panis essẽt vnũ suppposito, & vtrũq; est limitatũ. ergo cùm in altari esset panis assumptus per consequens esset ibi corpus Christi. 30 Præterea mediũ est propinquius, q̃ extremũ: sed si Christus assumeret paneitatẽ, hoc faceret mediante sua corporeitate: qa indignius assumptibile est mediante digniore secundum cõgruitatẽ assumptionis. ergo cùm supposituũ Christi assumens esset in altari cũ pane assumpto: multò magis ibi esset corp⁹ Christi, qd' esset mediũ assumptionis.

2. Ratio.

31 Præterea, ibi est Christus sacraliter, vbi est virtute sacri directè: sed directus fit Christus in altari per assumptionẽ, q̃ per cõuersionẽ: qa forma huius sacri, quæ efficit significãdo, directius, & verius efficit id, quod magis ꝓprię significat: hæc autẽ est vnio per assumptionẽ, quæ cõmunicatur idiomata: ita vt hoc sit id, qd' sonant verba formæ, hoc est corpus meũ: non autẽ vnio conuersionis, qa per illam panis non est Christus, nec econuerso, sed panis fit Christus, vel cõuertit in ipsum. vnde &c.

3. Ratio.

32 Confirmatur autẽ hæc positio quibusdã authoritatib⁹. Primò authoritate Dam. 4. libr. c. 5. vbi dicit, ꝙ panis assumit, & vnitur deitati: in hac esca spirituali, sicut carbo est lignũ vnitũ igni, & humanitas Deo in incarnatione. 33 Item Apostolus. 1. Corin. 10. Panis, quẽ cõmunicamus &c. Item in lib. anti. inuenta est hæc opinio, non solũ de possibilitate, sed de entitate. Et ratio eius, qa per hanc positionẽ plures difficultates tolluntur. Sola enim difficultas de vnione est hîc. Cùm igitur pauciora inconueniẽtia sint ponẽda in articulis fidei: & illa, quæ saluant apparẽtia, apparent autẽ esse panis, & vinũ, quæ cõuersio nõ saluat, sed assumptio, & assumptio est specialis articulus fidei, non cõuersio. ergo &c. Et propter hoc cõfessio Berẽgarij est, ꝙ corpus Christi sensibiliter frangiñ. Nec obstat, ꝙ nõ esset ibi veritas: qa sicut dicis substantiã panis nõ manere. i. substantiam quæ est panis, vt creatura salis, sic dicimus corpus Christi, id est corpus qd' est Christus, & hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur. 34 Dicunt etiã hanc opinionẽ in multis differre ab illa, quæ ponit substantiam panis manere, quæ reputatur hæretica, & impossibilis: primò, qa illa ponit post consecrationẽ duo supposita: hæc autẽ vnũ solũ in tribus naturis. Secundò, quia illa ponit manere panis subsistentiam: hæc autẽ substantiam per modũ accidentis, non substãtiæ. Tertiò, qa illa ponit manere panẽ, quo ad esse propriũ, hoc quo ad essentiã tantũ. Quartò, qa illa ponit eundũ panẽ, & idem vinum: hoc vero aliũ panẽ, & aliud vinũ: licet candẽ paneitatẽ, ꝙ vineitatẽ. Quintò, qa ex illa sequitur veraciter in altari de nouo corp⁹ Christi nõ esse: cũ nec ipsum mutetur, nec aliud in ipsum: hîc autẽ sic: qa ponit panẽ mutari quo ad esse. Sextò, qa ex ilia nõ est cõmunicatio idiomatũ cũ sint duo supposita. Ex ista autẽ sic. Septimò qa ex illa non adorat quicqd est in altari adoratione latriæ: ex ista autẽ sit ꝓpter vnitatẽ suppositi. Octauò, qa illa dicit sic esse: hîc autẽ non sic esse, sed posse esse.

Defensio ab hæresi.

Itẽ triplici authoritate.

Hæc opio cõfirmat triplici rõne.

35 Sed hæc opinio non valet in se, nec in suis motiuis. In se quidẽ apparet falsa: primò, qa aut assumeret panẽ cum accidẽtibus, aut solã substantiã. Si primo modo quãuis hoc sit possibile secundũ illos, qui dicunt, ꝙ de potentia absoluta Deus põt assumere naturã irrationalẽ: tñ per hoc nõ esset in altari sacraliter, sed localiter per quantitatẽ cũ substãtia assumptam in altari, nec inde motam:

Improbatio opi. præmissæ.

1. Ratio.

de motam: sicut localiter fuit in vtero per quantitatem cum humanitate ibi assumptã. Si secundo modo fortè hoc est impossibile: qa quod non est per se factibile, nec substentabile quacũq; virtute: vt relatio, vel aliquid huiusmodi, non est per se assumptibile: substantia autẽ corporalis sine quãtitate fieri non põt, quæ est suus terminus, & propria passio: magis, q̃ quãtitas sine figura secũdum quosdam. 36 Præterea, dato ꝙ esset possibile adhuc non faceret ibi esse corpus Christi, qa aliud est dicere corpus, quod est Christus: hoc enim est genus ad animal, & dicit totũ suppositũ Christi: aliud corp⁹ Christi, quod dicit partẽ humanitatis. Licet autẽ corpus vtro q; modo sumptum sit, in altari tñ differenter: qa corpus qd' est suppositũ: est ibi tñ secundario ex naturali cõcomittantia. Sed corpus, qd' est per se pars: est ibi virtute sacramẽti, & ex vi verborũ directè: quod patet ex forma consecrationis ipsius corporis, qua dicit: Hoc est corpus meũ: qd' nõ põt intelligi de corpore, qd' est genus: sed solùm de corpore, qd' est pars: qa genus nõ prædicat possessiuè de inferiori, sicut pars de toto. Benè enim dico humanitas mea, & manus mea: non autẽ animal meũ, vel homo meus de meipso. 37 Hoc idem patet ex cõsecratione sanguinis, qua dicit: Hic est calix sanguinis mei. Sanguis enim nõ est æquiuocũad genus, & ad partem, sicut corpus, sed tantũ sumitur pro parte. Dato ergo ꝙ corpus, quod est Christus per illam assumptionẽ esset ex vi sacri in altari: non tñ corp⁹ Christi, quod est pars: nisi tantũ ex naturali concomitantia: qa per assumptionem nõ fieret vnio in naturis, sed tñ in psona: vnde per illã assumptionẽ fieret, ꝙ panis esset corpus, qd' est Christus: non autẽ corpus Christi, sicut nec modo diuinitas est humanitas. 38 Præterea corpus Christi non incipit esse realiter, nisi mutatione facta in ipso: puta si secundũ locũ de cœlo moueatur, vel mutatione facta in ipsum, sed neutrũ cõtingit per assumptionẽ: qa licet panis assumptus mutaret perdẽdo substãtiã propriã: nõ tñ mutaret in Christum, nec in corpus Christi, vt postea dicetur. ergo &c. 39 Præterea, paneitas assumpta corruptis speciebus, cum quibus fuit assumpta, maneret omnino frustra in æternum. Non eñ corrũpi posset: cũ careret qualitatibus cõtrariis, nec sumi posset in vsum fideliũ: proptet qd' tñ fit cõsecratio. Et sit si maneret, frustra maneret- 40 Si dicant, ꝙ non maneret. contra, qa sicut corpus hominis assumptũ non debuit corrũpi, nec putrefieri, nec in substantia, nec in quãtitate, sic nec deberet corrũpi panis, si assumeret. 41 Præterea, si assumeret vna natura, semper esset distincta ab alia: ita ꝙ vna nõ esset forma alterius, cùm duæ naturæ substantiales perfectæ non possint se informare. Sed manente distinctione naturarũ, & finitate vtriusq; idẽtitatis suppositi non facit ibi esse vnũ, vbi est reliquũ. Non enim si Christus assumit lapidẽ Romæ: & lignum Parisius, ꝓpter hoc lapis est Parisius, nec ecõuerso. ergo quãuis panis assumptus sit in altari: non tñ propter hoc corpus Christi humanũ est ibi. 42 Præterea nõ posset assumere mediãte primo corpore: qa aut esset mediũ in substantificãdo: ita ꝙ prius substantificaret in corpore Christi postea in suppositio diuino, qd' non possibile: tum qa suppositũ finitũ non põt substantificare alienã naturã: tum qa suppositũ humanũ non habet ibi subsistentiã ꝓpriã. Vnde omnẽ naturã à Deo assumptã oportet immediatè substãtificari in suppositio æterno: aut esset mediũ congruitatis ꝓpter dignitatem, & hoc non est possibile: cùm vnũ non sit forma alterius: qa formæ substantialis non est alia forma, nec materiæ est materia.

43 Præterea, si esset meditatio nihil faceret ad propositum. Non enim esset maior vnio panis ad corp⁹, q̃ fuerit vnio animæ ad corpus in triduo: quia cùm ibi manserit vnio in suppositio, si hæc esset maior: oporteret, ꝙ esset in natura: ita ꝙ vnũ conuerteret in aliud, vel per cõpositionẽ vnum esset forma alterius, qd' est impossibile, sed in triduo per consecrationẽ: anima non fuisset in sacro ad minus ex vi sacri: q̃uis in sacro esset corpus exanime. ergo nec hîc esset corpus, quanuis esset panis.

44 Præterea, falsitas esset in sacro veritatis, qua dicit: Hoc est corpus meũ: qa contentũ sub speciebus: q̃uis esset corpus, quod est Christus, non tñ corpus Christi, vt dictũ est. 45 Nec valent eorũ motiua, nã prima ratio adducta, tenet solũ in his, quæ sunt in loco per accidens. Secus autẽ est de his, quæ sunt in loco per se, vt dictũ est de duobus corporibus. 46 Aliæ autem rationes si benè considerent: solutæ sunt per iam dicta, & deducenda. 47 Non valet etiã illud, qd' in principio opiniõis ponebat: qa licet corpus assumptũ sit mediante anima, non tñ propter hoc corpus est anima: nec ecõuerso. Nunquã enim vna pars prædicat de alia sub nomine partis, q̃uis sint idẽ suppositio, nisi solũ denominatiuè: qa sic importat totũ. 48 Præterea, sic dicitur in duobus accidẽtibus, vel in substantia, & accidente: vt albũ musicũ, & Deus albus: non sic autẽ in duabus partibus substantialibus. Vnde non dicit caput peditatum, nec pes capitatus, nec tibia peditata, q̃uis pes insit mediãte tibia. Et sic ꝓpter hanc mediationẽ posset dici tibia peditata, aut brachiũ manuatũ, non tñ põt dici tibia pes, nec brachiũ manus, nec econuerso, sed magis dicitur homo pedatus: sic igitur ꝓpter illam mediationẽ posset dici corpus Christi fortè paneũ, vel paneatũ: non tamen posset dici panis. Sed totũ suppositũ diceret impanatũ, vel paneatũ, aut paneũ, sicut dicitur corporeũ à corpore: imò cũ panis dicat suppositũ, qa panis est quod dam corpus: posset dici, ꝙ suppositũ est panis: & sic esset cõmunicatio idiomatũ respectu assumẽtis, & assumpti: non respectu medij assumptionis. Hoc enim nõ facit immediatio assumptionis, sed identitas suppositi, & modus prædicãdi: qa concretũ significat modũ totius non partis. 49 Nec valet secundũ, qa sublata cõmunicatione idiomatũ destruit, ꝙ inexistẽtia vnius non verificat prædicationẽ inexistẽtiæ alterius. Dato etiã, ꝙ esset ibi cõmunicatio idiomatũ: non sequeret corpus Christi magis esse in altari, q̃ ecõuerso, panem esse in cœlo: qa sicut Deus est mortuus: per hoc, ꝙ Deus est ille homo: ita filius hominis est in cœlo: per hoc, ꝙ Deus est in cœlo: qd' ipsi non dicunt. Nec hoc est essentiã corporis Christi esse realiter hîc, sed suppositũ corporis: qa esse corporis, & sanguinis non est vsquã nisi vel localiter, vel per conuersionem. 50 Tertiũ etiã non valet, qa si ꝓpter hoc. ꝙ essentia panis non habet propriũ, esse posset dici non manere, sed trãsire pari ratione in incarnatione posset dici humana natura transire, non manere: qa secundum eos non habet ibi propriũ esse. 51 Præterea cùm cõuersio non sit nisi cõmunicantiũ in materia secundũ eos si in Deo non est nisi vnũ esse. s. diuinũ, cùm inesse diuinũ nihil possit conuerti. ergo non est in qd', illud esse panis conuertat. 52 Et qd' dicũt, ꝙ panis fit corpus Christi, & corpus Christi fit panis, qd' non esset, nisi maneret: exponendũ est. i. vbi erat panis, ibi fit corpus Christi. 53 Quod autẽ Dio. vocat hoc sacrm assumptionis, hoc est, qa species assumunt ad vsum mysterij, & substantia conuertitur, sicut dicit cibus sumptus, vel assumpt⁹, qui tñ non manet. 54 Quod autẽ Dam̃. dicit: Deus coniugauit deitatẽ pani: dicendũ, ꝙ non per assumptionẽ: sed sicut cibus coniungitur cibato, qa conuertitur in ipsum. 55 Ad authoritatem Dama. superius positã dicendũ, ꝙ est simile quantùm ad

Non põt substãtiacorporalis fieri sine quãtitate, nec assumi.

Paneitas assumptaeẽt incorruptibilis vide Hẽr. quotl'. 12. q 12. &. s. T. 3. pt. q. 5. ar. 3.

Solũ suppositi. diuinũ põt substantificare aliã naturam.

Cõclusio veritatis.

Opio de possibili est vera nõ de facto eucharistia sub quo ar. fidei cõtinet: vide. b. T. 2. 2. q. 1. art. 8. ad sextum.

Ad argu. in oppo.

Qũo hæc opio defficit in suis motiuis.

1. Dictum.

Nota si filius Dei pa nem assumeret homo, tñ non esset panis licet benè Deus.

2. di. impro.

3. improba.

tùm ad hoc: quia in carbone lignũ cõuertitur in ignem quando perfectè accenditur: & tunc non manet lignum, & in incarnatione sanguis Virginis est conuersus in corpus Christi. Sed non est simile quantũ ad alia, vel sic est hic, sicut ibi. i. ita verè est hic Deus, & homo: sicut ibi, sed per alium modum. 56 Quod autẽ inducunt Berengarium, ꝙ corpus Christi frangitur, exponendum est, id est, manet sub speciebus, quæ franguntur, quãdiu manent in quãtacuq; modica parte. 57 Sic igitur digo, ꝙ Deus posset panem, & vinum assumere, sicut põt conuertere, & ꝙ posset verba instituere: ad quorum prolationẽ sequeretur assumptio, sicut nunc ad horum prolationem sequitur cõuersio: non tñ dedit hanc virtutem istis verbis, nec posset saluari sensus modernus verborum, si fieret assumptio non cõuersio. Authoritates, vt dictum est, exponendæ sunt. 58 Dicendũ etiam ꝙ articulus de eucharistia potest esse specialis sub illo verbo: Sanctorum communionẽ, & illa assumptio magis saluaret apparentia ad sensum: sed conuersio magis saluat apparentia ad intellectum, id est, verba Euangelij: quæ melius est saluare: quia non possunt mentiri, sicut sensus potest decipi. 59 Ad argumentũ in oppositum dicendum, ꝙ aliud est esse in loco conuersi localiter, quod non cõuenit, nisi generatio, vt arguitur: aliud est esse in loco conuersi sacramentaliter, quod conuenit ei, quod est terminus conuersionis substantiæ: licet non generetur. Isto autẽ modo est corpus Christi in altari per conuersionem, & non primo modo.

QVAESTIO TERTIA

De qualitate conuersionis.

Thom. 3. part. q. 75. arti. 3. & 4.

QVAERITVR Tertio, vtrum Deus possit conuertere omnem creaturam in suum corpus illo modo cõuersionis, quo conuertit panẽ. Et videtur, ꝙ sic: quia virtus Dei plus potest facere de potentia obediẽtiali creaturæ, q̃ virtus cœli de potentia naturali materiæ: sed cœlum potest conuertere inuicem omnia, in quibus est potentia priuationi adiuncta, sicut sunt illa, quæ sunt infra sphæram actiuorum, & passiuorum. ergo Deus omnem creaturam in aliam potest conuertere: quia in omni creatura est potentia obedientiæ.

2 SED Contra: Philosophus primo de generatione dicit, ꝙ illa sola sunt adinuicem trãsmutabilia: quæ communicant in materia. 3 Item Augu. dicit, ꝙ Deus non potest corpus conuertere in spiritum.

4 RESPONDEO, circa istam quæstionem primò videndum est, qualis sit ista conuersio. Secundò, ꝙ non est annihilatio. Tertio, quod quæritur.

1. Arti. Fit cõuersio totius ĩ totũ Dur. imaginatio hîc. q. tertia.

5 QVANTVM ad primum sunt duæ conclusiones. Prima, ꝙ est conuersio totalis. Secunda, ꝙ est supernaturalis. De primo sciendum, ꝙ est conuersio totius in totum: ita ꝙ nihil de substantia remanet ex parte termini à quo: nec additur termino ad quem: sed corrũpitur tam forma, q̃ materia, quæ dicuntur conuerti quantùm ad essentiam, & esse. 6 Sed quidam dicunt formam quidem corrumpi: sed nudam materiam realiter vniri corpori Christi, sicut fit in nutritione. Et similiter factum fuisse, quãdo Christus comedit post resurrectionem: aliter non fuisset bonũ argumentũ resurrectionis.

Cõfutatio falsæ opinionis.

7 Sed contra: qa tũc quotidie corpus Christi augeretur per additionẽ materiæ, sicut illud, quod nutritur, vel saltẽ in die cœnæ, qñ erat corpus passibile, fuisset augmentatum, & aliquid per secessum fuisset, & esset emittendũ, qd' est absurdum. 8 Nec valet, si dicatur, ꝙ augmentat inquantũ quantũ: hîc autẽ quãtitas nõ conuertitur: qa augmentũ quãtitatis est per quãtitatẽ, & augmentũ substantiæ per substantiã: qa ex non substantiis non fit substãtia. Et quicquid sit de hoc: cùm mutari sit aliter se habere nunc, & prius: non potest negari mutatũ substantialiter illud, qd' habet substantiã realem, quam prius non habebat: cùm autẽ materia sit substãtia realis, si habet materiã manentẽ, quã prius non habebat. ergo substantialiter est mutatũ corpus Christi. Et quia ipsi adducunt authoritatẽ Dam̃. dicentis, ꝙ hîc mutatio non est mutatio substãtialis: qa materia panis, & vini fit sub forma sanguinis, & corporis Christi: sicut in nutritione: dicendum, ꝙ simile est quo ad corruptionẽ formæ: non quo ad permanentiam materiæ: sicut nec quo ad corruptionem accidentium. Nec est verum, ꝙ per aduentum alimenti corpus non mutetur, imò mutatur se habens aliter nunc, & prius: qa forma informat, quod prius non informabat, & compositũ habet partẽ, quam prius non habebat: licet non significabilẽ, nec distinctam. Et sicut per hoc, ꝙ aliqua pars materiæ deperditur, nutritũ mutatur: sic per hoc, ꝙ aliqua restituit. Cùm enim nutritio sit quædam mutatio. ergo nutritũ inquantũ huiusmodi est mutatũ: sed nutritũ non est nutrimentũ. ergo in nutritione non solùm est mutatio ipsius nutrimenti, quod corrumpit, sed etiã ipsius nutriti: quãuis enim mutatio non respiciat materiã, sicut terminũ, sed vt subiectũ: formam verò, sicut terminũ: tñ non solũ est mutatio, qñ noua forma generat, vel corrũpit: sed etiã qñ modus formę præexistẽtis mutat, vel variat: sicut patet in intentione, & remissione. Vnde cũ in nutritione forma nutriti se habeat aliter nunc, & prius. s. informãdo, qd' prius non informabat substantialiter. ergo põt dici mutatio substantialis nutriti: qd' repugnat immortalitati corporis Christi. 9 Nec valet, quod dicunt, ꝙ in corpore Christi post resurrectionẽ per comestionẽ non probaret vera caro, nisi esset cõuersio: cùm angel⁹ in corpore assumpto posset oĩa facere præter conuersionẽ: hoc non valet: qa nec illa cõuersio est aliquid sensibile. Vnde per eam non plus credidissent, q̃ sine ea: qa non videbant eam.

Cauillum.

Rumpitur cauillum.

Nutritio est mutatio substãtialis.

Obiectio Durand. Solutio.

10 Præterea, sequutũ fuisset augmentũ in corpore Christi: qa additio materiæ, vel restaurat deperditũ, vel causat augmentũ, vel vtrunq;. Et si in his, qui transferũt tẽpus augmenti nihil augmẽtet, hoc est, qa totũ est necessarium in restaurationẽ deperditi. Aliãs de necessitate naturæ videret sequi, vel augmentũ, vel condensatio: si plus haberet de materia, q̃ prius: nec esset maior q̃titas, q̃ prius. 11 Ex hoc sequit secũda cõclusio, ꝙ ista cõuersio est supernaturalis duplicitèr. Primò quo ad modum faciẽdi, propter realẽ distantiã terminorũ in inuicem transeuntiũ: qa virtus creata, qd' non tangit, in illud nõ agit. Vnde virtus verborũ potest attingere panẽ ad hoc, qd' desinat hîc esse, sed nõ attingit ad cœlũ, & ꝙ cõsequẽs nõ agit etiã instrãl'r ad cõuersionẽ ex parte termini ad quẽ. 12 Scd'ò est supernaturalis quo ad substãtiã facti: licet qdã dicãt cõtrariũ dicẽtes, ꝙ ista cõuersio est solũ supnaturalis quo ad modũ faciẽdi, qa subito agere excedit virtutẽ naturæ, sed nõ quo ad gen⁹ facti: qa natura cõuertit totũ in totũ: generãdo, & nutriendo: & sic habet ptãtem sup vtrũq; licet nõ creãdo nec annihilãdo. 13 Sed hoc nõ videt: qa saltem natura, nec subito, nec in tpe põt aliqd conuertere in distãs. Vñ cũ corp⁹ Chri sit in cœlo, & hostia, vel vinũ sit ĩ altari, ꝙ isto manẽte hîc, & illo illic: fiat cõuersio vni⁹ ĩ alterũ: in

Ex hiis videt si verba non tãgant materiã nõ est sacrm.

Dic. Du. q. 3

Confutatio.

mille annis natura non faceret. 13 Et si dicatur q̃ hoc pertinet ad modũ faciendi, non ad substantiã facti; dicendũ, q̃ nec quo ad substantiã facti. Nam dicitur totũ conuerti in totũ, qñ nihil cõuersi manet secundum actum essendi. Vnde qñ aer conuertit in ignem per sui corruptionẽ, & illius generationẽ: & qñ alimentũ in nutritũ: nõ mutatr̃ totũ in totũ vniformiter, qa materia manet eiusdẽ rationis, sicut prius, sed non forma, nisi in pura potẽtia. Hìc autẽ sic totũ conuertitur in totũ, q̃ non plus remanet materia, q̃ forma, sed perdit materia entitatẽ, sicut forma: quod natura facere non põt, auferre a materiæ essentiã suã, sicut nec dare: cũ sit ingenerabi, lis, & incorruptibilis. Natura eñ non põt generare, qd' non põt corrũpere, nec ecõuerso: qa oñe generabile per naturã est corruptibile. 1. de cœlo. Vnde sicut natura non põt producere animam rationalẽ, & cœlum, sic nec

Ad argu. destruere. 14 Ad rationẽ, quæ dicunt, q̃ si est in potentia vnũ ad aliud, qa cõmunicant in materia. ergo vnum põt in aliud cõuerti: verũ est modo naturali, qui est, vt materia semper maneat incorrupta, quod non est

2. Arti. hìc. 15 CIRCA secundũ sciendũ, q̃ ista cõuersio nõ est annihilatio, qa nõ est versio in nihil, sed in aliquid: licet illud, in qd' est versio, non acquirat ex versione nouã formã, sicut cũ aer vertit in ignẽ per generationem, nec nouã materiã: sicut cibus conuertit in cibatũ: sed sicut qñ est corruptio sine generatione: vt qñ lux corrumpit ipsa forma nõ annihilat: sed cõuertitur in subiectum: nõ sic q̃ subiectũ ex luce generet: nec q̃ aliquid lucis addat essentiæ subiecti: sed trãsit in subiectũ cedẽs in potentiã. Et quãuis non fit plus in potẽtia huius partis: in qua cedit, q̃ alterius: dicit tñ plus in istã partẽ cõuerti, vel trãsire. Sic dicit substãtia cõuerti in corpus Christi, & trãssubstãtiari: & hæc substãtia in illã trãsire, non qa in illa fiat noua forma substãtialis, aut materia: sed q̃ simplicẽ trãsitionẽ in illã: qa ibi relinquit nouũ effectũ, vt statim diceẽ. 16 Sed cõtra hoc arguunt aliqui

Quinq; argu. Duran. q̃ materia maneat quinq; viis. Primò sic. Quod non est magis in alio nũc, q̃ prius: non est magis cõuersum, vel mutatũ in ipsum nunc, q̃ prius. Sed si panis non manet post conuersionẽ in corpore Christi secundũ se totũ, nec secundũ aliquid sui: puta secundũ materiã, aut formã: non est in ipso post cõuersionẽ plus, q̃ antè. ergo non debet dici conuersum in ipsum nunc plus, q̃ prius.

17 Si dicat, q̃ vnũ manet in alio, qa cõmunicãt in materia cũ eo, & vnum est educibile de altero virtute diuina, nõ valet: qa simili modo maneret panis in corpore Christi, si esset corruptus corruptione naturali: qa eodẽ modo cõmunicaret cũ ipso in materia, & posset educi de ipso virtute diuina. Secundò sic, ois terminus actionis attingit̃ per actionẽ, sed in cõuersione panis in corpus Christi: corpus Christi est terminus. ergo per talẽ actionem attingit̃. Sed si nihil sit in ipso, qualiter attingatur non est intelligibile, qa sic esset actio, per quã nihil ageretur. 18 Nec valet, si dicat̃, q̃ per cõuersionẽ fit aliquid in esse corpus Christi: hoc. s. q̃ de nouo corpus Christi est in sacro altaris: qa istud directè nõ fit per cõuersionẽ: qa si fieret cõuersio totius in totũ secundũ substantiã, & oĩa accidẽtia: corpus Christi nõ esset ibi plus, q̃ prius. ergo &c. 19 Tertiò sic: si in corruptione materia desineret esse, quẽadmodũ & forma: nõ esset corruptio, sed annihilatio: sed secundũ hanc positionẽ materia panis desinit esse, sicut forma. ergo ibi est vera annihilatio, & non cõuersio. 20 Quartò sic: qualiter põt intelligi cõuersio formæ in formã præexistentẽ? Non est intelligibile, qa nihil videt̃ hìc esse, nisi q̃ vna desinit esse, alia incipit esse, ex quo per desitionẽ vnius nihil advenit alteri: & q̃ materia, quæ fuit sub vna forma fit de nouo sub alia: quẽadmodũ dicit Phũs. 1. Physi. q̃ materia primò fit sub vno cõtrariorũ, postea sub alio, qd' est pro opinione cõtraria. 21 Quintò sic: qa si materia nõ annihilat̃, sed cõuertit̃: hoc est altero duorũ modorũ, aut qa manet non in se, sed in suo simili. Si in materia alterius, aut qa ex ipsa & materia alterius efficit vnũ. Primũ non põt dici: qa conuersio non defferret ab annihilatione: annihilata enim materia vnius nihilominus ipsa remanet in simili in materia alterius. Nec põt dici magis cõuerti in materiã alicuius determinati, q̃ in materiam cuiuscunq; alterius: cũ materia omniũ sit eiusdẽ rationis. Si verò dicatur secundũ habere propositũ: qa sicut materia non distinguitur à materia, nisi per formã sub qua est: sic non potest effici vnũ cũ materia alterius: nisi quia vtrunq; efficit̃ sub eadẽ forma. 22 Sed

Soluũtur argu. Durã. Ad. 1. dicendũ ad primũ per interemptionẽ maioris: q̃ imò conuersum, secundũ q̃ huiusmodi non manet secundũ aliquid sui. Vnde aer cõuertitur in ignẽ, & dicitur conuerti secundũ formam: & forma dicit conuersa secundũ nihil sui manẽs: non autẽ dicitur conuersus secundum materiam, sed additus. Et similiter, qa hic est conuersio secundũ totum definit esse: aliãs non esset conuersio totius in totũ. 23 Vel potest dici sine assertione, q̃

Substãtia põt cõuerti in accidens. Deus potest conuertere substantiã in accidens, & econuerso: sicut in generatione, quæ fit ex speciebus. Et tunc substantia panis cõuertitur in corpus Christi secundũ est̃ se præsens realiter in altari: & corp' Christi esse in altari est in potentia obedientiali ad esse substantiam panis: vt sic materia in materiam, & forma in formam conuertantur: non secundũ esse absolutũ substãtiale: sed secundum illud esse in altari. Cùm enim eorũ, quorũ vnũ est in potentia ad aliud Deus posit vnũ cõuertere in aliud si materia est in potẽtia ad formã, Deus potest materiã conuertere in formã, & ecõuerso, qa potest reparare, qd' destruxit. Nec oportet illud, de quo fit aliud manere in illo actu tanq̃ pars: quia de materia educitur forma: cuius pars non est materia. Et similiter cũ omne accidens corporeum sit in potentia materiæ: de potentia materiæ educi potest, & in illud materia conuerti potest: & econuerso accidẽs in materiam. Et secundũ hoc post conuersionem manet secundũ esse potentiale totum in corpore Christi secundũ esse in altari. Dico autẽ potentiale à potentia obediẽtiali non à naturali. Secundũ autẽ istum modũ aliter manet panis in potẽtia post cõuersionẽ in corpore Christi, q̃ maneret post annihilationẽ: nam post annihilationẽ fieret, vel de nihilo, vel de corpore Christi secundũ se: & nõ de esse corpus Christi in altari: cũ illud esse non esset. 24 Ad secundũ dicendũ, q̃ terminus actionis, quæ est cõuersio, est corpus Christi esse in altari. Et hìc attingit̃, qa sicut terminus corruptionis est generatio, sic terminus corruptionis panis est terminus generationis illius modi essendi in corpore Christi. Et sicut Magister posuit nihil de alimẽto conuerti in veritatem humanæ naturæ quo ad additionẽ: sed quo ad modum essendi, vt non consumat̃, vel vt habeat in quid agat, sic & corruptio panis fit: vt non cõuertatur in corpus Christi secundum esse intrinsecum ei additum: sed in modum essendi eius in sacramento, & hìc terminus attingitur. Ad probationem, quæ adducitur: respõsum est in præcedenti quæstione. 25 Ad tertium dicendũ, q̃ licet totũ desinat esse: non tamen totũ est annihilatũ: qa annihilatio est versio in nihil: hìc autẽ est versio in aliquid. Et qñ aer cõuertitur in ignẽ, non solũ aer, cuius aliquid manet, non dicitur annihilari: sed nec forma substantialis, nec accidentia: de quibus, nec totum, nec ps manet, dicunt̃ annihilari: sed cõuerti: qa vertunt̃ in aliqd, & non in nihil. Et similiter in nutritione sed'm

opinionem

opinionem Magistri diceretur alimentũ conuerti in magnitudinẽ corporis nutriti, si augeatur non in aliquid intrinsecum veritatis. Et licet nihil maneat, sed totum secedat: tamen propter effectum positiuum, quem relinquid: dicitur non annihilari. Et similiter conuersio in corpus Christi secundũ esse in altari sacramẽtaliter, quãuis nihil remaneat de conuerso: qa tñ manet in suo effectu reali: de quo potest dici virtute reduci. ideo non annihilatur. 26 Ad quartũ cùm dicitur: forma non cõuerti in formã, nisi per hoc, q̃ cõmunicãt sibi materiã & sic vnũ cõtrariũ cõuertit̃ in aliud: verũ est via naturæ: sed dicit̃ hìc formã cõuerti in formã: non qa vna forma fiat simpliciter ex alia corrupta: nec q̃ vna addatur alteri: tunc eñ non fieret vna ex alia: sed fieret vna cũ alia, & compositũ ex duabus: sed dicit̃ forma panis conuerti in formã corpis: qa ex decisione formæ panis: fit existentia formæ corporis Christi ibit, vbi erat forma panis.

27 Ad quintũ dicendum, q̃ materia neutro modo

Nota. conuertitur in materiã. s. nec per remanere in suo simili tantũ: qa hoc esset, etiã si verè annihilaret̃, nec per coniungi materiæ corporis Christi: sed per hoc, q̃ in eã trãssubstantiatur ad esse, vbi ipsa erat. Inquantũ enim per desitionem materiæ panis fit materia corporis: ibi realiter præsens: vbi illa erat localiter dicitur conuerti mate-

3. Arti. ria in materiam. 28 CIRCA tertiũ sunt quatuor conclusiones. Prima conclusio est, q̃ loquendo de conuersione, quę est per immixtionẽ alicuius Deus non potest conuertere nisi cõmunicantia in materia. Et hoc etiam verũ est de conuersione, quæ est per generationẽ: sic q̃ aliquid conuersi maneat in principium inexistens conuertentis: puta de terra facere cœlum nouum, vel de vel de Luna nouum Solem, aut angelum, nisi sit materia communis apta nata subiici istis formis æqualiter: & pari ratione de conuersione in præexistens manente materia, vt in alimento. Et hoc intelligitur de compositis, non de formis: quia formæ cõmunicant in materia: nec tamen vna forma fit alia, nec ex albedine fit nigredo per naturam. 29 Secunda conclusio est, q̃ formam cõuerti in formã, & materiã in formam, & econuerso, fortè diuina virtute fieri potest. Ex quo enim materia est in potentia ad formam non solũ naturaliter, vt de ea forma educatur: sed etiam obediẽtialiter videtur, q̃ materia posit conuerti in formam, & econuerso: & per consequens forma conuerti in formã. Et tunc si aliqua non cõmunicant in materia: dum tamen cõmunicent in forma aliqua: potest vnum conuerti in aliud secundum esse illius formæ: ita q̃ licet corpus Christi, & cœlũ non cõmunicẽt in materia: qa tamen conueniunt inesse localiter, vel p̃sentialiter alicubi diffinitiuè quantùm ad hoc poterũt cõuerti in se inuicẽ: ita q̃ sicut substantia panis põt conuerti in corpus Christi: ad hoc, q̃ sit præsentialiter, vbi ipsũ erat localiter: sic & corpus cœli

Cõis opi. q̃ est. s. T. 3. p. q. 75. ar. 4 & Du. hic. q 3. cõtra Sco. & Go. quot li. 9. q. 1. & quotli. 5. q. 1. quantũ ad hoc: non autẽ angelus, cui non cõuenit esse p̃sens circũscriptiuè etiã si cõueniret diffinitiuè. Et licet hoc videat̃ probabile: tñ cõmunis opinio tenet simpliciter, q̃ nõ possint inuicẽ conuerti: nisi quæ cõmunicant in materia: de quorũ. s. vno potest fieri aliud: quia illud de quo fit aliud, est principiũ inexistens: nõ autẽ est aliquid in angelo, vel in cœlo, quod posit esse pars corporis corruptibilis, qa nec materia, nec forma. ergo nec vnum in aliud videtur posse conuerti simpliciter.

Obiect. 30 Sed cõtra hoc est: qa natura cõuertit alimentũ

Solutio. in hominẽ, quæ tamẽ ex alimẽto nunq̃ generaret hominem. ergo Deus põt cõuertere corp' corruptibile in incorruptibile, & corpus in spiritũ: licet ex vno non posset

Obiectio. facere aliud. 31 Sed dicundũ, q̃ Deus potest fa-

Solutio. cere immediatè quicquid põt mediatè: natura autẽ multa potest facere mediatè, quæ non põt immediatè. Vnde cõuertit alimentũ immediatè in animal: ex quo tũ immediatè non potest animal generare, sed mediatè: qa semen est superfluũ alimenti. Sed illud, ex quo nec mediatè, nec immediatè põt aliud generare, nunq̃ põt in aliud conuertere: sicut nunq̃ conuertit vapores in corpus cœleste, nec econuerso. Nec Raphael cõuertebat cibũ, quẽ assumebat in seipsum, nec hmõi. Vnde cũ Deus nec mediatè, nec immediatè posit de non cõmunicante in materia facere aliud, sicut ex principio in existente. ergo nec vnum in aliud cõuertere. Sed si faceret vnũ ex alio acciperetur ordinabiliter, id est, vnũ post aliud. Et sic ex corpore faceret angelũ, id est, post corp'. 32 Tertia cõclusio est ad propositũ. s. q̃ si põt conuerti, non solum omne corpus in aliud, sed etiã in spiritũ: tunc conuertatur panis in corpus Christi: sic q̃ non solũ in materiam, sed in formam, quæ est anima rationalis. Si autem non posit corpus conuerti in spiritũ, nec substantia in accidẽs: tunc dicit̃ panis cõuerti in corpus Christi, non prout corpus dicit genus substãtiæ, nec prout dicit solã quãtitatem, nec prout dicit materiã cum quãtitate, vel materiã cum modo quãtitatis. Sed prout dicit partem, id est, cõpositũ ex materia, & anima rationali: prout dat esse corporeum, non sic intelligẽdo, q̃ realiter fiat conuersio in animã, quæ non differt nisi ratione: prout est spiritus animalis rationalis, & prout dat esse corporeum sed ratione solius materiæ dicit̃ conuerti in compositũ: sicut dicit̃ corpus humanũ esse quantũ, & extensum, & alimentũ conuerti id corpus humanũ, prout dicit cõpositũ nõ ratiõe formæ, sed soli' materiæ. 33 Quarta conclusio est, q̃ cùm panis secundũ nihil sui addatur corpori Christi, sicut nec corpus cœli: cùm etiã substantia cœli ita posit definere manẽte quãtitate diuina virtute: sicut substantia panis cùm etiã corpus Christi possit esse præsens realiter in loco cœli: sicut in loco panis non est ratio, quare non posit cœlũ conuerti in corpus Christi, sicut panis isto modo conuertẽdi. 34 Si dicatur, q̃ nihil potest cõuerti transsubstantiatiuè in aliquid, nisi quod est in eo in potẽtia videtur, q̃ imò diuina virtute posit forma cœli cedere in materiam cœli, & in eam conuerti: de cuius tamen potẽtia non educitur, sicut forma corruptibilis cedit in potentiam suæ materiæ, quando corrumpitur. Et sic quasi transit in eam sine hoc, q̃ aliquid addat ei, & similiter lux cœli quando corrũpitur, & pari ratione alia forma cœli virtute Dei. Ex hoc patet solutio ad oppositum.

An panis eiiã cõuertatur ĩ animã Christi vide Sco. q. 2. q te net, q̃ Deus põt cõuertere qd'libet in qd'libet.

Cœlũ põs conuerti in corpus Christi.

Secundũ S. T. nec accidẽs in accidẽs, vt quotli. 3. q. 2. ad 1. nec cœlũ ĩ corp' Christi conuerti potest cõtra ge. 4. c. 3. 31

QVAESTIO QVARTA

De conuersione vnius in plura.

Thom. 3. q. 75. arti. 4.

QVARTO Quæritur, vtrum Deus posit conuertere vnum corpus in plura corpora, sicut econuerso facit? Et videtur, q̃ non, quia vnus cibus non potest conuerti in plura cibata: licet ecõuerso. ergo à simili est hìc. 2 CONTRA, quia sicut per gñationẽ natura conuertit plura corpora in vnũ, qñ mixtũ generat ex q̃tuor elemẽtis, sic ecõuerso in corruptionẽ mixti, resoluit̃ vnũ corp' i multa. ideo &c.

3 RESPONDEO, circa istam quæstionẽ tria

sunt videnda. Primò quomodo vnũ corpus posit conuerti in plura,& qũo non. Secdò, qũo pars hostiæ continuè posit cõuerti, & qũo non. Tertiò,qũo de pluribus hostiis præsentibus, vna posit conuerti, alia non conuersa. 4 QVANTVM ad primũ sciendũ,q̃ licet totasubstantia panis non posit simul cõuerti in plura,qa hîc esset contradictio:tñ successiuè põt:sic.s.q̃ primò conuertat:& secũdò cõuersum reparet:& tertio in secundũ corpus conuertat,& sic deinceps alternando conuersionẽ,& reparationẽ ī infinitũ. Simil'r etiã sed'm partẽ,qa substãtia panis prius sed'm naturã cõuertit, q̃ priuet q̃titate,cùm nõ priuet q̃titate,nisi p hoc q̃ cõuertit: vñ cũ ipsa incipit esse trus à quo cõuertit̃is,ipsa est affecta quãtitate, & per cõsequẽs diuisibilis: ita q̃ secundũ partẽ vnam põt cõuerti in vnũ corpus, & secundũ aliã partẽ in aliud, sicut & secundũ partẽ põt cõuerti,& secũdum partẽ non cõuerti. Vnde quot sunt partes signabiles:quarum quælibet est substantia materialis in tot potest simul conuerti:non autẽ in infinita:qa non sunt in finetæ partes substantiæ,sicut quãtitatis.i.Physi. vbi dicitur,q̃ est dare minimã carnẽ:licet non minimũ continuum. Cùm eñ Deus primò attingit substantiã, adhuc est quãtitas:vnde põt secundũ diuersas partes in diuersa trãssubstãtiari:licet q̃ transubstãtiatũ est,sit non quãtum:quia substãtia sublata quantitate est indiuisibilis.

Tota substãtia panis nõ põt simul in plura cõuerti, sed benè successiuè.

Nota.

5 Ratio tñ inducta pro ista parte non cogit:qa natura resoluens vnũ mixtũ in plura elementa conuertit substantiã cũ quãtitate. Vnde sic inuenit eam quantã. Et præterea sicut domus põt resolui in lapides, ex quibus facta est:sic virtus diuina posset reparare omnia corpora vsq; nunc in corpus Christi conuersa: sed hoc non esset per conuersionẽ corporis Christi in ipsa:sed per reparationẽ nouam conuersorũ cùm rẽ omnino annihilatam posset eandẽ numero reparare. 6 Præterea nõ est simile de hac cõuersione mixti in elemẽta, & panis in corpus Christi:quia in illa verũ est assignare,etiã post conuersionẽ diuersa, secundũ quæ in diuersa conuertitur.s.diuersas partes materiæ, quæ sunt actu distinctæ per diuersas formas,& quãtitatẽ eorum, in quæ conuertunt diuersæ partes mixti:hîc autẽ nihil actu manet conuersi distinctũ, vel non distinctũ. vnde nõ est distinctè signare aliquid,in quod conuertant diuersæ partes.

Arguitur tripliciter.

7 Sed contra hoc arguit tripliciter.Primò,qa plura non possunt esse in eodem loco secundũ eandẽ modum essendi, sed solũ secundũ diuersum: sicut spiritus,& corpus simul: vel spiritus, & anima: & Deus,& anima, siue spiritus:non autem duo corpora simul,aut duæ animæ, aut duo angeli. Si autẽ vnũ corpus quãtitate manente converteretur simul in plurã corpora: plura corpora simul essent eodẽ modo essendi in.s. sacramentaliter, vel huiusmsdi.

Solutio.

8 Sed hoc faciliter soluitur: qa licet hoc sit impossibile per naturã, non tñ per miraculũ: vnde sicut miraculosè possunt esse plura corpora simul localiter,sic etiã sacramẽtaliter. 9 Secundò arguit cõtra hoc, qa qua ratione possent esse duo simul,eadem ratiõe infinita: sicut de esse localiter arguit Philosoph⁹ 4.Physi.

Solutio.

10 Sed dicendũ,q̃ non est simile:qa corpora se mutuo impediũt in esse locali, non spirituali:itẽ dicit, q̃ pari ratione essent esse infinita successiuè, non simul. 11 Tertio arguit sic:qa aut vna conuersione,aut pluribus, non vna:eo q̃ conuersiones plurificantur penes terminorũ,à quibus,vel à quos sunt plurificationẽ, nec pluribus successiuè: qa substantia panis conuersa in corpus Christi: pòst non posset conuerti in corpus aliud:qa per primã conuersionẽ definit esse:& illud qd'non est,in aliud cõuerti nõ põt, nec pluribus simul: qa impossibile est eandẽ rem numero simul mutari:& secundum idem diuersis mutationibus eiusdẽ speciei ad diuersos terminos disparatos. 12 Ad hoc dicunt quidã, q̃ Deus eandẽ substantiã numero põt cõuertere simul in plura corpora& sic põt facere vnũ corpus simul esse in diuersis locis, nõ q̃ idem corpus sic hîc, & nõ hîc simul: quia hæc est contradictio,sed q̃ corpus, quod est hîc,simul per diuinam potentiã sit alibi:quod non contradicit propter diuersum modum essendi: sicut corpus Christi, quod est in cœlo localiter simul est in altari sacramentaliter, non autẽ localiter.

Solutio.

13 Vel dicendum,q̃ esset vna cõuersio: qa conuersio denominatur à termino à quo, non ad quẽ. Non eñ est vnica conuersio omniũ panum in corpus Christi,quãuis sit vnus terminus ad quẽ, sed est plures secundũ terminos à quo:in quibus subiectiuè est conuersio, nec est vnũ accidens in diuersis subiectis.

Aliqua mutatio specificat à termino à quo.

14 Nec obstat,q̃ mutatio numeratur à termino ad quẽ: qa verum est de mutatione, quę est generatio:nõ de illa,quę est corruptio. Sicut eñ generatio denominat̃ à termino ad quem,sic & numeratur,& sicut corruptio denominatur à termino à quo:sic & specificat̃,& numerat̃. Vnde si ex vno mixto fiant multa elementa per resolutionẽ erit vna corruptio ab vnitate termini à quo: & multæ generationes à pluralitate terminorum ad quos. Conuersio autẽ hæc pertinet ad corruptionẽ, non ad generationẽ. vnde denominat panem,qui non manet, & non corpus Christi, quod ibi fit de nouo.

Ad argu. in oppo.

15 Ad argumentũ in oppositũ principale diceretur,q̃ diuina virtute:simul vnus cibus posset conuerti in multa cibata secundũ diuersas partes: sicut naturaliter conuertit̃ in diuersa mẽbra. Et ideo videt̃,q̃ Deus posset eandẽ substantiã panis numero simul conuertere in plura corpora. Quælibet enim pars corporis Christi simul tota est sub qualibet parte hostiæ consecratæ,vt postea ostendet̃:quod verum non esset,nisi eadem pars substantiæ panis cõuerteret in quanlibet partẽ corporis Christi.

2. arg. Qũo posit vna hostia partim consecrari.

16 Sed qua ratione substantia panis secundũ eandẽ sui partẽ simul põt cõuerti in caput corporis Christi,& in pedes,& in alia mẽbra: videt̃,q̃ posset conuerti per diuinã potentiã,si Deo placeret in plura corpora simul. Et sic non solũ secundũ diuersas partes:sed secundũ idem põt vnum cõuerti in plura simul.

Nota. Hîc ritum Græcorum

17 Sed dicendũ, q̃ partes corporis Christi nõ sunt plura actu distincta: vnde nõ sic põt panis cõuerti in diuersa corpora: sicut in diuersas partes eiusdẽ corporis.

18 Vel dicendũ,q̃ in corpus Christi fit cõuersio secundũ q̃ est substãtia,non secundũ q̃ est quantũ. Vnde partes corporis Christi sunt hîc modo indiuisibili.Vnde nõ ꝓpter hoc põt fieri eiusdẽ cõuersio in actu distincta.

19 QVANTVM ad secundũ qũo vna hostia posit partim consecrari:dicendũ, q̃ aut cõsecrãs intẽdit determinatã partẽ cõsecrare,& signatã,non digito: sed animo: puta, quæ est infra circulũ, qui ibi apparet, & non aliã: & tunc illa tantũ consecrat̃, & non alia:qa ad consecrationẽ istius oĩa substãtialia concurrũt: ad consecrationẽ autem alterius deest intentio.Et hoc patet ex ritu Græcorũ:qui,vt dicit̃,magnũ panẽ signant,& hodie vnã partẽ conficiũt,& cras aliam. Si autẽ vult indeterminatè cõsecrare medietatẽ,& non plus,non designans, nihil agit:qa determinata intentio deficit. Indiuiduũ enim signatum, & non vagum oportet subiici transmutationi. In vtroq; tñ casu peccat consecrãs contra cõsuetudinem ecclesiæ faciens,qũocunq; scienter partẽ continui panis vel vini velit consecrare :sed tñ in primo casu consecratum est.

Videt̃ rõ Du.d.13.q. 3. quæ refutatur.

20 Nec valet ratio, quã quidã adducũt ad probandum hoc:quia. s. plus potest Deus, q̃ natura: sed natura vnã partẽ cõtinui cõuertit, altera remanente, vt patet in mutua alteratione elementorum in suis extremitatibus

extremitatibus: qa natura ibi simul corrumpit accidens cum substantia, qd' non est in proposito.

Arguit, q̃ vna pars hostiæ non posit cõsecrari sine alia.

21 Sed considerandũ est, q̃ potest Deus albedinẽ in superficie extensam particulariter corrũpere superficie manẽte in tegra,non sic,q̃ vna pars albedinis propriè corrũpatur: & alia maneat cùm non habeat partibilitatem aliam à quãtitate,sed quia facit,q̃ albedo manet secundũ essentiam:prout afficit vnam partẽ,& non manet, prout afficit aliã:ita q̃ manet tota essentia albedinis,& tota corrũpitur per aliũ,& alium modũ essendi:sic quãuis substantia non habeat partẽ,& partem aliam à quãtitate:potest tñ ipsa corrũpi à Deo secundũ q̃ afficitur hac parte quãtitatis,& manere secundũ q̃ afficitur alia parte.Vel sicut in primo articulo dictũ est : actio Dei inuenit substantiam quantam. ideo de ipsa agit diuisim, sicut de quãta quãtitate non diuisa.

Solutio.

22 Sed cõtra hoc arguunt quidam multipliciter: primo sic.Quæ nõ sunt distincta secundum esse,non sunt distincta secundũ agere, & pati qa agere,& pati subponũt esse: & per consequens distinctum agere distincti esse : sed in continuo vna pars non habet esse distinctũ ab alia: qa continuũ est actu indiuisum. ergo &c.

Solutio.

23 Dicendũ, q̃ suppositi distincti est agere principaliter,& non partim : sed pars nõ distincta secundũ esse põt esse ratio agẽdi distinctè sine alia, vt homo intelligit per animã, non per corpus: non autẽ ipsa intelligit. Sicut ergo pars põt esse ratio agendi: sicut essendi,vt format dat esse, non materia: sic cum vna pars cõsecratur:dicendũ, q̃ totũ, & non pars cõuertitur & consecrat̃:non quidẽ simpliciter,aut secundũ totum: sed secundũ partẽ,sicut æthiops est albus secundũ dentẽ. Quæ enim indifferẽter per quãlibet partẽ nata sunt inesse toti, nõ denominãt ipsum per partẽ simpliciter: sed secundũ quid.

Solutio. Idẽ est subiectũ motº, & termini motus intrinseci,sed nõ extrinseci.

24 Secũdò sic: Quod nõ est subiectum motus per se,non est terminus motus per se:qa idẽ est terminus vtriusq; in vbi,& motu locali,in qualitate & alteratione &c. sed vna pars continui non potest esse subiectum motus sine alia: quia cõtinui est vnus motus 5.Physi.&.5.Meta. ergo cùm transsubstãtiatio sit terminus motus,non potest vna pars sine alia consecrari.

Solutio.

25 Dicendũ,q̃ idem est subiectũ motus, & termini motus intrinseci,non autẽ extrinseci:vt patet in illuminatione,& alteratione:illuminatio enim, quæ est terminus motus ipsius Solis, est in aere:& alteratio est in ente actu: generatio autẽ sequẽs est in pura potẽtia. Transsubstantiatio autẽ est terminus extrinsecus motus localis:non qui est eleuatio hostiæ,vel aliquid hmõi:sed prolationis verborũ. Vnde etiã cũ tota hostia consecrat̃, motus,& terminus differunt subiecto:qa prolatio subiectiuè est in aere,vel in ore:& cõuersio est in pane,vel in vino. Motus etiã localis, qui accidit, est subiectiuè in quãto,sed conuersio in nuda substantia.

Solutio.

26 Tertiò sic: Panis in potẽtia non est materia huius sacrĩ, sed tantùm in actu:similiter & vinum,vt patet de pasta,& agresta:sed pars habet esse in potentia, non in actu: aliàs ex pluribus talibus non fieret vnum per se.ergo &c.

Solutio.

27 Dicendũ,q̃ panis in potẽtia distante ab actu,vt granum,vel pasta non est materia:sed panis in potentia coniuncta actui proprio,vel communi, vt pars.

Solutio.

28 Quartò sic: non possumus aliter cõficere, q̃ Christus,sed ipse cõfecit in toto pane, non in parte. Nec obstat de azimo,& fermẽtato:qa differũt accidẽtaliter tantùm:& nõ substãtialiter,sicut pars,& totũ

Solutio.

29 Dicendum, q̃ possumus conficere in materia differẽte substantialiter ab illa,in qua Christus confecit:imò semper conficimus in alio pane,& vino, numero, sed nõ in alio specie.

Solutio.

30 Quintò sic:oportet couersum distingui à nõ conuerso realiter,& actu:sed pas conuersa non distinguebatur antè : cùm eandẽ haberet quãtitatẽ, nec postea, cùm nullam habeat quantitatem ergo &c.

Solutio.

31 Dicendũ,q̃ pars conuersa distinguit̃ à non conuersa, sicut non ens ab ente.

Solutio.

32 Sextò sic:idẽ accidens numero non põt esse sine subiecto,& in subiecto: sed accidens partis non cõuersæ habet subiectum: accidens autem alterius partis non habet subiectum.

Solutio.

33 Dicendũ,q̃ idem accidens numero extensum secundũ diuersas partes põt esse sine subiecto, & in subiecto.

3.Arti. Qũo, plures hostiæ consecrantur. Durã. hîc q.7. subtiliter hãc.q.de terminat. & quotli. 1. q.5.& God. quotli. 6.q. 9.

34 Septimò sic:qa corpus Christi nõ incipit ibi esse,quãdiu est ibi substãtia panis,quæ prius erat

Solutio.

35 Dicendũ,q̃ in illa parte nõ incœpit esse corpus Chri,vbi est substãtia panis,sed in alia.

36 CIRCA tertiũ notandũ, q̃ si sacerdos intẽdat oẽs hostias simul cõsecrare,licet ignoret, quot sint:nulla est ambiguitas quin oẽs cõsecret. Sed posito, q̃ nolit tot cõsecrare: tũc est distinctio:qa si credit,q̃ sint. 10.tantũ,& sint. 11. sed non vult præcisè nisi. 10. cõsecrare : aut vult quidẽ oẽs præsentes cõsecrare:tñ non credit,q̃ sint nisi. 10.& si sciret,q̃ essent. 10:amoueret vndecimã:nihilomin⁹ omnes sunt cõsecratæ:qa ponitur,q̃ vult oẽs consecrare: licet decept⁹ sit : aut non vult cõsecrare omnes, quæ sunt ibi: sed tantum. Nec plures,nec signat eas,& tunc nihil est consecratum propter defectum indeterminatè intentionis interioris. Ad argumenta: soluta sunt suprà. Vbi illa accidentia fundentur.

DISTINCTIO 12. QVAESTIO. 1.

CIrca duodecimam distinctionem quærũtur quinq;. Primò vtrum liceat pluries in die cõmunicare. Secundò vtrum Deus posſit facere accidens sine subiecto. Tertiò vtrum in sacramento altaris sint accidentia sine subiecto. Quartò vtrum species in sacramẽto altaris possint aliquid immutare. Quintò vtrum sanguini possit fieri admixtio alterius liquoris.

De vnica in die communicatione.

Thom. 3. q. 79. & 80. & q. 77. art. 7.

PRIMO Ergo quæritur vtrum liceat pluries in die cõmunicare ? Et videtur , q̃ sic quia pluries cõmunicare non est plura Christi corpora sumere : quia non est nisi vnum corpus Christi , & impropriè : imò falsè dicit vulgus plures personas: plures hostias cõsecratas: cùm sit ibi vna persona tantũ, sed pluries cõmunicare est corpus Christi sub pluribus speciebus sumere: hoc autem facit quicunq; celebrat, quia sumit in quatuor speciebus vna vini , & tribus panis: quia debet frãgere hostiã in tres partes. 2 CONCRA , quia si liceret pluries cõmunicare:hoc esset propter maiorem fructum,vel pluries percipiendũ:sed maior fructus est in celebrando,q̃ in communicando: non tamen licet pluries in die celebrare: de cons. dist. 1.c. Sufficit.ergo nec communicare. 3 RESPONDEO , circa hanc quæstionẽ de quinq; videndum est. Primò, de fractione. Secundò,de effectu positiuo huius sacramenti. Tertiò, de priuatiuo. Quartò de frequentatione.Quintò de cessatione. 4 QVANTVM ad primum sunt tres conclusiones. Prima, quòd corpus Christi ad fractionem hostiæ non frangitur : quia nihil frangitur nisi per hoc , quòd sua quantitas diuiditur:

quod non potest esse, vbi quantitas non habet modum quantitatiuũ. Vnde punctus non põt frangi, qa nec põt diuidi. Vnde cũ corpus Christi licet sit hîc quantũ: non tñ modo quãtitatiuo. ideo hîc non frangit̃, nec frangere tur, etiã dato, ꝙ esset in se frangibile, aut passibile, sicut erat in cœna. 5 Secunda conclusio est, ꝙ species verè frãgũtur: qa illud, qd' nõ cõuenit subst̃atiæ, nisi per quantitatẽ æqualiter conuenit quãtitati coniũctæ, & separate: sicut diuidi, & situarij, & locum occupare: vnde cùm frangi sit huiusmodi. ideo licet quãtitas sit sine subiecto, hîc frangitur, & diuiditur. Vtrunq; tamen manducatur: quia quo ad primũ, qd' est in manducatione. s. attritio, & diuisio, solæ species manducãtur, quo ad secundum, quod est in ventrẽ traiectio: vtrunq; mãducatur: quia vbi vadunt species localiter, illuc concomitatiuè corpus Christi sequitur sacramentaliter: quo ad tertiũ, quod est nutritio: species manducantur corporaliter, quia nutriunt corpus, sed corpus Christi spiritualiter: quia nutrit animam: primũ tamen non est de essentia manducationis: quia quod colando, vel sorbendo sine diuisione traiicitur, manducari dicitur etiam solidum, quod integrum deglutitur. Et sic corpus Christi verè manducatur: ex hoc solo, ꝙ cum cibo verè traiicit: quod non possunt ponere illi, qui dicunt ipsum nullo modo moueri secundum esse, quod habet in sacramento.

6 Tertia conclusio est, quæ sit significatio fractionis partium hostiæ: & præter communem significationem, de qua extant versus. Hostia diuiditur in partes, Prima beatos plenè: sicca notat viuos: seruata defunctos. Primi inebriantur ab vbertate domus Dei: vnde significãtur per partem missam in calicem. Alia, quę sic ca sumitur, significat existentes in tribulationibus, qui ꝛuntur siue in mundo, siue in purgatorio: expectantes autem statum corporis, vel vtrunq; significantur per tertiam, quæ solebat reseruari vsq; in finem. Alia significatio est: quia pars aliis dupla significat deitatẽ. Aliæ duæ duas partes humanitatis: & quæ in calicem mergitur corpus sanguine cruentatũ: pars reseruata animam secundum superiorem partem, qua fruebatur, vel econuerso seruata corpus passibile, quod expectabat stolam suam: mersa verò animã beatã. 7 QVANTVM ad secundum sunt tres conclusiones. Prima, quòd indignè sumentibus operatur reparationem feruoris deperditi, augmentum virtutum fortitudinem earum, multiplicationem bonorum operum: quia sacramentum efficit spiritualiter illud, quod sua materia representat, & efficit corporaliter, Hæc autem omnia consequuntur ex cibo bono debitè sumpto: in subiecto apto nato, scilicet, nutritio, augmentatio, generatio, & fortificatio &c.

8 Secunda conclusio est, quòd beatis, ad quorum honorem offertur: vt quando de sanctis canonizatis celebratur, vel quando pro eis, per modum suffragij celebratur, qui in purgatorio esse putantur, & non sunt, nihil eis confert quantùm ad præmium essentiale: quod quidem non recipit in eis augmentum: sed quo ad accidentale: quia gaudens de omni bono, quod sciunt fieri ad honorem Dei: sicut gaudent super vno peccatore pœnitentiam agente, maximè autem de illo bono, quod habet specialem ordinem ad eos: quando propter se, & in se vident Deum honorari. Nouerunt autem (Deo reuelante) quicquid fit propter eos. vnde &c. Sed pro eis, quos fide tenemus esse in paradyso: non debemus celebrare missam per modum suffragij: quia iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre. ergo solùm missa cantari debet pro his, quos credimus esse in purgatorio. Pro pueris autem baptizatis quando sepeliuntur, debet missa celebrari, vt ostendatur pertinere ad vnitatem corporis Christi mystici, & saluari merito Christi: cuius rememoratiuum est hoc sacramentum. Debet autem fieri collecta non pro eis: sed pro cõmuni fidelium defunctorum. 9 Notandum autem de paruulis, quia nescitur, vtrum sint baptizati, nisi fortè ab illo, qui eos baptizauit: nemo étiam potest scire se baptizasse adultum, quia nescit, vtrum ille intẽdat baptizari, quod requiritur: imò nemo scit se baptizasse paruulum: quia licet sciat se intendisse: possibile tamen est parentes illius esse infideles: contra quorum voluntatem baptizari non potuit. Et specialiter qui non baptizauerunt, non possunt scire baptizatum. Vnde pro paruulo baptizato de facto, ratione dubij, potest orari secundum quosdam. 10 Sed non valet, quia aut non est baptizatus secundum veritatem: & tunc fides dicit eum esse damnatũ, aut est baptizatus, & tunc fides dicit eum euolasse. ergo videt̃ semper esse contra fidem orare pro illo, qui nunquam hab'uit vsum rationis. Qui verò habuit vsum rationis etiam si baptizatus mox decesit: qa potuit habere veniale non displicitum, potest habere aliquid purgandum. Vnde pro eo potest orari. Sed de martyre, qui seipsum abnegat propter Christum probabile est, quòd ei displiceat omne malũ implicitè. Vnde non debet orari pro eo, qa fit iniuria martyri, maximè quando canonizatus est: quia ecclesia tunc tenet ipsum esse in cœlo. 11 Tertia conclusio est, quòd effectus huius sacramenti potest impediri per peccatum veniale non quidem per omne: sed solùm per illud, quod impedit actualem deuotionem, & distrahit mentem, ne actu feratur in Deum, sicut debet: quia ad hoc, ꝙ aliquid generetur, non oportet agere, sed pati: ad hoc autẽ ꝙ nutriatur, oportet ipsum cooperari, quia nutriens agit in nutrimentum. Vnde effectus baptismi non impeditur, nisi ꝓpter peccatũ mortale, qd' contrariat̃ effectui, nõ per veniale, qd' contrariat̃ actui deuotionis: quã non requirint per se, sed per accidẽs, vt remouẽs prohibens. Sed in isto nutrimẽto, licet Deus operet̃ principaliter: oportet tñ ꝙ homo cooperet̃ instrumẽtaliter: ipsum deuorè amplectẽdo, iuxta illud Iac. In mãsuetudine suscipite insitũ verbum, qd' põt saluare animas vestras. Illud igitur veniale, qd' impedit actualẽ deuocionẽ impedit fructum, nec tñ facit incurrere mortale peccatũ: qa non tenetur homo eam habere nisi ad hoc, ꝙ non impediat fructum, siue ꝙ percipiat ipsum: sed habitualem tenet̃ habere, id est, mortali carere. Quęcũq, autẽ venialia habeat, de quibus non pœnitet: dũmodo deuotè cõmunicet, effectum participat. Dicitur autẽ deuotè cõmunicare, si conatur omnẽ distractionẽ, & cuagationẽ mẽtis expellere, & non deliberatè eã teneat. 12 QVANTVM ad tertiũ sunt tres conclusiones. Prima, ꝙ remittit venialia, sicut dicit Innocẽtius, ꝙ venialia delet. Et Apollonius in vitis patrũ dicit, ꝙ per hoc pœnitentibus remissio peccatorum datur. Vnde super ipsum dicitur oratio Dñica Pater nr̃. cuius penultima petitio est: Dimitte nobis debita nostra. Et posset cũ tanta deuotione sumi, ꝙ omnia venialia deleret, & homo sine pctõ illa hora esset. Nec est hoc impossibile, sed diu sine veniali viuere omni habenti vsum rationis, est contra legẽ cõmunẽ, & rationalem: sed solius matris Dei priuilegium est. 13 Secunda, ꝙ cauet à mortali, vt dicit Innocẽ. in qua fortificat cõtra tentationẽ, & delet venialia inclinãtia ad peccatum mortale. Vnde Bernardus in sermone de cœna Domini attribuit frequẽti sumptioni huius sacramenti continentiam à mortalibus, in suis fratribus. Parasti in conspectu meo mensam aduersus &c. sicut esus agni Paschalis seruabat ab exterminatore, & mãna ab infirmitate, qa non erat in tribubus eorũ infirm⁹. Non autẽ delet mortale,

Tria q̃ sũt in manducatione cõueniunt spẽbus: quãuis verè corpus Christi manducatur.

Vt Sco. Duran. suprà.

Nota significatiões fractiõis septimi hostię.

2. Art. Effectus huius sacramẽti indignè sumẽte.

Missa non debet dici ꝓ sancto, licet benè ꝓ infãte nouiter baptizato.

Nota.

Non oĩe veniale impedit effectũ huius sacri.

Nota.

Quis dicatur deuotè cõmunicare

3. Arti.

Encha. est venenũ malè sumẽtib⁹.

Mortale, quod est in conscientia cõmunicantis: sed auget, ꝙ multiplicat: quia q̃is in se sit medicina: tñ est venenũ malè sumẽtibus. Qui enim mãducat indignè iudiciũ sibi mãducat. Si verò sit mortale in anima, & nõ sit in cõscientia, & non sit etiã ignorãtia crassa, & supina, & præmissa discussione diligẽti, & si nõ sufficiẽti, elapsum est à memoria secundũ illud: Probet autẽ seipsum homo &c. & secundũ illud. Si nosmetipsos diiudicaremus &c. tunc remittit̃, vt dictũ fuit dist. 9. Sed qñ missa pro alio celebrat̃: etiã mortale, qd' est in alterius cõscientia, delet non per modũ sacri, qd' solũ prodest suscipiẽti: sed ꝓ modum sacrificij ex merito Christi: quo sibi venia impetretur. i. gratia cõtritionis. Vnde nec maius donũ potest homo homini facere, q̃ sibi missam dare, aut pro eo celebrare. Hoc em̃ est singulare in hoc sacro, ꝙ pro alio põt offerri, & suscipi, nõ sic autẽ de aliis. 14 Tertia conclusio est, qd' valet ad pœnæ remissionẽ actualis peccati mortalis, & venialis, primò quidẽ ratione sacri inquantum valet ad deletionẽ culpæ, qa quãdocũq; culpa deletur: pœna autẽ de æterna in tẽporalẽ cõmutat̃, aut tẽporalis diminuit̃. Oportet em̃, ꝙ æterna cõmuter̃, quæ non stat cũ amicitia. Sed dubiũ est, vtrũ quãdocũq; veniale remittit̃ quo ad culpã aliqd diminuat̃ de pœna? Et videt̃ ꝙ non: qa põt hõ homini remittere offensum, sine hoc, ꝙ aliqd relaxet de debito tẽporali. Secũdò ratione sacrificij, quo est satisfactoriũ magis, & minus secundũ deuotionẽ sumẽtis, & celebrãtis: & nõ solũ pro se, sed pro alio, non solũ pro viuo, sed pro mortuo. Et sic põt esse tanta cõtritio, ꝙ ex opere operãte omnẽ pœnã deleat: modica cõtritio cum opere operato in hoc sacro multũ deberet operari ad deletionẽ pœnæ in viuo, & in mortuo. Nam nihil est in hac vita, qd' tantum satisfaciat pro mortuis, quantũ sacrificiũ mediatoris secundũ Aug. qa hîc est calix sanguinis testamẽti, qui educit vinctos de lacu: vt patet per exẽpla Creg. plura in. 4. dial. Et Beatus Bern̄. in vita beati Malachiæ narrat sororẽ illius per missas eius de Purgatorio liberatã. 15 QVANTVM ad quartũ sunt quatuor conclusiones. Prima, ꝙ expedit frequenter sumere: qa sæpe peccamus, & sæpe medela indigemus. Et sicut continuũ iciunium cibi corporalis attenuat, & debilitat, & si non minuat vitã, prout viuere viuentib⁹ est esse: qa esse substãtiale nõ intendit̃, nec remittitur: tñ disponit ad mortẽ, sic nimis ieiunare ab isto cibo animã debilitat. Et si charitatẽ in essentiã non remittat: tñ ad mortale inclinat, & infirmitates venialiũ multiplicat, & feruorẽ consumit. Ecõtra qñ sæpe, & dignè sumitur: semp nutrit restaurãdo deperdita in illo, qui habet venialia, & semp auget in illo, qui non habet: sicut in beata Virgine, qua credo sæpe cõmunicasse, multiplicat bona opera. Vnde Bernardus in vita beati Malachiæ: Hoc sacrm̃ potens est pctã consumere, debellare obuias potestates, inferre cœlis animas reuertẽtes. 16 Secunda cõclusio est, vtrũ expediat omni die cõmunicare? Et quidẽ in homine, qui sentit per hoc deuotionẽ augeri, irreuerentiã non minui expedit. Vnde in vitis patrũ consuetudo erat sancto Hor. non prius corporalẽ cibum sumere, q̃ spiritualẽ Christi cõmunionẽ acciperet. Vnde dist. 68. c. Cassianus episcopus quotidianũ sacrificiũ offerre cõsueuerat Deo, qui audiuit vocẽ. Age, quod agis: operare, quod operaris: natali apostolorũ venies ad me, ꝙ reddã tibi mercedẽ, qui post septimũ annũ in natali apostolorũ cum missarũ solẽnia peregisset è corpore exiuit. Econtra, si sentiat homo deuotionẽ non augeri, & reuerentiã minui: qa nimia familiaritas parit contemptũ, debet aliquãdo abstinere, & nõ quotidiæ sumere. Vnde in vitis patrũ beatus Apollonius admonebat, vt si fieri posset: suple sine minutione reuerẽtiæ monachi quotidie cõmunicaret mysteriis Christi: ne fortè qui se lõgè facit ab his, longè fiat à Deo. 17 Tertia conclusio est, ꝙ non est pluries in die cõmunicandũ, vt in hoc, vel vna vnica Christi passio representet̃: dico autẽ pluries cõmunicari non quotiẽs sub pluribus speciebus sumitur: sed sicut dicit̃ vnũ prandiũ, aut vna cœna vnitate ordinis: licet sint ibi multæ potatiões, & multæ comestiones, sed diuersa prãdia, & diuersæ cœnæ, qñ diuersis horis non habẽtibus aliquã vnitatẽ, ex intẽtione comedentis. Sic si sacerdos sumat prius sub duabus speciebus fractionis, & postea sub aliis duabus. i. vini, & panis fracti vnũ est sacrm̃, vna est cõmunio. Et simil'r si simul propter periculũ custodiæ sumeret. 10. hostias consecratas: non dico. 10. personas, vt vulgus dicit. nam in omnibus nõ est nisi vna persona Christi, nõ diceret̃ nisi cõmunicare. Postq̃ autẽ celebrauit, vel alias cõmunicauit: licet nõ plus cõmunicare intẽderet, si sit periculũ: licet ei ieiuno tñ hostiã consecratã sumere, & sic secũdò, vel tertiò communicaret. Augmentũ de cõse. dist. 2. c. Tribus. vbi ministri post cõmunionẽ populi, portiones populi remanentes debẽt sumere: de quibus tñ supponitur eos ante populũ cõmunicasse. Et sic patet solutio ad argumentũ.

18 Quarta cõclusio est, an liceat pluries celebrare in die? Et dicit glo. ꝙ sic: extrà eò. de cele. miss. c. Consuluisti. vbi dicit: Sufficit sacerdoti semel in die missam celebrare, non autẽ inhibet̃. Vnde si pluries celebrat, non peccat. 19 Sed hoc non valet: qa quod dicit̃, sufficit: debet exponi, id est, sufficere debet, aliãs falsum esset: qa illi, qui nõ est contẽtus celebrare semel, certũ est, ꝙ non sufficit. Vnde. co. ti. c. de referẽte. Papa reprehendit illũ, qui in die cœnæ in duobus locis celebrabat: di. ꝙ vbi habet chrisma cõficere, ibi celebret, non autẽ alibi illo die. In aliquibus autẽ, casibus licet Primus in die natalis Dñi, de quo Greg: in home. exiit edictũ Missarũ solẽnia ter hodie celebraturi sumus. & dicto. c. Consuluisti. & de cõse. di. 1. Sufficit. Et causa huius est, vel esse põt triplex: vna ꝓpter tres in vna Christi personas substantias, vt illa de nocte significet corpus: illa de aurora animã, illa de die deitatẽ. Secũda causa est, vt prima significet statũ ante legem: secũda statũ sub lege: tertia statum gratiæ. Tertia causa est secundũ versus, qui dicunt.

Tres in natali missæ debent celebrari,
Quarum prima sacram Christi signat genituram.
Altera venturi designat gaudia Christi.
Tertia iam factum, quod lex sacra fore signat.

20 Secũdus casus est ꝓpter defunctum, qui subito occurrit sepeliendus post missam dictam non debet sine missa sepeliri, si sit tẽpus misse: imò etiã dicit Raymundus, ꝙ ex intẽtione põt dicere vnã pro viuis, aliam pro defunctis: non quidem regulariter, nec omni die, sed ex causa rationabili: puta si parochian⁹, vel cui tenet̃, petit anniuersariũ, vel annuale, vel trecẽnale: quod vult facere, nec ille põt cõmodè vicariũ habere. 21 Tertius casus est pro necessitate infirmorũ petentiũ viaticũ, si non sit corpus Dñi seruatũ, nec aliter posit haberi: licet celebrare, & pluribus hostiis: vt vna infirmo portet̃ alia seruetur. 22 Quartus pro necessitate peregrinorũ: maximè die Dñico, vel festiuo: qñ omnes maximè peregrini debẽt missam audire. 23 Quintus pro nuptiis: qa laudabilis cõsuetudo est non nisi in missa dare benedictionẽ nuptialẽ, quãuis in qbusdã partibus post vesperas, & aliqñ in profunda nocte soleat ista fieri, & cũ multa dissolutione. 24 Sextus secundum Hostien. si habeat duas ecclesias cõmendatas, vel vnam intitulatã, aliã commendatã ꝓpter paupertatem, nec potest habere vicariũ: & quilibet populus vult habere missam in sua ecclesia: cum vtriq; æqualiter teneat,

Maximũ donũ à puro homine donabile.

Nota. benè.

Dubium. incidens.

4. Arti. Analogia pulchra.

Btã virgo sæpe cõmunicauit.

Dubiũ de assidua communione.

Dubiũ, an liceat in die pluries celebrare.

Opio iurisc.

vtrobiq; potest æqualiter celebrare. In decretali autẽ extrà eo. d' referẽte: nõ erat necesse episcopũ celebrare, nisi in illa, in qua de cõsuetudine debebat chrisma cõficere, qa hoc non põt nisi episcopus: sed aliã missam celebrare poterat simplex sacerdos. Et verisimile est episcopũ benè posse per vicariũ celebrare: & in illa ecclesia plures presbyteros fuisse. Si etiã occurrerẽt eadẽ die duæ missæ, vna fortè de festo, alia de ieiunio: vt frequenter contingit in Quadragesima: etiã iusta causa videt bis celebrãdi, si aliâs non põt audire secundã missam: non tñ tenetur, sed sufficit de vno celebrare, de alio dicere officiũ: ita tñ ꝙ in istis casibus nunq̃ licet dicere vltra duas missas, nisi in natali. Itẽ intelligit̃, ꝙ ipse põt dicere secundã missam si ipse est ieiunus: aliâs non ieiuno in nulla necessitate licet celebrare, licet liceat cõmunicare. vnde dicit extrà eo. c. Ex parte. ꝙ sacerdos semper vino pfundere debet: postq̃ totũ acceperit eucharistiæ sacrm, nisi cũ eadẽ die aliam debuerit missam celebrare, nec si fortè vinũ perfusiõis acciperet, celebrationẽ aliã impediret, quasi dicat, omnino impediret, qa ieiunus nõ esset. Sed dicit fortè, ꝓpter opinionẽ, quæ dicit vinũ admixtũ sanguini fieri sanguinẽ, & sic esset ieiunus: sed illa opinio erronea est. Vnde sacerdos, cui solẽt tales casus occurrere, debet à perceptione perfusionis abstinere: sed si perfundit, in piscinam ponat, & nõ sumat. 25 QVANTVM ad quintũ sunt tres cõclusiões. Prima, ꝙ Christiani in principio ecclesiæ omi die cõmunicabãt, postea singulis diebus Dñicis. Vnde extrà de paroch. c. 1. prohibet̃ quis alienũ parochianũ ad missam recipere, qa hoc erat ad eucharistiã recipere: cùm sacra sint à suis presbyteris minstranda: nõ ab extraneis postea ter in anno, in Paschate, Penthecoste, & natali. Nunc autẽ tenent̃ omnes: ex quo ad annos discretiõis venerint, ad minus semel in anno, scilicet in Paschate cõmunicare, nisi fortè de proprij sacerdotis cõsilio: ob aliquã causam ad tẽpus ab eius perceptione duxerit abstinendũ: extrà de pœ. & re. Omnis vtriusq; sexus. In quo casu nõ debet ipse vsq; ad sequens Pascha differre cõmunionẽ, sed q̃ citius põt impedimento cessante, debet communicare: sicut illi, qui ꝓpter immunditiã non poterãt olim Pasca celebrare primo mense: tenebãtur secũdo mẽse celebrare, nec vltrà debebant differre, sicut si hõ debet soluere. 10. in Paschate: & tunc non põt soluere: Imperator non dat sibi dilationẽ vsq; ad aliud Pascha alterius anni, sed statim post, qñ potest debet soluere. ff. de arbitris. l. Celsus. ℌ. Duo sunt præcepta arbitris. ſ. dare, & in tẽpus dare. Tẽpore enim elapso ad hæc tenetur dare. Si quis autẽ à cõmunione cessat in Paschate, nisi modo prædicto mortaliter peccat: qd' patet per pœnã grauẽ, quæ inducit̃ tali in Decretali præcedenti, vbi sic dicit̃: Alioquin ab ingressu ecclesiæ arceat̃, & moriens Christiana careat sepultura, quæ pœnæ non nisi pro mortali solent infligi. Non tñ ꝓpter illud verbum reputo hominẽ esse suspẽsum ab ingressu ecclesiæ, si ꝙ vinculo ligetur illo: quo interim celebrans, & eum recipiens esset irregularis: sicut nec moriens in torneamẽtis est excõmunicatus: ꝓpter hoc, ꝙ negat̃ ei ecclesiastica sepultura. Dico autẽ annos discretionis nõ pubertatis, qui sunt anni nubiles: in viro. 14. in muliere. 12. sed postq̃ incipit esse doli capax, quãdo potest mortaliter peccare. Ex tunc enim ligat̃ præcepto da confessione & per consequens de cõmuniõe, quæ simul datur, qa ex quo põt peccare debet remediũ confessionis, & cõmunionis adhibere. 26 Secũda cõclusio est, ꝙ sacerdoti celebranti nõ licet à cõmuniõe abstinere, imò etiã totum sacrm sub vtraq; specie debet sumere et de consecr. distin. 2. Cõperimus. In paraceue autẽ non sumit nisi in specie panis: qa tunc nõ celebrat: sed de corpore seruato

Nunquã vltra duas licet celebrare missas.

communicat: nec est verum, quod aliqui debent vinum cõtactu corporis verti in sanguinẽ, sicut nec cõtactu panis verteret̃ in panẽ: maximè quia sine verbis nõ fit trãs substãtiatio. Si autẽ infirmus cõmunicãdus: tunc occurrat hostiã consecratã sibi diuidat. Nam & olim propter hoc seruabat̃ vsq; in finẽ missæ pars tertia. Potest etiã de pluribus hostiis cõsecratis reseruare tot, quot sibi visum fuerint. Nec tenet̃ omne consecratũ sumere: dum tñ sub vtraq; specie sumat. Cũ hoc etiã debet sumere vini perfusionẽ: qñ non est aliã missam celebraturus, vt dicitur de cele. extrà eo. ex parte. Etiã si sit dies, qua debeat ieiunare in pane, & aqua, siue ex voto, siue ex pœnitẽtia, siue ex obediẽtia: qa nec votũ, nec pœnitẽtia, nec obedientia immutare debet ritũ ecclesiæ, & ordinationes conciliorum. 27 Tertia cõclusio est, quid sit melius abstinere, aut celebrare. Et quidẽ indispositio bonũ est abstinere: & malũ est sibi cõmunicare: & malũ est sibi communicare, sed dispositio bonũ est ex feruore cõmunicare, & bonum est ex humilitate abstinere. Et si ex maiori charitate iste abstinet, & ille ex minori sumit: ille, ꝙ plus habet de charitate plus meret̃ de præmio essentiali. Sed simpliciter loquendo multò melius est debitè sumere, q̃ debitè omittere: quia illi sumenti prõdest ex opere operato, & datur ei remissio peccatorum, & augmentum vir tutum. Argumentum solutum fuit suprà.

Nota.

5. Art.

Nota.

Nota.

QVAESTIO. SECVNDA.

De accidente per diuinam potentiam à subiecto separabili.

Thom. 3. q. 62.

QVAERITVR Secundò, vtrũ Deus possit facere accidens sine subiecto. Et videt̃ ꝙ non: qa sicut se habet accidẽs absolutũ ad subiectum: sic respectiuum ad obiectum: qa sicut accidentis esse est inesse: sic relationis esse est adesse: sed Deus non põt facere relationem sine termino: qa relatiua posita se ponunt. ergo nec accidẽs sine subiecto. 2 CONTRA, quia sicut accidẽti per naturã debet̃ esse in alio, & non per se: sic cõuerso substãtiæ pfectæ primæ debet̃ per se esse, & non in alio: sed humanitas Christi, quæ est prima substantia, & hoc aliquid non subsistit per se, sed in diuino supposito sustẽtat̃. ergo &c. 3 RESPONDEO, cùm duplex sit accidens. ſ. absolutũ, & respectiuũ: & absolutũ duplex, quãtitas, & qualitas. Ideo circa istã quæstionem tria sunt videnda. Primò, de quãtitate. Secũdò, de qualitate. Tertiò de relatione. ſ. vtrum Deus ista possit sine subiecto facere. 4 QVANTVM ad primum sunt tria videnda. Primò de quãtitate continua permanente. Secũdò, de successiua. Tertiò, da discreta. Quantùm ad primũ videt̃, ꝙ Deus possit separare quantitatẽ continuã remanentẽ à subiecto: quod probant aliqui sic: Deus põt facere omnem effectũ immediatè sine causa extrinseca: puta efficiente, & finali: qa ipse est primum principiũ, & finis vltimus omniũ: & sic potest supplere vicẽ harũ causarũ: non autẽ sine causa intrinseca: puta materia, & forma: qa ipse neutra harũ est: sicut hominem potest facere sine homine, non sine anima, & corpore: sed in substentando accidens subiectũ est causa extrinseca: cũ non sit forma, nec materia, ex qua. ergo &c. 5 Sed ista ratio, vt mihi videt̃, non valet: qa sic posset Deus facere relationẽ sine subiecto, & termino: præcipuè

1. Arti. Ratiões nominalium.

cipuè si differunt realiter à subiecto. Nec esset tunc aliqua instantia. 6 Secũda ratio cõsuevit adduci: qa Deus põt cõseruare immediatè, quicquid seruat mediãte alio, nõ material'r, nec formaliter: sed effectiuè, sed sic cõseruat accidẽs mediãte substãtia, nõ formaliter: qa accidens non habet esse formaliter à subiecto, sed econuerso, nec materialiter: qa non vt est subiectũ sustentat, & conseruat, qa tunc nihil nisi subiectũ sustẽtaret, cuius contrariũ est in Christo, & omne subiectũ sustẽtaret: cuius contrariũ apparet in materia prima. ergo conseruat effectiuè. 7 Et si dicaꝫ, hoc non põt dici de subiecto violẽto, vt de aqua respectu caloris: dicendum, ꝙ imò, qa sicut terra naturaliter sustentat aquã: quia nata est substerni: & tectũ sustentat tegulas violẽter: sic subiectum sustentat accidens propriũ naturaliter: sed violentum violẽter eadem violẽtia, qua recipit. 8 Sed nec ista ratio cogit, qa sicut calor nulla violẽtia frigefacit, sic nec aqua violẽtia aliqua se calefacit, sed calefit: & per consequẽs nulla violẽtia cõseruat actiuè in se calorem, sed magis destruit. Vnde potẽst dici, ꝙ licet subiici, non sit præcisa, & tota causa sustẽtandi: ꝓpter quod non subiectũ aliquod sustentat, & subiectũ aliquod non sustentat, vt arguitur: nihilominus tñ substantiæ creatæ subiici est ratio sustẽtandi: qa per hoc, ꝙ subiicit accidenti ipsa alteri nõ innixa sustentat ipsum. Et quicquid sit de hoc, certum est, ꝙ quãtitas nõ substẽtat qualitatẽ, cui subiicit̃ effectiuè: sed solũ materialiter, & subiectiuè, sicut materia formã. Sed hîc est materia extrinseca, quam Deus supplere põtest: puta faciendo formã substantialem sine materia, & qualitatẽ sine quãtitate, vt post dicetur: qa cùm vnũ non sit de ratione alterius, nulla cõtradictio implicatur. 9 Tertia ratio est, ꝙ quando aliqua sunt sic adinuicem diuisa: ꝙ vnũ non implicat aliud, nec in sua essentia, nec in suo esse, nec sicut partẽ, nec aliter nulla cõtradictio est vnũ esse sine alio: & per consequẽs Deus illa seorsum facere potest, sic est in proposito. ergo &c. maior patet: qa solũ ꝓpter hoc Deus nõ põt facere materiã sine forma, qa materia implicat formam: & si nõ quantũ ad essentiã, in qua est distincta saltem quantũ ad esse: qa esse est quædã forma, cũ sit actus, & non solũ, qa est vnũ esse vtriusq; : qa tunc pro hoc nõ posset facere formã sine materia, sicut nec econuerso. Nũc autẽ põt facere formã sine materia, & non econuerso: qa materia non est esse formæ, nec est causa formalis ipsius: forma autem vel est ipsum esse, vel est causa formalis ipsius, & Deus nõ potest facere effectũ formalẽ sine causa: puta esse albũ sine albedine, & pari ratione nec esse sine forma absolutè: nec esse substantiale sine forma substantiale: constat autẽ, ꝙ illud esse non põt esse nisi substantiale: cũ materia, quæ est primũ subiectũ, non possit inhærere. Probatio minoris, quia quãtitas est diuisibilis in ea, quæ insunt. Vnde si ea, quæ p se, & primò conueniũt quantitati: vt puta habere partẽ, vel quæ secũdò: vt puta habere sitũ, & hmõi: oĩa considerẽtur æqualiter cõueniunt quãtitati separatæ, sicut coniunctæ: siue per possibile, siue per impossibile separaꝫ. Ex quo etiã põt sumi alia ratio ad principale: qa sicut philosophus arguit animam separabilẽ à corpore naturaliter: qa naturaliter habet operationẽ subiectiuè, & actiuè separatã à corpore: ita illud, quod posset habere supernaturaliter operationem subiectiuè, & actiuè separatã à substãtia: videt̃ ab ea separabile supernaturaliter. Sic autẽ est hîc: qa quantitas si esset separata, non minus esset qualis, nec minus etiã ageret intẽtionaliter, & realiter, q̃ si esset cũ substantia. ergo &c. 10 Secundò de quãtitate successiua cõtinua, quæ est motus, videt̃ dicendũ: ꝙ cũ motus sit essentialiter fluxus formæ, & non forma põt intelligi fluxus formæ: vel cuius est, vt subiecti, vel cuius est, vt termini. Potest igitur motus esse sine termino: dum tñ sit in subiecto: sicut Deus posset vltimã sphẽrã mouere: & ille motus in superficie cõuexa existẽs nõ haberet terminũ, qui est vbi: cũ ipsa sit nusquã, & incircũscripta, sed haberet subiectũ. 11 Secundo ecõuerso in omni forma, quã Deus põt facere sine subiecto, põt esse motus sine subiecto: sicut qñ rarefiunt, & condẽsantur spẽs in sacro altaris: rarefactio quidẽ, & condensatio habent pro subiecto quãtitatẽ, & ꝓ termino qualitatẽ: sed augmentũ, & decrementũ, quæ sequunt̃ istas alterationes sunt ibi sine subiecto: qa habẽt quãtitatẽ pro termino: non autẽ substantiã pro subiecto, qa ibi nõ est, nec quantitatẽ: qa idem re non est subiectũ, & terminus. Nec est maior difficultas facere accidẽs fluẽs sine subiecto, q̃ accidẽs stans cùm vtrunq; sit eiusdẽ actualitatis specie: licet in gradu perfecto, & imperfecto differãt: imo aliquod accidẽs fluens est actualius, q̃ aliquod stans: sicut albedo fluens à gradu imperfecto ad perfectũ est perfectior, q̃ quiescẽs in gradu imperfecto. Vnde cũ hoc possit sustentari sine substantia multò magis illa. 12 Tertiò, non põt esse motus sine vtroq;. ſ. sine termino, & subiecto: quia esset diffinitum sine diffinitione. ſ. fluxus formæ, & non esset forma fluens, nec vt subiectum, nec vt terminus.

Motus nõ põt esse separatus sine vtroq;.

13 Tertiò, de quãtitate discreta, quæ est numerus in cõtinuis permanẽtibus: videt̃, ꝙ non possit fieri sine numeratis: qa non est aliqua res præter illa. Cùm enim vnitas, q̃ est principiũ numeri sup̃ continuũ non addat rem, sed priuationẽ tantũ: puta in diuisionnẽ: numerus qui nõ aſt aliud, q̃ vnitates, non addet aliquid sup̃er omnia, nisi quantũ vnitas super singula: & sic non addit nisi priuationẽ. Et si addit aliqd' positiuũ illud: est ens rationis. Facere autẽ aliquid realiter esse sine sua realitate est cõtradictio. Vnde cũ numerus præter res numeratas non dicat rem. ergo non est per se factibilis.

Quãtitas discreta non põt esse separata à subiecto.

14 Secundò, de quãtitate discreta, quæ est tempus, quod est numer⁹ prioris, & posterioris in motu videtur idem: quia aut non addit aliquid sup̃er motũ, aut illud, quod addit, est ab anima, vt philosophus videt̃ innuere: qa si addit, hæc est ratio mẽsuræ. Relatio aũt mẽsuræ est rationis tantũ. Dato etiã ꝙ relatio, quã addit, esset realis: adhuc tñ relatio non põt fieri sine subiecto: vt dicetur in. 3. mẽbro. Et tñ non videt̃ probabile, ꝙ tẽpus sup̃ motũ addat relationẽ realẽ: qa tunc nõ esset spẽs quãtitatis distincta à motu, sed magis species relationis.

Nec tẽpus quod est ens rationis.

15 Tertio videt̃ idem de quantitate discreta, q̃ est oratio: qa cùm illa nõ sit quãtitas, nisi prout est in voce, quæ est sonus cũ motu cõtinuo delatus, vel cũ discontinuo, ipsa est quidã numerus. Vnde super quantitatẽ, vel quãtitates cõtinuas nõ addit, pluſquã numerus sup̃ res manentes: imò non videtur, ꝙ super sonum, sed super quãtitatem continuam fundẽt immediatè. Et sic super sonũ vocis, & quantitatẽ nullãrem absolutã addit, propter quod seorsum fieri non potest. 16 QVANTVM ad secundũ principale sunt tria videnda. Primò, de qualitate sensibili, in tertia, & secunda specie. Secundò, de qualitate, quæ est sensibile cõmune, q̃ est in quarta specie. Tertio, de qualitate spũali. 17 Primò ergo de qualitate in tertia specie, quæ est passio, & passibilis qualitas, de quibus aliquæ sunt, in secũda simul & in tertia: sicut illæ, quæ habent actionẽ naturalẽ, & animalem, vt primæ qualitates actiuè, de his videtur, ꝙ possint diuina virtute separari, eadẽ ratione, qua, & quantitas. Sed tunc qualitas illa nõ erit sensibilis actu, sed tantùm aptitudine, nisi virtute diuina: qa esse sensibile non est ratio intrinseca coloris, sicut nec esse disgregatiuum: qa esse sensibile est esse motiuũ sensus. Et ideo si separa-

Nec oratio est separabilis.

2. Arti.

Nota.

retu, esset quidẽ sensibilis: licet non actu sentiretur: sicut aliquis ignis posset esse ita paruulus, ꝙ actu non calefaceret, q̃uis esset aptus natus calefacere, sicut oculus æger non pot videre lucẽ excedentẽ: q̃uis sit aptus natus videre secundũ ꝙ visus. 19 Sed vtrum Deus posset facere videri colorẽ separatũ est dubiũ. Et videt, ꝙ sic qa diuina virtute prius pot separari à posteriori. Vnde cũ qualitas prius sentiat, & quãtitas posteri⁹: videt, ꝙ Deus posset facere videri qualitatẽ sine quãtitate, & per consequens facere videri qualitatẽ, quæ esset sine quãtitate. Cùm etiã quidã dicant posse Dei virtute videri, qd' non est sicut, & fantasiari: qa certũ est, ꝙ specie pot Deus causare, vel cõseruare sine obiecto. Si ergo ꝓpter nihil aliud est imaginatio rei absentis: non autẽ visio, qa manet species in imaginatione re absente, non autẽ in visu, cùm Deus posit re absente seruare specie in visu: per consequens facit rem absentẽ, vel non entẽ videri: maximè si videre nõ est sola habitudo ad esse rei visæ: sed actus absolutus terminatus ad rem, vt visa est, non secundum id, quod est. Potest enim Deus talẽ visionẽ conseruare. Et sic non pot Deus facere, ꝙ ego videã rem, & res non sit visa: sed pot facere, ꝙ ego videã rẽ, & res nõ sit in rerũ natura: sicut res opinata, & scita est quidẽ cognita, sed non oportet, ꝙ sit in rerũ natura: qa esse cognitũ intellectu, vel sensu in ipso quidẽ cognoscẽte ponit ens rei. s. cognitionem ipsam: sed in ipso cognito non ponit nisi ens rationis: quod non requirit pro fundamẽto ens reale: nisi in aliquibus secundũ cursum naturæ, quam Deus posset immutare. 20 Præterea, quãtitas propter hoc est ſeparabilis in esse, quia est separabilis in operari. Si ergo qualitas separata per posibile, vel imposibile, nullam habeat operationẽ. ergo non erit separabilis secundum esse. 21 Sed ad hoc posset dici, ꝙ non sequit: qa licet separabile secundũ operationẽ sit separabile secundum esse, non tñ econuerso. De hoc autẽ dictũ est suprà dist. 10. 22 Secũdò, de qualitate, quæ est sensibile cõmune: quæ est in quarta specie qualitatis, & forma, & circa aliquid cõstãs figura, vt curuitas, rectitudo, & huiusmodi: quia si iste qualitates differunt reabsoluta à quantitate possunt fieri, & separari: sicut aliæ qualitates secundæ, & tertiæ speciei. Si autẽ non differãt re absoluta, non possunt tunc fieri sine quãtitate cõtinua permanente: sicut nec quantitas discreta. Supposito igitur, ꝙ differant, potest fieri, aliter non. Sed suppposito, ꝙ differant, adhuc est distantia de figura, quæ cũ sit terminatio corporis limitati, & cũ imposibile sit corpus esse infinitum, imposibile est esse finitum, & non habere terminũ. Et ideo contradictio esset, ꝙ Deus faceret corpus finitũ sine figura. ergo multò magis ecõuerso. 23 Et dicendũ secundũ illos, qui distinguũt vnum ab alio, ꝙ est prædicatio per causam, & est æquiuocatio de figura: qa essentialiter figura differt ab illa terminatione, q̃ est priuatio vlterioris quãtitatis. Figura autẽ est aliquid reale positiuũ. Vnde figura est æquiuocũ ad vtrunq;, propter quod Deus non potest facere corpus finitũ sine figura: prout figura dicit illã priuationẽ: sed potest Deus facere corpus finitũ sine figura: prout dicit illud reale positiuum cõsequens illã priuationẽ vlterioris quantitatis, & econuerso. & similiter est de curuitate, & rectitudine lineæ: qa, vt dicunt, priuationẽ hanc, quæ est, ꝙ mediũ non exit ab extremis, vel istam positionẽ ꝙ exit: non est mediũ inter illa: non potest Deus facere lineã, quæ non sit recta, vel curua secundũ istum modũ: sed prout rectitudo dicit rem absolutã, quę consequit lineã, secundũ ꝙ eius mediũ non exit ab extremis, & curuitas eandẽ ꝓpter exit, sic Deus pot facere lineã sine rectitudine, & curuitate, & econuerso: & sic erit linea recta sine rectitudine; & curua sine curuitate ꝓpter æquiuocationẽ: sicut dicitur, ꝙ Christus est filius Virginis, non propter filiationẽ, quã habeat, sed qa ab ea genitus est, sicut & Deus dicit Dñs, non ꝓpter relationẽ, quã in se habeat, sed qa est terminus relationis oppositæ. 24 Tertiò, de qualitate spũali, quæ est in prima, & tertia specie, vt habitus, & actus, vel in secũda specie, vt potẽtia, de quibus omnibus videt, ꝙ diuina virtute fieri posint sine subiecto: qa differunt à subiecto re absoluta secundũ cõmunem opinionẽ: & non sunt minus entia, q̃ qualitates corporales. Vnde si illæ, vbi differunt, possunt separari à suis subiectis multò magis iste. 25 Sed tunc est instantia, qa intellectus separatus poterit intelligere, & sic beatificari, qd' est absurdũ, qa non est ad imaginẽ Dei. Et similiter absurdius est de habitu, vel de actu separato, qui est super se reflexiuus. Et si posit dici, ꝙ actus, vel habitus non posint intelligere: qa non habẽt potentiã, nec sunt potẽtia, nec potẽtia ipsa posit: qa principalis potẽtia in telligẽdi est ipsa substãtia animæ, vel angeli, non valet: qa saltẽ Deus posset intellectui separato imprimere eundem habitũ glorioſum, & eandẽ beatitudinẽ, quam coniuncto, & tunc esset beatus, habens essentiã beatitudinis subiectiuè. Et dicendũ, ꝙ verũ est, qa vno incõuenienti dato alia contingunt: sed esset beatus tunc sicut potentia beatificabilis est: non autẽ sicut perfecta creatura rationalis. 26 QVANTVM ad tertiũ, de relatione sunt quatuor cõclusiones. Prima, ꝙ relatio nullo modo pot fieri sine subiecto: qa illud accidẽs, qd' implicat subiectũ, non pot esse sine subiecto: quin sit cõtradictio: q̃uis subiectũ sit extra essentiã eius, sicut non potest Deus facere albũ sine subiecto: qa licet albũ solam qualitatẽ significet: tñ albũ implicat subiectũ significãs albedinem in subiecto, ꝓpter qd' esse album sine subiecto est esse albedinẽ sine subiecto, & in subiecto. Similiter si sit accidens, qd' in abstracto implicet subiectũ, idem dicendum est: sicut ſymitas est nasi curuitas. Vnde quæcunq; curuitas fieret sine naso ipsa non esset ſymitas. Ita cùm relatio secundũ quidditatẽ suã sit modus, & habitudo huius rei: & similiter omne accidẽs relatiuũ impoſsibile est esse accidẽs respectiuũ sine eo, qd' per ipsum formaliter refertur: puta paternitatẽ sine patre, & similitudinẽ sine qualitate. 27 Sed contra hoc videt esse: qa si potest esse in ſpeciebus altaris augmentũ, & decrementum sine substantia: tunc est ibi augmẽtari, & diminui, quæ sunt pati, & non est ibi subiectũ eorũ, & similiter augmentare, & diminuere. Sed de hoc dicet infrà, cùm agetur de actione, & paſsione ſpecierũ. 28 Secũda cõclusio est de relatione reali ī abstracto: ꝙ sicut nõ pot esse sine subiecto, ita nec sine termino: sed esse absolutũ, non dico relatũ: qa relatio est ipsum esse ad aliud. Vnde si non est aliud, aliud non est relatio: sed sufficit illud esse secundũ id, quod est. Non oportet autẽ, ꝙ secundũ respectũ habeat esse reale, cũ posit esse vna relatio realis, q̃ alia est tantũ rationis, sicut relatio ſcientiæ ad ſibile mensurati ad mensuram. 29 Tertia cõclusio est de relatiuo secundũ esse, de quo idem videt dicendum, ꝙ. s. non pot esse realiter tale. Et dico realitate relationis vel etiã realitate fundamẽti, nisi habeat extremũ distinctum in esse reali, vel fundamenti, vel relatiui, sicut non pot esse realiter filius, vel Dñs, nisi habeat realiter parentem, vel seruũ: siue illa realitas sit à realitate generationis, & ſubiectionis, siue à realitate relationis.

30 Quarta conclusio est de relatiuo secundũ dici, ꝙ ipsum requirit extremũ ſemper: non quidẽ in esse reali distincto absoluto, vel relato, sicut ipsum requirũt relatio realis, & relatiuũ secundũ esse, siue sit rationis, siue rei, vt dictũ est, sed inesse relatiui, sic intelligẽdo, ꝙ in tali esse ipsum requirit in quali, ipsum denotat, & respicit, verbi gratia, ſcientia, & potentia sunt relatiua secundũ dici ſemper: q̃nq; autẽ secundũ rem, vt in creaturis cõmuniter: q̃nq; ſecundũ rationẽ, vt ſciẽtia, & potẽtia Dei respectu creaturarũ. Impoſsibile tñ est esse ſcientiã, vel potentiã alicuius: nisi vt illud sit mox inesse ſcibili, vel posibili. Sed non oportet ipsum esse in esse reali: nec ite rum oportet ipsum esse in esse distincto realiter, cùm in Deo sit realis ſcientia respectu suiipsius, & realis potentia intelligẽdi, & volẽdi, & generãdi, & ſpirãdi, quæ non distinguuntur ab obiecto. Et per hoc patet ſolutio ad primum. 31 Ad argumentum in oppoſitum dicendum, ꝙ non est ſimile: quia accidens respectiuum in sui significato etiã abstractiuè sum implicat obiectum, non ſic autem accidens abſolutum implicat ſubiectum, vt patet per dicta. ideo &c.

Obiectio. Qualitates ſpũales ſunt ſeparabiles à ſubiecto. Reſo. Doct. 3. Art. Relatio nulla potentia est ſeparabilis. Nec relatio realis. Nec relatio ſecundũ eſſe. Nec relatio ſecundũ dici. Dubium. Scot. q. 8. diſt. 10. Ad arg. in oppoſitum.

QVAESTIO TERTIA.

De modo, quo accidentia in hoc ſacramento exiſtunt

Thom. 3. part. q. 77.

QVAERITVR Tertiò, vtrum in sacro altaris sint accidẽtia sine subiecto? Et videt, ꝙ non: qa eucharistia est quoddã sacrm, sicut & alia: & alia supnaturalia sicut istud: sed in aliis non ponunt accidẽtia sine subiecto. ergo nec in isto poni debent.

2 CONTRA, qa si essent in subiecto, aut in corpore Christi, aut in substantia panis, aut in aere, sed non in corpore Christi: in quo sunt alia eiusdẽ rationis. Iterum nec est Christus ita paruus, sicut hostia, nec ita coloratus. Nec in substantia panis, & vini, quæ nõ manet. Nec in aere, qa est locus ſpecierũ, qui differt suppoſito, & subiecto à locato. Et iterũ sunt ibi aliæ dimenſiones eiusdem ſpeciei. 3 Et si dicatur, ꝙ Deus pot facere duo accidentia eiusdem ſpeciei in codẽ subiecto non videt: qa quæcũq; sunt vnũ subiecto, sunt vnũ per accidens: sed sicut ipse non pot facere vnũ per se ex duobus actibus, nisi vnũ sit actu, & aliud in potẽtia: ita videt, ꝙ non posit facere vnum per accidens ex duobus actibus æqualibus, nisi vnũ sit potentialius, & aliud actualius: quod non est in his, quæ nõ differunt ſpecie nisi per accidens, q̃ differũt gradu. 4 RESPONDEO, cõmunis opinio omniũ catholicorũ est hîc esse accidentia sine subiecto. Circa hoc tñ est triplex modus dicẽdi.

1. Arti. Prima opĩo, ꝙ accidentia naturaliter inſunt. vide Godo. de Fõt. quot li. 8. q. 17. Declara. Proba. horũ ꝙ posibile est ſic esse.

5 PRIMVS, ꝙ sunt hîc naturaliter, nec propriè subsiſtunt, quia sunt in alio. Dicunt enim, ꝙ sicut qualitas remanet hîc naturaliter: qa remanet suũ immediatum subiectũ, quod est quãtitas: licet tollatur suũ remotum, quod est substãtia, & sic ipsa qualitas non subsiſtit, sed inhæret: sic etiã quantitas caret quidẽ suo subiecto remoto: quod est essentia substantiæ, quæ conuertit: sed habet suum subiectũ propriũ, & propinquũ: qd' esse substantiæ, quo mediãte inest substãtiæ: quia illud esse posſibile est remanere essentia nõ remanẽte, imo necesse est ipsum remanere cõſiderato modo, quo definit hîc esse,

6 Et quidẽ, ꝙ hoc sit posibile, patet: qa licet essentia sit prior ipso esse ex quo videtur, cũ prius posit separari à posteriori, ꝙ magis posit separari, & fieri essentia sine esse, q̃ econuerso: tñ conſiderando ex alia parte, ꝙ essentia se habet ad esse, sicut potẽtia ad actũ, & sicut materia ad formã, quia actus minus dependet à potentia, q̃ econuerso: sicut Deus magis potest facere formam sine materia, q̃ econuerso: imò illud potest, & istud non pot: sic videtur magis factibile esse sine essentia, q̃ econuerso: sed Deus in incartione verbi fecit essentiã humanitatis sine suo esse. ergo multò magis hîc potest facere esse substantiæ panis sine essentia, vt sicut est ibi assumpta essentia, & manet: non autẽ esse & non manet: sic econuerso hîc conuerſa potest esse essentia, & non manet, & non conuerſum esse manebit. 7 Secundò, ostendunt, ꝙ non solũ istud sit posibile, sed necesse, qa nihil creatũ potest conuerti in increatũ, sed vnum creatũ potest conuerti in aliud, qñ cõmunicãt in materia, & in genere, aliter non: sicut accidẽs non cõuertitur in substantiam, nec in accidẽs alterius prædicamẽti ſecundũ communẽ opinionẽ: essentia autẽ panis cũ essentia corporis Christi cõuenit in materia, & ī genere. Vnde vna potest coõerti in aliã etiam per naturã, si corpus esset mortale: sed esse panis non cõmunicat in materia, nec in genere cũ esse corporis Christi ſubstantiali: cũ illud sit increatũ diuinũ, quod est ſuppoſiti diuini, cùm in Christo non sit nisi vnũ esse actualis existentiæ ſubſtãtialis. ergo impoſsibile est esse panis cõuerti, & necesse est ipsum remanere. 8 Sed contra hanc opinionem arguitur primò, ꝙ nõ necesse sit ipsum remanere: tum quia si non posset conuerti: potest tñ annihilari, vel potest corrumpi cedendo in potentiã materiæ: ita ꝙ sicut humanitas potuit assumi non assumpto esse, sed manẽte in potentia materiæ: sic essentia pot conuerti non cõuerſo esse, sed redacto in potẽtia essentiæ. Itẽ licet esse panis non posſit cõuerti in esse increatũ: potest tñ conuerti in essentiã creatã: qa quæ cõmunicat in materia, ſunt adinuicem trãſmutabilia: dato ꝙ non cõmunicent in materia propinqua, sed ſolũ in remota: sicut elementũ pot conuerti in animatũ, & econuerso: esse autẽ panis, & esse corporis Christi cõueniunt in materia prima, quæ est vtriuſq; potentia remota, licet nõ cõueniant in propinqua, qa materia est pura potẽtia: essentia autẽ est potẽtia cum actu: imò etiã ratio cõtraria si aliquid valeret: cõcluderet, ꝙ de omni cibo, quẽ Christus ante paſsionẽ ſumpſit: ſola essentia in ipſum conuerſa fuit, & non esse, sed remanſit, vel aliter, q̃ per conuerſionẽ corruptũ fuit, quia esse substantiale Christi erat increatũ ante resurrectionem, sicut post. 9 Præterea, sicut dicimus, ꝙ aqua, q̃ de potentia ordinata non potest cõuerti in ſanguinẽ Christi: prius conuertit in vinũ, & postea totũ in ſanguinẽ: sic esse si non pot de potẽtia absoluta cõuerti in aliquid Christi: prius natura cõuertit in suam essentiã trãſiens in eã: sicut forma, quæ cedit in potentiã materiæ, & post illa essentia tota conuertitur in essentiã. Et sic non necesse est esse remanere, vt probat vltima ratio, quæ per hoc est ſoluta.. 10 Secundò etiã videt, ꝙ non sit posibile ipsum manere: qa impoſsibile est, ꝙ Deus faciat effectũ formalẽ sine causa formali sua: puta esse albũ sine albedine. vnde cùm esse panis sit effectus formalis essentiæ panis, videtur impoſsibile, ꝙ Deus faciat esse panis sine essẽtia panis. 11 Et ad argm̃ est dicendũ, ꝙ Deus non pot facere essentiã sine omni esse: quia tunc esset, & nõ esset: sed bene pot facere essentiã sine suo esse naturali, cõmunicãdo sibi esse perfectius. Sic etiã non pot facere esse panis sine essentia panis, vel aliquid nobiliore: quæ sit vnũ cum ea: hæc autẽ non est essentia accidẽtis. ergo non pot manere esse panis nisi cum aliqua essentia substantiæ, quæ vel sit panis, vel alia nobilior, q̃ sit idem suppoſito, & per se cũ ipso esse. ergo cũ hæc non sit essentia corporis Christi: oportet ibi aliam esse, cùm qua non plus ibi esset corpus Christi, sicut nec erat ante conuerſionem, sicut fit qñ ex ſpeciebus alia substantia generatur.

2. ꝓbatio ꝙ de facto sit sic. Improbatio opinionis, ꝙ de facto nõ sit sic. Improbatio primi dicti. Ad arg. eorũ

12 SECVNDVS modus dicendi est, ꝙ vbi ſub 2. opi.

Henricus de Gã. quotli.4.q.36. ibi ſubſiſtunt accidẽtia ſupernaturaliter per virtutẽ ſuperadditã: quia qd' aliquid habeat actu illud, quod debetur ſuæ naturæ, põt eſſe non per aliquid additũ, ſed ſolũ per conſeruationẽ naturæ, & per remotionẽ prohibentis, ſi qd' eſt. Sicut ꝙ leuè ferat ſurſum, ad qd' eſt tantùm in potẽtia accidẽtali: ſufficit tantũ generãs conſeruans in eſſe, & remouẽs prohibẽs: ad hoc autẽ, ꝙ non leuè poſsit ſurſum ferri, cũ ſit in potẽtia eſſentiali: oportet ſibi addi actũ primũ: vt dicit. 2. de anima, &. 8. Phyſi. qa nihil põt aliquid, cũ prius nõ poſſet, niſi per aliquod ſibi additũ. Sic igitur, qa ſubſtãtiæ naturale eſt ſubſiſtere non oportet aliquid ſuperaddere ſibi ad ſubſiſtendum: ſed ſufficit ipſam cũ ſeruare. Vnde ſubſtantia per nihil ſibi additũ ſubſiſtit: & ſi ipſa prohibeatur ſubſiſtere aliquo alio ſufficit illud amouere, nec oportet aliquid addere, ſicut humanitas Chriſti ſola depoſitione à deitate ſibi derelicta nullo addito ſubſiſteret. Sed accidẽs non habet per naturã ſubſiſtere, ſed magis inhærere: vnde non põt ſubſiſtere niſi per aliquid ſibi additũ, ſicut nec vapor ſurſum ſtare, niſi per calorem incorporatum.

Impro. opi. 13 Sed nec iſta opinio valet: quia illud additũ, aut eſſet eſſentia, aut eſſe, id eſt, aut eſſet principiũ ſubſiſtendi, aut ipſum ſubſiſtere. Non primũ: qa tunc inter eſſentiam quãtitatis, & ſuum eſſe caderet mediũ, qd' eſt abſurdum. Et iterũ eſſet vnicũ eſſe duplicis eſſentiæ, qd' non eſt niſi materiæ, & formæ. Non etiã ſecundũ, quia illud ſubſiſtere cũ eſſe præexiſtente eſſent duo eſſe vnius eſſentiæ, ꝙ eſt inconueniẽs. Et iterũ illi ſubſiſtere ineſſet eſſe primum, & inhæret: & per cõſequẽs eſſentia ſua, & ſic nõ ſubſiſteret quãtitas, ſed inhæret, aut ſi nõ inhæreret, per conſequẽs ſubſiſteret: & ſic non eſſent duo ſubſiſtere. Et qd' dicitur de poſſe, quod prius nõ poterat, dicendum, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquid poſsit per ſe, & de ſe intrinſecè, qd' prius non poterat indiget aliquo ſibi addito: ſicut graue ad hoc, ꝙ ab intrà ſurſum ferat, requirit aliquid ſibi impreſſum à cœlo, vel ab adamãte. Sed ad hoc, ꝙ ex alio, & per aliud nõ indiget, ſicut ad hoc, ꝙ graue aliquo ſubſtenteꝰ ſurſum, non oportet aliud ſibi addere: ſed per aliud ſeparatũ illic põt teneri, vel violẽter ab agẽte particulari: puta colũna, vel ſupernaturaliter à natura vniuerſali ſupplẽte vacuũ: ita accidẽtia non ex ſe ſubſiſtũt, ſed diuina virtute, quæ portat omnia verbo virtutis ſuę, & lapidẽ poſſet ſubſtentare ſurſum nullo ei addito, ꝙuis natura eius tendat deordum: ſic & accidẽti, qd' natũ eſt inhęrere alteri tribuit ſubſiſtere in ſe, non per additum.

Opinio 3.q.eſt doc. 14 Et ideo eſt tertius modus dicẽdi, ꝙ per nihil additum, ſed per ſolã diuinã virtutẽ ſubſiſtunt, nec per hoc ꝙ eſt ibi corpus Chriſti, ſine cuius pœnitẽtia idem poſſet fieri, & hoc patet: qa illud additũ, aut eſſet ſubſtãtia, aut accidens nõ accidens: qa pari ratione indigeret aliquo alio ſubſtentãte. cũ æqualiter omni accidenti abſoluto eſſe ſit in eſſe: non minus naturali, q̃ ſupernaturali, nec minus corporali, q̃ ſpirituali, nec ecõuerſo, nec ſubſtantia: qa aut illa eſſet affecta illa quãtitate ſubiectiuè, aut non. Non primò modo, qa tunc nõ eſſet ibi corpus Chriſti, ex quo eſt ibi alia ſubſtãtia, quę ſuccederet loco primæ: qa corpus Chriſti non eſt ibi, niſi qa ſuccedit ſubſtantiæ prius exiſtenti: aut non eſſet affecta, & tunc non poſſet ſubſtentare illam, cũ hoc ſit propriũ virtutis infinitæ. ſ. poſſe ſubſtẽtare aliquid in ſe à ſe diſtinctum natura, vel ſubiecto: quod non poteſt virtus finita per aliquod medium.

Ad argu. in oppo. 15 Ad argumentũ in oppoſitum dicendũ, ꝙ non eſt ſimile de euchariſtia, & aliis ſacris: qa in euchariſtia debet eſſe Chriſtus realiter, & non in aliis ſacris, niſi virtualiter. ideo hîc oportet ſubſtantiam in ipſum cõuerti, cùm alius modus ſufficiens nondũ ſit inuentus, per quem poſsit hoc eſſe, non autem in aliis.

QVAESTIO QVARTA

De immutatione ſpecierum actiua, & paſsiua.

Thom. 3. q. 77. art. 3. & 4. vſq; ad 7.

QVAERITVR Quartò, vtrũ ſpecies in ſacro altaris poſsint aliquid immutare. Et videt ꝙ nõ, qa pari ratione poſſent immutari: quia agens naturale agendo compatit, primo de generatione non autẽ poſſunt immutari naturaliter, nec annihilãdo: qa natura ſicut non agit ex nihilo, ſic nec redigit in nihil, nec cedendo in potentiã materiæ, quæ ibi non eſt. ergo &c.

2 IN Contrariũ eſt ſenſus: qa omni illo modo apparent immutare, & immutari, quo prius faciebant.

3 RESPONDEO, circa hæc duo ſunt videnda. Primò, quomodo poſſum immutare. Secundo, quomodo immutari. 4 QVANTVM ad primum ſunt tres cõcluſiones. Prima, ꝙ ſpecies remanẽtes in ſacro altaris poſſunt immutare accidẽtaliter, & nõ minus q̃ prius, ſiue generãdo tantũ, vt eſt in mutatione intentionali, quæ eſt ſecundũ paſsionẽ animæ, quæ eſt ſalus, & perfectio, ſecundũ quam dicunt paſsibiles qualitates, quæ ex ſe paſsionẽ inferunt ſenſibus, ſiue corrũpendo, & generãdo, ſicut eſt in mutatione reali, quæ eſt ſecundum paſsionẽ naturæ, quæ magis facta abiicit à ſubſtantia. Primũ patet quo ad qualitates, quæ ſunt primo ſenſibiles, & non habent à ſubſtãtia: ſed à ſe ſenſus immediate mouere. Vnde cùm habeant idem eſſe, quod prius, per conſequẽs idem agere. De quãtitate verò dicunt quidã, ꝙ licet ſi per ſe ſenſibile: hoc tũ non eſt, qa agat aliquid in ſenſum, ſed qa percipit à ſenſu, ſicut ecõtrario ſubſtantia dicit per accidẽs ſenſibile: qa non percipit à ſenſu, licet agat in ſenſum: & tunc ꝙ quãtitas careat ſubiecto: non mutat actionẽ qualitatũ ſenſibiliũ, quæ exiſtentes in ea ſubiectiuè agunt ſine ea. Si autẽ dicaꝰ quãtitas eſſe per ſe ſenſibile pro tãto, ꝙ agat etiã ad ſenſationẽ ſimpliciter: cũ ſecundũ ea, quæ ſunt quantitatis: puta magnitudinẽ, paruitatẽ, & figuram, & diſtantiã, & hmõi ſequatur variatio in immutando ſenſum à qualitate, quæ eſt primò ſenſibilis, & quod eſt cauſa magis, & minus, eſt cauſa ſimpliciter nihilominus hoc ipſum põt ſaluari in quãtitate ſublata ſubſtãtia, qa hoc non habet quãtitas à ſubſtantia, in qua eſt, ſed à qualitate, cui ſubeſt nunc, ſicut prius. vnde &c.

1. Arti. Spẽs poſſũt immutare intentionaliter, & naturaliter.

Duran. hîc. q. 2. ar. 10.

5 Itẽ ſecundo hoc idem patet de immutatiõe naturali, qa qualitates habent idem eſſe, quod prius. ergo idẽagere, qa agere ſequitur eſſe: quantitas verò nihil ad hoc coagit. Vnde in Mathematicis non eſt motus. Licet autẽ ſenſus indicet hanc immutationẽ realẽ: ratio tñ hæſitat, qa vbi nõ eſt principale actiuum, nec aliud: ſed principale actiuũ non põt eſſe niſi principale ens, quod ſolũ eſt ſubſtãtia, quæ hîc non eſt. ideo &c. Et ad hoc dici põt, ꝙ actio, quæ eſt ad principalem effectum, qui eſt ſubſtãtia, non eſt ſine principali actiuo, quod eſt ſubſtantia: niſi vt in ſequẽti articulo dicetur: ſed actio, quæ eſt ad effectũ non principalẽ, ſed ſecundariũ, qui eſt accidẽs, põt eſſe a ſolo accidẽte, cũ in actione vniuoca nõ oporteat agens excedere effectum.

Ad dic. du.

6 Secũda cõcluſio eſt, ꝙ poſſunt immutare ſubſtantialiter corrũpendo: puta, ꝙ ſpecies vini põt corrũpere guttã æquæ impoſitã: quia quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati: ſed alteratio eſt cauſa corruptionis, & ſpecies alterant per ſe, & primo. ergo ex conſequẽti corrumpunt: ſicut

Poſſunt immutare ſubſtãtialiter.

punt: ſicut ꝙ eſt alterãs hominẽ ad mortẽ eſt cauſa mortis, & iudicatur irregularis, qui facit illud, ad qd' mors ſequitur, ac ſi immediatè occideret. Nec dico, ꝙ quicquid eſt cauſa antecedẽtis, ſit cauſa cõſequẽtis ſemper in poſitiuis, ſed vbi eſt effectus priuatiuus, ſicut eſt corruptio: qa aut requirit ꝓpter ſe cauſam, aut ꝓpter antecedens: ꝓpter ſe non, qa non eſt ens. ergo ſolũ ꝓpter antecedẽs.

Nota benè.

Et ſic qd' põt in antecedẽs, põt in cõſequẽs tale: propter qd' in omnibꝰ ſequitur, ꝙ quicqd eſt cauſa ſufficiens alterationis, ad quã de neceſsitate ſequitur corruptio ex hoc ipſo eſt cauſa ſufficiẽs corruptionis. Sed vbi eſt effectus poſitiuus, non oportet. Non eñ quicquid alterat ad generationẽ ſufficit ad ꝓductionẽ formæ: ſicut homo generat hominẽ, & Sol alterando, ſed ſolus Deus creat animam infundẽdo. Vnde etiã in artificialibus inferior ars

Obiectio.1.

ꝓparat materiã, & ſuperior inducit formã. 8 Sed cõtra hoc videt, qa natura non põt corrũpere, niſi quod põt generare. Vnde materiã primã, & animã rationalẽ, & formã cœli, quã non põt generare, nec põt corrũpere. Item qa corruptio nõ eſt niſi ꝓpter generationẽ, niſi poſſit generare, non intẽdit corruptionẽ. 9 Dicendũ

Ad. 1.

ad primũ, ꝙ forma, q̃ ſecundũ ſuam ſpẽm non eſt à natura ꝓducibilis: ipſa nec eſt à natura corruptibilis. Vnde & ſi corruptio huius ſequatur ad opus naturæ, hoc non eſt effectiuè, ſed meritoriè, vel demeritoriè, ſicut in formis gratũ faciẽtibus: ad quarũ productionẽ, & deſtructionẽ liberũ arbitriũ non agit niſi diſpoſitiuè, & meritoriè, nõ actiuè. Dico autẽ de his, ad quæ attingit naturali virtute: quæ eſt ad generandũ, & corrũpendũ: ſecus de his, ad quæ ſupernaturali virtute, ſicut ſacra habẽt virtutẽ characterem ꝓducendi, nõ corrũpẽdi. 10 Ad ſecundum dicendũ, ꝙ natura corrũpit dupliciter, vno modo per ſubſtractionẽ conſeruãtis, & hoc facit nõ generãdo, ſicut per motũ cœli corrũpitur lux, & nihil inde generatur: qa intẽdit alibi generare. & ideo ceſſat ibi, qa ſimul non poteſt vbiq;: alio modo per actionẽ, & ſic natura nihil corrũpit, niſi ſit nata inde generare, ſed quãdoq; ipſa non generat niſi partẽ: ſicut in embrionis corruptione: quæ eſt à natura accidẽtaliter, multa generãtur à natura, & alia forma naturalis generari potuit: licet nõ illa, quæ infuſa eſt. Et ſimiliter ſpẽs poſſunt corrũpere, qa indegenerãt formã accidẽtalẽ, & ſi non ſubſtantialẽ, quamtũ aptè natæ eſſent generare: licet fortè hoc impediatur per accidens ex parte ſubiecti propter defectum eius.

Ad. 2.

Durã. vbi ſuprà.

11 Et ex hoc ſequit tertia cõcluſio, q̃ eſt, ꝙ poſſunt generare formã ſubſtantialẽ, cuius contrariũ dicũt quidam, qa nec virtute ꝓpria: qa tunc agerẽt vltra ſuam ſpeciem, nec virtute ſubſtãtiæ, cui inſunt, qa ſunt ſine ſubiecto: nec virtute ſubſtãtiæ, cui infuerũt: qa ſecundũ ordinem naturæ nullũ inſtrumentũ põt agere virtute principalis agẽtis, niſi ſit actualiter coniunctum, vel niſi recipiat ab eo formã immanentẽ, vt patet in deciſione ſeminis. Sed ſpẽs ſunt actu ſeparatæ à ſubſtãtia, nec repiunt ab ea aliquã formã immanentẽ: per quã agant. ideo &c. Sed iſta ratio eſt cõtra eos, vt videt: qa ſicut nihil producit nobilius ſe in virtute ꝓpria: ſic vt videtur in virtute

Ratio Du. retorquetur

ſua nihil corrũpit nobiliꝰ ſe: qa nihil corrũpit niſi à fortiori, & digniori. Qd' eñ corrũpit, aliud dominatur illi. Vnde videt extraneũ, q̃ ſpecies poſsint ſubſtantiã corrũpere, vt dicit, & nõ ſubſtantiã generare. 12 Et dicendũ, ꝙ ad generationẽ oportet dare generans vniuocum: qd' eſt æquè nobile, vel æquiuocũ principale, qd' eſt nobilius effectu. Sed ad corruptionẽ, quæ poteſt eſſe per ſolã ſubſtractionẽ influentiæ conſeruãtis: qa conſeruans influit mediãtibus diſpoſitionibus accidẽtalibus: ſufficit corrũpens dominari illis diſpoſitionibꝰ, quibus deſtructis ſubiectum corrumpitur.

Spẽs ꝓpria virtute corrũpere põt, ſed non generare.

13 Et ſic propria virtute ſpecies poſſunt corrũpere, & non generare. Cùm eñ non habeãt, pluſquã ante conuerſionẽ, ſicut tunc ꝓpria virtute nõ generabãt, ita nec nunc. Sed qd' poſtea dicitur, ꝙ nec etiã alterius virtute generant, videt falſum. Et qd' dicitur, ꝙ non virtute ſubſtantiæ, cui inſunt, verũ eſt, qa ſunt ſine ſubſtãtia. Et vltra ꝙ non virtute ſubſtãtiæ, cui infuerũt, poſſet cõcedi, ſed virtute Dei ſubſtẽtantis. Poteſt eñ Deus accidentia ſuſtẽtare inæquali vigore in quãto cũ ſubſtãtia ſubſtentabant. Vnde ſi tunc generabãt in virtute ſubſtãtiæ creatæ ſubſtẽtantis, & nũc generabũt virtute Dei ſubſtẽtantis.

1. ſolutio.

14 Poteſt etiã dici, ꝙ in virtute ſubſtãtiæ cõuerſæ, ſicut ſemen deciſum: qa licit non habeãt formam aliã ſibi impreſſam: tũ totũ id, qd' ſunt, & totã naturã habuerũt in ſubiecto, & à ſubiecto, ſaltẽ ſicut à cauſa materiali. Et ideo quãdiu ſeruat in eis eſſe quale in ſubiecto habebant: per conſequẽs habẽt tale agere omnino, ſicut prius habebãt: & in tantũ dicũtur agere in virtute ſubſtantiæ cõuerſæ: ex quo illud, qd' in ea habuerunt, illud idem numero eis ſeruat.

2. ſolutio.

15 Ex his ergo patet, ꝙ triplici virtute generare poſſunt primò virtute Dei: qa cùm generare nõ ſit magis aptus ſubſtãtiæ, q̃ ſubſiſtere: cũ omnis prima ſubſtãtia ſubſiſtat ſecundũ naturã, non autẽ generet: ſicut illis accidentibus virtute Dei cõpetit ſubſiſtere: pari ratione generare: cũ Deus poſsit cõmunicare ſupnaturaliter vni creaturæ, licet inferiori illud qd' conuenit ſuperiori naturaliter, ſicut cœlo generare animã: qd' conuenit animali naturaliter, ſic & generare ſubſtantiã, qd' cõuenit ſubſtãtiæ, naturaliter Deus põt cõmunicare accidẽti ſupernaturaliter. Secũdò, virtute ſubſtãtiæ, quæ fuit vibi, vt dictũ eſt. Tertiò, virtute cœli. Sicut eñ cùm mus generat murẽ hoc facit immediatè potẽtia generatiua muris in virtute ipſius muris particularis agẽtis: & cũ hoc in virtute cœli: quãdo autem mus per putrefactionẽ generat: hoc eſt totaliter à virtute cœli: ſic quãdo cœlũ conſeruat vinũ ante conſecrationẽ: qualitas vini in virtute ipſius, & cœli generat ex gutta aquæ appoſitæ vinũ. Sed qñ ſpẽs ſunt ſeparatæ poſt conſecrationẽ: tunc ipſæ virtute cœli, & conſeruantis in eodem vigore generant idem, qd' prius: ſicut Deus ſeparet quãtitatẽ ignis cũ calore: ille calor cõburendo aerem generat ignẽ, ſicut prius in virtute cœli: qa cœlum non imprimit accidẽtibus mediante ſubiecto, ſed econuerſo. Vnde non ceſſat influere, & conſeruare accidens ſubſtãtia corrupta.

Triplex mõdus ſaluandi ad hoc, ꝙ accũs gñet. ſubſtantiam

16 CIRCA ſecundũ quam tres concluſiones. Prima, ꝙ qualitates poſſunt naturaliter corrũpi: qa habẽt ſuiectũ: & põt iterũ adhiberi cõtraria qualitas prædominãs.

2. Artic.

17 Sed hoc videtur eſſe contra Phũm. 2. Metha. dicentẽ in omni re mota imaginandã materiã ꝓpriè dictã, ſi ſit ꝓprius motus, & maximè ad formã. Vnde cũ alteratio ſit motus propriè dictus, videt, ꝙ ſpecies, ſiue qualitates, quibus non ſubſtantiæ materia, nec forma ſubſtãtialis nõ poſsint corrũpi, nec alterari: puta intẽdi, & remitti, & multò minus ex toto corrumpi.

Du. & Aureolus in. 2. diſt. 12.

18 Ad qd' dicendũ, ꝙ in omni re mota oportet eſſe materiã actu, vel aptitudine. Ex quo eñ qualitas remanet, & tale eſſe, quale prius habebat in materia, põt agere, & pati, ſicut poterat prius: quia habet materiã aptitudine.

19 Vel dicendũ, ꝙ oportet eſſe materiã. i. ſubiectũ: ſed non oportet eſſe materiã primam, ſicut aliqui in cœlo ponũt motũ: & tñ non ponũt in eo materiã, ſed ſolũ ſubiectũ quantũ: ſic & hîc: qa omne quantũ eo ipſo, ꝙ quantũ videtur mobile. Sic igitur realiter poſſunt immutari; ſed nõ intẽtionaliter: qa non ſunt capaces mutationis intẽtionalis, nec vt extremum ſenſus, nec vt mediũ ſenſus: qa nec ſunt medium coniunctum, nec ſeparatũ.

20 Secunda concluſio eſt de quãtitate,

Durã. hîc. q. 2. ar. 2. quantitate vtrum naturaliter possit corrũpi. Et dicunt quidã, ꝙ non: qa non ratione materiæ cũ ipsam non habeat, nec ꝓpter contrariũ: cũ quãtitati nihil sit cõtrariũ: nec per diuisionẽ: qa diuisio, q̃ facit ad corruptionẽ subiecti: oportet, ꝙ habeat terminũ in minus, sed hoc nõ habet quantitas, qa secundũ se est diuisibilis in infinitum. Impugnat Durand. ergo &c. Sed cõtra hoc sic arguit: qa secundũ eos, & secũdum nos quicquid põt ab aliquo alterari, potest ab illo corrũpi: vt fuit dictũ in primo articulo in prima conclusione: qñ est talis corruptio, q̃ naturaliter sequit ad alterationẽ. Vnde cũ naturaliter quãtitas nõ separet à qualitatibus quicquid põt illas corrumpere directè, põt corrũpere quãtitatẽ ex consequenti: ita ꝙ sicut ipsi concludunt, ꝙ spẽs vini corrũpendo qualitates aquæ corrumpunt formã aquæ: qa nõ est sine suis dispositionibus, sic & aqua nimia apposita paruis speciebus vini corrũpendo qualitates specierũ corrũpit quãtitatẽ. 21 Argumentũ autẽ, vt videt in omnibus tribus mẽbris deficit, quæ assumit primò, qa corrũpitur per contrariũ: qa sicut substãtia nõ habet contrariũ: est tñ susceptibilis cõtrariorũ ratione quorũ omnis passio magis facta abiicit à subst̃ãtia, & corrũpitur substãtia aquæ per corruptionem frigiditatis à suo cõtrario calido: sic licet quãtitati: nihil sit contrariũ: qa tñ est susceptibilis contrariorum, quorum vnum est sibi cõnaturale, & cõseruatiuũ: aliud cõtrariũ, ex quo retinet tale esse, & talis naturæ, quale prius. Licet eñ quãtitas de se sit indifferens ad calorẽ, & frigus: tñ quãtitas, vt est ignis, determinat sibi calorẽ, vt est aquæ, determinat sibi frigus: & per corruptionẽ qualitatis cõnaturalis, & per aduentũ contrariè naturaliter cõrrũpitur. 22 Secũdò, potest dici, ꝙ corrũpitur corruptione materiæ, siue subiecti, nõ actuali, sed aptitudinali: qa subiectũ suum fuit corruptũ, qñ fuit conuersum: & nihilominus quãtitas mãsit. Sed qa quãtitati seruatur idem esse, qd' prius: qa esse est terminus corruptionis: omnibus modis, quibus prius poterat corrumpi, & nunc. Vnde omnis alteratio, quæ corrũpisset subiectũ, si mãsisset: corrũpit ea, q̃ manent, qa posset videri alicui, ꝙ

Nota. Duabus autẽ noctibus licet celebrare. s. natiuitatis Dñi: quia media nocte clamor factus est ab angelis: Ecce spõsus venit, & Christus natus est tunc. Item in vigilia Paschæ apud aliquas ecclesias. 9 Secunda conclusio est, q̃ hora prima põt missa celebrari: quia tunc Christus stetit ante præsidem: & in aurora qñ lacescit: quia tunc fecerunt concilium contra eum. vnde ex tunc vsq; ad sextã,vel nonam missę non solẽnes possunt celebrari. Hora aũt tertia,qñ Spiritussanctus descẽdit, & Christus linguis crucifixus est:& sexta, qñ manibꝰ crucifixus est: & nona in ieiuniis,& in ordinibus: & in Quadragesima solẽnis missa debet celebrari. Non debet autẽ dici missa nisi ab eo,qui dicit matutinas: cùm hoc habeat consuetudo ecclesiæ generalis: licet posit ante audiri, & hoc nisi in prima missa natalis, quæ de consuetudine dicitur ante laudes. Similiter non debet dici ante primam: nisi quãdo consuetudo est vel generalis,vt secunda missa natalis,vel specialis,sicut in quibusdã monasteriis dicitur missa matutinalis ante primam. Et quando,& vbi mos erat, crimen non erat: cum legati inuenerint tales cõsuetudines, nec reprobauerint. 10 Tertia conclusio est de dispensatione circa hoc,quia cardinales aliquando ex dispensatione Papæ celebrant ante diem. Et sicut dicit glo. de priuil.c.vlti.lib.6. Episcopi itinerantes ante diem possunt celebrare:ne in via impediantur. Similiter pro cõmunicãdo infirmo, si aliter viaticũ non habeatur,videtur esse bona causa. Qui autem credit ante diem esse,cùm non sit, cùm in talibus homo sæpe decipiatur,aut credit non esse meridiẽ, cùm sit,quanuis ex vna prrte videatur accusari:quia se discrimini exponit: ex alia tamen, si deuotio exposit, & aliter missam celebrare non potest,vel habere,excusatur: quia quod parũ deest,quasi nihil deesse videtur. 2.Physi. Dies autem artificialis intelligitur,qui incipit in fine noctis. Sed ieiunium comprehendit diem naturalem à media nocte inchoando Abstinentia autẽ à missa propter pollutionem diem naturalem complectitur,inchoando ab hora, qua contigerit,vt per.24.horas abstineatur,siue cõtigerit ante mediam noctẽ,siue post:qa in tanto tẽpore natura de ordinata reordinatur:qd' ibi cõsideratur, & non in ieiunio: quia si parũ ante mediam noctẽ comedisset in principio diei celebrare posset,quãuis parum distaret. Si autem statim post mediã noctẽ comedisset,non posset etiã post nonam celebrare. 11 CIRCA tertiũ sunt similiter tres cõclusiones. Prima, q̃ non licet celebrare, nisi in ecclesia cõsecrata: nisi de licẽtia episcopi, vel superioris,aut in necessitate. Sed in nulla necessitatate licet in naui in mari, vel super fluuiũ celebrare: vbi probabiliter de effusione sanguinis timetur ꝓpter agitationem nauis. Sed non habẽtibus ecclesias,licet potius celebrare sub diuo,aut in domibus priuatis: dum tamen necessaria alia habeãtur, antequam missam perdere,quando non potest licentia peti ab episco. In tali enim necessitate dat Papa licentiam. Et quidem vbi sunt ecclesiæ consecratæ destructæ in capellis in itinere sub diuo,aut in tentoriis:licet de consecrat.distin. 1.c. Concedimus. &.c. sequenti. In exercitu etiã Christiano idem fiendũ:

Missa post matutinas dicẽda est.

Arti.3. Licet interdum celebrare sub diuo sine expressa licẽtia nõ autẽ ĩ naui.

maximè,quia cõmunicare debent,quibus periculũ mortis imminet. Sed à principio si commodè potest licentia ab episcopo petẽda est. Nunquã enim sine necessitate extra ecclesiam celebrare licet, nisi episcopus permiserit: de consecr.distin. 1.c.Missarum. In capellis autem priuatis licet orare,sed non celebrare,nisi episcopo concedente:de consecra.dist. 1.c.Vnicuiq;. Vnde patet, q̃ non licet in aula,in camera,in infirmaria altaria erigere,& celebrare,nisi episcopo concedente. 12 Habent autem prædicatores,& minores priuilegium,vbicunq; fuerint super altare portatile celebrare. Vnde & sine licẽtia episcopi possunt. Aliãs illud priuilegium nihil operaretur:cùm episcopus posit hoc cuilibet cõcedere:extrà de priuile. In his. Et est argumentũ, q̃ si habent priuilegiũ audiendi cõfessiones, q̃ intelligit sine licẽtia curatorũ, & diocesanorũ. Aliãs nihil operaretur clausula,vel priuilegium. Possunt igitur in infirmaria cõmuni,& in cameris priuatis infirmorũ altaria erigere ad libitũ. Item exempti non debent oratoria facere in locis exemptis, vel non exemptis sine licẽtia episcoporũ. Et in talibus sine licentia factis non debet celebrari, nisi habeant super hoc priuilegiũ speciale: de priuileg.c. Authoritate. lib.6. 13 Secũda conclusio est: Quod non debet celebrari in ecclesia consecrata,si sit destructa incendio, vel ruina: nisi fuerit iterũ consecrata,supple,nisi in casu in quo etiã liceret sub diuo, vel in loco non cõsecrato. Sicut enim qñ dubiũ est,an sit cõsecrata,debet consecrari:sic qñ certũ est,q̃ fuit cõsecrata:sed tñ nunc est destructa:ita q̃ principales eius partes non manẽt:puta parietes,vel illis manẽtibus ligneis ædificiis destructis, & tabula altaris mota,vel enormiter fracta recõsecranda est: de consecra.eccle.vel alt.c.Ligneis.quæ consecratio omni die fieri potest excepto parasceue: qñ celebrari non põt:quia põt fieri,cũ missa fieri debet. Et quod omni die fieri posit,patet eo.c. Qñ autẽ solum altare destructum est non parietes,vel tectum illud solũ consecrandum est non ecclesia.eo.tit.c.1. Quod in dubiis. 14 Tertia conclusio est,q̃ non debet celebrari in ecclesia interdicta,vel polluta quousq; sit recõciliata,siue sit consecrata:vt.eo.c.Proposuisti.de ecclesia beati Iaco. quæ consecrata erat,siue non:vt.eo.tit.c.vlti. expresse loquitur de non consecrata. Et tamen propter hoc multi dimittunt ecclesias suas non consecrari:qa ibi frequẽter brigę contingunt, & sanguinis effusiones: putantes non indigere reconciliatione:qa graue esset eis totiẽs episcopũ procurare. Sed in omnibus prædictis casibus, quibus nõ licet in ecclesia celebrare,vel extrà nunquam incurritur irregularitas: nisi qñ celebratur scienter in ecclesia interdicta:qa de aliis non est expressum: extrà de senten. excõ. lib.6. 15 CIRCA quartum sunt etiã tres conclusiões. Prima, quòd altare debet esse de lapide,de quo fuit Christi sepulchrũ.de consecr.dist.1.c.altaria. prius quidem ante Sylueſtrũ lignea erant, vt portari possent. propter persequutiones. vnde & altare Lateranense dicitur esse ligneũ:sed Sylue.statuit,q̃ lapideũ sit illud altare, super quod consecratur,& super quod immediate celebrat:siue sit portatile,siue immobile. Nam altare portatile lapideum esse debet. Aptari verò debet capsule alicui immobiliter: quæ potest esse indifferenter de lapide, vel de ligno, vel de alia materia solida. Et debet cauere qui celebrat,q̃ si tanta longitudo,& latitudo lapidis intra capsulam, q̃ intra ea posit capi pes calicis,& hostia consecranda, vel q̃ in conficiendo, cùm tenet manibus panem,vel calicẽ super lapidem teneat:vt sic super lapidem conficiat. Sed altare, super quod ponit portatile altare non refert,vtrũ sit ligneũ,vel lapideum,vtrum mensa, ostium, vel fenestra. 16 Secunda conclusio

Celebrãs in eccl'ia nõ cõsecrata nõ incurritur irregularitas ni si sit inter dicta.

4.Arti. Altare debet esse lapideũ licet ante Sylu. ligneũ fuerit.

est de reconsecratione: ꝙ sicut altare immobile, qñ tabula est totaliter mota à sua sede, vel sine motione est enormiter fracta, sic ꝙ fixura à summo vsq; deorsum pertingat, debet recõsecrari, sic altare portatile, si est amotum à capsula totaliter, aut si non est motũ, sed est confractum enormiter. Ar. extrà de cõse. eccle. c. 1. &. c. Quod in dubiis. Si aũt nõ sit fractũ, nec amotũ, licet cõglutinatio sit dissoluta: ita vt facile possit amoueri, non oportet recõsecrari. Videt autẽ, ꝙ sicut destructio solius altaris non tollit consecrationẽ ecclesiæ, sic nec ecõuerso. Ar. de cõse. c. 1. licet non sit simile: quia ecclesia continet altare. Sed ex alia parte videt principalior cõsecratio altaris, in qua episcopus non põt dispẽsare, q̃ consecratio ecclesiæ, in qua episcopus dispẽsat, quod de licẽtia episcopi licet celebrare in ecclesia non cõsecrata: non autẽ super altare non consecratum. 17 Tertia conclusio est, ꝙ super altare, in quo episcopus missam celebrauit illo die nullus alter celebrare deber inferior: de conse. dist. 2. c. vlti. nisi episcopus deficiat. 7. q. 1. Nihil. vel nisi necessitas vrgeat: puta qa collegiũ tenetur ad missam de die officiando ecclesiam, & ipse episcopus fortè celebrauit de mortuis, vel de festo: vel nisi de licentia eiusdẽ episcopi, qui põt renunciare ei, quod in fauorem suum introductum est. 18 CIRCA quintum sunt similiter tres cõclusiones. Prima de calicis materia: qa licet olim fuerit ligneus, vel vitreus: nunc tñ non debet esse nec de ære, nec de auricalco, aut cupro, aut plumbo: qa ista propter eruginẽ vomitũ prouocant, nec de ligno etiam propter poros, ne subintraret sanguis, nec de vitro, propter fragilitatẽ: de cõse. dist. 1. c. Vasa. & sequẽti. nec de lapide propter ineptitudinem, ibidem de consecrat. Tamen in illis capitulis non prohibetur expresse de lapide, nec de plumbo, de de cupro. Sed quia in. c. 1. Calix Domini dicit, ꝙ tam calis, q̃ patera debet esse de auro, vel de argento, vel saltem de stanno omnẽ aliam materiã prohibere videtur. 19 Secunda conclusio est de cõsecratione calicis: quia debent ista esse consecrata, & perunc-ta chrismate: in quo nec episcopo licitũ est dispensare: quia sic ordinauit Sylueſter Papa: de sacra. vn. c. 1. Nec licet inferiori dispensare. Si autẽ sit conflatus, & in massam redactus totaliter, & iterum fiat, iterũ benedici necesse est. Nam si modica pars pedis, aut ciphi refectione indiget, sine formæ principalis amotione consecratus manet. Si auté, vt in quibusdam solet, ciphus à pede ex toto separatus est, licet fractus non sit: vt puta, quia iunctura tornatilis est, consecratione indiget: sicut altare, à quo tabula est amota: qa nec pes sine cipho, nec ciphus sine pede consecrari potest. 20 Tertia conclusio est, ꝙ sacerdotibus soleniter celebrantibus non licet per seipsos tollere calicem, nisi prius per diaconos porrigatur. 93. dist. Diaconus: quod est monitio honestatis, non præceptũ necessitatis. 21 CIRCA sextũ sunt quatuor conclusiones. Prima, ꝙ pallæ altaris, quæ ad minus debent esse duæ, qa respondent linteaminibus, quibus inuolutũ fuit corpus Dñi Iesu, quæ pluraliter nominantur, & corporale debent esse de lino simplici: non de seciro, vel panno tincto: qa in syndone simplici, & sudario, & linteaminib⁹ lineis fuit Christus sepultus, & plus est hîc in significãdo, q̃ pannus sericus, licet ille plus valeret in foro: tñ qa sicut lignũ multis tũsionibus ad candorem perducitur sic corpus Cbristi per passionẽ ad immortalitatẽ. 22 Secunda cõclusio est, ꝙ missa sine sacratis vestibus non debet celebrari: de cõs. di. 1. Vestimẽta. special' sine manipulo, & stola: dist. 23. Ecclesiastica. Et idẽ est de alba, amictu, & cingulo, & casula: quia ista sex benedicunt. Vnde videt de necessitate præcepti: non sic autẽ de camisia, quæ non benedicitur. Videt autem, ꝙ de longo manipulo liceat facere stolã, & econuerso de parua stola manipulum, vel cingulũ: qa omnia hîc vna benedictione consecrantur. Et qñ est casula duplicata, cùm possit esse simpla super quãlibet partẽ fit bene dictio. Vnde & in celebrãdo verti põt, vt pars nigra superponat̃ pro defunctis, pars alia pro viuis. Propter qd' si vna pars amoueatur, alia remaneat benedicta: & licet cũ ea celebrare. Similiter de stola dupla. 23 Tertia conclusio est, ꝙ qñ vestimenta reparant̃ propter pauper-tatẽ, videt distinguendũ: quia aut tanta pars amota fuit, ꝙ sine illa non benediceretur, nec celebrarei, vt tota manica, vel pars superior, & tunc desinit esse benedicta, & appositione nouæ non fit benedicta: cùm benedictio non fiat sine verbis, nec nisi ab episcopo. Si autẽ modica particula, cuius defectus nec benedictionẽ, nec celebrationẽ impediret, tũc licet celebrare. 24 Contra hoc tñ videt, ꝙ imò indistinctè per glo. extrà de consec. eccle. c. Quod in dubiis. dicit super illud. Non negamus, quin oleum non consecratũ possit oleo consecrato cõmiscri: dicit glo. argumentũ est, ꝙ in reficiendis paramentis, vel sacris vestibus non sacrum filum, & pannum sacro, licet apponi. Nec est opus noua consecratione.

Qualis debet esse materia calicis.

6. Arti.

Nota benè.

Qñ vestes sacræ sunt reparandæ.

Rñsio doct.

25 Sed hoc non est simile: quia qñ oleum admiscetur oleo, vel aqua aquæ, liquor præexistens non desierat esse sacer, vel benedictus, & talia contiguitate fiunt continua, & fiunt vnũ. Vnde maximè si id, quod apponitur, est minus, fit totum cõsecratũ oleum, & aqua benedicta. Sed pannus additus panno non facit vnum, nisi colligatione. 26 Et præterea, iam primus desierat esse benedictus, propter quod appositio non benedicti non benedicit illum, qui desierat esse benedictus: cùm benedictio non fiat sine verbis. Vnde si anteq̃ amoueatur illa pars supersuereſ, noua tunc nunq̃ desisset esse benedicta, & postea ea amota remaneret integra, & vna vnitate tali, qua nauis dicitur vna per tabulas renouata.

7. Arti.

27 Quarta cõclusio est, ꝙ tam oratoria, q̃ vtensilia vestes, & omnia paramẽta altaris debent esse munda: qa Papa dicit. Præcipimus munda, & nitida cõseruari: cùm nimis absurdum sit in diuinis rebus sordes negligere: quas dedecet etiam in prophanis: de custodia eucharistiç. c. 1. 28 CIRCA septimũ sunt tres breues conclusiones. Prima, ꝙ eucharistia debet ferri ad infirmum ante pectus reuerẽter, semper lumine præcedente. Est enim splendor lucis æternæ: de cele. mis. c. Sanc.

29 Secunda conclusio est, ꝙ nunq̃ debet celebrari sine lunine. Vnde depositus fuit sacerdos, qui sine igne celebrabat: de cele. mis. c. vlt. 30 Tertia conclusio est, quòd eucharistia debet seruari in loco honesto, & mundo, & firmiter clauso, & etiam cum lumine lampadis, vel cærei: licet istud non sic exprimatur, sicut alia: de custodia eucharistiæ. c. 1. Sed sicut dum consecratur, & portatur, debet adesse lumen: ita & vbi conseruatur, cùm vbique sit candor lucis æternæ. Argumentum, in oppositum solutum est.

QVAESTIO TERTIA
De *hæreticorum exterminatione.*
Thom. 2. 2. q. 11. arti. 3.

TERTIO Quæritur de hæreticis, vtrum sint exterminandi. Et videtur ꝙ non. Sicut enim illi erant circa nouum Testamentum, sic Iudæi circa vetus, & Saraceni circa vtrunq;: sed Iudæi non debent exterminari: scd'm illd'ps. Ne occidas, ne qñ obliuiscanẽ populi mei: simil' nec Saraceni, q in multis regnis Chriianitatis cum suis ritibus tollerantur, igitur nec hæretici.

Contra

2 CONTRA, omnis hæreticus est scismaticus, & apostata fide: sed scismatici tanq̃ infructuosi palmites succidẽdi sũt: de scismaticis. c. 2. li. 6. & apostatæ à fide secundũ leges capite plectenti sunt, igitur & hæretici.

3 RESPONDEO, circa istam quęstionẽ quinque videnda sunt. Primò de hereticis. Secundò de scismaticis. Tertiò de apostatis. Quartò de Iudæis. Quintò de Saracenis. 4 QVANTVM ad primũ sunt nouẽ conclusiones. Prima, quid est hæreticus, & vnde dicat̃. Dicitur eiñ hæreticus ab hærẽdo, & hæresis est secta, vel diuisio, & à prohæresi, quod est electio. Vnde qñ ex electione, & non ex simplici ignorãtia quis diuidit se à fide catholica in quocũq; articulo, quẽ explicitè tenetur scire, vel alio per ecclesiã declarato cũ pertinacia, ip se est hæreticus verè. Dico autẽ per ecclesiã vniuersalẽ, vel Romanã: qa ad particularẽ ecclesiã non pertinet de fide vniuersaliter iudicare: extra de bap. c. Maiores. Vnde dicens contra articulos vnius episcopi excõmunicationẽ potest incurrere, sed non hæresim. Vtrũ aliquis exemptus, vel etiã extra diocesim ꝓpter hoc etiã excõmunicationẽ incurrat, dubium est. 5 Secunda conclusio est, ꝙ hæreticus interpretatiuè est, qui pro contumacia, vel fautoria in causa hæresis per annum excõmunicatus extitit: extra de hæreti. c. Ex cõtumacia. lib. 6. & qui probabiliter suspectus infra annũ non se purgauit, & multa huiusmodi. 6 Tertia cõclusio est, ꝙ pœna hæretici, qui manifestè in hæresi deprehensus est, nisi mox arbitrio ecclesiæ satisfaciat, si sit laicus statim: si sit clericus prius à suis ordinibus degradatus debent exponi iustitiæ seculari: animaduersione debita puniẽdi: ne ouis morbida inficiat totũ gregẽ: extra eo. Ad abolendam. Dicunt autẽ in hæresi deprehendẽdi tripliciter. s. per facti euidentiã, si publicè dogmatizauit, vel aliãs in actu hæresis fuit captus. Secundò si legitimè per testes, vel instrumẽta est conuictus. Tertiò si corã iudice sponte est confessus. Nam in tormẽtis, aut metu tormentorũ extorta confessio suspitionẽ facit, non plenã fidẽ. Si autem hæretici pœnitent, perpetuò sunt vitandi: de hæreticis. c. vlti. & magis religiosi, q̃ alij. de hæreticis. Accusatus. lib. 6. licet misericorditer possit cum eis mitius agi. Hoc autem intelligendum est de hæreticis relapsis.

Vide de hoc dubio God. de fon. quoti. 12. q. 5.

Tripliciter deprehẽdit qs in hæresi.

7 Quarta cõclusio est, ꝙ illi, qui sunt relapsi statim sine audientia exponẽdi sunt iustitiæ seculari. Si autem sunt clerici, prius sunt degradãdi. Sed si pœnitent, ꝙ absolui petunt, non sunt eis negãda pœnitẽtiæ, & eucharistiæ sacrã: quia ecclesia nõ claudit gremiũ redeunti: extra eo. Super eo. lib. 6. 8 Quinta conclusio est, ꝙ relapsi dicuntur, qui post abiuratã hæresim, & reconciliationẽ ecclesiæ solennẽ reincidunt in primã hæresim, vel aliã quancunq;. Si autẽ post priuatã pœnitẽtiam ante publicã reinciderent, relapsi non essent quo ad forũ contentiosum. Et sic intelligendũ est illud. c. Accusatus. in princip. 9 Sexta conclusio est, ꝙ relapsi interpretatiuè sunt, qui post abiuratã hæresim, vt prius fauorem quẽcunq; hæreticis impediunt. Et qa fauorẽ non solùm facto, sed verbo, qui prius confessus est de se, vel de alio: si postea negat de se, vel de alio asserens aliũ bonũ, videt relapsus. arg. illius. §. quoq;. c. Accusatus. arg. contrà de præsum. c. literis. vbi ille, qui prius cõfessus fuerat se, & fratrẽ suum esse hæreticũ, & postea de hæresi purgauit fratrẽ suspectus quidẽ ex hoc hæresi vehemẽter habetur, & per consequẽs de relapsu. Non tñ vult eũ pap. ex præsumptionibus cõdẽnare. Et põt dici, ꝙ illud fuit ante abiurationẽ, licet post cõfessionẽ, vel ita erat iure antiquo. Sed iure nouo reputaret̃ iuris fictione relapsus.

Simplex nulli hæresi explicitè adhæreant, tñ credũt hæreticos esse bonos homines, & habere bonã fidem: sicut sunt apud nos simplices, non habẽtes fidem explicitã: sicut quidã hæreticus captus cũ vno hęretico perfecto interrogatus dicebat: Volo mori in fide Dũi Guillelmi Lanterij. Sic enim vocabat̃ ille perfectus. Iste aliquis erat credẽs propriè habens perfidiã eorum implicitã, non explicitam.

plicitè assentiẽs qñq; est hæreticus.

11 Defensatores aũt sunt, qui personã defendunt: vt aduocati præstãdo patrociniũ, vel tabelliones faciendo instrumẽta, vel iuuantes in causa. 12 Qui autem non personã, sed hæresim defendit hæresiarcha est. 13 Receptatores verò sunt, qui in domo, vel terra sua eos recipiunt, semel, vel pluries: publicè, vel priuatè. 14 Fautores autẽ sunt, qui aliqñ fauent facto: mittendo alimoniã, vel hmõi, vel aliqñ verbo: vt dicẽdo, isti sunt boni homines, iniustè agit̃ cõtra eos, & inquisitores imponunt eis malignè cõficta, & hmõi. Itẽ omissione, qñ qui potestate fungit̃ in capiẽdo, & aliis non fauẽt inquisitoribus, sicut debent, qa qui nõ est mecũ, cõtra me est.

Nota benè.

15 Octaua conclusio est, ꝙ omnes isti sunt excõmunicati ipso facto, sicut hæretici: qd' intelligendũ est: dum tñ vitiũ sum aliquo actu exteriori prodant publicè, vel occultè. Aliter pro solo actu interiori, licet sit pfectè hæreticus quo ad Deũ: non tñ excõmunicatus est quo ad ecclesiã, quæ videt illa, quæ foris parẽt. Sed pro actu exteriori, licet occulto benè incurrit homo pœnã iuris in generali prolatã. Qui verò in potestate existens omittit facere, quod debet: licet nihil exterius agat, incurrit: qa ad idẽ iudiciũ ꝓtinet habitus, & priuatio. 16 Nona cõclusio est, ꝙ bona hæreticorũ cõfiscantur exhæredatis filiis: extrà ea. Vergẽtis. Sed cõfiscationis exequutio, seu bonorũ occupatio differt̃, quousq; per sententiã ecclesiæ sint tanq̃ hæretici cõdemnati. c. Cũ secũdum lib. 6. Et filij eorũ vsq; ad secundã generationẽ ad beneficia ecclesiastica non promouentur, si in hæresi decesserunt. Filij autẽ per lineã maternã vsq; ad primã tantũ generationẽ puniũtur. c. Statutũ Felicis. lib. 6. Et beneficia ad eorum preces collata vacant: extrà. eo. c. 3. lib. 6.

Pro solo actu interiori nõ incurrit excõmunicatio, cõtrar Ioan. & Pan. de hær. i cle. c. multorũ.

18 QVANTVM ad secundũ sunt duæ conclusiones. Prima, ꝙ scismaticus ꝓpriè est, qui ab vnitate tocius ecclesiæ se diuidit, vel qui ab obediẽtia Romanæ ecclesiæ se subtrahit totaliter. Qui verò in vno articulo non obedit, non ꝓpter hoc statim scismaticus reputat̃: puta si non statim dimittit adulterã, vel hmõi. Qui autẽ dicit Papæ non esse obediendũ: & ita sentit non tam scismaticus, q̃ hęreticus reputatur. 18 Secunda conclusio est de pœna scismatici, quæ est excõmunicatio, & suspẽsio ordinatorũ ab eis: & annullatio alienationum factarũ ab eis, & hmõi. 19 CIRCA tertiũ sunt tres cõclusiones. Prima, ꝙ triplex est apostasia. Vna à fide. Secũda à clero. Tertia à monasterio. De prima dicendum est, ꝙ licet omnis hæreticus sit apostata, secundum quid non tamen simpliciter, sed magis econuerso, omnis apostata est hæreticus: qa propriè est apostata, qui ex toto dimittit legẽ Christi, & fit Iudæus, vel Sarracenus, vel Paganus. Vnde omnis pœna, quæ debet̃ hæretico, debetur isti, & maior. Qui verò metu tormentorũ non cor de, sed ore apostatant mentiẽtes etiã mortaliter peccãt: qa Deum blasphemãt: sicut & illi, qui cõtra alios metu tormentorũ mentiũtur accusando, qd' est perniciosum mendaciũ. Similiter etiã qui se dicũt falso crimen quodcunq; cõmisisse, quia seipsos diffamãt. 20 Secunda est de secũda apostasia, q̃ sine pctõ esse põt. Vbi sciendum ꝙ si homo transferat se ad actũ omnino incõpossibilem: puta ad bigamiũ statim exuitur omni priuilegio clericali. Similiter si in iudicio conuentus recusat se respondere corã iudice ecclesiastico: publicè se negãs velle clericaliter viuere. Nudat̃ etiam omni priuilegio cle-

2. Arti. Vide. B. T. 2. 2. q. 39.

3. Arti. Triplex apostasia.

1. à fide de q̃ s. t. 2. 2. q. 12

2. à clero, q̃ põt esse sine peccato.

rticali: tertiò si laicaliter se gerens admonitus tertiò, redire noluerit. Idem quartò si sic agit per omnia, vt laicus, non vt clericus. Et de hoc dicit. 18. di. 21 Tertia conclusio est de apostasia à religione: qd' ipso facto sunt excõmunicati, si habitũ reliquerũt, & requirẽdi, & recipiẽdi sunt, nisi sit tale crimen, propter quod possent expelli: qa cui damus actionẽ, multò magis exceptionem. Quãdo autẽ inuiti reducunt, incarcerant, ne fugiant: sicut dixit lex serui fugitiui pede amputato debilitatur. Qui autẽ sponte redeunt, nequaquã. Bona verò in apostasia acquisita sunt monasterij: quod non eos expulit, nec recipere recusauit. 22 QVANVTM ad quartum sunt tres conclusiones. Prima, ꝙ Iudæi non debet habere Christianũ mancipiũ, nec seruientẽ, nec nutricem in domo: licet possint habere colonũ, vel mercenarium in agro: nec debent habere officium, vel potestatem super Christianos, nec cõmunicare cohabitãdo, comedendo, ab eis medicinas recipiẽdo: quorũ familiaritas talem retributionẽ nobis præstat, qualem mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu suis solent hospitibus exhibere: extrà de Iudæis. c. & si Iudæos.

23 Secũda conclusio est, ꝙ ipsi non sunt in personis, aut rebus, aut sepulturis molestãdi, nisi iustè per publicam potestatẽ, & sunt permittendi synagogas in antiquo statu tenere, non nouas erigere, sed antiquas repara re, & in suo ritu perdurare: dum tũ in parasceue non exeant: nec hostia, aut fenestras habeant apertas. Bona vero eorum iustè acquisita domini possunt accipere, sicut seruorũ suorũ: dum tñ eis victũ, & vestitũ reseruent, quę seruis etiã malis tenentẽ maximè de peculio suo labore acquisito exhibere. Acquisita verò vsurariè possunt, & debent his auferre, non ad lucrum suum: aliàs furti sunt participes, nec ius acquirunt: qa nemo põt plus iuris in alterũ transferre, q̃ ipse habeat: de reg. iur. l. Nemo plus iuris. Nec pari ratione possunt ab eis de talibus munera recipere, nec predicatores, sicut ab aliis vsurariis: qa nõ est spes, ꝙ reducere eos possint ad restitutionẽ: vt sic vtiliter gerant negociũ creditorum. Sed si principes accipiũt, vt faciant, ꝙ illi facere tenent, benè faciunt: puta, vt restituant certis personis, si inueniri possunt. Sinautẽ in pios vsus expendant, maximè pauperũ. In quo casu maximè si cõmunitas indigeat pro defensione regni, tũc solũ potest retinere non aliter: & hoc maximè si de licentia episcopi ad illũ vsum applicent. Aliter non video, ꝙ collectæ factæ super Iudęos, qui nihil habent nisi de vsuris possint excusari. 24 Tertia conclusio est de conuersione ipsorũ. Vbi est sciendũ, ꝙ cogi non debent, nec possunt. Si tñ metu inducti sunt ad fidẽ, sunt cogendi fidem seruare: & apostatantes tanquã hæretici lapsi: non relapsi sunt cẽsendi: extrà de hæreticis. c. Cõtra. lib. 6. Conuersi verò non debẽt cohabitare Iudęis: qa dictũ est Loth: Ne stes in omni circa regionẽ. Sed & filius cõmunis parẽti conuerso, siue sit pater, siue mater, est tradendus, qui rationis capax non est. Aliàs liber est in sequendo, quem vult, perfidũ. s. vel fidelẽ. Conuersus autem despici non debet, nec in aliquo irregularis est, nec vt dicunt quidã bonis suis spoliandus est: quia multi habent fidẽ exosam, qñ conuersi spoliant, qui peruersi non spoliabant. Et si quidẽ sunt bona vsuraria, non sunt spoliandi, nisi, vt reddantur: si autẽ iustè acquisita: vbi dñs sciens baptizando non fuit protestatus de bonis, videt peculiũ perdere, vel donare: sicut qui scienter permittit seruum ordinari, vel monachari perdit eum. Nam si nesciuit, vel expresse dixit se bona sua velle habere videt, ꝙ posit eum, sicut prius suis bonis spoliare: quia seruo manumisso non tenet peculiũ dare: imò videt, ꝙ baptismus non eximat eos à seruitute Christiani: licet à seruitute Iudæi secundũ leges propter periculũ cohabitãdi.

3. à religiõe cui excõicatio adiũcta est.

4. Art. De iudæis quorũ familiaritas damnabilis est.

Iudęi non sunt molestandi in ritibus suis.

Lati⁹ de hiis s. T. opus. 21 Prædicatores à Iudæis nihil muneris accipere possunt.

Prolixius de hiis. S. T. 2. 2. q. 10.

25 QVANTVM ad quintũ sunt etiã tres cõclusiones. Prima, & Saracenis non licet cõmunicare, sicut nec Iudæis, nec licet ire ad eos, nec cum eis cõmunicari, nisi prædicatoribus spe cõuersionis: aut nisi illis, qui vadunt ad redimendũ captiuos: qd' etiã tempore guerræ licitũ est: dum tñ tunc nihil aliud cõmertij cũ eis habeã. Si autẽ tẽpore guerræ quodcũq; aliud cõmerciũ cum eis habent etiã sine armis, & huiusmodi etiã excõmunicati sunt. Qui autẽ quocunq; tẽpore eis arma vendunt mittunt, vel tradũt: excõmunicati sunt, & serui capientium bona eorũ confiscant, qui nec absolui possunt, nisi duplum dent in subsidiũ terræ sanctæ: extrà. c. Ad liberandam. 26 Secunda conclusio est, ꝙ non debet habere dominiũ super Christianos, sicut nec Iudæi, & debent habitu distingui. De eo autẽ, quod arguit de ritu eorum certũ est in Aragonia, & in Nauarra ritus eorum tolerari à Christianis: non minus, q̃ Iudæorũ, quãuis nõ videatur rationabile: tñ qa illi. s. Iudæi non sunt idololatræ, sicut isti, sed verũ Deum colunt. & ideo melius tolerãtur. 27 Tertia cõclusio est: ꝙ illi, qui terram Christi sanguine consecratã Christianis auferre nituntur, & à Deo nobis collatã, qui filij veri Abrahæ sumus de lapidib⁹ suscitati à nobis iustè ab illa hæreditate pelluntur: & iusto bello occiduntur: quicquid sit de aliis: sed Iudæi propter memoriam Christi, & ꝓpter reliquias Israel reseruantur. Argumentum solutum est.

5. Art. Quo licitũ est cõmunicare Saracenis.

Nota.

QVAESTIO QVARTA.

De consecratione à pluribus sacerdotibus posßibili.

Thom. 3. q. 82, arti. 1.

QVARTO Quæritur, vtrum plures sacerdotes possint eandẽ hostiã consecrare. Et videt, ꝙ non: quia non possunt idem mobile simul moueri pluribus motibus eiusdẽ rationis: sicut secundũ eandẽ partem non põt vnum calefactibile simul calefieri pluribꝰ calefactionibus: sed si pluries vnã hostiã consecrarẽt, vnum consecrabile consecrarẽt pluribus consecrationibus: quia essent plures formæ. ergo &c. 2 CONTRA: qa non minus possunt plura agentia super vnũ passiuũ, q̃ vnũ super plura, sed vnus consecrat plures, vt cõmuniter curati, vt in paschate ergo &c. 3 RESPONDEO, circa istam quæstionẽ sunt duo videnda. Primò, an plures possint consecrare vnam hostiam particulariter. Secũdò, an totaliter. 4 CIRCA primũ sunt tres opiniones, Prima, ꝙ nullo modo, siue signent partes, siue non propter duas rationes. Primò, qa substãtia non habet partes nisi per quãtitatẽ: & si hostia posita inter duos ignes, vel mures hinc inde diuisim corrumpat: hoc est per partes quãtitatis, q̃ simul corrũpunt. Sed in cõsecratione substãtia non quãtitas conuertitur. ergo hoc non põt fieri à diuersis per partes diuersas. Secundò, qa vnum non fit multa nisi per diuisionẽ quantitatis, sed hîc non est diuisio quãtitatis. ergo substantia panis, quæ erat vna, remanet vna. ergo non potest recipere duas cõsecrationes: sicut nec vna materia duas generationes, vel corruptiones simul. 5 Sed cõtra istam opinionẽ est: qa licet diuisio requirat quantitatẽ quo ad principiũ, non tñ quo ad terminũ: sicut corruptio requirit ens pro termino à quo, non ꝓ termino ad quem. Non enim Deus põt diuidere non quantum, sed bene potest diuidere quantũ in non quantũ: imò in nõ entia: qa diuidẽdo põt annullare, vel vtranq; partẽ, vel alteram tute

1. Art. Opinio aliquorum.

Impugna. Deus nõ potest diuidere non quãtum, sed bene in quantum.

alteram. Et qñ natura resoluit mixtum in quatuor elementa: licet distinctio generatorũ sit propter diuisionẽ quãtitatis manẽtis: tñ diuisio corrupti, puta ꝙ huiꝰ pars conuertat̃ in elementũ istud, illa in illud, non est ꝓpter quantitatẽ, quæ maneat, sed ꝓpter illã, quæ corrũpitur. Quia enim inuenit quantũ illud, quod corrũpitur ideo potest diuisim corrũpere. Quia autẽ corrũpit cum substantia quantitatem, hoc est, qa aliter non potest attingere substantiã. Deus igitur, qui põt immediatè attingere substantiã non quidẽ per diuisionẽ partiũ, quæ non sunt: sed ꝑ multiplicationẽ põt cõuertere substãtiã: put stat sub hac parte. nõ prout sub illa. Et similiter qñ sine corruptione quãtitatis albedo, vel qualitas alia in vna parte corrumpit̃, non põt dici, ꝙ pars sit corrupta, & pars incorrupta: cùm non sit ibi pars nisi in quãtitate. Vnde cõtradictio est dicere, ꝙ substantia, vel qualitas non habens particularitatẽ, nisi illã, quæ est quãtitas, & illa nõ tacta dicat̃ substãtia, vel qualitas partita, siue in partes manentes, siue non manẽtes. 6 Nec valet prima ratio, q̃ adducebat̃: qa licet substãtia non habeat partialitatẽ formalẽ, nisi quãtitatẽ: tñ inquantũ substantia panis stat formaliter sub ista parte q̃titatis, ipsa est distincta situ à substantia, q̃ stat sub alia parte. Vnde cũ prius attingat̃ à conuertẽte, & separãte, q̃ desinat esse formaliter quãta: videt̃, ꝙ hoc sufficit ad hoc, ꝙ nõ posit particulariter cõuerti. Posset eñ Deus retẽta integra quãtitate annullare substantiã: put stat sub ista parte, & retinere, prout stat sub alia. Et pari ratione põt conuertere.

Nota.

Reprobatio solutio.

7 Ad secundũ potest dici, ꝙ vnũ potest fieri multa sine diuisione vnius quãtitatis in duas: cũ illa multa habeant quãtitates distinctas: sicut de substãtia vnius ignis manẽte quãtirate, vel annullata, & nõ distincta posset facere duas aquas, & de vno mixto corrupto non diuiso possunt generari quatuor elemẽta. Quia si natura põt facere quãtitate corrupta non diuisa, Deus posset hoc facere quãtitate seruata integra. 8 Solutio autem, qua dicunt, ꝙ diuisio in partes manẽtes non est sine diuisione quãtitatis, sed in partes non manẽtes, sic non valet: qa nihil diuidit̃ realiter, nec in manẽtia, nec in non manẽtia, nisi quantũ. Et non põt de illo fieri conuersio, de quo non põt fieri generatio. Vnde si de substãtia panis quãtitate nõ diuisa nõ potest fieri generatio, sic q̃ aliquid de substãtia maneat sub prima quantitate, & aliquid sub noua, pari ratione, nec cõuertit̃. 9 Vnde dicendũ est, ꝙ non est ꝓpriè diuisio. Nam vnũ lignũ quãdiu est, quantũ põt diuidi in duo ligna, & illud idẽ separata quantitate posset fieri duo ligna per generationem non per diuisionẽ. Et sic est hîc, qa licet quantitas corporis cõuersi maneat integra: est tñ diuisa à quãtitate corporis Christi, in quod est cõuersa. Vnde substantia panis, prout stat sub vna parte suæ quãtitatis conuertetur in illud quantũ, quod est corpus Christi. Et ipsa eadem prout stabit sub alia parte quãtitatis sub eadem remanebit. 10 Præterea, secundũ q̃ illi dicunt ad oppositũ eadẽ est ratio de substãtia, & qualitate quo ad extentionẽ. Vnde cùm ad sensum appareat, ꝙ adhibito igne ad aquã ex vna parte, ex illa parte corrũpitur frigiditas per calorẽ, & manet adhuc in parte oppositа quantitate aquæ nõ diuisa, nec corrupta in parte, nec in toto: sic Deus potest substantiã pro parte conuertere, & pro parte non, quantitate non diuisa, nec corrupta, nec conuersa. Si dicat̃, ergo est alia pars substãtiæ apertè quantitatis, non sequit: qa non ꝓpriè dicit̃, ꝙ pars substantię conuertat̃, & pars maneat. Sed vna & eadẽ substantia secundum, ꝙ substat vni parti quãtitatis conuertitur, & secundũ ꝙ substat alij, manet. Sed in his, quæ sunt actu distincta, sicut sunt duo ligna diuisa, bene est verũ, ꝙ habẽt

alietatẽ, & diuersitatẽ aliã à diuersitate quãtitatis: qa illa partialitas nõ est essentialiter quãtitas, sed est per quã titatẽ, sicut per causam in fieri: & sine qua non. vnde qñ quantũ lignũ diuiditur, duæ sunt multiplicationes, sed vna est diuisio: ita ꝙ quãtitas quidẽ diuidit̃, & multiplicatur: sed substãtia quidẽ per se formaliter, & essentialiter multiplicat̃, sed nõ diuiditur, nisi quia est subiectum eius, quod diuidit̃. 11 Secũda opinio est, ꝙ non signãdo partẽ, non possunt, & hoc ꝓpter incertitudinẽ intentionis. Et dato ꝙ in generali diceret quilibet, ꝙ intenderet medietatẽ consecrare, si non signaret, quã medietatẽ intẽderet, cõsecrare, sed solũ in generali intẽdit de medietate in quacũq; sit illa non de tota, quod patet, qa qua ratione talis sacerdos cõsecrat hanc medietatẽ: puta, quæ est à dextris: eadẽ ratione illã, quæ à sinistris, qa sua intẽtio nõ est magis de hac, q̃ de illa: sed est absolutè de medietate, qa indifferẽter se habẽt ad hanc, & ad illam: igitur aut æqualiter vtranq; consecrat, aut neutram. Non vtranq;, qa tunc cõsecraret totã, qd' non põt esse, cũ non intẽdat nisi medietatẽ consecrare. ergo neutram consecrat, qd' est ꝓpter defectũ intentionis de materia cõsecranda. Sed si fiat signatio de parte consecranda, vel sensu, vel imaginatione, sic dicunt, ꝙ possunt, qa omnia, q̃ requirũtur ad sacrm, sunt ibi. s. materia, forma, & ministri intẽtio. Est tñ valde difficile intelligere, quomodo sensus inter parter cõtinuas, quæ habent vnũ terminũ cõmunẽ, possit distinctè signare vnam partẽ, nihil accipiẽdo de altera. Verum est, ꝙ in hostia, in qua sunt ligneæ, & circulus, põt signare faciliter, ꝙ ipse vult consecrare illud, qd' est infra circulũ excluſiuè, & nihil aliud, & econuerso, & sic erit facile. Et tunc pars cõtinua consecrat̃. 12 Tertia opinio est, ꝙ si sensu non signet dum tñ intellectu signet, idem sequitur: puta si de hostia plana intẽdat cõsecrare solã medietatẽ, quæ est ex parte sua, & non aliã, vel aliud hmõi. Cùm enim cæcus possit cõficere, & videns hostias superpositas aliis, quas non videt, nihil facit signatio, nec demõstratio ad sensum: dũ tñ sit in præsentia, qa concurrũt ibi materia cùm qualibet pars panis, & vini sit panis, & vinũ: & forma, & intentio determinata secundũ intellectũ, & si non secundum sensum: cũ intẽtio sit actus partis intellectiuè non sensitiuè. Et quãuis aliàs determinatio intellectus sit secundum determinationẽ sensus: hîc tñ non oportet, ꝙ sit signatio certæ partis secundũ sensum: quia non per visum cũ cæcus possit cõficere, nec per tactũ: qa sine tactu etiã manchus consecrare põt, nec per imaginationẽ, aut aliũ sensum: quia indiuisibile secundũ ꝙ hmõi non est sensu perceptibile. Illud autẽ, quod pars cõtinua ab alia distinguit̃, secundũ ꝙ hmõi est omnino indiuisibile, sicut linea, quæ secundũ latitudinẽ est indiuisibilis, secundũ ꝙ vnam partẽ superficiei diuidit ab alia. vnde &c. Qd' autẽ dicit magnitudo esse vnum de sensibilibus cõmunibus: verũ est inquantũ magnitudo est diuisibilis nõ ingtùm indiuisibilis. Vnde sufficit signatio secundũ intellectũ: qa intellectus hmõi partẽ indiuisibilẽ apprehẽdere põt, qd' non põt sensus. ideo &c. 13 CIRCA secundũ. s. an plures cõsecrent eandẽ hostiã totã, est duplex modus dicẽdi, vnus, ꝙ consecrãs: dato ꝙ non simul proferãt: sed vnus post aliũ: quorũ ratio est, qa sacerdos cũ ordinatur, cõstituit̃ in gradu corũ, qui in cœna acceperunt hanc potestatẽ Christo cœnanti cõcœnauerunt. ideo noui ordinati secundũ cõsuetudinẽ quarũdam ecclesiarũ episcopo celebrãti cõcelebrãt. Nec per hoc iteratur consecratio super eandẽ materiã: qa licet diuersis tẽporibus proferãt verba: tñ sicut dicit Inn. Tertius intentio debet ferri ad idem instans cõsecrationis: fortè ad illud, in quod consecrat episcopus. Sed hæc opinio à quibusdam

Opi. 2. Dur. hîc. q. 3.

3. opĩo, q̃ vr docto. signatio secundũ intellectum sufficit ad consecrationem.

2. Arti. Prio opin. q̃ est. s. T. hîc. q. 1, art. 2. q. 2. &. 3. ꝑ. q. 82. arti. 2.

2.opi. Dur. vbi suprà.

quibusdã videt reprobari: quia dicunt, ꝙ licet apostoli Christo concœnarũt: non tñ est certũ, ꝙ celebrauerint. Et imò noui ordinati episcopo cõmunicãti, cõmunicare debent, sed non concelebrare. Et hæc est ferè cõsuetudo in omnibus ecclesiis. 14 Et qd' dicũt, ꝙ cõsuetudo est in aliquibus, ꝙ cõcelebrãt dicendũ, ꝙ benè est cõsuetudo ꝙ episcopo incipiẽte canonẽ missæ, q ordinãtur, incipiunt, & perficiunt totũ cũm eo exceptis verbis cõsecrationis, q̃ non dicunt. Et super illis specialiter instruuntur. Et cũ in illis verbis cõsistat cõsecratio, cõstat ꝙ non cõsecrent cũ episcopo. Quia si alicubi sit consuetudo, ꝙ dicunt verba consecrationis: potius debet dici corruptela, vel abusus, q̃ consuetudo. Cuius ratio est, qa q̃n aliquid est omissum de pertinẽtibus ad ordinationẽ alicui⁹, illud debet suppleri, ãteq̃ ille exequat officiũ sui ordinis: sed ordinatio sacerdotũ nõ ẽ cõpleta, qñ fit cõsecratio in missa: imò restant quædã facienda. s. manuum impositio cũ pscripta forma verborũ: Accipite, inquit, Spiritũsanctũ. ergo irrationabile est, ꝙ sacerdotes simul cum episcopo sint cõcelebrantes: cum nondũ cõpleta sit ordinatio eorũ. 15 Et quod dicunt, ꝙ vnus post aliũ põt cõsecrare ꝓ eo, ꝙ ad instans idem cõsecrationis fert intẽtio eorũ valde est difficile intelligere: qa intẽtio non facit, qui verba habeãt suam efficaciã, anteq̃ proferantur, vel postq̃ prolata sunt. Alioquin effectus consecrationis posset anticipari, vel differri secundũ voluntatem sacerdotis: ita ꝙ proferens verba consecrationis in mane intẽdens, ꝙ habeant effectũ suum non tũc, sed circa tertiã: consecraret circa tertiã virtute verborũ præcedentiũ: qd' non videt. ergo verba consecrationis habent effectũ suum in primo instãti, quo prolata sunt. Si ergo non oẽs simul verba cõsecrationis proferãt, qui primus profert, totũ consecrat: & sequẽtes nihil faciunt: sed solũ verba consecrationis iterãt sup materiã consecrantis.

Modus dicẽdi Durand.

16 Ideo est alius modus. s. ꝙ plures sacerdotes possunt eandẽ hostiã consecrare: dum tñ verba cõsecratiõis simul proferãt, aliàs non: sed primò proferẽs totũ facit, alij nihil, qd' probat sic. Cõcurrẽtibus omnib⁹, quæ sunt de necessitate sacri, verè perficit sacrm: sed qñ sacerdos profert verba cõsecrationis, tunc cõcurrunt omnia, quæ sunt de necessitate sacri. ergo verè consecrat. Sed qua ratione iste cõsecrat, eadẽ ratione & ille, qui simul profert verba, & simili intẽtione. Nec sunt duæ consecrationes, sed vna: qa virtus diuina põt secundũ suum beneplacitũ aliquid vnum facere per ministeriũ vnius, vel plurium.

Doc. opi. B. T. subsinet Ad. 1. dictũ Duran.

17 Sed quicqd sit, de hoc tñ reprobatio primæ opinionis non valet. Vnde qñ dicit, ꝙ non consecrauerunt apostoli, verũ dicit: sed tñ cõmunicauerunt carni, & sanguini, & dictũ est eis: Hoc facite in meã commemorationem. In cuius representatione, & cõmunicant, & concelebrant: qnia dictũ est eis: Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Sed benè verũ est, ꝙ istud nullã habet necessitatem: qa magis representaret, qd' tunc factũ fuit, si tantũ ordinarẽtur, & cõmunicarẽtur: non autẽ concelebrarẽt, sicut tunc de apostolis factũ est, q̃ si plures. Nec Tho. in

S.T. vbi. suprà.

ducit hoc pro causa necessaria: qa tunc ecclesiæ hoc facientes peccarent: quia debent se cõformare Christo in dispẽsatione sacramentorũ: nisi quo ad ea, in quibus est contraria ratio in Christo, & in nobis, sicut in celebrando post cœnã.

Ad. 2. dictũ Duran.

18 Et qd' dicit non esse cõsuetudine magis credendũ est Innocẽtio, q̃ sibi: qui hoc dicit docens dirigere intentionẽ in dicẽdo verba. Dicit etiã Innocentius de officio missæ parte. 3. c. 9. Consueuerunt presbyteri cardinales Romanũ circunstare Pontificem, & cũ eo pariter celebrare. Cumq̃ consummatũ est sacrificium de manu eius cõmunionẽ accipere: significantes apostolos, qui cũ Dño pariter discũbẽtes de manu eius excharistiã acceperunt. Sed in hoc est verũ dicit, ꝙ si residuum canonis diceretur, & sola verba formæ omitterentur, nihil cõsecrarent: sicut de catheciſmo, & exorciſmo, & aliis respectu formæ baptiſmi.

Ad. 3. Ex quo patet, ꝙ quia vulgo primitiæ reputantur, nõ sunt &c.

19 Et qd' dicit, ꝙ est corruptela: qa non debei exequi quousq; sua ordinatione sit cõpleta, est dicendũ, ꝙ respectu ritus exequi non debet: sed in casu, & dispẽsatiuè de consuetudine ecclesiæ, quã Romana ecclesia scit, & dissimulat. Imò & Innocẽtius Papa approbat, ꝙ ex quo characterẽ sacerdotalẽ recepit, etiã si nihil aliud adderet, conficere põt, & debet in casu ab ecclesia cõcesso. Et sicut celebratur missa in cõsummatione cõsecrationis ecclesiæ, & cõsummatur dedicatio in celebratione, & terminatione missæ, sic & hìc cõsuetudo ecclesiæ excusat: & qñ mos erat, crimen non erat. Vnde & si non dicat nisi verba cõsecrationis, excusatur, si talis est mos illius ecclesiæ à Romana ecclesia scitus, & non reprobatus.

Ad.4.

20 Et qd' post ea dicit, ꝙ impossibile est plures consecrare, si in diuersis tẽporibus verba ꝓferant sine dubio difficile est: qa vt dicit, intẽtio cõsecrationis non põt anticipare, vel retardare effectũ verborũ: quin in vltimo instãti habeant effectũ, vel nunq̃. 21 Sed dicendũ, ꝙ omnia, quæ sunt de essentia alicuius effectus, oportet simul concurrere: sed cũ principale agens in sacris sit virtus diuina, quæ ex volũtate agit, sic sufficit, ac verum sacrm ea, quæ aliquid agunt cõcurrere, sicut Deus vult. Quia ergo ecclesia regit Spũsancto, supponimus cõsuetudines ab ecclesia approbatas esse cõformes Dei volũtati. Quia igitur oẽs simul cõsecrãtes intentionẽ suam ordinãt ad horam prolationis principalis, sed aliqui prius, aliqui posterius proferant: tunc tñ est effectus ex diuina ordinatione: q̃ uis aliàs secundũ cursum cõmunem intentio nõ posset anticipare, nec retardare. Hoc tñ est verum, ꝙ primus, qui verba ꝓfert, non cõsecrat ante alios, si hoc non intendat. Vnde si homo proferat verba cõsecrationis intentione non cõsecrandi nihil cõsecrat. ergo si proferat intentione, non tunc cõsecrãdi, tunc non consecrat. Sed vbi est virtus, quæ postea consecret. Potest dici, ꝙ virtus subiectiuè manet in aere subiecto vocis, quæ trãsit Dei virtute eã conseruãte, quousq; omnia sint cõpleta. Item sicut Spiritussanctus in primitiua ecclesia diuersas formas baptiſmi ordinauit ꝓpter diuersas causas sic ordinare potuit diuersas formas in talibus ecclesiis, vbi sunt tales ritus, sicut aliter cõsecrant, Græci aliter nos. In illo igitur ritu, quo plures cõcelebrant, cũ vltimus cõpleuerit, oẽs habent effectũ suum: ita ꝙ tandiu manet in aere virtus præcedẽs, quousq; veniat virtus sequens: non ex intẽtione dicẽtis solũ: sed ex virtute Dei virtutẽ illã producẽtis, & cõseruantis. Certũ est enim, ꝙ hìc oportet aliquid de cõmuni cursu mutari. s. ꝙ verba habeant effectum, vel postq̃ prolata sunt quantũ ad illos, qui prius cõplent, vel anteq̃ sint prolata quantũ ad illos, qui postea proferũt: nisi omniũ intentio referat ad instans, quo vltimus ꝓfert. Si autẽ non oẽs consecrãt, sed tantũ vnus non esset dicendũ, ꝙ solus ille cõsecret, qui prius verba profert, cũ hoc non intẽdat, sed vel espicopus, vel vltimus, nisi diceret, ꝙ quilibet intẽdit cõsecrare verba sua dicendo, vel complendo, sed non intẽdit ea cõplere, nisi simul cũ episcopo, vel cũ vltimo: tunc verisimile est, qd' dicit, ꝙ solus, qui primo fecit, confecit.

Ad. 5. dictũ Duran.

22 Verũ quia ipse dicit, ꝙ si virtus consecrãdi sit inhærens subiectiuè verbis impossibile est, ꝙ plures simul consecrent, etiam si simul verba proferant, & cõpleant: qa ab agentibus naturalibus simul concurrẽtibus non procedit effectus, nisi intẽtior: dicendũ, ꝙ licet intẽtio sit volũtaria, & actio sacramentorũ necessaria: sicut si duo voluntariè applicarẽt ignem, qui necessario cõbureret: tñ si vel passiuum

suum non esset natum suscipere plus ab vno, q̃ à duobus, vel effectus non esset intẽsibilis, vt dictũ fuit suprà dist. 3. de duobus vnũ baptizãtibus nihilominus à duobus sequeret idem effectus, qui ab vno. Non enim plus ab vno, q̃ ab alio, cũ sit æqualis ratio, nec à neutro, cùm quodlibet sit sufficienter approximatũ, & dispositũ, nec vnum impedit, sed iuuat aliud. Et ita est in proposito.

Nota.

Vnde ab vtroq; erit consecratio: non tñ maior, nec minor, q̃ ab vno. Et probo per rationẽ suam: qa concurrentib⁹ necessariis ad sacrm, sequitur sacrm, sed hìc sunt omnia necessaria respectu vtriusq; agentis, & materia, & forma, & intentio, & agens. ergo &c.

Ad. 6. dictũ Durand.

23 Et quod dicit, ꝙ si sit virtus diuina assistens: tunc ipsa põt per vnũ & plures, sicut sibi placet: dicendũ, ꝙ hoc est bene verũ, sed tunc non debet distingui, vtrum simul, an successiuè proferãt: quia sicut potest agere indifferẽter cum vno, & pluribus, ita cũ pluribus simul, qa semper, & non simul: sunt causa, sine qua non. Posset enim Deus ordinare, ꝙ non fieret conuersio, nisi duo, vel tres proferrent verba vnus post aliũ.

Examinat doct. solutiones ad. 2. ar. princi. quas Dur. ponit, q̃uis superi⁹ non recitauerit.

24 Ad illud, quod in contrarium obiicit, dicendũ, ꝙ etiã si virtus est in sacris, adhuc possunt ad vnũ effectũ concurrere multa agentia, quorum quodlibet facit totũ. Et qñq; cum Deo, vel agente vniuersali cõcurrit particulare agens, non est dicere, ꝙ effectus diuidatur in duas partes, vel tres, quarũ quilibet sit ab vna causa, sed totum ab omnibus. In agẽtibus quidẽ per se ordinatis, hoc est necesse. Sed in aliis agentibus non necessario fit per plura, quod põt fieri per vnum. Potest tñ fieri per accidens, vt dictum est.

Ad argu. in oppositum.

25 Ad secundum dicendũ, ꝙ sicut in operibus gratiæ vnũ, & idẽ opus meritoriũ totum est à diuersis. s. Deo, & libero arbitrio, quorum vnum sufficeret. s. Deus. Et quicquid sit de hoc in operibus naturæ contingit hoc, vt si calefactibili summè dispositio ad summum gradũ caloris essent apposita æqualiter hinc, & inde duo calefactiua æqualia, quorum quodlibet per se sufficeret, ab vtroq; fieret vnicus gradus, qui restat, nec plus, nec minus, q̃ ab vno solo. Sed hoc esset per accidens, & nõ necessario. Et sic in proposito.

Ad arg. pro quæstione. Plures actiones non possunt esse vnã immediatè sed be nè mediatũ.

26 Argumẽta facta ad principale, non cogũt, quia non sequit̃, si vnus põt multas hostias cõsecrare simul, vel successiuè, ꝙ propter hoc ecõuerso plures simul vel successiuè possint consecrare vnam: qa homo habet multos filios, non multos patres, & vnũ mobile non mouetur simul diuersis motibus eiusdem generis, nec vno à pluribus perfectis, nisi per accidens, vt dictum est.

27 Nec cogit secundũ, vbi sciendum, ꝙ licet plures actiones immediatè non possunt habere simul vnicũ terminum, quia plures dealbationes simul existẽtes non sunt ad vnam albedinem: tamen plures remotæ possent habere vnum terminum. Vnde in casu, qui proponebatur, est vnica cõsecratio, cuius terminus intrinsecus, & immediatus est conuersio, & corporis Christi præsentia, sed plures actiones tãtæ. s. plationes verborũ, quot sunt proferẽtes, & verba lata, quæ possent dici cõsecrationes, eo modo, quo alteratio dicit gñatio, & multæ alterationes concurrũt ad vnam corruptionẽ, & generationem.

DISTINCTIO. 14. QVAESTIO. 1.

Circa. 14. Dist. quæruntur septem. Primò, vtrum pœnitentia sit sacramentum. Secundò, qualiter est virtus. Tertiò, de pœnitentia in cõparatione ad alias virtutes. Quartò de subiecto pœnitentiæ. Quintò, de continuatione pœnitentiæ. Sextò, de solenni pœnitentia. Septimò de effectu pœnitentiæ.

De sacramento pœnitentiæ.

Thom. 3. q. 84. arti. 1.

PRIMO Ergo quæritur, vtrũ pœnitẽtia sit sacrm. Et videtur ꝙ non, qa illud, quod est virtus moralis, nõ est sacrm: qa virtus est quid naturale, sacrm quid supernaturale, sed pœnitentia est virtus. ergo &c. 2 IN contrariũ sunt sancti, & Magister in litera. 3 RESPODEO: tria videnda sunt. Primò illud, quod principaliter quæritur. s. ꝙ pœnitentia est sacrm. Secundò, quomodo in pœnitẽtia est aliud, quod est res, & sacrm. Tertiò, quomodo in isto, & in aliis sacris non characterizãtibus est aliquis ornatus loco characteris.

1. Artĩ. Heruæus hìc q. 1. ar. 2.

4 CIRCA primũ articulum sunt tres conclusiones. Prima, ꝙ est sacrm. Secũda, ꝙ habet illa tria, quæ inueniunt̃ in aliis: quod melius declarabitur in secundo articulo. Tertia, ꝙ non habet materiam exteriorẽ, & quare. 5 Prima conclusio est, ꝙ pœnitentia est sacrm, quam conclusionẽ probant aliqui sic. Omne remediũ extrinsecũ sensibiliter appositũ ad effectũ curationis spiritualis est sacrm: sed pœnitẽtia est hmõi. ergo &c. Maior patet ex principio huius quarti. Minor etiã patet, qa forma absolutionis significat absolutionẽ à morbo spirituali. s. Ego te absoluo &c. & hìc sufficiũt, qd' signant, qa Quorũ remiseritis peccata. ideo &c.

Ratioher. de fectuosa.

6 Sed hæc ratio est defectuosa. Non em̃ omne exteri⁹ sensibiliter appositũ ad effectũ spiritualis sanctificationis est sacrm, sed illud, qd' ad hoc à Deo est institutũ, & qd' habet hoc ex opere operato: aliter non est sacrm no. le. Multa enim remedia corporalia inuẽta sunt ab hominibus cõtra pctũ, vt toncia pectoris, ieiuniũ, religio, & paupertas, & huiusmodi multa, quæ nec sunt sacra, nec sacramẽtalia, nec etiã pars sacri: qñ non sunt in pœnitentiã iniuncta: qa nec sunt à Deo immediatè instituta, nec habent effectũ expiationis peccati ex opere operato. Similiter est à Deo aliquod remediũ sensibile inuentũ cõtra pctũ, quod tñ non est sacrm: puta oratio Dñica, & multa hmõi, quæ nõ habẽt effectũ cõtra pctũ, nisi ex opere operãte. Sed qñ illa duo cõcurrunt, quorũ primum põt esse sine vltimo, sed non ecõuerso, tunc est sacrm. Sed pœnitentia habet illa duo: qa est remedium institutũ à Deo dicente. Pœnitentiã agite &c. Et per Ia. Confitemini alterutrũ. Et habet mũdare ex opere operato, quia quorum remiseritis peccata &c. Nec sufficit ad suppletionẽ maioris addere, ꝙ sit significans curationẽ, nisi prædicta duo cõcurrant: qa etiã absolutio generalis non sacralis significat remissionẽ omni illo modo, quo sacralis: nec tñ propter hoc est sacrm: qa desunt alia duo, quãuis habeat & formam deprecatiuã, & indicatiuã. Sic igitur supplenda est, vt dicat sic. Omne remediũ sensibile a Deo institutũ ad representandũ, & causandũ ex opere operato sanitatẽ contra morbũ peccati est sacramentum, pœnitẽtia est hmõi. ergo. &c.

Rectificatur ratio Durã.

7 Secuncunda cõclusio est, ꝙ in pœnitẽtia sunt tria, quæ in aliis sacris inueniũtur. s. qd' est sacrm tantũ. s. illud, quod exterius geritur, vt est absolutio pro forma: confessio pro materia, & satisfactio: item illud, qd' est res tantũ, vt remissio peccatorũ. Et id, quod est res, & sacrm. s. ornatus, & interior pœnitẽtia.

Pñia pro materia solũ habet verba. 1. ratio. s.t. per q. 84. ar. 1. ad. 1.

8 Tertia cõclusio est, ꝙ pœnitentiæ non habet pro sacro materiã exteriorẽ aliam à susciente, sed solũ actus verborũ. Ratio huius triplex est: prima, quã Tho. tangit, qa sicut sunt diuersæ medicinæ, quædã, quæ cõsistunt in sola passione, & receptione curati:

ne curati: vt sectio vulneris, vel appositio emplastri: quę dam verò, quæ consistunt in actu laborãtis, vt exercitationes, & hmõi: ita in sacris quædã non requirunt actũ eius, quæ sanctificatur quantũ ad substantiam sacri, nisi per accidens, & sicut remouens prohibens, vt apparet in baptismo, & confirmatione, & hmõi: quædã verò sunt, quæ essentialiter, & per se requirũt actũ eius, qui recipit
Et hĩc. q. 1. ar. 1. q. 1. ad 1. sacrĩm, vt patet in matrimonio, & pœnitẽtia. In illis ergo sacris, quæ sine actu nr̃o cõplẽtur, est materia, q̃ causat, & significat, vt medicina exterius apposita. In illis autẽ sacris, quæ actũ nr̃m requirunt, non est talis materia, sed ipsi actus exterius apparẽtes hoc idem faciũt, quod materia in alliis sacris. 9 Secũdò, aliqui reddũt causam huius, ꝙ alia materia non requiritur: qa non manicipat ad aliquod sacrum, sicut etiam matrimonium.

10 Sed hæc ratio nõ est bona, quia extrema vnctio cùm non imprimat characterẽ nõ mancipat ad aliquod sacrũ, nec eucharistia mancipat ad aliquod sacrũ: & tñ præter verba requirunt aliquid aliud pro materia.

11 Item videmus ecõuerso aliquid mãcipari ad aliquod sacrũ per sola verba sine alia materia. Præter illa, quæ deputant̃ ad sacrĩm: sicut per solã benedictionẽ sine vnctione consecrant̃ aliqua, vt vestes, & hmõi. ideo &c.

12 Et ideo pót alia ratio assignari, & est tertia, ꝙ cũ sacrĩm requirat materiã ad repræsentandũ, & efficiendũ, qñ per sola verba sufficienter repræsentat̃, & efficit effectus sacri nulla alia materia requirit̃, aliãs sic. Vnde in baptismo requiritur aqua abluens præter verba: qa non perfectè significaret ablutionẽ, vel mederet̃, si nõ realiter ablueret animã, dicenpo: Ego baptizo te, & sic de aliis. Sed qñ dicitur: ego absoluo te ab omnib⁹ peccatis tuis, & peccata prius dicunt̃ in speciali, & in generali facer effectus repræsentatur. ideo &c. Si ergo in omni sacro, cuius essentia consistit in vsu materiæ, aut verba sine materia non sufficienter significarent, aut falsa essent. Nisi enim chrismate signaret, aut inungeret, qñ hoc dicit episcopus, vel sacerdos, vt in forma cõfirmationis, & extremæ vnctionis falsum diceret, & sic de aliis. Sed in pœnitentia, & in matrimonio verba sufficiẽter, & veraciter repræsentant totũ effectũ. ideo &c.
2. Art. 13 SECVNDVS articulus est de re, & sacro, vbi sunt duæ conclusiones. Prima de eo, quod est res, & sacrĩm. Secunda de eo quod est restantum. 14 Circa primũ, primò ponetur opinio cõtraria: secundò arguet̃ cõtra eam pro vera cõclusione: & tertiò respõdebitur ad rationes contrarias. Dicunt ergo quidã, ꝙ sola sacra, quæ imprimũt characterẽ habent in suscipiente illud mediũ inter rem, & sacrĩm, qd' est res, & sacrĩm. s. ipsum characterẽ: alia verò omnia non habent aliquid tale, vt pœnitẽtia, matrimonium, & extrema vnctio, vel si habent, illud non est in suscipiẽte aliquid inhærens: sed in materia ipsa, sicut in
Opĩo. 1. quę Du. in. 4. di. 17. q. 13. eucharistia. 15 Quia autem in istis quatuor nullus ornatus imprimat̃ per ipsorũ susceptionẽ in ipso suscipiẽte, & ꝙ in isto sacro pœnitẽtia interior non possit dici res, & sacrĩm probant hoc ipsi multipliciter: primò, qa ista dispositio, vel ornatus esset potentia, vel habitus: non pót esse potẽtia: qa per talẽ ornatũ non producitur nouus actus: potẽtia autẽ respicit actũ, & noua nouum, nec habitus: qa per habitũ habemus nos benè, vel malè ad actum: benè quidẽ per bonũ, & malè per malũ: sed per talem ornatũ nõ habemus nos ad aliquẽ actũ benè, nec
2. Ratio. malè. ergo nõ est habitus. 16 Secũdò sic, illa dispositio, vel ornatus, aut remanet amissa gratia, & sic esset indelebilis, & multiplicaret̃ solo nmmero in eodẽ cùm cõtingat eundem pluries recipere sacrĩm pœnitẽtiæ, aut non remaneret amissa gratia, sed cùm ea daretur, & cum ea admitteretur. Hoc autẽ esset frustra: qa cùm non potest natur nisi propter ornatũ animæ, & non propter operationem, vel modũ operãdi, vt dictũ est: gratia autẽ satis ornat animã sine illo alio videtur, ꝙ frustra ponatur.

17 Sed ꝙ illi de prima opinione dicunt alibi, ꝙ illud, quod est sacrĩm, & res in pœnitẽtia, quæ est sacrĩm, est pœnitẽtia intẽtior, quæ est actus virtutis. ideo isti tertiò arguunt cõtra hoc: quia illud, qd' est simul res, & sacrĩm supponit illud, qd' est sacrĩm tantũ, tanquã causam instrumentalẽ, vel causam, sine qua nõ: sed pœnitẽtia interior non supponit illud, qd' exterius agit̃ in sacro pœnitentiæ: imò vt cõmuniter p̃cedit. ergo non est res, & sacrĩm.
Verba. s. t. 3. p. q. 84. arti. 1. ad. 3. 3. Ratio. 18 Secundò arguendũ est cõtra opinionẽ pro veritate sic: qa homo qñq; perfectè conteritur de pct̃o cum proposito confitẽdi, & satisfaciẽdi: & tunc est sufficiẽter dispositus ad gratiã. vnde & statim suscipit eam sine ornatu medio: sicut per baptismũ flaminis sine characterẽ aliquo: aliquãdo verò est attritus, non contritus, sed superueniens confessio, & satisfacio, vt clauiũ facit attritionẽ contritionẽ, vt recipiat gratiã. Cùm igit̃ secundũ legem cõmunem nulli detur gratia, nisi intus sufficiẽter dispo
Primus modus defendẽdi. opi. s. T. sito, ex quo ipse non est sufficiẽter dispositus per actum suum intrinsecus, vt supponitur. ergo est sufficiẽter dispositus per aliquid aliud, & istud vocamus ornatũ. Vnde res, & sacrĩm in pœnitẽtia est aliqñ pœnitentia interior, vt qñ sufficiẽter de se conterit̃: qa est dispositio necesitans ad gratiam, vt character: aliqñ est ornatus à sacro impressus: vt qñ non est actus cõtrinionis de se perfectus, & ipse submittit se clauibus. Et secundũ hoc non simul cõcurrunt istæ duæ res, & variatur res sacri, & nõ semper imprimitur ornatus. 19 Si autẽ dicamus
2. modus. ꝙ gratia sacramẽtalis est alia gratia gratũ faciente: tunc diceret̃, ꝙ semper imprimit̃ ornatus etiã cum cõtritione. Nec superfluit, qa contritio est dispositio, & res, & sacrĩm respectu gratiæ gratũ faciẽtis: ornatus verò respectu gratiæ sacramẽtalis. Sic igitus dici pót, ꝙ licet sacra imprimentia characterem ipsum imprimant semper, siue recipiens sit dispositus sufficiẽter ad gratiã per contritionẽ, siue non: qa de alio deseruit character. s. ꝙ deputatur ad aliquid sacrũ, & cõsignificat, & distinguit: tñ sacra imprimentia ornatũ, tunc solũ imprimũt, qñ in suscipiẽte defi cit sufficiens dispositio. Vel potest dici, ꝙ semper imprimunt illa characterẽ: ista ornatũ propter dispositionẽ ad gratiã sacralem, & si non ꝓpter aliã, quia ad vtranq; disponũt. Verius tñ videtur, ꝙ non solũ attritus, sed etiã contritus, licet non ita egeat, recipiat ornatũ: q̃a ex quo non ponit obicẽ, non est causa, vt priuet̃ effectu sacri: & tunc maior gratia infundet̃ propter duplicẽ dispositionem s. sacri, & liberi arbitrij. Qñ autẽ sic est fictus, ꝙ nõ concurrit essentia sacri: puta in matrimonio, quia intendit decipere, non cõtrahere, vel in pœnitẽtia: quia nullo modo pœnitet, vel cælat aliquid: aut in aliis, qñ habet contrariã dispositionẽ, sicut in receptione eucharistiæ, & extremæ vnctionis, si habet conscientiam mortalis, de quo non pœnitet, nullũ ornatũ recipit, in quo differt ornatus à characterẽ: qa characterẽ recipit contritus attritus, & fictus: dum tñ velit verũ sacrĩm recipere. Ornatum verò nõ recipit nisi cõtritus, vel attritus. 20 Ter
Ad. 1. argũ Duran. tiò respondendũ est ad argumẽta opinionis. Ad primũ dicendũ, ꝙ ornatus non est potẽtia, nec habitus: sed dispositio nõ ad agendũ, sed ad recipiendũ. Sicut enim per actum contritionis est homo dispositus naturaliter ad habendũ gratiã gratũ faciẽtẽ: sic per ornatũ à sacro impressum est dispositus super naturaliter ad recipiendũ gratiã gratũ faciẽtẽ, & sacramentalẽ, & per istum ornatum habemus nos benè non ad agendũ, sed ad recipiendum gratiã: & est dispositio necessaria, & necesitans nõ simpliciter, sed sub conditione. Supposito enim, ꝙ in suscipiente

scipiente sacrĩm non sit contritio, tunc est necessaria hęc dispositio ad gratiã gratum facientẽ: aliãs non est necessaria, nisi ad gratiã sacramentalẽ si differant. Similiter supposito, ꝙ suscipiens sacrĩm non sit fictus, est dispositio necesitas: non ꝙ ipsum Deum necesitet, sed qa ex Dei voluntate necesse est gratiã infundi. 21 Ad
Ornatus recepta, vel augmẽtata gratia euanescit. secundũ dicendum: ꝙ non solũ iste ornatus non manet admissa gratia: sed nec manet, quãdiu manet gratia: qa cùm non imprimatur, nisi vt sit dispositio ad receptionem gratiæ non ad retentionẽ, vel receptionẽ intẽtionis gratiæ recepta gratia, vel intensa euanescit. Vnde non est habitus de difficili mobilis, sed est dispositio transitoria, sicut est ipse actus contritionis: ius supplementũ maximè est hĩc ornatus: quo supposito nõ est necessarius ad salutẽ: quãuis esset necessarius ad gratiã sacramentalem: qa sola gratia gratũ faciens sufficit ad salutẽ: ꝙ autẽ subdit, ꝙ gratia ornat animã. ergo frustra ponitur: dicendum, ꝙ præter gratiã multa alia ponũtur ad ornatũ animæ: tñ iste ornatus dicit ornare animã dispositiuè: quia disponit ad gratiã, quæ est nitor animæ: & præcedit eam in fieri, & esse naturaliter, siue duret in instanti, siue tẽpore impceptibili: qa sicut virtus sacrorum trãsitoria est, sic & iste ornatus, in quo differt à charactere, sed tñ nõ superfluit q̃diu est, sicut medicina non supfluit disponẽdo ad sanitatẽ. 22 Ad tertiũ, quo ꝓbat pœnitẽtiã interiorem non esse rẽ sacri, qa p̃cedit, dicendum, ꝙ sicut licet in omni sacro sint ista tria, non tñ vniformiter: qa in qui
Solutio verior. busdam sacris id, qd' est sacrĩm tantũ, sunt sola verba, aliquãdo res alia, & similiter id, qd' est res tantũ, non est vnum in omnibus sacris: ita res, & sacrĩm non est idẽ: nec eodẽ modo se habens in omnibus sacris: qa in sacris imprimẽtibus characterẽ res, & sacrĩm sequit̃ sacrĩm non solũm in proposito: sed in facto. Et similiter in sacro eucharistiæ. In aliis verò non sequit̃, vel causat̃ ab eo, vel actu, vel in proposito, sicut hĩc. Vel pót dici, ꝙ pœnitẽtia interior non est sacrĩm, nisi qñ coniungitur cõfessioni, & absolutioni, à quibus habet cõplementũ: maximè qñ est attritio, & fit cõtritio: qa sic sequit̃ exteriorẽ, vt effectus causam. De his aũt tractat Tho. 22. di. q̃rti. 23 Ter
3. Cõclusio. q. 2. art. 1. q. 1. 2. & 3. tia conclusio est de hoc, quod est res tantũ in hoc sacro, quod est remissio peccatorũ, quã consequit̃ viuificatio mortificatorũ. Vbi primò ponet̃ adaptatio quorundam. Secundò declaratio illius. Tertiò tanget̃, & soluet̃ quæ-
Dur. dis. 15. quarti. q. 5. dam difficultas. Hanc ergo viuificationẽ quidam declarant sic præmittẽtes quandã deductionẽ, ꝙ opera nostra dicũtur viua, & mortua, & viuificata, & mortificata per comparationem ad ea, quæ viuunt in naturalibus. Illa enim dicũtur viua, quæ non solũ habẽt principiũ vitæ, sed operationẽ, vt oculus videndo, pes ambulãdo. Mortua verò, quæ neutrũ habent: mortificata verò, quæ habent principiũ vitæ, sed non operationẽ propter aliqd' impedimentũ, vt membrũ stupidũ, vel paraliticũ. Viuificata vero, quę per amotionẽ impedimenti operationis vitæ redeunt ad suas operationes. Similiter opera nra spiritualiter dicũtur viua, qa procedunt à charitate: quę est principiũ spũalis vitæ, & per meritũ possunt perducere ad vitã gloriæ, quæ est vera vita. Iste autem est finalis actus operũ nostrorũ. Mortua verò dicunt̃, qñ fiunt extra charitatẽ. Mortificata verò, quę facta sunt in charitate, quæ est principiũ vitæ, sed per meritũ non pót efficaciter ducere ad vitã gloriæ propter impedimentũ peccati mortalis superuenientis. Viuificant̃ autẽ cùm impedimentũ mortificationis amouet̃. Et hoc est peccatũ mortale sequẽs: cum quo nullus pót venire ad vitã gloriæ. Hoc supposito ficarguunt. Illud viuificat opus mortuũ, per quod amouetur impedimentũ mortificãs ipsum: sed per pœnitentiã amouet̃ pctũ mortale mortificans opus præcedens meritoriũ. ergo per pœnitentiã viuificat̃ op⁹ mortificatũ. 24 Et si quis hæsitaret, vt dicũt, quo modo opera præcedẽtia, quæ non sunt, iam viuificãtur. Respõdent, ꝙ opera bona manent, ex quo sunt in acceptatione per modũ meriti, & sic possunt viuificari: sicut opera mala transeunte actum, manent in reatu.

25 Sed licet ista adoptatio sit pulchra, tñ est dubia. Primò, quo ad hoc, ꝙ opus mortuũ dicatur, quod nunq̃ fuit viuum: quia propriè mors non est nisi viuentis.
Cõmendat positio tanq̃ dubia tamẽ examinat- 26 Sed sicut dicitur cæcũ non solũ, quod aliquãdo vidit, sed etiã cæcus natus, qui nunq̃ actu vidit ex visione aptitudinali: sic pót dici opus mortuũ ex hoc solo, ꝙ natũ fuit esse viuũ: sicut dicit̃ puer nasci mortuus: etiam si nunquã fuit viuus: dum tñ habeat organicũ corpus, quod natũ sit animari. 27 Secundò dubium est, 1. Dubium. quod dicunt mortificatũ illud, qd' est cũ principio vitę. 2. Dubium. Charitas enim quãdiu est in homine, non finit mortificari aliquod operũ suorũ. Vnde dicitur mortificatũ, non quod est coniunctũ principio vitæ: sed quod fuit cõiunctum, & non est, sed adhuc esse pót, vt mortuũ dicat̃, qd' Nota. nõ est, nec esse pót: sicut diceret̃ mẽbrũ non mortuũ, sed mortificatũ, qd' actũ suũ amisit, & recuperare pót, & sanari. 28 Si arguat̃ cõtra hoc sic: qa uon oportet pœnitentẽ resurgere in æquali, vel maiori charitate, sed po
Obiectio. test resurgere cũ minori. Ponat̃ ergo, ꝙ hõ, qui per multos act⁹ charitatis meruit augmẽtũ charitatis, & habuit: peccet mortaliter, & pœnitẽdo resurgat in minori, & in illa moriat̃: quæro, vtrũ habebit præmiũ correspondens charitati perditæ, vel recuperatæ: si dicas, ꝙ secundũ gradum charitatis perditæ. Contra, qa secundũ gradũ charitatis, cũ quo moritur, debet remunerari. Si dicas, ꝙ secundũ gradũ charitatis recuperatæ tantũ. Contra ergo mortificata merita non reuiuiscunt: qa ipse meruit præmium correspõdens charitati perditæ: cuius augmentũ meruerat. Dicendũ, ꝙ per pœnitentiã reuiuiscere merita potest intelligi dupliciter. Vno modo quantũ ad præ Solutio. mium accidentale. Alio modo quantũ ad essentiale. Si quantũ ad accidentale, sic reuiuiscunt, nisi illius præmij fit talis cõditio, q̃ requirat continuitatẽ, & perpetuitatẽ: Nõ oĩa opa meritoria reuiuiscũt. sicut est aureola virginũ: qa si virgo corrũpitur, & pœnitеat, non recuperat aureolã, quæ non debet̃ eligenti virginitatẽ, & seruanti ad horã, sed vsq; ad mortẽ. Si autem quæratur quantũ ad præmiũ essentiale, sic per se loquẽdo reuiuiscunt: per accidens autẽ pót esse ex indispositione recipiẽtis, ꝙ non reuiuiscunt quo ad integritatẽ. Verbi gratia, habẽs charitatẽ meret̃ per opus virtutis vitam beatã in morte, nisi per eum steterit. s. ꝙ non habeat Nota. charitatẽ: qa illa non dat̃ nisi habẽti charitatẽ, q̃uis eam explanatio opinionis. meruerit, & dat̃ habẽti, etiã si eam non meruit, vt paruulo. Si autẽ perdat charitatẽ, & postea pœnitẽdo eam recuperet: adhuc recuperat, qd' perdidit, vt. s. eam habeat ex priori merito, nisi perdat eam: ita est in proposito habens maiorẽ charitatẽ meret̃ maius præmiũ suppposito, ꝙ in morte habeat maiorẽ charitatẽ: quia sicut charitas est necessaria dispositio ad recipiendũ gloriã: sic maior charitas ad maiorẽ gloriã. Si ergo pœnitens non recuperet maiorẽ charitatẽ ante mortẽ per accidens est ex indispositione sua, ꝙ moriẽs non habet maius præmiũ: qa si pœnitendo haberet minimũ gradũ charitatis, & moriendo intẽdiret charitatẽ suã, quãta erat illa, quã perdiderat: haberet vtiq; tantã gloriam nõ tantũ ex merito vltimo, sed ex merito primo per se, & ex pœnitẽtia, sicut ex remouente prohibens, & ex vltima charitate, sicut ex materiali dispositione necessaria. 29 TERTIVS arti
3. Art. culus habet quatuor conclusiones. Prima conclusio est, Declaratio pulchra, qũo in sacro ca- ꝙ illa tria etiam inueniunt̃ in sacrĩm non imprimẽtibus characterẽ, vt ĩ eucharistia, vbi res, & sacramentũ est corpus Chri

racter, aut ornatus imprimitur.

pus Christi verum:& in matrimonio, vbi interior cõsensus.vel vinculũ,& in extrema vnctione,vt infrà videbitur dist.23.Sic igitur in omni sacro no.leg. imprimitur aliquid præter actũ suscipientis: quod est sufficiens dispositio ad gratiã etiã gratũ facientẽ, siue illud sit character,vt in tribus,siue simplex ornatus,vt in aliis:ita ꝙ in eucharistia præter illud,ꝙ est res, & sacrm extra suscipiẽtem,& antequã suscipiat. i. corpus Christi verũ in suscipiente sit etiam ornatus,qui est res,& sacrm. Et sic sicut quædã sacra habent vnũ sacrm tantũ:puta sola verba,sicut pœnitẽtia,& matrimoniũ,si ita est, & alia res,simul & verba,vt omnia alia:sic sunt quædã sacra,quæ habent pro re,& sacro vnũ tantũ:sicut illa,q̃ non requirunt per se actũ suscipiẽtis: alia verò pro re, & sacro habent duo diuersa. Et hæc adhuc differẽter:qa vel vtrunq; est in suscipiente,sicut actus interior est vna res,& sacrm in matrimonio,& pœnitẽtia,alia est ornatus:& sic vtrunq; est in suscipiẽte: in eucharistia autẽ vna res est in suscipiente, alia in materia. 30 Secũda cõclusio est,ꝙ nõ solùm in istis,sed ꝙ in omni sacro imprimat ornatus:qd' patet sic. Vbicunq; secundũ legẽ cõmunem est remissio peccati actualis mortalis,& per cõsequens gratiæ infusio,ibi est alia dispositio sufficiens præter motũ liberi arbitrij: qa vbicunq, est motus liberi arbitrij sufficienter disponens ad gratiã,ibi statim est gratia, nec per consequens est peccatũ mortale. Gratia autẽ non infunditur secundũ legẽ cõmunẽ,nisi sufficiẽter dispositi: qa Deus dat vnicuiq; secundũ suã virtutẽ. Sed omne sacrm nole.si dignè suscipiat,remittit peccatũ mortale si inuenit: & si nunquã inueniret,nunq̃ tolleret. Si ergo quodlibet sacrm aliquãdo põt tollere pctũ mortale,igitur aliquando inuenire põt. Tunc autẽ non est dispositio sufficiens ex parte liberi arbitrij,cũ qua non stat pctũ mortale:qa illa est contritio: igitur ex opere operato alia dispositio infunditur. Propter qd' videt,ꝙ ad hoc,ꝙ sacrm conferat gratiã:non requirit aliquis actus respectu effectus sacramẽti in suscipiente,vel qui gerit personã eius:sed tantũ respectu sacri,ꝙ. s. ipse velit suscipere sacrm, si sit adultus,& habeat vsum liberi arbitrij, vel alius pro eo,vel ꝙ ipse voluerit. Sed respectu effectus sacri solũ requiritur, ꝙ non ponat obicẽ, & ꝙ faciat, ꝙ susceptio sacri requirit: puta in matrimonio,ꝙ intendat cõtrahere, licet nõ recolat de peccatis. 31 Tertia conclusio est,ꝙ ornatus posset esse aliquid manẽs:licet videamur superius dixisse contrariũ. Nec ꝓpter hoc sequit̃,ꝙ pœnitẽtia nõ possit iterari sine iniuria sacri: sicut baptismus, quia q̃n sacrm imprimit talẽ dispositionẽ,ꝙ per illã statim natus est sequi totalis,& plenus effectus sacri:tunc sine iniuria non põt tale sacrm iterari: sicut in baptismo, cuius character disponit ad remissionẽ omnis culpæ,& pœnæ,quã tùm est de se. Et similiter est de aliis imprimẽtibus characterẽ suo modo. Non sic autẽ de aliis,puta pœnitẽtia: qa per vnã cõfessionẽ non sequit̃ perfecta remissio, quo ad pœnã, & sequelã. Vnde qa de ꝓpiciatu actualiũ non debet homo esse sine metu sine iniuria repetit̃ pœnitentia. Sed de originali non debemus esse in motu post baptismũ. vnde &c. Vnde quãdo de eodẽ aliquis bis confitetur non alius ornatus numero imprimit̃: sed primus intenditur:& fortè est vnus ornatus ſpecie in vno sacro: qui intẽditur per illis iterationẽ,& pari ratione remittitur per illius tardationẽ: & fortè corrunpit̃ per nimiam tardationẽ,sicut est habitus,qui acquirit̃ ex actibus principaliter ipsis ex toto cessantibus corrũpitur: ita & ornatus, qui acquirit̃ ex susceptione sacri instrumẽtaliter ex cessatione,vel nimia retardatione corrũpitur. Vnde character,qui non potest amitti,& deleri per consequens:sicut non potest corrumpti,ita nec remitti: quia remissio est via ad corruptionẽ, nec per consequens intendi. Sed ornatus potest intẽdi, & remitti, & etiã corrũpi, & iterũ acquiri. 32 Quarta cõclusio est,ꝙ pœnitẽtia interior ipsa est res,& sacrm,quod probat̃ sic,qa illud, qd' causat̃,& signi͂ficat̃ ab actu exteriore:qui est sacrm,& vlterius causat̃,& significat aliũ effectũ vltimũ,& principalẽ dicitur esse res,& sacrm:sed hmõi est pœnitẽtia interior: qa cõficiens significat se pœnitere: & cũ hoc ipsa cõfessio,& absolutio habita inre,& in voto est causa illius intentionis nõ secundũ essentiã,sed magis ecõuerso,sed secundũ efficientiã: qa ab illa habet virtutẽ sacramentalẽ sine qua non valeret. ergo &c. 33 Quod aũt contra hoc dicitur,ꝙ res sacri non est de iure naturali, sicut est pœnitere, cũ sit actus virtutis, dicendum, ꝙ pœnitere de peccato ad expiationem,vt videtur gehenna,& habeatur gloria, & cum proposito confitendi non est de iure naturali:quo hæc sunt ignota: sed diuino, quo hæc sunt reuelata. Et per hoc patet respõsio ad argumentũ.

Ornat⁹ põt esse aliquid manens.

Nota.

Ornatus intenditur, & remittitur.

Ad arti.q.

QVAESTIO SECVNDA.

De virtute pœnitentiæ.

Thom.3.q.81.art.1.& 2.

SECVNDO Quæritur, vtrum pœnitentia sit virtus. Et videtur ꝙ non:quia virtus est de bono: sed pœnitentia est de malo. ergo &c. 2 CONTRA præcepta le. nõ sunt nisi de actibus virtutum,sed lex Euãgelica præcepit dicens:Pœnitẽtiã agite. ergo &c. 3 RESPONDEO, duo sunt facienda: qa primò ponẽt vna opinio probabilis,& subtilis.Secundo inquiretur de quibusdam,quæ implicat.

1. Artí. Opinio Du. hîc.q.1.ar.1 subtilis.

4 CIRCA primũ sciendum est,ꝙ aliqui præmittunt quandã distinctionem, quæ suppositа probant tres conclusiones de pœnitẽtia. Et ex hoc inferunt quoddã correlariũ. 5 Primò ergo distinguunt de pœnitere,dicẽtes, ꝙ cũ pœnitere includat dolorẽ de peccato cõmisso,põt accipi dupliciter,vel pro dolore, qui est actus sensitiuè partis, vel pro displicẽtia voluntatis primo modo dolere non est actus virtutis pœnitẽtiæ: saltẽ ab ea immediatè elicitus,prout de pœnitẽtia loquimur, quia nulla potẽtia sensitiua apprehẽdit pctũ, prout est Dei offensiuũ, qd' tamen facit pœnitẽtia, de qua loquimur. Sed pœnitere secũdo modo acceptũ pro displicentia volũtatis est actus,de quo quærit̃,an sit virtuosus. Et de hoc dicunt tria. s. ꝙ est virtuosus actus. Secũdò,ꝙ est actus virtutis moralis,& non theologicè. Tertiò, ꝙ pertinet ad iustitiã. 6 Quantum ad primũ dicunt,ꝙ actus virtutis aliq̃n accipit̃ ſtrictè. s. pro solo actu elicito à potẽtia perfecta per habitũ virtuosum: & sic non oportet, ꝙ pœnitere semper sit actus virtuosus: q̃q; verò sumitur pro omni actu regulato à ratione:qui vel est elicitus à virtute,vel quantũ est de se generatiuus, est virtutis:& isto modo Pœnitere semper est actus virtuosus. Primum patet: quia habitus nunq̃ requirit̃ ad eliciendum actũ quantũ ad essentiã actus:sed solũ quantũ ad ponendum modum: quod patet ex diffinitione potẽtiæ, & habitus. qa potẽtia est,qua possumus,habitus verò,quo benè,vel malè possumus. 2.Eth. &. 5.Meth. dicitur,ꝙ habitus est,quo quis benè,vel malè disponit̃. Patet etiam per exemplũ. Ad cõcupiscere enim non requirit̃ habitus:sed ad sic cõcupiscere:puta tẽperatè requiritur habitus temperantiæ. Sed pœnitere solũ dicit actum quo ad substantiam actus, & non modũ, per quẽ nos habeamus sic, vel aliter in dolẽdo. ergo non requirit aliquẽ habitũ, à quo eliciatur.

1.Cõclusio. 1.dictũ Du.

Pœniterenõ põt esse primus actus alicuius virtutis.

2.dic.Dur.

3.dic.Dur.

Correlariũ.

Corre.2.

eliciatur. Secundũ patet sic:quia omnis actus ab electione procedens cadens super debitã materiã cum debitis circũstantiis põt esse virtuosus:sed pœnitere de peccato cõmisso põt esse ex electione procedẽs:& cadit super debitã materiã:qa sicut bonũ debitè placet,ita malũ debitè displicet:potest etiã informari debitis circũstantiis:& prout de ipso loquimur, debitè iuformatur: qa detestat̃ peccatũ,vt cõmissum est in irreuerentiã Dei cum proposito cõfitendi. ergo talis actus põt esse actus virtutis. Minor patet iam. Maior etiã patet per diffinitionẽ virtutis 2.Eth. Quia virtus est habitus electiuus immediatè consistens, prout recta ratio determinabit. Verũtñ non põt esse primus,& principalis actus alicuius virtutis: qa primus,& principalis actus alicuius virtutis, nunquã præxigit actionẽ vitij in operãte virtuosè. Actus enim principalis tẽperantiæ non requirit,ꝙ homo prius intẽperatè egerit: nec actus principalis liberalitatis req̃rit,ꝙ aliquis prius auarus fuerit,& sic de singulis virtutib⁹. Alioquin nullus posset esse virtuosus, nisi prius fuerit vitiosus:qd' non est verũ. Sed pœnitere præsupponit necessario actum vitiosum fuisse in pœnitẽte; est enim de malo cõmisso. Quia pœnitere nõ est primus,& principalis actus alicuius virtutis. Et sic patet primum. 7 Secundum sic patet, qa virtus illa, quæ non habet Deum pro immediato obiecto nõ est theologica, liset moralis: si tñ eius obiectũ sit de agibili à nobis,sed obiectũ immediatũ pœnitẽtiæ non est Deus:sed peccatũ operatũ à nobis. ergo pœnitẽtia non est virtus theologica,sed moralis:maior,& minor de se patent. ideo &c. 8 Est tamen intelligendũ,ꝙ cùm virtutes morales non habeant Deum pro immediato fine,sicut nec pro immediato obiecto:pœnitẽtia tñ,vt de ipsa loquimur, habet Deũ pro immediato fine. Sed oportet, ꝙ hoc insit ei, prout actus eius imperat̃ ab aliqua virtute theologica. s. fide, & spe. Et sic patẽt secundũ. 9 Tertiũ sic patet, quia omnis habitus moralis, qui ordinat hominẽ in ratione debiti pertinet ad iustitiã: sed pœnitẽtia, vt est virtus moralis,est hmõi. ergo &c. Maior patet, qa aliæ virtutes morales à iustitia non ordinãt hominẽ ad alterũ, vt tẽperantia. Liberalitas autẽ & si ordinat ad alterũ: non tñ in ratione debiti:qa liberalis non dat ex debito:qa non tenetur dare ex debito. Ad iustitiam autem pertinet ratio debiti, vt ipsum nomẽ sonat. Ideo &c. Minor probatur: qa ꝙ pœnitẽtia ordinet hominẽ ad Deum iam probatũ est,sed ꝙ in ratione debiti, probatur, qa homo efficitur alteri debitor dupliciter. Vno modo per hoc, ꝙ aliquid volũtariè recipit: sicut in cõmutationibus volũtariis in emptione,& vẽditione. Alio modo per hoc,ꝙ aliquid in iustè substraxit, sicut in violentis,vt in furto, rapina,& percussione, & hmõi. Similiter homo efficit Deo debitor per hoc,ꝙ aliquid ab eo recipit. Et redditio hui⁹ debiti pertinet ad virtutẽ latriæ, per quã exhibemus Deo debitum honorẽ in oblationibus,& sacrificiis, & hmõi. Alio modo per hoc,ꝙ contra Deum peccauit. Et sic subtrahit ei debitã reuerentiã,& obedientiã. Et quo ad hoc reddit homo pœnitentiã debitam. Propter qd' sicut latria pertinet ad iustitiã, sic & pœnitẽtia, & sic patet tertium. 10 Ex quo patet,ꝙ pœnitẽtia est ſpiritualis virtus: qa licet generaliter cõsideret malũ tanq̃ obiectum:tñ cõsiderat in eo ſpiritualẽ rationẽ: qa cõmissum contra obedientiã Deo debitã, vt est expiabilis per satisfactionẽ, quod non facit alia virtus. Ex quo etiã patet,ꝙ si actus pœnitẽtiæ esset solũ dolor de peccato commisso quatenus est cõtra rationẽ rectam pœnitere non pertinet ad aliquã specialẽ virtutẽ: quia per eundẽ actũ placet vnicuiq;,qd' est conueniẽs,ꝙ displicet,qd' est inconueniens. Et cùm omnis habitus virtuosus sit concors rationi rectè per eũ displicet, quicquid discordat à recta rõne: hæc est opinio de verbo ad verbũ. 11 Quantùm ad secundũ inquirẽdo de prædictis videtur omnia benedicta præter sex dubia, quæ implicant. Primò, quia pœnitere ſenſitiuũ, siue sit ipsum plãgere, vel flere, siue dolor cordis, licet sit actus nõ à pœna illicit⁹, qa ipsa est in volũtate,& nullũ actum elicit extra suum subiectũ nihilominus tñ potest dici actus virtutis pœnitẽtiç simpliciter: qa est ab ea per se,& non per accidẽs intẽtus,& imperatus. Et hoc primò patet per simile: qa sicut genuflexiones,& hmõi sunt actus latriæ imperati,& affectio animi interior,quãuis ipsa sit in volũtate,& habeat Dei honorem pro formali obiecto, qd' non põt virtus ſenſitiua apprehẽdere,& nihilominus dicunt esse actus latriç simpliciter:licet non principal'r,sic licet peccatũ,vt est Dei offensiuũ non sit à ſenſu cognoſcibile nihilominus circa hoc põt actus ſenſitiuus imperari per se,& directè,& per hoc esse actus virtutis ſimpliciter. Aliàs nullus actus exterior erit actus virtutis. Itẽ si sua ratio est bona,ꝙ dolere ſenſibile non sit actus virtutis:quia ſenſus non apprehendit peccatũ,vt est Dei offensiuum: tunc nulla virtus esset in appetitu ſenſitiuo: quia virtus est habitus electiuus immediatè cõsistẽs,vt recta ratio determinabit:ſenſus autẽ apprehendit obiectũ: sed non prout est conueniens rationi, vel discõueniens: & tñ ordo ad rationem est formale in virtute: nihilominus tñ est virtus,& actus virtutis in appetitu ſenſitiuo,sicut tẽperãtia, & fortitudo,& cõcupiscere tẽperatè, & irasci fortiter, prout recta ratio dictat:ad qd' ſufficit ſenſum obedire rationi. Nec oportet ſenſum obiectũ referre ad rationẽ, imò etiã videret alicui, ꝙ si ſenſus obediat rationi dolẽdo de peccato, sicut ratio dictat dolendũ etiã propter hoc habitus, qui in ſenſu ad hoc generabitur,erit virtutis, vel virtuosus. Et sicut habitus detestatiuus luxuriæ,vt est quid turpe ſecundũ rationẽ est in ſenſu: sic habitus pœnitiuus de luxuria,vt est contra Deũ,potest in eo poni:qa non magis ſenſus cognoscit peccatũ, vt est,cõtra rationẽ,q̃ vt est contra Deũ:cùm vtrunq; sit ſupra ſenſum. Sed sicut iustitia virtus ꝓpriè est in volũtate: sed aliquid correſpondens ei est in ſenſu,sic de pœnitẽtia dici potest.

Opinio. do. Durã. dicta ſana ſunt ꝑter.6. dubia 1. Dubium. Dolor exterior pœnitẽtiæ est actus virtutis.

Impug. rõis Durand.

Propõ. S. T. exponitur. 3 pte.q.85.ar. 4.& ar.1.ad 2.& hîc.q.1

12 Et qd' Tho. dicit, ꝙ pœnitentiæ paſsio non est actus virtutis,verum est, sed prout ex electione elicitur, vel imperatur, & ſecundũ rationẽ pœnitet,est actus virtutis. 13 Quod autẽ dicit ſecundò, ꝙ pœnitere prout est displicẽtia volũtatis potest esse ſine habitu, & hoc verũ est de actu virtutis politicæ, & acquisitæ: imo etiã de actu virtutis theologicę infusæ,ſicut credere articulos fidei,& ſperare,potest esse ſine habitu infuſo, vt in hæretico,& etiã ſine acquiſito. Et non solũ pœnitere mala, ſicuti in Iuda, & dãnatis: ſed etiã pœnitere bonũ ex genere,& circũſtãtiis: ſicut patet in attrito, & non contrito. Et est eiusdẽ ſpeciei in genere naturæ, q̃n est ſine habitu, ſicut q̃n est ex habitu, ſiue pœnitẽtia sit habitus acquiſitus, ſiue infuſus: quãuis differant in genere moris:ſicut actus virtutis acquiſitæ,& infuſæ:qa ad alium, & alium finem, qui præſtituuntur ab extrã. s. à ratione: ſicut iactus lapidis, vel ſagittæ põt procedere ex diuerſis habitibus:& ſecundũ ꝙ ad diuerſos fines ordinat̃: quia erit actus eutropeliæ,si ad ludũ: iuſtitiç si ad latronem, iniuſtitiæ si ad innocentẽ. Vnde actus exterior, & appetitus ſenſitiuus non differunt in genere naturæ, non ſolùm diuerſarũ virtutũ, ſed nec virtutis,& vitij. Irasci iam benè, & malè non differunt ſpecie. Sed actus elicitus à voluntate fortè differt ſpecie virtutis infuſæ, & acquiſitæ:qa ex fine ſicut obiecto principali habet act⁹, ille ſpeciem etiã naturæ. Velle enim placere Deo, & velle obedire ratione differunt ſpecie. 14 Quod autẽ dictum est

Actus elicitus à virtute infuſa, & ſine ea ſunt eiuſdem ſpeciei.

Dilectio dei sup oīa nō stat mortali culpa.

Notarōnem

Cauillum

Rūpit caui.

4. dubium. & falsum.

80.4.dicti Duran.

Nō sola pœnitentia pręsupponit vitium in subiecto.

5.Dubium.

ctum est actum omnis virtutis posse esse sine habitu, est dubium de charitate: cuius actus primus, & principalis est diligere Deum super omnia: cum quo nō stat mortalis culpa, qa in illo tota lex impletur: omne autē mortale est cōtra aliquod præceptū legis. ergo iste actus non pōt esse sine charitate cōsequēte, quāuis posset esse non elicitus ab ea, sed disponēs ad eam: cum quo simul charitas infunditur, sed remissa si remissē diligit, vel intensa si intensē. Et si hoc est verū pari ratione videt, ꝙ pœnitere non possit esse sine virtute pœnitētiæ cōsequētiæ, vel remissē, vel intensē, secundū ꝙ diuersimodè pœnitet: qa nisi doleat de omnibus peccatis, prout offendit per ea Deum, & doleat plus, q̄ de omni alio non est tale pœnitere etiā in genere naturæ, quale est illud, qd' pœnitentia elicit. Si autē sic dolet, statim charitas, & omnis virtus infunditur, quod videt dubiū, & inquisitione dignum. 15 Quod autem tertio dicit, ꝙ potest esse ex habitu virtuoso: quia ex electione cū debitis circunstantiis super debitā materiā. Cōtra illud, quod est malum, inquantū malū non pōt esse debita materia alicuius: sed peccatū inquantū est cōtra Deum est malū, & indebitū. ergo non est debita materia, sed indebita.

16 Dicendum, ꝙ debitum, & indebitū in materia morali non dicunt absolutè, sed in relatione ad rationē. Et qa per idem aliquid mouet ad aliquid, & ab eius oppositō cùm bonū, & malum sint opposita bonū, & malū, sunt debita materia volūtatis differēter: qa voluntas debet declinare malū, & eligere bonū. Vnde bonū inquantum huiusmodi est debita materia voluntatis ad eligendum, & indebita ad respuendum. Econtra est de malo. Vnde peccatū est debita materia ad respuendū, & detestandum, sed indebita ad eligendū. Vnde actus detestās peccatū cadit super debitā materiā respectu talis actus: quæ in se est mala respectu actus electiōis, & in se bona respectu actus detestationis. Et secundū ꝙ est de se mala non potest esse bona, nececonuerso. 17 Quod autē quartò dicit, ꝙ non pōt esse primus, & principalis actus virtutis: quia virtus non præsupponit vitiū. Contrà, qa si omnis actus ex electione procedens congruens rationi, cui cōuenit propria diffinitio actus virtuosi pōt esse primus, & proprius virtutis: cùm iste sit hmōi. ergo &c. Formale enim in virtute est, ꝙ eius actus sit immediatè cōsistens: prout recta ratio determinauit. Vnde circa quodcūq; hoc sit, illud virtuosum erit. Potest eīm virtuosus rationabiliter se habere circa malū naturæ, sicut circa bonum naturæ. Et virtuosior est actus, quem habet circa mala, q̄ quæ habet circa bona: puta non timere mortem, q̄ concupiscere ordinatè, & hmōi. Et similiter circa malū moris detestādo pōt se habere ęquè virtuosè: sicut circa bonū moris prosequēdo. Si ergo detestari vitium est virtuosum, sicut amare bonū, & plus debet homo detestari suum vitiū, q̄ alienū: igitur potest esse primus, & principalis actus alicuius virtutis. 18 Et qñ dicitur, ꝙ virtus non præsupponit vitiū: dicendū, ꝙ non est verū de omni virtute, qa si omnis actus bonus, qui habet specialē difficultatē, requirit specialē virtutē detestari peccatū ad expiationē, qd' est bonum: & habet difficultatē distinctā ab aliis, debet habere specialē virtutē. Virtus enim subuenit homini secundū quēcunq; statum: ita vt si à virtute cecidit, possit virtutē recupare: & id, quod perdidit per peccatū. ergo licet non oīs virtus supponat in virtuoso vitiū: tñ illa virtus, quæ perficit hominē specialiter contra defectū vitij præcedentis supponit illū: ita vt sit aliqua virtus supponens vitium nunquā fuisse: sicut virginitas quædā supponens fuisse, sicut pœnitētia quædā, cui hoc accidit, sicut alię cōiter.

19 Quod autem quintò dicit, ꝙ est virtus moralis non theologici: excedens tū, vt latria habens Deum pro fine immediato: sed pro obiecto aliquid agibile à nobis verū est: nisi ꝙ magis propriè videretur dicendū, ꝙ habet pro obiecto nō agibile à nobis: sed qd' actū est à nobis malè, vel quod agi debuit, & est omissum. Peccatum enim actuale omissionis, vel cōmissionis est eius ꝓpria materia, & obiectū. 20 Et verū dicit, ꝙ à virtute theologica ad istum finem imperat: quia nihil proponit alicui, vt finis nisi ab habitu, cuius illud est obiectum. Potest tū esse actus pœnitendi sine habitu virtutis fidei, spei, & charitatis: si verū est, qd' ipse dicit, ꝙ potest esse, & sine habitu proprio: à quo magis tū dependet, q̄ ab alio. Item pōt esse non solū infusa, sed etiā acquisita, sicut cæteræ morales. Sed ad eius acquisitionē magis requiritur fides, vel actus fidei, q̄ aliarū: quia finis immediatus est est Deus cognitus supernaturaliter. Non enim cognitio naturalis docet Deum sic placari ad euadendum gehennam, & ad habendū gloriā. 21 Item qñ dicit, ꝙ eius finis immediatus est Deus, intelligit de fine cuius, non de fine, quo vel Deus non secundū se: sed secundū ꝙ placandus, vel Dei placatio, vel recōciliatio est eius finis ꝓprius, & nō Deus, prout est in se. Pōt addi etiā ad illud, quod dictū est in. 4. arti. ꝙ licet actus pœnitētiæ supponat actū vitij: tñ habitus eius si sit infusus, non supponit, qa in baptismo infundit: vt homo sit paratus pœnitere, si vnquam inueniat se Deum offendisse. Et sic est etiā in innocentibus. 22 Quod autē sextò dicit, & benè, ꝙ pœnitētia est spiritualis virtus, videtur cōtradicere ei quod dixit, ꝙ pœnitere non pōt esse primus, & principalis actus alicuius virtutis: qa omnis virtus specialis habet aliquem actum primū, & principalē, à quo specificatur, & ꝓpter quē est principaliter. Non est autē dare aliū actum pœnitētiæ primū, & principalē, q̄ pœnitere, sicut ipsum nomen sonat, sicut & iustitiæ iustæ agere: & tēperantiæ tēperatæ, & sic de aliis. ergo in hoc contradicit ei, qd' dixerat in. 4. ar. Ad argm̄ dicendū, ꝙ virtus est de bono formaliter, & finaliter, licet possit esse de malo materialiter, quia actus eius est bonus.

Limitatio ꝙ positionis Durandi.

6. Dubium, quo Duran. implicat.

Quō acquiratur pīa.

QVAESTIO TERTIA.

De subiecto pœnitentiæ.

Thom. 3. q. 84. art. 6. & 85. art. 6.

TERTIO Quæritur de pœnitentia in cōparatione ad alias virtutes. Et videtur, ꝙ sit prima omniū virtutū: quia causa est prior effectu, sed per pœnitentiā acquiruntur, & causantur in pectore oīes virtutes. ergo &c. 2 CONTRA: fundamentum est prima pars ædificij: sed fides est fundamentū totius spūalis ædificij. ergo, & prima. 3 RESPONDEO, hîc sunt quinq; conclusiones. Prima, ꝙ pœnitentia timore concipitur: quia Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali formidine pœnæ: itaq; cum sint plures mali, q̄ boni, vt in pluribus concipitur timore pœnæ: licet in aliquibus bonis concipiatur virtutis amore. 4 Secunda cōclusio est, qūo ipsa est prima virtutū: qa licet omnes virtutes simul infundantur quantū ad habitū: vna tū est prior altera quantùm ad ordinē secundū actū. Et ideo ex actibus ista prioritas est attendenda. Motū autē volūtatis cuiusmodi est motus virtutū moraliū præcedit motus cognitionis: qa appetibile imaginatū, vel intellectū mouet appetitū, vt dicitur in tertio de anima: & iterū extimatio possibilitatis quia electio, quæ est principalis motus virtutis non pōt esse de

esse de impossibili extimato. Motus autem appetitus in duobus cōsistit, in fuga mali, & in prosequutione boni. Et hæc duo diuersimodè generant. Quandoq; enim aliquis fugit malū ꝓpter desideriū boni: quādoq; enim eli quis fugit malū propter desideriū boni: quādo alio modo. Et hîc motus est frequētius in reuersione peccatoris ad Deum per pœnitentiā. Et ideo motū pœnitētiæ præcedit motus fidei: qa accedentē ad Deum oportet credere. Hebr. 2. & iterū motus spei cōiunctus motui timoris, propter quē fit extimatio de possibilitate veniæ consequendæ. Et ideo dicit Grego. ꝙ pœnitens mouetur inter spem, & timorē: deinde vt in pluribus sequitur modus pœnitentiæ: deinde motus charitatis, & aliarū virtutum per ordinē. Qñq; etiā motus præcedit motū pœnitentiæ: vt dictū est. Sed ille amor non est charitatis: quia charitas amissa non recuperatur: nisi per contritionē de peccatis præcedētibus, quæ est motus pœnitētiæ virtutis. secundū hoc ergo dicendū est, ꝙ pœnitētia est prior quibusdā virtutibus. s. charitate, & sequētibus ipsam, & posteor fide, & spe. 5 Tertia conclusio est, ꝙ pœnitentia potest dici fundamentū. Ad cuius euidentiam est sciendum, ꝙ fundamentū dicitur in spiritualibus ad similitudinem fundamenti corporalis: quod duas habet proprietates. Prima est, ꝙ ipsum est prima pars ædificij. Alia, ꝙ fundamēto totum ædificium sustētatur. Et ideo in spiritualibus fundamentū dicit aliquid, vel ratione prioritatis, vel ratione cōseruationis aliorū, & sustentationis, aut etiā ratione vtriusq;. Prioritas autē potest attendi dupliciter. Vno modo quantū ad disciplinā spiritualium, & sic illa, quæ primò occurrūt edocēda in Christiana religione fundamentum dicuntur Hebr. 6. Alio modo quantū ad vitā spiritualē: & sic fides dicit simpliciter fundamentū: sed timor, & pœnitētia in genere eorum, quæ ad effectū pertinēt quantū ad fugam mali: charitas autē quantū ad prosequutionē boni: prout dicitur Ephe. 4. In charitate radicati, & fundati. Sed ratione sustentationis in prosperis dicit humilitas fundamentum, in aduersis fortitudo. Pœnitētia autem, & timor in recedendo à malo diuersimodè sunt fundamenta: qa timor est primū in isto genere, quod est recedēdo à malo commisso. Et ideo etiā timor præcedit pœnitentiā, sicut principia generis præcedūt principia speciei. 6 Quarta cōclusio est, ꝙ pœnitētia dicit secūda tabula post naufragiū secundū Hiero. & est metaforica locutio. Illi eīm qui prospero itinere mare nauigāt, prima tabula sustentantur. s. ipsa naui integra. Sed naufragium passi alicuius tabulæ nauis fractæ auxilio ad portū salutis ducuntur. Et hæc secūda tabula dicit, quæ est post naufragiū: non ꝙ sit secūda post naufragiū: sed quia existens post naufragium est secunda à prima, quæ erat ante naufragium. Gratia igitur baptismalis, per quā in ecclesia collocamur: cuius figura fuit archa Noe: dicitur prima tabula ante naufragiū. Sed quia per peccatū mortale naufragium passis, & à gratia innocētiæ cadentibus non restat aliquod remediū, nisi pœnitentia. ideo pœnitentia secunda tabula dicitur. 7 Quinta conclusio est, ꝙ pœnitentia multipliciter diffinitur. Prima est Ambr. & Greg. qa Pœnitētia est mala præterita plāgere, & plangenda iterum non cōmittere. Quam diffinitionē Magister ad formam debitā reducens dicit, ꝙ pœnitentia est virtus, quam cōmissa mala plangimus cum emendationis proposito: vbi primò ponitur genus: ꝙ virtus. Alia duo pertinent ad differentiā. s. dolor de peccatis præteritis, quod tangit in hoc, quod dicitur: qua cōmissa mala plangimus, & propositū de futura emēdatione cū emendationis proposito. Et hæc duo perfectè recōpensant diuinam offensam exterius. Sic igitur hæc diffinitio completissima est, quia tangit & genus, & actum, & obiectū, & vtrunq; illorum, quæ ad emendationē Deo exhibenda requiruntur. Alia diffinitio est Aug. quæ in litera ponitur: quę quasi est eadē cum ista: nisi ꝙ magis exprimit proximum genus ipsius, & proximas magis differentias. Dicit enim, ꝙ pœnitētia est quædā vindicta dolētis &c. proximū genus: quia ponit ipsam non solum in genere virtutis, sed iustitiæ in hoc, quod dicit vindicta, & differentias in hoc, quod addit rationē punitionis, & doloré. Alia aūt est diffinitio Amb. ꝙ pœnitētia ē dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis, quæ quisq; commisit. Et est quasi eadē prædictis, nisi ꝙ non ponit nisi vnū eorū, quæ ponunt prædictæ diffinitiones. s. detestationē peccati commissi. Alia est, qua dicitur, ꝙ pœnitentia est res optima, quæ omnes defectus reuocat ad perfectū. Et datur hæc diffinitio per effectū. Dicitur etiam res optima non simpliciter: sed in genere declinationis à malo post peccatū commissum. Alia est Damasceni, qua dicitur, ꝙ Pœnitentia est remotio ab eo, quod est contra naturā ad id, quod est secundū naturā. Et in idem redit: qa est etiā per effectū. Pctiñ enim qd' dicebatur in prima defectus: nunc in ista dicitur, ꝙ est contra naturā. Status autem gratiæ. vel virtutis, qui in prima diffinitione dicit perfectio: in ista dicit secūdū naturā esse: qa ad hoc natura est ordinata. Ad argumentū dicendū, ꝙ quādo per actum pœnitentiæ recuperantur virtutes, illum præcedit actus fidei, & spei, vt dictum est. Vnde ille sunt priores.

Pœnitētia est fundamē tum.

S.T. vbi supra ar. 2. q. 3

4. conclusio S.T. suprà q 3. ad verbū.

5. conclusio S.T. suprà. q. 6. ad. 6. in forma.

QVAESTIO QVARTA.

De subiecto pœnitentiæ.

Thom. 3. q. 85. arti. 4.

QVARTO Quæritur de subiecto pœnitentiæ. Et videtur ꝙ pœnitentia sit in omnipotentia animæ: quia contraria nata sunt fieri circa idem: sed pœnitētia opponit omni peccato, qd' pōt esse in qualibet potentia animæ. ergo &c. 2 CONTRA, virtus vna est in vnica potētia: quia vna est, & non est essentia, qa virtus est: sed pœnitētia est virtus vna, & specialis, vt dictum est. ergo non est in essentia, nec in pluribus potentiis: sed in vna tantū. 3 RESPONDEO, hîc sunt quinq; conclusiones. Prima, ꝙ pœnitentia est in voluntate: quia est pars iustitiæ, quæ est in voluntate: qa eligere est actus voluntatis: & pari ratione reſpuere, fugere, & detestari: quod est pœnitentiæ proprius actus. 4 Secūda cōclusio est, ꝙ est in innocētibus, & puris hominibus, etiā in beata Virgine, qa & si nunquā peccauit: tñ ante cōceptionem filij peccare potuit, & qui paruuli mortui sunt ex natura peccare potuerunt, sicut & viuere vsq; ad tempus peccaudi. 5 TERTIA cōclusio est, ꝙ est beatis hominibus non quo ad actum dolendi: sed quo ad actum gaudendi de dolore præterito, non presenti: sicut alium actum habet graue, qñ est sursum tendere. s. deorsum, & alium, qñ est deorsum. s. quiescere: sic virtutes morales habent actum tendentē in via quietem in patria in fine. 6 Quarta cōclusio est, ꝙ non fuit in Christo: qa peccare nunq̄ potuit, eo ꝙ semper humanitas diuinitati cōiuncta fuit, ex quo, & quādiu fuit. 7 Quinta conclusio est, ꝙ non est in angelis, prout est virtus, vel actus virtutis: qa angelus nunq̄ potuit peccare expiabiliter. Sic autē & non aliter est peccatū obiectū pœnitētiæ, vt est virtus, & etiā actus eius. Sed pœnitere vitiosum, qd' est dolere de pctō, nō vt est cōtra Deū: sed vt est cōtra se

B. T. suprà. 3. q. 1.

In beata virgine, & innocentibus est pœnitentia.

b. T. suprà. q. 11. 2.

B. T. suprà. q 3. ad. 2. contra Th. de argentina.

ipsum,& sui voluntatem est in damnatis omnibus.

Ad.ar.prin. 8 Ad argm dicendũ,q̃ pœnitẽtia est spũalis virtus. vnde opponit̃ per se, & directè vnico vitio.s.impœnitẽtiæ,vel ostinationi: quę est in volũtate. Aliis autẽ opponiturnõ formaliter,& directè,sed effectiuè, & indirectè.

QVAESTIO QVINTA.

De *continuatione pœnitentiæ.*

Thom.3.q.84.art.9.&.10.

QVINTO Quæritur de continuatione pœnitentiæ.Et videtur,q̃ non posit interrumpi,nec iterari:quia illud, quod est vnũ numero continuũ vsq; ad mortẽ nec iteraṫ, nec interrũpiṫ: sed pũia quo habitũ est hmõi:licet non quo ad actum. vnde est continuus dolor cordis. ergo &c. 2 CONTRA est de Dauid, qa pœnitẽtiã de adulterio interrupit per peccatum:de numeratione populi postea pœnitentiã iterauit.d. De abysis terræ iterum redu. me. 3 RESPONDEO. hîc sunt tres cõclusiones.Prima,q̃ vera pœnitentia potest interrumpi: qa pœnitentia non confirmat hominem in gratia:quia nõ est fortior gratia per pœnitentiã recuperata per se loquendo,q̃ gratia per baptismum,& innocentiã primò habita: à qua quis potest excidere secundũ legẽ cõmunem. 4 Secũda conclusio est, q̃ non interrũpitur per gaudiũ. Vbi sciendũ est,q̃ est triplex gaudiũ,siue dolor. s. passio ipsa concupiscibilis,& sic simul non sunt etiam de diuersis:licet in voluntate esse possint:sicut albũ,& nigrum non sunt simul:licet intentio albi, & nigri sint simul. Secundò accipitur pro motu cordis:qa lętitia est cordis lętitia,& tristitia est cordis constrictia : quæ duo etiã simul esse non possunt:sicut nec duo motus locales in eodẽ.Tertio accipitur pro simplici actu voluntatis: & tunc prout sunt de eodem non sunt simul:quia contrariantur: prout autem sunt in diuersis non subordinatis, non sunt simul: quia pluresactus disparati nõ stant simul:sed prout sunt subordinati sic, q̃ vnũ est ratio alterius, sic stant simul. Et sic est iu proposito. Imo fortè sunt vnus actus,sicut finis:& eius,quod est ad finẽ:qa vbi duo propter vnũ vtrobiq; tantũ vnum. Vnde quod dicit Tho. Vtrũq; nõ posse simul esse æqualiter intelligendũ est quantũ ad causalitatẽ,& principalitatẽ: non quantũ ad intentionẽ, & remissionẽ secundũ rem si differũt re, vel secundũ rationem,si sunt vnus actus re:qa vnum est causa alterius. Sequitur autẽ ad intentionẽ causæ intentio effectus, & ad remissionẽ remissio. Vnde quantò plus dolet de peccato,tantò plus gaudet de dolore: quando dolor est causa gaudij. Et econuerso qñ gaudiũ de spe veniæ est causa doloris habiti facit,vt magis gaudeat,qñ magis vult dolere. Et si est vnus actus numero respectu vtriusq; obiecti: tunc secundũ rationem ex vna parte est causa: & ex alia causatum. Si autẽ differunt re, tunc est ibi causalitas realis. 5 Tertia conclusio est,q̃ pœnitẽtia iterari potest ꝓpter causas oppositas, propter quas baptizamus iterari non potest. Quidã tũ hmõi rationẽ assignãt quia nõ plus Deus exigit à nobis, q̃ ipse dat nobis: cum imponat nobis modũ misericordiæ ad proximũ, quem habuit ad nos.Lu.6. Estote misericordes &c. Sed Deus imponit nunc modũ ad proximũ : vt ei pœnitẽti remittamus offensam non solùm septies, sed etiam septuagiessepties. Matth. 18. ergo nobis pluries pœnitentibus pluries remittere debet. Sed hæc ratio non videtur valere:quia etiã Deus exigit à nobis, q̃ misereamur etiam impœnitentibus, & parcamus eis, & oremus pro eis, & benèfaciamus eis. Sed Deus non miseretur impœnitenti: sed expetit vindictam. Item etiam Deus à pœnitentibus expetit vindictam : & nobis prohibet quærere vltionem. ergo &c. Vnde non sequitur, si imponit nobis misereri plus,q̃ semel,q̃ ipse misereatur plus,q̃ semel.

Triplex gaudium,& quo stat simul cũ tristitia.

Propõ. b.T. suprà. art.4. q.3. declarat̃.

S.t. suprà.q.3.4. ponit causas..Duhîc.q.6.

Ratio Dur. inualida. Nota:

6 Si dicatur,quòd Deus Solem suum facit oriri super bonos,& malos: verum est, quòd multam misericordiam exhibet etiã illis, quos damnat puniẽdo eos citra condignum:sed ipsam culpam nunquã remittit nisi pœnitenti,nec si quin perfectam exigat vindictã:quæ tamẽ duo à nobis exigit . Sed quicqd faciamus adhuc sumus minus misericordes Deo : qui maiorem misericordiam amouet.s.non essendi,& hmõi. Et aliquid decet Deum, quod non decet nos. Cùm enim malũ non debeat remanere impunitũ:& ad ipsum, qui est summus iudex pertineat summa iustitia, pertinet nõ sine pœna relaxare culpam,nec nisi pœnitenti. Nobis autem imponit misereri, qui sumus fratres,& conserui,& ad quos non spectat vindicta. Nam iudex, ad quem spectat, non debet parcere: sed priuatus, ad quem non spectat. Et si iudex spe correctionis semel parcit:non tamen septuagiessepties:imò incorrigibilem punit: & etiam eum, qui pœnitet: quia nemo pœnitẽtia nocens esse desinit iure fori, licet contrarium sit iure populi. 7 Sed videtur ratio non non necessaria:licet conclusio vera sit, imò contrarium est hæreticum. Ad argumentũ dicendum, q̃ pœnitentia:si est vera , semper est continua quantùm ad propositum, sed quantùm ad effectũ ipsa est continua habitualiter in bonis non in recidiuantibus.

Cauillum. Solutio.

Ad ar. prin.

QVAESTIO SEXTA

De *solenni pœnitentia.*

Thom.4.d.14.q.1.

SEXTO Quæritur de solenni pœnitentia. Et videtur, quòd non debet esse in ecclesia: quia ecclesia non claudit gremium redeunti : sed solenniter pœnitentes eiiciuntur de ecclesia. ergo &c.

2 IN Contrarium est consuetudo ecclesiæ.

3 RESPONDEO, hîc sunt quinq; conclusiones. Prima, quòd solennis pœnitẽtia non est imponenda nisi à solo episcopo: & non ab inferiore, eo etiã committente secundũ Guillelmum Duran.in speculo, quia quæ sunt ordinis,siue dignitatis episcopalis, non potest episcopus cõmittere non habentiordinem eundem siue dignitatem:extrà de cons.eccle.vel alta.c. Aqua.

Solẽnis pœnitẽtia est iungenda à solo epõ nisi fuerit cõsuetudo cõtraria.S.T.q.1 ar.5.q.3.ad 3.tenet cum Guillelmo.

4 Sed contrarium tenet consuetudo , quæ in talibus positiuis,quæ non sunt de iure, diuino seruãda est. Vnde pœnitentiarij episcoporũ ipsis absentibus ipsam imponunt. Similiter solẽnis reconsiliatio eius pertinet ad episcopum,quia ad eundem pertinet soluere, & ligare. In hoc autem differt pœnitentia solennis à publica: quia illa potest iniungi à quolibet confessore.

5 Secũda conclusio est , quòd indifferenter tam viro, q̃ mulieri solennis pœnitentia potest imponi:nisi q̃ mulieri capilli pro velamine dati sunt. Vnde non deponitur ei coma, sicut viro. Non autem imponi debet clerico.Cui si semel ipsita fuerit irregularis est: nisi ꝑ episcopum cum eo in necessitate dispensetur in minoribus ordinibus tantùm, quia in maioribus non potest.Quia autem decretum pœnam imponit episcopo tales ordinanti est, vel quia ordinat in maioribus ordinibus, quod non potuit,vel quia sine dispensatione,vel sine iusta

iusta causa ad minores eos promouet.

Qui sic pœnituit, absolꝫ itur ab irregu.si religionẽ ingrediaṫ

6 Videtur autẽ,q̃ possit cum eis dispẽsare in beneficio simplici,sine cura:non autẽ in dignitate, vel in cura: qa ille dispensationes ad paria iudicantur : de filiis presbyterorũ .c.1.lib.6.Et pari ratione videṫ,q̃ si is,qui solenniter pœnituit, ingrediatur religionẽ, q̃ professio regularis dispẽset cũ eo quo ad omnes ordines: sed non quo ad curam,& dignitatẽ:sicut etiam de illegitimo. In hoc autẽ differunt à publica,quę potest imponi clerico: licet quidã contradicant: cùm etiam multorũ collegiorum cõsuetudo habeat suos delinquẽtes publicè in processione corã omnibus punire. 7 Tertia conclusio est,pro qua causa est imponẽda: qa non nisi pro grauí,& manifesto crimine, & non pro alio. Vnde nunquã proueniali , nec pro quocunq; mortali, nec vnquã pro occulto : imo hoc esset eum infamare : quia qui in foro pœnitẽtiæ imponit pœnitentiã publicam etiam pro occulto crimine non diffamat,nec confessionẽ reuelat: qa ipsa est occulta,& qñ videtur pœnitentia, nescitur,q̃ sit imposita per pœnitentiã cùm multi faciãt graues pœnitentias sibi non impositas: non habentes graues culpas: imo illi sunt maioris pœnitentiæ,qui sunt minoris culpæ. 8 Sed ista pœnitẽtia non solet agi nisi imposita: imo esset pctũ eam agere sine impositione : cùm ex præcepto ecclesiæ teneaṫ homo in Paschate cõmunicare & qualibet die Dñica, & festo solenni missam audire:à quibus solenniter pœnitẽtes habent abstinere.

Solennẽ pœnitentiã agere sine impositiõe est peccatum.

9 Item imponiṫ publicè corã toto mũdo,& non debet imponi nisi pro graui crimine. ergo eam imponere pro crimine occulto est hominẽ diffamare. Pro crimine verò veniali, vel nullo: puta qa filius sine culpa sua est mortuus,& nullũ scandalũ est in uilla: qa soli illi de domo sciunt, est mendaciter diffamare.Videṫ etiam,q̃ impositio ipsius pertineat ad forũ contentiosum, quia publicè imponitur.Non enim sic liceret pœnitentiã iniungere absoluẽti,q̃ circũstãtes audirent. 10 Quarta conclusio: Qũo,& qñ est imponẽda: qa in capite ieiunij veniunt. Modus autẽ,vel forma habetur dist.1.c.In capite.Et debet abstinere, qñ est in tali pœnitẽtia à communione,& pace,& ab ingressu ecclesiæ:nisi à cœna Domini vsq; ad octauã Paschæ, & à matrimonio cõtrahendo: quia in foro ecclesiæ est cõtrahendũ, & ibi recipitur benedictio nuptialis:sed non ꝑpter hoc à pœnitẽtia priuata. Vnde multũ repellit hominẽ à deuotione : ꝑpter quod raro,& non sine magna causa imponẽda est, vt dictum est: tũc solũ qñ necesse est, vt ædificent̃ de publica pœnitẽtia, qui scandalizati sunt de culpa publica. Peccata cñ manifesta publicè sunt puniẽda, & occulta occultè:de pœ.& remiss.c.1. 11 Qũo igitur excusantur pœnitẽtiarij episcoporũ,& Papæ, qui corã toto mundo in publico spectaculo sibi confessos verberant spoliatos? Fortè qa illud est pro excõmunicatione: cuius absolutio pertinet ad forũ contentiosum.Vnde non est reuelare confessionẽ propriè: qa pro excõmunicatione poterat denunciari publicè.ergo reputatur publicum.

Rõ quare rarissimè est imponenda

Dubium bonum.

12 Quinta cõclusio est,quotiẽs est imponẽda:quia non nisi semel de lege cõmuni,sed vna vice ad duos,vel tres annos,vel minus:sicut Ambr. imposuit Imperatori. Tãetsi cõsuetudo habeat,q̃iteret,illa excusat: qa qñ mos erat,crimen non erat. 13 Si autẽ arguatur, q̃ publica,& solennis pœnitẽtia non debet imponi: qa manifestatur pctũ,& confessionẽ &c.dicitur, q̃ sacerdos non publicat peccatũ pœnitẽtis: quia confessor nun dicit se audiuisse tale peccatũ in confessione : sed ipse peccator exequẽdo pœnitentiã sibi iniunctã peccatũ confessum manifestat. 41 Sed quidã hanc solutionẽ reprobant dicentes, q̃ ille facit rem, cuius authoritate fit: sed authoritate sacerdotis pœnitẽs facit,quod sibi iniunctũ est:quod aliâs non faceret: ergo sacerdos videtur hoc facere. 15 Sed fortè illi de prima solutione intelligunt,q̃ non sequitur,facit grauem pœnitentiã. ergo cõmisit grauem culpam: cùm illi, qui sunt minoris culpæ, sint grauioris pœnitentiæ. 16 Et si dicaṫ, q̃ non inuenitur, qui pro alio faciat:quia vix pro seipso quis facit hoc, verum est de malis. Nam boni,& perfecti pro se & pro aliis multa publicè,& occultè faciunt.Nec intelligunt,q̃ pœnitens reuelet delictum: sed confessionẽ per delictũ, si illud est publicum. Et ideo cũ reuelatio non sit nisi occulti, & ignoti: cùm istud delictũ sit publicum per pœnitentiã non publicatur:sed eius scandalum sedatur. Et ideo peccant imponentes pro leui, & occulto, vt dictum est. 17 Posset autẽ dici , vt dictũ est, q̃ cùm iniunctio huius pœnitentiæ pertineat ad forũ contentiosum: quia siue pœniteat,siue non pœniteat,quandoque imponitur hæc publica pœnitẽtia. Ideo non est reuelatio. Argumentum in contrarium solutum est ex dictis.

Defẽsio. s.T cõtra Durã. propria.

Repil. Dur.

Explanatio s.T.& sic. tenet in corpore arti. suprà.

Alia so. Do.

QVAESTIO SEPTIMA.

De *effectu pœnitentiæ.*

Thom.3.q.84.art.5.&.q.89.

SEPTIMO Quæritur de effectu pœnitentiæ,vtrum sit necessaria ad salutem? Et videtur q̃ non:quia sine ea potest esse salus:vt patet in paruulis baptizatis.

3 CONTRA, nisi pœnitentiam habueritis,omnes simul peribitis. 3 RESPONDEO : circa istam quæstionem sunt videnda quatuor. Primò, quomodo delet peccatum. Secundò quomodo restituit virtutes. Tertiò, quomodo viuificat opera mortua per peccatum. Quartò,de hoc,quod quæritur.

1.Art.

4 CIRCA primũ sunt tres conclusiones. Prima, q̃ delet omnẽ actualem culpam tam mortalem,q̃ venialem, cui specialiter applicat. Sed potest delere mortalia sine venialibus, & vnũ veniale sine alio:sed non vnum mortale siue alio. 5 Secunda conclusio est,quòd omnem pœnam æternam in temporalem commutat, & omnem tẽporalem minuit,& si sit perfecta, totaliter tollit. 6 Tertia conclusio est, quòd sequela ad peccatum,quæ est trahere ad malum, & retrahere à bono, sc̃ pœnitentia, quæ est virtus, & sacramentum, sit perfecta totaliter delet istam sequælam, & istas reliquias. Si autem esset completa pœnitentia,quæ est sacramentum, & non quæ est virtus , esset quidem deleta pœna: sed non sequela: cùm in momento posset esse, deleta omnis pœna:non autem habitus malè acquisitus. Sed econuerso, si esset virtus pœnitentiæ perfecta non sacramentum: tunc sequela esset deleta: quia vbi habitus virtuosus est perfectus habitus oppositus est totaliter corruptus: sed non propter hoc esset pœna omnis ex soluta:cùm perfectè virtuosus posit esse debitor pœnæ. 7 CIRCA secundũ sunt tres conclusiones.Prima,q̃ per pœnitentiam restituuntur omnes virtutes pertinentes ad necessitatẽ salutis: qa amouendo obstaculum restituit gratiam, cũ qua virtutes infundant̃,sed necessitas ad dignitatẽ:vt virginitatẽ,& innocentiã non restituit.Restituit autẽ in maiori,vel minori,vel æquali gradu secundũ diuersam dispositionem. 8 Secunda conclusio est Quia nõ restituit impunitatẽ in foro contentioso: imò habens bullam de absolutione ab homicidio nihilominus suspen-

2.Art.

B.T. solutio vbi.suprà ar 5.q.1.ad.1.

Du.hîc.q.4. ad.2.princi.

nus suspenderetur,& iustè:sicut Iudæus homicida si baptizaretur:non propter hoc euadit supplicium: quia satisfacit quo ad Deum,nõ ad homines:quia ciuilis actio crimininali non præiudicat.Fur enim pecunialiter,q̃ ciuiliter cõuictus,nihilominus postea criminaliter accusabitur. 10 Tertia conclusio est,q̃ nec ab irregularitate liberat:sicut nec baptismus quo ad bigamiã:pœnitẽtia verò nec quo ad homicidiũ,nec aliquã erregularitatẽ ꝓpriè dictã amouet:qa quo ad irregularitatẽ pœnitẽtia nemo definit esse nocens:de tempore ordic.vlti.

11 CIRCA tertiũ sunt duæ cõclusiones. Prima,

3. Arti. q̃ opera dicunt viua,quæ sunt facta à viuẽte vita gratię: & sunt meritoria vitæ æternæ,q̃uãdiu non impediũtur: sed dicunt mortua illa: quæ facta sunt à carẽte vita gratiæ: vel quæ non sunt meritoria vitæ eternæ propter defectum debitè circũstantię,quæ tũ sunt bona ex genere: & per consequẽs nata viuere. Quæ verò sunt mala ex genere, non sunt mortua priuatiuè: qa nunquã sunt nata viuere.Quæ autẽ à principio erant meritoria, & postea superuenit mortale,dicunt mortificata. 12 Secũda conclusio est,q̃ nulla reuiuiscunt, quæ mortua facta fuerũt:sed illa sola rouiuiscunt,quæ mortificata fuerũt. De hoc autẽ plenius discussum fuit.1.q.huius dist.in fi-

4. Art. ne secũdi arti. 13 CIRCA quartũ sunt tres cõclusiones. Prima,q̃ habentibus peccatũ mortale pœnitentia sacramentũ est necessaria quo ad contritionẽ in hac vita simpliciter:& quo ad confessionẽ si possit habere:sed quo ad satisfactionẽ,vel hîc,vel alibi. Sed quo ad ꝓtentem venialia non necessaria est:qa possunt dimitti post hanc vitam. Non habenti autẽ aliqua nullo modo necessaria est,nec quo ad actum exteriorem,nec quo ad interiorem. 14 Secunda conclusio est, q̃ pœnitentia,quæ est virtus acquisita nulli est necessaria ad salutem, cùm vltimo vitæ possit homo pœnitere: quando non potest actu vno habitũ virtutis in se generare. Sed quo ad actum, aptitudine necessaria est in hac vita habenti mortale,quod occurrit memoriæ,non autem non habenti. 15 Tertia conclusio est,q̃ pœnitentia,

Pnia infusa omni homini, sed necessaria. quæ est virtus infusa , necessaria est omni puro homini ad salutẽ,non autẽ propter se innocentibus:sed propter connexionem eius cum charitate: sine qua nõ est salus: quæ non potest esse nisi cum ista,& aliis.Actus verò eius actus est necessarius omni habenti mortale cognitum. Dico actus interior: quia exterior hîc, vel alibi expleri potest . Et per hoc patet solutio ad oppositum. Quod pluribus irretitus peccatis non potest pœnitere de vno verè, nisi de omnibus pœniteat.

DISTINCTIO.15. QVAESTIO.1.

Circa distinctionem decimamquintam quæruntur quinq;. Primò, vtrum peccatum impediat satisfactionem. Secundò,de restitutione. Tertiò de eleemosyna. Quartò, de ieiunio. Quintò de oratione.

De satisfactione, & eius impedimentis.

Thom. 4. d.15. q.1. art. 2. & 3.

ERGO Quæritur primò, vtrũ peccatũ impediat satisfactionẽ? Et videt q̃ non: qa peccatũ non impedit illud,qd' præceptum impedit: qa peccatũ est cõtrarium præcepto:dicẽte Ambr.q̃ pctũ est transgressio legis diuinę,& cœlestiũ inobedietia p̃ceptorum: cõtrariũ autẽ sunt cõtrarij effectus : sed p̃ceptũ impedit satisfactionẽ:vt dicit. ergo &c. 2 CONTRA: quicqd impedit meritũ,impedit satisfactionẽ: sed pctũ mortale impedit meritũ.ergo &c. 3 RESPONDEO, circa istã quæstionẽ sunt quinq; videnda. Primò qũo satisfactio est possibilis homini in statu gratiæ. Secũdò, qũo p̃ceptũ impedit satisfactionẽ. Tertiò qũo pctũ Quartò ponẽtur rationes quorundam contra hoc,& soluent. 4 CIRCA primũ est sciendũ,q̃ cũ satisfactio sit actus iustitiæ. & ideo æqualitas quædã requiratur inter offensam,& opus satisfactionis,hõ secundũ se Deo non posset satisfacere de offensa,cũ sit infinita,& opus finitũ: adiutus tũ merito passionis Christi satisfacere potest.Et hęc est opinio Tho. 5 Contra hoc dicunt quidã dicẽtes,q̃ hmõi satisfactio nõ põt fieri sc'm æqualitatẽ,etiã virtute passiõis Christi: sed solũ sc'm Dei acceptionẽ. Cuius ratio duplex est. Prima,qa nõ minus efficit qs debitor Deo ratiõe peccati cõmissi,q̃ ratione beneficij accepti: sed hõ non põt reddere aliqd æquiualẽs Deo secundũ q̃titatẽ beneficij. ergo nec similiter facere emendã æqualẽ secundũ quãtitatẽ offensę peccati commissi.Secũda, qa Christus sc'm q̃ hõ non potuit æqualẽs reddere ꝓ beneficiis acceptis.Cũ ergo quicqd erat in Christo secundũ humanã naturã totũ esset obligatũ Deo non potuit esse satisfactio de cõdigno ꝓ quocunq; pctõ cõsiderãdo nãm opis vl'rei. 6 Sed sc'm Dei acceptationẽ gratuitã potuit. Quod declarãt sic:q̃ amicitia nõ requirit æquiualens secundũ rem:sed istud,qd' est possibile:vt dicit.8. Ethi.sed acceptatio est ex amicitia.ergo sufficit ad satisfactionẽ largè dictam reddere æquualẽs secundũ acceptationẽ diuinã:& istud est homini possibile:cũ acceptatio amicitiæ sit solũ de possibili. ergo &c. 7 Sed iste rationes non multũ cogunt, nec opinio videt vera:qa cũ illa acceptatio sit per gratiã prius ꝓnæ,q̃ operis.ideo licet opus istud sit satisfactoriũ:quia est Deo acceptũ:tũ ex hoc est Deo acceptabile, qd' est de se bonũ:& ab illo, qui est Deo acceptus ꝑ gratiã gratũ facientẽ. Vnde prima possibilitas satisfaciẽdi est ex gra:vt etiã Tho. dicit.Et similiter ex merito Christi: qa licet humanitas eius nõ posset Deo reddere æquualens:tũ supposituũ potuit: aliãs pro alio satisfacere nõ potuisset: sed se totũ debuisset. Vnde ad satisfactionẽ, q̃ est secundũ diuinã acceptationẽ potuit pura creatura: quia si illa est ex gratia habituali cũ tantã gratiã, quantam habuit anima Christi, potuerit de potẽtia absoluta habere pura creatura : per consequẽs potuit satisfacere. Sed ad satisfactionẽ,quæ est secundũ æquiualentiã absolutã:oportuit satisfactionẽ esse infiniti valoris. Et quia Christus voluit implere oẽm iustitiã.ideo ex deitate sua fuit,q̃ perfectè,& plenariè satisfecit,qd' creatura nõ potuit. 8 QVANTVM ad secũdũ est sciendũ,q̃ præceptũ ꝓpriè loquẽdo nõ impedit satisfactionẽ,sicut pctũ:ita.s.vt hõ non posit satisfacere,q̃diu implet præcepta,vel nisi trãsgrediat præcepta,sicut dicet,q̃ non põt satisfacere,q̃diu est in pctõ,nisi dimittat pctũ:imo q̃diu est trãsgressor p̃ceptorũ non põt satisfacere. Sed sic q̃ in hoc,q̃ homo implet illud, ad qd' ex præcepto tenet,non satisfacit:sicut dicimus,q̃ eleemosyna qñq; est in præcepto absolutè:& tũc non est satisfactoria:qa non est opus pœnale:per qd' non sibi subtrahit:quia bona intelligũtur deducto ære alieno.Vnde nõ est suũ,qd' dat:sed eius cui dat:& tantũ teneret ipse dare etiã si non haberet peccatũ. Vnde cũ ad aliquid teneat peccator ad satisfaciendum, ad qd' non tenet,qui nõ peccauit, nunquã de illo satisfacit:qd' non peccans facere tenetur. Et qñ cõfessores iniungũt omnia bona,quæ faciet, intelligitur,q̃ sp̃õte,& gratis nõ ex debito.Aliãsi iniuncti sunt sibi,Quadraginta dies ieiunij pro satisfactione acquitaret se in Quadragesima,ad quã aliãs tenetur:quod nullus dicit. Sed quãdo eleemosyna est in præcepto non simpliciter, & absolutè: sed ad hoc ipsum, vt per eam satisfaciat: sicut quãdo sacerdos præcipit eleemosynã dari pauperi: talis eleemosyna,q̃ non est in præcepto nisi ad satisfaciendum, ipsa est satisfactoria. Ex quo apparet,q̃ aliquid

Nota. est meritoriũ,quod nõ est satisfactorium: sicut impletio cuiuslibet præcepti charitate informata:qa ois actus virtutis charitate informatus est meritorius. Præcepta autẽ dantur de actibus virtutũ. ideo &c. Non autẽ iste actus est satisfactorius, si alias debebat: qa aliud est facere dignos fructus:aliud fructus dignos pœnitẽtię.Econuerso autẽ ois actus satisfactorius est meritorius:qa est bonus, & gratia informatus: qa satisfactio addit rationẽ pœnæ super bonũ,accipiẽdo pœnale in se:non respectu voluntatis.Dicit enim pœnale vno modo qcqd est cõtra rationem volũtatis,& hmõi nõ est satisfactoriũ: quia nec virtuosum. 9 Scd'ò modo dicit pœnale, qcqd est priuatio alicuius boni, q̃us placeat voluntate. Et per tale opus pœnale in se:sed liberale volũtati fit satisfactio.

Art. 3. 10 CIRCA tertiũ sunt quatuor cõclusiones. Prima,qũo veniale impedit satisfactionẽ : qa non directè. Potest enim homo satisfacere de vno veniali sine alio,& de mortali sine veniali: & pœnitẽtia facta in veniali est satisfactoria:qa veniale nõ tollit Dei acceptationẽ propter personæ indignitatẽ. Sed indirectè ex parte operis operati veniale tollit satisfactionẽ,sicut & meritũ: tollẽdo bonitatẽ actus: qui si fiat propter vanã gloriã, vel aliãs,cũ veniali ex se habet,q̃ non sit Deo gratus:quia est malus:& per cõsequẽs non est meritorius, nec satisfactorius.Sed de hoc non est quæstio. 11 Secũda conclusio est de mortali, qd' impedit sic. s.q̃ homo non põt scienter de vno mortali sine alio satisfacere,nec valet satisfactio:nec tunc,nec postea : qa opus mortuũ non põt viuificari.Et etiã quia pœnitẽtiæ repugnat dimidiari.

12 Tertia cõclusio est, q̃ qñ homo de omnibus est contritus,& confessus,& recepit pœnitentiã cum absolutione, sit recidiuans in mortali peragat: eam ipse quidẽ se liberat ab iniunctione sacerdotis: ne incurrat peccatum inobedientiæ:quod incurreret,si eam non feciſſet: qa non est fortius vinculũ cõfessoris,q̃ Dei,vel ecclesiæ. Sed homo in mortali existens implẽdo præceptũ Dei de honore parentũ, vel præceptũ ecclesiæ: de ieiunio Quadragesimale ab illa absolutè se liberat. ergo & hîc.

In mortali existenti qd prodest satisf factio. 13 Quarta conclusio est , q̃ si pœnitẽtia habet aliquem effectũ derelictũ , vt eleemosyna priuationẽ æris: ieiunium debilitationẽ corporis,vel hmõi: si postea pœniteat,& perseueret, sicut character chrismalis habet effectũ fictione recedẽte: sic & istud derelictũ ex sacramento,quad operat, ex operato incipit valere ex subsequente ipsius approbatione,& sacerdotis ratihabitione,& nõ ex simplici viuificatione : quia opus operans mortuum nunquã viuificat. Si autẽ non habet effectũ derelictum pœnitẽtia facta in mortali ĩ nullo est satisfactoria:quin ex integro hîc, vel alibi oporteat satisfacere . Et idem si habuisset effectũ derelictũ , nec fuisset subsequuta pœnitentia finalis. 14 Primum probatur dupliciter primò:qa nõ est satisfactio,nisi sit grata, & accepta Deo non est autẽ grata, quæ non est gratia informata. Si dicatur,q̃ Deus non retractat illud, quod semel acceptauit: acceptauit autẽ semel absolutionẽ à pœna æterna: illa non redit:dicendũ, q̃ verum est de acceptatione secundũ prædestinationẽ,& præscientiã:non autẽ de illa, quæ est secundũ præsentẽ iustitiam : cuiusmodi est ista. Vel dicatur,q̃ nec retractat id,quod isto modo acceptat: quia peccata dimissa non redeunt etiã in præscito:tunc põt dici,q̃ Deus secundũ pœnitentiã iustitiã non acceptat opus,nisi quando est.Et q̃ contritio,& confessio fiunt tẽpore gratiæ. ideo acceptat Deus irretractabiliter: ita q̃ non oportet plus cõsiderari:sed opus satisfactorium, quod fiebat tẽpore inimicitiæ nunq̃ fuit Deo gratum, nec acceptum: sed acceptauit absolutionẽ à pœna æterna:& impositionẽ pœnæ sub conditione,si in gratia fieret. 15 Et si quærat, quare magis acceptat absolutionem à culpa sine cõditione,q̃ absolutionẽ à pœna: Quæstio incidens. dicendum, q̃ culpa transit,& macula transit:& gratia in momento aduenit,sed satisfactio futura est. Futuris autem solet conditio apponi: non autẽ præteritis,nec præsentibus.Vel si apponitur, conditio certa est:qa sicut est in gratia,pro tunc non potest esse sine gratia.ideo remissio culpæ fit sine conditione,vel fit simpliciter.quia conditio non exiſtit. Vnde sicut per sacramentũ non remitteretur culpa, nisi adesset gratia , sic nec per satisfactionem remittitur pœna,nisi adsit gratia. 16 Secun Ratio.2. dò,quia non minoris valoris debet esse pecunia,de qua soluitur debitũ illa,de qua emitur alienum:sed per nullum opus põt homo mereri cœlũ,nisi sit factũ in gratia. Cauillum ergo nec soluere peccatũ. Nec valet responsio, q̃ ad merendũ semper requirit gratia:qa meritũ nunq̃ fuit acceptũ:sed non ad satisfaciendũ de pctõ prius dimisso : cuius satisfactio tẽporalis semel fuit accepta:qa opus nunquã fuit acceptatũ in se : sed benè fuit acceptatũ in sua causa: q̃.s. ille posset se liberare pœna finita: supposito, q̃ maneret in gratia. 17 QVARTO ponendæ Arti.4. sunt rationes quorundã contra hoc,& soluendæ. Dicũt Sco.q.1. enim quidam,q̃ homo accepta pœnitentia,si incidat in Dur. q. 2.& peccatum mortale , potest eam perficere satisfaciendo: moderni. quod probant multipliciter. Primò sic: quia talis est solùm debitor pœnæ certæ,& finitæ:sed illã exoluit · ergo Ratio.1. non plus ab eo exigitur. 18 Item secundũ iustitiam humanam si quis pœnã taxatã,& acceptã pro præ- Ratio.2. cedente offensa sibi dimissa exoluerit & postquã denuo offendit, liberatus est totaliter. ergo similiter secundum iustitiã diuinam. 19 Item si non esset liberatus ab hac pœna,& exolueret eam in inferno: aut ergo finitam,aut infinitam: si finitam, cadẽ ratione finita pœna facta in peccato mortali debet satisfacere: si infinitã videtur incõueniens: quia non erat debitor nisi pœnæ finitæ. 20 Item videt incõueniẽs, q̃ homo tantùm Ratio.4. puniat pro pctõ,qd' sibi fuit dimissum,sicut pro non dimisso:alioquin non ꝓdesset contritio, nec confessio,sed istud sequit:si talis puniret æterna pœna in inferno. ergo &c. 21 Si dicatur,non est incõueniens,q̃ aliquis puniat æquali pœna pro peccato dimisso, ac si non Instantia. fuisset dimissum,non quidẽ per se:qa in dimissione culpæ dimittit reatus pœnæ æternæ:sed per accidẽs.s.ratione status: quia in inferno nulla est redemptio.

22 Non valet:qa q̃ in inferno nõ sit status expiandi pctũ,hoc est, qa nõ est ibi status expiãdi culpã: & ad culpã sequit pœna.Sed istud nõ habet locũ quo ad pœnam culpæ dimissæ debitã : quia illa iam est expiata. Et hoc expresse videt tenere frater Tho. infrà distin. 22. Solutio.

23 Sed quia cõmunis opinio theologorũ est in contrariũ. ideo ad dictas rationes respondendum est. Cõfirmatio

24 Ad primũ dicendũ,q̃ peccator postquã est Deo recõciliatus, est debitor pœnæ finitæ: non qualitercunq; soluẽdæ:sed in statu gratię:in quo solũ est Deo accepta. Alioquin est debitor tãtæ pœnæ,quantã mereret culpa, & illa est infinita. Vnde per se quidem peccato debebat pœna infinita,si erat mortale: sed mutata fuit in tẽpora lem supposito,q̃ perseueraret in amicitia. Nec est simile de recõpẽsatione pœcuniæ, quæ nec plus,nec minus valet tempore amititiæ, sicut tẽpore inimitiæ,& de satisfactione iniuriæ,& maximè Dei,quæ non habet valorem, nisi ex diuina acceptatione. Vnde si fiat tempore gratiæ satisfacit,alias nunquã,quia non ex æquualẽtia sim

authoritate s.t.infra.q.1 arti.1.ad.5. Cõis opi. theo.vt.s.T. hîc.q.1.ar.3 q.2. Henr.quod. 8.q.18.ad.1. li.4.tract.6. q.6.

pliciter,nec gratiæ habet efficaciam.Vel si dicatur,q̃ habet æquiualentiã ex gratia:respondendũ, vt prius,q̃ nõ simpliciter: sed sub cõditione erit facta dimissio pœnæ: licet dimissio culpæ,quæ statim habet effectũ, esset facta simpliciter. 24 Ad secundũ dicendũ,q̃ non est simile de pœna cõmissa in hominẽ,cui põt respõdere emẽda æqualis secundũ quantitatẽ rei:& de illa, quæ debet pro offensa in Deum cõmissa: cui respõdet emẽda æqualis solũ secundũ diuinã acceptationẽ: quæ nõ est de operibus extra charitatẽ factis.Vnde si iudex damnaret aliquem ad emendã gratiosam : dum tũ solueret infra tale tẽpus,& caueret ab offensa:alias si iterũ offenderet,exigeret ab eo pœnã præstitã: deficiente cõditione,ad eam teneretur:sic est hîc.ergo &c. 25 Ad tertium dicendum,q̃ culpa dimissa talis punietur in inferno pœna infinita:non propter cõmutationẽ pœnæ finitæ in infinitam:sed quia debitor est pœnæ infinitæ: ex quo non soluit pœnam finitam sub illa conditione , qua debuit: sicut perdens priuilegium clericale incidit de foro mitti in forum sanguinis : sic qui declinat forũ misericordiæ incidens in mortale ad forũ iustitiæ exterminantis inuenit pœnitentiã æternã. 26 Ad quartũ dicendum, q̃ in inferno tantũ punit homo pro pctõ dimisso, pro quo nõ fecit pœnitentiã in statu grãæ,ac si nõ fuisset dimissum:nec ꝓpterhoc est inutilis cõfessio,& cõtritio: qa ista p se introducũt ad regnũ,& liberãt à pœna æterna:per accidẽs autẽ vtrunq; impediri põt. s.per pctũ superueniẽs,ratione cuius interimit præcedẽs cõfessio,& cõtritio: & pœna æterna exoluet: qa tẽporalis, in quã per cõtritionẽ mutata fuit,non est soluta in eo statu,& cõditione,in quo debuit.Vel posset dici,q̃ licet puniat tantùm extẽsiuè:non tũ intẽsiuè:sicut pro vno pctõ tandiu quantũ pro mille tiñ,sed nõ acerbè. Si etiã partẽ pœnitẽtiæ fecit,& vnus dies remãsit,pro illa die pœnã luet in æternũ:non tũ tam acerbè,ac si nunq̃ cõfessus, & contritus esset,nec in aliquo satisfeciisset:alias pctũ rediret.

Culpa dimissa punit qñq; pœna infinita.

27 Instãtia facta nõ valuit,vt sequẽs solutio declarat.Non enim propter statũ dãnatorũ dicimus,q̃ pœna ꝑ pctõ dimissa sit infinita: sed qa talis est debita absolutè, nisi tꝑalis soluat, sicut debet solui. 28 QVANTVM ad quintũ tria faciẽda sunt: qa primò ponetur cõmunis opinio doctorũ, & reprobabit quædã antiqua opinio circa hoc. Secundò ponent instantiæ quorundã cõtra dictũ cõmune de merito cõgrui. Tertiò de merito cõdigni. 29 Quantũ ad primũ sciẽdũ est,q̃ pctũ veniale nõ impedit rationẽ meriti,nec meritũ: nisi sicut dictũ est de satisfactione . Sed mortale impedit quidem meritũ condigni respectu omnis præmij, & meritũ cõgrui respectu ꝑmij æterni immediatè percipiẽdi:qa non decet Deũ dare gloriã nõ habẽti grãm:sed non impedit respectu præmij tẽporalis tripliciter, & spũalis hîc:quia bonũ factũ in mortali, disponit ad grãm : sicut patet in vitis patrum de multis pctõribus:qui per bona opera in latrocinio facta de cõgruo gratiã meruerũt, & corporalis,qa ad bona tẽporalia:sicut Deus benefecit obstetricibus,quæ erãt indignè præmio æterno.Itẽ ad diminutionem pœnæ:intelligẽdo sinẽ:nõ sicut quidã,q̃ diminuũt pœnã non quidẽ subtrahẽdo,vel diminuẽdo: sed subiectũ fortificando, verbi gratia.Ego possum minuere pœnam hominis laborãtis sub onere,vel minuẽdo pondus: vel fortificãdo subiectũ dãdo cibũ, vel potũ:quibus homo fortificatus faciliter portat onus.Et tũc dicũt,q̃ opera facta extra charitatẽ valent ad diminutionẽ pœnæ: non tollẽdo aliquid de ea:sed confortãdo subiectũ. Primum declarãt,q̃ manẽte culpa manet pœna sibi proportionata: sed in dãnatis manet culpa in nullo diminuta propter opera extra charitatẽ facta. ergo similiter remanet pœna. Secundũ declarant: qa niæ talia aliquo modo valerẽt ad diminutionẽ pœnæ frustra videretur esse facta. ergo cũ non valeant aliquid diminuendo: valent subiectum confortãdo. 30 Sed istud nihil est:qa qualiter in dãnatis subiectũ cõfortetur: ipsi non dicũt: nec hoc est facile dicere,nisi diceretur,q̃ placeat damnato,q̃ fecit talia oper. Et sic eius cõplacẽtia, quæ est delectabilis, & consentanea naturæ confortatur natura ad sufferentiã pœnæ. Sed hoc non valet:quia si huiusmodi opera damnatis placeret : aut placerent eis secundũ se: quia bona fuerunt ex genere:aut propter vitationẽ pœnæ, quam incurrissent, si talia bona omisissent primum non potest dici:qa cõmuniter dicit,q̃ voluntas dãnatorum semper est mala : aut quia vult illud, quod malum est ex genere:aut quia si velit bonũ,vult malo fine. ergo damnati nunquã volunt bonum secundũ se, & propter se. Si autẽ dicat secundo modo,hoc non facit ipsum magis supportare pœnã habitã: sed facit ipsum nolle habere ampliorem. 31 Et ideo est dicendum , q̃ pœnam inferni diminui per huiusmodi opera potest intelligi dupliciter. Vno modo , vt minuatur illa , quæ iam est debita. Alio modo , vt non debeatur tanta , quanta deberetur,si illa non fuisset facta.Primo modo pœna inferni nunquam minui potest,cuius ratio est:quia pœna inferni magis deberet minui per opera mortificata , q̃ per opera mortua: sed per opera facta ī charitate,& post ea mortificata non minuitur . ergo nec per opera facta extra charitatẽ,quæ sunt mortua. Minor probatur:quia si per opera facta in charitate minuitur pœna , hoc est, quia recõpensatur in diminutione pœnæ, quod fuit in merito vitæ , sed talibus operibus debebatur vita æterna. ergo per talia opera totaliter tolletur pœna æterna: quod est inconueniens, quia qui semel fecisset opus bonum in charitate non posset. postea puniri æternaliter: saltẽ si sequens peccatũ non præponderaret in culpa meriti boni operis præcedentis in gratia. Secundo modo potest pœna inferni diminui , vt non debeatur tanta: quia quædam sunt opera,quæ loco, & tempore non possunt dimitti sine peccato mortali: vt confiteri Christum coram persequutore, & honorare parentes in necessitate. Qui ergo talia facit, vitat culpam, & pœnam culpæ debitam: quam sibi accumularet,si prædicta opera non faceret. 32 Quantum ad secundum: quia frater Thom. dicit ,q̃ opera extra charitatem non sunt meritoria de condigno alicuius boni,etiam temporalia:& rationem assignat : quia prima ratio omnium , qua Deus dat nobis, aliquid est amor,quo qui caret ab eo nihil dignè meretur. 33 Ideo arguunt aliqui, & dicunt, quòd ratio non concludit: quia arguitur de amore Dei ad nos, per quẽ nobis dat:non de amore nostri ad Deũ, quo carent mali, qui non carent primò: quia Deus diligit etiam malos. 34 Ad quod dicendum,q̃ altissimus odio habet peccatores. Et si eos diligit,diligit gratis,non ex debito. Vnde si aliqd Deus dat ex amore suo, dat quicunque non meretur eius amorem , sed potius eius odium : nihil meretur apud eum : peccator autem quandiu in peccatũ manere eligit , meretur odium Dei non amorem. ergo nihil meretur ab eo de condigno. Et benè verum est, q̃ magis est gratuitum, quod datur inimico,q̃ quod datur amico: sed propter hoc minus debitum. Vnde supposito,quod Deus nihil det nisi ex amore suo,quandiu aliquis non meretur eius amorem,non potest aliquis condignè mereri dandum eius amore , ideo &c. 35 Secundò arguunt,quòd sicut existens in charitate meretur bona gratiæ: quia habet amorem gratuitum: sic existens in statu naturæ meretur bona, quæ sunt ad cõseruationẽ naturæ:quia sic se habet amor gratuitus

Art.3. Cõis opinio b.T.d.16.q 2.&.3.p.q. 87.& Durã. hîc.q.4.

Vide alti.libro.4.tract. 14.&.15.

Alius mõdi dicendi, reprobatio.

Opi.ſ.T.ſupra.q.3.&.1 2.q.vlti.

Opi. Du.vt Durãdellus recitat, licet in vltimo ꝑ nõ inuenitur.

Ad.1.

tultus ad bona gratiæ:sicut naturalis ad ea,quæ sunt naturæ. 36 Sed dicendum,q̃ non est simile. Primò

Ad.2. quia qui est in statu gratiæ omnia eius bona opera sunt proportionata ad merendũ:& bona naturæ,& gratiæ,& gloriæ,quæ proportio facit meritũ condigni:sed qui nõ est in gratia, nequaquã: imò ex quo non est dignus diuino amore, nec per consequẽs aliquo dono amoris. Et præterea nemo potest esse in statu dilectionis naturalis debitè,quin sit in statu dilectionis gratuitè: quia prima est dispositio necessitans ad secundã.Et quicunq; capax rationis non est in statu dilectionis gratuitè, per consequens non est in statu dilectionis naturalis à Deo debitè: quia est in statu odij, habiti, & debiti. Et si diligitur secundũ quid,hoc est gratuitũ,non debitũ:quia ipse nõ est dignus panem quo vescit, nec vita ipsa: & per consequens nihil apud Deum meret: quia sic diligit quo ad bona naturæ hoc ipso dignus est,& per consequens pluri,& maiori honore indignus est. Sed qui est in gratia, dignꝰ est amore gratuito,& cõsequẽtibꝰ ad ipsum. Et dato,q̃ esset proportio amoris naturæ ad bona tẽporalia,& gratuiti ad bona gratiæ in illo,qui esset in puris naturalibus:qui licet non meruerit,quod habet: sicut nec ille, qui habet gratiam: benè tũ vtendo naturalibus videtur dignus his,quæ habet: & benè vtẽdo meret cõseruantia bona naturæ, sicut de habẽte gratiam:non tñ, qui est in peccato mortali, est dignus, vt dictũ est. ideo non est simile. 37 Tertiò probant nihil mereri de condigno:qa totũ est ex liberalitate dantis secundũ gratiã, & non secundũ debitũ. 38 Ad quod dicendũ,q̃ dare aliquid ex mera liberalitate est tripliciter. Vno modo respectu dãtis. Alio modo respectu accipiẽtis. Tertiò modo respectu vtriusq;. Qñq; enim nec dans tenetur dare, nec recipiẽs ex persona, & ex opere meretur recipere: & tunc respectu vtriusq; est liberale donũ : respectu cuius non est meritũ nisi congrui. Secundò modo & dans tenetur dare,& recipiẽs ex persona,& ex opere meret recipere:& sibi debitũ fecit, & sic propriè est meritũ condigni. Tertiò recipiẽs quidẽ ex persona, & opere proportionato mercedi meretur:tñ dans non tenet dare:qa nec promisso,nec aliter est obligatus: & tunc est meritũ condigni respectu meretis, quanuis sit gratuitũ respectu remunerãtis:qui sine iniustitia potuit non remunerare:sicut si aliquis non cõductus faceret pro Rege tantũ, quã tùm stipẽdiarius.Primo modo se habent faciendo bona peccatores ad Deum.Secũdo modo iusti: si Deus est eis obligatus ex promisso. tertio modo ipsi iidem si Deus non tenet eis ex promisso. Est igitur meritum condigni operãtis debitũ: dato,q̃ dans non sit debitor: qa si meritum cõdigni nõ est nisi per hoc, q̃ retribuẽs sit debitor: tunc non est meritũ cõdigni respectu supplicij,plusquã respectu præmij.Non enim plus tenet Deus dãnare Iudã, q̃ saluare Petrũ: imò saluare Iudã videret misericordia: & dãnare Petrũ iniustitia. ergo si potest dici meritũ condigni, respectu pœnæ, nõ obstãte , q̃ Deus non tenetur punire ex sola habitudine peccãtis,& culpæ ad pœnam condignã,pari ratione ex parte meriti.Item verũ est,qd' Deus posset iustè ab homine exigere quodcunq; bonũ facit,sed non exigit:& per ea,quæ exigit,sicut sunt, quæ cadunt sub præcepto:& per ea,quę non exigit,sicut sunt quæ cadunt sub consilio, meret homo de cõdigno: supposito diuino statu , q̃ bona bonis creata sunt : sicut est de bonis cõmunitatis ex statuto principis: qui lege sua ligatus non est. 39 Itẽ quartò probãt,q̃ nihil possumus mereri de cõdigno:qa Deo non possumus reddere æquiualens. ergo multò minus possumus eum nobis constituere debitorẽ. 40 Dicendũ,q̃ verũ est absolute: sed cũ Deus non exigat ab homine quicquid ipse potest: sed quitet eum à debito implẽdo præcepta: de aliis põt apud eum mereri,quæ gratia ei exhibet. Et quã uis nihil faciat dignũ ad Deum sibi obligandũ:tñ ex persona,& ex opere ꝓportionato meret, quantũ in se est de condigno. Et licet faciẽs debitũ,nihil meretur apud priuatã personã: tñ apud eum, qui bona communia habet seruata ad hoc,vt bonis distribuant talis meretur facien do illũ sibi debitorem , qui est solus administrator. Sed eum,qui est dñs,& non se obligauit: sed sic sponte ordinauit,q̃ bona sua det benefaciẽtibꝰ secundũ plus, & minus apud talẽ faciẽdo etiã id,ad quod tenet debito legali: puta qa se exponit mortis periculo pro repu. in casu, in quo tenetur,vel morali meretur condignè:non cõstituendo illũ debitorẽ:sed ex parte sua faciens se dignum supposita illius ordinatione,& sua bona operatione. Nã dicere,q̃ meritũ morale nõ excludit meritũ cõdigni:sed solũ legale,qd' est de præceptis, non est benedictũ: qa si mutuo illi, qui mihi mutauit nõ propter hoc mereor: sed soluo debitũ , sed ipse prior meruit. 41 Item cũ aliquis gerit vtiliter negocia hæreditatis iacẽtis ipse meretur de condigno,& facit sibi debitas expensas. Vnde & habet actionẽ negotiorũ secundũ leges: & tñ non est aliquis verè sibi debitor: ac si gereret negotia viuentis,qui potest ei obligari. 42 Ita ergo pro Deo operans facit sibi mercedem debitã:licet Deum non constituat debitorẽ sibi:sicut si operaret pro homine,qui potest ei debitor fieri. 43 Item si dicerẽt,q̃ non debemus Deo totũ,quod agimus debito legali, nisi præcepta:sed debito morali cõcilia, non valet:qa tunc saltem non meremur apud Deum quicquã implẽdo præcepta, quod esset graue. 44 Item si debito morali debemus ei cõcilia,hoc est intelligendũ de debito tam debili,quod possimus non soluere sine peccato. Propter qd' malè dicunt, qui dicũt,q̃ semper est pctũ:saltẽ veniale, qñ homo non facit,q̃ debet debito quocunq; Aliàs omnis homo omittẽdo quodcunq; bonum,peccaret:si quic quid facit,& facere põt, totũ Deo debet. 45 Nec põt dici,q̃ qñ facit tunc debet,qñ non facit, non debet: qa hoc nunq̃ cõtingit,q̃ facere bonũ causet obligationẽ q̃ magis natũ est tollere obligationẽ,q̃ parere.Nihilominus tñ debitũ morale impedit debitũ æqualiter,sicut legale,sicut in exẽplo posito. Propter hoc alia solutio melior est:qa soluẽdo debitũ meretur,non inquantũ soluit debitũ: sed inquantũ implet illud sub cuius conditione fuit ordinatũ,q̃ haberet mercedẽ,vel præmiũ,sicut si aliquis promisit mihi scribere librũ ,& promisi sibi soluere decẽ sub conditione, si scribit: scribẽdo librũ liberaꝝ ab obligatione,qua mihi tenebaꝝ,nec possum facere ipsum incarcerari,vt librũ scribat,sicut prius poteraꝝ: & cũ hoc nihilominus meretur mercedẽ: & constituit me sibi debitorem,non qa soluit debitũ: sed quia implet conditionem cõpromissi. Vnde si ipse nõ obligasset se ad scribendum:tñ promisisset ei mercedẽ, si scriberet librũ scribendo non soluceret debitũ, & nihilominus præmium meretur.Ita etiã si ipse promisit mihi scribere librum:& ego nihil ꝓmisi ei, nisi q̃ sine aliqua obligatione insinuaui ei,q̃ liberaliter ei darem,si vellem, & non aliter si benefaceret curialitatẽ, tunc eo benefaciente, eo quidẽ non sum debitor:& tamen illud est sibi debitum: qui ita dignum se facit,sicut si sibi me obligassem. Ita est hîc.ideo &c. Argumentum in oppositum solutum est.

nem à quibusdam qui tat.

Verior sol'o Quis soluẽdo obligationem etiã meretur.

Henri.quodli.4.q.6.

Deus potest exigere qd' cunq; bonũ facit homo, & præcipere

Ratio.3.

Solutio. Meritũ condigni cũ põt esse iter Deum,& hominem.

Ratio.4.

Solutio. Deus homi-

QVAESTIO SECVNDA.

De *restitutione.*

Thom.4.d.15.q.1.ar.5.& 2.2.q.62.

SECVNDO, Quæritur, vtrum restitutio sit pars satisfactionis? Et videtur ꝙ sic, qa per satisfactionē reconciliamur Deo, & proximo: sed per restitutionē reconciliamur proximo. ergo est pars satisfactionis. 2 CONTRA, qa satisfactio est in arbitrio sacerdotis, sed non restitutio. ergo &c.

3 RESPONDEO, circa istam quæstionē sunt sex vidēda. Primò, an sit restitutio facienda. Secundò, de quibus rebus sit facienda. Tertiò, à quo sit facienda. Quartò, cui sit facienda. Quintò, inquantū sit facienda. Sextò ꝗtū sit faciēda 4 Quātū ad primū sunt qnq; cōclusiones. Prima, ꝙ restitutio semper est faciēda, nisi sit excusatio. Primò, ꝓpter impossibilitatē hactenus quatenus in qua debet cōsiderari, si est ęqualis necessitas in illo, qui est creditor respectu secūdæ necessitatis. Tunc enim iustius est alij subuenire de suo, q̄ isti de alieno.

1. Art. Semper facienda est restitutio, nisi in.4.casibus

Nam si esset extrema necessitas, quæ facit omnia cōmunia, melior esset conditio possidētis. 5 Secunda conclusio est, ꝙ secūdò excusatur propter remissionē creditoris: qa per acceptionē tollitur, nisi sit talis persona, quæ non habet administrationē, vel quæ non pōt donare, nec per consequēs remittere, quia remittere est dare. Item quādo in iure cautū est, quod remissio non valet: tunc non excusat, sicut in iudice delegato: qui indebitè munera, & expēsas recipiens, vel extorquēs tenetur reddere nulla ei partiū remissione pro futura: de rescriptis c. Statutū est. lib. 6. Itē de visitante iure ordinario recipiente munus: ad cuius duplū restituendū tenetur. Nec prodest remissio. decēsibus. c. Exigit. 6 Tertia cōclusio est, ꝙ tenet restituere, nisi recōpensando excuset. Sicut & in foro cōtentioso liquidi ad liquidū fit cōpensatio, vt si debes mihi decē, & ego tibi alia decem, neuter tenetur alteri soluere: sed pōt vterq; cōpensare, sic & in foro cōsciētiæ: vbi omnia sunt liquida coram Deo. Et sicut in foro exteriori si res debitoris ad me peruenit, sine dolo meo possum eam retinere, quasi per modum pignoris quousq, mihi satisfecerit, sic & hīc: etiā si cum dolo, sicut dicetur infrà. 7 Quarta conclusio est, ꝙ ex cusat præscriptio, si iusto titulo, & bona fide semper fuerit res aliena possessa: non vitio furti, aut violētiæ affecta: completa præscriptione iuris authoritate pōt licitè retineri, aliter non: extrà de præscriptionibus. c. Vigilanti. 8 Quinta conclusio est, ꝙ. 5. excusat amissio rei, cum distinctiōe tñ: qa aut illicitè erat accepta, vel retenta tēpore, quo amissa est, & sic tenet ad extimationem indistinctè: qa in delictis tenet delinquēs emēdare damnum etiā si nihil sibi adsit. Est autē damnū dñi etiam si apud eum fuisset res eodē modo peritura ꝓpter iniuriā sibi factā in auferēdo, vel indebitè retinēdo. Vnde fur, & raptor semper à principio sunt in mora. Mora autem trahit ad se periculū secundū iura. Idem est si depositarius, vel cōmodatarius, qui à principio licitè accepit dño repetenti indebite negauit: qa ex tunc mora facit ad morosum rei periculū pertinere indistinctè. Si autē tēpore amissionis non fuerat in mora, vel erat purgata, aut culpa sua, quam præstare tenetur secundū naturā cōtractus res periit: & sic ad ipsum spectat periculū: qa culpa trahit ad se periculū, sicut mora, qa damnū, qd' quis sua culpa sentit, sentire non videt: dico autē secundū naturam contractus, qa q̄ cōtractus est solū gratia tradētis: sicut in depositio recipiens tenetur solū de dolo, & lata culpa. Quādo verò solū gratia recipiētis, sicut in cōmodato tenetur etiā de leuissima culpa. Sed q̄ gratia vtriusq;, vt in societate, & pignore tunc tenet de leui: sicut est in locato, & conducto. Aut sine mora, & culpa eius, prout res quam restituere tenebatur, & tunc subdistinguitur: quia aut translatū fuit dñium in recipientē, aut non: primo casu cū dominio transfertur periculū, si contractus erat tantū gratia recipiētis, sicut est in mutuo. Vnde. C. si certum petatur. l. Incendiū, ære alieno non exuit debitorē. Si autē gratia vtriusq;, sicut in dote, tunc periculū pertinet ad illū, qui dedit. Si autē non fuit translatū dñium, tunc videtenēda distinctio Martini: qa aut erat æqualiter apud dūm peritura: & tunc nō tenetur dare extimationē: qa alius locupletaret cum istius iactura, quod est contra naturalē æquitatē, aut non erat peritura, & tunc si totaliter gratia vnius erat contractus, illius est totū periculū: ne ex sua liberalitate dānū patiē: si partim tunc quilibet partim habet periculū: qa quod iuris est de toto ad totū, & de parte ad partē. ff. de rei vēdi. quę d' tota. Vnde in depositio periculū est deponētis: in cōmodato cōmodatarij: in mutuo recipiētis, in pignore, & locato vtriusq;: quāuis iuristæ nunquā dicant periculū cōmune, sed semper alterius tantū. Sed primū est rationabilius in foro conciētiæ. 9 QVANTVM adscundū sunt etiā quinq; conclusiones. Prima, ꝙ de bonis animæ de quibus ratione rei magis debet fieri restitutio: qa maius damnū: modi ratione minor: quia non cogitur anima. Vnde qui mulierē ad peccatū traxit debet hortari per se, vel per alium ad pœnitentiā. Qui etiā à religione retraxit, tenetur inducere ad ingressum, vel egressum religionis. Si autē ille nollit intrare, vel redire tenet æquè idoneū ꝓcurare. Quia si non posit, tenet pro eo intrare: qd' fecit Magister Raymūdus: qa dederat conciliū, ꝙ nouitius exiret, & exiuit: de quo pœnitens intrauit. Sicut enim ille, qui ordinat dño inuito eius seruum sic sibi auferēdo seruitiū tenetur dare cōparem seruum, vel eius estimationē, imò etiā duplū. 54. dist. Si seruus multò magis, qui Deo abstulit seruū suum nouitiū, vel intraturū tenetur, si potest recōpensare in simili.

2. Art.

Nota.

10 Secūda cōclusio est de bonis corporis: puta de muliere virgine, & virginitate. In primis enim duobus casibus tenetur emēdare arbitrio boni viri expēsas rationabiliter factas, & iniuriā, & damnū incursum, & lucrū perditum. Sed de virginitate ablata notandū, ꝙ lex Moysi quæ condēnat ad dotandū, licet in quantū iudicialis modo non liget, inquantū tñ moralis ligat: maximè, qa illud statutū est renouatū per ecclesiā de verbo ad verbū: extrà de adulte. c. 1. 11 Tertia cōclusio est de fama: qa si debitè eum diffamauit, non tenet, qa nemini facit iniuriā, qui iure suo vtit, & iuris executio non habet iniuriā. Si autē indebitè tenet ei restituere, sicut melius potest sine mēdacio etiā cū sui diffamatione, si aliās non potest. 12 Quarta conclusio est de honore, & de præbenda, qa si ille, qui hoc facit: facit, qa indignus est, vel vt de alio melius prouideat, non iniustè facit. Vnde non tenetur ad restitutionē. Si autē animo ledendi ipsum tenetur ad restitutionē: nō quidē tanti, quantū valebat præbenda: quia ipse nondū erat eam cōsequutus: sed pensatis cōditionibus vtriusq; secundū arbitriū bonorum. Et ideo si ꝓcurauit dari æquè digno, vel dignior non tenet ad restitutionē. Si autem minus digno sibi, vel alij tenetur. Secus autē est in aliis de donis, vel legatis, in quib' nihil est debitū legatario, vel donatario, sed tantū gratuitū. Vnde si tibi dandū, vel iam legatū adhuc tamen reuocabile procuro mihi, vel amico dari, non facio tibi iniuriā, nec iniustitiā, qa nō aufero tibi iustuū. Nihil erat enim adhunc tibi debitū. Sed præbēdæ habēt distribui non per liberalitatē, sed per iustitiā, quæ respicit debitū. Vnde meliori debentur respectu minus boni: quia inęqualiter bonis locus est gratificationi. Vdde hīc fit iniustitia meliori, & iniuria q̄ datur minus bono, q̄uis ista ratio concludat non solū cōtra illū, qui impedit, ne

Gode. quotlibeto. 31.q 15. Procurans mihi tibi legatū nō peco.

dit, ne detur meliori, cui erat dāda, non solū de iure, sed etiā de facto ab illo, qui poterat, imò etiā concludit contra prælatū, qui cōfert minus, bono spreto meliore. Sed alia ratio reformat pactū, qa non æquè certū est, quis sit melior, sicut cui prælatus vult dare. 13 Quinta conclusio est de rebꝰ, & quidē de iniustè ablatis & dētis sine iniustitia pdētis: certū est, ꝙ subiacent restitutiōi, vt res furtiuè: vi, metu, vsura, & aliās illicitè acquisitæ. Si autē esset res iniuste acquisita, & iustè detēta: puta, quia dñs prius noluit, & modo vult, vel qa quis rem suam furatus est, nō subiacet restitutioni: licet peccauerit in modo. Q̄ tū probabiliter credit, ꝙ propter potentiā alterius, vel iudicis iniustitiā, vel defectū probationū, vel ex pensarū non posset cōmodè suum, vel sibi debitū repetere, si accipiē sine scandalo, occultè dicunt quidā, ꝙ non peccat: qa in defectū iudicis pōt sibi ius dicere: ita ꝙ filius, & vxor, & serui, vel familia possunt accipere debitū q̄ peius sequereturlitigando. 14 Item de iniustè possessis licet non acceptis, sicut in voluntariis cōmutationibus: in depositio, cōmodato, & cæteris, quæ bona fides non patitur retinere, tenet ad restitutionē. Sed de pignore dubiū est, qa iura permittunt retinere: scriptura præcipit reddere. Vnde si fit necessariū debitori ad vitam, vt mola superior, & inferior, & operimentū, quo solo operiē, tenet, aliās non: licet benè faceret reddēdo: vbi ille indiget, & ipse securus est, sicut scolaris libro.

Go. quotll. 12.q.14. Gherar. car. quotl'. 3. q. peñ.q.b.t.in 2.2.q.66.ar 5.ad.3.expo nit.& Henr. quotlibe. 6. q.22.

15 Item tenet ad restitutionē de perditis, & inuentis. Et certum est, ꝙ priuatus inueniēs non pōt retinere. Sed de dño dicet in.4.arti. Thesaurus autē inuētus pro parte restituendū est dño soli: vel in totū secundum consuetudinē, & dño generali. De symonia, & ludo dicitur infrà questio. seq. Sed de colūbariis videtur, ꝙ dñs eorū teneat restituere dāna dñis agroru seminatorū, quos columbi dānificāt, nisi sit verū, quod quidā fingunt, ꝙ columbi quædā nociua simul cum granis comedētes plus prosunt, q̄ obsint: qa dñs tenet emēdare dānum illatū à suo altili, præcipuè q̄ est in culpa: aliās liberat dando ipsum pro noxa. Simile est iudiciū quo ad hoc de seruo & de bruto. Vnde semper ad alterū ad minus tenetur. Vnde cùm dñs colūbarij sit in culpa scienter, sic tenens colūbos, tenetur insolidū. 16 CIRCA tertium sciendū est, ꝙ præter eum, qui accepit, tenētur consentientes in nouē casibus, qui notātur in his versibus. Iussio, consiliū &c. Vnde restitutio est faciēda primò à Principali. Iussio. Ratihabitio retrotrahit, & mandato comparatur. Consiliū. Aduocatus tenet, etiam si ignorabat iniustam causam per errorē iuris: qa turpe est nobili, & patricio ignorare iura, in quibus versatur. ff. de origine iuris. l. 3. 17 Sed dubiū est de illo, cuius consilio aliquis mutuat ad vsurā, an iste consiliarius teneatur. Et videt ꝙ non, quia sicut nemo ex cōsilio obligat, quia liberū est sequi, vel non instit. mādati: sic quia non dat vsuram, nisi qui vult: conciliarius vsurarij non videtē neri. Sed qa agētes, & cōsentiētes pari pœna puniūtur. ideo tenetur, & videtur. Cōsensus q̄ est causa, sine qua non. Vnde famulus vsurarij, qui non facit nisi manus suas denigrare cōputādo non videt teneri: sine quo erat idem facturus. Palpo. i. adulator. Idem etiā est de detractore: si propter detractionē audiēs prouocatus damnificet detractū. Rursus. Si receptat rem, vel furē sic, ꝙ per hoc impediat non solū punitio: sed etiā restitutio. Participans. Famulus, qui q̄ se locauit, nesciebat vsurarium, nec in vsuris seruiuit mercedē recipe pōt. Aliās imputet sibi, qui illi seruiuit, quē sciuit nihil habere, nisi de vsuris. Mutus. Qui scit, vbi res est absc̄dita, & non reuelat. Non obstās. Propter cuius culpā in purgādo prouinciā malis hominibus furta, & latrocinia cōmittūtur: sicut tenetur pastor, propter cuius culpā lupus oues comedit. Non manifestans. Iudex, qui de ea re, de qua cognoscit, pronunciare debet: & sit manifestare ius partiū, si nō facit, tenet. Nec valet distinctio Iuristarū, qui dicūt, ꝙ iniquè pronuncians facit rem suam. Non autē à iure deficiens: qa potest haberi recursus ad superiorē: quia ita potest haberi ab iniusta sentētia per appellationem. Vnde in vtroq; casu tenetur ad restitutionem damni.

Godo. quotlibe. 12.q.7. Articu. 3. Dubium. Famulus vsurarij non tenetur ad restitutionē

18 CIRCA quartū sciendū, ꝙ regulariter illi, cui ablata est res, quæ restitutioni subiacet, fallit in casibus, qui sequuntur: primò q̄ & ipse peccauit, vt in ludo, & symonia, & quocūq; ob turpē causam: quia in pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis.

Art.4. Cui ablata est res restituēdum est, nisi in octo casibus.

19 Secundò, qa non expediteī: vt furioso gladius, pupillo aurū, sed tutori, vel curatori. 20 Tertiò q̄ incertū est, & tunc facta diligēti inquisitione pauperibus dandū est. Alio enim modo non potest melius proficere illi, cuius est: cuius nomine dandū est non restituentis. Mereretur tū vterq;, iste reddēdo debitū nomine suo: & ille, cuius nomine fit eleemosyna: quæ faciēda est arbitrio episcopi, vel presbyteri. Et q̄ perditū inueniē, reddatur iustitiæ. 21 Quartò q̄ mortuis hæredibus. Vnde & depositū videtur reddendū officiali, q̄ bona deponētis sunt cōfiscata non deponēti, qui dñs esse desiit: dum tñ constet. Aliās furi magis, q̄ dño depositum est reddendū. 22 Quintò q̄ absens mittendum, & imputet sibi, qui alibi asportauit. Vnde fortè secus est, q̄ ille se absentauit. 23 Sextò q̄ dilapidator: tunc dño non ꝓcurator: vt si religiosus, vel clericus bona monasterij, vel ecclesiæ dederit, vel luserit, reddantur nō sibi, sed ecclesiæ. 24 Septimò, q̄ executoribus potius restituendum est, q̄ hæredibus.

25 Octauo, quia non ipsimet vsurario: sed à quo accepit. Quādo autē ille, à quo est res accepta, tenetur alij. Tertio liberat ille, q illi tertio soluit sed' m iura, nisi ꝙ in periculo se exponit: qa fortè non poterit probare illum, cui soluit, fuisse creditorē. Vnde videt distinguendū: qa aut recipiēdo ab isto secūdo peccauit in illū tertiū: puta qa scienter recepit rem eius vsurariā, vel furtiuā in casu illicito, & ex hoc obligatus est illi ratione delicti: & tenetur illi primo restituere, nec liberat restituendo ei, à quo accepit, aut bona fide, aut aliās licitè recepit: & tūc non tenet illi primo, nisi ratione detētionis: propter qd' si nō tenet reddere secūdò: puta, qa accepit dono, tenet reddere illi primò, nec liberatur reddēdo ei à quo accepit, nisi spet illum restituturū. Si autē accepit mutuo, vel alio contractu, quo tenet, cùm possit se liberare vtriq; soluendo: tū si timet se deficere in probatione, si soluerit primò potest licitè reddere secūdo. Aliās melius faciet reddendo primo: maximè si credit, ꝙ vsurari' nunq̄ ei restitueret, sicut tenetur. Tenetur enim homo benefacere alteri, cùm potest, ꝙ iuuare in recuperando rem suā, quam alias perderet, si potest. 26 CIRCA quintum est sciendū, ꝙ restitutio faciēda est à principali, inquantum accepit. i. simplū, non multipliciter: habet tñ ratio damni: etiā extrinseci, & inimici: vt si pauper ꝓpter vsurarum præstationē coactus est minus: vēdere bladū suū: vel perdiderit lucrari, vel mercari: lucrū, qui viuebat, cū esset operarius, expēsas medicorū, dāna operarū, & hmōi omnia. Licet enim in interesse, qd' ex cōtractu debetur, non habeatur ratio dāni, & lucri extrinseci. ff. de actio. emptio. Si sterilis. §. Cū per venditorē: tñ habetur in eo, qd' debetur ex delicto. Ad. l. Aquiliā. l. Inde Neratius. & l. præcedēti. Itē cū fructibus quatenus factus est locupletior: etiam si fuit semper bonæ fidei possessor. Item & de perceptis, & cōsumptis, & percipiētis, quæ dñs percepisset: quæ omnia in ratione dāni cōputantur, si est malè fi

Art.5.

dei possessor tẽpore,quo durauit mala fides. Fructus autem dico naturales, vel industriales, qui ex natura rei, vt merces domus locatæ, vel quæ locari potuit, cũ ea restitui debet,sicut vinum cũ vinea. Non autẽ oportet restituere cũ lucro purè, & ex industria obtẽto. Vnde pecunia ex pecunia vsuraria quæsita nõ est restituenda.

27 De re autẽ perdita qñ,& quo sit reddenda, q̃uis Iuristæ aliter dicant, videt in foro conscietiæ probabilis distinctio posita in quinta cõclusione. 2. arti. huius quæstionis: nisi ꝙ hæredes non teneantur ex delictis defunctorum: nisi quantũ ad eos peruenit ex delicto eorũ, vel nisi qñ cõtra defunctũ fuerit lis cõtestata. C. ꝙ delictis defun. l vni. Ex contractu autẽ nihil quasi tenet insolutum, nisi fecerit inuentariũ, aliàs tenent, quantũ hæreditas sufficit. C. de iure del. l. Scimus. Hoc primũ dictum est: sed canones rationalibus in foro conscietiæ. In his autẽ, quæ gratia vtriusq; fiunt, vt in locato,& pignore videtur periculũ dñi: qui nullĩ gratiã præstat, vt vbi cno modũ ibi,& periculũ colloceť. Dñs enim sicut habet suæ rei fructũ regulariter sic,& periculũ. Vnde & emptor antequã sit dñs, qa non habet emolumentũ, non habet periculũ. Socij autẽ maleficij æqualiter, vt quidã dicunt, non tenentur insolidũ, sed pro parte, vel quantũ ad eos peruenit de vsura. Sed in furto,& rapina secus est.

Quilibet nõ solũ in furto sed ẽt in vsura tenetur dño ĩsolidũ licet non socio.

28 Sed cõtra, qa etiã in obligationibus ex delicto quãdoq; quilibet tenet insolidũ, & in his, quæ non sunt delicta, nisi quia prohibita. Vnde multò magis in vsuris, sicut in furto,& rapina oẽs insolidũ tenent, siquidem simul fecerũt maleficiũ: alias si seorsum quilibet per se: licet essent socij ex pacto: & tunc sunt plura maleficia distincta. Sed vnus soluẽdo alios iure ciuili, nec pro socio: quia malorũ nulla est societas, nec mãdati: quia rei turpis nullũ est mandatũ: nec negociorũ gestorũ, quia non illorũ, sed suo nomine soluit: tñ in foro pœnitẽtiæ alii sibi tenẽtur: non quidẽ insolidũ, sicut dño, sed pro parte tantũ maleficij, quæ ad eos peruenit. Tantũ enim isti abest,& illis adest. 29 Collegiũ autẽ, vel ciuitas, si cõmuni cõsensu fœnus exerceãt, vel vi rapiãt, oẽs res, sunt totius delicti ratione cõsensus. Sed principales, & capitanei insolidũ tenentur restituere, minores non, nisi quantum ad eos peruenit, directè, vel indirectè.

Nota.

De restitutione in bello. God. quotl. 13.q.16.

30 De exercitu autẽ sciendũ, ꝙ qñ constat dñm habere iustum bellũ: subditi tenẽtur iuuare, vel quãdo dubium est. Vnde nec est peccatũ, nec est restitutio facienda. Quãdo autẽ est certũ de opposito peccant obedientes. Sed qa non sunt principales, nec vnusquisq; est adiuuans talis, ꝙ sine eo non fieret prædatio non tenet restituere omnia spolia exercit⁹: sed solũ quantũ ad eum peruenit. Illi autẽ, qui vadũt intẽtione iuuãdi, si oporteret, dato ꝙ nihil ferè faciãt,& nihil accipiãt, nihilominus tenentur rei criminis, & restituere quãtũ arbitrio boni viri iudicari põt, ꝙ eorũ præsentia nocuerit. Idem videtur de illis, qui causa pacificãdi vadunt, nisi aduersariis hoc significauerint: si propter eorũ præsentiã aduersarij territi omiserunt se defendere, alias non. Qui verò solũ causa curiositatis vadunt, nec aliquid faciunt, nec alicuius muli occasio sunt, non tenẽtur.

De restitutione ad, quã tenetur hæres.

31 Hæres autem tantùm tenetur, quantũ ad eum peruenit,& non solũ ex delicto, sed etiã ex hæreditate defuncti: & non plus, siue fecerit inuentariũ, siue non: siue fuerit lis cõtestata contra defunctum, siue non: licet Legistæ secus dicant. Non enim æquum est, ꝙ hæres ex rebus defuncti locupletur, & alius depaupereť. Nec est minus debitũ, quod debetur ex delicto, q̃ qd' ex cõtractu. Nec est minus diligens, qñq; qui litẽ non cõtestatus est fortè propter aduersarij potentiã,& suã impotẽtiã, q̃ alius. Tenẽtur aũt hæredes proportionib⁹ hæreditariis: nisi insolidũ res ipsa ad aliquem peruenerit. Non potest quis deducere quartã debitam iure nature, nec iure institutionis, qa vtrunq; intelligit deducto ære alieno. Post autẽ deducere impensam funeris, quæ omne æs alium excedit. ff. de religio. & sumpt. l. fi. Non tenetur etiam vltrà q̃ valeat hæreditas, etiã si inuentariũ non fecit quousq; condẽnatus fuerit. Tunc enim teneretur, sicut in aliis pœnis legalibus. Nõ tñ videt, ꝙ hæres impensam funeris posit deducere immoderatã: qñ vsurariũ, sicut comitẽ sepeliuit, imò nec moderatã, si plus ipse de suo, q̃ alius poterat, & tenebatur defunctũ sepelire: vt puta qa filius hæres erat diues, & creditor pauper extraneus. Lex autem loquit fortè in hærede extraneo, qui solu amore creditorũ adiit hæreditatẽ. 32 Successor autẽ in re, quæ subiacet restitutioni, si sit affecta, vt in furto, & rapina tenetur: quia res tenetur cũ onere,& in metu. Vnde sine precio, & curet cautius negotiari. C. de furtis. l. 2. nisi vbi est consuetudo contraria. In vsura idem si sit actio in rem scriptã. Nam licet in furto,& rapina non trãsferat dñium: tñ in vsura transfertur. Si enim traditio metu mortis facta transfert dominium, multò magis vsura, quæ magis voluntaria traditur, & minus contra legem Dei recipitur. Hæc enim duo volũtaria videbãtur impedire translationem dñij. De singulari autẽ successore in vsura, qui habet titulũ lucratiuũ, videtur, ꝙ teneat existere non soluendo vsurario, alias non. 33 De domino autẽ qui locat vsurario domũ suam ad fenerandũ, vel sustinet in terra sua manifestos vsurarios, vel collectat, siue taliat Iudæos, vel alios, quos scit nihil habere nisi de vsuris: dicendũ, ꝙ tenẽtur restituere illis, à quibus illi exegerunt, sicut & priuati. Item qñ res perdita inuenta redditur iustitiæ,& perditor quæsitus non inuenitur, debet erogare,& non sibi retinere. Sed posset videri ex hoc, ꝙ ad ipsum spectat reddere perdita. ergo & lucrari. Dicendum, ꝙ non: qa perdita violẽtia malorũ hominũ, à quibus debet purgari prouinciã suã, debet reddere: non autem perdita per negligentiã perdẽtis, nec uerdita alio casu fortuito: puta incẽdio, vel naufragio. Vnde sicut non redderet nauigantibus illa, quæ perdiderũt naufragio, si illa non extarent: ita non debet ea sibi retinere, si inueniant: sed reddere dñis, si appareant, vel pauperibus dare: si illi non cõpareãt. Nec valet cõsuetudo cõtraria: cùm sit reprobata à iure, & cõtra ius naturale est spoliare, scilicet innocentẽ, & afflicto dare afflictionem.

In vsura trãsfertur dominiũ. s. T. hic q. 2. ar. 4. q. 2. God. quotli. 13. q. 14. De hoc dubio. supràd. 13. q. 3. ar. 4

Hæc iura dicit glo. latius. d. 2. c. rodie. & in glos. 1. q. vlt. c. dispensationes.

34 De seruiẽte dicitur, ꝙ si seruiant in licitis,& honestis,& necessariis põt recipere mercedẽ, etiã ab eo, qui non habet aliquid nisi de vsuris. Qui autẽ seruit in vsuris recipiẽdis, mercedẽ perdit: sed non obligatur ad restitutionẽ, si alias per se, vel per aliũ erat ille cõputaturus pecuniã. 35 Nec obstat, qa per manus eius transiit: qa non ad eum peruenit: qa non in vtilitatẽ eius cesset: ne affectu, ꝙ non requirit, nec affectu, qui requiritur. Qui enim non est principalis, nec est causa, sine qua nõ: non tenetur ad restitutionẽ, nisi quantũ ad eum peruenit. 36 De creditore autẽ dicit, ꝙ qui bona fide mutuauit vsurario põt repetere,& retinere: secus si in lodo perditionis, & scienter. 37 De alio autẽ, qui habet causam lucratiuã, nisi in casu, in quo eleemosyna fieri potest, dicunt, ꝙ tenet in subsidium, si ille sit in non soluẽdo: qa pretiũ succedit loco rei. 38 Gener verò, qui dotẽ ab vsurario accepit, qui nihil habet nisi de vsuris, tenet reddere, si sciẽter cõtraxit. Si autẽ ignoranter non: qa pro onerib⁹ mrimonij habet dotem, sed filia sic: qa nec quartã naturæ põt retinere. 39 CIRCA sextum sunt quatuor conclusiones. Prima, ꝙ restitutio est statim facienda, qa præceptũ est negatiuũ: non remanebit opus mercenarij &c. Si enim continuè detineo rem

6. Art.

neo rem tuam, plus te impedio in vsu eius, q̃ si frequenter eam subtraherem. 39 Secũda cõclusio est, ꝙ est aliquid speciale in vsurariis manifestis. Debet enim restituere, vel idoneæ cauere de restituẽdo ante confessionem,& eucharistiã,& oblationẽ ad altare: qa vsurariorum manifestorũ non est confessio admittenda quousq; satisfecerint: cùm tũ aliorũ furum, & raptorum sufficiat propositũ,& liberalis promissio: extrà de vsur. c. vlt. Ante sepulturã: quia non debent sepeliri, q̃uis pœnituerint nisi satisfecerint. 40 Tertia cõclusio est, ꝙ excu-

Religiosi sepeliẽtes vsurarios in. 6. casibus non delinquunt

santur religiosi sepelientes sex modis: primo, qñ sunt vsurarij indigenæ,& non aduenę. Nam Decretalis, quæ hoc prohibet de vsurariis simpliciter videtur intelligẽda secundũ illam vsurarũ voraginẽ: qa intẽtio Papæ. Grego. potissimè fuit extirpare illos vsurarios, qui ad alienas prouincias vadunt ad fœnerandũ. Vnde dicit alienigenas, & non inde oriundos. 41 Secundo, ꝙ licet vsus ordinariorũ hoc extẽdat ad indigenas: tñ solis manifestos negatur ecclesiastica sepultura. Dico autẽ manifestos, qui palam in conspectu omnium mutuãt: sicut faciebant aliqui tẽpore illo habẽtes in palã mensas suas: sicut nummularij,& Iudæi: non autẽ dicendi sunt manifesti illi, qui occultè, licet multi dicant hoc. Non enim omnia, quæ à multis dicũtur, vera sunt, vel si vera sunt, non propter hoc sunt notoria,& manifesta. Si enim homicidium occultè factũ est non ꝓpter hoc dicit quis manifestus homicida: quod à multis, qui non viderunt, ita dicit. Et manifestus fur est ille tñ, qui in furto deprehenditur. Si dicat, ꝙ omnis vsurarius deprehẽditur ab illo, qui tradit sibi vsurã, hoc non valet: qa tunc omnis vsurarius esset manifestus: qd' non est de intẽtione Papæ: sed de eo, qui videtur à multis. 42 Tertiò, qa post cautionẽ datã ordinario, tradit ecclesiasticæ sepulturæ. Vnde cũ semper sit præsumendũ pro iudice, qñ ipse amouit manũ suam, quã appposuerat arrestando: vel qñ non apposuit, nec ipse ꝓhibet, cùm sciat: supponendũ est omnia rectè acta: q. s. vel ille non sit talis, qualis dicit: vel ꝙ cautũ fuit, vt debuit. Nec est præsumendũ, ꝙ ipse pecunia corruptus omiserit arrestare, vel suspenderit arrestationem. Nec vanæ voces populi sunt audiendæ.

Quis dicat vsurarius manifestus.

43 QVARTO quod nullus vitandus est in morte, nec in vita, quandiu ab ecclesia toleratur. iste ab ecclesia toleratur: quia ordinarius, qui tantùm audiuit de eius vita, quantũ nos dissimulat: nec ei viuo interdicit ingressum ecclesiæ, nec mortuo sepulturam.

44 Quintò, quia sufficit, ꝙ cauerit in manu creditoris, vel curati ecclesiæ Vnde cùm ad curatũ pertineat denunciare parochianos suos suspẽsos, vel excõmunicatos tam viuos, q̃ defunctos: cùm etiã pertineat ad cù illum sepultura asini sepelire eiiciendo mortuũ de suo cimiterio: sicut viuũ de ecclesia, & ipse eum apportet, videt, ꝙ sit recipiendũ. 45 Sextò: qa manifesti vsurij oblatio ad altare non est recipiẽda, nec ad cõfessionẽ, nec ad cõmunionẽ, nec per cõsequẽs ad extremã vntionẽ recipiẽdus est. Vnde cũ sacerdos, qui eius infamiã audiuit,& nihilominus ad cũmunionẽ in die Paschę recepit, vt patet: qa non arcebat eũ ab ingressu ecclesiæ secundũ ꝓceptũ decretalis. Omnis vtriusq; sexus: cuius executio videtur pertinere ad curatũ, qui sibi omnia sacra exhibuit. vnde cùm curatus, cũ clericis ipsum comitettur, & efferat vsq; ad tumulũ, qui etiã prius in suã ecclesiã introducit, & cantat missam, & oblationẽ vbiq; recipit, quem nemo condemnat, nec curatus, nec offerens videt, ꝙ tutè possint eum recipere fratres. Sed quidam vident festucam in oculis fratũ: non autẽ trabem in oculo suo, mihi autẽ pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut humano die, vt dicit apostolus. Sic igitur aliqua sunt specialia circa manifestos vsurarios: quæ non sunt circa alios: & in morte, vt dictũ est,& in vita: sicut dicit extrà de vsuris. c. Quia in omnib⁹. lib. 6. 46 Quarta cõclusio est, ꝙ in raptoribus publicis,& violatoribus ecclesiarum est aliud speciale. s. ꝙ in vita non sunt admittẽdi ad pœnitentiã, quousq; satisfecerint, vel securitatẽ dederint: nec aliter in morte: quia etiã data in morte, qñ in sanitate dare noluerũt sepultura quidẽ concedit: sed clericus interesse prohibet: sub pœna depositionis,& prohibetur oblationẽ recipere, sicut habet extra de raptoribus. c. 2.

Ad argũ in oppo.

47 Ad argumentũ in oppositũ est dicendũ, ꝙ de offensa homo proximo non reconciliat per hoc, ꝙ sua ei restituit: sed per hoc, ꝙ supra hoc aliquid humilitatis exhibet. Et ita non sequitur, ꝙ restitutio sit satisfactionis pars: vt infrà specialiter videbitur.

QVAESTIO TERTIA.

De *eleemosyna*.

Thom. 4. d. 15. q. 2. & 2. 2. q. 32.

TERTIO Quæritur, vtrũ eleemosyna sit satisfactionis pars. Et videt ꝙ non: quia illud, quod est in præcepto non est satisfactorium, sed eleemosyna est hmõi. ergo. &c. 2 CONTRA in Dañ. dicitur: Pecta tua eleemosynis redime. 3 RESPONDEO, circa istam quæstionẽ videnda sunt septẽ. Primò ꝙ eleemosyna est potissima prima pars satisfactionis. Secũdò de eius necessitate. Tertiò de eius vtilitate. Quartò de eius distinctione. quintò quo ad materiã de quibus. Sexto à quibus danda. Septimo quibus danda.

1. Arti. Eleemosyna est pars satisfac. pœnale & dupliciter.

4 QVANTVM ad primũ sunt tres cõclusiones. Prima, ꝙ eleemosyna est pars satisfactionis: quod probatur, primo sic: Omne opus bonum pœnale est satisfactorium: sed eleemosyna est hmõi. ergo &c. Sed maior,& minor debent intelligi de eo, quod est pœnale in se: non respectu volũtatis. Dicit enim pœna dupliciter: vno modo quicquid est contra voluntatẽ, & hmõi non est satisfactorium: qa nec est virtuosũ, nec meritoriũ, dicẽte. Aug. ꝙ nemo inuitus benefacit, etiã si bonũ est, quod facit. Secundo modo dicitur pœna, quicquid est priuatio alicuius boni, quãuis placeat volũtati. Et talis pœna est satisfactoria: sed eleemosyna est hmõi: qa diminuit bona temporalia, & sic est pœnalis. ergo est satisfactoria.

2. Ratio.

Secundo sic: Iustitia humana est exẽplata à iustitia diuina sed secundũ iustitiã humanã satisfacit homo de offensa cõmissa non solũ per pœnã, quã sustinet: sed per redemptionẽ, quam exhibet. ergo secundũ iustitiã diuinã non solũ satisfacit homo per ieiuniũ, tanq̃ per pœnã, qua corpus affligit: sed etiã per eleemosynã, tanq̃ per redẽptionem, quæ exhibetur.

Notabile.

5 Vbi est aduertendũ, ꝙ patienti iniuriã satisfacit per pecuniã, non solũ soluta sibi: sed, quã quãdoq; recipere dedignat, vel non indiget, si alij detur de mãdato eius, qui eam recipit nomine suo. Et isto modo satisfit Deo per eleemosynã, quæ est opus, in quo aliquid datur indigẽti ex cõpassione,& ad honorem dñi, & non ipsi Deo: qa bonorũ nostrorũ non indiget: sed pauperi de mãdato eius ipsam recipienti.

Eleemosyna potissima pars satis.

6 Secũda conclusio est, ꝙ eleemosyna est potissima pars satisfactionis, qd' sic probat. Illa pars satisfactionis, in qua cõtinẽtur aliæ partes, est potissima: sed in eleemosyna virtute cõtinẽt ieiuniũ,& oratio ergo. Minor patet primò: qa eleemosyna eum, cui datur, cõstituit debitorẽ ad ieiunandũ,& orandũ,& ad faciendũ alia bona, ꝓ eo qui dedit. Et est intelligendum ista ratio non de debito legali;

legali: sed morali. Si enim facio tibi curialitatē propter alium,& contēplatione alterius,non te cui facio: sed solū illū,propter quē facio ,constituo mihi debitorē, si solùm cedit in illius vtilitatē: vt si procuratori in negotio dñi non suo propter dñm mutuo: & ipse se non obligat: in nullo mercor apud ipsum. Si autē facio tibi vtilitatem contēplatione alterius:negotiū tuū gero re ipsa:sed alteri⁹ ex intētiōe vnde vtrūq; habeo obligatū,si vtriusq; interfit. Alias illū,cui facio:qñ.s.alterius nō est negotium secundū veritatē,licet putarē esse illius,non istius. Sed hæc oīa habent locū, qñ gerit negotiū animo repetendi. Quādo autē animo dādi liberal'r, cuiuscūq; fiat amore:cui sic datur,non obligatur nisi debito morali,& sic est hîc: qa cùm eleemosyna datur liberaliter propter Deum,si etiā cùm hoc propter pietatē ad proximū : non propter hoc est obligatus pauper nisi moraliter ad retribuendū tēporaliter, vel spiritualiter. 8 Et si dicatur, donatio liberalis non est respectu remunerationis tēporalis,quā non intēdit eleemosynarius : sed respectu boni spiritualis,qd' intēdit. Dicendū,qd' non esset eleemosyna:sed simonia, si propter hoc vellet sibi aliū obligare efficaciter:sed si ꝓpter hoc intēdit, ꝙ alius ex bona affectione mouebit ad orandū,licet.Sed tñ alius nō obligatur,nec ex pacto expresso, quod non est: nec re ipsa: sicut in mutuo,vel huiusmodi:qa donatio liberalis non est contractus vltro,citroq; obligatorius. vnde nec in iudicio seculari,nec in foro cōscientiæ obligatur ex præcepto:nec esset pctū mortale talis ingratitudo:maximè, qa facta est propter Deū: & ideo non pōt esse perdita illi,qui fecit:cū Deus nunquā sit ingratus, etiā si iste, qui recipit,sit ingratus. 9 CIRCA secundum sunt tres conclusiones. Prima,ꝙ eleemosyna est in duobus casibus in præcepto:primò qñ is,cui est faciēda,patitur extremā necessitatē,sic ꝙ nisi tunc ei subueniatur in victu vel vestitu mortē,aut grauē infirmitatē berisimiliter incurreret:& iste,qui videt,nō habet istam necessitatē:sed superfluitatem quo ad ista.ideo diues epulo non subueniens Lazaro mendico sepultus est in inferno. Propter hoc beatus Dñicus libros suos,& omnē supellectilē vendidit propter famen pauperū.Palentiæ:quæ tū erant necessaria suo statui. Causa autē, quare eleemosyna sic est in præcepto.s.vt fiat de superfluo,& in extrema necessitate alterius est, qa charitas plus diligit vitā proximi, q̄ omnia bona tēporalia, & decentiā. Vnde beatus Martinus cum indecētia vestitus sui vestiuit pauperē. Et hoc est præceptū Ioan.Baptistæ:Qui habet duas tunicas,qd' est decētiæ,det vnā non habēti, quod est naturæ: qa extra paradysum non potest viuere nudus. 10 Secundus casus est ad subueniendū necessitati cōditionatæ,de hoc,qd' sibi ad hanc superfluit.Homo enim debet sibi velle ex charitate illud idem, quod proximo. Vnde contra charitatē faceret,si seipsum dehonestaret:qa crudelis est,qui famā negligit.Cōtra charitatē etiā proximi facit, si eius honestati de sic superfluo non subuenit. Ideo beatus Nicholaus vicino, qui dehonestare se voluit: prostituēdo filias subuenit, quāuis videret maior necessitas vitādi peccatū. 11 De primo dicit Ambrosius: Pasce fame morientē,quem si nan pauisti,occidisti. In naturalibus colūba,& turtur,& hmōi naturali pietate nutriunt alienos pullos.ff. de lib. agnos.l .Necare videtur partum,qui alimēta denegat. Quantū ad secundū in Nehemia, & Esdra quasi de mortali reprehenduntur Iudæi de hoc,ꝙ fratres possidebāt in seruos, & ancillas: dantes eis victū,& vestitū: quia non tenebant eos secundum decētiā sui status:cū essent liberi,& non serui: & de superfluo,quo eos tenebāt,vt seruos:poterāt eos tenere, vt liberos, vel mutuādo,vt Thobias Gabelo:vel dando, sicut fecit beatus Nicolaus , qui de sua abūdantia dedit proximo ad decentiā maritādi filias. 12 Secunda conclusio est,ꝙ sunt alij duo casus,in quibus eleemosyna cadit sub consilio. Primò ad supplendū alterius indigentiā quo ad benè esse.Si quis enim habet panem,& aquā,& vnam vestem transire pōt,sed non bene. Et talibus subueniri de his, quæ nec sunt omnino superflua, nec omnino necessaria: sed media, quibus potest iste sibi,& illi subuenire,est cōsilij,& perfectionis:secūdus casus est omnia relinquere ꝓpter Deum:de quo Matth.Si vis perfectus esse , vade, & vende &c. 13 Tertia cōclusio est,ꝙ sunt alij duo casus, quibus est in ꝓhibitio ne:primò ratione sui, qñ æqualiter indiget , vel plus in propria persona:qa ordinata charitas incipit à seipso, & amicabilia,quę sunt ad alterū,venerūt ex amicabilibus, quæ sunt ad seipsum. Et qd' dicit ex omni ligno paradysi comede,& miserere animæ tuæ placens Deo:sunt præcepta de conseruatione proprij subiecti. Et qui sibi nequam est,cui alij bonus erit: secūdus casus est si indiget pro suis. 1.Thi. 5.Si quis suorū, & maximè domesticorū curam non habet,fidem negauit:& est infideli deterior. Vnde Aug. Si quis vult filios exhæredare, & ecclesiā instituere, aliūquærat pro cōsilio,q̄ Aug.Vnde dicitur.C. de seruitu.& aquæ.l.Præsens. Absurdū est tuis agris sitientibus alios irrigare. Et hoc nisi alia ratio vtilitati publicæ cōtrariū suadeat:sicut vidua victui suo,& filij præposuit victū Heliæ dicentis: Fac mihi primò subcinericium panē: tibi autē, & filio tuo fac postea. Et quanuis propter verbū Helię speraret farinā non deficere:tñ etiā si sciret defecturā laudabiliter pro cōmuni salute poterat se morti exponere præferēdo vitā Heliæ,qui erat currus Israel,& auriga eius. Quia autē in vitis patrū cōmendantur duo iuuenes,qui inuēti sunt mortui fame nō tactis ficubus,quas aliis deferebant,credendū est,ꝙ speciali consilio Spūssancti hoc fecerūt. Alias fuissent homicidæ. 14 CIRCA tertiū sunt quinq; conclusiones. Prima, ꝙ eleemosyna liberat à morte æterna : non quidē morientē in peccato: siue facta fuerit ab eo in vita:quia si distribuero in cib.pau.&c. Siue fiat pro eo mortuo,qñ non est apud inferos inuenire cibos: sed liberat à peccato disponēdo ad contritionē peccati. Ignem ardentem extinguit aqua: & eleemosyna resistit peccatis. Item satisfaciendo pro eo Date eleemosynā: & ecce omnia munda sunt vobis:qa aqua cōpassionis lauat sordes affectiōis. Itē pseruat à peccato.Non te pigeat vestire infirmū.Ex hoc enim in dilectione firmaberis,& sic minus laberis:qa habitus augeī per actū. Itē qui porrigit manū statim erigit,si cecidit:& si non à casu præseruatur. Operi manuū tuarū porriges dexterā. Manus suas extendit ad pauperē.ergo ad Christū, quia quod vni ex minimis &c. Oēm autē,qui venit ad me, non eiiciam foras: imò cùm ceciderit, non collidet: qa dūs supponit manū suā. Item liberat à purgatorio,& faciet inuenire vitā æternā. Vt cū defeceritis recip.&c. 15 Secunda cōclusio est,ꝙ plus valet eleemosyna,vt dictum fuit suprà,q̄ ieiunium,& oratio:qa ad hæc obligat recipientē.vnde in vitis patrū dicitur in.2.lib.de abbate Lucio: Qñ dormio, illi pro me orant. Et sic dicit beatus Ludouicus in mari hora matutinarū.Et licet oratio reddat hominē Deo familiarē : tñ multorū oratio magis exauditur. Et corporalis excercitatio &c.sed directè eleemosyna est contra auaritiā.Ieiunio sananī pestes corporis: oratione pestes mentis:sed elcemosyna pestes mediæ circa exteriora. 16 Tertia conclusio est,ꝙ plus est eleemosynæ virtus ex affectu,q̄ censu: qa cum eleemosyna efficaciā habeat , vt patet ex dictis ex ipso faciēte inquātū est opus meritoriū,& ex recipiēte,inquātū obligat ad orādū pro illo,

Instantia.

Solutio.

Art.2. Eleemosyna duobus modis est in præcepto.

Nota.

2.casus.

Nota.

Beati Ludouici verbū.

Elemosyna simpliciter magis pensatur ex affectu,q̄ ex cēsu

illo, qui eleemosynā dedit. ideo si considereī eleemosynæ efficatia ex parte recipiētis,sic maior efficacia in maiori dato,cōsistit,inquantū per hoc plures,& magis debitores efficiunt.Ex parte autē dātis sic respectu præmij essentialis efficacia eleemosynæ magis pensaī ex affectu,q̄ ex dato. Sed respectu præmij accidētalis: vt puta remissionis pœnę,vel alicuius huius magnificaī efficacia eleemosynæ ex magnitudine dati. Qñq; tñ magnitudini dati præpōderat intētio affectionis. Potest eī tam intensa esse volūtas,ꝙ etiā oēm pœnā absorbet,& reatū: sicut & de contritione dicit: qa beneficiorū retributio fit secundum affectū: quod verū est in amicitia,& gratia. Sed iustitia effectū exteriorē cōsiderat. 17 Quarta conclusio est,ꝙ plus valet omnia simul distribuere,q̄ sigillatim.Sed circa hoc sunt duo errores extremi. s.vigilanti, qui æquat diuitias paupertati:& pauperū de Lugduno, qui damnāt diuites. Sed aduertendū, qd' dicitur. Si vis perfectus esse &c. 18 Quinta cōclusio est,ꝙ eleemosyna plus valet in vita, q̄ in morte. Vnde vsurarij in morte mādantes restitui,si tunc possunt per se restituere non liberātur:tum qa ad statim tenētur:tum qa non videntur habere perfectā volutatē:qa in legato, & in omni donatione causa mortis testator plus vult habere se, q̄ illum,cui donat:licet plus illum,q̄ heredē:quod patet qa vel tenet, q̄diu pōt, vt de legato, vel non abdicat sic, quin possit reuocare,si cōualescat, vt in donatione causa mortis. Vnde si vsurarius non caueat per talē cautionem , qui non possit pœnitere, non est verè pœnitens. Vnde & aliter sibi sepultura denegat: de vsuris.c. 2.lib. 6. Si autē sic exuat se, & innotescat creditoribus exonerando eos à prādo, qa fortè probare non potuerūt: aliās ipse non faceret, quod posset, tunc excusatur : qa parua hora est vsq; ad mortē,vel cōualescentiā. Et ex tunc etiā possunt exequutores etiā in vita eius procedere ad restitutionē. 19 CIRCA quartū sunt quinq, conclusiones. Prima,ꝙ diuisio eleemosynæ est in corporalē, & spiritualē.Et corporales sunt septem,quæ in his versibus cōtinentur. Visito,poto,cibo,redimo, tego, colligo, condo. Et sex primæ probātur in Euangelio Matth. qa de his examinādi sumus in die iudicij. De septima.s.de sepultura probaī in Thobia, Symeone,& Nicodemo.

20 Secunda cōclusio est de eleemosynis spiritualibus,quæ in his versibus cōtinentur. Cōsule,castiga,solare,remitte,fer,ora. Consule ignorāti, & dirige dubitantem. Intelligitur enim in hoc dupliciter spiritualis eleemosyna. Castiga delinquentē Solare.i.cōsolare tristem. Remitte delinquentibus in te. Fer.i.porta infirmitates aliorū,& grauamina. Ora pro omnibus. 21 Tertia conclusio est , ꝙ spirituales eleemosy poæferunt corporalibus ex parte dātis:qa qui alium docet,seipsum instruit.Item ex parte doni,qa spiritualia præcellūt. Tertiò ex parte animæ , qa plus est anima in æternū victuram pabulo verbi reficere,q̄ ventrē morituræ carnis terreno pane satiare: vt dicit Greg. in homel'. Cùm audisset Ioan.&c. 22 Quarta conclusio est,ꝙ ex his, q̄ dicta sunt, apparet, ꝙ ditiores sunt ꝑdicatores , quibus aurū,& argentū deest,& plus merenī canes lingendo Lazari vulnera, q̄ meruisset diues epulo dando ventri micas.Et cōuerso,plus peccat abscondēs talentū Dñi,scilicet,verbi,q̄ diues negans micas:qa animæ exuriūt vehementer.Et dicit̄ sanguinē eius de ma.t.requi.Iob.32.Si comedi absq; pecunia &c.Et qui ascōdit frumēta maledicet. Ne retineas uerbū in tpe salutis. 23 Quinta conclusio est,ꝙ cū medici visitant infirmos,aut aduocati defendūt pupillos, & doctores legū,docent inscios, quāuis non sit pctū,non tñ est eleemosyna:quia non faciunt ex cōpassione,& propter Deū : sed propter lucrū. Si autē hoc facerent propter Deum, & ex cōpassione,esset eleemosina,sed non spiritualis,sed corporalis:qa ille scientiæ lucrativæ sunt principaliter ꝓpter indigentias corporales supplēdas. Sed theologi docētes, vel cōsulentes , qui collectas non faciunt eleemosynas spirituales conferunt. Gratis,inquit,accepistis,gratis date.

24 QVANTVM ad quintū sunt quatuor conclusiōes. Prima,an sit faciēda de illicitè acquisitis: & primò quantū ad ea,in quibus dñium nō transferē: & competit repetitio:sicut est furtū,& rapina, certū est ꝙ non; qa species furti est de alieno largiri ꝓuer . Honora Deū de tua substātia. Eccl'. 34. Immolātis ex iniquo oblatio est maculata. Vnde prædonū publicorū oblatio non est recipiēda ad altare: & participat in crimine criminoso, qui scienter recipit: qa ille contractat rem alienā inuito dño cū cā donat,nisi in necessitate,in qua etiā super altare liceret accipere ad dandū, nisi habeat de suo. Quia si fur habet de suo, debet dare illud nō alienū. 2. Reg. vlti. Non offeram Deo olocausta gratuita.i. de alieno: qa satis habeo de meo. Vnde si fur haberet vnum panē furtiuum,& aliū propriū,nec esuriret,deberet morīēti dare suum non furtiuū. Non enim debet quis soluere debitū suum de alieno:sed de suo. Qū autē dicit̄,ꝙ necessitas facit omnia cōmunia,intelligit̄ quo ad debitum:ita ꝙ ille, qui sic, indiget, pōt accipere qui cquid occurrit:nō tanquā suū,sed tanq̄ sibi debitū:s. non sit præsens iudex,vel alius,qui sibi det. Cùm autē alius est præsens, ille fit debitor,qui videt eū:non autē absens,qui vide eum. Vnde de suo se liberet, non de alieno. Dico autē rapinā iniustam: qa in acquisitis in bello iusto transfertur dñium, & liber captⁱ fit seruus. Nō puto aūt hoc de Chr̄ianis ab aliis Chr̄ianis in bello etiā iusto captis:sed qñ ab hostib⁹ totius imperij capiunt:puta Saracenis, vel cōuerso.Tamen quantum ad inanimata, de vtrisq; fiunt eleemosy. Vnde Israel iuste spoliātes Aegyptios obtulerunt. Exod. 25.&. 35.&.iuste de præda mediā principes obtulerūt in donariis dñi.Numeri. 31. Ad istū autē casum possunt referri res inuētæ. Vnde de inuētione thesauri dicit lex Inst.de rer.diui. ꝙ si quis inueniat thesaurū in agro suo totū est suum . Si autē in agro alieno , medietas dñi , & medietas inuētoris. Sed ille,qui inuenit thesaurū absconditum in agro. Matth. 23. Voluit totū non partē habere. De cōsuetudine autē thesaurus vbicūq, inuentus sit,est principis. Et sic ille solus pōt facere eleemosynā. Et enim thesaurus vetus depositio pecuniæ, cuius memoria non extat. Similiter qa quod in nullius bonis est occupanti cōceditur gēmæ,& hmōi,qui a nullo perdita inueniuntur : qa occupatione fiunt inuētoris ad libitū eius dari possunt. Sed res perditæ inuētæ non acquirunt̄ inuento ri, nec etiā fisco:imo res perdiias debet seruare, & reddere dñis, si apparēt. Nec lucratur ipse dñis non apparentibus,qa habet alia stipendia, pro quib⁹ tenetur ad ista. Igitur de re perdita, & inuēta non pōt fieri eleemosyna ab inuentore;nisi qñ dūs non pōt inueniri. Tunc enim non debet sibi retinere,sed pro illis pauperibus erogare. 25 Secunda cōclusio est de illis , in quibus dñium transfertur:& tū cōpetit repetitio, sicut in vsura:de qua non debet fierit eleemosyna secundū quosdā:qa dñium non transferī,tum qa inuolūtariè datur,tum quia iniusto titulo accipitur. Nec enim nudis pactis sine traditione,nec traditione sine titulo trāsfertur dñium, nec sine voluntate. 26 Sed cōtra , qa non est plus de voluntario in metu, q̄ in vsura, qa ibi aliqñ est metus mortis,ibi non : aliqñ in vsura est iustus metus, & qui cadit in cōstantē virū. s.vt minus damnū eligat propter vitandum maius:vt puta,quia nisi recipiat mutuū sub paucis vsuris,perdet plus. Dato etiā, ꝙ non esset metus cadens in

5.Art.

Vsurarius mandans in morte restitui non liberatur.

Prædicatores plus merentur,q̄ diuites dantes eleemosynā

Art.4.

Christianus capt⁹ à Christiano:nō efficit̄ seruus, licet bene fidelis.

Multi dicūt cōsuetudinē esse iniquā. vide.s.t. 2.2 q.66. art. 5. ad.2. & contra legē thesauros instituere.diu.& C.de thesauris. l. vnica. &glo.14.q. 5.c. si quid.

Bonauen. dist.15.

No.suprà.q. 2.huius dist. ar.5.circa fi.

in constantē virū posset repetere: & si non edicto, ꝙ metus causa: tū conditione ob turpē causam, qa quotiēscunq, est turpitudo ſolū ex parte recipiētis habet locum illud edictū. Quando autē aliquis dat metu insufficienti, ipse est in culpa: sed alius in dolo, qui præpōderat culpæ. Item minus iustus titulus est in illo, qui extorquet aliquid metu mortis, q̄ in vsuraria extorsione. Itē minus iustus titulus est accipere pro vēditione spiritualium, q̄ mutui. Item meticulosus non plus cōsentit dare propriatatem, q̄ qui dat vsuras. Vterq; enim consentit, nisi mentiatur. vnde si illis casibus transfertur dñium, non obstante inuolūtario, & iniusto, multò magis in vsura. Prohibetur ergo de vsuris recipi eleemosyna iure positiuo, quādo vsurarius est manifestus: sed sic non prohibetur, nisi publica oblatio ad altare ꝓpter scandalū, quæ proberet, etiā si haberē aliunde. vnde redderet: & offerret rem non vsurariam. de vsu. c. Quia in omnibus. Ab hmōi ergo ꝓhibitionis trāsgressione excusant recipientes eleemosynā, primò si in occulto: secundò si ignoranter ꝓbabili ignorātia: de consti. c. 2. tertiò si non est manifestus: qa occultus etiā excōmunicat⁹ vitādus non est in publico. 27 Secūdò prohibetur iure naturali sic andē rem, quā potius expedit habere, q̄ extimationē daret: vel alias non haberet vnde aliunde redderet vsuras: qa natura æquū est neminē cum alterius iactura locupletari. ff. de cōdi. l. Nam natura. Ab hoc autē excusatur, qui ignorans recipit. Si tū postea sciat, tenetur, quantum factus est locupletior, & maximè in foro conscientiæ. 28 Secūdò excusaī, si aliūde habeat ille, qui & modicū dat pro Des, & multò plus lucratur iusta mercatione ꝑter vsuras. 29 Tertia excusatio est propria prædicatorū, qui à raptoribus, & excōmunicatis, & vsurariis pro victu, & vestitu, & libris, quibus aliorū negotia vtiliter gerunt, possunt recipere: qa pro vno denario, quem recipiunt ab eis, faciunt restitui. 10. vel. 100. Nulli enim alij procurant hodie fieri restitutiones, nisi prædicatores. Et talis frater prædicator, vel etiā confessor fecit restitui mille libras, qui nunq̄ ab eis recepit mil leobolos. Creditores tū regis libēter dant tertiā partem illi, qui procurat eis duas. Istis ergo licet sicut expresse habetur extrà de senten. excō. c. Cum volūtate. A Iudæis autē non licet recipere propter scandalū. Alias etiā non licet: qa dona iniquorū non probat altissim⁹, & postea. Qui offert sacrificiū de substātia pauperū &c. eccle. 34. Sed Pharisæi, & sacerdotes, qui decimant mentē, & rutā dicebant discipulis Chrlsti: quare cū publicanis, & peccatoribus māducatis, & bibitis: quare pictātias ab vsurariis recipitis? qui tū libenter ab eis accipiunt, quod possunt. 30 Solet autē dubitari de illis, qui in Hispania recipiunt ad firmā primitias pro tribus, vel quatuor annis à principio soluentes totū spe lucri tanta, ꝙ quasi semper lucrātur ferè dimidiū, & quasi nunquā perdunt, vtrū de his, sicut de vsura prohibeatur fieri eleemosyna. 31 Et dicendū ꝙ sic: quia in emptione redditū ad tēpus certū semper est vsura ex parte emptoris affectu, & effectu lucrantis: nisi qū virisimiliter dubitaī, vtrū plus, vel minus sint redditus valituri. Argumentū de vsuris. c. Nauigēti. §. Ille quoq;. maximè si sint redditus in pecunia, cuius precium non habet naturaliter variari.

Ab vsurario manifesto prohibet accipere eleemosynā iure positiuo, & naturali.

In tribus casibus excusantur.

S.T.opu.19 quotl'. 12.q 23.

Nota.

Dubium de cōtractu apud Hispanos.

Resol'.

32 De ludo autē alearū videī, ꝙ per ius positiuum non vetē aliquis facere eleemosynā: qa pœnale est, & rigidum cū regula cōmunis sit, ꝙ in pari causa turpitudinis potior est cōditio possidētis. Turpius autē, vt cōmuniter se habet perdens, qui consueuit blasphemare: propter quod vitandū prohibitus est ludus. Vnde videtur. ꝙ possit facere eleemosinā de lucratis in ludo: primò qñ est ludus concessus, vt causa solatij, vel cōuiuij. Secundò qñ non est fortuitus, sed ingenij excitatiuus, vt in scachorum ludo, vel roboris, vt in torneamētis: de cuius tñ lucro in publico non reciperetur oblatio. Tertiò, quando nondū est condēnatus restituere: qa si prius erogaue rit, pōt excipere corā iudice. Qñ autē traxit, vel per falsos taxilos, aut assecādo, aut aliter cōtra naturā ludi: itē ab eo, qui alienare non potuit, lucrē: itē postquā condē natus est, si faciat eleemosinā, tenē de suo restituere, vel perdēti in casu, vel parētibus. Nec obstat, ꝙ fur condemnatur ad duplū non obstāte, ꝙ satisfecerit arbitrio sacerdotis: qa ipse non condēnatur ad hoc, qd' iam soluit: sed aliud. Lucrans autē de iure naturali debet pauperibus perdētis de iuris positiui rigore. ergo si soluat, primò liberatur. 33 Et videtur verius, ꝙ qui lucratus est nunq̄ posit sibi retinere: qa turpis quæstus est: & cōtra rationē: nisi esset ludus rationabilis ad exercitiū viriū, & fructuosus, aliās nō prohibitus: sicut in his, qui in stadio currūt, & huiusmodi, qui agiliores, & fortiores fiūt. Vnde Dauit. 2. Re. 1. voluit filios Israel discere arcū. Sed nulla ratio est in ludo alearū, & taxilorū, & scachorum, & hmōi ociosis lucrari quicquā. vnde sibi retinere non potest: sed de iure naturali illi, qui consensit in ludū, & sic volūtariè perdidit, non tenē restituere: si pares sunt in turpitudine, vt qa nullus traxit aliū: qa in pari causa turpitudinis melior est conditio possidētis, & multò magis, si alius sit in causa. Si autem ex parte istius sit dolus: qa cupiditate lucri induxit alium, aut fraudulenter, & contra artē ludi fecit: in quo casu contra voluntatē dñi simpliciter tulit: tenē restituere iure naturali. Aliās non ei tenē, nisi iure ciuili. C. de relig. & sump. Sed hoc non ligat in foro cōscientiæ quouscq; homo sit cōdemnatus. 34 Si autē plus perdiderit, vel tantū, quantū lucratus est, videī nihilominus, ꝙ restituere teneaī: qa mox, vt lucratus fuit, pauperū debitor fuit, à quo debito non liberaī, nisi soluat. Et si illud idē perdidit, culpa sua fuit. Aliis videī, ꝙ qa nunc locupletior non est, amplius non tenē: qa non erat obligatus pauperibus ratione alicuius ab eis recepti, vel in eos cōmissi. Sicut etiā fiscus, qui turpia lucra aufert ab indignis: non videī, ꝙ teneantur vltrà q̄ facti sunt locupletiores: qa per hoc quæritur, nō ꝙ ipsi damnificentī: sed ꝙ turpiter nō lucrentī. Quod autem de fisco dictū est in foro cōscientiæ, tenet: in quo ipse turpia lucra ablata debet dare pauperibus: qa quāuis iure ciuili sint sua: tū quia iure naturali non plus iuris habet in eis, q̄ ille, cui aufert, non potest ipse retinere sibi plus, q̄ ille. 35 Tertia cōclusio est de eis, in quibus trāsfertur dominiū, & non cōpetit repetitio, nec retentio: vt sunt ille, in quibus est turpitudo ex vtraq; parte, vt in simonia. Hæc enim nō possunt repeti: qa turpiter data sunt, nec retineri: qa turpiter accepta. Vnde nō solum possunt: sed debent pauperibus erogari. Aliās ad fiscū pertinet ab indignis turpia lucra auferre. ff. de calumniatoribus. l. in hæredū. Sed sibi non retinebit: sed pauperibus dabit. 6. distinst. Corrupit iudicē, nisi de bonis ecclesiæ datū esset. Tunc enim illi reddendum esset. 63 Quarta cōclusio est de his, in quibus dominiū transfertur, nec cōpetit repetitio, sed retētio, vt in meretricio, & lenocinio, & histrionatu, in quibus est turpitudo dare, non recipere. Sed meretrix si immoderatè extorqueat per fallacias, & sortilegia debet restituere cū etiā donationes inter virū, & vxorum sint prohibitæ: ne mutuo amore se expolient. ff. de do. inter vi. & vxo. l. 1. Vnde multò magis dānanda est ad restituendū iuueni, quē decepit, & spoliauit tota substantia. Luc. 15. Et puerb. 8. Vnde. C. de don. inter virum. l. 2. milites nostros volumus à focariis fictis adulationibus spoliari. Et ꝙ miles possit repetere semper priuilegium est. Quia autem ipsa quæ

Verior opinio sed rigida, ꝙ lucrū tenetur restituere, vide Anth. Flo. 2. p. T. 1. c. 23. §. 3. & 4. q. 13. opiniōes doct. citat.

Nota.

De simoni. acquisitis.

De acquisitis in meretritio.

quæ fictis adulationibus extorsit, teneaī reddere, est ius cōmune in foro cōsciētiæ. Similiter si dedisset alienum, vt monachus, vel adolescēs non valens alienere. 2. Esdrę 4. Cùm fecerit furtū amabili suæ affert. Et ideo quidam irrationabiliter dicunt, ꝙ meretrix licitè potest retinere precium sibi datū à religioso: qa non plus debet valere alienatio facta ad turpes vsus, q̄ ad honestos: sed alienatio facta de alieno cōtra voluntatē dñi in eleemosynam non transfert dñium: sed debet restitui. ergo multò magis in ea, q̄ fit in turpes vsus: sicut est ista à non dño contra volūtatē dñi: imo omnino inuolūtarij: qa nunq̄ prælatus, nec conuentus hoc voluit. 37 De muneribus autē iudicū si sunt licita iure cōmuni, vt esculentū, & poculentū, quod infra paucos dies consumi pōt: licet de eo facere eleemosynā, sicut de suo: de aliis autē, quæ iustè recipit, & illicitè, si est sibi cōscius, ꝙ per se, vel per alium minas intuleritad crimen concusionis pertinet, & restitutiōi subiacet: & per cōsequēs de hoc eleemosynam facere non pōt. Si autē non tunc restitutioni non subiacet: qa aut ille dedit liberaliter, & sic donatio irredibilis: aut voluit eum corrūpere, & sic turpiter dedit. Vtroq; autē casu illi non debet, nec oportet restitui: sed potest inde fieri eleemosyna: imò & debet, si iudex corrupta intētione recepit. Et ita pōt esse, vbi corruptus ꝑ iuramentū tenebaī nullū munus suscipere. Si autē non est sibi cōscius, ꝙ corruptè receperit, nec illum concusserit, nec aliās prohibitus recipere: tunc posset inde eleemosynam facere. Ad crimen autē concusionis pertinet si ille dedit, putās se non aliter posse iustitiā obtinere, & iudex turpiter recepit preciū pro eo, quod debet gratis facere: & tenetur illi reddere, qui noluit iudicē corrūpere: sed à corruptione præseruare: & suam vexationē redimere. 38 QVANTVM ad sextū sunt quinq; concluſiones. Prima, ꝙ eleemosyna debet fieri ab habente plenarium dñium, & plenariā administrationē. Vnde nō à minore. 25. annis: nisi sit tam modica, ꝙ non videatur circunscriptus. Tutor autē, & curator possunt de eis deficientibus suis: qa possunt remunerare benemeritos pupillos: & magis pauperes loco Cbristi. Gal. 4. Quanto tēpore hæres paruulus &c. 39 Secunda cōclusio est, ꝙ vxor in multis casibus pōt facere eleemosynā, & alienationē sine licentia viri: primò ad vitandū damnum viri: sicut Abigail. 1. Reg. 25. qa mulier habet proprietatē in bonis cōmunibus, sicut & vir. Vnde si ꝓpter negligentiā, vel malitiā viri immineat periculū potest ipsa obuiare. Secūdò si sit lucratiua, vt dicit Raymūdus Talis enim mulier quasi virilis, & virago minus subest viro, q̄ aliæ. Tertio si vir sit fatuus. Tunc enim dispensatio domus pertinet ad vxorē: nisi aliter per superiorē fuerit ordinatum. Quartò si vir absens non posuit aliū dispensatorē domus suæ loco sui. Quintò si peregrinaturus expēsas taxaras dederit: tunc enim vxor si vult, sibi subtrahere potest pauperibus dare. Sextò de parafernalibus, quorū ipsa de iure habet dñium, & administrationem: q̄ uis deceat, vt & illorū viro gubernationē committat, sicut & suiipsius. Septimò de bonis cōmunibus secundū facultates suas, quantū redire debet ad eam vel liberos ratione eius soluto matrimonio. Octauo existenti in extrema necessitate, qa tunc omnia sunt cōmunia. 40 Tertia cōclusio est, ꝙ filiusfamilias de castrensi peculio, sicut & miles pōt facere eleemosynā. Dicit autē peculium castrense illud, quod acciquirit milles armatæ militiæ occasione militiæ: sicut Dauid de præda dñi mi sit senioribus. Itē de quasi castrāsi, vt aduocatus de aduentitio quo ad proprietatē: licet fortè secundū iura nō posset (aliās sic) & de profectitio in scolis in itinere modicas expensas faciens. Dicitur autē aduentitiū etiā, qd'

Irrationabilis oppinio aliquorum.

De muneribus iudicū.

6. art. 1. concl'o. A quib⁹ debet fieri eleemosyna

è linea materna aduenit, vel quomodocūq; aliter, q̄ primis illis tribus modis. 41 Quarta cōclusio est, ꝙ idem est de seruiēte, & seruo, nisi quo ad mercedem. 42 Quinta concluſio est, ꝙ monachus administrator potest facere eleemosynā, dum est administrator, nō tamen pōt legare in morte: qa tunc incipit esse non administrator: ita ꝙ non est dñs in morte. Vnde quod potest abbas viuus in sui præiudiciū non potest post mortem in successoris damnū. Clericus autē sicut potest superflua erogare in vita: sic & in morte potest testari de pecunia redacta ex præbenda, & fructibus in horreo cōditis, quod nō esset, nisi esset dñs, & de iure fructuarius, non solū vsuarius. 43 QVANTVM ad septimum sunt septē concluſiones. Prima, ꝙ eleemosyna est facienda non sibi: sed alij in tēporalibus, qa inter dantē & recipientē debet esse distinctio personalis: de præbendis. c. Si. Tamen suo collegio pōt dare, qa bona vniuersalitatis non sunt singulorū: & si ipse inde debeat recipere: sicut collator indulgentiarū lucraī eas. Vnde Paulus de collectis, quæ fiunt in sanctos eleemosynas facturus in gentem meam. 44 Secunda cōclusio est, ꝙ non debet dari pētōri, sed iusto. Dā misericordi, & non susceperis peccatorē: da quidē, vt foueatur natura, non culpa: da ribaldo panē non pecuniā, vt luxurieī. Bona bonis creata sunt: peccator autem non est dignus pane, quo vesciī. Sacerdotibus Pharaonis dabaī olim annona de publico: qa multitudo sapientū sanitas est orbis terrarum. Propter. 10. enim iustos pepercisset dñs pentapeleos. Vnde isti sunt vigiles, qui custodiūt ciuitatē. Vnde Læuitæ nutriebātur de bonis cōibus 45 Tertia concluſio est, ꝙ magis prædicatori. 1. Thi. Non alligabis os &c. &. 1. Chorin. 9. Dignus est operarius &c. Non solùm autē auditor teneī prædicatores alere: sed prælatus cuius filij lacte verbi nutriunī, iure præbet victū nutrici. Vnde Nabal negans benedictionem. Dauid, & sociis, qui custodierant gregē ciui fideliter percussūs est: etiā non audiētes tenent. Vnde illi de Sochor, & Phanuel cō triti sunt: qa negauerunt victum militibus dñi, qui eius hostes fugauerant cū tuba Gedeonis, & populū Dñi pro texerunt. 46 Quarta cōclusio est, ꝙ eleemosyna danda est pauperi, non diuiti. Ephe. 6. Vt habeat, vnde necessitatē tribuat patiēti. Et in Luc. Cū facis prandiū &c. Quod autē legaī canonicis, legatur nuntiis pauperum. Inuitare autē amicos non est peccatū, cū pertineat ad virtutē amicitiæ, quæ vult cōuiuere amico: sed nō est eleemosyna. Quod autē legaī pauperibus distribuendū est senodochio: nō habēti redditus saltē sufficiētes. Aliās non sunt pauperū, qui habēt victū prouisum, sed qui in certū. Vnde iniustè condēnaui priorē. Lugduñ. qui mē dictatē retinuit de legato sibi oblato; quod erat factum pauperibus de Lugduno. Lex enim illa. C. de emp. & le. l. Si quis ad declarandū, quæ tale legatū dat illis de hospitali, tanquā Pauperibus: intelligitur de illis, qui necesse habent victū, & vestitū quærere, nec possunt per seipsos. 47 Quinta cōclusio est, ꝙ magis est eleemosyna danda propinquo indigēti, q̄ alij. Vbi sciendū est, ꝙ non est facile determinare, cui magis est benefaciendū: vt dicit Phūs. 9. Eth. & hoc ꝓpter multas diuersitates boni, & necessarij. Tū hoc est tenendū, ꝙ magis est reddendum debitū, q̄ beneficiū impendendū, vt ipse dicit ibidem: nisi ex altera parte adsit maior bonitas, vel necessitas. Et ideo parētibus, & propinquis, & benefactoribus, & eis, à quib⁹ spiritualia accipit, magis debet homo eleemosynā facere, si indigeant: & cæteris paribꝰ melioribus magis, & magis indigētibꝰ magis. Et sic secundū has tres cōditiones debet in eleemosynis gradus cōstitui. ſ. secundum necessariū, honestū, & debitū. Assignare autē in singulis:

Monachus qñ potest facere eleemosynā, vide alium casum hîc in Dur. q. 8. &. S. T. q. 2. artic. 5.

7, Art.

Nota.

Dost. hîc, vt iustus sui est accusator.

Eleemosyna potius ꝓpinquo indigēti dāda, q̄ alteri. ſ. T. 2. 2. q 26. sed medium hîc. q. 2 ar. 6. q. 3. Hāc. q. tenebrosa aquā in nubibus aeris vocat glo. 86. di. c. non satis.

gulis:quãdo vnũ alteri præferatur, est impossibile:quia singulares cõditiones,quæ attendendæ sunt: sunt infinitæ,& non cadunt sunt arte. De his autẽ docet vnctio, & prudentiæ consiliũ. Sexta cõclusio est, q̃ magis est dandum pluribus, q̃ vni. Vnde Apostolus-1.Corin.13. S dis-
Qũo abũdãter dãda est eleemosyna. tribuero in cibos pauperũ. vbi dicit glo. q̃ plurali cautela docetur,vt nõ vni sed multis detur,vt pluribus prosit:nisi quando vni pro multis datur, vt procuratori.

48 Septima cõclusio est, q̃ abundãter est dandum. Vbi est aduertendũ,q̃ abundãtia eleemosynæ attẽdi potest,& ex parte dantis,& ex parte recipiẽtis. Ex parte quidem dãtis, cùm.s.aliquis dat,quod est multũ secundum portionẽ propriæ facultatis. Et sic laudabile est abũdantes dare. Vnde & Dñs Luc.12. Laudauit viduã, quæ de eo,quod dederat illi omnem victum,quod habuit,misit obseruatis his,quæ dicta sunt de eleemosyna faciẽda de necessariis. Ex parte verò eius, cui datur, est abundans eleemosyna dupliciter:vno modo, qa supplet sufficiẽter eius indigentiã. Et sic laudabile est eleemosynam abundanter tribuere. Alio modo, vt superabundet ad superfluitatem. Et hæc nõ est laudabilis. Ex his patet solutio ad argumentũ : qa eleemosyna non semper est in præcepto:& illa,quæ est in præcepto,est meritoria,& non satisfactoria.ideo &c.Quæstio quarta.

QVAETIO QVARTA.

De ieiunio.

To.4.*d.*15.*q.*3.*&.*2.2.*q.* 147.

QVARTO Quæritur, vtrũ ieiunium sit pars satisfactionis? Et videtur q̃ non,qa dicitur in Esa. Ieiunauimus, & non aspexisti,humilia.n.& nesc. sed nihil est satisfactorium, nisi qd' est à deo approbatũ,& acceptũ.ergo &c. 2. CONTRA, con-
tertimini ad me in ieiunio. 3 RESPODEO, circa istam quæstionẽ quinq; sunt videda. Primo,de ieiunij obligatione. Secũdò, de excusatione ieiunij. Tertiò de tẽporis obseruatione. Quartò,de fractione. Quintò, Vtrum totiẽs,quotiẽs homo sumit,frangat ieiunũ.

1.Art. 4 QVANTVM ad primũ sunt quinq; cõclusiones. Prima de eius diffinitione,& diuisione. Diffinit autem sic ab Isido.Ieiuniũ est parcimodia victus,abstinentiaq; ciborum. Non vti vnguento est de benè esse.

5 Diuiditur autẽ sic ieiuniũ, alius spirituale, puta à vitiis abstinere:aliud naturale ante cibũ: aliud morale sobriè sumere: & aliud ceremoniale solũ semel sumere.

6 Secunda cõclusio est, qũo ieiuniũ cadit sub præ-
Ieiuniũ est in præcepto iuris naturalis. cepto,& iuris naturalis, & positiui. Vbi est sciendum, q̃ quantũ est necessaria carnis castigatio ad cohibitionẽ à mortali, & ad eleuationẽ mentis ad spiritualia , quæ est in præcepto, pertinet ad ius naturale. Vnde ebrietas,& excessiua crapula est mortalis,vt in diuite Epulone, qui epulabatur quotidie splẽdidè: & per cõsequẽs non poterat Deo vacare:dicẽte Hiero.difficile est:imò impossibile,vt hîc ventrẽ,illic mentẽ impleas. Item cadit sub iure positiuo. Vnde eius trãsgressio sine causa est peccatum
Item iuris positiui. mortale,vt in Adam.Et olim anima,quæ se non afflixerit, peribit de populo. Quãdo autẽ fractio est cum causa non extoto sufficiente est venialis:vt in his, qui lẽgũt
Ieiuniũ non solũ sub pcepto hũano ẽ instituta in cõpletorio. Qñ est causa simpliciter sufficiẽs nulla est culpa,vt in necessitate:extrà de obser.ieiũ.c.1.
7 Item cadit sub præcepto diuino: prout est iniunctum in pœnitẽtia simpliciter quia sic est pars sacri. Sed prout iniungit ab homine extra foruũ cõscientiæ sic cadit sub p̃cepto humano:nec sic est satisfactoriũ: sed primo modo valet ad satisfactionẽ. Si est etiã iniunctũ in pœnitẽtia per modũ consilij non simpliciter:sed sic abstinere,q̃ semel tantũ comedat,& de talibus cibis tantũ est ab ecclesia præceptũ. 8 Sed cõtra istam cõclusionem arguit,qa de illo,qd' cadit sub cõsilio diuino eccle-
Obiect.1. sia non põt facere præceptũ vniuersale: puta, q̃ omnes teneant relinquere oĩa, & dare pauperibus, vel intrare religionẽ:similiter de eleemosyna,q̃ omnes teneãtur dare vltra decimã:puta dimidiũ,quæ sunt de iure diuino. ergo nec de ieiunio. 9 Præterea, plus castigatur
Obiect.2. caro cõtra luxuriã per abstinentiã ab actu carnali,q̃ per ieiuniũ,quo abstinet à cibo, Sed non põt ecclesia præcipere alicui sine culpa,q̃ non cõtrahat,vel q̃ debitũ non petat.ergo multò minus,q̃ ieiunet. 10 Dicendũ
Ad.1. B.T.hîc.q.3 ar.1.q.4. q̃ illud, quod est simpliciter volũtatis, ecclesia non potest facere necessitatis simpliciter,sed secundum quid,& ad tẽpus, & ex rationabili causa põt: sicut q̃ homo oret horis.& tẽporibus cõstitutis,quãuis determinatio nõ cadat sub præcepto diuino. Et similiter ieiuniũ cadit sub præcepto diuino,vt.s.homo domet carnẽ per sobrietatẽ: sed determinatio eius cadit sub præcepto ecclesiæ.

Ad.2. 11 Ad aliud dicendũ, q̃ quãuis ecclesia non possit obligare ad ieiunandũ semper : sicut nec ad continendum:tũ potest obligare ad ieiunandũ aliquãdo:sicut ad non nubendũ certis tẽporibus,& continendũ potest. Et sicut obligat ad decimas, quæ in veteri lege p̃cipiebãtur sic:& ad ieiunium,quod ibi erat sub pœna mortis.

12 Tertia cõclusio est de dispẽsatione:q̃ nullus authoritate sua debet soluere ieiuniũ: qa nullus est iudex in causa sua:si cõmodè potest haberi recursus ad superiorem. Dicit tũ Hostien.extrà eo.consiliũ,q̃ non sufficit licentia simplicis sacerdotis,si põt haberi episcopus:quia sicut absolutio à sentẽtia iuris non pertinet nisi ad episcopũ,qui & põt facere ius synodale, sic nec dispensatio in prohibitione iuris. Aliàs si non potest cõmodè recurri ad episcopũ: põt curatus dispẽsare ex iusta causa: puta infirmitatis,debilitatis,caristiæ,penurię,laboris,peregrinationis,& huiusmodi. Qd' ergo dicit decretalis, debilibus, & infirmis non præiudicet, intelligit non ipso iure sed dispẽsatiuè. Vnde nõ dicit,q̃ tales non ligent: sed q̃ eis non præiudicet. 13 Quarta cõclusio est de re-
Ieiunia ecclesiæ non põt redimi. demptione,de qua dicit Inno,q̃ ieiunia ab ecclesia instituta nõ possunt redimi pecunia,nec alio modo nisi causa,vel necessitas in ieiunãte subsit. Sed ieiunia voluntaria.i.votiua etiam sine culpa, quæ in ieiunãte subdit: dũmodo aliàs sit vtile redimi possunt authoritate superioris di.82.c.Vult.& c.Presbyter. & idẽ est de ieiuniis, quæ imponunt:ita de voto.c.1. 14 Quinta conclusio est de superfluo ieiunij:qa non est in p̃cepto dare pauperibus tãtò plus,quãtò cõmisit minus,q̃ aliàs:nisi paupere indigẽte: sed est in cõsilio:qa bona est eleemosyna cũ ieiunio, quæ sunt duæ aliæ orationis. Ideo Grego. cõsulit in homelia,qd' tibi subtrahis, alteri elargire. Et vnde caro tua affligitur, inde caro indigẽtis proximi recreet. 15 QVANTVM ad secundũ de excu-
Art.2. S T.hîc.q.3 &.2.2.quę. 147.art.4 ad.2. satione sunt octo conclusiones. Prima, q̃ excusantur aliqa propter etatẽ,vt non habẽtes vsum rationis:qui nullius præcepti iuris naturalis, vel positiui sunt capaces, nec per consequẽs ligati:sed qui eos regunt, debent eos ab hoc restringere, à quibus habet Christiana consuetudo:vt à carnibus in diebus ieiuniorũ,& hmõi abstineãt, sed non à bina comestione:qa non possunt vna vice tantùm sumere,qd' sufficiat. Vnde pueri excusant vsq; ad vigesimũ primũ annũ, etiã si ante peccauerint mortaliter.

Non

Non enim tenentur satisfacere cum destrutione naturę. Non autẽ coniugati excusant pro eo,q̃ indigẽt alimento pro generatione,sicut iuuenes pro augmẽto:quia diebus ieiuniorũ non debent vti illis actibus.Et quia sufficit semel in anno impregnare,& cùm in ieiuniis adhuc plus abundent semine, q̃ sit necesse. Circa tamen tertiũ septennium:quia quidã sunt aliis fortiores,relinquitur arbitrio confessoris de cõsilio medicinæ:quia cùm ieiunium fit principaliter propter carnis castigationẽ non mortẽ,de hoc est medici iudicare. 16 Secũda cõclusio est,q̃ ppter infirmitatẽ,aut debilitatẽ. Vnde Gregorius de cõsecra.di.5.Quadragesimale ieiuniũ non est soluendũ nisi necessitas infirmitatis cogat.Et di.3.Ieiunia legitima non sunt soluenda nisi grãdis necessitas cogat. Prægnãtes autẽ, & nutrices si probabiliter timetur de periculo earum,vel fœtus in vtero, aut pueri ad vbera,non debent ieiunare.Inno.idem dicemus in senibus, quod in infirmis,& debilibus. 17 Tertia conclusio est propter paupertatẽ. Vnde qui frustratim mendicant,excusantur: non autẽ cùm semel in die sufficienter reficiuntur pro die. 18 Quarta conclusio est propter laborẽ: qñ tenent dominis suis laborando seruire, vt serui, & rustici excusantur, si à dñis cogunt ad talem laborem,cum quo nõ possint ieiunare.Vbi autẽ voluntariæ laborant, tenent:nisi sit tantus labor,q̃ non cõpatiatur ieiuniũ, & sit necessarius propter victũ, & vestitũ sui,& suorũ, & non voluntarius propter cupiditatis lucrum.Qui etiã in conducẽdo pactũ ponunt,q̃ frangant ieiunium,peccant,nisi festinãtia operis necessarij requirat. Dico autẽ necessarij,vel ad diem festum, vel contra hostes,aut huiusmodi. Non tenet etiam homo mendicare,vt ieiunet, si sit contra natales suos sic indignè agi.

Vbi suprà ad.2.sed mitius determinat. 19 Quinta cõclusio est propter peregrinationem: qũ non patitur secum cõmodè ieiuniũ, & est necessaria, vt quia compellitur exulare infra certum terminum,vel ire in exercitũ, vel vltra mare in passagium propter crucem , vel si aliàs inciderint in hanc necessitatẽ sine culpa, quia propter ventum contrariũ oportuit stare supra mare,vbi non habuit sic necessitatẽ,vel hmõi. Si autem non tenẽt tunc peccant aggrediendo peregrinationem indiscretè.Si tamen indiscretè aggressa est peregrinatio non cõpatiens ieiunium, ne sit gerplexus, licitè frangitur,sicut quanuis propter culpam sit infirmus: durante tñ infirmitate non tenetur.Nihilominus cùm finis principalis ieiunij sit carnem domare,& ad deuotionẽ mentem leuare:quod aliquando plus est, q̃ peregrinari pedi tando bona causa potest esse dispensandi. 20 Sexta de cursoribus equitum quando trotant : quia labor multùm consumit de humido : quia nimis grauarentur vna vice ad sufficientiam sumere. ideo videntur excusati: non solũ sine tali officio non possunt viuere:qa tunc paupertas excusaret, sed etiã si aliter possent viuere,sed non æquè benè:quia aliud est de illis,qui ad certũ diem se locant, qui non debent se locare, nisi possint tunc ieiunare, si habent aliàs, vnde tunc viuant, & non solùm pro tunc,scilicet, pro alias:aliud de alio, qui locat se ad totum annum,& ad totale seruitium, qui si exciperet,q̃ nunquã tractaret in die ieiunij non inueniret,qui eum
Ministri nobiliũ,sicut& religiosorũ licitè possũt aliquid præ libare. reciperet. 21 Septima cuncluio est de seruitoribus nobilium, quia licet alias possint viuere, ex quo tamen licitum est se ad seruitium obligare,quæ ad debitũ seruitium exiguntur, tenentur facere. Vnde cùm non teneantur ieiunare vltrà nonan,nec tunc possint comedere: quia habent dominis seruire secundum illud.Lucæ. Ministra mihi tu autẽ comedes postea, vel quia habet encenium portare, & huiusmodi, quia non tenetur vsq; post ieiunare si ex hoc accipiat plenam comestionẽ vel facit aliquam prelibationem,vt postea comedat non est transgressor præcepti. Non tamen ex hoc, & est cursor,vel seruitor, hoc habet,sed ex hoc iustam causam habet, vt secum dispensetur propter hoc. Et multò magis, Nota. qui in refectoriis legunt,vel seruiunt: qa hora debita comedere non possunt,nec ipsi peccauerũt, vt ipsi diutius, q̃ alij abstinere teneantur. ideo merentur secum dispensari. Similiter nouicij, & iuuenes, qui habent alia grauamina,& grauia onera sustinere. 22 Octaua cõ-
Innocẽtius Ricar.Irub. de obseruatione ieiunij, & Hostiensis. clusio est,q̃ prohibitio viri mulierem excusat à ieiuniis votiuis, quia sine eius licẽtia vouere potest , sed ille potest irritare. Sed non sic est de ieiuniis indictis ab ecclesia, quæ æqualiter indicuntur coniugatis, & aliis. Sed propter viri scandalum esset cum ea dispensandum , sicut quidã dicunt. 23 Sed istud videtur esse scandalum pharisæorum, & per consequens contenendum si non vult vxorem ieiunare,nisi probabiliter timeretur infirmitas , vel debilitas. 24 CIRCA tertium de tempore sunt tres conclusiones. Prima, q̃ ad ieiunia
5.ar.1.conclusio. De obligatione ieiuniorum ex consuetudine. consuetudinalia consuetudo ipsa obligat , etiam si scriptura non dicat. Vnde.2.dist.in his rebus,in quibus nihil certum scriptura statuit mos populi,mos Dei,& instituta maiorum pro lege seruanda sunt. Et sicut præuaricatores diuinarum legum sic transgressores consuetudinum ecclesiasticarum cohercendi sunt. Si ergo consuetum est in aliqua diœcesi, quòd ieiunetur certo die, illi de diœcesi tenentur ieiunare, sicut & tenerentur, si episcopus indiceret:quia non refert,vtrum populus voluntatem suam declaret verbis,aut factis.ff.de legibus.l.De quibus.de consc.dist.5 .Ieiunia in ecclesia sacerdotibus constituta sine necessitate rationabili non soluantur. Consuetudo enim rationabilis,& præcepta obligat.dis. 12.c.Illud.&.c.Illa. & hoc quo ad indigenas. Alienigenæ verò si veniũt animo habitãdi , ex tunc liganẽ ad ieiunia consuetudinario,sicut & scripto. Si autẽ transeant solũ per terram, non ligantur consuetudinibus, nec statutis:tñ tenẽtur non scandalizare. Vnde occultè comedere possunt secundũ morem terræ suæ, sed non publicè:quia si esca scãdalizat fratem meũ, non mãducabo in æternum.Vnde Aug. interroganti pro matre respondit. Ambr. Cùm Romam venio Sabbato ieiuno. Cùm Mediolani sum,non ieiuno. Sic & tu ad quencunq; ecclesiã veneris,eius morẽ serua,si cuiquã non vis esse scandalũ: nec quenquã tibi.Vnde ex illa responsione videntur accepti versus. Cùm fueris Romæ,Romano viuito more.
Cõsuetudo laicorũ non ligat clericos, nec ecõuerso. Cùm fueris alibi,viuito sicut ibi. Tamẽ videtur,q̃ consuetudo laicorũ non licet clericos,nec secularium religiosos: quia distincti sunt modi abstinentiæ inter hos tres status. Et plures abstinentias habent clerici, q̃ laici , & religiosi,q̃ seculares. Vnde non oportet,q̃ ad ieiunia illorum ligentur, quorũ etiam consuetudinibus à suis ieiuniis non absoluuntur secundũ illam regulam iuris.
Nota rõnem Quem non honore,non onero. Vnde illorum, cum quibus viuit, mores seruare debet. Sed specialis ratio quare clerici non tenẽtur ad ieiunia laicorum est:qa plebescita non ligabant senatores,quousq; consentirent:qa inferior superiori legẽ imponere non potest: similiter nec consuetudinem. Instit.de iure naturali. Plebiscita.i.plebis sancita,vel statuta.Quia tũ non quilibet tenetur alterum non scandalizare.ideo vbi est consuetudo ieiuna
Casus, i quo laici, nõ autem religiosi obligantur. re in festo sancti Marci à laicis sequentibus, & clericis facientibus processionẽ, siue lætaniam maiorem à Grego.institutã: religiosi sicut nec ad processionem, sic nec ad ieiunium tenentur, sed publicè propter scandalum non debẽt bis comedere. 25 Secũda cõclusio est, q̃ econuerso vbi est ieiuniũ iure indictũ: consuetudo,q̃ pualet iuri excusas,licet generaliter dicat,q̃ cõsuetudo,

quæ est cõtra sanctos canones non excusat: quia verum est,qñ per alios canones in se, vel in simili non fulcitur. Sic autem est de ista. Vnde di.4.c In istis tẽporibus.&.c. Statuimus.dicit,ꝙ canon Thelesphori Papæ,ꝙ clerici à Quinquagesima ieiunẽt: qa moribus vtẽtium approbatum nõ est: aliter agẽtes trangressionis reos non arguit. Excusantur ergo à ieiunio, & carniũ esu indigenæ prouinciæ, vel diœc. vbi non ieiunat etiã à viris morigeratis,in vigiliis Iacobi Bartholomæi,& Mathiæ: quia multi religiosi bis comedũt,quãuis Decretalis dicat in generali omnes vigilias apostolorum ieiunandas nisi vigilia Philippi,& Iacobi,& Barnabę:quia tempore paschali,& Ioannis Euangelistæ:quia in crastino natiuitatis Domini: non autẽ si ribaldi,& mali, licet plures numero, qui nec certa ieiunia seruant:quia non est cõsuetudo ratione obtenta,sed corruptela. 26 Item excusantur alie nigenæ,quãuis in terra eorũ ieiunetur,ex quo venerunt animo remanendi:quia sicut tenentur ad ieiunia terræ, quam inhabitant,sic etiam non tenentur ad ieiunia:ad quæ prius tenebantur. Et sic matri Aug. licuit Sabbato non ieiunare Mediolani: qusi cum filio venerat habitare. Sic & Ambrosi. quanuis esset Romanus. Qui autem transitum facit per terram, sicut non obligatur ad ieiunia illius terræ,sic non liberatur à ieiuniis, & abstinentio terræ suæ:sicut Iudæi remanserunt obligati ad legalia quousq; post mortem Christi ceperũt ligari ad Euangelica sacramẽta. Tunc enim in speciali primõ fuerunt soluti à lege antiqua. 27 Tertia conclusio est de Quadragesima,de qua certum est,ꝙ cadit sub precepto: tum propter generalem cõsuetudinẽ Christianorũ: tum propter ecclesiæ statutũ:de consẽ. dist. 5. c. Quadragesimã.vbi dicitur,ꝙ quatuor dies præcedentes sunt additi propter numerũ complendũ: quia subtractis Dominicis restabant ieiunandi solũ. 36. dies, qui sunt decima totius anni. Duo autẽ dies primi consuetudini relinquuntur,quo ad esum carnium,& ieiuniũ, de hoc de cõse.di. 1.c.Solent. Item di.4.c.Statuimus. 28 Item ieiunium quatuor temporũ est in præcepto, quæ accipiũtur secundũ illos versus.

Dant Crux,Lucia,Cinis,& Charismata dia.
Vt sit in angaria quarta sequens feria.

Nam feria quarta propter hoc,qa illa die venditus est Christus:feria sexta,qa mortuꝰ:Sabbato,qa in sepulchro 76.di.c.Ieiuniũ. & per totũ. 29 Itẽ vigiliæ solennes sunt in precepto:vt natiui.Christi,& precursoris:nõ autẽ decollationis. Assumptionis virginis:non autẽ natiuitatis,nec purificationis,& apostolorũ omniũ, de quibus suprà exceptis. Vbi autẽ Iaco.& Bar.& Mathiæ ieiunatur,ibi ligat: vbi non, ibi absoluit. Si enim decretalis celebrationẽ festi cõmittit consuetudini:pari ratione & ieiuniũ eius. Et intelligitur de festis principalibus apostolorum,ꝙ vigilia ieiunatur. Rogationes sunt necessitatis secundũ glo. Sed præter diem tertium consuetudini relinquatur. Vnde Romæ comedũtur carnes. In Gallia non,sed ieiunaẽ. Quia autẽ sint in præcepto, videtur de cõse.di.3.Rogationes. Melius tñ consuetudini relinquitur:nisi qñ consuetudo reprobaẽ,sicut de illis, qui in die cœnæ nõ ieiunabãt, qd' reprobat de cõse. di.3. Nõ licet,& sequenti. 30 De aduentu dicit Papa,de obser.ie.c.2.Ieiuniũ apud nos agitur in aduẽtu. Vnde videtur ieiunium deuotionis,& nõ necessitatis:in Dñica nõ est ieiunandũ quasi ex debito. Vnde qñ festum habens vigiliam euenit feria 2ª, Sabbato p̃cedẽti ieiunaẽ: de obser.ie.c.1.&.2.Nec cõsuetudo põt facere, ꝙ hõ teneatur die Dñico ieiunare. Põt autẽ ligari ad ieiuniũ quis aliis diebus festiuis,sicut in festo Marci,in vigilia Ascensionis,& Penthecosten, quãuis sint tẽpore festiuo. Vndę & multi religiosi ieiunãt in die natalis: nunq̃ tñ in die Dñica,inter vigilias etiã cõputatur,ꝙ sit in præcepto illa oĩm sanctorũ. 31 QVANTVM ad quartũ de fractione sunt tres cõclusiones. Prima,ꝙ ieiuniũ frangitur notabili horæ anticipatione sine causa. Dico autẽ notabili, nõ de illa,qua notatur species gulæ. Dico etiã horã nonã omni tẽpore in Quadragesima, & vigilia Paschæ expectari. Nec oportet tunc expectare vesperã diei sed officij:vt.s.anteq̃ celebret vespertinũ officiũ, nõ edatur. Nec oportet, ꝙ simus Iudæi ieiunates vsq; ad vesperam,vel noctẽ, qui sumus filij lucis: licet tardius debeat edi in Quadragesima,q̃ in aliis ieiuniis:nisi fortè in Sabbatis ordinũ:in quibus etiã aliqui ante prandiũ dicunt vesperas: sicut in Quadragesima post officiũ vesperarũ ante horã vespertinã:licet edere,ex quo constat,ꝙ nona transiit: sic in aliis ieiuniis post officiũ nonæ ante horã nonæ:dum tñ cõstet horã sextę trãsiisse,vel esse. Põt autẽ dispẽsari,vel propter lectionẽ, vel propter debilitatẽ,vel propter iter,vel propter alias iustas causas,& propter hospites,sicut in tertio lib.in vitis patrũ dicit, ꝙ senex quidam ante horã canonicã refectionis hospites prandere coegit. 32 Secũda cõclusio est,ꝙ frãgitur p esum carniũ,& in Quadragesima ab oĩbus,quę sementinã trahunt originẽ,vt à caseo,& lacte,butiro,ouis,& hmõi abstinendũ est. Et grauius soluit ieiuniũ comestio carniũ, q̃ aliãs bina comestio. Helyas enim qñ ieiunauit,carnes nõ comedit:sed tunc qñ mane, & vespere edebat. Semel comedere est angelorũ, bis hominũ frequẽtius brutorũ. Christus autẽ non comedit carnes nisi agni. Daniel etiam qñ ieiunauit,caro non intrauit in os eius. Nõ oportet ecõuerso tñ semp ieiunare,qñ à carnibus abstinetur. Feria enim sexta à carnibus abstinetur excepto solo nata li,qñ in feria sexta cõtingit: & tñ nec festum assumptionis, nec oĩm sanctorũ excipitur. 33 Itẽ in Sabbato à carnibus abstinere iubet decretũ: qd' consuetudine abrogatum est in multis locis: & in Francia à natiuitate vsq; ad purificationẽ, cuius causa reprobata est:qa beata virgo in partu nõ doluit: & p cõsequẽs nec carnibus indiguit. In Prouincia,& Lõbardia in aliquibꝰ terris nõ abstinẽt. Monachi verò oĩm tpe secundũ decretũ debẽt à carnibꝰ abstinere,nisi Gallici,q hoc dicunt indultũ à Papa:quod nõ credo. Lacticinia in aliis ieiuniis à Quadragesima non sunt interdicta,nisi cõsuetudo habeat abstinere:quã vbiq; in ieiuniis seruandã censent Aug. Hieron y. & Ambro. Vnde cui iniunctũ est ieiunare simpliciter non habet nisi à carnibus abstinere: sed põt cũ potagio pingui,& lacticiniis,& ouis vti. Britones autem,qui in Quadragesima vtũtur butiro, vidẽtur excusari:qa in illis,in quibus ecclesia dispẽsare potest, si scit, & dissimulat,dispensat. Si tñ ita dissimulat,ꝙ nec puniat excõmunicãdo,nec prohibeat verbo. Multa quidẽ per patientiã tolerant:quæ si deducta essent in iudicio non toleraren tur. Si autem ecclesia,quæ tenẽt ad correctionẽ fraternã, nec puniret, nec corrigeret facto, participaret in crimine. Nam & si simplicem fornicationẽ,& huiusmodi non puniat prædicat tñ illicitã. Vnde cũ ecclesia illud sciat, nec eos prohibeat,nec prædicet eos malè facere:& si aliud priuilegium non habeãt, excusantur. Vnde quidam populi quibusdam auibus in Quadragesima vtebãtur. Sed in Lateranẽsi concilio fuit prohibitũ, & ex tũc cessauerunt. 34 Tertia conclusio est, vbi bina comestio est,frangit illorũ. s.quæ cõmuniter sumi solent in cibũ,vbi etiã fructus,vt cerasa,& pira,& nuces computantur:qa in loco refectionis sumuntur in prãdio, & cœna. Herbæ etiã,quia sancti patres radicibus herbarũ vtebantur. Ab his etiã Adam abstinere debuit,& hæc sola ante diluuium in cibum sumebãtur. Excipitur autẽ cùm causa medi-

Vbi non est consuetudo non tenetqs ad ieiunium in vigiliis apostolorũ.

Nota

De ieiunio aduentus super hoc vide God.quotl'. 12.q.11.

Arti.4.1.cõ. cl'o. Idẽ tẽes f.T.suprà.ar tic.7.contra Martinũ de tẽpe.q.3.de ieiunio. In tellectũ. f.T ẽre in ãtho. p.4. tit. 4.c. 4.§. 5. In a- liis ieiuniis, q̃ Quadrage sima licet e- dere añ no- nã. 2.cõcl'io Cõestio cardiniũ grauius soluit ieiuni um, q̃ bina comestio. Christus nõ comedit car nes, nisi agni. De cõse. dis. 5.c.quia dies, Galli non peccãt comedentes carnes agni Sabbato;

Britones excusanturvté tes butiro in 40. contra Martin.q.2. cõtra.13.de ieiu.

Nota contra Mart. vbi suprà. q. 11.q in multis cõ tradicit. Ele ctuaria quo soluunt ieiu nium.

ca medicinæ sumunt. Tunc enim non soluũt ieiuniũ ecclesiæ,sed naturæ. Itẽ electuaria:dico autẽ omnia hmõi quæ consueuerũt,sicut species sumi post prandiũ ad adiuuandũ digestionẽ:etiã si ex talibus confecta sint,quæ per se in cibũ sumi cõsueuerunt: dũmodo sint alterata, sic per decoctionẽ, vel confectionẽ, ꝙ iam non in cibũ, sed in cibi adiutoriũ ab vtentibus cõmuniter sumuntur vt in dactilis,& nucibus confectis,& pignolato. Dactilis autem simplex ieiuniũ soluit: cum hoc solo fructu palmæ patres quidã viuerent in Aegypto. Potus etiam antè,& post non soluit:qd' intelligo,qñ non cõficitur ex esibilibus: vt vini, & aquæ, vel qñ conficitur, non tamen consueuit sumi in cibum,vt potus ceruisiæ. Quando autem conficitur ex illis, quæ cõsueuerũt sumi in cibum, vt amigdalatũ,& brodiũ,& hmõi, quæ etiã ante cibum sumuntur. Secus fortè est in pureta,quãuis posset dici,ꝙ huiusmodi brodia, etiam quæ ante cibum sumuntur,ꝙ propter præparationem ad cibum sumuntur.

35 Quod autẽ seruitores nobiliũ gustant aliquid ad faciendũ probationẽ de toxico,vel coqui ad probandum cibum:quia non sumũtur per modum nutrimenti nulla est fractio ieiunij,etiam si transglutirent. Si quis etiam non ꝓpter famen, vel voluptatem, sed timore, ne fortè deficiat præ anxietate ficus, aut puretam, aut aliquid huiusmodi prælibaret per modũ medicinæ,sic non est fractio ieiunij 36 QVANTVM ad quintum,vtrum totiens frangat quis ieiuniũ,quotiens comedit vltra vnam vicem:sunt tres opiniones. Prima opinio est,ꝙ sic:qa est præceptũ negatiuũ:hoc autẽ obligat tam per,& ad semper. ergo &c. 37 Nec valet solutio, quæ datur ab aliquibus, ꝙ verũ est de præcepto negatiuo iuris naturalis, non positiui, quia ieiunium quadragesimale licet sit ad instar ieiunij Christi:non tñ ex præcepto Dei,sicut ieiuniũ Adæ in paradyso: sed ex præcepto ecclesiæ: & tñ ita soluitur, si frangatur secunda die: sicut si prima, & æqualiter die quacunq;. ergo prohibitio positiua non impedit, quin frangatur: ita per tertiã, & quartã comestionẽ, sicut per primã. 38 Secundò ꝓpter intentionẽ legislatoris de domãdo carnẽ, contra quam æqualiter fit per tertiã,sicut per primã,& plus. Et si dicatur,ꝙ per vnam comestionẽ quãdoq; plus fouetur caro,q̃ per quatuor. Verum est, sed hoc est per accidens, nec cadit sub arte:sed per se loquendo cæteris paribus quanto sunt plures comestiones, tanto plus deordinatur concupiscẽtia carnis, quod est contra intentionem præcipiẽtis ieiunium. 39 Tertiò,quia non minus tertia,vel quarta,quàm prima. 40 Nec valet solutio, quã aliqui dant, ꝙ omnes habent rationẽ vnius pluralitatis prohibitæ: qa aut illud intelligitur, ꝙ nisi omnes simul cõcurrãt non est fractio ieiunij:& tunc secunda comestio non solueret: aut sic ꝙ indifferenter quælibet soluit,sed non est nisi vna solutio:& tunc sicut secũda soluit:sic tertia,& quarta. Et est inconueniens,ꝙ vbi sunt diuersi actus,quorũ quilibet est æqualiter transgressio præcepti, ꝙ non sint plura peccata distincta.

41 Nihilominus nec rationes sic cõfirmatæ cogũt. Prima non,qa in Quadragesima quot sunt dies, tot sunt ieiunia: & tot possunt esse fractiones:sed vnius diei non est nisi vnum ieiunium: & per consequens nisi vna fractio vnius rationis. vnde est secundũ intentionẽ vnum. Vnde nec quotienscunq; ponit morsellũ in ore, dicitur frangere ieiuniũ,quod tñ oportet.et. Vnde iste est obligatus ad ieiunandũ isto die semel:& non obligatus ad ieiunandũ pluries eodẽ die: quia nec potest nisi semel ieiunare in die. Vnde licet ieiunare implicet negationem pluriũ comestionum: tñ quotcunq; sint : vna est fractio ieiunij: quia non est nisi vna fractio vna die. ideo sicut vnius oculi non sunt plures cæcitates:sic nec vnius ieiuni plures fractiones. 42 Ad secundũ dicendum, ꝙ lex illa. C. de leg. l. Non dubium. est in legem cõmittere eum,qui verba legis amplexus,contra legis vtitur voluntatẽ:intelligitur de intentione,& volũtate legis,quę respicit substantiam actus,non finem:quia finis ecclesiæ ieiunantis est meritũ,& satisfactio,quæ non cõsequitur, qui in mortali ieiunat: & tñ se liberat:& talis intẽtio est hæc de carnis domatione. Sed intentio respiciens substantiã facti est abstinere à secunda comestione,& à carnibus. vnde per quodlibet horum duorũ facit ieiuniũ. vnde si in secũda comestione comedit carnes,est duplex fractio vnius ieiunij: quia vni opponũtur duo secundũ diuersas rationes oppositionis: si autẽ comederet tantũ semel carnes, esset vna fractio: si etiam comederet tertia vice carnes:non esset noua fractio, vt videbitur.

43 Tertium etiam solubile est:qa licet sit probabile,ꝙ in contrarium assumitur inter id, quod est de se malum,& inter illud, quod est malũ,quia ꝓhibitũ. Vnde si vsufructuarius caueat se vsurum arbitrio boni viri:totiens cõmittitur stipulatio,quotiens abutitur: siue malè vtritur:quia hoc est de se malum : & tenebatur benè vti etiam si non cauisset. ff. Vsufructuarius quemad.ca.l.1. §. habet. item. ff. de verbo.ob.l.si fit stipulatus. Econtrario autẽ dicit. ff. de le.in.l.fideicõmissa. Si quis decem alicui reliquerit: & si perdidisset, rursus ei reliquerit: non amplius,q̃ semel si perdiderit esse præstãdum: quia non est ista restitutio ex delicto hæredũ,sed solũ ex beneplacito testatoris. vnde sequitur ibidem, nec si sæpius perderit, ei restitui debeat. Nihilominus tñ quia illud ibi exprimit,& non hìc. ideo ista solutio continet petitionẽ principij. Posset ergo dici,ꝙ tertia comestio non minus opponitur vnicè,q̃ secũda. & ideo si tertia inueniret obligationẽ ieiunij,sicut secunda,frangeret sic tertia, sicut secunda,sed non inuenit:quia secũda comestio, quæ est fractio primæ, transfert obligationem ieiuuij ad alium diem, vt statim dicetur. 44 Secunda opinio est totaliter huic contraria: & licet sit probabilior,habet tamen rationes solubiles. Prima,ꝙ non duplicatur dies,& ꝙ semel fractum iterum frangi non potest : potest solui per illud, quod dicitur. ff. de furtis. l. Ei qui habet furti actionem. assidua contractatione furis non magis actio furti nascitur:& hoc non quin fur qualibet cõtractatione furtum cõmittat:sed quia non plus interest domini per vnã, q̃ per multas: & si semel restituaẽ res æqualitas iustitiæ facta est quo ad hoc: ita & hìc cùm non sit obligatus nisi ad ieiunium vnius diei. Si etiã illa die multotiens frangeret: puta comedendo secundò carnes ꝓpter hoc non esset obligatus nisi ad vnum diem, nisi confessor iniungeret sibi pro peccato aliũ diem: qui etiam posset aliam pœnitentiã iniungere, sicut & pro peccato:qd non est trãsgressio ieiunij benè ieiuniũ imponit pro pœnitẽtia. Secũda etiã,ꝙ ad ea, quæ frequẽter accidunt iura adaptantur. vnde qa cõmuniter comeditur bis non ter, vel quater. ideo secunda comestio frangit, non tertia,nec quarta. Sed istud non cogit:quia si lex præcipit: Non mœchaberis. multò magis peccatũ contra naturã insolitũ:imò tunc sequerẽr, ꝙ non frangeret ieiuniũ comedendo fructus, qui aliquando extra horã prandij comedũtur,nisi per cœnam ordinariam,& consuetã:quod nullus dicit. Et si prohibeẽ id, qd' est licitũ, & consuetũ. multò magis id,qd' est inordinatũ: comedere autẽ plus, q̃ bis est puerorũ,& iumentorũ: sed bis est hominum: semel angelorũ. Sic igitur, qui habent regulã sancti Aug. quibus est insolitũ aliquid extra horã alimentorũ sumere per nullã extraordinariã sumptionem frangent ieiuniũ ecclesiæ. 45 Præterea sunt multi,quibus con-

Ad.2.

Ad.3.

Durand.hìc q.11.& Marti.q.5.suprà fol. achillis eorum.

2.Ratio. Du.

Solutio.

Solutio rationũ de Neapoli. Ad.1.

Articl.5. An totiẽs qs frangit ieiuniũ, quotiẽs comedit. Opinio.1.q̃ est io. de Neap. Vide Godefre. quotlib.q.13.

suetudo est plus, q̃ bis comedere: sicut operarij in æstate cõmuniter. ergo saltem illi tertia comestione frangerent. 46 Tertium argumentũ. De his, qui per se sunt mala, quorũ quilibet actus obligat: & talia ꝓhibentur iure naturali: sed illa, quæ per se non sunt mala: sed qñq; bona, quæ prohibentur iure positiuo: vt hîc taliũ quilibet actus non obligat. 47 Hæc ratio non valet, quia tertia comestio moderata, non est de se mala, cũpossit beneficeri, & ab infirmo, & à puero, & à viatore, & à paupere: cùm tñ id, quod est de se malũ, à nemine sit faciendũ. Et iterũ præcepto ecclesiæ etiam vsuræ, & fraudes, & multa de se mala prohibentur. 48 Et ideo est tertia opinio, ꝙ illa tertia comestio, aut est præter intentionẽ, aut ex intentione. Si præter intentionẽ: sicut quia intendit cœnare, & quãuis sint ibi multi Morsselli, & multi actus exteriores: non tñ est nisi vnus interior, & sic vna comestio reputatur ab vnitate ordinis exterius, & vnitate intentionis interius, & sic vna fractio, & vnũ peccatũ: licet grauius, q̃ de vno morsello: sicut si multi ictus in vna verberatione dãtur, reputatur vna iniuria: & vnũ damnũ dicit, & vna actio iniuriarũ, & legis Aquiliæ oritur secundũ iura nõ plures. Si etiã aliquis non aduertens de ieiunio comederet in mane: si quidẽ scire tenebatur, ꝙ esset ieiuniũ non excusatur à fractione ieiunij: non tamen tenet tota die postea ieiunare: cũ iam sit obligatus ad alium diem, vt statim dicetur. Et si quidem non liceret sibi plus comedere, nimis grauaretur: nec cũ toto hoc esset verum ieiunium propter anticipationem nimiam. Sed si non tenebatur scire: non reputatur fractio ieiunij. vnde ac si esset ieiunus, potest illo die ieiunare, quia ieiunium homini indictum non soluitur nisi per actum humanũ, qui requirit intentionẽ, & deliberationem veram, vel interpretatiuã. Si autẽ tertia comestio ex intentione processit: aut fuit intentio contemptatiua, aut obeditiua: si contẽptiua: puta quia ipse sciens iam fregisse se vellet etiam de nouo frangere: etiã si nondum fregisset; non ideo quia intendat alio die ieiunare integre: tunc propter actum exteriorẽ non esset fractio ieiunij: nihilominus tñ propter interiorem est æquale peccatum: quia æqualis contẽptus: sicut qui cognoscit vxorem propter voluntatẽ idem facturus cũ alia cõmittit adulterium: & si non propter actum exteriorem: tamen propter interiorẽ: & est æqualis contemptus. Posset etiam ad hoc induci dictum Iuristarum, qui dicunt, ꝙ iurans de calumnia, totiens peierat, quotiens calumniã committit in causa: quia calumnia importat contemptũ, & malitiam intentã. Si autẽ fuit intẽtio obeditiua: quia recolens se comedisse secũda vice: fortè propter incautelã videns sibi impossibile illo die pfectè ieiunare: cogitans ꝙ alio die integrè ieiunabit: si sic comedat ne duobus diebus, vel vno cum dimidio habeat ieiunare, non videtur frangere. Et licet propter hoc posset adduci lex per simile, quæ dicit, ꝙ qui promisit stare sententiæ arbitrij sub pœna: prima vice conueniens incidit in pœnam: non autẽ amplius. ff. de arbi. l. Si duo. §. penult. Et generaliter vbi est mera pœna: semel tantùm committitur, non totiens quotiens. Tamen sequendo rationem tantũ, istud videtur dicendum, ꝙ quia ieiunare propriè est abstinere ab omni comestione non vna: postquã per culpam suam bis comedendo factum est sibi impossibile ieiunare illo die: ex tunc obligatus est ad integrè ieiunandũ alio die: quia duo sunt arbitri præcepta precipientis solui certa die, scilicet, solui, & certa die. Si igitur illa die non fuerit solutum: alia die est soluendum. ff. de arbi. l. Celsus. imo etiam quando ieiunium est in vigilia alicuius sancti: quia non potest ieiunari ex debito in illa, si sit Dominica ex hocipso tenetur homo ieiurare die præcedente. s. Sabbato. Sed vbi homo propter æquipolés, vel maius grauamen: licet culpa sua accidens non potest ieiunare: puta propter infirmitatẽ, quam culpa sua habuit: non propter hoc conualescens tenetur ieiunare. Sic igitur, quia non erat obligatus ad ieiunandũ, pluscquã vno die: cùm ex illa hora, qua fecit impossibile illud ieiuniũ illius diei: translata sit obligatio ad alium diem: ex tunc non frangitur ieiuniũ, qd non est. Vnde patet solutio quorundam non bona ad istud, quod modo tangitur. s. ꝙ illud, quod non est, frangi non potest. Dicunt enim, ꝙ præceptũ manet integrũ, & obligatio eius, & dicitur frangi ieiuniũ per transgressionem præcepti: quia licet præceptũ in se maneat integrum, & obligatio: non tñ quo ad illum diem: quia iam est translata, nec per præceptũ erat ipse obligatus ad ieiunandum, nisi vno die. Si autẽ teneretur ieiunare residuum illius diei, & cum hoc alium diem esset plus. Nec potest dici, ꝙ peccatum suum obligeteum ad ieiunium, nisi sibi imponatur plusquam ad aliam pœnitentiam.

49 Si quæratur iuxta hoc de illo, qui vouit non bibere vinum: an totiens frangat votum, quotiens bibit vinum. Videtur distinguendũ, an vouerit in perpetuum, an certo die. In primo casu totiens quotiens, in secundo non: nisi ex contemptu fecerit, sicut prius. Quod probatur primò per simile in casu oppositio: quia quando sunt indulgentiæ perhemnes sine diei, & tẽporis præfinitione tunc totiens homo eas lucratur, quotiens vadit: siue eodem die, siue diuersis. Sed quando sunt tẽporales, ad certos dies videtur intentio, ꝙ qui non potest venire vno die, venire alio vsq; ad octauam, vel quindenam. vnde veniens pluries in die non lucretur nisi semel: ita & in proposito. Idem etiã patet per rationem tactam: quia qñ est votum perhemne non potest dici, ꝙ vna die sit finita obligatio illius diei: vel ꝙ obligatio transeat ad aliã: qa omnes dies erant in obligatione æqualiter: & sic non liberatur ad obligationem illius diei: propter quod quotiens bibit, totiens ieiunium frangit. Et sic procedit ratio dicentium oppositũ. s. ꝙ est obligatus ad non bibendum omni hora diei: verum est simpliciter, qñ est votũ perhẽne. vnde quacunq; hora bibit, & totiens quotiens facit contra promissum. Sed qñ vouit non bibere certo die: vouit non bibere qualibet hora illius diei: supposito, ꝙ in priori non biberit. Sed quia votum eius intelligitur secundũ iuris interpretationẽ, ex quo vna hora vinum bibit, obligatus est ad non bibendum alio die, & ex tunc illo die non est plus ligatus. vnde &c.

40 Per idem ad tertiũ de illo, qui contra votum simplex: de virginitate cõtrahit matrimoniũ: quia consumando matrimoniũ, frangit votum: non autẽ postea debitum reddendo: qa ad hoc tenet, qa nemo peccat legis authoritate scd'm Augu. sed petendo, & exigẽdo totiens peccat, quotiens exigit: quia non põt dici, ꝙ ex quo per didit virginitatẽ, ꝙ translata sit ad aliã diem obligatio, in quo integrè seruetur: qa omni tẽpore æqualiter tenebatur: & idẽ debet soluere sicut primò, vt saltẽ nõ petat, qd' est ei liberũ. Sed si homo voueret: ꝙ in perpetuũ in Sabbatis cõtineret, nõ propter hoc prohiberet matrimonium cõtrahere: nec ꝓpter hoc oporteret vxori votũ exprimere: & de obseruantia pactũ facere: nihilominus si Sabbato vna vice peteret: & sic sibi impossibile obseruãtiam faceret: ex hoc ipso ad cõtinendũ illo die obligat' nõ esset: sub qua spe si iterũ peteret debitũ votũ minimè frangeret. vel põt distingui in duob' casibus, quo ad votum tẽporale non perhẽne: quia aut non expressit certũ diem, sed vouit semel, vel bis in septimana abstinere à vino, vel coitu: & tunc trãsfertur obligatio ad aliũ diem: nec per primam transgressionẽ frangitur: aut expressit diem:

Videt similiter. S. T. quotli. 3. q. 29.

Gode su. De vouente nõ biberevinum.

Resolutio. q per distin. 5

Sol. rationis aduersariorum.

Ad arg. de voto virginitatis.

Nota.

Alia solu.

3. ratio Dur.

Solutio.

3. Opinio q̃ videt docto.

Nota.

Iuristæ.

Ex his patet & sequẽtib' q. doctor tenet opinio Durandi.

Resolutio. Docto.

Frangens ieiunium illo die de oblitus, sed non alio.

diem: puta, ꝙ Sabbato abstineret à coitu propter beatam Virginem, vel feria sexta à vino propter Christi actum: & tunc per primam fractionem non transfertur obligatio ad alium diem, in quo non subest illa causa: se tenetur residuo diei abstinere faciendo, quod potest. vnde tunc totiens frangit, quotiens multiplicat actum illum. Solutio ad argumentum patet.

QVAESTIO QVINTA.

De *Oratione*.

Thom. 4. d. 15. q. 4. & 2. 2. q. 88.

QVINTO Quærit, de oratione, vtrũ sit satisfactionis pars. Et videt ꝙ non: qa nihil est satisfactoriũ, nisi qd' est pœnosum: oratio aũt est delectabilis. ergo &c.

2 IN Contrariũ est Aug. in litera.

3 RESPONDEO, circa istam quæstionẽ sunt videnda tria. Primò de necessitate, & obligatiõe orationis. Scd'ò de modo. Tertiò, de effectu. 4 QVANTVM ad primũ sunt sex cõclusiones. Prima, ꝙ in generali oratio cadit sub ꝑcepto triplici Príõ sub illo quo homo tenet Deũ sup oĩa diligere, & sibi debet honorẽ impẽdere. s. latrię: cui' actus est oro. Latria antè est seruitus debita, & gratuita. 5 Scd'ò, rõne, qua tenet diligere se ip̃m, nõ minus in anima, q̃ in corpe. Vnde sicut tenet per se mẽdicare, si aliter nõ posset, & sibi necessaria corporis optare: sic sibi necessaria animæ debet optare, & à Deo mẽdicare per orationẽ, q̃ est petitio quærentiũ Deũ. Nõ aũt est decẽs, ꝙ Deus det spũalia, nisi desiderãti, & petẽti, & postulãti. 6 Tertiò ex charitate proximi, qua tenet sibi optare, & ꝓcurare bona aĩæ: non tñ corporis. Est aũt orare, postulare. Vnde & aduocatos dicimus oratores, & orationes vocãtur postulatiões. Et postulare scd'm leges est desideriũ suũ, vel amici in iudicio coram iudice ꝓponere, vel exponere. Non est autẽ iure naturali, vel diuino determinatũ, qñ, qũo, & quantũ debet horare Deũ: aut pro indigẽtia sui, aut ꝓximi, nisi ꝙ pro se maximè qñ sentit se in mortali habet orare. Nec tñ semper tũc non orãdo peccat: qa aliter põt ei succurri. Similiter ꝓ pctõribus, maximè est orandũ. Sed nec est certũ, qñ: qa possunt aliter iuuari, q̃ per orationẽ meam.

7 Secũda cõclusio est, ꝙ in speciali sunt quædã orationes per ecclesiã, & ꝓ cõsuetudinẽ determinatę. Primò quantũ ad oẽs laicos viros, & mulieres, q habẽt vsum rationis: qa aliter nõ sunt obligati ad aliquã legẽ, plusquã bruta: qa tenent oẽs ad audiendã missam in diebus Dñi cis integrè: de cõsc. di. 2. c. Missas. Idẽ videt de vtriq; vesperis, & cõpletorio ꝓpter cõsuetudinẽ. Item, de diebus festiuis clero, & populo, vt corruptio vnius sit generatio alterius. Propter hoc enim vocat ab operib' mũdi, vt insistatur operibus Dei. ps. Vacate, & vi. &c. Vnde de cõsc. di. 2. Qui in die solẽnitatis intermisso ecclesiæ cõuentu ad spectacula vadit excõmunicetur, quod nõ fit nisi pro pctõ mortali. Est autẽ ecclesię conuẽtus ad missam, & ad vesperas, & ad sermonẽ, qñ tũc fit. Vnde etiã ad illum tenentur. Qui vos spernit, me spernit. Ab hoc autẽ non excipiunt serui plus, q̃ liberi: aut ancillæ plus, q̃ Dñæ: imò seruus, & ancilla ita debent qescere, sicut dñi & Deo vacare. Peccant ergo mortaliter, qui non audiunt sine causa iusta: sicut qui vadũt ad spectacula. Nec peregrinãtes excusantur, si cõmodè possunt. Sed quia oportet aliquẽ domi remanere: ꝓpter hmõi possunt famuli, & ancillæ excusari. Item, videnr obligari ad orationem Dñicam, & salutationem Angelicã, & symbolum fidei: quia ista sunt fidei rudimẽta, & quasi principia, quæ omnem discipulum habere oportet. Nec ꝓpter hoc oportet scire Euangelia, quod est perfectorũ discipulorũ, non simplicium

8 Tertia cõclusio est de ordinatis in speciali. Non est autẽ autenticũ, ꝙ corona clericalis obliget ad septem Psal. nec ꝙ minores ordines ad officium de beata Virgine, vel huiusmodi. Tamẽ qa per hoc diuino cultui ascrĩbuntur ad aliquid plus tenentur, q̃ laici. Et quia etiam gaudent priuilegio clericali, quandiu ipso gaudent beneficio: debent recompensare aliquo spirituali seruitio. Vnde & benè deceret episcopum aliquid eis spirituale iniungere. Vnde nec infantem debet tonsurare, sed maiorem, qui iam possit aliqd deuotè dicere. 9 De ordinatis verò in sacris dicunt Doctores eos teneri ex præcepto ecclesiæ ad oras canonicas, quæ sunt septem, iuxta illud. ps. Septies in die laudem di. tibi. de celeb. missc. Dolentes. Si autem non habent Breuiarium, nec possunt hãbere emendo, vel commodando excusantur. Sed si emũt libros legales, medicinales, & Phisicos: imo etiã theologos nõ excusantur: quia potius Breuiarium, quàm Bibliam emere debent: si aliâs habere nõ possunt. Si autẽ nesciant officium addiscant ipsum, & plus Psalterium, quàm Philosophum. Aliâs non excusantur: imò imperita culpæ annumerantur. 10 Quarta conclusio est de religiosis profesis clericis, qui eodem modo ligantur: quia vt ministri ecclesiæ de bonis ecclesiæ sustentantur, & mendicantes: quia vt sunt portio cœtus ecclesiastici, & collegium approbant ad cõmunes ecclesiæ oras, sicut cæteri obligantur. Nouitij etiam licet non sint religiosi, nec in sacris obligantur: tamen quia vt ministri ecclesiæ de bonis ipsius substẽtantur: sicut dicit de cretalis de sententia excommuni. Religioso. capitulo vltimo. quia quanuis non sint religiosi, antequam religionem tacitè, vel expressè sint professi: tamen qui manus iniiciunt in eos violentas nihilominus incidunt in canonem: etiam si non sint clerici à corona: clerici licet à corona monachali, vel nulla, vt conuersi. Item conuersi ad officium diuinum obligantur secundũ modum sibi taxatum: non ad oras canonicas, quæ sunt tantùm clericorum- 11 Quinta conclusio est de beneficiatis: de quibus idem dicendum est: ita tamen, ꝙ beneficiatus dicitur quicunq; habet beneficiũ propter officium spirituale, qd' respicit ipsum diuinũ officium: quia si quis ab ecclesia habet redditus pro officio matricularij, vel huiusmodi, q nec est clericus, nec in choro recipitur, non tenet. 12 De illo autẽ, qui propter magisteriũ habet redditus ab ecclesia, siue magister in theologia, qui habet fructus vnius præbendæ, aut magister in grãmatica, qui habet expensas, si propter hoc non venit ad chorum, non videtur teneri. Si autem venit ad chorum, videtur teneri saltem ad illam horam, in qua distributionem accepit non simpliciter, qui eiusmodi sunt: qa non habent simpliciter beneficiũ, & ad vitam, sed ad tẽpus. ideo non videtur simpliciter obligati: sicut nec clericus canonici, q assóciat eum in choro, & comedit in mẽsa eius nullos speciales redditus habens, nõ videt teneri: ex hoc solũ, ꝙ bonis huiusmodi ecclesia sustentat: nec illi, qui habent præbẽdas victus corporalis in monasteriis, siue precio, siue dono. 13 De illo aũt, qui habet duplex beneficiũ ꝓpter quorũ quodlibet tenetur, an teneat ad dicendũ duplicatũ officium per se, vel per aliũ videt distinguendũ: qa aut tenet illicitè, & tunc qa nullum ius habet in altero, non reputatur habere nisi vnũ beneficiũ, nec per cõsequẽs propter illud tenet ad officiũ aliquod directè. Indirectè tamen potest teneri, quia defraudat Deum seruitio sibi debito. Et propter hoc tenetur ad restitutionem seruitij subtracti: aut possidet eã iure fori, & iure poli. s. ex causa rationabili: dispensan-

Non est iure diuino, aut naturali determinatũ, qñ, & quantum oportet orare.

Oro nes iure positiuo sũt determinatę

Ad q̃ obligãtur simplices s. t. etiã hîc. q 4. art. 1. q. 3.

De ordiatis ad qd tenent

Dist. 91. per totũ, & de cõsc. mis. c. 1. & s. t. hîc vbi sup̃à.

Nota.

De religiosis ad q̃s horas teneant.

De nouiciis

De cõuersis.

De beneficiatis.

Doctor theolo. qñ tenet.

De habente duplex beneficiũ hac. q. pulchrè determinat. S. T. quotli. 1. q. 13.

te eo,qui pōt:& tunc non tenet:qa illa causa recōpensat aut tenet illicitè iure poli:licet licitè iure fori:& tunc videtur ex quolibet obligat⁹, & sic per se,vel per alium dicat. 14 Nec obstat, q̄ sacerdos non teneat ad officium triplicatū:qa sacerdotiū includit præcedētes ordines licitè iure poli. Nec p̄ hoc impedit alius,qui est diaconus tantū, vel subdiaconus reddere Deo debitū pensum seruitutis,q̄ iste est sacerdos. Hic autē Deus defraudatur indebitè vno seruitore. Vnde tenet recōpensare. Q̄ū verò vtroq; modo licitè locus est gratificationi:vt.s. eligat,secundū cuius ecclesiæ ritū officiū dicat:qa indifferēter alterū sufficit. 15 De illo autē,qui nullos fructus capit, videtur dicendum,q̄ si non est in pacifica possessione beneficij,nec per eum stat,q̄ non tenetur. Si autē est in possessione,vel per eum stat,tunc tenet:ar. de præben.c.licet episcopo. Si autē est receptus,& per eum stat,q̄ fructus non recipiat: quia non vult ibi facere residētiam,vel primā,vel aliam:nihilominus reputatur beneficiatus multò magis,q̄ si non possessionē haberet:sed per eum staret. Si etiā per eum non stat:& tā fructus habet,& distributiones quotidianas,sicut & canonicus reputatur beneficiatus:& etiā si distributiones nō habeat, sed præbendam. Item si distributiones non percipit,nec præbendæ emolumentū ad præsens, sed recipere expectat in futurum:est autē receptus in canonicū, & in fratrem verum beneficiū habet. Vnde & obligatus est ad officium,quia vocem in capitulo habet, & statum in choro. Et si postquā præbendā adeptus est totum emolumentum perderet obligatus remaneret:si tamen verus canonicus esset:quia si desinat esse canonicus per irregularitatē,vel aliter ex toto,quia non omnis irregularitas ipso facto deponit,tunc definit teneri. 16 Sexta conclusio est,q̄ de omnibus, qui ad horas canonicas tenentur,videtur,q̄ ad horas de beata virgine teneant de consuetudine:sicut habet ecclesiæ cōsuetudo generalis,quæ ligat,sicut iusscriptū. Item ad vigilias defunctorū sicut habet consuetudo suæ diœc. aut suæ ecclesiæ. Et similiter celebrare totiens,vel pluries,sicut consuetudo ecclesiæ suę,vel capellæ,vel seruit⁹ fundationis habet. Simil'r etiā postquā decrepiti sunt,& vsum rationis pdiderūt obligari desinunt. 17 Dicunt tā quidā omnes quocunq; iure obligatos ad horas,& per consequēs obligari ad missam omni die dicendā, vel audiendā: quia ꝓpter vnumquodq; tale,& illud magis:horæ autē sunt propter missam, & ad illas propter illam eliguntur. ergo &c.

18 Sed contrariū dicunt alij:qa non inuenitur obligatio expressa. Vnde cùm dicat de priuilegiis.c.vlti.li. 6.q̄ episcopi itinerātes super altare portatile:vbiq; possunt facere celebrari, cùm non deceat eos aliquā diem transigere sine missa : vbi supponit eos non obligari ad quotidianā missæ auditionē, nisi ex decentia, & multò minus alij ex debito obligantur. Nec sequitur,si oræ ad missam ordinantur,q̄ obligati ad eas ad missam obligentur. 19 QVANTVM ad secundum de modo orandi,sunt quinq; cōclusiones. Prima est,q̄ oratio,aut est priuata,quā quis pro se facit:aut publica,quæ faciendā ministris ecclesiæ incumbit. Publica ergo, qa non fit solùm pro se: sed etiā pro aliis. ideo non solū debet esse mentalis,sed vocalis,vt per orationē voce expressam:alij ad deuotionē excitentur,& ad continuandū. Et propter hoc cantus ab ecclesia instituti sunt. Vnde Aug. dicit de seipso, q̄ flebat vberrimè in hymnis,& cāticis suauecantantis ecclesiæ vocibus vehementer affectus. Sed oratio priuata,quam quis pro seipso facit, potest & voce,& sine voce fieri:secundū q̄ magis orantis animo suppetit. Sed tamen orationi vox adiungitur propter quatuor. Primò, vt homo excitet seipsum verbis ad orandū deuotè. Secundò, vt intentionē custodiat, ne euagetur. Tertiò, ex vehementia deuotionis in orante vox sequitur. vnde & cùm mens orantis per deuotionem accenditur in fletus,& suspiria,& iubilos, & voces incōsideratæ prorumpit. Quarto propter debitum iustitiæ:quia Deo,cui per orationem reuerentia exhibetur non solùm mente, sed etiam corpore seruiendum est. Et ideo non excusantur prælati audientes, & non dicentes, sicut principes seculares faciunt sibi dici: nec clerici in choro audientes, & nihil dicētes:sicut conuersi, & laici: vt in eis verificetur illud. Sicut populus,sic erit & sacerdos. Oratio enim indicitur laicis audienda, istis autē dicenda. Vnde ad illud,quod tenetur dicere,non sufficit quantuncunq; deuotè cogitare. Cantus autē non debet esse trāgedicus:vt dicitur. 93:dist. Cantantes. contra illos, qui dicunt motetos in festis: nec cum instrumentis, & organis, & aliis corporeis, sicut dicit Thom. secunda secundæ de laude Dei:ne audientes magis ad lasciuiam,quàm ad deuotionem excitentur: quod est contrarium fini orationis.

20 Secunda conclusio est de diuturnitate orationis:quia cùm in oratione præcipuè attēdatur orantis deuotio.ideo tantū debet oratio extēdi,quantū orantis deuotio pōt protendi. Ideo si multū potest protendi,& oratio debet esse diuturna,& prolixa. Si autē prolixitas,vel diuturnitas fastidiū parit:non est vltra protrahenda: de consec.di.v. Non mediocriter,melius est septē Psal. decantare cum puritate,& spirituali hylaritate,q̄ totius Psalterij modulatio cum tristitia. Cæteris ergo paribus crebra oratio melius valet. 21 De plixitate igitur orationis exempla sunt in Christo, in Arsenio, in beato Dominico,qui pluries pernoctabāt in oratione. De crebritate cū Bartholomeo, qui centies per diem, & cēties per noctem flexit genibus orabat. De attētione,& deuotione in monachis Aegypti , qui , vt dicit in vitis patrum, nec ositabant, nec spuebant psalmodizantes.

22 Tertia conclusio est de continuitate orationis: quia licet non semper actualiter debeamus orare:tñ in virtute semp orare debemus:qa, vt dicit glossa ad Thessaloni. Non cessat orare,qui non cessat benè agere. Eleemosyna etiā in sinu pauperis exorat. Horis tñ,& temporibus cōstitutis orare debemus, ne intentio nostra frigescat. Vnde tenentur surgere ad matutinas , quicunq; tenentur dicere eas:quia tenentur eas dicere tēpore suo,qd' est de nocte. ps. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Vnde horam non licet præterire,nec anticipare: vt nomen sit consonū rei, nisi ex causa. Et secundū hoc possunt accusari, vel excusari, qui dicūt matutinas in sero: quia si hoc faciunt, vt plus dormiant, vel propter aliam non licitā causam accusabiles sunt: si autē propter breuitatem noctiū, & solennitatē officij: vt quædam ecclesiæ faciunt excusabiles sunt. Quod autē Hugo dicit, q̄ ante horam orare prouidētia est,post negligentia,in hora obedientia,intelligendum est,qq̄ hoc fit ex rationabili causa:quia quod iuris est de toto ad totum, & de parte ad partē. Vnde si toti ecclesiæ licet præuenire horam ex causa rationabili. s. vt deuotius dicatur, vel propter processionē, vel synodū,aut alia agenda:sic propter prædicationem, vel studium, vel timorem occupationis superuenientis:licet anticipare:cùm etiam presbytero propter agriculturam liceat in mane simul dicere omnes oras:de cele.mis.c. 1. Item debet esse continua,id est,non interrupta, vel diuisa vocaliter quantùm ad vnam horam:quæ vno contextu dicenda est:non aliis occupationibus intercidēda. Petrus verò perseuerabat pulsans.

23 Quarta conclusio est de attentione: quia debet esse attenta quantū ad verba,vt impleatur præceptū,nec ad hoc deuotio interior requirit: quā purus homo imperare non pōt,sicut,nec in vtero baptizare. Vnde studiosè & deuotè,sine syncopa & festinatione,& garrulatione,loco & tpe dici debet. Itē quantū ad meritū debet esse attēta ad illum finē vel sensū habitu vel virtute,nō actu:qa impossibile est,sicut de cunte ad sanctū Iacobū. Itē quantū ad dulcedinis experimentū debet esse attēta actualiter, qa operatio nō habit⁹ causat delectationē. Attēdiatio autē signū est defectus latriæ, qa virtus facit delectabiliter operari. Euagatio autē spōtanea,cui⁹ causa fuit illicita,pctm̄ est:illa autē quæ ꝓter intētionē & ꝓpter occupationē licitā pcedentē pctm̄ non est. 24 Sciendū igit q̄ ad orationē sicut ad qd'libet opus bonū pōt requiri duplex attētio:vno mō,vt oratio habitētiōe ꝓcedat:alio mō,vt attētio cōtinuè cōcomitet oratiōnē. Prio mō requirit attētio ad orōnē tā publicā q̄ priuatā: non solū quidē ꝓpter meritū,sed etiā ad vitandū pctm̄,qñ oro dr̄ ex pcepto. Primū patet sic,q̄ nullū op⁹ meritoriū est nisi ex intētione ꝓcedat. Aliter eim̄ nō est opus humanū,cū hō sit hō p̄ rōnē & volūtatē. Si ergò oro debet esse meritoria:oportet q̄ ꝓcedat ex intētione. Simil'r si vitet trāsgressio pcepti,qa ꝓceptū dat hoibus: ideò oportet q̄ nō ꝓcedat ex sola imaginatione,qa cōis est nobis & brutis:sed ex deliberatiōe q̄ requirit attētionē. Non requirit tñ q̄ attentio cōcomitet actual'r totā orōnē:qa nec hoc requirit⁹ qui buscūq; bonis opibus,nec est possibile propter euagationē mētis humanæ. Requir tñ q̄ oras sciēter nō distrahat mentē ab intētione. Hoc eim̄ nō pōt esse sine culpa mortali vel veniali:si eim̄ euagatio sit solū scd'm actū interiorē,licet sit temeraria & grauis,ex quo est à ꝓposito: fortè tamē nō est pctm̄,saltē graue:aliàs pctm̄ mortale nisi esset contēptus,qa ecclesia nō habet iudicare de actib⁹ interioribus merè. Propter hoc eim̄ nō pōt ea ꝓhibēre ex pcepto, ꝓpter qd' si minister ecclesię dicēdo horas cogitet aliud,nō videt trāsgressor pcepti ecclesiæ,quantū est ex natura facti. Si autē euagatio mētis sit ex hoc q̄ aliqs sciēter se occupat in actu exteriori,q̄ non secū patit attentionē orōnis:tunc videt esse culpa mortalis & directè cōtra pceptū ecclesiæ,quod habet extrà,de cele.mis. Dolētes. vbi dr̄:Districtè præcipiētes in virtute sanctæ obedientiæ,vt diurnū officiū pariter & nocturnum,quantū eis Deus dederit, studiosè pariter celebrēt & deuotè:hoc autē nō obseruāt q occupātes se i actu exteriore sciēter sibi attētionē subtrahūt. 25 Itē vr̄ q̄ illa in orōne q̄ cadit sub pcepto diuīo euagatio deliberatiua sine exteriori occupatione sit mortalis:sicut eim̄ se habet occupatio exterior ad orationē pcepti humani, sic interior ad orationē pcepti diuini;qa Deus & pōt pcipere actū interiorē & ꝓhibet euagationē mētis,dicēs:Populus hic labiis me honorat &c.sed nō facile est scire qñ orō cadat sub pcepto diuino. Quod autē dicit Th. Quod si i cōtrariū vergit culpa est mortalis,de sola orōne pcepti diuini pōt intelligi,qñ consentit in cogitationē, nō tm̄ in op⁹ vel delectatione. Si autē intelligat de orōne pcepti humani:tūc dicit⁹ in cōtrariū vergi,qñ exterius se occupat circa aliqd impōsibile attētioni. Et ꝓpter hoc dicit⁹ cōtrariū non orōni,sed attētioni qd' pōt esse etiā si sit bonū opus qd' tñ nō est cōtrariū orōni,sed est quædā orō. Vñ debet accipi cōtrariū non orōni, sed attētioni. Itē,sicut dr̄ q̄ dare aliqd ministris ecclesię est de iure diuino,& morale:sed determinare quantū erat iudiciale, & nunc ꝓ ecclesiā determinatū est illud idē. s. decima:& ideò nūc decima est de iure diuino: ita & cùm hō sit obligat⁹ ad orandū aliqñ,& aliquo mō istud tps & modus videnī determinata ꝓ ecclesiā in ordinatis, & beneficiatis, & religiosis. Vnde ad horas canonicas tenentur iure diuino, & humano. Et propter hoc tenent attēdere corde præcepto diuino,& sic non humano,qa hoc importat oratio,quæ est ascensus mētis in Deū. 26 Ad hoc ergò,q̄ oratio sit meritoria,vel satisfactoria,vel liberatoria,siue acquietatiua,requiriū,q̄ eius attētio sit intēta. Item,q̄ sit cōtinuata habitu non autē actu,nisi q̄ spōte non euaget mens: quia si spōte & deliberatiuè euagauerit in illis,q̄ tunc dicit,nō videtur quietare,sed tenet redicere:cū orare sit actus mētis nō oris & sic nō est oratio,nisi sit attētio. 27 Quinta cōclusio est q̄ debet esse integra, vt nihil de ea furet syncopādo,omittendo;nimis festinando. Vnde tenet redicere q̄ notabiliter malè dixit,licet posit ei pœnitētia cōmutari,nè duplicatū dicat officiū, quia Dei vicarius pōt cōmutare restitutionē Deo faciendā in aliquid Deo acceptius. Dicere autē parū cū deuotione est gratiosi⁹: vnde & pœnitētiā omissam pōt cōmutare sine audiētia aliorū pctorū. Restitutio aūt homini faciēda non sic subiacet arbitrio cōfessoris. Qui autē omisit horā vnā,nō oportet q̄ dicat dēs alias, nec etiā illā: qa indecēs esset dicere cōpletoriū in mane,dicēdo, Dignare Dñe nocte ista,qñ debet dicere,die isto. Simil'r si p annū dimisit offiū, nō oportet q̄ totū duplicet, vt dicat alleluia in Quadragesima:sed in aliud pōt cōmutari, qa magis placebit Deo, & qa in tædiū esset pœnitēti: vñ patres dicebāt melius esse decē versus Psalterij cū contritione cordis,& cū rationabili assignatione cātare, q̄ totidē Psalmos cū cōfusione mētis effundere. Itē homo,q̄ debet mille,si totū soluat vna pinta excepta, tenet ad restitutionē illius. Et similiter quicqd de hora,vel Psalmū,vel versum, vel dictionē omisit,videt q̄ teneat ad illud. Tñ sicut dictū est,confessor pōt illud in aliud cōmutare, nec oportet totū reddere, nisi illud solū omissum,vt si quis nō dixerit primā, ꝓpter hoc nō oportet totū post completoriū redicere. 28 Quantùm ad tertiū de effectu orationis sunt nouē conclusiones. Prima,q̄ oratio est meritoria, cùm sit actus latriæ elicitiuè. 29 Sed cōtrà,habit⁹ nō trāscendit habitū potētiæ, in qua est,sed ecōuerso,cū plures sint in vna potētia:sed vna potētia nō elicit actū alterius, sed tantū imperat: ergò latria,q̄ est in volūtate,nō elicit orationē, quæ est actus intellect⁹. 30 Dicendū,q̄ oratio videt esse actus fidei elicitiuè respectu supernaturaliū pcitorū; vel virtutis intellectualis respectu naturaliū: sed propter hoc dicit elicitiuè, nō imperatiuè esse actus latriæ, qa immediatius imperatur ab ea, q̄ ab alia aliqua virtute: puta charitate vel castitate. 31 Vel dicēdum, q̄ quantū ad esse moris habitus transcēdit potentiā, & potētia seipsam respectu esse naturæ, qa nō est vnius rationis in esse naturæ actus potētiæ obediētis, cū actu potētię imperātis. Non eim̄ appetere imperatū, est velle essentialiter:sed tñ est quid volūtarium participatiuè. Et similiter actus habitus imperantis, & elicitis est vnius rationis in genere moris: vnde actus volēdi, quo quis imperat castā: & actus appetēdi, quo cōcupiscibilis exequitur ea, vterq; est act⁹ castus: similiter velle Deū reuereri,& ipsum per aliam potentiā reuereri, vtrūq; est Deo reuerētiā exhibere,& per consequēs actus latriæ. 32 Vel dicit actus latriæ elicitiuè, non voluntatis, quia est à voluntate mediante alia potentia, nón autē à latria, mediāte alio habitu, sicut cōcupiscere castitatē,& respuere mœchari est iustitię elicitiuè, vel qñ nondū est tēperātia in cōcupiscibili, cū iam sit iustitia in voluntate, quod qdē aliquo tēpore esse pōt, vel qū castè viuit: non ꝓpter bonū tēperātiæ, sed iustitiæ. Vnde cū nō sit dare habitū orātiuū in oratione, qui eliciat actū orādi: ad min⁹ eo modo & fine quo latria imperat, dicit etiā esse latriæ elicitiuè. 33 Secūda cōclusio est, q̄ est sacrificium factoria, qa est afflictiua: vnde frequēs meditatio est carnis afflictio. Vnde Iacob emarcuit, Daniel elāguit. Vnde plus consumunt studiosi, q̄ corporaliter laborantes: & plus indiget refici, licet sit menti delectabilis. 34 Tertia cōclusio est, q̄ est etiā meritoria, si fiat ꝓpter Deum. Aliàs canonicus propter lucrū captandū, & monachus propter damnū vitandū disciplinæ, receperūt mercedē suā; nisi mutēt intētionē ad Deum. 35 Quarta cōclusio est, q̄ est impetratoria cum quatuor cōditionibus: qñ.s. pro se ad salutē, piè, & perseueranter. Tunc enim semper est impetratoria. Et qñq; sine his impetrat in peccatore: qñq; in maledicēte cū amaritudine

Notabile. Declaratur mēs.s.t.2.2. q.83.ar.13.

Nota rōnē. Euagatio mentis ex ꝓposito nō vr̄ mortalis nisi ex contemptu.

Qñ euagatio mētis est mortalis sine cōtēptu.

Qñ orō est sub pcepto diuino: tūc euagatio intēta est mortalis.

Propositio beati Tho. exponit quę habet hīc.q. 4.ar.2.q.4. ad.2.

Quid requirit,q̄ oratio sit meritoria

De nō capiente fructus an teneatur

Opinio aliquorū,q̄ quilibet sacerdos tenetur omni die celebrare.

Opinio oppo. rōnabili or.s.t.3.q.q. 82.ar.10.arti.2.

Orō debet esse vocalis si publica sit.

Priuata orō debet esse vocalis quatuor. S.Th.hīc ad verbum.

De diuturnitate orationis.

Exępla sanctorū de orōnis assiduitate.

De cōtinuatione orationis.

Quincūq; tenent dicere matutinas tenēt dicere de nocte,nisi ex causa.

De sero possunt dici.s.t. quotlibe.5.q.vlti.

De attētione Pur⁹ hō non pōt ligare de uotionem.

Qui malèdixit horas an teneatur redicere.

Qui omisit primā nō tenet pōst cōpletoriū totū repetere.

3.Art. Orō est actus latriæ elicitiuè. Obiectio. Solutio.

Alia solutio q̄ vr̄.s.T.hīc q.4.art.1.q.1.ad.3.&.q. 5.quæstiuncula.3 q etiā tenet hanc opinionem.

3. Solutio.

Studiosi pl⁹ indigent refici, q̄ laborioſi.

mẽtis,vt patet. 3. dia. de Florẽtio,ad cui⁹ maledictionẽ mor tui sunt morbo elephãtino q̃tuor monachi,qui eius vrsum occiderãt. Itẽ de Heliseo,qui maledixit pueris in noĩe Dñi & vrsi occiderũteos. 4. Reg. 3. 36 Quinta cõclusio est,q̃ plus valet oratio iusti,q̃ peccatoris,qa scim⁹, q̃ peccatores Deus &c. 37 Sexta cõclusio est,plus q̃ in tẽplo cõsecrato,q̃ non cõsecrato. vnde. ps. Adorabo ad templũ sctm̃ tuũ. Notẽt istud calumniatores. Non em̃ sine causa tã soleniter cõsecrat. 38 Septima cõclusio est,q̃ plus valet multorũ, q̃ vni⁹, qa vbi duo vel tres &c. & impossibile est orones multorũ nõ exaudiri. Qui autem propter rationabilẽ cãm vtilioré cõmunitati, q̃ sit sua præsentia se subtrahũt à cõmuni orone,& loco, participes sunt illius,nõ minus,q̃ si essent pentes,vt sit equa pars descendentiũ ad præliũ, & remanentiũ ad sarcinas;& duo seniores remãserũt in castris,nec minus de spũ Moysi accepũt. Num. 2. In vitis patrũ legit,q̃ oratio vniuersitatis per hebdomadã liberauit monachũ,quem. 14. annis propria oratio,& abstinẽtia nequiuerat liberare. 39 Octaua conclusio est,q̃ illa oratio est melior,vt dicit Greg. nõ vbi verba cõposita resonãt,sed quã Spũs sanctus docuit, vt oratio Manassæ pro se: Hieremiæ pro ecclesia,& collegio:& super oẽs oratio Dñica. 12. ps. in matutinis. Vnde in vitis patrũ in. 3. lib. cũ esset quæstio de psalmodia fratrũ, & de nũero Psalmorũ: vnus in medio cãtauit duodecim psalmos,& subitò disparuit: exinde angeli docuerũt suo magisterio hũc numerũ custodiri. 40 Nona cõclusio dubia est, vtrum canonicus,qui nõ est integrè in hora: sed secundũ libertatẽ & consuetudinẽ ecclesiæ nõ facit nisi intrare & exire, vtrũ bona cõsciẽtia lucretur. 41 Dicendũ, q̃ si sic residuum tẽporis expẽdit in negotiis ecclesiæ, idem est,si tñ in bonis actibus etiã si in aliis recõpensat. Sectis autẽ si otiosè,& sine bona causa sponte exit, nec in alio recõpensat; qa debet lex seruari, quã vnusq̃q; posuit in traditiõe rei suę. Et licet qui tradit rem suã ecclesiæ cõmittat eam ordinationi ecclesiæ rationabili: non tñ irrationabili. Nec statutũ irrationabile, aut cõsuetudo irrationalis excusatin foro conscientiæ. Licet ergò ille, qui reliquit anniuersariũ, vel alios reditus, intẽderet quòd interessent totis vigiliis, vel totis horis, tñ nõ potuit arctare illos, quin ex causa rationabili aliter ordinaret. Cũ autẽ oporteat prò bonis ecclesiæ defendẽdis, & promouẽdis cõsiliari, & agere extra chorũ, si propter hoc statuit, q̃ liceat se à choro subtrahere, & ad capitulũ ire pro consilio illa hora q̃ magis est expedies, rationabile est & excusatur. Si autẽ ordinaret, q̃ solũ ingrediẽs & post eũ vadẽs ad spectacula tantũ haberet quãtũ persistẽs, iniustum esset: Et similiter si statueret, q̃ vacans negotiis suis licet honestis tantũ haberet, iniustũ esset, cùm beneficiũ detur propter officiũ. Sed quãdo statuit generaliter, q̃ tali pũcto præsens si nec antè, nec post cõpareat, lucretur: sic debet intelligi, vt cõsonet rationi: q̃ si hoc est propter negotia ecclesiæ, bẽnè quidẽ: si propter otiũ, nõ est intẽtio. Si propter honestam causam, q̃ aliq̃n tũc magis occurrit, q̃ alias: dũ tñ alias in aliis recõpenset, excusatur: aliter non in foro Dei: licet nõ possit sibi cõtra statuta distributio denegari. Argumentum solutum est in secũda conclusione tertij articuli.

DISTINCTIO 16. QVAESTIO. 1.

DE tribus, quæ in pœnitentia considerãda sunt. Circa distinctionem. 16. quærũtur quatuor. Primò, de remissione venialium. Secundò, de impedimentis pœnitentiæ. Tertiò, de circunstantiis. Quartò, de partibus pœnitentiæ.

De venialium remissione.

Thom. 3. q. 87.

QVAERITVR ergò primũ de remissione venialiũ, vtrũ possint remitti sine mortalibus? Et videt q̃ sic, qa cũ veniale possit fieri mortale, & ecouerso, videt non plus dependere remissio venialiũ à remissione mortaliũ, q̃ ecouerso: sed mortale põt remitti sine veniali, ergò & ecouerso. 2 Cõtrà, qa sine gratia nõ est remissio peccati: ergò cũ illa non sit cũ mortali, veniale non põt remitti sine mortali. 3 Respõdeo, circa istam quæstionẽ tria sunt videnda. Primò, de modo remissionis venialiũ. Secundò, de causa remissionis. Tertiò, de eo quod in argumento implicat. s. qũo veniale fiat mortale. 4 Quantum ad primum sunt tres cõclusiões. Prima, q̃ veniale non põt remitti volũtate manẽte ad illud actu, vel habitu. Et de actu plnum est, qa cùm velle peccare sit pctũ: remitti aũt pctũ sit non habẽre pctũ: quãdiu homo vult peccare vel peccasse, non põt sibi illud dimitti. Sed ista ratio nõ directè cõcludit, quin ipsum pctũ volitũ, quod nõ est in actu, possit remitti, sed de ipso velle. Vnde dicendũ, q̃ de ipso pctõ, quod est velle peccasse, est possibile de potẽtia absoluta, vt ratio cõcludit. De ipso autẽ pctõ præterito est incõueniẽs de potentia ordinata, q̃ remittat, quãdiu volũtas in ipso cõplacet sibi, cũ per hoc cõmittat: & manẽte causa, debet manẽre effectus. Si autẽ voluntas sit ad illud habitu: sic. s. q̃ si actus recoleret, q̃ in eo sibi cõplaceret, nec quãdiu sic est remitti põt, qa saltẽ implicitè displicere debet. Si verò sic esset in habitu, q̃ ex frequẽtia ipsius esset habitus generatus: dum tñ de hoc pœniteret, remitti posset etiã durãte habitu acquisito, etiã mortale, sed difficilius est de tali pœnitẽre. 5 Secũda cõclusio est, q̃ põt remitti vnũ veniale sine alio, vel de mille vnũ, nullo alio remisso: qa ad venialis remissionẽ sufficit displicẽtia de ipso cũ proposito abstinendi, & satisfaciẽdi gratia informata: hoc aũt põt esse de vno sine alio: ideò &c. 6 Tertia cõclusio est, q̃ non põt remitti aliquod veniale habẽti mortale actuale: nisi illo mortali remisso prius, vel simul. Et hoc ꝓpter tres ratiões. Primò, qa remoto priori remouet posterius, nec posterius restituit nisi priori restituto. Feruor autẽ charitatis, cui veniale opponit, est posterior ipsa charitate: vnde q̃diu nec charitas restituit, nec feruor charitatis reparari põt, in qua reparatione cõsistit venialis peccati remissio: ideò &c. 7 Et fit mã ratio, qa quãuis nõ sit hic oppositio formalis, vt quidam obiiciũt: tñ prout feruor charitatis dicit actus charitatis pctũ actu detestãtis, sic certũ est, q̃ actꝰ pctí venialis est contrarius formaliter feruori charitatis: qa secundũ illum actum, quo tendit in pctũ, non tẽdit in Deũ. Vnde feruor charitatis stat cũ reatu peccati venialis: sed non cũ actu, qa q̃n actu peccat venialiter, nõ fertur feruor charitatis in Deum actu ꝓfecto: sicut enim peccãs mortaliter recedit à charitate, sic peccãs venial'r in hoc ipso recedit à charitatis feruore. 8 Si dicat, vt isti dicũt, q̃ sine feruore per solã contritionẽ remittit veniale: dicendũ, q̃ cõtritio est quidã feruor, cũ sit actus charitatis. Et sicut vnũ pctũ veniale non remittit per contritionẽ de alio, nõ de isto: sed per contritionẽ de isto sine alio: sic ꝓpter feruorẽ charitatis sup hoc peccatũ detestandũ propter Deum, non super aliud remittitur veniale, & ꝓpter feruorẽ in generali, & implicitè delentur venialia generaliter, nõ autẽ mortalia. Vnde nunq̃ sine feruore remittit veniale: sed non per omnẽ feruorẽ, licet mortale per oẽm charitatẽ: qa põt esse feruor, qui nullũ pctũ respicit, nec recolit. 9 Secũdò sic, pœna nõ est satisfactoria, nisi sit Deo grata & accepta: sed qcq̃d fiat ab existente in mortali, nõ acceptatã à Deo, cùm sit eius inimic⁹: ideò &c. 10 Si dicat, q̃ est Deo accepta, ex quo est talis, qualis est ab eo taxata, sicut illa inferni est taxata: ideò vlterior nõ requirit, licet maior possit infligi. 11 Dicendũ q̃ nõ valet, qa licet illa inferni sit à Deo taxata, non tñ est culpę expiatiua, & est Deo accepta, quo ad hoc, q̃ nõ vult accipere ma

Art. 1. Veniale nõ põt remitti volũtate manente ad illud etiam in habitu.

Veniale vnũ sine centum aliis remitti potest.

Veniale habẽti mortale nõ põt remitti sine mortali.

Rõ triplex Durã. hic. q. 2. ad. 1.

Feruor, qui est actus charitatis formaliter opponitur veniali.

Ratio. 2.

Euasio Durandi, ad 2. Impug.

iorẽ: nõ quo ad hoc, q̃ per illã remittat culpã. Hic aũt tẽ taxata est pœna finita, supposito q̃ fiat in gratia, & volũtas reordinet, qd' nõ est sine gratia, vel saltẽ quãdiu est in mortali. 12 Tertiò, qa veniale obscurat mentẽ: obscuritas autẽ non tollit nisi per lucẽ: ideò &c. 13 Vbi sciendũ q̃ licet veniale nõ minuat lucẽ gratiæ, quã tollit mortale: cũ ex minori defectu rationis procedat, q̃ mortale, nihilominus tñ sicut dicit obscurari Sol per nubẽ, quę actu impedit, nè illuminet aerẽ, qui tñ in se nõ obscurat: sic dicit obscurari lux gratiæ ꝓ veniale, ꝓ quod pro tũc nõ exit i actũ: & sicut Sole subtracto nõ põt claritas restitui aëri per amotionẽ nubis, nisi Sol redeat, sic est in proposito. ideò &c. 14 Sed cõtrà arguit quinq; rõnibus. Primò sic, qa sicut vnũ sine alio: puta mortale sine venialiti: ita ecouerso. Et ista ratio fuit tacta in opponẽdo. 15 Dicendũ, q̃ nõ est simile, quia illud, quo remittit pctũ veniale. s. feruor charitatis supponit illud, quo remittit mortale. s. charitatẽ, nõ ecouerso: vel si istud neget, saltẽ remissio ois peccati est per gratiã Dei: nõ ex operibus hominis: aliàs Gẽtilis posset satisfacere de venialí, & sine fide: sine q̃ impossibile est placẽre Deo: non autẽ remittit nisi ei, qui sibi placet: gratia aũt non datur cũ mortali. ideò &c. 16 Secũdò sic, qa pœna ꝓ venia li est finita simpliciter, & nõ sub cõditione: sicut de pœna debita mortali cõfesso. ergò põt solui. 17 Sed dicendũ, q̃ licet sit finita, requirit tñ, q̃ sit Deo accepta, quod nõ est quãdiu persona est Deo exosa. 18 Tertio sic, qa non est ibi offensa, sicut in mortali: sed solũ deordinatio volũtatis, & pœna finita. ergò sufficiũt duo opposita. ergò &c. 19 Dicendũ, q̃ licet homo ex se possit deordinari, & ad pœnã obligari, nõ tñ pót se ex puris nãlibus reordinare: maximè q̃n est deordinatus per mortale. Contritio enim est motus liberi arbitrij, non solũ in pctũ detestandũ simpliciter: sed in pctũ detestandũ propter Deũ, & mot⁹ liberi arbitrij in Deum super omnia diligendũ: quorũ neutrũ facit, qui est in mortali, qia nec Deum diligit super oĩa, quia tũc non adhæret ei, quod est contra Deum: nec detestat peccatum purè propter Deũ, quia tunc magis detestaret, quod est magis cõtra Deum. ideò &c. Non põt etiã homo se liberare à reatu pœnæ, nisi à Deo per gratiã remittat. 20 Quartò, quia quòd nõ tollit actu & aptitudine per peccatũ, nõ potest restitui ad remissionẽ peccati: sed per veniale non tollitur gratia actu, sicut per peccatũ mortale, nec aptitudine sicut per secundũ. ergò &c. 21 Dicendũ, q̃ illud quod nec tollit, nec præsupponitur ad restitutionem eius quod directè tollitur per peccatũ, non oportet restitui: sed quod præsupponitur sic, sicut per peccatũ quodcũq, in moribus nec tollitur fides, nec spes: quia peccator, & credere, & sperare potest: & tñ de nullo peccato potest homo liberari sine fide, & spe: qa sine fide impossibile est placẽre Deo: & sic præsupponit ad omnẽ reordinationẽ, & similiter est de charitate, & gratia. 22 Quintò, qui puer non baptizatus in originali existens: si qñ venit ad ætatẽ, in qua primò põt peccare, peccet venialiter per suppositionẽ, & tũc decedat, aut tunc puer erit in inferno, & punietur pro peccato veniali pœna finita, vel infinita, si finita, fortiori ratione potuit eam in hoc sęculo soluere, si vixisset, non obstãte origínali: cũ quo nõ stat gratia: si infinita, videt incõueniẽs, cũ secundũ taxationẽ diuinã peccato veniali nõ debeat nisi pœna finita. 23 Sed ad hoc dicendũ, q̃ nõ est simile, qa ille qui in solo originali, & veniali est, põt ex puris naturalibus Deum super oĩa diligere: & sic volũtatẽ habere ordinatã: & est gratus Deo ad bona naturæ habẽda, & ad mala pœnæ sensus euadẽda: quæ nõ debet pctõ originali, licet nõ sit gratꝰ quo ad habendã gloriã, & vitandã pœnã dãni. Sed ille, qui est in mortali habet voluntatẽ deordinatã simpliciter, & est reus pœnę æterni dãni, & sensus: vñ non põt reordinare: vnde pro veniali cũ mortali moriẽs in æternũ punietur: non sic autẽ est de originali, & veniali. Vnde dico, q̃ sine gratia posset remitti veniale in nõ habẽte mortale actuale: non tñ sine mortali: quãuis aliqui dicant etiam, q̃ nec sine gratia simpliciter. 24 Quantũ ad secundũ de causa remissionis venialiũ sunt quatuor conclusiones. Prima, q̃ veniale põt remitti sine gratiæ infusione, & etiã sine augmento. Primũ patet, quia nõ priuat gratiã, sicut mortale. Vnde cũ illa potest cõmitti: & ipsa manente remitti de augmẽto etiã patet: qa cùm charitas nõ augmẽtetur nisi ꝓ illum actũ, qui est cũ ornatu per leuẽ displicentiã, sine conatu leuis cõplacẽtia posset tolli. 25 Si dicatur, q̃ veniale non remittitur nisi per feruorẽ charitatis, qui nõ põt esse sine augmento: dicendũ, q̃ æquiuocario est de feruore intendẽte charitatẽ: quia accipitur pro actu cũ conatu: & de feruore remittẽte veniale: qui accipitur pro simplici actu, in quẽ prorũpit charitas etiã tepidè detestãdo. 26 Secũda cõclusio est, q̃ peccatũ veniale nõ remittit sine cõtritione, saltẽ implicita: quia cõtraria cõtrariis curãtur: si autem nõ cõmittitur, nisi voluntate explicita, vel interpretatiua: puta, quia potuit prœnire, & impedire, nec fecit: hoc ad delendũ requiritur displicẽtia, saltẽ implicita, & interpretatiua: puta, q̃ in gñali displicet sibi actu, quicquid fecit Deo cõtrariũ, vel ab ipso retardatiuũ, in qua cũ gñali contritione veniũt ea, de quibus doleret: si actu recoleret: non alia, quæ optimè Deus nouit. 27 Sed vtrũ contritio deleat effectiuè veniale, dato q̃ nõ deleat mortale nisi dispositiuè? Dicũt quidã, q̃ licet anima nullo modo sit causa efficiẽs remissionis peccati mortalis: sed tantùm meritoria, vel de cõgruo per attritionẽ, vel de cõdigno per cõtritionẽ secundũ illos, qui dicũt, q̃ formatio actus pœnitẽdi præcedit peccati remissionẽ: tñ anima sub Deo est causa efficiẽs remissionis peccati venialis. Quod tripliciter declarant. Primò sic q̃ põt maius, põt minus in habẽtibus ordinẽ: sed voluntas cũ charitate põt in actũ cõtritionis, qui est nobilissimus, & prius remissione peccati: ergo & in illã. 28 Secundo sic, sicut peccatũ mortale remittitur, quãtũ ad offensam per gratię infusionẽ: ita peccatũ veniale remittit̃ per cõtritionis motũ: sed si esset posibile, q̃ anima esset causa efficiẽs infusiõis gratię: ipsa infusione gratię mediãte esset, vel esse posset causa efficiẽs remissiõis peccati mortalis: cùm ergo anima charitate informata, sit causa efficiens motus cõtritionis: quia ipsum elicit: videtur, q̃ anima charitate forma ta mediante motu cõtritionis sit causa efficiẽs remissionis peccati venialis. 29 Præterea in peccatore nõ existente, in actu venialis peccati: peccatũ veniale nihil aliud est, q̃ carẽtia satisfactionis debitæ pro actu peccati venialis: inquantũ peccatũ veniale est aliq̃a dispositio ad diuinã offensam: seu obligatio à diuina amicitia. Destructio autẽ earẽtię debitę satisfactionis est per satisfactiõis positionem. Illa autẽ satisfactio est motus cõtritiõis, vel per ipsum motum causata. Cùm ergo anima charitate informata sit causa efficiẽs motus cõtritionis: videtur, q̃ mediãte motu contritionis effectiuè destruat veniale peccatũ. Sed quia hoc nõ potest facere nisi mediãte habitu charitatis: cuius solus Deꝰ est causa efficiẽs: ideo aĩa charitate informata peccatũ veniale nõ remittit effectiuè, nisi in pśona, vel virtute Dei. 30 Aliis aũt videt dicẽdũ, q̃ quãuis anima informata charitate mereat per cõtritionẽ remissionẽ venialis peccati: tñ illi⁹ remissionis nõ debet dici causa efficiẽs: saltẽ loquẽdo de causa per se: qa motus cõtritiõis nõ est causa remissionis venialis peccati efficiẽs: per hoc solũ, q̃ cõtritio immediate elicit à volũtate charitate informata: sed est principalius ꝓ hoc, q̃ illa cõtritio est ipsi⁹ Dei immediatus effectus. 31 Vnde ad primã rationẽ aliorũ dicitur, q̃ licet anima charitate informata possit esse causa efficiens illius actus, qui formatus est: nõ tñ põt esse causa efficiẽs charitatis, per quã formatur. Actus autẽ ille rõne essentiæ actus nõ est nobilior remissione peccati: sed est quædã cõgrua dispositio ad eã: sed rõe charitatis, qua formatur, dicitur ea nobilior.

Art. 2. Veniale remittitur sine infusiõe gratiæ, & sine augmẽto eius.

Feruor duplex.

Veniale nõ remittit̃ sine contritione, saltem implicita.

Qõ pulchra Cõtritio, ar deleat effectiuè veniale.

Opi. 1. q̃ est doc. vt patet d. 17. q. 1. ar nono.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Opinio. 2. q̃ est Alexãdri de Ales. dist. 21, 4. in expõne Irali cui⁹ opo. ibi Scotꝰ tenet. q. 1. Ad. 1. primę opi.

Ratio. 3. Notabile.

Dur. su. & Sco. Di. 21. q. 1.

Ratio. 2.

Ad. 2.

Ratio. 3.

Ad. 3. Hõ ex se põt deordinari, & ad pœnã obligari, nõ autẽ reordinari.

Ratio. 4.

Ad. 4.

Ratio. 5.

Ad. 5. Argumẽtũ bñ rñdet Capreolus hic. q. 1.

Solutio non placet. s. Th. vt patet. 1. 2 q. 109. ar. 3.

32 Per idē pōt dici ad secundū. 33 Ad tertiū dicendū, ꝙ anima nō est causa efficiēs satisfactiōis, seu recōciliatiōis quantū est offensa, seu dispositio ad offensam, sed solū Deꝰ. Si qs autē vellet sustinere primā opinionē posset respōdere ad duas ratiōes secūdē opiniōis, quarū prima talis est. Per authoritatē glo. Matth. 9. dimittuntur tibi pctā. solus Deus pctā dimittere nouit. Solutio principalʼr, vel loquit de mortalibus. 34 Ad secundā, q talis est: tale remittere pctm quantū ad offensam, nō tm̄ est remouere à pctōre deformitatē, ꝓpter quā Deo displicebat: sed etiā ipsam Dei displicentiā remouere, qa anima, q̄ ante peccati remissionē Deo displicebat: post eius remissionē Deo nō displicet: sed nulla creatura pōt esse causa efficiēs remotionis diuinæ displicētię: sicut nulla creatura pōt esse causa diuinę placētię, seu acceptatiōis efficiēs, qa placētia diuina est actꝰ voluntatis dei q̄ est realʼr idē qdʼ ipse: ergò cū cōtritio sit creatura, nō pōt esse causa efficiēs remissionis pctī. 35 Solutio, remouēre diuinā displicētiā: nō est remouere aliquē actū diuinæ voluntatis, sed remouēre defectū animæ ꝓpter quē displicebat deo antè: quo defectu remoto, anima quæ antè deo displicebat sibi nō displicet: nō ꝑ aliquā mutationē factā in voluntate dei, sed ex parte animę. Et secundū hoc pōt homo ī hora sæpe à veniali quo ad culpā liberari, qa sæpe est dispositus, qdʼ in generali de oībus doleat, & in speciali de occurrētibꝰ, & sic etiā doleret de oībus in speciali, & in spā li occurreret: sed statim reincidit hō. Non autē quæcūq; displicētia sufficit ad remissionē pœnę sicūt culpę, sed requirꝫ pfecta satisfactio. 36 Tertia cōclusio est, qdʼ sine cōfessio ne remittipōt veniale. Sacramentum enim non est de necessitate salutis, sine quo pōt haberi gr̄a, nec ꝑ cōsequēs respectu illius effectus tollēdi qui nō tollit gr̄am dei, q̄ est vita æterna: vnde cū veniale sit hmōi, de veniali nō est necesse cōfiteri ratione sacri vel præcepti diuini: sed fortè ratiōe præceptiecclesiæ tenet quis semel in anno, si nō habet mortale: sicut Papa præcipit recipere eucharistiā sacr̄aliter, qdʼ non erat necesse, sed solū spūaliter. 37 Et si dicatur, ergò ad plus tenet carens mortali, q̄ habēs mortale, qa ille non tenet ad cōfessionē venialiū: Dicendū, ꝙ hoc est per accidens. Alij verò dicūt, ꝙ non est intētio Papę ligare ad confessionē annuā, nisi de illis, de quibꝰ homo aliās tenet confiteri. Alij dicūt, ꝙ nec Papa pōt obligare ad cōfessionē venialiū, sicut nec ad mrimoniū, qa hoc esset immutare sacr̄a .s. facere illud necessitatis, qdʼ est voluntatis. 38 Quarta cōclusio est de modis in speciali, quibꝰ venialia dimittuntur. Vbi sciendū est, ꝙ per illos modos, plus quā per alia bona opera dimittunt: licet nec per hos dimittant nisi cum displicētia volūtatis. Primò, qa isti modi plus incitant homiē ad motū liberi arbitrij detestantis pctā. Secūdò, qa plus valent ad remissionē pœnæ ex merito, & precibꝰ totius ecclesiæ. Tertiò, qa plus sufficit generalis contritio hic, q̄ alibi: ita tū ꝙ homo vtatur istis hac intētione. Vnde versus:

Orans, tinctus, edens, confessus, dans, benedicens.

Orās oratione Dn̄ica, Dimitte nobis debita nr̄a. Itē tusione pectoris. Publicanus pcutiebat pectus suū dicens, Deus propitius esto mihi pctōri. Itē in ecclesia cōsecrata. 3. Reg. 4. Qui orauerit ī domo hac ꝓpitiaberis. Tinctꝰ. i. aq̄ bn̄dicta, q̄ inquinatos sanctificat, & purgat. Edens. i. cōicās, imò oīs digna sacramēti sumptio, & etiā sacralis vnctio, vt episcoporū, & regū. 1. Reg. 16. Cū vnxisset Dauid, Spūs Dn̄i venit in eum. non autē illa qua vnguntꝰ pugiles, q̄ omninò carnalis est: sed qua vnguntꝰ baptizati, & sacerdotū manus. Confessus, siue sit confessio generalis, siue spēalis: sacralis, vel non. Dans, eleemosynas corporales, vel spūales. Benedicens. i. Pane bn̄dicto in Dn̄ica per sacerdotē: nō dico de pane cōi, qui cū bn̄dictione sumit. Item benedictio monialiū & hmōi: quæ oīa cū contritione remittūt, & benedictio episcopalis: non autē indulgētię, q̄ solū pœnā non culpā etiā venialem remittūt: dico autem, ꝙ minor dolor cū his sufficit ad remissionē venialiū, q̄ sine his. Vñ nō frustra adhibētur. Quòd autē per oīonem, & precipuè Dn̄icā hmōi remittātur: probatꝰ de pœ. di. 3. de quotidianis, leuibusq; peccatis, quotidiana oratio fideliū sufficit, Pater noster &c. Itē ꝙ per aquā benedictā, probatur: de consē. di. 3. Aquā sale cōsperſam populis benedicimꝰ, vt ea cōtacti aspersi sanctificentur. Cuius ratio subditur. Si enim salis aspersione per Helisæum prophetā sterilitas aquæ sanata est: quāto magis diuinis precibus sacratus sal sterilitatē aufert rerū humanarū, & coinquinatos sanctificat & purgat, & cuncta bona opera multiplicat, & insidias diaboli auertit, & à phātasmatibꝰ, & versutiis defendit: supple, qa sicut cinis vitulæ aspersus. i. aqua lustrationis & expiationis inquinatos sanctificat ad emūdationē carnis: sic ista ad emundationē mentis. Item ꝙ per dignā sumptionē eucharistiæ, ꝓbatur, de cōse. dist. 2. Cùm oīe crimē &c. Si quotiēs. vbi dicitur, & habetur dist. 12. Quarti sententiarū. Qui semper pecco, semper debeo accipere medicinā. s. corpus Dn̄i. Item de cōfessione probatur: de pœni. d. 3. c. De quotidianis. Item ꝙ per elargitionē eleemosynarū probatur: de pœni. dist. 1. Medicinā. c. Quāobrē, vbi Hiero. inducit illud Danielis. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Item, ꝙ per bn̄dictionem episcopalē, abbatū, & monialiū, probat. 1. q. 1. dictū. c. Bn̄dictio, numeri. 6. Vos ponite nomē meū super filios Israel, & ego bn̄dicā eis. Hos q̄tuor modos ponit Hostiē. de pœ. & re. c. Ois. Itē, ꝙ tusio pectoris, probatur: de pœ. dist. 1. Tres actiones. dist. 2. Sicut, inquit. Item, ꝙ extrema vnctio, probatur: de sacra vnctione. c. Nuper. §. Vbi prius. imò & oīs sacramēti digna susceptio: verū est ꝙ ad quintū modum consueuit addi patiētia flagellorū. 39 Circa tertiū. s. quomodo veniale fiat mortale, est sciendū, ꝙ veniale peccatum dicitur quatuor modis. s. ex causa, ex euētu, ex genere, & ex modo, seu imperfectione. Duobus primis modis idē numero actꝰ interior & exterior ē venialis, & mortalis simul. Primo modo successiuè. Secūdò, qui fuit venialis, fit mortalis. Tertiò modo idē numero actus exterior pōt esse venialis, & mortalis: sicut bonus, & malus: non autē interior, sed idē speciē tripliciter. Primò propter cōscientiā erroneā, quæ iudicat mortale, quod est veniale. Secundò propter contēptū. Tertiò, propter finem ibi cōstitutū: cuius signū est, q̄n faceret, etiā si esset prohibitū. Quarto modo est idem numero interior, & exterior: puta motus carnis supereuenientę consensu deliberatiuo incipit esse mortale: sed dispositiuè veniale fit mortale. vnde periculosum est venialia multiplicare: quia quidā dicūt ea sic posse multiplicari, vt homo nō possit postea peccare nisi mortaliter primo peccato: periculosum etiā est vnū peccatū veniale nimis assuescere: quia facillimū est agere secundū habitū firmiter radicatum, & difficillimū est agere cōtra: quia consuetudo facit necessitatē. Vnde homo assuetus verbis otiosis, si occurrat sibi tētatio quid faceret, si à Deo esset prohibitū? sentiet facere illud? Et ideo nè habitualiter in homine confirmētur, frequēter confitenda sunt, & sic nunquā radicabitur habitus. Ad argumentum dicendū, ꝙ veniale idem numero non fit mortale: nisi denominatione extrinseca, quando super motum primum superuenit deliberatus consensus rationis.

Ad. 3. Ad rationes secūdæ opi. Ad. 2. In vna hora pōt homo se ab omni veniali sæpe liberare. Sine confessione venialę remitti potest. S. T. hīc. q. 2 art. 3. q. 3. 3 di. 17. q. 3 arti. 1. q. 3. Alti. libr. 4. tract. 6. q. vlti. c. 3. Opi. vlti. est doc. infrà di stin. 17. q. 2 Venialia qūo in spēa li dimittunt Opin. ꝙ habitus mortalis nunq̄ elicit veniale. Idem tenet Martinꝰ de ebrie. Venialia sæpe sunt cōfitenda. Ad argumē. in oppo. Ar. 3. Veniale pōt fieri mortale, etiam voluntate interiori.

QVAESTIO SECVNDA.

De *impedimentis pœnitentiæ.*

Thom. 4. distinct. 16. q. 4.

QVAERITVR Secundò de impedimentis pœnitentiæ. Vtrum pœnitentia possit per aliquid impediri? Et videtur quod nō: quia si per aliquid impediretur, hoc esset peccatum: sed ipsa destruit omne peccatum, ergo nō potest impediri per aliquod peccatū. 1 CONTRA,

TRA, quia impeditur per non peccatū: quia ludi, qui sunt materia virtutis eutropeliæ: & militia, quę est actus virtutis fortitudinis, & negociatio, quæ est actus iustitię cōmutatiuè ipsum impediūt, vt habet in litera. ergo &c. 3 RESPONDEO, circa istam quæstionē faciēda sunt quatuor: secundū ꝙ quatuor sunt impedimēta hypocrisis, ludus, spectaculum, & negociatio.

Art. 1. Hypocrisis sp est pctm̄. 4 Primò quidē videndū est de primo: vbi sunt tres conclusiones. Prima, ꝙ semper hypocrisis est pctm̄: quia semper est oppositum virtutis veritatis: per quam homo ostenditse talem in factis, & dictis exterius, qualis est in terius. 5 Hīc etiam mentiri facto, nec refert, vtrū aliquis declaret voluntatē suam verbis, an factis. ff. de legibus. l. idem quibus. Sicut ergo omne mendaciū verbi est peccatū secundū Aug. sic & hypocrisis, qua homo mentitur ostētatione exteriori simulans sanctitatē, quā non habet. Et hæc est melior ratio, q̄ prima: qa actus matrimonij est contrarius virginitati, quæ est virtus, nec tm̄ est peccatū. 6 Secunda conclusio est, ꝙ non semper est peccatū mortale, si enim hypocrisis dicat omnis simulatio, quæ est in aliquo dicto, vel facto: vt cum aliquis vult videri bonus propter homines, non est mortale, nisi intēderet hęresim seminare: vel nisi obtinere intenderet indignus aliquod beneficium (de qua dicitur) est qui nequiter se humiliat &c. Si autē hypocrisis dicat illud vitium, per quod homo simulat se esse bonū: cùm non sit, sicut Pharisæi, qui omnia faciendo propter homines: intus erāt pleni rapina, & omni iniquitate: quia carere bonitate etiā sine simulatione non est sine mortali in habente vsum rationis: multo magis ea carere, & ipsam ostentare: qdʼ addit mendaciū. vnde simulata æquitas est duplex iniquitas. 7 Tertia cōclusio est, ꝙ impedit veram pœnitentiā. Nam prout est peccatū mortale: certū est, ꝙ impedit: sic ꝙ cum ea non potest esse aliqua vera pœnitētia Deo grata, vel accepta: prout autem est tantū peccatū veniale: adhuc ipsa est impedimentū pœnitētiæ. Primò, qa cùm ille actus, qui fit cū hypocrisi sit malus propter deformitatē finis: nam non est Deo acceptus. Secundò: quia hypocrisis dicit habitus malus: quo homo est promptus bona opera facere propter homines. Et sic inclinat, vt opera, quę aliās essent digni fructus pœnitētiæ, non habeant hunc effectum: sic autē nō est de aliis peccatis. Si quis eñ haberet habitum homicidij, vel furti: non ꝓpter hoc inclinaret ad omnia ordinanda ad illud, propter quod superbia, & inanis gloria est radix omniū peccatorū: omnia trahens ad suū finē. Propter hoc igitur hypocrisis est speciale impedimentum. Iterum qa peccator quāto à Deo se elongauit, & ei displicuit: tanto plus reducit eum de pœnitētia ad placendū Deo, contra quod specialiter inclinat hypocrisis.

Non est semper mortale, & quādo. Art. 2. Ludi vt choreæ, & alææ impediunt. Hugo super c. episcopus. distin. 35. 8 QVANTVM ad secundum, de ludis sunt tres cōclusiones. Prima, ꝙ ludi seruiles, & illiberales, qui omnibus interdicunt impediunt: vt ludētes viros cum mulieribus maledixit. Barnabas etiam Choree, quæ damnabiles sunt: quia non sunt, quales olim soror Moysi ducebat: quæ seorsum à viris cātabat laudē Deo. Item ludus alearum, & taxillorum. Vnde quidā dicunt, ꝙ ludere ad taxillos est peccatū mortale laicis, & clericis. Vnde Ber. Ego te acquisiui manibus crucifixis: & tu te cōsumis manibus dedicatis. Ideo si qui sunt ludi illiberales: qui vel de se sunt peccatū mortale, vel quia prohibiti, vt tornea mentū, & huiusmodi isti semper impediunt, de quibus dicit lex: ꝙ ludus noxius semp est in culpa. 9 Secunda cōclusio est, ꝙ ludi liberales, qui sunt materia eutropeliæ pro tāto impediūt: qa aliqd est vni virtuosum: quod alij vitiosum. Vnde qui ducit vxorē, decet eum habere lætitiā. Et qui habet patrē mortuū, decet eum habere tristitiā. Sicut ecclesia deponit cantica lætitiæ tēpore doloris, quæ resumit tēpore gaudij. Quia ergo pœnitentia est opus doloris. ideo contrariaꝫ ei lætitia: quæ aliās esset virtuosa. Non autē est totaliter pœnitēti interdicēda: ne ampliori tristitia absorbeaꝫ. Sed tēpore pœnitentiæ plus à ludis est abstinendū. Cùm etiā nobiles abstineant, qui in Quadragesima, qñ est tēpus pœnitētiæ, ioculatores licentiant, qui tunc veniūt Parisius addiscere, de quo postea possunt ludere. 10 Tertia conclusio est, ꝙ ludi spirituales decent pœnitētes, quorū est dolore gaudere &c. 11 QVANTVM ad tertium de spectaculis sunt tres conclusiones. Prima, ꝙ spectacula turpia ad malū incitātia impediunt, qa ad mortale alliciūt. Vnde & ad pœnitentiā agendā secundū iura aliqui in monasteriis, vel in locis religiosis tēdebantur, ne haberent videre vanitates mundi. 12 Secunda conclusio est, ꝙ spectacula curiosa, voluptuosa, sicut venationes cum canibus, & auibus, quæ maximè in Quadragesima fiūt, qñ soli voluptati seruiunt: cùm hīc cor distrahant, & à Deo retrahant, ad quæ pœnitēs debet habere cor collectū, & attentū pœnitentiā impediūt. Ob quā etiā causam personis ecclesiasticis prohibetur: extrā. de cle. ven. per totū. 13 Tertia cōclusio est, ꝙ sunt spectacula necessitatis: sicut Petrus ad piscandū hamo rediit, vt haberet. vnde solueret didragma. Et iterum. Duc in altū, & laxare rhetia. in Luc. Item in Ioanne: Mittite in dexterā nauigij rhete. Et talia pœnitentiā non impediunt. 14 QVANTVM ad quartum sunt tres cōclusiones. Prima, ꝙ negotiū publicanatus impedit: quia inquantū ad peccatū implicat: in tantū necesse est, ꝙ ad illud pœnitēs non recurrat secundum Grego. Est autē istud peccatū tribus modis. Primò, si nova vectigalia leuet sine authoritate Principis cōtra iura. C. noua vectigalia &c. per totū. Secundò, si immoderatè adaugeat antiqua pedagia. Tertiò, si à personis, vel pro rebus exigat, à quibus, vel pro quibus non licet: quæ Zacheus restituebat in quadruplū. 15 Secūda conclusio est, ꝙ militia etiā est impedimentū non inquantū defendit ecclesiā: cùm etiā detur in pœnitentiā, vel ire vltra mare, vel hmōi: sed quantū ad ea, in quibus milites contra iustitiā agunt, transgredientes præceptū Ioannis Baptistę. Neminē cōcutiatis, & estote contēti stipendiis vestris: vt qñ faciunt extorciones illicitas, & insolitas: sicut Roboā voluit aggrauare iugum patris sui. Hæc & hmōi pœnitentiā impediunt. 16 Tertia conclusio est, ꝙ omnis negociatio inquantū est peccatū, impedit pœnitentiā: quia vnū contrariū destruit aliud. Est autē peccatū, vel ratione personæ, cui est interdicta mercatio, vel qa est monachus clericus, vel conuersus. Non enim excusantur conuersi: quia sunt laici, quia sunt veri religiosi. Et si propter lucrū faciunt, non videntur excusari à mortali. Si vero propter necessitatē victus iam non est mercatio propriè dicta, nec per consequens prohibita. 17 Secundò, ratione loci, de immunitate ecclesiarū. c. Decet. domū Dei: qa mercatura in ecclesiis, & in cimiteriis fieri non debet: nisi consuetudo excusset: quam prælati sciūt, & dissimulant. Aliter si prælatis contradicentibus est per violentiā introducta est corruptela. Vnde Christus eiecit ementes, & vendētes de templo. 18 Tertiò, ratione tēporis: qa diebus Dn̄icis & festiuis non est mercandū alicubi. Tm̄ est priuilegiū Papæ, vt tenēatur numdinæ in Dn̄icis: qa Dn̄s est filius hominis etiā Sabbati. Vnde & eius vicarius pōt dispensare: qa Sabbatū sanctificare licet sit mortale quantū ad hoc, ꝙ aliquādo Deo vacetur, & est indispensabile ab homine: tm̄ ꝙ tali tēpore tm̄, & taliter vacetur, est positiuū, & dispensabile. Et per consequens, vbi est consuetudo à Papa

Hypocrisis siue mortal. sine venial. impedit pœnitentiam. Ludi licitiq̄ quo impediunt pñiam. Art. 3. Spectacula impediunt. Venationes impediunt. Militia impedit. De negotiatione, q̄ impedit quinq; modis. priuilegium Papæ est tenere nundinas in dominicis.

Nota. Papa scita,& dissimulata peccatũ non est. Et inde est,q̃ qui tunc non perdit missam,& sermonem:cùm alias per hebdomadam ire non possit: si pro necessariis emendis, vel vendẽdis tunc vadit, non peccat, qa finem præcepti seruat:licet non sic liceret vacare agriculturæ post auditam missam: sed non sunt excusati, qui toto die festo in foro sedent:sicut in feriali non audientes missam.

19 Quartò,ratione modi:qa plus debito vendens, aut vilius emens etiã citra dimidiũ iusti precij tenetur ad restitutionẽ: qa hoc requit æquitas iusti precij:consi derato secundũ iustam extimationẽ, quantũ res valebat tẽpore contractus. Si autẽ tẽpore contractus dolus inter ueniat:fortè qa celat vitium æqui:siquidẽ fit dolus dans causam contractui:qa.s.non erat aliàs empturus, nisi qa iste decepit,sicut æquũ cadentẽ periculorũ,si quis sciret fatuus esset,si emeret:tunc licet valeat preciũ:tñ vẽditor qui celando decipit emptorẽ, tenẽt ad restitutionẽ precij emptori reofferẽti rem: qa propter talẽ dolũ potest re scindi contractus secundũ iura. Si autẽ fuit dolus incidens in contractu:qa emisset quidẽ,sed non tanti: tunc est quidẽ peccatũ in celando:sed non tenetur ad restitutionẽ:suppositoq̃ equus tantũ valeat,quantũ venditus est:qa ex quo volebat emere, debebat emere iusto precio:& iniustus emptor est, si velit, pro minus habere iusto precio. 20 Quintò,ratione rei,quę si sit talis, q̃ non cadat in commerciũ,aut propter bonitatẽ, vt res sacra, vel propter religionẽ, vel quia solo malo vsui est apta,vt venenũ,semper est peccatũ. Si autẽ sit tale venenum,de quo potest etiã fieri medicamentũ,tunc licet,& vendi potest. Sed tñ in his Deus non decipitur,nec irridetur. Nam si res est talis,q̃ cõmuniter ea malè ementes vtuntur,vt taxilla, & hmõi, peccat vendens mortaliter, vel venialiter, sicut est vsus illi⁹ rei,vt de sertis, & hmõi: quæ propter vanitatem fieri solent : licet conferant aliquando ad sanitatẽ. Quę autẽ indifferenter benè,& malè vsitãtur,vt gladij vendi possunt:sic tamen, q̃ nunquã illi vendantur,quem verisimile sit abusurum. Alioquin consentit illi in crimine, & cooperatur : & participat in crimine criminoso. Ad argumentum dicendũ, q̃ pœnitentia destruit peccatum, de quo est,sed destruitur ab illo, de quo non est.

Emptor qñ tenet viciũ rei emendæ pandere. S.T.2.2.q.77.artic.3.quotli.2.q.10.

Venenum quo pot vendi. S.T.2.2.q.169.ar.2.ad.4.

QVAESTIO TERTIA.

De *circunstantiis confessionis.*

Thom. 4. *d.* 16. *q.* 3. *art.* 2.

TERTIO Quæritur de circũstantiis, an sint confitendæ? Et videtur q̃ sic:quia cùm cõfessio sit ad sc endũ gravitatẽ peccati:vt secundũ quantitatẽ delicti sit plagarũ modus: cũ circũstantia aggrauet illam, dici oportet. 2 CONTRA, qa in confession homo non debet alium prodere,sed tantũ se: quia iustus in principio sui sermonis accusator est sui:frequẽter autẽ etiã q̃ si vellet circunstantiã dicere alium diffamaret. ergo saltem tunc debet subticere. 3 RESPONDEO, circa istam quæstionẽ. Primò videndũ est de circũstantiis,quantũ ad numerũ. Secũdò quantũ ad effectũ. Tertio q̃tùm ad cõfessionẽ. 4 QVANTVM ad primũ, dicendũ, q̃ numerus circunstantiarũ consueuit his versibus denotari.

Art.2. Numer⁹ circunstãtiarũ. S.T.Bonau. hic in expõe textus primi

Quis,quid,vbi,per quos,quotiens, cur, qũo, quando.
Quilibet hæc seruet morbi medicamina dando.

Vel secundũ Bonauenturã. Aggrauat ordo,locus,persona,scientia tẽpus. Aetas,cõditio,numerus, mora,copia, causa. Est modus in culpa,status altus,lucta pusilla. Sed quis dicitur pro variatione personę,status,ætatis,sapientiæ,ordinis. Quanto enim altior est gradus, tanto periculosior est casus,& ingratitudo maior. Quid,vtrum malum: qa prohibitũ, vel ex genere suo malũ, mortale vel veniale. Vbi,vtrum in loco sacro:quod grauius est,q̃ in non sacro. Per quos.s.alios trahẽdo ad peccatũ:quod est proprium Diaboli. Quotiẽs,si in consuetudine,& de numero actus. Cur,an ex infirmitate,ignorãtia,vel electione. Quomodo,vtrũ naturali modo,vel nõ naturali. Qñ, si in festo,vel ieiunio solẽni. 5 Sciẽdũ,q̃ in actu ipso essentialiter est peccatum. vnde non potest vnũ peccatũ esse in pluribus actibus. 6 QVANTVM ad secundũ de effectu circũstantiarũ sciendũ, q̃ circunstantiæ sunt in quintuplici genere. Primæ,nec alleuiãt, nec aggrauant:sicut ille,quę non important aliquã conuenientiã,nec disconuenientiã ad rationẽ,nec ex se,nec ex suppositione,sicut furari cũ dextera,vel cum sinistra. Secundæ alleuiant,sicut illæ,quę importantconenientiam, vt facere malũ bona intẽtione, vel ex ignorantia. Tertiæ aggrauant,sed non mutant:sicut ille,quæ important disconuenientiã ex suppositione, vt furari multũ. Quartæ grauant,& mutãt,non in infinitũ, vt qñ vtrunq; est veniale,vel vtrunq; mortale,vel primũ mortale,secundum veniale: vt in speciebus gulæ,quarũ vna aduenit alij,& qñq; sunt mortales,qñq; veniales. Qui te mutant,& grauant in infinitũ:vt qñ actui veniali: puta lauę,& studiosæ pręparationi addatur ebrietas,vel notabilis anticipatio horæ in ieiunio sine causa 7 Sed vtrum religioso sit mortale,quod alteri est veniale?

Art.2. Quintuplex genus circũstan.

Quæstio incidens,ante ligioso sit morale, qd' alteri venia le. S.T.2.2. q.186. arti. 4. &.10.

8 Dicendũ q̃ non,vt puta verbum ociosum,vel huiusmodi:nisi speciem mutaret:qa nubere,vel velle nubere,quod seculari non est peccatũ, si propter prolem, vel veniale,si propter voluptatẽ, est mortale professo,vel ordinato in sacris: quia sacrilegiũ est:non autẽ motus primi luxuriæ,furti,vel inobedientiæ:qa nullus vouet se nõ habiturũ primos motus,qui nõ sunt in potestate nostra. Vtrum autẽ sint plura peccata circũstantia,& subiecta? Dicunt quidã, q̃ sic,qñ sic sunt disparata, q̃ non faciũt vnum,vt genus,& differẽtia:pro quibus est:qa aliter nõ essent circunstantiæ de necessitate confessionis-

Ad. 5. Dubiũ pulchrum. Durã.hîc.q. 3.arti.2. Rñsio doct. Ad idẽ.S.T. prima. 2.q. 18.arti.

9 Sed quia actus exteriores non habẽt rationẽ peccati,nisi ex interiori:videẽ,q̃ sint vnum peccatũ semper: qñ est vnus cõsensus: vt si quis vno solo actu consentiat furari ꝓpter mœchari:nõ sunt duo peccata:etiã si actus exteriores sint diuersi. Si autẽ ecõuerso actus exterior sit vnus:vt furari, vel fornicari, & sacrilegiũ: dum tñ alio actu velit vnum,q̃ alium:essent duo peccata, aliter vnũ. Est autem circa hoc cõmunis opinio,q̃ etiam si est vnus actus interior, ex qao sunt plures deformitates speciei, q̃ sunt diuersa peccata : qa peccatũ nihil est.ergo secundum priuationẽ ipsam multiplicatur. 10 Sed cõtra hoc est,qa actus est de essentia peccati commissionis: Primò, qa aliter nõ differet à peccato omisionis. Secundò, quia diffinitur per actũ. Tertiò, quia de ipso prædicatur in abstracto,& in recto:& sic essentia peccati commissionis non est sola priuatio: imo actus subtractus. Nam dicitur dictũ,vel factũ, vel cõcupitũ contra legem Dei,& conuersio ad bonũ cõmutabile,& auersio à bono incõmutabili. Vnde licet auersio,& priuatio sit formale in peccato:non est tñ totale peccatũ:sed est ibi materiale aliquid positũ. Sicut ergo non essent duo homines, si haberent duas aminas, & non haberent nisi vnum corpus:qa est pars essentiæ,licet materialis:ita nisi sint plures actus:quãuis sint plures deformitates,non erunt plura peccata, vt videtur. 11 Item si ipsa conuersio, & factũ ipsum non esset peccatũ, nec pars peccati . ergo non

Actus est de essentia commissionis sic etiã tenet.S. T.de Ma.q. 2.art.2.

non oportet confiteri : nec posset de peccato in abstracto prædicari:cùm tñ dicatur,q̃ furtum est contrectatio & fornicatio est concubitus,& hmõi. 12 Sed posset dici , q̃ priuatio est tota essentia peccati non solũ in peccato omisionis: quod est priuatio actus debiti: imò etiam in peccato cõmisionis : quod est priuatio debitæ circunstantiæ. quia idem non est de essentia duorũ contrariorũ:licet possit esse materia,in qua respectu vtriusq;. Vnde cùm actus secundũ speciem naturæ indifferenter subiiciatur bonitati,& malitiæ morali:quæ sunt contraria:videtur,q̃ nõ intret essentiã alicuius:sicut nec superficies est de essentia albedinis,aut nigredinis. Et quãdo diffinitur peccatũ per actũ : est diffinitio per additamentũ,sicut quando diffinitur accidens per subiectum.

Opi. Du.ꝓbabiliter tenet.

13 Ad id,quod dicit cõtra dicendũ, q̃ differunt in habere actũ,& non habere,sicut subiectũ, non sicut partem essentiæ. 14 Ad secundũ dicendũ,q̃ est diffinitio per additamentum. 15 Ad tertiũ dicendũ, q̃ sicut cùm dicitur,archa est lignũ:ipsa accipit in cõcreto:sic qñ dicitur pctñ est dictũ, vel factũ &c.hoc autem est,qñ vna circũstantia nõ est alterius determinativa: vt differentia:aliàs secus est.ergo fornicatio,& adulterium videnẽ vna species,non duæ. Et similiter incestus: quia fornicatio est genus ad ista. Non tñ sequitur quin ista circũstantia sit dicẽda:qa licet non sit alia species:tñ est species. Si quis autẽ confiteẽ genus,& non speciẽ: puta si quis diceret,ego nimis comedi: & nõ diceret in ieiuniis in frãgendo ieiuniũ,non sufficeret:ita & hîc non sufficit dicere:ego cognoui mulierem,nisi specificetur.

Art.3. 16 Aliis autẽ videẽ, q̃ est duplex peccatũ:sicut in sacrilegio: qa sicut potest fieri irreuerentia loco sacro sine homicidio: qd' sufficit ad rationẽ sacrilegij: & econuerso põt fieri homicidium in loco non sacro: inde est, q̃ homicidiũ factũ in loco sacro est duplex delictũ, & non vnum , ita vt hîc:qa iniuria, vel irreuerẽtia ad matrimonium suũ,vel alienũ, vel vtrũq;:quam importat adulterium super fornicationẽ põt inueniri sine alia, & econuerso: sicut si de facto cõtraheret cũ tali, & matrimoniũ non consummaret:& fornicatio simplex inueniẽ præter alias species.ergo non est genus eorum:quia nihil est in genere , quod non sit in aliqua specie eius: nisi dicatur, q̃ fornicatio est genus ad omnẽ illicitum concubitum: sed fornicatio simplex dicit vnam speciem,aliæ aliam.

17 QVANTVM ad tertiũ , vtrum cũcũstantiæ sint cõfitendæ? Sciendũ,q̃ quædã circũstantiæ sunt, quę nihil faciunt ad peccatũ:& istas cõfiteri est superfluum: quædam,quæ alleuiant, & istas confiteri est imperfectũ: nisi quis timeret scandalũ confessoris:quædam,quæ mutãt in mortale,& istas cõfiteri est necessariũ:quædã,quæ aggrauant, & nõ mutant:& istas cõfiteri est perfectũ:nisi propter sui periculũ,vel cõfessoris,vel tertij. Ratio autem quare istas non est necessariũ cõfiteri,est ista:qa circunstãtia est cõfitẽda necessario, non qa mutat: vt patet in veniali:sed qa grauat in infinitũ,vt patet in mortali. Sed circunstãtia non mutãs,nunquã aggrauat in infinitum:qa intendit pœnã,& non extẽdit. Extentio enim est infinita,nec põt crescere, sed intẽsio est finita: & semper potest crescere:sed per nullã circũstantiã fit infinita. ergo nulla talis de est necessitate cõfitẽda. 18 Ad argumenta dicendũ ad primũ,q̃ si esset necesse secundum quantitatẽ delicti,semper taxare pœnã benè argueretur: non est autẽ necesse,sed frequẽter minus imponiẽ,& laudabiliter. 19 Ad secundũ impositum dicendũ,q̃ circunstantiã mutantẽ in mortale tenetur dicere. Quia si non põt dicere sine diffamatione isti sacerdoti, vadat ad superiorem, vel ab altero petat licentiã eundi ad extraneum. Non autẽ eoipso habet licentiã eundi ad aliũ, nisi quando sacerdos est in culpa , vel propter nescientiam, vel quia confessiones reuelat.

Ad argu. in titulo.q.

QVAESTIO QVARTA.

De *partibus pœnitentiæ.*

Thom. 3. *q.* 90.

QVAERITVR Quartò,vtrũ pœnitentia habeat partes? Et videt q̃ non: qa simplex non habet partes: sed pœnitẽtia cùm sit virtus, est huiusmodi. ergo &c.

2 CONTRA est Magister in litera. 3 RESPONDEO, circa istam quæstionem tria sunt facienda. Primò est videndũ de istis partibus in generali. Secundò in speciali de cõtritione. Et tertiò de satisfactione. 4 QVANTVM ad primum est sciendũ, q̃ pœnitẽtia habet tria genera partiũ.

Art.1. Partes potẽtiales pœnitentiæ.

Primò habet partes quasi potentiales siue potestatiuas: quarum vna continet aliã, & plus,sicut in figuris. Et sic dicimus animã diuidi in vegetatiuã, & sensitiuã &c. sicut totũ potentiale potestatiuũ in suas partes : sensitiuũ enim continet vegetatiuũ, & plus:& intellectiuũ continet illa duo,& plus:sicut tetragonũ,trigonũ, & pentagonum illa duo,vt dicit in.2.do anima. Et secundũ hoc accipiuntur partes ab augu. positæ in litera. Prima pœnitentia ante baptismum. Secũda post baptismũ de venialibus. Tertia post baptismũ de mortalibus. Prima requirit solũ contritionẽ. Secunda contritionẽ, & satisfactionem. Tertia contritionẽ,satisfactionẽ, & confessionem.

Partes subiectiuæ.

5 Secundò habet partes subiectiuas, quæ respondent toti vniuersali:sicut indiuidua sunt partes speciei, & species sunt partes generis, & sic diuiditur pœnitẽtia in priuatam,publicã,& solennẽ. Quod autẽ dicit, q̃ simplex sacerdos potest imponere solennẽ, sed non solenniter:non est benè dictum: qa eiusdem est pœnitentiã imponere,& culpam scire. Vnde si soléniter imponit,debet sibi peccatũ dici. Nec oportet, q̃ soléniter coram omnibus,sicut coram omnibus imponitur: quia nullus tenetur sacramẽtaliter in publicũ confiteri. Et ideo melius est remittere ad episcopũ:etiã pro absolutione, non solũ pro pœnæ impositione, quia eiusdẽ est à culpa absoluere,& pœnam imponere. Nemo enim,qui condẽnare non potest,absoluere potest,& ecõuerso.

Partes integrales pñiæ.

6 Tertiò habet partes itegrales essentiales: non inquantũ est virtus, sicut argumentũ concludit: sed inquantũ est sacramentum:quæ sunt cõtritio,cõfessio,absolutio, & satisfactio. Quod patet tripliciter. Primo in generali sic: illud sacramentũ,quod per essentiam fuit in omni lege quantũ ad aliquid sui:secundũ illud habet partẽ essentiæ in noua, secundũ quod in antiqua : sicut matrimoniũ, quod per essentiã fuit in omni lege, cõsensum, & expresionẽ, quam habuit in omni lege,habet per essentiam in noua, sicut in antiqua:aliàs non fuisset per essentiã,si nihil idẽ essentiale habuisset in omni lege: sed pœnitẽtia fuit per essentiã in omni lege post peccatũ:& habet nunc contritionẽ,& satisfationẽ non minus, q̃ tunc fed tunc erat vtrunq; eius pars essentialiter: cõtritio quidẽ,quia maximè operabat ex opere operante , in quo illa excellit. Itẽ satisfactio,aliãs nihil sensibile fuisset pars illius sacramẽti,in quo non erat confessio, nec absolutio. ergo &c.

7 Secundò, qa confessio , & absolutio non sunt essentialiter pœnitẽtia:qa potest confiteri impœnitens,& absolui: conteri vero est essentialiter pœnitere: qa actus à pœnitẽtia elicitus: similiter satisfacere est pœnã tenere:& actus à pœnitẽtia imperatus,& ab istis duobus tractum est

ctum est nomen pœnitẽtiæ,non ab illis duobus.vnde & erat pœnitẽtia,qñ non erat confessio,& absolutio: ꝓpter quod si in noua lege contritio,& satisfactionon sunt de integritate, & essentia sacramenti : sed solũ se habent ad ipsum sacrm,sicut dispositio,antecedẽs,& cõsequens:nõ debet dici sacrm pœnitẽtiæ,sed solũ sacrm cõfessionis,& absolutionis: sicut dicit remediũ contra originale, non sacrm catheciſmi,& exorciſmi, vel etiã pũia ante baptiſmum:quę tñ necessario requiritur in adulto,nec vnctio quæ postea fit in vertice,sed dicit sacrm baptiſmi:qa baptiſmus ablutio sub forma verborũ,in qua est tota essentia:sed hoc est cõtra cõmune dictũ theologorũ, & iuriſtarum,qui vocãt sacrm pœnitẽtiæ. ergo &c. 8 Tertiò sic,sicut se habet baptiſmus ad originale,sic pœnitentia ad actuale: sed solus baptiſmus circũscripto omni alio,qd' non est de essentia: sufficit ad deletionẽ originalis.ergo sola pœnitentia ad deletionem actualis:sed confessio,& absolutio non sufficiunt sine contritione, & satisfactione. ergo ista duo sunt de essentia, sicut illa. Sed contra hoc arguitur dupliciter:primò contra hoc,quod dictum est de materia, & forma: dicunt quidam, ꝙ contritio,& satisfactio non sunt partes pœnitẽtiæ propriæ: quia extra materiã,quæ est confessio,& formam,quæ est absolutio. 9 Ad quod dici potest, ꝙ in subſtãtia naturali non sunt partes essentiales, niſi vna materia,& vna forma subſtantialis: tñ in cõposito artificiali partes dicuntur materiales, quæ se tenent ex parte materiæ, & formales,quæ se tenent ex parte formæ. Vnde cõtritio,q̃ est dispositio cõfessionis, & parit cõfessionẽ, potest dici materia remota,sicut cõfessio materia propinqua. Et sicut absolutio est forma,sic satisfactio in absolutione iuncta est pars formalis,& pars formę,qa satisfactio non est ꝑfecta cõfessio:niſi cõtritio ꝑcedatv' cõcurrat:sic nõ est absolutio ꝑfecta à culpa, & à totali pœna,niſi satisfactione completa. Vnde sicut contritio est pars materiæ, sic satisfactio est pars formę. 10 Secũdò arguitur quaſi contra primã rationẽ,quia non sequitur. Si contritio, & satisfactio erant olim sacra : ꝙ propter hoc modo sint: quia in lege antiqua satisfaciones, quæ fiebant pro peccatis, erant sacramenta, non autẽ modo. Et ſimiliter decimæ, & oblationes erant sacra, quæ modo non sunt. 11 Sed dicendũ, ꝙ illa, quæ in lege noua remanserunt non secundũ rationẽ illam, secundum quam erant olim sacra,modo sunt sacra,quia cessante causa,cessat effectus:sicut illa,de quibus arguitur,non erant sacra,niſi inquantũ figuralia:ſi autẽ non remanserunt nunc, quia ſic esset iudaizare: sed inquantũ moralia in sustentationem pauperũ,& miniſtrorũ. Sed illa,in quibus eadẽ ratio sacramenti remansit, vel melior successit,illa sunt sacramẽta,sicut prius, sicut oblatio altaris est perfectius sacramentũ, q̃ agnus paſchalis, & quæcunq; oblatio antiqua,quia ſignificat gratiã,& continet, & causat eam per essentiam. Et ſimiliter, qa contritio, ꝙ ſatisfactio erant partes sacramenti,inquantũ erant medela peccati,quod non minus habent nunc,q̃ ante. ideo nunc sunt pars sacramenti, ſicut tunc. 12 QVANTVM ad ſecundum ſciendũ,ꝙ cõtritio est pars sacramẽti pœnitentiæ essentialis,quod patet dupliciter.Primò,qa ſicut matrimoniũ consistit in actu ſuſcipientis non habens materiã exterius, ſic pœnitẽtia:ſed ſemper hoc ibi est de essentia non solùm actus exterior,sed etiã consensus interior: ſine quo nihil agitur. ergo ſimiliter & contritio in pœnitẽtia:niſi ꝙ in hoc differunt pœnitẽtia à matrimonio:quia in matrimonio idem est actus interior,quo intendit ſuſcipere sacrm,& qui est pars sacramẽti.s.consensus,niſi fortè reſpectu benedictionis eccleſiæ,quam ſi recipere intẽderet, niſi in coniugium cõſentiret, non esset matrimoniũ: hîc autẽ est alter actus, quo intendit ſuſcipere sacramentũ pœnitẽtiæ, qui non est pars sacramẽti: & alter est actus,quo dolet de peccato, qui est pars sacramenti,& per ſe requirit. In cæteris autẽ ſacramẽtis intẽtio in adulto dante,& ſuſcipiente requiritur, ſicut diſpoſitio præambula necessaria,non ſicut pars, ſicut nec hîc, ſed dolor de peccato ibi non requiritur niſi per accidẽs: hîc autẽ per ſe. Vnde non est ſolũ diſpoſitio,ſicut in illis, ſed est pars sacramenti. 13 Secũdò, quia ſi esset ſolũ præambulũ,cùm restitutio,quę ſolũ requiritur:iſto modo non includat partes pœnitẽtiæ, nec in facto, nec in proposito:ſed est pefecta restitutio ſine proposito confitendi:nõ est autẽ cõtritio vera, niſi cum proposito confitendi, & ſatisfaciẽdi, ſi facultas adſit: hoc autẽ est proprium partis habere habitudinẽ ad aliam partẽ in comparatione ad totũ:& non ſecundũ ſe, ſicut lapides, & ligna non habent habitudinẽ inquantũ hmõi ad fundamentum,& tectum:ſed vt ſunt illa pars domus,quę dicitur paries, ſic habent ſe iſtæ partes pœnitẽtiæ. ergo &c. 14 Sed cõtra hoc arguitur dupliciter: primò, quia omne sacramentũ nouę le. miniſtratur ſecundũ omnem ſuam partem à miniſtris eccleſię. 15 Dicendũ,ꝙ hoc verũ est quantũ ad conſummationẽ,& applicationẽ materiæ in his,quæ habent materiã exteriorẽ, non autẽ in aliis : imò aliquãdo tota essentia est abſq; miniſterio eccleſiæ : & ſola conſummatio accidentalis est per miniſterium eccleſię:vt in matrimonio,cuius essentia est ſine miniſterio eccleſiæ etiã tota. 16 Hîc autẽ cõſtat, ꝙ confeſsio ſecundũ omnes est pars sacramẽti pœnitentiæ, de qua certũ est, ꝙ non miniſtrat per miniſteriũ eccleſiæ , ſed ipſi miniſtro ab alio. Sacerdos enim non est confeſsionis factor, ſed tantũ auditor. Vnde maior ſolũ habet locũ in sacramẽtis : quorũ materia est aliud ab actu ſuſcipientis.ideo &c. 17 Secundò,qa pars ſacramenti,quod est sacrm, tantũ est aliquid ſenſibile,qd' non potest dici de contritione. 18 Dicẽdum est per interemptionẽ maioris: qa cùm de integritate sacri sit intentio ſecundũ iſtos,& ſpecialiter in matrimonio,q̃ tñ non est ſenſibilis:potest dici, ꝙ cõſensus in matrimonio est pars sacri, ſiue materialis inquantũ est diſpoſitio materiæ.i. perſonæ contrahentis,vel formalis inquantũ exprimitur per verba formæ, & in aliis intẽtio cõferẽtis est quaſi formalis:& intẽtio ſuſcipiẽtis est quaſi materialis.Ex quo enim est de essentia,videtur reduci,vel ad materiã,vel ad formã,& ad qd' est ſacramentũ tantũ:cũ prę ter illud ſit ibi res,& sacrm.i. character,vel vinculũ, aut ornatus,& res tantùm. ſ.gratia,vel hmõi. 19 Vel potest dici,ꝙ contritio non est pars pœnitẽtiæ sacri: niſi ꝓut per verba ſenſibiliter manifeſtatur,& per ſactisfactionem:ſic enim tres partes pœnitẽtiæ inueniunt in exteriori pœnitẽtia, & in interiori, & interior pœnitentia ſecundũ ꝙ in ſe manet diſponens ad gratiã est res sacri, & non pars sacri: ſecundũ autẽ ꝙ inuenit per ſigna ſenſibilia ī exteriori pœnitẽtia ſic est pars sacri. Propter qd' ſciendũ est,ꝙ contritio dupliciter accipitur. vno modo propriè pro actu gratia informato, & ſic non est pars sacramenti,ſed est res sacri,vel primus effectus eius,vel habiti in facto, vel ſuſcepti. Secundò modo pro actu liberi arbitrij dolentis de peccato:qui non potest dici res sacramẽti,cũ non ſit effectus eius: ſed est primũ principiũ eius,& ſic est pars sacri,prout exterius ſignificat actu,vel habitu,ſicut cõſecratio chriſmatis,& olei ad infirmos est pars sacri materialis, inquãtũ nõ est materia immediata ſacrorũ illorũ niſi cõſecrata: & tñ licet cõſecratio ſit aliquid ſenſibile: tñ eſſe conſecratũ non est aliquid ſenſibile,ſed ſolũ intelligibile: quia tñ est in materia ſenſibili, & innoteſcibile per conſecrationẽ,quæ est actio ſenſibilis.ideo

Dur.hîc.q.1 Ad.1. Duran di.

In rebus naturalibus est vna materia in artificialibus aliquando duplex.

Ad.1.Durã. Aliquasacramenta miniſtrantur abſque miniſterio eccleſiæ.

Ad.2.Durã.

Cõtritio est pars integralis pœnitentię cõtra Duran.ſuprà. Ratio.1.

Art.3. Satisfactio est pars &c. Satio.1. lis:ideò est pars sacramenti. 20 CIRCA tertiũ ſciendum, ꝙ ſatisfactio est pars pœnitẽtiæ. Primo,qa illud,quod recedẽte fictione viuificat,& habet efficaciam factum in mortali est sacrm,vel pars eius:nullũ enim opus, quod non est sacrm factũ in mortali põt viuificari: ſed pœnitẽtia facta in mortali,ſi habuit effectũ derelictũ per pœnitentiã,incipit esse ſatisfactoria,ſicut baptiſmus recedẽte fictione.ergo &c. 21 Secũdò,quia ſicut ad delectionẽ originalis ſufficit baptiſmus, vel propoſitum ſolius baptiſmi veri,& non alterius, niſi fortè per accidens. vnde non diffinitur baptiſmꝰ flaminis, ꝙ ſit propoſitum baptiſmi veri,& vnctionis in vertice: ſed ſolius baptiſmi veri : ſic ad deletionem actualis ſufficit propoſitum veræ pœnitentiæ, vel eius ſuſceptio per ſe:ſed niſi homo haberet propoſitũ ſatisfaciendi, ſicut confitendi non remitteretur culpa,niſi etiã ſequeret ſatisfactio, vel præcederet,non remitteretur tota pœna.ergo ſatisfactio ita est de essentia pñiæ,ſicut cõfeſsio. 23 Sed contra hoc arguitur. Primò,qa deficiente illo,quod est de eſſentia,deficitres, ſed de ſatisfactione nõ est ſic.ergo &c. 23 Dicendũ est, ꝙ hmõi partes non ſunt partes integrales eſſentiales totius permanẽtis:qa illę ſunt ſimul, ſed totius ſucceſsiui, cuius partes non ſunt ſimul. Vnde videtur, ꝙ ſatisfactio ſit magis eſſentialis,q̃ confeſsio,& abſolutio: qa cùm pœnitẽtia fuerit verũ ſacrm in omni lege,& naturæ, & ſcriptæ, & gratiæ, maximè ſecundũ illud,quod in ea est ſenſibile de tota pœnitẽtia in lege naturæ:nihil erat ſenſibile niſi ſola ſatisfactio,qa tunc non erat cõfeſsio,nec abſolutio. Nec in lege veteri erat abſolutio.ergo vel pœnitẽtia non erat sacrm in lege naturæ, vel ſacrm erat aliquid non ſenſibile, vel ſatisfactio erat de eius eſſentia. Cùm igitur ſatisfactio nunc non ſit minus neceſsaria,q̃ tunc:videt,ꝙ nunc ſit de eſſentia, ſicut tunc:licet aliquid ſit additũ, qa ſacris cõmunibus omnilegi remanſit aliquid eſſentiale cõmunc:ſicut matrimoniũ cõſenſus,& verba, & alia ſigna, ſicut olim, ita & nũc ſunt de eſſentia. 24 Præterea ſi argumentũ valeret,cõfeſsio,& abſolutio,quæ non ſunt ſimul,non eſſent partes integrales. Similiter ante cõſecrationẽ ſanguinis, & vnctionẽ pedum est verũ ſacrm,ſed nõ completũ:& tñ illæ ſunt partes eſſentiales,& ſacramẽti euchariſtiæ,& extremæ vnctionis.ergo & hîc. 25 Secundò arguit contra hoc ſic,qa ſine eſſentia ſacri non habetur totus effectus, ſed qñq; est tãta contritio,ꝙ non requiritſatisfactio,& ſic ſine ſatisfactione est perfectũ ſacrm pœnitentiæ:& per cõſequens non est de eſſentia : cùm ſine parte eſſentiali non poſsit eſſe perfecta eſſentia rei.

Argu. du.ſuprà. Solutio

Impug. ſecunda.

Ad.1. Effectus ſacri habẽtur interdum ſine ſacro.

26 Dicendum, ꝙ perfectus effectus ſacri aliqñ habetur ex ſolo ꝓpoſito ſacri ſine hoc, ꝙ aliquod de eſſentia ſacramẽti habeat, ſicut per baptiſmũ flaminis, & ſanguinis aliqñ habẽt,quicqd est res tantũ in baptiſmo,qui tñ non est de eſſentia baptiſmi fluminis: vt patet in pueris baptizatis: & multò magis per partẽ ſacramẽti, quæ est cõtritio ſine cõfeſsione,& ſatisfactione habetur aliqñ effectus,quãuis de cõfeſsione,& abſolutione non ſit dubium, quin ſit de eſſentia ſacramẽti. 27 Si dicat, ꝙ per ſe requiritur confeſsio,& abſolutio,non ſemper ſatisfactio. Dicendũ,ꝙ imò ſemper requiritur contritio,& ſatisfactio:non autẽ confeſsio,nec abſolutio: quia in venialibus non requiritur confeſsio,nec abſolutio, ſed requiritur contritio, & ſatisfactio, vel hîc, vel alibi.

Nota.

18 Et ſi dicatur,ꝙ non est sacrm,quod est poſt hanc vitam. Dicendũ,ꝙ verum est inquantũ hmõi:ſed qa ibi requirunt in ſupplementũ,quę hîc non fuerunt,vbi per ſe,& primò eſſe debuerunt. Et ſimiliter cõfeſsio,& abſolutio,ſi neceſsitas impediat,non ſunt neceſsaria,ſed alia duo ſemper ſunt neceſsaria vel hîc,vel alibi. Item qñ cõtritio delet omnẽ pœnã: hoc est inquantũ habet dolorẽ pro ſatisfactione admixtũ, qui æquipollet pœnæ alteri: cùm etiã quandoq; ſit tam pœnalis,ꝙ mori faciat.

29 Quando autẽ dicitur , ꝙ Magiſter vocat, & alij ſancti huiuſmodi partes,reſpondẽt quidã,& dicunt,ꝙ accipiũtur partes largè pro eo,quod ad pœnitentiã requiritur,vel antecedẽter, vel cõſequẽter 30 Sed hoc est falſum,qa ſi ſic eſſet,tunc non debet dici sacrm pœnitentiæ:ſed cõfeſsionis,vel abſolutionis, ex quo nec pœnitẽtia interior, nec exterior est de eius eſſentia: & tunc sacrm pœnitentiæ non est in lege gratiæ, ſed ſolũ sacrm confeſsionis,& abſolutionis, qd' differt ſpecie, nihil habens eſſentiale,quale sacrm pœnitẽtię habuit in lege naturæ,vel Moyſi,quod videtur abſurdũ: qa est ex toto ſacramentũ nouũ,ſi non fuit in lege antiqua ſecundũ eſſentiam,nec ſecundũ partẽ eſſentiæ, ſed ſolũ ſecundũ figuram. Et quod dicit Tho. ꝙ matrimoniũ,& pœnitẽtia præfuerunt eſſentialiter, non vt ſacra: ſed prout ſunt in officium, & actum virtutis: verũ est, ꝙ non præfuerunt, vt ſunt ſacra no.le. totaliter, ſed vt ſacra præfuerunt: qa quãdocunq; fuit morbus,fuit sacrm contra morbũ remedians. Vnde cùm Adam fuerit eductus à ſuo peccato, qd' non est niſi per sacrm pœnitẽtiæ. ergo omnino erat pœnitẽtiæ sacrm,ſed non quo ad confeſsionẽ,& & abſolutionem,nec quo ad alia,prout iſta includũt,quia non oportebat , ꝙ eſſet contritio cum propoſito confitendi, nec ſatisfactio iuncta à ſacerdote, ſed ſecundũ ſe matrimonialiter erant ſimiliter & matrimoniũ. Argumentum in oppoſitum ſolutum est per ea,quæ dicta ſunt.

Du.ſuprà in fine arti.

Quæ fuerit mens. B. T. oſtenditur. In.4. diſt.8. q.1.art.2.q. 1. & diſ.26. q.2.art.2.

30 Tria proponuntur quærenda. Primum, an ſine confeſsione dimittatur peccatum.

DISTINCTIO.17. QVAESTIO.1.

CIrca Diſtinctionem. 17. quæruntur octo. Primò de contritione. Secundò de confeßione quantũ ad neceßitatẽ. Tertiò an ſit facienda proprio ſacerdoti. Quartò, an poßit fieri alicno de licentia proprij. Quintò de iteratione confeßionis in generali. Sextò in ſpeciali, an impedimentum occultum excuſet ab iteratione. Septimò an confitens impœnitens impleat præceptum. Octauò, vtrum confeßio requirat contritionem.

De *contritione*

Thom. 4. d. 17. q. 2. & 3.

QVAERITVR Ergo de contritione, vtrũ deleat peccatum? Et dicit ꝙ non, qa contritio est quid cauſatũ : ſolus autẽ Deus delet peccata.ergo &c.

2 In contrariũ est Aug. qui dicit,ꝙ cõtritio est dolor remittens peccatum. 3 RESPONDEO, circa iſtam quæſtionem videnda ſunt ſex. Primò,de contritione quantũ ad eius quidditatem. Secundò, quantũ ad eius obiectum. Tertiò, quantũ ad durationem. Quartò, quantũ ad effectũ. Quintò,quantùm ad affectũ. Sextò, vtrum dolor contritionis debeat eſſe tantus, ꝙ potius debeat homo velle annihilari, vel dãnari,q̃ peccare,vel peccaſſe. 4 QVANTVM ad primum de quidditate contritionis ſunt tres concluſiones. Quarũ prima eſt,ꝙ de cõtritione dantur quinq; diffinitiones.Prima Aug. quæ dicta eſt.ſ.ꝙ contritio eſt dolor

Art.1.

Cõtritio deficit veniale effectiuè: nõ autẽ mortale: sed dispositiuè.

dolor remittens peccatũ, supple dispositiuè, non effectiuè, nisi fortè veniale: de quo videtur, ꝙ sit effectiuè ab homine, cùm nihil ad illius dimissionẽ requiratur: quod non subsit homini: quia nec nouę gratię infusio, nec aumentũ, sed solũ dilectio charitatis, & solũmodo pœnæ debitæ, ex gratia, quam iam homo habet, vt sicut homo efficit suũ meritũ, sic & remissionẽ venialis. 5 Secunda diffinitio est Greg. Contritio est humilitas spiritus annihilans peccatũ inter spem, & timorẽ, ne aut sit prǫsumptio, aut desperatio, & annihilat quo ad culpam, & tanta potest esse, ꝙ etiã quo ad pœnã, & inter vtranq; medicinã. 6 Tertia est Ysi. ꝙ cõtritio est humilitas, & compunctio mentis cum lachrymis, veniens de recordatione peccati, & timore iudicij. 7 Quarta est magistralis ex dictis August. Contritio est dolor pro peccatis assumptus, & voluntarius, semper puniens, qd' dolet cõmisisse. 8 Quinta est completior, & magistralis. Contritio est dolor pro peccatis assumptus cũ proposito cõfitendi, & satisfaciendi: quo ad mortale: qa quo ad veniale non requirit propositum confitẽdi, nec fortè satisfaciẽdi: quia pòt remitti, vbi nõ est satisfactio, sicut in purgatorio, sed non fit pro mortali. vnde non videt esse in statu salutis, qui pro mortali non vult hîc satisfacere, sed tantũ in purgatorio. 9 Secũda conclusio est, ꝙ ad verã contritionẽ cõcurrunt illa quatuor, quæ requirit iustificatio impij. s. motus liberi arbitrij in peccatũ detestando. Secũdò motus liberi arbitrij in Deum super oia diligẽdo. Tertiò gratiæ infusio. Et quartò peccati remissio, quæ omnia sunt in vno instanti: ita ꝙ in motu liberi arbitrij primò includit propositũ confitendi, & satisfaciẽdi. Ex quo apparet differẽtia inter contritionẽ, & attritionẽ dupliciter. Vno modo ex parte liberi arbitrij: qa dolor imperfectus dicitur atritio: dolor verò perfectus dicitur cõtritio. Secũdò ex parte Dei: qa dolor gratia informatus dicitur cõtritio, quãtuncunq; modicus sit: dolor verò, qui non est gratia informatus, non potest dici cõtritio, sed attritio. Nam dolor desperationis est maior dolore contritionis: qui tñ non est contritio, qa caret gratia. 10 Tertia cõclusio est videre, vtũ attritio posit fieri cõtritio. Nam si hoc intelligatur de vno actu secundũ speciem non est dubiũ, quin attritio fieri posit contritio, vel quin ex vno fiat aliud, sicut ex mane fit meridies. i. vnus actus post aliũ, & vnus est dispositio ad aliũ. Sicut enim in actibus naturalibus natura procedit de imperfecto ad perfectũ. vnde primo Phy. primo intelligimus cõfusè: postea determinatè: sic ꝙ actus imperfect⁹ cedit, & perfectus succedit: & hic pòt homo dolere imperfectè sine gratia, & est attritio, postea perfectè, & cum gratia, & est cõtritio. 11 Sed vt idem actus numero. Doctor noster frater Tho. dicit, ꝙ non, quod potest verificari dupliciter. Vno modo sed'm illos, qui dicunt, ꝙ actus intellectus, similiter & voluntatis, cũ sit simplex nõ habẽs partẽ, & partẽ non pòt intẽdi, & remitti. Vt dicat prius imperfectus, postea perfectus. Et qd' dicit, ꝙ intelligere fit cũ cõtinuo, & tẽpore: alterũ .s. de continuitate referunt ad fantasma: alterũ de tẽpore referunt ad intellectũ, qui est successio distinctorũ, & non variatio continuorũ. 12 Item sed'o modo si dicatur, ꝙ cõtritio est actus à gratia elicitus: cũ non possitesse actus à gratia elicitus, qui à principio nõ erat gra informatus, & per cõsequẽs non erit cõtritio actus ille, qui tantũ fuit à principio attritio. Si aũt dicatur, ꝙ causa intẽsa intẽditur effectus: & per consequẽs durante fantasiatione, quæ pòt intẽdi. ergo & reliqua. s. intellectio, & electio: sic de imperfecto actu fit perfectus sine hoc, ꝙ habeat partes quãtitatiuas: sed secundũ virtuales grad⁹, sicut habitus simplex intẽditur. Et sic ex parte liberi arbitrij arbitrio pòt fieri cõtritio: qa actus imperfectus nõ non corrupt⁹ pòt perfici, sicut charitas augeri: licet hoc sit dissimile, qa charitas est habitus manens: actus verò est quid transiens: hoc tñ non tollit, quin actus intellectus posit intẽdi pro illo paruo tẽpore, pro quo durat. Ex parte autẽ Dei si contritioni sufficiat, ꝙ sit actus gratia informatus cũ Deus posit infundere gratiã: durãte autẽ illo, qui prius non erat cõiunctus gratiæ: sequitur, ꝙ actus ille secundũ partẽ primę durationis erit attritio & secundũ aliã cõtritio. 13 QVANTVM ad secundũ de obiecto contritionis sunt quinq; conclusiones. Prima est, ꝙ cõtritio est de solo malo culpæ, non naturæ, nec pœnæ: qd' patet ex omnibus præhabitis diffinitionibus: qa agit in pctm̃, sicut in propriũ obiectũ ad destruendũ ipsum. 14 Secũda cõclusio est, ꝙ est de solo pctõ actuali, & nullo modo originali: qa cùm sit actus virtutis pœnitẽtiæ cõtra solũ pctm̃ actuale ordinatur: veniale. s. & mortale indifferenter: nisi ꝙ de mortali est necessaria in præsenti, de veniali autẽ hic, vel alibi.

2. Art.

15 Tertia cõclusio est, ꝙ non est de pctõ alieno: sed solũ de proprio. Licet enim de illo debeat homo dolere: non tñ habet illud dolere proprio actu, sicut pctm̃ proprium. 16 Quarta cõclusio est, ꝙ solũ est de peccato præterito, nõ de futuro: qa licet debeat proponere ab illo cauere: nõ tñ est dolor de futuro malo: sed timor & cautela tantũ: dolor autẽ est de præsenti, & de præterito. 17 Quinta cõclusio est, ꝙ debet esse, de quolibet mortali in speciali: si in speciali habeatur memoria: qd' tñ non oportet de veniali: qa sicut leues infirmitates aliqñ licet multæ vna medicina sufficienter curantur: sed graues morbi speciales medicinas requirũt, sic & hîc similiter pœnitẽtia ante baptismũ non requirit sic specialem dolorẽ: qa sicut in generatione vnica, & naturali actione omnia cõtraria expelluntur: sed in sanatione diuersa remedia adhibẽtur: sic & in ꝓposito, specialiter: qa homo plus tenetur ad contritionẽ habendã de peccato, ꝙ ad cõfessionẽ. Nam nulla necessitas excusat à contritione. Si enim pctõ cõmisso homo ante contrionẽ moriatur, etiã non potuit conteri: vt qa peccando moritur, damnatus. Non sic autẽ, qui voluit confiteri, & non potuit, quia velle cõteri est cõteri: nõ autẽ velle cõfiteri est confiteri. Et tñ homo tenetur confiteri de mortali in speciali: quia tenetur omnia cõfiteri: extra de pœn. & remi. Omnis vtriusq; sexus. ergo similiter in speciali conteri. Si autẽ non habeat memoriã, nec in generali, nec in speciali excusatur. Si verò in generali, non in speciali, discutiat conscientiã debito modo: quo facto Deus ad memoriam reducit, aut remittit: quia si nosmetipsos iudicaremus non vtiq, à Domino iudicaremur. 1. ad Cor. 2. ergo in vtroq; casu de ipsamet negligẽtia, ne fortè per culpam elapsum sit aliquod peccatũ à memoria debet homo cõteri. Habita verò speciali contritione de singulis expedit signũ sensibile tõtionis peccatoris, vel aliud adhibere ad certitudinẽ conscientiæ: postea verò in generali de omnibus conteratur: vt sic omnibus specialiter enumeratis sequatur generalis clausula, quæ omnia cõprehendat, vt alibi dicitur, ꝙ illum modũ debet homo gere re interius per contritionẽ, quem foris prætẽdit per confessionem: ibi autẽ speciale sequitur generale. ergo & intus. Non oportet autẽ, ꝙ absolutio fiat sigillatim singulis: sed sufficit, ꝙ generaliter ab omnib⁹, nec similiter oportet pœnitentiã iniungi pro singulis seorsum nec pro singulis sigillatim facere: sed sufficit pro omnibus simul: quia connexa est peccatorũ remissio: quã significat connexa absolutio: quanuis etiã de venialibus, quorũ remissio non est connexa: non oporteat absolutionem, vel impositionem, vel satisfactionem diuidere.

Cõtritio debet esse de quolibet mortali in speciali.

Velle cõteri est cõteri, nõ aũt velle cõfiteri.

Quantùm

Quo ad. 2. s. Th. hîc. q. 2. ar. 5. q. 1. sic tenet.

Quo ad. 1. dist. 16. q. 2. artic. 2. q. 3. idẽ videtur.

Qui nõ vult hic satisfacere promortali non est in statu salutis cõtra sotum. 4. dist. 17. q. 1. ar. 2 & di. 15. q. 1

Attritio differt à contritione dupliciter.

Attritio in numero nõ fit contrito sed'm. b. Thîi. q. 2. à. 1. q. 3. contra. Sco. di. 14. q

Arti. 3.

Cõtritio est tantũ in hac vita.

17 Quantùm ad tertiũ, de durationc cõtritionis sunt tres cõclusiones. Prima, ꝙ cõtritio propriè dicta, nõ duret nisi in hac vita: quia cõtritio habet dolorẽ essentialiter & materialiter, propter quod nõ pòt esse in paradiso, nec in limbo puerorũ vel parentũ, in quibus non est pœna, saltẽ sensus. Dolor autẽ pœnã habet & sensus: qa hic pœna dicit etiã intellectualis. 18 Secũdò, cõtritio habet gratiã informantẽ, propter cuius defectũ nõ pòt esse in inferno, nec in limbo puerorũ. 19 Tertiò, est actus satisfactorius, propter quod nec est in purgatorio, vbi est tñ pœnæ solutio. Vel quia actus satisfactori⁹ est voluntarius simpliciter, in purgatorio autem non sic.

Cõtri. tps est tota vita.

Opi. Rich. d. 14. q. 9. post Alex. de Hales quẽ seqr Ga. ibi. q. 3.

20 Secunda cõclusio est, ꝙ tota vita ista est tẽpus cõtritionis, quo ad habitum: sic scilicet, ꝙ hõ semp debet esse prǫptus ad dolendũ de oĩ mortali: si ipsum cõmitteret, nisi aliâs doluisset. Imò etiã debẽt aliqui, ꝙ quoties recolit de mortali, tenetur dolẽre & cõteri: quod est durũ: & videtur falsum, quia præceptũ affirmatiuũ nõ obligat ad semp: vnde licèt semp siue recolat siue non, teneatur nõ cõplacẽre sibi in peccato: non tñ tenetur odire actu peccatũ: sicut nõ tenetur diligere Deũ actu quoties de Deo recolit. Alioquin nullus posset cogitare de Deo speculatiue, quin peccaret mortaliter: quia nõ potest diligere Deũ, nisi cogitet de Deo practicè. Vnde pòt dici, ꝙ

Limã hui'vi de in Anth. 3. p. T. 14. c. 18. §. 2. &. 1. parte. T. 1. c. 7. §. 3.

est verũ de debito cõgruitatis: nõ necessitatis. Vel si in. telligatur de debito necessitatis: ponderandũ est quod dicit apostolus. Nemini quicq̃ debeatis: nisi vt inuicem diligatis: ꝙ ab illo debito nunq̃ posit aliquis liberari. Ergo præceptũ de charitate, quantũ ad actũ interiorẽ, videtur magis ligare q̃ affirmatiuũ: vt sit quasi mediũ inter negatiua, quę ligãt ad semp, & affirmatiua quę solũ tẽpore necessitatis. Istud verò quãdocunq; eius materia occurrit practicè & non speculatiuè. Si eñ practicè occurrit Deus vt diligendus vel nõ diligendus, tenetur hõ iudicare Deũ diligendũ. Et sic sequitur dilectio. Si simi liter occurrat peccatũ cõmissum practicè. s. vt materia delectationis vel detestationis, tenetur homo iudicare detestandũ & detestari. Vel pòt dici tertiò: ꝙ qñcunq; recolit hõ se offendisse amicũ valde dilectũ, dolet: & sic charitas ad hoc inclinat. Et sic facere cõtra inclinationẽ charitatis, est mortale peccatũ. Ideo. &c. 21 Tertia cõclusio est, ꝙ nõ oportet cõtritionẽ esse continuã, quo ad actum nec exteriorẽ nec interiorẽ: nè abundantiori tristitia absorbeatur homo interior vel exterior. Sed secundũ ꝙ recta ratio determinabit: & nè homo à melioribus actibus retrahatur. 22 QVANTVM ad quartum, de effectu cõtritionis sunt etiã tres cõclusiones. Prima, ꝙ cõtritio remittit culpã. Oís eñ cõtritio quantumcunq; minima, est gratia informata: cũ qua nõ stat mortale. Et ideo remittit omne mortale: alias nõ est contritio. Potest eñ dolor esse ita paruus, ꝙ est attritio, nõ cõtritio, nec remittit mortale, sed de venialibus delet, secundum quòd ad ea detestanda se habet plus & minus.

Arti. 4.

Contritio maior magis delet de pœna.

Ratio. s. Th. hîc. q. 2. ar. 5 q. 2.

23 Secunda cõclusio est, ꝙ delet pœnã magis vel min⁹, secundũ ꝙ est maior vel minor cõtritio in parte intellectiua & sensitiua: qa pœnã æternã illã semp cõmutat in tẽporalẽ, sed de tpali delet plus vel minus, sed'm ꝙ ipsa est perfectior, vel minus pfecta. Et cũ illa sit finita: tantũ intẽdi pòt, ꝙ omnẽ pœnã delet. 24 Sed ratio qua dicitur, ꝙ cõtritio est magis satisfactoria: quia est magis voluntaria: quia ab intrinseco & inquãtum nõ imposita, deficit in tribus. Primò, quia actus impositus in pnia est magis acceptus, q̃ spõte assumptus: ꝓpter meritum obediẽtię. Secundò, qa ab illo q iudicat actũ interiorẽ, pòt imponi act⁹ interior. Puta ꝙ ipse iterũ recogitet, & scrutetur cõscientiã & doleat. Tertiò, quia pòt esse magis voluntariũ: quia aliquando magis voluntariè facit homo, quod est sibi impositũ à sacerdote, q̃ quod de proprio capite, & feruentius & deuotius ex obedientia. Vnde licèt istud sit magis voluntariũ, quantum ad sui principium, quod ex ꝓprio motu assumit: tñ quod ab alio imponit, pòt esse magis voluntariũ quãtum ad exercitiũ actus: qa pòt ad hoc magis conari: & nihilominus ex vi clauiũ est Deo magis acceptũ, q̃ ex parte voluntatis ꝓpter meritũ passionis Christi, quę operatur in sacramẽtis. Et ideo nõ videtur bene dictum, ꝙ ista sit magis accepta. 25 Vel pòt dici, ꝙ actus interior est magis acceptus Deo, q̃ quicunq; exterior etiã à sacerdõte impositus: quia fortè interior ab illo imponi nõ pòt, & exterior nõ est acceptus, nisi propter interiorẽ: sed inter actus exteriores, magis est acceptus Deo impositus à sacerdote, q̃ voluntariè assumptus. Propter quod expedit, ꝙ iniungãtur oĩa bona in pœnitentiã. Et peregrinationẽ assumere ex iniunctione sacerdotis est magis meritoriũ. 26 Tertia cõclusio est, ꝙ nihilominus tenetur cõfiteri, etiã si esset certus omnem pœnã sibi esse dimissam: quia obligatus ad aliquid nõ liberatur quoad usq; soluerit. Vnde obligatus ad cõfitendum quicquid aliud faciat: quousq; confessus fuerit obligatus remanet. Similiter ad satisfactionẽ ꝓpter dubiũ, quia secundũ legẽ cõmunem nõ potest scire satisfactũ fuisse per contritionẽ, nõ solũ pro pœna, sed etiã pro culpa, quia nescit homo vtrũ sit dignus odio vel amore, vnde si esset sibi reuelatũ sicut latroni, nõ teneretur ad aliã satisfactionẽ: quia iam satisfecit. 27 Nec obstat, quia in cõtritione habuit propositũ satisfaciendi: sicut & cõfitendi: quia ꝓpositum nõ deobligat. Itẽ propositũ habuit tacitã conditionẽ annexã. s. si cõtritio nõ sufficeret ad satisfactionẽ. Vnde nõ tenebatur satisfacere ad arbitriũ sacerdotis præcisè, quia si ille minus dignã pœnitentiã imponat, nihilominus iste dignã exoluet, sed ad arbitriũ Dei. Vnde cum iam ad arbitriũ Dei satisfaceret, soluit quod debuit quo ad hoc. Si autẽ reuelaretur alicui peccatum sibi esse dimissum, nihil expresso de pœna, nõ propter hoc sequitur pœnã esse dimissam, quia dictum est Dauid. Transtulit Deus peccatum tuum, & tamen postea fuit punitum. 28 QVANTVM ad quintũ, de effectu cõtritionis: sunt etiã tres cõclusiones. 29 Prima de dolore sensitiuo, ꝙ dolor cõtritiõis nõ debet esse maximus, quo ad dolorẽ sensitiuũ, qui nec pòt, nec debet esse maximus. Dico autẽ ꝙ nõ potest, nõ quia Deus non posit infundere maximum, & aliquando infundat de gratia speciali. Sed quia non est in potestate hominis, plus dolere de hoc q̃ de damno sensibili. Debet tamen plus optare lachrymas & dolorem sensus pro delicto, q̃ pro quocunq; temporali damno. Vnde Aug. Non sunt in te Christianæ pietatis viscera: si plangis corpus à quo recesit anima, & non plangis animam à qua recesit Deus. Item nõ debet esse maximus, quia aut posset corpus destruere, aut oculos, aut huiusmodi quod esset cõtra rationẽ. Nam si præter intentionẽ & negligentiã, sequeretur mors aut cæcitas: imputaretur ad martyrium, nõ ad peccatum, sicut de illis qui nimio cõtritionis dolore mortui sunt, nihilominus quãdo aduertit ex fletu se lędi, debet cõtemperare secundũ rationẽ. Secunda cõclusio est, de dolore intellectiuo: quia ille debet esse maximus, nõ quidẽ respectu doloris alterius vitæ, qa hoc est impossibile, quia nec mors Christi quæ excesit omnẽ dolorẽ huius vitæ: attingebat ad dolorẽ minimũ inferni aut purgatorij. Nec etiã respectu doloris inordinati: vt dicunt quidã, quia maior est dolor Iudæ desperantis, q̃ Petri pœnitentis: quia nullo gaudio cõtemperatur. Et si hoc est verũ, tamẽ quo ad desideriũ pœnitẽs debet optare, ꝙ plus sibi displiceat peccatum, ad expiandum, q̃ desperato ad augendum: sed respectu doloris

Nota.

Defensio rõnis ꝓdictæ.

Absolut⁹ ab oĩ culpa & pœna tenet ad cõfessionẽ & satisfactionẽ. S. T. suprà ad. 2.

Arti. 5.

Dolor sensitiuus nec pt nec debet esse maximus.

Passio Christi omnẽ dolorẽ huius culi. excesit, nõ tñ minimum purgatorij.

Dolor intellectiuus debet esse maximus.

Nota. Vide. S.Th. quotli. 1.q. 9. hic. q. 2. artic. 3. q. 1. ad. 4.

ordinati qui est de malo naturę vel pœnę, hic dolor debet esse maximus: quia est de maiori malo: & de amissione maioris boni. Non debet autē homo se tentare super his, nec cōfessor & pœnitentē tentare ad sumendū experimentū, nec in sermonibus debet homo tēdere laqueos tentationis simplicibus: dicēdo, ꝙ plus debet homo velle excoriari, & hmōi quę sensus horret. Et hoc à pœnitēte requiratur si pœnitet. Et si dolor eius insufficiēs est, an vellet dolorem sufficientē habere, & si nō habet hoc ipsum sibi displicet. Et hoc sufficit secundū illud. Concupīuit aīa mea desiderare iustitias tuas. Et sc̄d'm illud.

Instātia pulchra.

Adiuua Dñe incredulitatē meā. 30 Sed cōtra hoc videt: qa secundū iudiciū rectę rōnis, Magdalèna plus doluit de morte Christi, q̄ de peccatis suis: & mater Christi plus de morte filij, q̄ quicūq; peccator in cōtritione: qa si de peccato est dolendū, p̄ eo ꝙ cōtra Deū est illud peccatū, quo Dñs occisus est, magis fuit cōtra Deū, q̄ quodcūq; aliud. Et illud factum veraciter & realiter nocuit Deo, in natura cōiūcta & assumpta: pctīm aūt aliud nihil nocuit Deo, nec in deitate, nec in humanitate. Ergo de illo facto est hoī magis dolendū: nō quia velit Christū nō fuisse passum: quia est impossibile, & est de voluntate Dei: sed ꝙ displiceat sibi illa actio, inquantū fuit cōtra Deū sicut & peccatū. 31 Præterea licet hō nō debeat cōmittere veniale in se, ne aliusc̄ cōmittat mortale: tū vt videtur, debet plus sibi displicere mortale alterius, q̄ veniale suū: quia quod est peius, est magis detestandum & odiendū: & tm̄ dolor quē habet de pctō suo est cōtritio, dolor aūt quē habet de alieno, nō est dolor cōtritionis. Ergo aliquis alius dolor debet esse maior dolore cōtritionis.

Solutio ad vtrāq; instā.

32 Dicendū ad vtrūq; per idē, ꝙ sicut hō non diligit magis maius bonū, sed quod est maius bonū sibi: sic debet odire non maius malū, sed maius malum sibi. Est autē veniale propriū peius hoī, q̄ mortale alienum. Vnde magis dolēdū est de ipso veniali. Et similiter Mag

Magdalena pl' doluit de pctō ꝓprio q̄ de morte Christi.

dalenæ fuit malus malū peccatū suū sibi, q̄ Iudęorum crucifigentiū Christū: & ideo magis dolendum. Et quia plus debuit diligere Christū, secundū ꝙ Deus q̄ secundū ꝙ homo: plus debuit dolere de hoc, ꝙ per peccata propria offendit eius diuinitatē, q̄ de hoc ꝙ eius crucifixio offendebat humanitatē.

Alia solutio.

33 De matre autē Christi est dicendū, ꝙ plus displicebat sibi malū culpæ, q̄ malū pœnæ in morte filij secundū rationē: licèt nō secundū sensum ideo nō valet. 34 Potest etiā dici, ꝙ cōtritio excēdit respectu doloris inordinati, non obstante ꝙ habet gaudiū admixtū: quia istud gaudiū nō est dolori cōtrariū, propter quod nō ipsum minuit, sed augmētat. Nam

Exemplum Durā. hic. q. 4. ad. 2. reijcitur dictū.

exemplū quorundā, ꝙ sicut fortissimū vinū nō obstante admixtione guttæ aquæ superat aliud delebile purū: sic in proposito non est ad propositū: quia gaudiū admixtū dolori cōtritionis nō est paruū: imo maximum, quia de

B.T. hic. su. ad. 3. & dist. 14. q. 1. arti. 4. q. 2.

spe maximi boni conceptū: & nō est oblectamentū super cordis gaudiū. Sic in proposito. 35 Tertia conclusio est: ꝙ plus debet hō dolere de grauiori peccato, q̄ de minus graui. Vnde dolor de pctō est maximus: nō respectu

De grauiori peccato plus est dolendū S.T. sup. arti. 5. q. 3.

alterius peccati, de quo fortè debet esse maior: quia non est dare maius maximo, sicut nō dare minus minimo. 1. Phy. sed respectu mali naturæ vel pœnæ. Nec oportet dicere, ꝙ admixtio gaudij quod est in cōtritione impediat, quia sicut illud est albi', quod est nigro impermixtius: quia albū est nigro cōtrariū. Sic si gaudiū admixtū dolori esset cōtrariū: vel nō esset eius causa vel effect': posset ipsum diminuere. Sed illud gaudiū quod est ratio doloris: vel ecōuerso nō minuit, sed auget. vt dictū est supra dist. 14. 36 QVANTVM ad sextū, de prælectione peccati, vel damnationis sunt tres conclusiones.

Intellectum cius quære de veritate. q. 28. arti. 9.

Peccatū veniale nō est

37 Prima, ꝙ peccatū quantūcunq; veniale, q̄diu manet pctm̄, nō licet facere ꝓ quocūq; malo naturæ vitando: qa hoc esset de duobus malis eligere peius: cū minimū malū culpę, sit peius maximo malo naturæ: nec propter hoc ꝙ alius vitet maximū malū culpę: quia peius est ista veniale peccatū propriū, q̄ mortale alienū. Vnde si etiā nō potest impedire aliū ab homicidio nisi mentiendo, ei nō licet mentiri. Nec etiā tertiò, pro vitando in se maiori peccato: quia nunq̄ arctatur homo ꝙ faciat alterū: cū iam esset nō peccatū ex quo necessariū. Et iterū cōtradictio esset, ꝙ manēs peccatū licitū sit: cū ex hoc ꝙ est peccatū sit licitū. Quod ergo videtur Gregorius innuere, ꝙ licet homo nō debeat cōmittere minus, nè alius cōmittat maius: tū debet per se cōmittere min', nè ipse cōmittat maius, exponēs illud: nerui testiculorū Leuiathā per plexi. in decretis. 13. di. c. 1. & c. 2. Nerui. & di. 14. intelligendū est, qñ illud definit esse peccatū: sicut nō est hoī furandū, nè interficiatur, quandiu furtū est furtū. Sed si sit in extrema necessitate ipse vel alius: licet sibi inuito auferre panē: nè alius sit homicida sui vel alterius, non pascendo. Sed tūc illa violentia nō est furtū nec peccatum. 38 Secunda cōclusio est, ꝙ licet eligere malum quodcūq; naturæ: & malū pœnæ pro vitando quocūq; malo culpæ: qñ vel aliter nō potest vitari, sicut qñ homo tenetur se exponere morti pro defensione Reipublicæ, etiā ybi scit se nō posse euadere: vel ybi hoc est proficuū ad actū virtutis. Dum tū ipsa electio nō sit alias peccatū. Vnde cōtradictio videtur esse in opinione quę dicit, ꝙ si eligere damnari, vel annihilari, nō esset peccatū, ꝙ adhuc magis esset eligendū peccare, q̄ annihilari vel dānari, quia quod plus habet de bono & minus de malo, est magis eligibile, & minus fugibile. Est aūt plus de malo in nō esse vel dānari, ybi nō est aliquod bonū in altero, nec posibilitas ad bonū moris in alio, q̄ in peccare, vbi est bonū naturæ actu, & bonum moris possibilitate.

faciendū ꝓ quocūq, malo naturæ vitādo nec culpa mortali in alio.

Licet eligere malū quodcunq; pœnę pro vitanda quacunq; culpa.

Opinio aliquorum.

39 Sed in hoc dicto implicatur oppositum id adiecto, quia supposito ꝙ vna electio sit peccatū & alia nō, dicere ꝙ illa in qua est peccatū, est maior q̄ illa in qua nō est peccatū, est dicere ꝙ melius est peccare, q̄ nō peccare: & ꝙ malum est melius q̄ nō malum. 40 Alia contradictio est: quia si est peccatū, ergo est illicitū: si autē licite eligitur, ergo est licitum. 41 Ad rationē autē dici potest, ꝙ maior est vera, qñ illud quod habet plus de bono & minus de malo, nō includit in se aliquid intelligibile, sicut est malum culpę. 42 Vel pōt dici, ꝙ minor est falsa: quia malum culpæ est peius oī malo naturæ. Vnde bonū naturæ cum malo culpæ: est peius q̄ non ens: quia non ens nō est malum. Item, peius est q̄ bonum naturæ cum malo pœnæ, quia malum culpæ est peius malo naturæ per se sumptum. Ergo & cum alio cęteris paribus: quia si inæqualibus æqualia addantur, fiunt inæqualia cōposita, sicut erāt simplicia. 43 Tertia cōclusio est: ꝙ ex his potest dici ad quæstionē, vtrum potius sit eligendum, nō esse q̄ peccare. Dicendū est primò, ꝙ propositio est impossibilis. Non enim potest poni, ꝙ homo necesitetur vel peccare, vel annihilari, vel damnari, quia nec hoc pōt Deus facere, quin induceret ad peccandū: quod est sibi impossibile, nec creatura quę nō pōt annihilare. Dato etiā ꝙ sicut tyrannus poterat occidere corpus, nolentis idololatrare: sic dæmon possit annihilare animam nolentis peccare, adhuc non haberet ipse necessario alterum eligere: sed haberet necesse, vel vnum eligere, vel alterū pati inuitus: sicut aliquis torquetur inuitus vel verberatur: quia non vult facere alterius voluntatem. Et ideo bene dicitur, quòd posito hoc per impossibile, non deberet hoc nec illud eligere, sed peccatum respuere, & annullationem & damnationem inuitus sustinere: quia malū naturæ nō licet eligere, nisi pro necessitate,

Non est eligendum nō esse potius q̄ peccare.

Opi. quā' dcto. hic ipugnat cū Durād. q. 5. est. Io. de Neap. quotli. 2. q. 13. & eā tuetur cap.

Duplex implicatio.

Secunda.

Ad rationē opi.

necessitate, vel vtilitate virtutis, quorū neutrū est hic. Dico autem virtutis vel pręmij virtutis. Vnde martyres qui poterāt nō eligere negare fidē, & nō eligere: sed inuoluntariè sustinēre mortē: nihilominus eligendo sustinere mortē, per quā cōsequebatur pręmiū virtutis rectè agebāt. 44 Si quis aūt nō credēs vitā aliā, vbi nō tenetur se exponere morti, nè cōsentīret peccato graui, eligeret mortē sustinere, nisi mors naturæ esset necessaria: quia liberū arbitriū nō pōt cogi, nec esset materia præcepti: eligeret nihilominus sustinere mortē: quādo secūdum eius cōscientiā nō esset vtilis pręmio virtutis, peccaret: sed tūc deberet sustinere nō volūtarius. 45 Qd' ergo dicit Philosophus. 3. Ethi. ꝙ quædā sunt adeò praua: vt melius sit mori, q̄ eis cōsentire, intelligendū est secundum eius opinionē sic, ꝙ passio mortis nō eligatur. 46 Vel posset dici, ꝙ sicut qñ tenetur se exponere morti: tūc est electio mortis necessaria ad actū fortitudinis, ita qñ occiditur vel annihilatur, est necessaria sibi patiētia, & per cōsequens per actū virtutis patientiæ, eligit sustinere mortē vel annullationē propter Deū: qui potēs est annullatū reparare, vel damnatū saluare. Sed suppono, ꝙ nō esset saluādus vel reparandus: cū electio mali nō sit recta, nisi propter maius bonū, quod eligendo acquiritur, q̄ sit illud quod per malū priuatur: cū per annullationē vel damnationē perpetuā electam vel susceptā, homo nō possit cōsequi maius bonū, q̄ sit bonū naturæ, gratiæ, & gloriæ: quæ per illa tolluntur: inde est ꝙ bene eligi nō possunt. Et sic semper est peccatum illud eligere. Sed posito per impossibile, ꝙ non esset peccatū illud eligere: tunc magis esset eligendū quàm peccare. Argumentum in oppositum solutum est.

De forti. politico, nō est credēti aliā vitā: nō pōt licitè ab eo mors exigi. Hic Doc. sequitur Durand. q. 6.

Oppositum huius tenet S.T. vide. c. hic. q. 1. contra. 3. cō. & satius in. 3. di. 28. cōtra 5. cō. ꝓsequitur contra Duř. & Sco.

QVAESTIO SECVNDA.

De confessione.

Tho. 4. d. 17. q. 3. ar. 1.

SECVNDO quæritur, vtrū sit necesse cōfiteri sacerdōti statim de oībus? Et videtur ꝙ nō, quia sine cōfessione saluati sunt Magdalena, Petrus, & publicanus Matthæus. Ergo. &c. 2 Contrà est August. di. ꝙ aliter frustrantur claues Ecclesiæ, si peccator saluari pōt sine cōfessione. 3 Respōdeo: circa istam quæstionē sex sunt vidēda. Primò quid sit confessio. Secundò quo iure sit. Tertiò cuius virtutis sit actus. Quartò de necessitate confessionis absolutę. Quintò, an teneatur quis ad statim. Sextò, an Papa possit dispensare.

Arti. 1.

4 QVANTVM ad primū, sciendū ꝙ de cōfessione dātur quatuor diffinitiones. Prima est Aug. ꝙ confessio est, per quā morbus latēs aperītur sub spe venię: quę diffinitio nō datur de confessione cordis: quę fit soli Deo, quē nihil latet, nec de illa quę fit in iudicio cōtentioso, in qua nō est spes: sed desperatio veniæ. Sed de illa quæ fit vicario Dei in foro aiæ. 5 Circa quā apertionem morbi latētis est notandū: ꝙ sicut medicus si sciret infirmū habere morbū lœthalē, quē ille ignoraret, aut vellet occultare: dū timet secari: deberet eū monere, dicens. Si operā medicātis expectas, necesse est vt vulnus detegas: sic etiā si cōfessor scit, vel probabiliter credit, ꝙ ille non recolit, quia nō sufficienter cōscientiā discussit, vel si recolit, errando nō credit illud esse mortale: debet sibi illud ad memoriā reducere, vel cōscientiā ei de illo facere. Alioquin scienter indignū solueret. Sed si cōfessor dubitaret, vtrum illud de quo alius nō pœniteret esset mortale, & ille sibi diceret, ꝙ de cōsilio peritorū illud faceret: de quibus ex vita & scientia probabile est, ꝙ non cōsulerent nisi bene: potest se illorū iudicio conformare. Secus autē si esset certus de oppositō. 6 Secunda diffinitio est Gre. Confessio est peccatorū declaratio vel detestatio, & vulneris ruptio. Declarari autē debet quo ad numerū numeratū, id est, specificari si differunt specie. Nec sufficit dicere, si cōmisit furtū, homicidiū, periurium: dicere numerū numerantē in quodā inuolutorio: puta feci tria mortalia, sed specificare debet ea. Quando autē solo numero differūt, sufficit dicere numerum numerantē, puta, feci tria furta, tria homicidia: & huiusmodi: si nihil latet mutans speciē. Quando verò dicit numerū numeratū: vel in singulari sigillatim exprimit: nō oportet dicere numerum numerantē: vt scilicet ponat summā. Sed hic confessor debet aduertere, si alterum numerum dicere tenetur, quando sunt plura peccata mortalia. 7 Tertia diffinitio est magistralis. Confessio est legitima coram sacerdote peccatorum declaratio. Corā dicit: quia in præsentia non in absentia per scipsum, secundum August. in Litera: non per nunciū vel per epistolam, quandiu per scipsum dicere potest. Quando autē scribit peccata sua bene facit, sed nihilominus debet ea ore suo exprimere, nec sufficit tradere legēda. Quod si non possit ire nec accersire sacerdotē, non tenetur quidem scribere, & mandare peccata. Sed tamē si ipse vult, licet ei scribere & mandare, & ille rescribere & remandare absolutionē. Et valet absolutio, quando vterq; sic est infirmus vel clausus, plus q̄ si fieret laico. Qui autē habet sacerdotem præsentem: sed non habet linguam qua possit ab eo intelligi: potest quidē per interpretē confiteri. Sicut & matrimoniū contrahere: sed fortè non tenetur: quia nō tenetur homo cōfiteri nisi sacerdoti: cuiusmodi non est illa interpres. Pluribus autē sacerdotibus simul potest homo ex causa confiteri: & ab vtroq; absolui: sicut seorsum potest vni post aliū: sicut aliquando factum est de facto: vt si confiteretur quis priori Prædicatorum, & guardiano Minorum. 8 Quarta est diffinitio magistralis: ꝙ confessio est delinquētis accusatio erubescentia, & per claues Ecclesiæ satisfactoria, obligās ad iniunctam pœnitentiam peragendam: delinquētis dicit: quia se non alium debet accusare: quando aliter potest se accusare. Nam circunstantiā mutantē in mortale, propter nullius famā debet cēlare: cū plus teneatur sibi q̄ alij, & suæ cōscientiæ q̄ alterius famæ. Sed vbi timet alterius infamiam, debet petere licentiā ab illo, vel à superiori confitendi tali, qui per confessionem nō veniat in notitiam personæ: quā si habere non potest, confiteatur vt oportet cū dolore: quia non ex hoc ipso, ꝙ sibi negatur licentia, habet eam à iure: q̄ is habeat iustam causam petendi: quia hoc non est propter culpā vel defectū ordinari, qui ei credere nō tenetur. Quando autē est circunstantia nō mutans in mortale, licèt aggrauans, melius est subticēre: vbi timetur scandalū: vel fui, vel confessoris, aut tertij. Satisfactoria: quia cōfessionis effectus est pœnæ & culpæ remissio. Vnde generalis confessio delet venialia, quo ad culpā & quo ad pœnā, siue fit sacramentalis siue non: licèt aliter & aliter: vt dicit Tho. Delet autē solū illa, de quibus doleret si recoleret. Vnde cō fessio cum contritione delet ea, quæ attritio nō deleret: vnde non est spernenda pœnitentia contra venialia data: quia licet sine contritione implicita non deleat: tamen aliqua contritio cum [illegible] sufficit: quæ non sufficeret sine illa. Sicut & in remissione mortaliū attritio cū clauibus delet, quod sola attritio non deleret. Et ideo nihil prohibet aliquem aliquando ad horam sine venialibus esse. Verum est ꝙ plus delet ratione absolutionis, quę est formalis, q̄ ratione confessionis quę est materialis: & inter remedia venialium, sacramenta plus valent quàm sacramen-

Quō specificanda sunt peccata.

Per interpretē aūt ꝓ lras pōt hō cōfiteri interdū. Licet nō tenetur. S.T. hic q. 3. ar. 4. q. 3. & quotl. 1 q. 10. contra Sco. hic. q. 1.

Circunstātia aggrauās nō ē necessārio cōfitenda. S. T. & Bona.

T. d. 21. q. 1 ar. 1.

Cōtritio rōne absq. mandis delet pcnā q̄ ratione cōfessionis.

Analogia pulchra de apiēdo mortali i cōfessi. Præceptū cōfessoris. vide Gode. quotli. 9. q. 16.

cramẽtalia. & illa sacramentalia plusq̃ alia: quæ nõ sunt sacramẽtalia. Sed generalis cõfessio nõ valet ad deletionem mortaliũ scitorũ, quo ad culpã: quia illa oportet in speciali cõfiteri: licet valeat ad remissionẽ venialiũ scitorũ: quia nõ oportet cõfiteri venialia: nec in generali, nec in speciali: etiã frequenter iterata: q̃uis magister hic innuat in litera, q̃ possunt remitti post hãc vitã: quãdo nõ sunt sacramenta. Item ad remissionẽ mortaliũ oblitorũ nõ valet generalis cõfessio, quæ nõ est sacramentũ: quia ex opere operato nõ cõfert gratiã: quod propriũ sacramentorũ est no. le. Culpa autẽ mortalis nõ potest remitti sine noua infusione gratiæ: sed cõfessio sacramentalis generalis valet ad hmõi: quia ex quo hõ facit quod potest cõfitendo. s. in speciali de scitis: & in generali de alijs. Absolutio sequẽs ab oĩbus absoluit, si præcessit attritio. Sed à scitis ratione specialis cõfessionis: ab oblitis ratione generalis. Itẽ, valet ad remissionẽ pœnæ mortalis tam sciti q̃ obliti: cuius tamẽ culpa iam remissa est: vt in eo qui nõ sufficienter discussit conscientiã suã. Obligãs. &c. Quia pœnitentia debet iniungi per modum præcepti. Bonũ est etiã, q̃ imponatur per modũ cõsilij. Sic q̃ impositio rationepræcepti habeat meritũ obedientię: & consiliũ eui tet periculũ culpæ. 9 Quantũ ad secundũ: quo iure sit introducta cõfessio: est sciendũ, q̃ cõfessio non est inducta iure naturali: quia iura naturalia vbiq; & semper manẽt. Non autẽ semper fuit, q̃ homo teneretur secretũ peccatũ alteri propalare. Itẽ, nõ est inducta lege Moysi: eo modo quo nũc est. Itẽ, nec lege positiua: quia & si posset præcipi vt cõfiteretur de actu exteriori, nõ tamen de interiori: qui nõ subiacet humano præcepto. De exteri enim posset, sicut & clandestina matrimonia prohibẽtur, & pœna adhibetur: cõtra quod agentes & peccãt & pœnã incurrũt: licèt probari nõ possit. Sic & si Papa præciperet cõfiteri de actu exteriori quantũcunq; occulto, videretur aliquis teneri: & incurreret excõicationem si omitteret, & lata esset cõtra omittentes. Lege enim humana etiã peccatũ occultũ videtur esse prohibitũ. Vnde lege humana nõ solũ est prohibitũ furtũ publicũ: sed etiã occultũ. Et si aliquis cõfiteretur furtũ se cõmisisse, quantũcunq; aliter probari nõ posset: puniretur pœna legis humanæ positiuæ. Omnẽ enim actũ exteriorẽ potest lex humana & prohibere & præcipere. Quod si nõ põt trãsgressorẽ punire: tũ ius nõ deficit: sed probatio. Actus verò interior bene subterfugit legẽ humanã. Ita q̃ si homo cõfiteretur se cõsensisse in quodcũq; crimẽ: sed nihil exterius egisse, cogitationis pœnã à lege humana nõ merẽtur. 10 Et ideo sequitur q̃ sit solũ de iure diuino, & nõ humano. Quod probãt sic quidã. Nulla lex põt præcipere, nisi actũ cuius transgressorẽ põt punire. Fruſtra enim ferrentur leges quęcunq;, nisi trãsgressores possent punire. Et ideo Philosophus. 4. Ethic. dicit, q̃ oĩs lex habet vim coactiuã per pœnã: sed nulla lex humana potest punire illũ, qui nõ cõfitetur peccatũ sibi soli notũ, quia nõ posset cõstare an haberet: ergo nõ est de lege humana cõfiteri peccatũ occultũ: ergo est de diuina. 11 Et si dicatur cõtra eos: q̃ Ecclesia præcipit, quolibet anno semel cõfiteri oẽs vtriusq;. &c. Respõdent: q̃ Ecclesia nõ præcipit confessionẽ directe: quia nõ posset: sed indirecte, quia præcipit aliquid ad quod cõfessio est necessaria, puta recipere Eucharistiam, vel alia sacramenta.

Nota.

Duplex obliuio probabilis & impb.

Arti. 2. Cõfessio est ĩstituta solo iure diuino.

Deductio pulchra q̃ actus exterior occultissim' prohibetur. I. hũana. nõ aũt interior, nec talis scitus põt puniri.

Ratio Duř. Hic. q. 8.

Euasio Duř. q̃ ponitur. q. 14. hui' dist.

Inualidat ratione Durã. 12 Sed ratio ista nõ valet: quia Ecclesia potest præcipere & prohibere actũ in generali. Per quod præceptum & ꝓhibitio includit nõ solũ actus public', q̃ ꝓ testes probari põt, sed etiã actus occultus, q̃ põt probari per illius confessionẽ. Vnde eo ipso q̃ aliquis act' est exterior, de iudicio Ecclesiæ est: licèt ipsa nõ possit illũ iudicare nisi ex ꝓbationibus. Et sicut talis actus cadit sub iudicio Ecclesiæ: ita eius omissio indebita. Quãuis ergo non possit ꝓbari per testes, q̃ iste omisit cõfessionẽ debitã de pctõ occulto, tñ de pctõ publico posset, & de pctõ occulto per eius confessionẽ. Et si non possit probari: ius non deficit: sed probatio. Vnde propositio qua dicitur Ecclesia nõ potest præcipere illud, cuius transgressorẽ nõ potest punire, solũ propter defectũ probationis est falsa. Sed si nõ posset punire propter defectũ iurisdictionis: tũc esset vera. Et ideo alia ratio ad probandũ, q̃ cõfessio est de iure diuino potest esse ista: quia Pater omne iudiciũ dedit Filio. Vnde quãdo erat Deus tantũ: soli Deo cõfiteri suf ficiebat, cui dicit propheta. Tibi soli peccaui. &c. Postq̃ autẽ factus est homo, & pro peccatis nostris mortuus: datũ est sibi omne iudiciũ de peccatis: & sibi est cõfessio facienda: qui loco suo vicarium dereliquit: cui etiã est facienda. 13 Quantũ ad tertiũ: sciendũ est, q̃ confessio est actus virtutis, non tantũ veritatis: cui cõsonat inquãtum talẽ exhibet exterius, qualẽ interius: sed iustitię, qua redditur debitũ & implet mandatũ, quod per Iacobum promulgauit. 14 Quantũ ad quartũ, sunt tres cõclusiones. Prima, q̃ de mortalibus post baptismũ necesse est cõfiteri, habenti copiã cõfessoris: quia sacramentũ quod ordinatur cõtra defectũ tollentẽ gratiã, est de necessitate salutis: sed actuale mortale ita tollit gratiam, & pluſquã originale. Ergo cũ propter hoc baptismus sit de necessitate salutis: multo magis erit pœnitentia. 15 Secunda cõclusio est: q̃ nõ necesse de venialibus, propter oppositã rationẽ: & quia põt remitti post locũ & tẽpus sacramentorũ: puta post hanc vitã. Nec etiã propter statutũ Papæ: si quis non habet mortalia: tenetur semel in anno propter hoc cõfiteri: si nõ habet nisi venialia. Tum quia Papa si vellet hoc nõ posset: cũ hoc sit mutare materiã sacramenti. s. de venialibus facere materiã pœnitẽtię necessariã: quod Deus nõ fecit: tum quia si Papa hoc posset: nõ tamẽ videtur q̃ hoc velit. Tum, quia nõ debet esse melioris cõditionis fatuus q̃ perĩtus. Vnde cũ habẽs mortale, nõ sit obligatus ad venialia confitenda: multo minus nõ habẽs: tũ, quia dicit oĩa peccata sua, quod nõ est posibile de venialibus, quę sunt innumerabilia: tũ, quia noluit nouũ onus imponere: sed periculũ dilationis amputare his qui tenẽtur. 16 Tertia cõclusio est, q̃ à cõfessione mortaliũ, qui nõ habet cõfessoris copiã, & tñ hoc desiderat excusatur. Cuius ratio est: quia non est confessio maioris necessitatis, q̃ baptismus. Vnde cũ ibi sufficiat desideriũ, qñ articulus necessitatis, nõ cõtẽptus religionis sacramentũ excludit, ita & hic. 17 Quantum ad quintũ sciendũ, q̃ cũ cõfessio sit præceptũ affirmatiuũ, nõ obligat ad ſtatim confitendũ: nisi in quinq; casibus. Primus, ꝓpter sacramentũ, scilicet qñ habet recipere, vel ministrare aliquod sacrm: quia tũc debet prius cõfiteri de mortali, nec sufficit cõteri, nisi qñ necessitas vrget, & potẽs absoluere abest: quia sicut baptismus est ianua sacramentorũ oĩm, sic secunda tabula post naufragium, est ianua ad alia recidiuanti post baptismũ. Vnde de cõse. dist. 5. c. Vt ieiuni. dicitur, q̃ perfecti ætate cõfir mandi moneantur prius facere confessionẽ peccatorũ. Et eadẽ est ratio de alijs sacramentis. Similiter qui alijs ministrare habet sacramenta: nõ debet habere defectum sacramẽti. Propter quod bigamus irregularis est, nẽ alijs sacramenta ministret, qui in sacramento deficiens est. Sic qui absolutione indiget, non prius eam alij, nec alia sacramenta ministrare debet, quàm iste sacramentum recipiat:

Ratio doct. ad. q.

Arti. 3.

Arti. 4.

Papa nõ potest statuere, q̃ quisq; teneatur confiteri venialia.

Arti. 5. Cõfessio nõ obligat ſtatim ad mortale, nisi in quinque casibus.

Nota.

Captura hałecũ est licita in festis.

Opinionis extrauagans reproba.

recipiat: quo indiget. Non tñ mortaliter peccat suscipiẽdo, vel ministrãdo postq̃ cõtritus est: quia Deo iam cõiunctus est. 18 Secundus casus est ratione ſtatuti: q̃a Papa ſtatuit ad minus semel in anno cõfiteri. Vnde vltrà nõ licet differre: sicut nec olim ſtatuta tẽpora baptismi, paschę, vel pẽthe. licebat prolõgare: nisi q̃ videtur, q̃ de peccato cordis licet differre, vsq; ad mortis periculũ, cũ de illo Papa nihil habeat iudicare. Et si esset verũ: tñ quia semel in anno est præceptũ cõmunicare: quod digne fieri nõ põt sine cõfessione: etiã de peccato interiori: inde est, q̃ saltẽ indirectè etiã de oĩ mortali interiori tenetur infra annũ cõfiteri. Itẽ, quia cõfessio non debet dimidiari, si cũ peccato interiori habet exterius: de quo Ecclesia põt præcipere indirecte, tenetur cũ illo de interiori cõfiteri. 19 Tertius casus est ratiõne dubij: quãdo est in periculo mortis: quia saltẽ semel in hac vita sacramentũ necessitatis suscipiendũ est. Cùm aũt nihil sit certius morte, & nihil incertius hora mortis: periclitamur oĩ hora, sed nõ sic accipitur hic, nisi qñ hõ sic est in periculo: q̃ vt frequẽter hoies in illo moriuntur: ficut in bello, aut naufragio, aut acuta, vel multũ graui infirmitate. Vnde & medici tenẽtur, infirmos ante oĩa monere, vt medicos aduocẽt aĩarũ. extra. de pœ. & re. c. Cum infirmitas. Non aũt si quis debet intrare aquã aut mare, in quibus nõ ſtatim probabiliter, sic timetur. Sic cĩ intelligitur quod dicitur, q̃ quilibet põt absoluere in mortis periculo, vel articulo cõstitutũ. de offi. ordi. ca. Pastoralis. in glo. 20 Quartus casus est, ratiõe periculi oportunitatis cõfessoris perdẽdæ. Si occurrat qui põt absoluere: nec sit spes, q̃ redeat ante tẽpus cõfitendi: quia vbi mora est periculo allatura, dilatio est spernẽda. Et si diebus festiuis haleca põt capi, qñ timetur q̃ alias nõ occurrent, aut vídemiæ fieri: qñ timẽtur ne tẽpus cõgruũ trãseat: multò magis propter spiritualia. 21 Quintus casus est, ratione scrupuli: si hõ sit illius opinionis in vniuersali: q̃ hõ tenetur ad ſtatũ: vel de se habeat illã cõscię tiã, ligatur: quia qui agit cõtra cõscientiã, ædificat ad gehennã. 22 Et q̃ quidã dicũt, q̃ ante cõtritionẽ nõ tenetur quis cõfiteri, in casu in quo post eã teneretur cõfiteri, nõ videtur bene dictũ: quia cũ homo simpliciter teneatur iure diuino, cõfiteri ante mortẽ: & iure humano ante annũ: & de malo suo nõ debeat cõmodũ reportare: siue cõteratur siue nõ, debet illud implere, q̃uis sibi nõ prosit. Sicut etiã peccator tenetur, dicere horas & ieiunare: licèt sibi nõ prosit ad meritũ. Non eĩm propter peccatũ suũ liberatur à præcepto. 23 Quod aũt dicitur q̃ cõfessio cũ debeatur Deo: q̃ nõ ſtatim soluatur: nõ est quin debeatur: sed q̃a nõ exigit, nisi loco & tpe: dubium est: q̃a illud quod est alicui debitũ de volũtate sua: sicut in cõtractibus gratuitis: licèt ſtatim debeatur: nõ tñ necesse est solui, nisi petatur: q̃a ex quo volũtariè cõcessit, nisi certũ tps vel vsum apposuerit: videt cõcessisse quousq; repetat. Sed qñ aliqs sit debitor alicuius ex delicto: quia cõtra voluntatẽ suã rem ei' accẽpit: vel sibi nocuit, semp est in mora & in peccato: etiã alio nõ petẽte, nisi, q̃ citiùs põt offerat: nisi probabiliter supponeretur, q̃ ali' dilationẽ sibi daret. Vnde cũ peccator fiat debitor Dei: nõ ex beneficio gratuito & voluntario. Sicut est debitũ latriæ: ad cuius solutionẽ homo non semp necessitatur: sed ex malefacto: & hoc cõtra voluntatẽ ipsius Dei: cuius reuerentiã læsit: videtur q̃ sicut debet ſtatim, ita teneat̃ soluere ſtatim, quia Deus nullam sibi dilationem dedit. 24 Sed ad hoc posset dici: q̃ verũ est in obligatione ex cõtractu, debitorẽ teneri modico interiecto tpe, qd' magis põt mẽte cõcipi, q̃ locutione exprimi. Quo ad hoc q̃ possit ab eo peti, & ipse in mora cõstituì: non ante, quia nõ potuit venîre cũ sacco paratus. Sed nõ tenetur ad ſtatim, sic q̃ sit in mora quoadusq; petatur. Et ex hoc q̃ peccator cõtritus est, cũ proposito cõfitendi & satisfaciẽdi: videtur purgasse morã: etiã si sit solùm attritus: quia per propositũ cõfitendi, videt Deo offerre quod debet: & sic nec est in mora, quousq; vel Deus exigat per mortis periculũ, vel sacramentũ, vel vicari' Dei per annũ, vel hmõi. 25 Quantũ ad sextũ, sciendũ est, q̃ Papa nõ põt dispensare in hoc sacramẽto, in hoc quod est pure diuinũ: quia seruus legẽ dñi tollere nõ potest. Et si posset dispensare in præceptis canonis alicuius Apostoli: puta in bigamia & hmõi: quia par in parẽ nõ habet imperiũ: tñ in sacramẽtis à Christo institutis nõ põt: quia sicut ars supponit naturã, & natura materiã: Sic Ecclesia fundamenta suа: quę sunt sacramẽta, quę destruere nõ põt. Vnde sicut Papa nõ põt dispensare: vt puer sine baptismo saluetur: sic nec q̃ post baptismũ mortaliter peccans, sine cõfessione saluetur. 26 Secundò sciendũ est, q̃ Papa põt dispensare in hoc quod est humanũ. s. q̃ hõ nõ teneatur cõfiteri infra annũ: dũ tamẽ nõ occurrat mortis periculũ, nec habeat susciperе sacramentũ: quia est ſtatutũ cõcilij generalis. Ipse autẽ supra cõcilia, à quo habet cõcilium au ctoritatẽ, nõ ecõuerso. Vnde põt dispensare. 27 Tertiò est sciendũ, q̃ nec inferior à Papa, nec legatus à latere, nec eps potest in hoc dispensare: quia q̃is posit eps dispensare, in ſtatutis suæ synodi aut iuris inquantum hmõi: nõ tñ in ſtatutis cõcilij prouincialis, nisi quantũ sibi cõmittitur, ad minus in ſtatutis cõcilij generalis, nõ videtur q̃ simplex eps vnq̃ posit dispensare: hmõi autẽ est de cõfessione annua. ideo. &c. 28 Et si dicatur, q̃ sub eodẽ præcepto cadit cõio annua, in qua potest proprius sacerdos dispensare: dicendũ, q̃ proprius curatus nõ dispensat: sed ipse legislator dispensat, de cõcilio proprij sacerdotis. Sicut medicus nõ dispẽsat cũ infirmo, in carnibus & ieiunio, sed proprius sacerdos de cõsilio medici. Non sic autẽ de cõfessione: quia nõ sic cautum est. Nec est eadẽ ratio confessionẽ differendi: sicut cõmunionem, cũ etiã nõ pœnitenti expediat aliqñ pœnitentiam recipere: sicut dicit decretũ: de pœn. c. Quidã. Nunquã autẽ impœnitenti expedit cõicare. Et quicũq; ibi dispẽsat de cõione, hoc non est, q̃ toto anno non cõicet, sed vsq; ad tps differat, nõ autẽ vsq; ad annũ aliũ: sicut in lege qui nõ poterat pascha facere primo mense, faciebat se cũdo: nec ꝓpter hoc excusabatur toto anno. 29 Contra hoc tamẽ est de clande. despon. prohibita. cum inhibitio, vbi est ſtatutũ cõcilij generalis, de bãnis tribus in matrimonijs cõtrahendis: & tamẽ nõ solũ epi, sed etiã archidiaconi quotidie dispensant de vno vel duobus: aut etiã de oĩbus. 30 Ad argumentũ dicendũ: q̃ illi non peccauerũt mortaliter post baptismum, vel post Christi pasionem, vel q̃ Christus per potestatẽ excellentiæ eos absoluit, vel confessi fuerunt licet non legatur.

Arti. 6. Papa nõ potest dispẽsare in hoc sacramẽto: sed bene inquãtũ humanũ.

Nota.

Cauillum.

Solutio.

QVAESTIO TERTIA.

De confessione proprio sacerdoti facienda.

Tho. 4. d. 7. q. 3. ar. 3.

QVAERITVR tertiò, vtrũ cõfessio sit faciẽda ꝓprio sacerdoti. Et videtur q̃ nõ, quia ꝓprius sacerdos nõ est nisi curatus specialis, eps verò est cõis. Papa est cõmunissimus: sed plus põt fieri istis q̃ illi. ergo. &c. 2 In cõtrariũ est extra de pœn. & re. Oĩs. &c. ꝓprio sacerdoti sequitur. &c. 3 Respõdeo: hic sunt vi denda tria. Primò, q̃ cõfessio sacramẽtalis siue necessaria, vt de mortalibus, siue voluntaria, vt de venialibus, nõ debet nec põt fieri regulariter, nisi ꝓprio sacerdoti.

Secūdò,quis est propriꝰ sacerdos. Tertiò,in quibꝰ casibꝰ specialiter licet nō ꝓprio sacerdoti cōfiteri. 4 Quantū ad primū,sunt tres cōclusiones in gñali. Prima est,ꝙ cōfessor debet esse sacerdos. Licet eīm cōfiteri de venialibus nō sacerdoti,secundū Bedā,qui dicit. Leuia coęquabilibus pādamus. Itē licèt de mortalibus in mortis articulo,vel periculo cōfiteri. De cōse.di.4. Sanctū. Sed nō est cōfessio sacramētalis: quæ.s. possit cōsummari per absolutionē: quia licèt nō sacerdos possit soluere, vel ligare in foro exteriori: vt officialis simplex clericus excōicat, & recōciliat: nō tñ in foro pnīæ à quacūq; culpa etiā veniali, ꝑt absoluere nō sacerdos: etiā diaconus, aut archidiaconus, vel etiā diaconus cardinalis: vt beatus Laurētius, quia solis sacerdotibus claues ordinis Deus tradidit, & in solius sacerdotis ordinatione dicitur. Quorū remiseritis peccata. Et accipe potestatē ligādi. &c. Vnde de facto à nō sacerdote absolutus, tenetur cōfiteri iterū absoluēdus. Et nihilominus nō sacerdos præsumēs absoluere vt sacerdos, indicatiuè secundū quosdā irregularitatē incurrit: sicut si baptizaret aut celebraret. extrà. de cle. nō ordi. c. 1. &. 2. licèt hoc sit dubiū: quia nō est expressum. sicut de illis duobus actibus presbyteratus. Et dicitur extra. de sentētia excōi. c. is qui. li. 6. ꝙ nō incurrit quis irregularitatē, propter aliquod delictū, qñ non est in iure expressum. 5 Secūda, ꝙ debet esse ꝓprius sacerdos: quia sacerdos nisi proprius, aut de licētia proprij, nō pōt soluere nec ligare. sicut dicitur in dicta decretali. Oīs. quæ est clauis huius materiæ. Et hoc nō solū vt quidā dicūt: quia ipse cōfitens sacerdoti alieno: licētia à proprio nō petita: ex hoc ipso delinquit. & sic est indispositus & fictus: propter quod sibi absolutio non prodest: sicut ordinatus ab epo alieno contra iura: licèt recipiat characterē, nō tñ executionē, quia in isto sacramēto totū impedit: sicut etiā in matrimonio, in quibus per se requiritur actus suscipiētis: nō sic aūt in alijs. Secundū eīm istā rationē, si ipse nō esset fictus, vtpote quia nesciuit illud ius: vel sciret, sed putaret illū propriū qui est alienus, ille esset verè absolutus: quod est cōtra illam decretalē, ꝙ ille non valeat eū absoluere nec ligare. Distinguit inter scientē & ignorantē: quia error nō dat iurisdictionē. Dicendū est ergo: ꝙ sicut in naturalibus, ad hoc ꝙ agens agat in passum, requiritur ꝙ dñetur super ipsum, & illud subijciatur ei secūdū virtutē. Vnde actio est, secundū quā in id quod subijcitur agere dicimur. Ita in politicis, nemo pōt aliū ligare nisi sibi subditū: nec si militer absoluere, quia regula iuris est, ꝙ nemo qui cōdemnare nō potest: absoluere potest: supple propter defectū iurisdictionis: sicut in naturalibus ad hoc ꝙ agēs corrumpat, requiritur ꝙ habeat dominiū super materiā, sicut ad hoc ꝙ generet. Quia ergo in isto sacramento cōfessor absoluit & ligat: inde est, ꝙ oportet ipsum habere iurisdictionē super cōfitentē. Nam si non esset nisi sicut causa sine qua nō, nō oportet illū esse subditū. Si aūt est proprius & nō sacerdos potest illū absoluere per aliū. Sicut curati & episcopi nō sacerdotes cōmittunt sacerdotibus: sicut archiepiscopus nō habēs palliū, nō debet per se cōsecrare suffraganeū, sed potest hoc alij demandare. De elec. c. Suffraganeus. 6 Tertia conclusio est, quid posit Papa circa hoc immutare. Et quidē circa primum nihil potest immutare: quia nō potest facere ꝙ nō sacerdos absoluat, in foro pœnitentiali: sicut nec ꝙ cōficiat, quia hoc esset immutare naturā sacramenti: nec pōt facere de nō sacerdote sacerdotē, nisi secundū ritū cōmunem Ecclesiæ. s. cōferendo sibi sacramentum sacerdotij quo ad essentialia. 7 Circa secundū, nō potest ipse facere ꝙ nō proprius absoluat, quia cōtradictio esset, ꝙ aliquis absolueret vel ligaret nō subditū: sed bene pōt facere de nō proprio propriū, dando iurisdictionē non habenti: & de proprio nō propriū, auferendo iurisdictionē habēti: quia in foro cōtentioso, & quantū ad claues iurisdictionis, ipse habet plenitudinē potestatis: & sic potest facere, ꝙ sacerdos nō proprius alios absoluat: sed nō potest facere, ꝙ proprius nō absoluat: nisi in foro exteriori. Propter hoc absolutus in morte à nō sacerdote, tenetur quidē iterū cōfiteri, sed nō tenetur iterū absolui ab excōmunicatione: nisi quia hoc est statutū de nouo. extra de sen. excōi. Eos qui po. quia potuit hoc Papa cōmittere nō sacerdoti: licet fortè nō cōmiserit cuilibet: vt notatur. extra de offi. or. c. Pastoralis. & de hoc infrà dicetur, quādo de excōmunicatione agetur. Probabile eīm est, ꝙ Papa vult, ꝙ in morte potest absoluere à peccatis quicunq;, cui Papa potest hoc cōmittere. Huiusmodi autē est sacerdos & nō alius. Sed quia nō potest quis absolui à peccatis, nisi prius absoluatur ab excōmunicatione: inde est ꝙ omnis sacerdos nō excommunicatus, nec suspensus, potest in morte absoluere ab vtroq;: nec tenetur absolutus amplius cōfiteri, pro absolutione à culpa cuicunq;, nisi velit: nec inuito debet imponi hoc onus. Sed pro satisfaciendo de excōmunicatione, debet se præsentare: vt in dicto. c. Eos qui: nō autē pro absolutione ab excōmunicatione. Qui autē alias nō potest absoluere à peccatis, nec à vinculo, nec illū nec alium potest in morte absoluere ab excōmunicatione: cum nullam habeat potestatē iurisdictionis nec ordinis. Ideo nullam habens, nullam accipit in moriente: in quo tamē habēs potestatē ordinis: vt sacerdos, accipit potestatē iurisdictionis: vt quī potest à culpa, posit & ab excōmunicatione absoluere in morte. 8 Circa secundū sunt tres cōclusiones, secundum tria videnda. Primò enim videndū est: quis est proprius sacerdos, in generali. Vbi sciendū, ꝙ aliter accipitur sacerdos proprius, cū dicitur ꝙ homo tenetur cōfiteri proprio sacerdoti. Siue ꝙ nullus potest absoluere nisi proprius sacerdos: aliter cum dicitur, ꝙ de licentia proprij sacerdotis potest quis cōfiteri alij. Primò enim dicitur proprius sacerdos, quicunq; habet potestatē absoluendi ordinariā vel delegatā: siue sit cōmunis siue singularis, quia actor sequitur forū rei: sed est in electiōe eius, quod forū sequatur de multis, nisi sit actio realis in qua sequitur forū rei de qua agitur. Quia ergo in foro pœnitentiæ idem est actor & reus, inde est ꝙ idem seipsum potest accusare corā quocunq; cōfessore, de oībus qui illū posit absoluere, quia actio & accusatio hæc personalis est, etiā de crimine vbicunq; commisso, quia huiusmodi absolutio nō respicit territoriū, sicut alia ratione rei vel delicti, ꝓpter quod dicit Hosti. ꝙ oīs hō habet tres ꝓprios sacerdotes: puta suū curatū, de cui⁹ parochia est, suū epm in cuiꝰ diœcesi est, & Papā vbicūq; sit, q est pōtifex: nō solū vrbis sed orbis. Sed proprius sacerdos de cuiꝰ licētia pōt qs cōfiteri alteri, stricte accipit: ille. s. q iure suo ordinario nō ex cōmissione hoc habet. vt dicet in sequēti quęstione. Et sic intelligit decretalis. Oīs vtriusq; sexus: æquiuoce loq de ꝓprio sacerdote secundū oēs. Nam cōstat, ꝙ ad implendū illud prȩceptū de cōfitēdo semel in anno oīa ꝓprio sacerdoti, ita sufficit cōfiteri vicario curati: sicut ipsimet curato: & tñ ad cōfitendū alteri, nō sufficeret accipere licentiā ab eiꝰ vicario: sicut sufficeret ab ipsomet curato: vñ respectu primi, vicariꝰ est ꝓpriꝰ sacerdos, sed nō respectu secūdi. 9 Secūda cōclusio est: de hoc ꝙ scd'o videdū est in speciali, qs est propriꝰ sacerdos quo ad psonas ecclesiasticas. Et primo incipiēdo à capite: Papa qa nō habet supiorē à Christo, nec à cōcilio quocūq; habet ꝓpriū sacerdotē quē duxerit eligendū: q auctoritate Christi pōt eū absoluere, vel ligare in foro pnīali: nō autē in foro exteriori

Arti.1.

Cōfessio in necessitate: ꝑt fieri laico de mortali. idē tenet s.t. hic. 3. ar. 3. cōtra Sco. hic. q. 1. in fine. q tenet ꝙ cōfitens pec cat.

Durād. dist. 19. q. 2. quē sequunt⁹ est armach. li. 11. de. q. Armenioru. c. 1. 2 4. 5. &. 6. c. Reproba. rō nis Duī.

Papa nō potest facere ꝙ nō sacerdos absoluat.

Nō pōt facere ꝙ sacerdos nō ꝓpri us absoluat.

Sacerdos ꝓpriꝰ duplex.

Hostiē. ti. de pœn. & re. § cui patriarcha. Oīs hō tres habet ꝓprios sacerdotes.

Proprius sa. Papæ.

Papa nō potest excōmunicari.

Nota.

Papa potest statuere ꝙ excōicatus nō posit eligi in Papā.

De proprio sacerdote cardina.

De ꝓprio sa. archiepōrū & epōrū. electus ab epo ꝑt ipm ab excōicatione vtraq; absolui.

Opi. Bart. in sū. pisa. t. de confessione §. 3.

teriori, quia ipse nō potest ligari vinculo excōicationis: vt indigeat ab illo absolui. Et propter hoc nō oportuit hoc à Christo sibi cōmitti. Sed quia potest ligari vinculo peccati, sicut alij, indiget remedio sicut alij. Et Christus sine remedio nō eū dimisit: ideo hoc cōcessit. Itē, sicut à principio quilibet poterat quēlibet volētē se subijcere sibi, absoluere: ita & nūc qui ad illū, qui nulli subiectus est. Si verò excōicatus eligat in Papā, anteq̄ cōsentiat habet superiorē à quo absolui pōt. si verò priꝰ assentiat, postea nō pōt absolui, sed nec indiget: quia nulli legi subest, nec talē electionē impedit excōicatio, nec lex positiua prohibēs excōicatū à perceptione sacramentorū: quia & si Papa posset statuere, ꝙ excōicatus nō posset eligi in Papā, nō tñ intendit: ideo nō est expressum, sicut expressum est ꝙ debet habere duas partes, & ꝙ debent includi electores eius: & de Imperatore, ꝙ non posit eligi periurꝰ nec excōicatus. 10 Qui verò sunt de familia Papę, habēt pœnitētiariū summū cū Papa ꝓ proprio sacerdote, quia nulli alij subsunt. Secus verò est de capellanis eiꝰ per mundū dispersis, qui nō ꝓpter hoc sunt ab alijs exēpti. 11 De Cardinalibꝰ aūt, si sunt epi ipsi nō minus hñt q̄ alij. s. ꝙ possunt libere eligere: idē si sunt legati, quia sunt prelati & exempti. Si verò sunt simplices cardinales, nec epi, nec legati, Hosti. dicit eos nō habere nisi Papā, & summū pœnitētiariū. Et quāuis immediate sint sub Papa: & ꝓ cōsequēs exēpti: nō tñ pōt eligere sibi cōfessorē sine ipsi⁹, aut summi pœnitētiarij licētia: quia nō sunt prelati, sed coadiutores prelati & pastoris: licèt sint presbyteri cardinales. Familia verò cōmēsalis eorū, de licētia eorū pōt sibi eligere: quia de cōsuetudine sunt eis subditi, siue sint sacerdotes, siue nō, secundū eū. Vel fortè summꝰ pœnitētiarius est quasi curatus de respectu oīm mānionariorū curię Papæ: quorū ipse Papa est quasi epus propriꝰ. 12 Patriarchę, archiepi, & epi habēt priores sacerdotes suos immediatos superiores: vt epus archiepum, ille primatē, ille patriarchā, ille verò Papā. Et hoc nisi sint exēpti. Nihilominus tñ isti oēs pōt, sibi eligere cōfessores: extrà de pœni. & re. c. vlt. qui pōt eos absolvere: nō solū de occultis: imò etiā de publicis & notorijs, etiā archiepo inuito: etiā à vinculo excōicationis maioris & minoris: & mutare vota, & relaxare iuramēta: & oīa hmōi: ꝓpter quę nō est sedes apostolica requirēda: licèt Host. dicat cōtrariū. Et licet ibi nō fiat mētio, nisi de absolutione à peccatis, quia tñ intentio Papę est, ipsis epis quibus esset graue semp ad archiepm recurrere, & gratius ad Papā, ita prouidēre ꝓ cōfessorē ab eis electū, sicut prouisum est inferioribus epōrū per ipsos epos: ideo de oī peccato & vinculo, de quo epus pōt absoluere inferiorē, pōt & electus ab eo epm, & in oī casu in quo epus pōt dispēsari cū inferiori, pōt & ille cū epo: quia vbi cadē rō, & idē ius. Et sicut bene dicit Host. istud priuilegiū nō perdit ꝓ hoc ꝙ venit Romā: quia ibi nō distinguitur vbicūq;: sit. Sed si desinat esse epus: vt quia cedit loco & dignitati, de licētia Papę, fortè perdit priuilegiū qd' datur epis: quia ipse nō habet plus epi dignitatē: licèt habeat veritatē. Si verò loco cedit nō dignitati, habet sicut priꝰ. Ratio verò qua aliq probāt, ꝙ cōfessor ab epo electꝰ, nō potest eū absoluere à vinculo: licèt posit eū absoluere à pctō, est: quia nō habet potestatem nisi ex electione epi. Sed ad hoc respōdetur: ꝙ iste cōfessor nō habet auctoritatē ab eligēte: sed à iure cōmittēte: sicut qui eligitur ab illis qui ꝓ literas pœnitētiariorū eligūtur ab ipsis pœnitētiarijs, & nō ab eligentibus habēt auctoritatē: sicut qñ epus cōmittit fratribus quos prior eligit: aut Papa quos prouincialis eligit: ipsi sunt cōmissarij prælatorū, nō electiū. Similiter quod dicūt, ꝙ si iste electus esset ligatus minori, qñ eligebatur: nō pōt ipsum absoluere: quia licèt alias ligatus minori posit cōferre sacramēta: quia tñ ligatus minori, nō pōt eligi. ideo. &c. Istud etiā nō valet: quia hoc intelligitur de electione iuris ad dignitatē, quod nō est hic. Et iterū posibile est, ꝙ qñ elegit eū: neuter erat ligatus aliquo vinculo: & tunc cessarēt instātię. Sed dato, ꝙ essent tpe electionis ligati maiori excōicatione ambo: idē esset. Dū tñ absoluēs qñ absoluit, nō sit ligatus maiori nec suspensus. Prælati etiā inferiores exēpti: vt sunt multi abbates, ex hoc ipso ꝙ sunt exempti: & prælati: habēt simile priuilegiū cū epis, in eligendo liberè cōfessorē: quia graue esset eis, semper ire ad Papā nouū pro licētia cōfitendi. Si autē sic sunt exempti: ꝙ tamē nō sunt prælati: nō habēt istud priuilegiū. Verbi gratia. Oēs subditi collegij exēpti sęculares vel regulares: quod est exemptū in capite & in membris. Hi eīm suis prælatis immediatè cōfiteri pñt, nō alij, nisi de licentia ipsorū. Si aūt sic sunt exēpti, ꝙ citra Papā: nec decanū, nec præpositū habēt, qui habeat curā ipsorū, adhuc nō pñt sibi eligere: sed petūt hoc ipsum à Papa, vel eius pœnitētiario: cū alias nullus posit eos absoluere. Similiter nulla abbatissa, q̄is iura ep̄alia exerceat, ponendo officialē, nisi in hoc speciale priuilegiū habeat, quantūcunq; exēpta' poteſt sibi eligere: quia nō est prælata nec prælatissa: cū nō habeat claues iurisdictionis. Et si eius officialis excōicat: quod nō potest ipsa per se: nō est auctoritate ipsius, sed papæ. Similiter quicūq; præest quibuscūq; ex cōmissione alterius, & est delegatus: nō pōt dici prælatus. Vnde quantūcunq; exēptus: quia tñ nō est prælatus: nō habet priuilegiū: puta superior in religione: vel prior non cōuentualis: aut prior cōuentualis sub abbate: non per electionē, sed ab ipso abbate de consilio seniorū positus vel institutus: nisi fortè quādo mortuo abbate, vel priore, ipsi fiunt quasi ordinarij: quia tunc actio subrogata habet priuilegium eius, in cuius loco subrogatur. Sed prior qui per electionē canonicam instituitur, prælatus est. Et ideo si est exēptus, habet idem priuilegiū: propter quod nō oportet, ꝙ cōfirmans det sibi potestatē eligendi cōfessorē: sicut nec ꝙ cōfirmās vel cōsecrans epum: quia dicitur in dicta decre. Ne pro dilatione fine licētia suorū superiorū. Nec potest dici, ꝙ hoc intelligatur de illis qui ita sunt exēpti, ꝙ nō habēt sup se nisi Papā: qa illud priuilegiū ęqualiter cōceditur epis, & minoribus prælatis exēptis. Sed epi licet immediate subsint archiepis: nihilominus sine illorū licētia pñt etiā qñ nō sunt exēpti. Ergo & hi priores licet subsint abbatibus vel maioribꝰ: nihilominus tamē sine licentia ipsorū pñt hoc: ex quo ordinarij sunt. Si autē essent in dignitate cōstituti: nō tñ prelati: sicut cātor, sacrista, thesaurarius, & hmōi. Nō habēt priuilegiū, quāuis sint exempti. Si etiā essent prelati exempti: sed non essent prælati in foro pnīali: sicut sunt archidiaconi, de pari curantes cū epis in foro causārū: adhuc nō puto eos habere hoc priuilegiū, sed solū illos hic prælatos dico, qui habēt curā aiārū. 13 Sicut aūt dixi de epis, ꝙ quādiu sunt epi quo ad dignitatē, retinēt hoc priuilegiū: sic de illis quādiu sunt in prælatione, & nō plus: & rationabiliter quidē: quia ex toto isti desinūt esse prælati, cū epus sic nō posit desinere. Et similiter, ꝙ electus ab eis potest cū eis agere absoluendo, dispensando, quicquid posit cū eis eps, si eis subesset: sic electus ab epo potest tantū, quantū archiepus: nisi fortè in sententia lata ab ipso archiepiscopo, in quo minus potest ille: & similiter si prælatus exēptus à superiore suo, sit excōicatus à superiore, à quo nō est exemptus. Ab hoc ille electus nō pōt absoluere, quia nō est mens Papæ. Item, quicunq; potens est sibi eligere, si electo vnō vult eum mutare, vult alium eligere, siue eo mortuo siue non, potest. Licèt aliter sit in iure ciuili: quia cui datur optio, semel

Prælati qui dicantur & qui non.

Ad prælaturam requirit̄ cura aiārum: tamē per solā curam est quis prælatus.

eligendo nõ potest ad libitũ variare, vt in optione seruorũ legitima, quia hoc est in præiudiciũ alterius, & est argumentũ pro illis qui impetrãt à summis põtificibus, vel pœnitentiarijs, potestatẽ eligendi cõfessorem, literis post bienniũ minimè valituris, q̃ vsq; ad bienniũ possit eligere & mutare vsq; ad libitũ, primo mortuo vel legitimè impedito. &c. Quia ipse potest eligere alium secundũ omnes, pari ratione, illo nõ mortuo vel nõ impedito, quia mors vel impedimentũ primi electi nõ plus facit, q̃ electus nõ sit alius ab eo q̃ si nõ esset impeditus. Licet ergo ibi dicatur cõfessor in singulari, non cõfessores, ita & in decretali dicitur, prouidũ & idoneũ cõfessorẽ. &c. in singulari confessorẽ: & sic quemcunq; eligit in cõfessorem, ille est confessor & non cõfessores: vnde, sicut primũ eligendo non eligit nisi confessorẽ, sic nec eligendo secundũ, tertiũ, quartũ, eligit nisi cõfessorem: vnde vsq; ad tempus potest eligere cõfessorem quemcunq;, & quotiescunq; eligit. Adhuc tamen potest eligere, secùs est de electionibus iuris, in quibus semel eligẽs functus est officio, siue bene siue malè, nec potest iterũ eligere, nisi electione cassata, quia hic nõ est cassatio, nec confirmatio electionis vel electi. De archipresbytero verò maioris Ecclesiæ exempto, si est aliquis talis, qui secundum iura potest cõfessiones peccatorũ corũ, qui à foris veniunt, audire: extra de offi. archipres.c. Officiũ. & pœnitentiã cunctis nõ solennè iniungere iure suo videtur, q̃ curã clericorũ, nec propter hoc est iste coëpiscopus: quia non de pari habet hoc cũ episcopo, quia nõ habet hoc super illos de ciuitate. 14 Sed nõ est talis archipres. aliquis: nisi fortè esset præbenda sacerdotalis, cui annexũ est officiũ pœnitentiariæ: & nõ habere hoc ex commissione episcopi de nouo. Inferiores autẽ prælati nõ exempti, si sunt immediatè sub episcopo, ipsum solũ cũ superioribus eius, habent pro proprio sacerdote, sicut abbates, & decani, & præpositi, & archipresbyteri rurales. Curati verò decanũ & episcopum, quando ille decanatus est annexus curæ. Priores qui subsunt abbatib⁹, sub illis sunt & episcopis. Non prælati verò. & nõ curati, suis subsunt immediatè curatis: siue abbatibus, siue prioribus, siue decanis, quando sunt de collegio, vel simplicibus curatis: quãdo in suis parochijs commorantur. Clerici verò chorales subsunt illi, qui præest choro, siue sit præcentor, siue succentor in exterioribus. Sed quantũ ad forũ cõscientiæ, solus decanus videtur curatus eorũ. 15 Tertia cõclusio est, de proprio sacerdote laicorum. Imperator, secundũ Hostien. de antiquissima cõsuetudine, confitetur capellanis suis: sed sicut dicitur de pœnitentijs & re. c.2. lib.6. nulla cõsuetudine introduci potest: vt præter proprij sacerdõtis licentiã, aliquis possit sibi eligere confessorem, nisi dissimulatio Papæ sit licentiatio.

De sacerdõte proprio laicorum.

16 De rege dicit, quòd episcopus siue archiepiscopus, in cuius ciuitate est sedes regni, est sibi proprius sacerdos: dicitur autem sedes, vel metropolis regni: non in qua plus moratur, sed in qua inungitur & coronatur.

17 Principes minores si habent sub se ciuitates plures, similiter à sede principali ducatus vel comitatus domiciliũ sortiuntur. Sed si nõ habẽt vnã ciuitatẽ alia principaliorẽ, ab vtroq; episcopo licentiã accipiãt, vel à metropolitano secundũ Hostien. sed illud nõ est verũ, quãtum ad metropolitanũ: quia nullus subditus suffraganeorũ est ei immediatus, nisi quando visitat, sed soli ipsi suffraganei: vnde cum dñs duarũ ciuitatũ in tẽporalibus, ita subsit in spiritualib⁹ episcopis, ac si esset seruus: sicut dñs castri subest in spiritualibus curato castri. ideo sicut metropolitanus non posset dare licentiã cõfitendi homini, habenti domos in diœcesi suffraganeorum: ita nec principi. Princeps autẽ qui habet dominũ in diuersis diœcesibus, sed nõ super ciuitates, debet licentiã petere ab illo, in cuius diœcesi habet dominiũ principalius: vel ab vtroq;, si æquale habet vtrobiq;. Nam absurdũ esset, q̃ ipse à tot curatis, haberet hoc petere, quot in suo dominio includuntur. Dñs verò qui in eadẽ diœcesi habet in diuersis villis dominiũ, si in vna haberet principaliter dominiũ, & in illa nõ esset nisi vnus curatus: illi videretur subesse. Sed quando nullũ habet dominiũ, quod nõ sub se contineat plures parochias, maximè si vna nõ sit principalior alia, tunc nulli curato subest, sed immediate episcopo. Si verò in vna sit principaliter dominiũ, in qua nõ sit nisi vna parochia tantũ: vel sint multæ, & vna principalis: curatus illius est sibi proprius sacerdos citra episcopũ. Balliui verò & seneschalli si nullã habẽt alicubi mansionẽ: nisi secundũ q̃ assistię requirũt, modo huc, modo illuc discurrendo, vbiq; confiteri possunt, vel episcopis ciuitatũ, vel curatis in quorum parochijs hospitiũ eligunt. Si verò alicubi principaliter degũt, ibi curatũ habent illũ, in cuius parochia hospitium suũ situm est, & sic de præpositis, licèt habeãt domos parentũ, extra balliuiã vel seneschalliã aut præposituram, quia per hoc officiũ, quasi cõtrahendo, sortiuntur forũ. Cæteri verò Burgẽses, & alij laici nõ in potestatibus cõstituti illis curatis subsunt, in quorũ parochijs degunt principaliter, vel si in duabus æqualiter, in qua tunc manent quando confiteri volunt, illius sunt parochiani.

Nota.

18 Quantũ ad tertiũ, sunt octo cõclusiones: secundum octo casus: in quibus alieno sacerdoti sine licentia proprij licet cõfiteri: quos ponit Hostien. 19 Primus, propter indiscretionẽ proprij sacerdõtis: dicẽs, q̃ eo ipso habet licentiã à iure aliũ adeũdi: de pœni. di. 6. c. Placuit. Et idẽ est, qñ est iusta causa sibi non cõfitendi ex culpa sua, quia est reuelator cõfessionũ, vel solicitator ad peccandũ, vel huiusmodi. Sed nihilominus dicunt quidã, q̃ debet homo petere licentiã ab eo, vel à superiore suo, Vnde extrà de pœni. & remis. dicitur: q̃ quãuis iusta de causa voluerit alteri cõfiteri: prius tamen debet à proprio petere licentiam: quod quidã intelligũt, nisi sit ex culpa sua. Videtur tamẽ melius, q̃ quia culpa vnius nõ debet alteri nocère, & ius collegæ ipso impedito, transit ad alterũ ius inferioris, & ad superiorẽ pertinet pro tempore, sicut inferiore nõ eligẽte, vel nõ prouidẽte infra tẽpus debitum, ad superiorẽ deuoluitur prouisio, q̃ sicut mortuo curato vel excõicato, nõ eo ipso licet ire ad alterũ, sed oportet recurrere ad eũ, ita & hic. Sed si superior adiri nõ potest, vel si potest, æquè tamẽ defectuosus est, tunc quia ad Papã recursus nõ est facilis, ex hoc ipso ad extraneũ ire licet. Vnde qñ proprius sacerdos oĩs qui adiri potest, pro tũc indiscretus & ineptus est, sine licentia petita, vel saltẽ obtenta, potest iri ad aliũ. Dico autẽ petita, quia licèt sit indignus per se audire, nõ tñ est impotẽs cõmittere, sicut curatus nõ sacerdos. Et si nõ possit audire, potest tñ & habet cõmittere. Sed hic nõ sufficit petere siue obtinere: ibi autẽ sufficit: licet ipse neget. 20 Secundus casus est, qñ domiciliũ transtulit, & tunc definit esse parochianus primi, & incipit esse parochianus illius, ad cuius parochiã se transtulit: sicut homines in festo Michaëlis mutant hospitia de parochia in parochiam. Nam si in vtraq; parochia haberet domũ, in vna maneriũ hyemale, in alia æstiuale: sicut dictũ est in secũdo articulo: vtriusq; sortitur forũ, non simul, sed successiuè, secundũ q̃ habitat hic & ibi: vt tũc hìc recipiat sacramenta, quando hic habitat, alias alibi. 21 Tertius casus est: si est vagabundus, nõ habens nec potens habere domiciliũ. Iste potest cõfiteri cui vult, curato vel episcopo in cuius parochia est: imò etiã nõ curato, vt videtur, quia nulli subditus subijcit se cui vult. Nam omnis

Arti.3.

Casus. 8. in quibus alienis licet cõfiteri. S.T.hic.q.3. ar.3.q.4.ad 5. & dist.21. 1 expositiõe textus.

sacerdos est, sicut erãt olim iudices cartularij, qui à principe erãt iudices subijcientiũ se eis, ita q̃ priuatorũ consensus nõ dabat eis iurisdictionẽ. Sic & potestatẽ ordinis & iurisdictionis habet sacerdos ex sua ordinatione, sed subditos habet solũ eos, qui se ei submittũt, nisi q̃ secundũ iura, qui se semel alicui submisit, factꝰ est eius parochianus: nec potest se alteri submittere, quousq; se primo subtrahat simpliciter, nisi de voluntate illius. Vnde dicitur de pœn. & remis.c. vlti. permittimus eligere. q. d. iure cõi diuino licebat eis eligere, sed electione ei subtracta, permittimus, relaxantes retentionẽ q̃ possint eligere. Vnde & in dicto.ca. Placuit. dicitur, sine consensu eius cui primo se cõmisit, & posteà cui pœnitens priùs cõfessus est. 22 Quartus, si quærit domiciliũ qui non habet quousq; alicubi habeat. de peregrinis quidẽ dicendũ est, q̃ si sine licentia curatorũ & episcoporũ profecti sunt, nil priuilegij habẽt. Si autẽ licentia eorum profecti sunt, eo ipso habent interpretatiuã licentiã confitendi, cum sine confessione dignè peregrinari nequeant. Si etiã veniat Pascha cõmunicare possunt, propter eandem licentiã implicitam, & de casu episcopali absolui, quia episcopus non retinendo sibi auctoritatẽ licentiandi peregrinos, ex hoc ipso videtur eis dare licentiã confitendi de casibus episcopalibus. sicut curatus de parochialib⁹. De mercatoribus autẽ, si nusquã haberent domicilium, nisi sequendo semper nundinas, idẽ esset quod de vagabundis. Et idẽ est, si in loco suo tenent hospitiũ, sed nõ declinant illuc in paschate cõmuniter. Non enim tunc videntur ibi habere domiciliũ, quo ad sacramẽta. Et idẽ de familia principis vel balliui, qui nunq̃ in eodẽ statu permanet, ex quo ipsi licèt teneant hospitiũ alibi, nõ tamen illuc redeũt, nisi ad horã. Nam isti vagabundi censentur. Idẽ de familia episcopi laica, quia non sic habet ius in ea, sicut Cardinalis. Sed si essent de diœcesi, de licentia eius cõfiteantur. Si autẽ de alia, ex quo hospitiũ dimiserũt, quia per diœcesim vagantur, respectu illius diœcesis vagabundi reputantur. Vnde de licentia episcopi illius, vel cuiuslibet curati ad cuius parochiam veniunt, cõfiteri pũt. 23 Quintò ratione delicti, quod quidã dicũt esse verũ tunc solũ, quando propter hoc excõmunicatus est. Tunc em̃ in qua prouincia quis deliquit, ibi puniri debet. C. vbi de crimine agi oportet. Auth. qua in prouincia. Alij dicunt, q̃ hoc solũ est verũ, ratione delicti exterioris nõ interioris, quia actus interior nõ potest polluere locũ, sed solũ exterior. Vnde consensus in homicidiũ, vel adulteriũ in Ecclesia vel cœmeterio nõ cõtaminãt locũ. Et est probabile, quia cũ sortiri forum ratione delicti, sit de iure positiuo, ad quod nõ pertinet iudicare de actu interiori, videtur q̃ ratione delicti intrinseci non sortiatur quis forum, nisi dicatur, q̃ de iure diuino potest sibi quilibet eligere confessorẽ, quod Ecclesia restrinxit ad modũ fori iudicialis. Vnde vbi quis sortitur forum iudiciale, ibi vult relaxare suam intentionẽ, secundũ modum fori pœnitentialis, in quo æqualiter iudicatur de interiori & exteriori. 24 Nihilominus est alia instantia ad idem, quia cum æqualiter subditus possit absolui extra territoriũ & intrà videtur, q̃ delinquere in territorio nihil facit ad propositum. 25 Ad oppositũ tamẽ est, quia archiepiscopus quando visitat ratione loci, in quo est tanq̃ iudex, potest confessiones audire nõ tantũ delictorũ operis sed & cordis, ergo à simili econuerso ratione parochiæ in qua quis est potest ibi sortiri forum, ratione delicti quod ibi cõmittit, siue sit intrinsecũ siue extrinsecũ. 26 Sextò ratione studij, vt scholares etiã si nõ sint nisi per annũ moraturi in studio, vel quia non habẽt plus de spatio ab episcopo, vel capitulo de cuius licẽtia ibi sunt, vel quia sic disponunt, vel de parochia in parochiã mutantur, quia dicunt iura, q̃ ibi pũt cõueniri. Et habẽt etiã tres iudices ibidem. C. Ne filius pro patre. Auth. habita sup̃ hoc.

Peregrini cui debent confiteri.

Nota.

Scholares q bus debent confiteri.

27 De illis verò, qui veniunt de omni parte regni ad Parlamentũ Parisios, cũ rex reputet se fiscum, non recognoscens superiorẽ in toto orbe, videtur q̃ ibi possunt cõfiteri & episcopo & curatis, in quorũ parochijs cõducunt domos, sicut olim tempore Imperatorũ Roma erat ibi cõmunis patria, & quicunq; ibi veniebant, habebãt iudicem suum scilicet prætorẽ peregrinũ. Sed nõ est simile, nisi quo ad forũ exterius, in quo quælibet prouincia habet suos iudices & suos auditores, sicut in sua terra balliuũ vel seneschallũ. Sed Roma vbi est sedes Papæ, in spiritualibus omnibus est patria cõmunis, sicut Ecclesia cathedralis omnibus de diœce. Vnde in curia Romana summo pœnitentiario, sicut curato suo omnis de omni loco mundi potest confiteri, & pœnitentiarijs simplicibus, sicut vicarijs curati sui. Sed non sic Parisijs præest in spiritualibus cæteris partibus regni, quia rex in spiritualibus non habet prælationẽ, episcopus autẽ soli suæ diœcesi. Vnde à suis prælatis debent petere licentiam, alias non possunt absolui in aliquo ratione parlamẽti. Septimus ratione necessitatis, quia in mortis articulo omnis sacerdos ab Ecclesia non præcisus, auctoritate iuris fit sacerdos proprius. de. off. ordi. pastoralis. cum multis alijs. Dico autẽ ab Ecclesia nõ præcisus, quia melius est non confiteri, q̃ hæretico confiteri, sicut sanctius est mori sine cõmunione, q̃ de manu hæretici cõmunicare, sicut de Hermilgido rege narrat Gre. q̃ martyrizatus est in sabbato paschæ, eò q̃ de manu Arriani episcopi noluit cõmunicare. Idem est de excõmunicato vel suspenso, quia aliud est de non habente iurisdictionẽ, cui Ecclesia eam tribuit, aliud de eo qui suo delicto eam perdidit, quam sine sua pœnitentia Ecclesia ei non reddit. Vnde solum baptismũ à talibus in necessitate licet recipere. Sed nõ excõmunicato, etiam nõ sacerdõti licet in mortis periculo confiteri. Vnde de cõsec. di. 4. c. Sanctũ. narrat Augustinus, quomodo quidã soleniter pœnitẽs quendã catechuminum in quadam tempestate baptizauit. & mox ab ipso reconciliatus fuit, nõ quidẽ sacramẽtali absolutione, quæ nõ est nisi sacerdotis, sed alia, quæ ad forũ exterius magis pertinet. Ex quo videtur, q̃ priuatus non iudex nec sacerdos possit absoluere ab omni excõmunicatione in morte, quod est reconciliare Ecclesiæ sicut ille renũciauit qui erat neophytus. 28 Octauus propter ratihabitionem proprij sacerdõtis, in quem spem ponẽs alienus sacerdos, potest absoluere vt dicũt, sicut excusatur qui alienũ parochianũ ordinauit, spem ponens in proprio episcopo. Sed nõ est simile, quia alius episcopus potest ordinare, quo ad essentiam sacramenti, nõ subditum. Non sic autem absoluere, de cuius essentia est potestas iurisdictionis. Et iterum nulla ratihabitio confirmat sacramentũ, quod nullum fuit, quia in non sacramentis ratihabitio, saltem Papæ aliquid valere potest, quando ille solennitatẽ mutare potest, sicut Ecclesia per nõ episcopum dedicata, sola ratihabitione Papæ dedicata vel reconciliata reputatur, extrà de consecratione Ecclesiæ vel alt. c. A qua. Sed si quis ordinaret cum non posset, quia episcopus non esset, ratihabitio Papæ etiam pro ordinibus quos mandare potest non valet, quia regula iuris est, q̃ ratihabitio retrotrahitur & mandato comparatur, quando solo mandato à principio res agi potest. In talibus autem locum non habet, quando sacramenti essentia deficit, quia tunc totum est iterandum. Argumentum in oppositum solutum est, quia omnes illi sunt proprij sacerdõtes.

Rex Francię non cogno. superiorẽ in toto orbe.

Hosti. supra. Nulla ratihabitio confirmat sacramentũ licet in alijs valeat. contra Henricum. quotlibet. 2.q.24.

QVAESTIO QVARTA.

De confeßione alieno ſacerdoti facienda.

Tho.4.d.17.q.3.ar.3.q.5.

QVAERITVR quartò an confeſsio poſsit fieri alieno ſacerdoti,de licẽtia prij ſacerdotis?Et videtur ꝙ nõ:quia prius ſacerdos eſt curatus, ſed multi dicunt,ꝙ ipſe nõ poteſt aduocare vicariũ, niſi de licentia eẽi expreſſa vel interpretatiua.ergo.&c. In cõtrariũ eſt decre.Ois vtriuſq; ſexus. 2 Reſpõdeo: circa hãc queſtionẽ,primò videndũ eſt quis ſit proprius ſacerdos,qui põt cõmittere audientiã cõfeſsionũ. Secũdò ſuppoſito ꝙ ſolus ordinarius ſit huiuſmodi,videndũ eſt quis ſit ordinarius. Tertiò de effectu commiſsionis.

Arti.1. Quicũq; iur. ordinario põt audire cõfeſsionem ẽt alteri cõmittere.

3 Quantũ ad primũ ſunt tres cõcluſiones.Prima,ꝙ omnis proprius ſacerdos qui iure ordinario poteſt audire cõfeſsiones,poteſt hoc ipſum alteri cõmittere:quia licẽt cauſam meri imperij,qui eam habet iure ordinario, nõ poſsit alteri cõmittere,niſi quãdo abſentare ſe habet.ff. de off.eius cui mandata eſt iuriſ.l.i.tamẽ nõ ſolũ modica peccata ſed quæcunq; grauiſsima,quæ quis iure ordinario poteſt audire,poteſt alij cõmittere,ſicut & abſolutionẽ à leui iniectione.de offi.ordi.c.vlt.vbi dicitur, ꝙ quibus ex officio cõpetit abſoluere ab iniectione, poſsunt hoc alijs cõmittere, quãdo ſibi videbitur expedire. vocat aũt ex officio, quãdo iure ordinario : quod patet ex rubrica. 4 Secunda cõcluſio eſt.ꝙ qui eſt proprius

Qui audit ex cõmiſsione nõ poteſt alteri cõmittere.

ſacerdos ſolũ ex cõmiſsione,nunq̃ poteſt audientiã committere,etiã in illo caſu vbi in foro exteriori poteſt ſubdelegare, puta quando eſt datus ad vniuerſitatẽ cauſarum.ff. qhis & à quo appel.l.2. Sicut officialis vel quicunq; alius delegatus:quia dubiũ eſt de officiali vtrum ſit ordinarius,poteſt vnã de illis cõmittere. Et ſimiliter delegatus principis poteſt ſubdelegare.C.de iudicijs.l. A iudice.§.à principe.Sed qui habet cõfeſsiones audire tantũ ex cõmiſsione,ſiue ſit ad vniuerſitatẽ cauſarũ,ſicut epiſcopus dat alicui poteſtatẽ ſuã per totã diœceſ. extrà de of.or.Inter cætera. vbi dicitur, ꝙ eps debet viros idoneos mittere ad prædicandũ, cũ auctoritate confeſsiones audiendi , iſti inq̃ nõ poſsunt nec vnius cõfeſsionis audientiã delegare:ſimiliter ſi Papa alicui cõmittat,ꝙ poſsit cõfeſsiones audire, ſi poteſt ille alteri cõmittere.Et ſic intelligitur de offi. deleg.c.vlt. vbi inter alia quæ delegatus nõ poteſt ſubdelegare , numeratur pnias iniungere. 5 Tertia cõcluſio eſt de ſigno & exemplo ſecũdæ cõcluſionis:quod apparet:quia legatus eo ꝙ eſt ordinarij habet ſuos pniarios:ſicut in exterioribꝰ datiu dices delegatos:quia ipſe eſt ordinarius in vtroq; foro, ſed ſummus pniarius eſt etiã ordinarius,ſed tm̃ in ſpũalibus.Vnde habet pœnitẽtiarios ſuos, & dat licentiã eligẽdi cõfeſſores:ſed ſimplices pniarij Papę,quãuis ſint delegati Papæ:qui ſolus ponit eos nõ ſummus pniarius:& quãuis ſint ad vniuerſitatẽ cõfeſsionũ totius mũdi,non tm̃ ſibi ipſi põt aſſumere coadiutores : nec dant licentiã eligendi confeſſorẽ. 6 Circa ſecundũ quis eſt ordinarius:ſunt ſeptẽ cõcluſiones. Prima cõcluſio eſt, ꝙ quicũq; per electionẽ habet curã animarũ eſt ordinarius,& per cõſequẽs põt ſententiare quemlibet ſuæ curæ alteri cõfiteri.

Arti.2.

Quis dicatur ſacerdos ordinarius.

7 Secunda cõcluſio eſt, ꝙ ordinarius quicũq; ex officio ſibi annexo hoc habet:licẽt nõ ſit per electionẽ. Tertia cõcluſio eſt,ꝙ qui vicẽ curati gerit ꝑ legẽ vel cõſuetudinẽ,ſicut prior qui viuẽte abbate erat delegatus nõ potẽs ſubdelegare,eo mortuo vel amoto vices eius in oĩbus obtinẽs:eſt quaſi ordinarius quantũ ad hoc.C.de eo qui vicẽ.l.2. 8 Quarta cõcluſio eſt in ſpeciali:ꝙ archidiaconus licẽt ſit iudex ordinarius de cõſuetudine , tm̃ nõ in foro cõſcientię:etiã ſi ſacerdos, quia hoc accidit ſuę poteſtati,vñ ſi põt audire:hoc eſt ex cõmiſsione & ſic nõ ꝓt ſubdelegare. 9 Quinta cõcluſio eſt de archipresbytero ciuitatis de quo iura loquũtur, quia videt ꝙ ſit ordinarius:ſicut ſi eſſet vna prębẽda ſacerdotalis:cui ex officio eſſet annexũ officiũ audiẽdi cõfeſsiones illorum de diœc.extra ciuitatẽ, & multò magis ſi de ciuitate.Sed ſi pniarius nõ habet officiũ ex ſua prębẽda:ſed ſolũ ex cõmiſsione viuę vocis eẽi,qui reuocat qñ vult, quia iudiciũ ſoluit vetãte eo qui iudicare iuſsit:talis eſt delegatꝰ: licẽt ad vniuerſitatẽ cauſarũ. 10 Sexta cõcluſio eſt,ꝙ decanꝰ ruralis qui & archipresbyter vocaĩ,ſi iſte decanatus ſit annexꝰ alicui curę ſpãli:reputatur ordinarius in parochijs ſui decanatꝰ poſt eꝑm ſupra curatos etiã videtur eſſe ordinariꝰ curatorũ,& ſic curati de licẽtia eiꝰ nõ ſolũ eẽi põt cõfiteri.Si aũt eps vel archidiaconus cõferat illũ decanatũ modo huic curato,modo illi:videt delegatio,& hoc reſpectu caſuũ cõmuniũ. Nam reſpectu caſuũ eꝑaliũ tã de curato q̃ de decano,quibus ex ſpãli gra cõmittit abſoluere,de illis videt diſtinguendũ,an ſint retẽti de iure vel de cõſuetudine,& tũc in illis de ſe nullum ius habet inferior eꝑo.Vnde cuicunq; illos cõmittit,poteſtate delegata abſoluit.Si autẽ ipſe illos caſus ſibi retinuit gñaliter ab alijs amouẽs, ſed quibuſdã curatis aut decanis illos cõmittẽs videtur ordinariè de illis caſibus cognoſcere. Sed ſi poſtq̃ ab oĩbus amouiſſet, poſtea ſingulariter aliquibꝰ cõcederet,videretur mera delegatio. 11 Septima cõcluſio corollaria eſt,ꝙ qñ ordinariꝰ contra exẽptos in hæreſi procedit , q̃uis ſint exẽpti ab hoie nõ à iure,dicitur in auctoritatePapę quaſi delegatꝰ hoc facere de hæreticis.Ad abolendã.in fi. q̃uis diœceſ. pudẽt in hoc facto : ſe iure ordinario procedere.Circa tertiũ de effectu cõmiſsiõis ſunt ſeptẽ cõcluſiões. 12 Prima:quinq; ſunt effectus cõmiſsionis. Vnde primus effectus cõmiſsionis & delegationis eſt , ꝙ poteſt cõmiſſariꝰ abſoluere licẽtia alteriꝰ minimè requiſita indifferenter, ſiue ſit ſuperior ſiue inferior . Sic eñ curatus ſi eſt ordinarius,poteſt cõmittere audientiã confeſsionũ ſine licẽtia eẽi,ſicut ecõuerſo:quia oĩs iuriſdictio ordinaria põt alteri cõmitti ab eo q habet eã in ſolidũ,ſiue aſſenſu cõparis:licẽt ſecꝰ ſit in ea q̃ habetur in cõi. 13 Vbi ſcien dũ , ꝙ qũ poteſtas iuriſdictionis eſt apud plures vna, & nõ apud quẽlibet in ſolidũ,tũc nõ põt quilibet per ſe eã cõmittere ſine cõſenſu aliorũ:ſed quod oẽs tãgit ab oĩbus debet approbari:vt ſi capitulũ vacãte ſede gerat vices eẽi in tpalibus,nullus de capitulo etiã decanus ſine alijs ẽt ponere officialẽ:ſed capitulũ de cõſenſu maioris partis. Quod aũt iuriſdictio perfectè & inſolidũ reſidet apud quẽlibet , ita ꝙ vnus ſine alio põt per ſeipſum de cauſa cognoſcere,tũc vnus ſine alio põt cui vult cõmittere:etiã minor ſine maiore,& multomagis ecõuerſo.ſicut eps ponit officialẽ ſine archidiacono ,& econuerſo. Nunc aũt poteſtas abſoluẽdi à peccatis vna & eadẽ põt eſſe apud plures, vt ſunt vnũ:ſicut penès capitulũ , ſede vacãte:qñ habet poteſtatẽ eiꝰ in ſpũalibus:dico quantũ ad cõmiſsionẽ, nõ quantũ ad executionẽ:quia cõfeſsio faciẽda eſt ſoli.Vnde totũ capitulũ nõ vnus canonicus ponet pñiariũ. Sed poteſtas abſoluẽdi quę eſt apud curatũ,Papã, eꝑm, nõ eſt vna,ſed quilibet põt per ſe audire:& per cõſequẽs per ſe ſine cõſenſu alteriꝰ cõmittere. Vnde vicarius curati ſine licẽtia eẽi põt audire cõfeſsiones, & multomagis ecõuerſo. De hoc aũt extat bullata declaratio clemẽ. Alex.poſt cuius bullationẽ nullus Pariſijs dixit cõtrariũ:quia diſputare de principali iudicio nõ oportet,& iniuriã facit iudicio reuerẽdiſsimę ſynodi,qui ſemel diffinita retractare præſumit. Vnde quidã magiſter

Arti.3. De effectu cõmiſsionis.

Notabile & notu dignũ.

Quando iuriſdictio reſidet perfectè apud quẽlibet,poteſt vnus ſine alio cui vult cõmittere.

De hoc habetur in extrauag. cõi. bus.t.de hę

ret.c. vas electiõis. & magiſter ille fuit Io. de polia.vt ibi dicitur & hic ĩ Duř.j.q.12. 2.hol.q.5.

magiſter determinaturus cõtrariũ, audita declaratione hac dimiſit. 14 Ad idẽ eſt declaratio Benedicti per cõſtitutionẽ quę incipit.Inter cũctas. Vbi dicit, ꝙ fratres electi auctoritate apoſtolica,poſſunt cõfeſsiones audire abſq; licẽtia diœceſanorũ & inferiorũ. 15 Ad idẽ eſt extra de priuilegijs.c.In his quæ ad culpã. Vbi Papa reſpẽdit illos,qui priuilegiũ cõceſſum à Papa fratribus, de celebrãdo vbicunq; cũ altari portatili,interpretabantur ꝙ præter aſſenſum prælatorũ fratres hoc nõ poſſent. Tunc eñ intelligentia Papæ nihil eis valeret:cũ ſine ea ſolo aſſenſu prælatorũ idẽ poſſent.Et ideo vt indulgentia eis aliquid valeat declarat Papa,ꝙ ſine prælatorũ licentia poſſunt celebrare:ita ꝙ ex dicta intelligentia videatur aliquã gratiã cõſecuti. Ita & in propoſito dicendũ,ꝙ habentes auctoritatẽ ſuperiorũ, poſſunt audire ſine licentia inferiorũ.Aliter ex cõceſsione ſuperioris nullã eſſent gratiã cõſecuti:cũ ſine illa poſſent audire de licentia inferiorũ. Et per hoc poteſt reſpõderi ad decretalem in eo ti.Paſtoralis:quæ videtur eſſe ad oppoſitũ.Ibi eñ dicitur,ꝙ religioſi quibus eſt à Papa cõceſſum, ꝙ Ecclęſias ſuas poſſunt in alios vſus cõuertere, decedentibꝰ perſonis earũ,niſi plus exprimatur : nõ põt intrare poſſeſsionẽ eẽo incõſulto:quia per indulgentiã iſtã non intelligitur iuri eẽali derogari.Ita & in propoſito,per conceſsionẽ factã in ſuperiore cõfeſsiones audiendi , nõ eſt derogatũ inferiori:imo eo incõſulto nõ debet ſuus parochianus audiri.Et dicendũ, ꝙ nõ eſt ſimile, quia ibi indulgentia Papę habet gratiã,& effectũ quę ad proprietatẽ:licẽt in poſſeſsionẽ nõ debeat intrare ſine eẽi aſſenſu:qui ſolus aſſenſus nõ daret eis ius illud. Sed in propoſito aliter eſt,vt dictũ eſt. 16 Per idẽ poteſt reſpõderi ad id quod habetur de Iudęis,q̃ ſit laudabile, vbi Papa cõcedit eẽo eunti ad prædicandũ paganis, ꝙ quicunq; clerici vel religioſi ſibi voluerit adhærere, ꝙ poſſunt cũ eo prædicare.Sed ibidẽ dicitur requiſita & habita prælatorũ ſuorũ licentia.Ibi enim prælatorũ licentia ſine auctoritate Papæ nõ ſufficiebat,ad prædicandũ extra diœceſ.eorũ paganis : ſed requiritur auctoritas Papæ cuius diœcc.eſt tota terra . Ex alia parte licentia prædicandi data à Papa inferiori, nõ eximit eũ à ſuo ſuperiori , ſine cuius licentia non debet peregrinari de iure cõi. Et eſt bonũ argumentũ,ꝙ religioſus nõ debet audire cõfeſsionem, nec prædicare ſine licentia ſui abbatis vel prioris,

Religioſus quãtumcũq; habet licentiã à Pap.nõ tm̃ debet audire cõfeſsiones ſine licẽtia ſui ꝓlati.

quantũcunq; habet poteſtatẽ ab eẽo vel Papa.Sed econuerſo ſine licentia prælati inferioris illorũ,quibus prædicat & quorũ cõfeſsiões audit hoc poteſt facere.Et iſta eſt ſecũda ſolutio bona. 17 Nec obſtat,ꝙ debet agnoſcere vultũ,pecoris ſui,nec poterit reddere rationẽ de pecoribus ſibi cõmiſsis:quia dico ꝙ multo melius q̃ de auditis à ſe vel ſuo vicario.Nam vultũ exteriorẽ ita poteſt intueri,& agnoſcere ſicut prius,& corrigere fraterna correctione,& paterna admonitione, ſicut prius:& quantũ ad exteriorẽ vultũ attinet, nõ minus honeſtè viuũt qui cõfitentur fratribus q̃ qui curatis. Secundò quantũ ad interiorẽ melius, quia de interiori vultu parochianorũ qui ſe reſpuerũt,& ſine licentia ſui vicarij,Papæ, vel eẽi elegerũt:nõ habẽt reddere rationẽ:quia per eos non ſtetit,quo minus eos audirẽt & inſtruerẽt,ſed per ſuperiorẽ qui coadiutores eis dedit. Et per parochianũ qui eos elegit : ſicut ſi dñs mãdat paſtori , vt admittat extraneũ ad cuſtodiã ouiũ,quas ipſe ſibi elegit, & q̃ eũ ſeq̃ noluerũt:& fecerit , ab illorũ cuſtodia abſolutus eſt paſtor, & tenetur ille qui ſuſcipit.Sed ſi curatus dedit licentiã parochiano ad libitũ confeſſorẽ eligẽdi, imputatur ei qui ouẽ permiſit errare liberè,ſi præcipitiũ elegerit,niſi fortè eſſet talis perſona,quæ diſcreta & bona appareret. Si etiã noiauit ſibi indiſcretũ vel minus bonũ , aut minus bonũ vicariũ ſibi inſtituit,ꝙ qui parũ diligenti ſocio rẽ ſuã cuſtodiendã cõmiſit, ſuæ facilitati imputare debet. Inſtitu.quibus modis re cõtrahitur ob.§.penul.& de ſocietate.§.vlti.Similiter de eo qui ſibi cõfeſſus eſt,ſi plagis ſauciati neſciũt vinum & oleũ infundere:imperitia culpæ annumeranda eſt. Et ſicut medico caſus facilitatis imputari nõ debet , ſic ſibi imputaꝛ ſi omiſit aliquid de cõtingentibus.Si ergo parochianus petit licentiã alteri cõfitendi indeterminate:nõ det,niſi ſit veriſimile ꝙ petens nõ eligeret niſi æquè bonũ vel meliorẽ. Si autẽ nominet ſibi aliquẽ:de quo veriſimile eſt,ꝙ ſit æquè bonus vel melior ad confeſsionẽ audiendã,nõ neget:quia fortè habet peccatũ quod erubeſcit cõfiteri,& prius moreretur ſine cõfeſsione.Si verò apparet, ꝙ non eſt æquè bonus,aut per famã aut per viſum ſuæ perſonæ : aut per conuerſationẽ perſonarũ ſibi confitentiũ:quæ minus religioſè cõuerſantur:tunc ſimpliciter debet negare, inno teſcendo ꝙ ille nõ poteſt abſoluere,& dicere ꝙ eſt paratus audire,vel vnũ de vicarijs dare,vel extraneũ dum tamẽ idoneũ. Si autem ille petitus eſt diffamãtus & habet poteſtatẽ ſuperioris nõ eſt prohibendũ ſimpliciter:quia iudex malus ordinarius vel delegatus nõ perdit iuriſdictionẽ ſuã,ſed debet dicere petẽti,nõ expedit tibi ꝙ vadas ad illũ:nec ibis de voluntate mea, nec de licentia:licẽt nõ poſsim te prohibere:quia poteſtatẽ habet à maiore. Sum autẽ paratus te audire vel alium vicariũ dare. Et hoc modo ſoluitur illud dictũ,ꝙ nõ poteſt eſſe paſtoris excuſatio:ſi lupus oues comedit , & paſtor neſcit:verũ eſt qñ paſtor ſcire debet & põt.Et licẽt aliquis debeat ſemp reputare aliũ meliorẽ ſe ſimpliciter, nõ tũ quantũ ad oĩa,puta q̃tũ ad officiũ hoc vel illud.Iterũ ſuſpitiões nos habere poſſumus:nõ ad iudicandũ proximũ:ſed ad nobis cauendũ:vt videre canes,videre malos operarios. Si video pauperẽ nõ iudicabo furẽ:tamẽ ne fortè ſit fur cuſtodiã rem meã ab ipſo,ſic eſt in propoſito.Tamẽ niſi cõtrariũ appareat,plus debet hoc preſumere de his quos Papa vel eps per totã diœce. præficit, q̃ de ſe qui ad vnã paruã parochiã deputatur. 18 Sciendũ autẽ,ꝙ in abſolutione pœnitẽtiali principaliter cõſideratur poteſtas ordinis:ſecundario poteſtas iuriſdictionis.Vnde ſiue detur cõfeſſori licentia audiendi:ſiue cõfitenti licẽtia confitendi,vel cõfeſſorẽ eligẽdi, ſufficit quia tunc quaſi cedit alijs ius ſuũ.Et hunc modũ tradit conſilium.Omnis vtriuſq; ſexus.Secus autẽ eſt in foro exteriori, vbi tantũ cõſideratur poteſtas iuriſdictionis. Vnde ſi eps daret licentiã clerico litigandi corã quocunq; vellet,& eligeret priuatũ,nõ propter hoc haberet ille iuriſdictionẽ,ſed ſolũ remittit ius ſuũ, in quo ſine eius cõſenſu nõ põt prorogare iuriſdictionẽ alterius in ſe.Vnde hoc facto eſt liber ſicut laicus.Priuatorũ autẽ cõſenſus iudicẽ nõ facit illũ, qui nulli præeſt iuriſdictioni:licẽt poſsit facere arbitriũ.Secundus effectus huius cõmiſsionis & delegationis eſt , ꝙ cõmiſſarius poteſt audire cõtra prohibitionẽ alterius prælati:in quo eſt differentia inter ſuperiorẽ & inferiorẽ.Nam inferior cõtra inhibitionẽ ſuperioris nõ poteſt alij cõmittere,ſicut nec per ſeipſum audire, cũ ita poſsit eũ ſuſpendere ab audientia per aliã, ſicut per ſeipſum:ecõuerſo aũt cõtra inhibitionẽ inferioris ſuperior poteſt cõmittere:quia ſicut eo inuito poteſt per ſe audire:ita & cõmittere.Similiter ſi eſſent duo curati de pari: & vtriq; in ſolidũ vnus cõtra inhibitionẽ alterius poteſt audire & cõmittere:quia par in parẽ nõ habet imperiũ. ff.de arbi.l.Nam & magiſtratus.Vtrũ autẽ prælatus poſſit inhibere,nẽ ſine licentia ſua ſubditus cõfiteatur alteri:dicendũ ꝙ nõ,niſi ille prælatus qui nõ habet ſuperiorẽ:quia nullus poteſt imponere legẽ ſuperiori, ſed bene ecõuerſo:imò etiã ſi Papa faceret hãc prohibitionẽ,eſſet intolerabi-

Parochi. an ſemp debet cõcedere licentiam cõfitendi alijs qñ petitur.

Nota.

Cõmiſſarius põt audire cõfeſsiones cõtra inhibitionẽ alteriꝰ prælati, niſi talis ſit pap.

Dubiũ pulchrum.

Intolerabilis error.

intolerabilis error expressus: ꝙ de toto mũdo oẽs haberẽt ad ipsum recurrere de oĩbus. Vnde inferior qui prohibet, ne subditus confiteatur cuicunq; sine licentia sua: debet excipere nisi superiori, vel eius vicario: alias teme re agit: nisi loqueretur talibus, qui bene sciũt, ꝙ nõ intẽdit vel nõ potest ꝓhibere subditũ: qui cõfiteatur si vult superiori vel vicario superioris: sicut in religionibus prior cõuentualis inhibet, nè quis cõfiteatur de tali peccato sine licẽtia sua: certũ est oĩbus, ꝙ nõ intendit quin possit quilibet cõfiteri prouinciali, & magistro ordinis, & eorũ vicarijs: quod si prohiberet, ſpueremus sibi in faciẽ. Et multo magis superior qui nõ potest dare licentiã alteri cõfitendi: cũ sit vicarius hoĩs, quãdiu prior viuit. Si inhiberet nè quis sine licentia sua cõfiteretur alteri, derideretur. Sed priore amoto vel mortuo, vices eius gerit per cõstitutiones. Vnde reputatur ordinarius. Vnde sic prohibẽtes faciũt cõtra declarationẽ Papæ. Inter cunctas: quod est hæreticũ: ex quo est semel declaratũ: sicut de notionibus. &c. Vnde curatus sic prohibẽs debet exci

Habet in extrauag. cõibus. t. de priuileg. ca. j.

pere eꝑm: legatũ, Papã, summũ pœnitentiariũ & archiepũm, dũ visitat, & habẽtes ab eis potestatẽ. Eꝑs verò predictos: nisi seipsum. Et sic oportet ꝙ quilibet excipiat suos superiores. Vbi sciendũ est, ꝙ ante cõstitutionẽ. Inter cunctas, fratres auctoritate eꝑorũ poterãt audire cõfessiones religiosorũ, cõtra inhibitionẽ abbatũ & abbatissarũ, si erãt nõ exẽptæ, vel auctoritate Papæ si erãt exẽptæ: sicut enim nõ potest prohibere abbas vel abbatissa monacho vel moniali cõfiteri Papæ, vel eꝑo, sic nec eius vicario. Sed per illã cõstitutionẽ fratres prohibentur audire religiosorũ cõfessiones, cõtra illorũ statuta vel inhibitionẽ superiorũ. 19 Tertius effectus est, ꝙ tenetur curatus Eucharistiã ministrare: & alia sacramenta, ex quo dicit se cõfessum illi, qui potuit eũ absoluere. 20 Sed videtur absurdũ, ꝙ teneatur dare Eucharistiam ei, cuius

Cauillũ Io. monachi super. c. Dudũ, de sepul. in cle.

ignorat conscientiã. Sic enim vteretur claue dispensandi, omissa claue discernendi, admittendo fortè indignũ. Et repellendo dignũ. Sed dico ꝙ nõ, sed cum æquè bona & secura cõscientia: imò tutiori potest eũ cõicare, qui cõfessus est sine licentia sua habẽti potestatẽ: sicut illi qui cõfessus est de licentia sua vel sibi: quia vicarius curati nõ reuelat sibi cõfessionẽ. Vnde æqualiter scit cõscientiã cõfessi vicario eꝑi: sicut cõfessi vicario suo. Itẽ plus pręsumitur de eo, qui factus est eꝑs per prouisionẽ Papæ, q̃ per electionẽ canonicorũ: quia sacrilegij instar est, dubitare vtrũ dignus sit quẽ elegerit Imperator. Vnde curatus debet præsumere, ꝙ melius est cõfessus qui confessus ei, quẽ Papa vel eꝑs elegit cõfessorẽ per totũ mundũ, vel dicœce. prouidẽdo de ipso suis subditis: cũ eꝑs nõ debeat hoc cõmittere, nisi viris potẽtibus in opere & sermone.

Solutio.

de offi. ordi. Inter cætera, q̃ qui cõfessus est illi, quẽ elegit ipse proprio arbitrio de licẽtia generali curati. Item magis pręsumitur de idoneitate eiꝰ quẽ superior prælatus præficit, q̃ quẽ inferior. Vnde lex Iulia ambitꝰ cessat in vrbe, in qua oẽs prębendas vacãtes cõfert Petrus, qui pecuniã Simonis abiecit. Sed Giezi donum petijt, quod magister repulit. Vnde curatus magis debet reputare bene cõfessum parochianũ suũ, qui est confessus pnario eꝑi, q̃ vicario suo proprio. Et hoc verũ est qñ cõstat ꝙ est

B.T. quotli. j. q. 12. & opus. 19. c. 4.

cõfessus. Sed dicit Tho. ꝙ debet sibi credere. Hostiẽ. aũt ꝙ imò oportet ꝓbare. Sed ea quę domi fiunt, nõ possunt ꝓbari nisi per eos qui domi sunt. Confessio verò fit à solo soli. Et si testes vocarẽtur: non tũ possent testificari de cõfessione: quia fortè loco cõfessionis cõfabulabantur. Vnde si esset persona minus fide digna, oporteret ꝙ cõfessor testificaretur: sed plus nõ requiritur: si aũt fide digna, credendũ esset sibi de cõfessione sicut de peccatis. Similiter qñ cõfitendo dicit: dñe nõ habeo ꝙ ego sciã mortalia: nec placet mihi de venialibus cõfiteri: peto Eucharistiã, potest sibi dare Eucharistiã bona cõsciẽtia: imò tenetur. Ergo à simili, qũ dicit dñe non habeo mortale de quo nõ sim cõfessus potenti absoluere: & tãto plus quãto credibilius est hoc q̃ illud: vnde æquè vel tutius põt cõicare cõfessum, sine licẽtia sua habẽti potestatẽ eꝑi, sicut cõfessum sibi vel alteri de licentia sua speciali vel generali: noĩatim vel indistincte. Et vtrũq; declaratũ est ꝑ cõstituta. Inter cunctas: ꝙ. s. cõfesso hmõi tenetur curatus dare sacramẽta, & ei credere: nisi in duobus casibus .s. qũ est excõicatus, vel notorius peccator. 21 Quartus effectus est, ꝙ nõ tenetur eadẽ cõfiteri iterũ: sicut in eâdẽ decretali dicitur. Et licet quantũ ad alia, puta ꝙ teneatur credere vel ministrare sacramẽta, videatur speciale in fratribus: tũ quantũ ad hoc ꝙ nõ tenetur iterare est ius cõmune: nõ obstãte cõstitutione. Oĩs vtriusq; sexus. Vnde in cõstitutis. inter cunctas sic dicitur. Nec cõfessi fratribus peccata illa, de quibus eis cõfessi sunt, & absoluti pœnitẽtes de illis sacerdotibus proprijs teneãtur: sicut & alijs nõ tenentur iterũ cõfiteri, nõ obstãte generalis cõcilij cõstitutione: quę sano intellectu, nè sequatur ꝙ per pœnitentiã dimissa peccata quis cõfiteri debeat: & ꝙ liberatꝰ debitor adhuc ad soluendũ remaneat obligatus, intelligenda est. De illis autẽ, intelligiũ, qui peccata sua alijs cõfitẽri saluberrimè neglexerũt. 22 Quintus effectus est: ꝙ per hãc cõmisionem fit iudex, qui nõ erat. Cum eĩ ad absoluendũ requiratur potestas ordinis, & iurisdictionis: licèt ab habẽte ordinẽ & iurisdictionẽ, vel tĩ iurisdictionẽ, possit hæc audiẽtia cõmitti habẽti ordinẽ, licet nõ habeat iurisdictionẽ: puta simplici sacerdõti nõ curato, sicut curato, nõ tũ ecõuerso sacerdos nõ curatus potest hoc cõmittere, vel curato vel sacerdoti. Et ratio diuersitatis est, quia nõ æqualiter hæ duæ potestates trãsfunduntur. Habens eĩ ordinẽ sola cõmissione, nõ trãsfert ordinẽ: sed solũ ordinãdo sacramẽtaliter, siue sit iudex siue nõ. Sed iurisdictio ab habẽte eam ordinariè, sola cõmisione trãsfertur indifferenter priuato: qui nullã habebat: & ei qui habebat aliquã, sed non istã: vel respectu istius. Vnde. ff. de offi. eius cui mãdata est iur. Et si prætor sit is cui mãdata est iurisdictio, nõ tũ vice sua fungitur, sed illius qui mãdauit: vnde omnino accidit ꝙ sit prætor, ita & in ꝓposito. Vnde qui põt eligere confessorẽ indifferenter, quicunq, sacerdotẽ potest acciperæ nisi ꝙ si est religiosus, cũ sine suo superiore nõ habeat velle nec nolle, sine licentia sui superioris nõ debet audire, nisi auctoritate superioris specialiter, & noĩa tim sibi cõcedatur, qui vellet & posset eũ in hoc eximere. Sicut est Papa. Si enim religiosus potest iure ordinario esse auditor cõfessionũ ſecularium: sicut qñ fit curatus in parochia: multo magis ex cõmisione: cũ hoc sit minoris dignitatis: & minus per hoc se immisceat sæculo, quãuis & hæc sit eleemosyna ſpiritualis, & ad religionẽ pertinẽs. Quis aũt religiosus auctoritate inferioris qui nõ põt eũ eximere, nõ debeat cõfessiones audire sine licentia sui immediatè, patet per simile de electione. c. Si religiosus. vbi dicitur. Electio de se facta non põt, nec debet assentire sine eius licentia. Secus autẽ si per Papã esset de ipso nominatim prouisum. Quod autẽ dictũ est, ꝙ auctoritate Papæ potest: videtur contra illã decre. de Iudeis. Quod sit laudabile. 23 Sed dicendũ, ꝙ quãdo religiosus sub generalitate incerta accipit auctoritatẽ Papæ, requiritur de mente Papæ assensus prælati, sicut fuit ibi qñ Papa oĩbus religiosis, qui vellẽt adhærere illi prædicanti paganis dabat, auctoritatẽ. Sed quia merita non nouerat: ideo coẽxigit assensum prælatorũ. Vbi autẽ Papa nominatim eligit religiosum ad aliquod officiũ, pręsumitur industriã personæ nosse. Vnde nõ requiritur alterius li-

B.T. sup. addit, ꝙ homis auctoritate non ꝑt quis compelli ad reiterandam confessionẽ.

Nota.

Resolutio. doct.

Commissio nõ habet effectꝰ suos in psonis reprobatorũ.

terius licẽtia, siue pro inquisitione, siue pro prædicatione, siue auditia cõfessionũ, siue pro prelatione, siue pro epatu, siue pro alio quocũq;. 24 Sexta cõclusio est, ꝙ istos effectus nõ habet cõmisio in personis reprobatorũ ordinũ, de quibꝰ dicitur de reli. do. c. i. li. 6. Personis aũt prædictorũ ordinũ interdicimus quo ad extrancos officiũ prędicationis, sepulturã, & confessionũ audientiam. Vnde quia nec prędicãt, nec ad sepulturã recipiũt, mirũ est quõ cõfessiones audiũt, nisi fortè dicatur, ꝙ auctoritate eꝑi, qui sicut põt absoluere à sẽtẽtia iuris excõicationis & suspẽsionis, & interdictũ relaxare, vel amouere, vbi iuris cõditor nõ retinuit: ita potest cũ illis dispensare absoluẽdo ab illa suspensione, vel amouẽdo interdictũ quo ad certas personas, nõ minus q̃ ab vna tota ciui

Manẽs in ordine reꝓba. nõ potest actoritate eꝑi aut curati audire cõfessiones.

tate. Tamẽ cum manẽte causa maneat effectus, cũ sit eis interdictũ quãdiu in illo statu manerẽt, audire: videtur eꝑo esse indispẽsabile cũ eis statu manẽte. Quicquid tũ eꝑs posit, inferior eꝑo nõ potest sẽtentiã iuris relaxare, nisi sibi expresse cõmittatur. Et sic de licentia simpliciũ curatorũ sacramẽti, nõ poterãt nec possunt cõfessiones audire. 25 Septima cõclusio est, ꝙ qui audit confessiones ex cõmisione non iure suo prodidit potestatẽ

Mortuo aũt excõicato or dinario ꝑdit potestatẽ cõmissarius.

suã delegãte mortuo vel amoto. Et idẽ fortè est ipso excõicato vel suspenso, nisi cõfessione iã inchoata: in qua audit ex tũc quasi iure suo: sic vt etiã perdit potestatẽ illo reuocante: quia soluitur iudiciũ, vetante illo qui iudicare iussit. Vnde sicut eꝑo mortuo vel trãslato, officialis cessat in causis: sic debet cessare pniarius in cõfessionibus audiẽdis, nisi ꝙ põt absoluere de peccatis iã audiis. de off. dele. c. Gratũ. &. c. Relatũ: quia morte mãdatoris expirat mãdatũ. Similiter si dedit cõfessorẽ monialibus, expirat ptãs, nisi esset rector earũ, cui ex officio quasi prioratus vel rectorię esset audiẽtia annexa. Et tũc esset quasi ordinariꝰ. 26 Videretur tũ, ꝙ nõ similiter expiraret ptãs delegati: delegante excõicato vel suspenso, sicut mortuo vel amoto, qa ĩ primo casu retinet delegãs iurisdictionẽ, licèt nõ vsum: in scꝺo aũt neutrũ. Ad hoc autẽ ꝙ delegatꝰ vtat iurisdictióe, requirit, delegãs in delegando quidẽ habeat & iurisdictionẽ & vsum eiꝰ, qa delegare est vsus iurisdictiõis. Sed postq̃ delegauit, nõ requirit ꝙ habeat vsum, qa vsus eiꝰ nihil facit. ergo. &c. 27 Sed posset dici ꝓbabiliter, ꝙ si eꝑs nõ existẽs excõicatus vel

Priuilegiũ f. prædi.

suspẽsus instituit officialẽ, & pnariũ, & postea excõicet, nihilominꝰ vterq; põt ꝓcedere in suo officio, qa vtit vice eiꝰ q̃ iurisdictionẽ habet, licet nõ vsum ꝑ se. Si aũt iã erat excõicatꝰ, officialis qdẽ nihil agit, qa institutio vel cõmisio nõ tenuit. Et sic intelligi potest de off. vica. c. i. §. vl. li. 6. De pnario aũt vꝝ fecꝰ, qa etiã nõ sacerdos vel nõ cõsecratus, q minus habet q̃ excõicatus, cõmittere ꝑt, qa nõ est tã cõmisio q̃ ꝓmisio: qa iure suo sacerdos audit confessionẽ, & cõmittẽs tm̃ est causa sine qua nõ, propter parochiarũ diuisionẽ, & ecclesię ꝓhibitionẽ. Qñ autẽ cõmittẽs morii vel amouer, nõ est differẽtia inter commissariũ in foro pniali & iudiciali, qa vtriusq; ptãs expirat, quantũ ad negotia non cepta. Sed nos habemus priuilegiũ, ꝙ eꝑis mortuis q nobis potestatẽ suã cõmiserũt vel concesserũt, possumus illa vti vsq; ad confirmationẽ successorũ. Et multo magis secundũ constitutionẽ nouã. Inter cunctas: si fratres vtãtur auctoritate Papę facta prę

Priuilegium inquisit.

sentatione eꝑo illo mortuo, põt vti vsq, ad confirmationẽ noui, cui est noua põtatio faciẽda. Similiter priuilegiũ hñt inquisitores hęreticę prauitatis à Papa positi, ꝙ mortuo mãdatore non expiret mandatũ: etiã quo ad negotia non inchoata in iudicio, & nondũ emersa: de hæret. c. Non aliqui. li. 6. 28 Ad argumentum dicendũ, ꝙ illa est opinio falsa, quia curatus est ordinarius, ideo potest vicarium ad libitum aduocare.

QVAESTIO QVINTA.

De confeßione dimidiata iteranda.

Tho. 4. d. 17. q. 3. ar. 4.

QVAERITVR quinto, vtrum confessio dimidiata iterari debeat. Et videtur ꝙ non: quia nõ est necesse vt quod se mel confessi sumus iterũ confiteamur: de pnia dist. j. c. Mensurã. §. Non ita: sed dimidiãs confessionẽ curato & eꝑo rite confitẽtur, in casu in quo curatus nõ potest eũ absoluere de oĩbus, nec eꝑs vult nisi de suis, quia non tenetur confiteri illi, qui non vult vel non potest eũ absoluere. ergo. &c. 2 Contra, quia videtur ꝙ etiam ritè non facta, non debeat iterari. Non eĩ ritè fit illi qui non potest absoluere, sed confessus tali, qui propter occultũ impedimentũ non potuit absoluere, non tenetur iterũ confiteri, quia non iudicabit Deus bis in idipsum: ideo. &c. 3 Respondeo: circa quæstionẽ sunt videnda tria. Primò de integritate & dimidiatione absolutionis in casu quo quæritur. Secundò de integritate confessionis. Tertiò de iteratione confessionis in generali. 4 CIRCA primũ sunt quin

Arti. 1.

que modi dicendi. Primus est, ꝙ confitens debet dicere oĩa peccata sua facerdoti: & ille ipsum non absolutũ debet remittere ad superiorẽ, qui debet eũ iterato de oĩbus audire & absoluere, vel committere inferiori, ꝙ absoluat de oĩbus, & sic tota confesio fit vni, & tota absolutio est ab vno. Sed dicendũ, ꝙ iste modus si fieret, recte fieret, sed non fit. Ecclesia eĩ obseruat ꝙ inferior audiẽs totã confessionẽ absoluat eũ de casibus quibus potest, superior autẽ ad quẽ remittitur, audit solũ articulũ pertinentẽ ad se, & de illo absoluit. 5 Præterea de qua re iudex cognoscit, de ea sententiare debet, non cõmittere. Prius eĩ auditur quis q̃ eiꝰ absolutio cõmittatur. Et frustra fit ei confesio, à quo non speratur absolutio. Itẽ nemo cogitur bis idẽ peccatũ confiteri. Sed ad hoc diceretur, ꝙ verũ est simpliciter & per se, sed per accidẽs potest contingere. Nam si primò confiteretur superiori, non oporteret postea alteri confiteri: cũ ille de oĩbus posit absoluere. Nec videtur ꝙ debeat remittere post confessionẽ non absolutũ, sed absoluendũ, quia sic cogit bis eũ idẽ confiteri, cũ non posit ipsius peccatũ scribere, secundũ quosdã, quãuis pnarij contrariũ faciãt. Et qui stat in potest dare beneficiũ non debet differre, nec ad aliũ mittere. Sed si aliquis confiteretur illi qui non potest eũ absoluere, tũc per accidẽs est ꝙ teneatur iterũ confiteri potẽti absoluere, vt absoluatur. Secũdus modus dicẽdi est, ꝙ inferior audit totã confessionẽ: & de oĩbus absoluit, remittit tñ eũ ad superiorẽ, non quidẽ absoluendũ à peccato, sed vt absoluatur ab obligatione præcepti, quo tenetur se præsentare superiori: cui reseruatur cognitio taliũ peccatorũ. 6 Sed istud minus valet: quia Ecclesia non potest præcipere, ꝙ ritè confessus & absolutus iterato eadẽ confiteatur: tum quia secundũ istũ modũ suffice ret peccatori venire ad eꝑm, & dicere ei peccatũ suũ & statim recedere, non expectata absolutione, cũ iã sit ab oĩbus absolutus. Hoc eĩ faciendo impleuit præceptũ: istud aũt est ridiculũ, nec obseruatur ab Ecclesia. Superior eĩ & confessionẽ audit, & sacramentaliter absoluit & imponit pœnitentiã. Sed ad hoc posset dici, ꝙ verum est simpliciter & per se, ꝙ Ecclesia non potest eũ cogere & arctare ad confitendũ bis idipsum, quia non põt mutare sacra quo ad necessitatẽ, ꝙ. s. faciat sacramentũ necessitatis in tota Ecclesia id quod est volũtatis, sicut nec econuerso potest facere baptismũ & pœnitentiã, q̃ sunt necessitatis, ꝙ sint solũ volũtatis q̃is sit dissimile, quia

Impug.

Coloratio opi. cõtra rationes Duꝝ. hęc opi. tanq̃ securior à ca pre. hic præferẽ in fine contra. 2. cõclu. dist. 8. Opi. 2. q̃ est mgr̃i Heru. dist. 17. 4. & ciusdẽ op. vꝝ Duꝝ. q̃u ad 1. partẽ q̃uis 4. istas opi. recitãs impugnet, q tenet Eccle. Ro. ñ. retinere absolutionem peccatorũ Impug.

Palliatio opi. contra rationẽ Duꝝ.

Papa

Arti. 3. teria. 27 QVANTVM ad tertiũ articulũ inſtatur contra dictã opinionẽ multipliciter. Primò inſtatur ſic. Contrahẽs cũ habente occultũ impedimentũ cõtrahendi, nõ facit matrimoniũ verũ ſacramentũ, niſi comperto impedimẽto iterũ de nouo cõſentiat & cõtrahat: vt patet in cõiugio liberi cũ ancilla, quæ putabatur libera. ergo à ſimili. &c. 28 Sed dicendũ ꝙ in fauorẽ ignorantium eſt introductũ, vt error veritatis præiudicet. Vnde qñ eis expedit, vt res valeat, vt in iudicijs: valet: qñ non, mõ: nè quod in fauorẽ eorũ eſt introductũ, in ipſorũ læſionẽ retorqueatur. Hic autem nõ expedit. Vnde ſi liber vellet cõſentire, ancilla reſilire nõ poſſet. 29 Secũdò ſic. Furioſus nõ poteſt alienare occultus, ſicut nec manifeſtus: ergo à ſimili. &c. 30 Sed dicendũ eſt: ꝙ alienatio furioſi nõ valeat, eſt introductũ in fauorẽ eius, quia caret cõſenſu, nõ autẽ in fauorẽ alterius cõtrahentis. Et ꝓpter hoc eſt eadẽ ratio, ſiue occultus ſiue manifeſtus. Hic autẽ ſecus eſt. Vnde ꝙ occultũ impedimentũ aliter ſe habeat q̃ manifeſtũ, eſt introductũ in fauorẽ ignoran tiũ, qui de occultis non poterãt diuinare. 31 Tertiò ſic. Epiſcopus occultè excõicatus nõ minus cõfert ordinãdo q̃ publicus, quia vtrobiq; confertur character, ſed nõ executio, licet in altero caſu diſpenſetur faciliter pro pter ignorantiã probabilẽ: ergo à ſimili. &c. 32 Sed dicendũ ꝙ cauſa vniuoca cõicat formã ſuã ſecundũ mo dũ quẽ habet. Et quia in cõferendis ordinibus ſe habet ẽps quodãmodo vt cauſa vniuoca, nõ põt cõferre executionẽ, qñ eã nõ habet, ſed in collatione pñæ ſe habet ſacerdos vt æquiuocũ inſtrumentũ cõferendo gratiã: etiã ſi nõ habet: ideo. &c. 33 Quartò ſic: ſicut cõfeſſio ha bet determinatũ miniſtrũ: ita videtur habere determina tã materiã. ſ. confeſſionẽ verbi: per quã peccata manifeſtãtur, ſed cõfitẽs ꝓpter impedimentũ propriũ potẽ. ꝛõ fiteri ſine verbo, & tñ valet: ergo & miniſter impeditus abſoluere poteſt ac ſi impeditus nõ eſſet. 34 Sed dicendũ ꝙ illud quod aſſumitur ad materiã ſacrorũ, ſemp eſt id cui prius cõpetit ratio noĩs: vt dictũ fuit: cũ de ſacramẽto Euchariſtiæ ageret. Materia aũt in ſacro cõfeſ-

fionis eſt ſignũ quo pctũ aperitur. Inter ſigna autẽ voces obtinẽt principatũ, & alia inuẽta ſunt ad ſupplemẽtũ vocũ: & ideo in potẽte loqui neceſſe eſt cõfiteri verbo. Si aũt loqui nõ poteſt debet cõfiteri per ſignũ magis congruũ & eſt vera cõfeſsio. Materia aũt in ſacramento cõfeſsionis nõ eſt vna ſcd'm ſpeciẽ: vt aqua in baptiſmo, ſed eſt vna vnitate analogiæ, quæ eſt inter ſigna, ſic tñ ꝙ principalius aſſumatur de poſsibilibus. Cuius rõ eſt: qa in his ſacris puta in baptiſmo, confirmatione, & ordine, nihil requiritur ex parte recipiẽtis, niſi ꝙ nõ ponat impedimentũ. Et ideo quicquid extrinſecũ apponit, totũ eſt determinatum in ſpecie vna ex ordinatione diuina. Sed in pnĩa requiritur ꝑ ſe actus pœnitẽtis. ſ. ꝙ manifeſtet peccata ſua ſacerdoti, & qa Deus nõ requirit à nobis niſi ꝙ poſſumus, ideo ſufficit ꝙ pctõr manifeſtet pec cata ſua ſacerdoti per præcipuũ ſignũ, quod eſt ſibi poſsi bile, q̃uis nõ ſit ſemp vnius rõnis. Et ideo qñ nõ ꝑ verbo, ſufficit ꝙ ſcripto vel nutu. Qñ aũt linguã terræ non habet: ſufficit ꝙ per interpretẽ. Sed in abſoluẽte nõ ſuffi cit. 35 Et per hoc patet ꝙ aliud argumentũ nõ eſt ad propoſitũ: tum, quia in cõfeſsione ſola per interpretẽ eſt caſus, qñ poteſt probari aliquẽ eſſe cõfeſſum ſufficiẽter: ſcilicet per duos teſtes interpretẽ & auditorẽ, & quia cõ feſſus ſufficiens probari nõ poteſt, ideo merito ſtatutum eſt in decretali noua. Inter cũctas, ꝙ debet hoĩ credi dicẽti ſe cõfeſſum fratribus: tũ quia eſt talis rei de qua nõ ꝑt cõſtare aliter ad plenũ: tũ quia de illius rei ſolius prę iudicio agitur: tũ quia talis eſt res. ſ. aĩa in qua ei creditur ꝑ ſe & cõtra ſe: vnde ſi ei creditur dicẽti ſe nõ habere peccatum, multo magis dicẽti ſe confeſſum: qnia minus eſt. Dicere autẽ ꝙ magis expedit cõfeſsis ſignũ quod curatis exhiberẽt, eſſet materia deriſionis ſacramẽti: qa vnus alteri merellũ mutaret vt ſe cõfeſſum probaret. Di cere etiã ꝙ nomẽ peteret & ſcriberet ſicut aliqui faciũt, eſſet aliquos verecũdos à cõfeſsione retrahere, qui ideo ad extraneos vadũt: quia nolunt à ſuis cognoſci: & erubeſcunt aliqando ſuis curatis confiteri, & erubeſcũt eis ſcientibus ad alios ire. Vnde & diſsimulato habitu quãdoq; veniunt. 36 Ad argumentum in iſta quæſtione motum patet ſolutio ex dictis.

Nota.

Ad argu. in oppo. 5. ḥ. 2. ad dictum Hoſt. q. 4. ar ti. 2. introdu ctum.

Notent hoc q̃ ſubditorũ zelãt ſaluté.

Opinio. 1.

✠ QVAESTIO SEPTIMA.

De confeßione ficti ſatisfacienda præcepto Eccleſiæ.

Tho. 4. d. 17. q. 3. ar. 4.

QVAERITVR ſeptimo vtrum confitens & nõ pœnitẽs impleat præceptum de ſemel confitendo in anno? Et videtur ꝙ ſic: quia ſtatuta pœnalia ſunt reſtringenda nõ amplianda, ſed ſtatutum de ſemel in anno cõfitendo eſt pœnale: ergo nõ debet extendi vltra q̃ ſonent verba ſtatuti, quæ ſolũ faciũt mentionẽ de cõfeſsione, & nõ de cõtritione. 2 Ad idem eſt ꝙ Eccleſia mãdat confeſsionẽ recipi impœnitẽtis: vt habe tur extra. de pœ. & re. Quoniãquidẽ: hoc autẽ nõ faceret niſi per talẽ confeſsionẽ impleretur præceptũ Eccleſiæ: quare. &c. 3 Contrà: quia intentio Eccleſiæ cõfor matur in hoc intẽtioni Chriſti ſtatuẽtis ſacramentũ cõfeſsionis: ſed illa fuit vt cõfitens cõſequeretur veniã pec catorũ, quæ habetur per cõtritionẽ: ergo. &c. 4 Reſpõ deo: de iſta quæſtione ſunt quinq; modi dicẽdi. 5 Pri mus eſt: ꝙ talis implet præceptũ Eccleſiæ, qa Eccleſia ni hil habet præcipere vel ordinare circa ſacra, niſi ea tñ quæ pertinẽt ad exteriorẽ ritũ, quia ſolũ põt præcipere actũ: cuius trãſgreſſorẽ poteſt punire: vt patet ex ſupradictis, ſed Eccleſia nõ poteſt punire omittentẽ actũ interioré, quia

Impug. riorẽ, quia de eo nõ poteſt ei cõſtare: poteſt aũt punire omittentẽ actũ exteriorẽ: ergo Eccleſia ſolũ poteſt præci pere actũ cõfeſsionis exteriorẽ nõ interiorẽ, qui eſt con tritionis: ergo. &c. Sed quicquid ſit de cõcluſione, ratio tñ nõ cogit: quia ſi Eccleſia non ꝑt præcipere, niſi actũ cuiꝰ trãſgreſſorẽ punire ꝑt: tũc Eccleſia nõ ꝑt præcipere confeſsionẽ vocalẽ, ſicut nec contritionẽ, quia nõ poteſt iudicare an ſit trãſgreſſor præcepti vel nõ. Nullus enim tenetur ad confeſsionẽ, niſi habeat pctũ mortale: vt dictũ fuit priùs: ſed Eccleſiæ non poteſt cõſtare de aliquo pctõre ſaltẽ occulto vtrũ habeat pctũ mortale vel non: ergo nõ poteſt iudicare, an teneaẽ cõfiteri vel nõ: & per cõſequẽs quis ſit trãſgreſſor præcepti vel nõ. Et ita non poterit præcipere confeſsionẽ vocalem: præcipit aũt vt ipſi dicũt: ergo ꝑt præcipere actũ cuius trãſgreſſorẽ non poteſt punire. Quod tñ dicit iſta opinio, ꝙ Eccleſia nõ poteſt præcipere, niſi actũ exteriorẽ circa ſacra, videtur falſum, quia in oĩ materia in qua Eccleſia habet poteſta tẽ ſoluẽdi, in illa habet poteſtatẽ ligãdi. Vnde cũ Eccle ſia abſoluat nõ ſolũ ab actu exteriori. i. pctõ locutionis & operationis, ſed etiã ab actu interiori. ſ. cogitationis: habet eñ iudiciũ de oĩ pctõ in foro conſcientiæ: ergo in eodẽ foro ꝑt præcipere & ligare ad actũ interiorẽ, puta iniungere ꝓ pnĩa ꝙ oret mẽtaliter: cũ igit in ſacro pniæ Eccleſia iudiciũ habeat de actu interiore, nõ ſolũ exte riore: ergo in hoc ſacro ꝑt præcipere nõ ſolũ exteriorẽ, qui eſt cõfeſsio, imò interiorẽ qui eſt cõtritio. 6 Sed ad hoc poſſet dici, ꝙ in foro cõſciẽtiæ ꝑt hoc præcipere: ſed nõ in foro exteriori, ad quẽ tñ pertinet præceptũ illius decretalis. Oĩs vtriuſq; ſexus. 7 Præterea cui aliquid cõmittiſ, & illud ſine quo exequi non ꝑt, & ſi aliãs nõ cõpetat. ff. de iuri. oĩ iudi. l. cui iuriſdictio cõmittiſ, & illa ſine quibus iuriſdictio explicari nõ ꝑt videnẽ eſſe cõmiſſa: vnde q̃uis Eccleſiæ nõ cõpetat præcipere actũ interiorẽ: qa tñ ſibi cõmiſſum eſt præcipere actũ exterio rẽ, & ꝑ cõſequẽs illũ interiorẽ qui neceſſario requiritur ad hoc, ꝙ exterior valeat, ſicut ſi Eccleſia põt præcipere orationẽ vocalẽ: licet nõ poſsit ꝑ ſe & directè oratione mentalẽ, niſi ꝑ pnĩa iniũgendo: tñ ꝑcipere ꝙ in oꝛone vocali hõ habeat attentionẽ & deuotionẽ, ſine quibꝰ vo calis oꝛo nõ valeret: extra. de cel. miſ. Dolentes. Non eñ eſt dicendũ, ꝙ Eccleſia ibi præcipiat aliqd quod præcipe re nõ poſsit. Vnde & qui ꝑt præcipere, ꝙ hõ legat vel præ dicet, aut diſputet, quod ſine ſtudio fieri nõ ꝑt: dico aũt ſine illo ſtudio, quod eſt vehemens applicatio animi: & nõ ſolũ librorũ inſpectio, poteſt præcipere ſtudio nõ ſo lũ oculi, ſed animi ad hoc ipſum, & quantum neceſſe eſt ad illũ actũ. 8 Secundus modus dicẽdi eſt, ꝙ talis eſt trãſgreſſor præcepti, quod probatur ſic, quia talis nõ ſer uat formã & tenorẽ præcepti. Ibi eñ cõtinetur, ꝙ pœni tentiã ſibi iniunctã ſtudeat ꝓ viribus adimplere, quod talis nõ facit. Itẽ ꝙ cõicet in paſchate, quod ipſe non fa cit: ergo eſt trãſgreſſor præcepti. Sed iſtud nõ videtur va lere. Quod eñ primò dicitur, ꝙ talis nõ implet pœniten tiã ſibi iniunctã, dicendũ ꝙ illã implet quæ iniungit, ſed nullã implet, qa nulla iniũgitur, quia nõ abſoluit. Sed & ſi aliqua iniungit, illã explere ꝑt. 9 Itẽ diuerſa ſunt præcepta de cõfeſsione & de expletione pnĩæ: licet in ea dẽ decretali ponaẽ vtrũq;. Et ideo hõ ꝑt implere primũ, nõ implẽdo ſecundũ. Quod etiã ſubditur, ꝙ talis nõ cõi cat: dicendũ ꝙ illud nõ iniũgitur abſolute, ſed ſub cõdi tione, niſi ſacerdos cõſulat ei abſtinendũ, quod debet fa cere niſi ſit fatuus valde, & iterũ quia diuerſa ſunt præ cepta de confitẽdo & cõicando: propter quod vnũ ꝑt im pleri ſine altero. Non eſt ergo talis trãſgreſſor ꝑcepti cõ ſiderando tenorẽ verborũ, ſed dici poſſet prævaricator: quia nõ ſeruat verba, quæ ſunt ꝙ cõfiteatur oĩa pctã ſua,

Opi. 2. q̃ eſt God. quotli. 9. q. 10. Impug.

quod ipſe nõ facit, qui cęlat fictionẽ ſuam, qua abutitur ſacro. Vnde niſi cã cõfiteatur trãſgredit verba præcepti, quo dicit. Oĩa. Itẽ ꝑt dici fraudator quo ad intentionẽ nõ ſolũ finis, ſed materiæ, quia materia debita cõfeſsionis eſt pctũ contritũ, vel ſaltẽ attritũ. Cum eñ vnus arti fex tradit alteri materiã inducturo vlteriorẽ formã, ſic debet eã tradere paratã vt in materia poſsit alius iuducere formã. Sicut ergo ẽp tradit oleũ conſecratũ ſacer doti pro materia extremæ vnctionis, ſine qua conſecra tione nõ eſſet materia: ſic peccator confitẽdo debet tra dere peccata abſoluẽda per attritionẽ præparata. Nam aliter non ſunt materia. 10 Tertius modus dicẽdi eſt, ꝙ confitens & nõ pœnitẽs nõ implet præceptũ Eccleſiæ de cõfitendo ſemel in anno: quia Eccleſia non præcipit confeſsionẽ exteriorẽ, nec interiorẽ contritionẽ, ſed cõfeſsionẽ præceptã à Chriſto iubet impleri tẽpore deter minato. ſ. in paſchate, ſed cum hæc confeſsio præcepta à Chriſto ſit cũ cõtritione, & hãc nõ implet cõfitẽs qui nõ eſt pœnitẽs: patet ꝙ ipſe nõ implet illud quod Eccleſia impleri iubet. 11 Sed nihilominus eſt cõtra hãc opi nionẽ illud, quod dictũ eſt cõtra primã, ꝙ ſicut Eccleſiæ nõ ꝑt cõſtare an aliquis ſit cõtritus, ꝓpter quod nõ põt cõtritionẽ ſub præcepto ponere, ſic Eccleſię nõ poteſt cõ ſtare an aliquis impleuerit præceptũ Chriſti de cõfeſsio ne: ergo confeſsionẽ præceptã à Chriſto nõ poteſt Eccle ſia ponere ſub præcepto pro quocunq; tpe. 12 Præ terea tps ſecundũ ſe nõ præcipitur: ſed actus ꝓ tali tpe, ꝓpter quod ſi actus non poteſt præcipi, nec tps ad actũ determinari. 13 Sed quod hic dicit, ꝙ Eccleſia nõ ꝑt præcipere nec cõtritionẽ, nec confeſsionẽ cũ cõtritione, qa nõ ꝑt ei de oppoſito cõſtare, cõtrà quia Eccleſia ei q cũ aliqua cõtraxit ſponſalia præcipit, ꝙ cõtrahat matri moniũ, & niſi contrahat ipſum excõicat, & tñ non ꝑt ei cõſtare vtrũ vnq̃ cõtraxerit: cũ matrimoniũ ſine cõſen ſu eſſe nõ poſsit, & minus q̃ de cõtritione, qa in foro cõ ſciæ credit tã ꝓ ſe q̃ cõtra ſe, nõ aũt in alio. Similiter Ec cleſia præcipit ne quis mutuet ſub ſpe lucri, & contrariũ facientẽ iudicat vſurariũ: & tñ vſura ſola ſpe cõmittiſ, ſimiliter ſimonia: & tñ tales punit. Et ſi dicat quõ punit ſi nõ cõſtat? dicendũ, ꝙ ſicut percutiẽs clericũ ipſo facto eſt excõicatus, ſine hoc ꝙ ꝓbetur vel probari poſsit: ſic etiã eſt de pœnis in quibꝰ eſt canon latæ ſentẽtię, q̃ proba tionẽ nõ exigũt, ſed ſolũ facti veritatẽ. 14 Præterea talia ꝓbãtur ꝓ præſumptiones. ſicut ſi aliquis per verba de pñti cõtrahat, ꝑſumitur ꝙ cõſenſerit. Et ſimiliter ſi cõ fiteatur præſumit ꝙ cõteritur. Si aũt ad ſacerdotẽ nõ ve niat, neq; ſe pñtet ſaltẽ dicẽs ſe nõ habere cui cõfiteatur: eo ipſo præſumit trãſgreſſor, & ꝑt puniri. 15 Præterea in foro cõſciẽtiæ ſi cõfiteatur, ꝙ ꝓtulit verba cõtrahẽtis matrimoniũ, & nõ habuit animũ, cõfeſſor debet iudica re, ꝙ nõ impleuit præceptũ Eccleſiæ & ꝙ eſt excõicatus, quia Eccleſia præcipit ei, ꝙ reddat debitũ. Non eſt autẽ debiti redditio, ſed fornicatio niſi ſit verũ matrimoniũ. Et ſimiliter ſi iſte poſtea confiteatur, ꝙ non fuit confeſ ſus nec contritus, tunc conſtat confeſſori eo modo quo ſufficit, & debet eum iudicare tranſgreſſorẽ præcepti & punire in foro illo, vel negando ſibi confeſsionẽ, vel ex cludendo à regno, ſi adhuc non pœnitet, vel ſi pœnitet pœnitentiã iniungendo. 16 Quartus modus eſt, ſci- Opi. 4. q̃ eſt
licet ꝙ Eccleſia non poteſt præcipere confeſsionẽ inte- Durand. hic
riorẽ, nec exteriorẽ directè: & ſecundũ ſe pro quocunq; q. 14.
tpe: præcipit tñ indirectè, præcipiendo aliquid ad quod iure diuino ꝑexigit cõfeſsio: & illud eſt ſumptio Eucha riſtię. Hanc eñ ꝑt Eccleſia ꝑcipere, quia de hac poteſt ei cõſtare. Ad hãc aũt præexigit ex præcepto diuino cõfeſ ſio, habita copia ſacerdotis. Et ideo cõicans ex præcepto Eccleſiæ, tenetur ex præcepto diuino confiteri. Sed hoc

nō est ex præcepto Ecclesiæ nisi indirectè & cōsecutiuè. Vnde iura antiqua directè præceperūt sumptionem Eucharistiæ, vt illud Anacleti. de cōse. di. ij. c. Peracta. vbi præcipitur singulis fidelibus, ꝙ quotidie cōicēt. Et illud Fabiani Papę. Et si nō frequētius eadē di. vbi præcipitur ꝙ fideles cōicent tribus vicibus in anno. Nullā autē faciūt mentionē de cōfessione: qa supponūt ꝙ ex præcepto Christi debeat præcedere, quo ad illos q sunt conscij de peccato mortali. Et eodē modo fortè intelligendū est statutū Innocentij. Oīs vtriusq; sexus. s. ꝙ ibi præcipiatur sumptio Eucharistiæ: de qua pt constare. Vnde & pœna subiūgitur cōtra trāsgressores. s. ꝙ viuētes arceantur ab ingressu Ecclesiæ, & moriētes careāt Ecclesiastica sepultura. Quod autē permittitur ibi de cōfessione facienda magis accipiendū est, qd sit faciendū ex præcepto Christi q̄ pro nouo præcepto Ecclesiæ, quæ nō videtur posse ponere cōfessionē sub præcepto. Ex quo pōt cōcludi, ꝙ cōfitēs & nō pœnitēs: & ꝓpter hoc omittēs cōicare trāsgressor est præcepti Ecclesiæ de sumptione Eucharistiæ. Si autē cōicet nō est trāsgressor præcepti Ecclesiæ: quod est de cōione, sed trāsgressor est præcepti diuini: accedēs ad sacrm Eucharistiæ sine cōtritione & cōfessione, & secundū istū modū quæstio supponit falsum. s. ꝙ Ecclesia posit directè & secundū se præcipere confessionē interiorē vel exteriorē. 17 Sed iste modus nō videtur cōueniens. Primò, quia sicut nō pt cōstare de aliquo vtrū fuerit cōfessus cōtritus vel nō, quia cōtritio nō pōt esse nota nisi ipsi cōtrito & Deo: sic nō potest cōstare vtrum aliquis cōicauerit vel nō, quia si accipit hostiā nō cōsecratā, nō cōicauit secundū veritatē, impossibile est autē omni hoī & cōicanti & celebrāti scire, vtrū hostia sit cōsecrata, quia nisi celebrās sit sacerdos nō est hostia cōsecrata. Impossibile est autē scire, ꝙ sit sacerdos sicut ꝙ sit maritus aliquis, quia ad hoc requiruntur intentiones duorū, quorū neutri cōstat de altero. s. ordinātis & ordinati. Vnde nec ordinās scit vtrum ordinet, quia nec scit vtrū quē ordinat intendat deludere, nec ecōuerso ordinatus scit de ordinante. Vnde. &c. 18 Secundò quia in decretali. Oīs vtriusq, sexus: æqualiter & prius etiam præcipitur cōfessio; & Eucharistiæ sumptio. Imò ibi permittitur ꝙ de cōsilio sacerdotis ad tps à sumptione Eucharistiæ possit abstinere. Vnde dicere ꝙ Eucharistiæ sumptio præcipitur directè & cōfessio indirectè, nec nisi propter cōmunionē: cū ex cōfessione sequatur in casu nō cōio, videtur cōtra mentē decretalis, & æqualis pœnitentia vtriq; iniungitur. s. ꝙ viuus arcetur ab ingressu, & mortuus à sepultura Ecclesiastica. 19 Si dicatur ꝙ Ecclesia pro tāto pōt præcipere cōionē nō cōfessionē, quia cōio nō est sacrm, sed vsus sacri: dicendū ꝙ nō valet: quia licet Ecclesia nō possit super essentia sacramēti ipsam immutādo, quantū ad materiā & formā: tū potest circa essentiā saluā aliquid præcipere & prohibere: puta ꝙ nullus baptizetur in die Epiphaniæ propter hæresim: vel ꝙ puer cito baptizetur, & ꝙ ordinationes tali tēpore fiāt: & præcipere episcopo ꝙ per se vel per aliū faciat, & hmōi, quę ad bonā Ecclesiæ ordinationē pertinēt, & similiter ꝙ hoīes cōfiteantur in quadragesima, & qñ sunt infirmi, anteq̄ medicina corporalis exhibeatur: & cætera hmōi quæ sunt vtilia ad salutē. 20 Quintus modꝰ est ꝙ liberatur à præcepto Ecclesiæ, ita ꝙ ante annū illū nō teneatur cōfiteri siue dicat fictionē illā, siue nō: dum tamē dicat peccata sua alia: quia Ecclesia nō potest præcipere, nisi actū exteriorē: nec potest præcipere aliquam satisfactionē, nec pœnā imponere pro actu interiori. Vn de qñ dicitur, ꝙ peccata sua oīa cōfiteatur: quo ad pecca ta cordis est cōsiliū, sed quo ad exteriora est præceptū. 21 Si dicatur Ecclesia non præcipit id quod est malū: quia præcepta boni legislatoris dātur de actibus virtutū. Dicendū ꝙ confessio & absolutio in ficto sunt mala, nō de se: sed propter circunstantiā fictionis. Et ideo confessio secundū se est in præcepto, & quo ad substantiam facti liberat à præcepto humano: ꝙ nō potest cōcludere priuationē fictionis, sicut nec fictionē prohibere, sicut si cleemosyna est in præcepto: & fiat propter hypocrisim: dum tū homo velit se aquitare à præcepto, & cū hoc placēre mūdo: liberatur à præcepto. 22 Sciendū est autē ꝙ præcipere cōfiteri legē cōdendo, nō est præceptū fori pœnitētialis effectiue: licet sit de illo foro materialiter & obiectiue, sicut & dare indulgentias. Vnde nō potest intelligi præceptū de cōfitendo quo ad peccatū cordis, sed in foro cōscientiæ cōfessor pt iniungere, ꝙ frequenter confiteatur de interioribus de quibus se ei submisit. 23 Ad illud quod supra dictū est. s. ꝙ Ecclesia pt præcipere actū interiorē ratione exterioris: qñ sine primo nō habet effectū, sicut qui pōt præcipere lectionē pt præcipere meditationē. &c. Dicendū ꝙ nō oportet, sed eo ipso ꝙ homo præcipit mihi lectionē, Deus qui præcipit mihi ei obedire, præcipit mihi meditationē sine qua nō possum legere. 24 Si autē dicitur ꝙ Ecclesia præcipit alicui cōtrahere matrimoniū quod nō est sine cōsensu: & per cōsequēs cōsensum: aliās ei obediret qui tū per verba cōtraheret & excōmunicationē euaderet: dicendū ꝙ nō est simile: quia sicut Ecclesia de peccatis cōfessis: licet cordis, quia iam sibi subduntur: dat indulgētias: sic postq̄ aliquis ꝓmisit alicui ducere eā in vxorē, obligat' est ad actū interiorē ex facto quod Ecclesię subiacet. Vñ rōne cōtractus quo obligatus est ad actū interiorē: Ecclesia cogit ad illū, sicut si quis solo corde vouisset: Ecclesia ad illius voti obseruantiā nō cogeret. Si autē ore: tūc sic. Hic autē ille nō se obligauit ad pœnitendū interius, ꝓmissione quæ subiaceat Ecclesiæ, qa licet in baptismo abrenunciauerit sathanæ, & professus sit religionē Christianā, nō tū se obligauit Ecclesiæ ad obediendū, nisi in illis quę sunt ei cōmissa, & hæc sunt exteriora: sicut religiosus nō potest cogi, nisi ad ea quæ ex regula & cōstitutionibus habent prælati imponere, ad quæ se obligauit non ad plura, nisi prout sunt in casu necessaria ad illa. 25 Ad legē autē contrariā dicendū, ꝙ cōmissa iurisdictione, tacite cōmittuntur necessaria, qñ sunt talia quæ solēt aliās expresse cōmitti: talia autē nō sunt actus interiores, quorū iudiciū Deus homini prohibuit, nisi in foro cōscientiæ: & ideo q̄uis nō possit præcipere confessionē de peccato occulto exteriori in foro exteriori, pōt tū ꝑcipere confessionē de illo in foro interiori. Ecclesia eīm habet præceptū in foro exteriori, ad bene ordinandum vtrūq; forū, sed qa actus interior oīno subterfugit forū exterius, etiā si de ipso cōstaret, quia si quis confiteretur se cōsensisse in homicidiū, nō propter hoc posset excōicari, sicut nec decollari. ff. de pœnis. l. cogitationis pœnā nemo meretur: inde est ꝙ de actu interiori nō potest Ecclesia ferre præceptū, nec respectu fori pœnitētialis nec iudicialis, sed de actu exteriori oīnino occultò quod ipsa posset punire si ei cōstaret: puta per confessionē eiꝰ: qui solus est sibi conscius, ꝙ aliter non potest ei constare, ipsa non potest facere præceptū in iudicio exteriori: ita scilicet vt cogatur fateri veritatem, quia iure diuino ꝓhibetur de tali occulto inquirere: cū accusatio vel clamosa insinuatio debeat præcedere: licet in cōi posit excōicare, qui hoc fecit vel fecerit, sed de isto actu pōt dare præceptū exequendū. s. in foro pniali, sed de ipsa interiori pnia nullo modo videt posse præceptū dare, quia nullo modo cadit sub eiꝰ ꝑcepto, nec ꝙ ipsa habeat, nec ꝙ aliquis de eius fictione cōfiteatur. 26 Ad rationes vtriusq; partis: sic respondent illi de quarta opinione,

27 Ad primam autē satisfactionē ꝙ to imponere.

In foro conscientię quō præcipit actꝰ interior.

Dicēs se consensisse in homicidiū non ideo potest excōmunicari aut decollari.

Impug.

Arti. 5. Opi. 5. quæ est dost.

Ecclesia non pōt præcipere actū interiorem nec pœ

Durā. supra ad prin. 27 Ad primā dicendū, ꝙ nō est præceptū de cōfitendo semel in anno, sed documentū quod innitit ꝑcepto iuris diuini, nec illud restringit aut ampliat: sed solū dicit ꝙ sit de necessitate ꝑcepti diuini, ad hoc vt aliquis absq; pctō possit sumere sacrm Eucharistiæ. 28 Ad secundā

Duran. sup. ad. 2. prin. ꝙ Ecclesia mādat recipere cōfessionē impœnitētes: verū ꝓpter eiꝰ instructionē, sed nō vt sumat Eucharistiā: nec ꝓpter hoc excusat à sumptione Eucharistiæ: nisi faciat qd' in se est: nō trāsgressor est ꝑcepti Ecclesiæ de eiꝰ sumptione: nō est trāsgressor ꝑcepti Christi de cōfessione, qa ad eā nō obligat, nisi eā velit sumere. 29 Argumentū in oppositū supponit etiā ꝙ cōfessio cadat directè sub ꝑcepto Ecclesiæ: quod isti nō cōcedūt: si tñ ita esset: adhuc argumentū nō cōcluderet: quia sicut dictum fuit prius cū de ieiunio ageretur: intētio præcipiētis est duplex: vna de materia præcepti, & secundū hāc necessariū est impleri præceptū. Alia est de fine præcepti: & ista nō cadit sub præcepto. Alioquin implēs præceptū diuinū sine charitate, esset trāsgressio ꝑcepti diuini: qa finis ꝑcepti est charitas: vt di. Apostolus prima ad Ti. quod nō tenet cōiter. Ex hoc ad propositū cōfiteri pctā, est de intētione præcipiētis vt materia, sed cōsequi veniā peccatorū ex tali cōfessione est intentio de fine: quā nō necesse est seruare ad vitandum transgressionē præcepti. Sed duo prima argumenta non sunt contra quintum modum: & solutiones suæ dicunt falsum vt visum est. Tertium autem est bene solutum. Ideo. &c.

QVAESTIO OCTAVA.

De valore confessionis factæ à non contrito.

Tho. 4. d. 17. q. 3. ar. 4. q. 1.

QVAERITVR octauo vtrū cōfessio facta ab illo qui nō est cōritus valeat' Et videtur ꝙ nō: quia cōfessio distinguit cōtra contritionē & satisfactionē: sed cōtritio & satisfactio nō valēt sine charitate, ergo nec cōfessio. 2 Itē cōfessio aut valet ad deletionē culpæ, aut pœnæ, sed confessio facta ante cōritio nem nō valet ad remissionē culpæ, quia sine cōtritione actualis culpa nō remittitur: nec ad remissionē pœnæ, quia pœna non remittitur nisi remissa culpa. ergo. &c. 3 In conrrariū arguitur, quia cōtritio valet sine actuali cōfessione: dummodo habeatur in proposito: ergo similiter cōfessio valet sine actuali cōtritione: dummodo habeatur in proposito. 4 Itē, sicut ad confessionē requiritur cōtritio: sic ad baptismū præexigitur pœnitentia, quæ est displicētia in adulto: vt patet ex precedentibus: sed baptismus receptus à nō pœnitēte valet qñ postea incipit pœnitere: ergo similiter cōfessio facta ante contritionē & absolutio recepta ab illo valet: qñ postea cōritur de pctis. 5 Respōdeo: circa hāc quęstionē est triplex modus dicēdi. Duo primi sunt cōtrarij. Tertius cōcordat vtrūq;, & declarat secundū. 6 Primus est, ꝙ nō valeat ad remissionē culpæ nec pœnæ, nec pro tunc, nec recedēte fictione: quorū ratio est, quia aut talis impœnitēs cōfitetur suā impœnitentiā, quæ est propositū nō abstinēdi, vel nō: si nō cōfitetur: tūc est fictus fictione quæ est speciale pctū & contēptus sacri, & ita confessio eiꝰ nō est integra: cū omittat cōfiteri istud peccatū: confessio aūt quæ nō est integra nō valet, sed est iterāda: ergo. &c. Si verò cōfitetur talē fictionē nō debet absolui: qa minister cū sit instrumentū principalis agētis. i. Dei nō debet absoluere aliquē quē scit à Deo nō absolui: sicut instrumentū artis nō agit nisi prout mouet à principali agēte, sed sacerdos scit illū qui non pœnitet à Deo nō absolui: ergo nullo modo debet talem absoluere. Et ideo dicit Dion. in fi. de cœle. Hierarchia, ꝙ sacerdotibꝰ vtendum est virtutibus Hierarchicis, quō deitas eos moueret. Si autē sacerdos præsumat talē de facto absoluere peccat: sicut ille qui à diuino ordine auertitur, nec absolutio cōsequitur aliquē effectū: quia virtus sacramentorū est principaliter à Deo: non autē à sacramētis vel ministro, nisi sicut à causa sine qua non. 7 Quantū autē ad rei veritatē prima pars huius rationis bene cōcludit, quia secundū oēs cōfessio non integra est ex integro faciēda: & nisi sit integra est totaliter nulla, nec est verū sacramētū: vnde nec tūc nec postea pōt habere effectū: nisi ꝙ cōfiteretur eidē sicut cōiter hoies faciunt curatis suis: sufficeret dicere fictionē nō dictā, & recedēte fictione habere effectū ex cōtritione: non ex sacro: quia nullū fuit nisi in casu. 8 Secundo concedendū, ꝙ si confiteatur fictionē non est absoluēdus: etiā sub cōditione si postea cōfiteatur: quia primo fuit Lazarus à Dño suscitatus q̄ à discipulis solutus. 9 Tertiò ꝙ si de facto absoluat: sicut abusus baptismi & fictio nō impediūt characterē: sic q̄us sacerdos erret & iste sit fictus, fortè non impedit effectū ornatus de quo postea dicetur. 10 Secundus modus dicēdi est, ꝙ talis cōfessio valet ad remissionem culpæ: quia impœnitens qñ cōfitetur & absoluitur, licet nō recipiat fructū absolutionis: tñ recedēte fictione recipiet: sicut dictū est de baptismo suprà. Et fortè ratio huius opiniōis est: qa sicut in baptismo imprimitur character, ad quē recedēte fictione sequit gratia: sic in pnia est quidā ornatus ad quē sequitur gra, per quā fit remissio peccatorū. 11 Sed istud nō placet alijs ꝓpter tria. Primò, quia nullus talis ornat' imprimitur in sacro pœnitētiæ. Secūdò, qa si imprimit nō remanet, nisi cū gra, alioquin multiplicarent in eodē secundū numerū: cum cōtingat iterari cōfessionē & absolutionē de eisdē peccatis, & iterata causa iteratur effectus, quod est inconueniēs. Si autē nō manet nisi cū gra, non imprimit nisi per effectū & absolutionē per quā cōfertur gra: quod nō est in proposito. Tertiò qa si talis ornatꝰ posset esse cū gra, & sine gra, ad ipsum nō sequeret gra recedēte quacunq; fictione: cū indifferēter se habeat ad gratiā & ad priuationē græ, vt dicūt de charactere baptismali. 12 Sed qa certū est, ꝙ nō in oībus sacris eodē modo ornatus imprimitur: si tñ imprimat, qa in Eucharistia cuiꝰ essentia cōsistit in cōsecratione materiæ: ornatus non imprimit nisi in vsu: & tunc in sola materia. s. speciebus est ista virtus: qa verba iā trāsierūt: sed qui intus continet pōt gratiā sicut vult imprimere: tñ cū oīa sacra græ in hoc cōueniāt, quod est cōferre gratiā & nō conferūt eā effectiue: sed cōferūt dispositiue, ꝓbabile est ꝙ sicut in imprimētibus characterē ꝓ dispositione imprimit character: sic in nō imprimētibus characterē, imprimit aliqd cōsimile dispōnēs. Quod autē secūdo dicit ꝙ nō manet dicendū ꝙ cū nō habeat contrariū sicut nec character, nihil ipsum corrūpit: sed indelebilis est: & si iterat sacrm idē specie: intēdit ornatꝰ, nec ꝓpter hoc gra intendit, si deuotio minuat, sed cæteris paribus augeret. 13 Vel potest dici, ꝙ character nō solū imprimit vt sit dispositio ad gratiā, sed vt signū distinctiuū & mancipatiuū ad aliquod sacrum, vnde est indelebilis, sicut & cæteræ cōsecrationes: ornatus autē solū vt dispositio ad gratiā in fieri: vñ ipsa adueniente cedit: & quousq; aduenerit non recedit: sed cum eam introduxerit, vt seta filū, & timor seruilis charitatem, ei cedit. 14 Vel dicendum & melius: ꝙ sicut virtus sacramenti manet quousq; dispositio causauerit, qua causata tunc definit: sic dispositio causata quæ non est character, sed ornatus tantum, durat vsq; ad infusionem gratiæ inclusiue: qua habita definit esse, sicut dispositio actualis

Ad. 1. Durā. hic. q. 13. 2. su. d. 4 q. 4. 2. Go. supra.

Reso. docto. Ad. 1.

In oī sacro aliqua dis. ad gratiā imprimitur. Ad. 2.

Solutio, triplex.

De hac solu. q̄ optimā dicit, vide. ca. d. 22. q. 1. & dost. supra. dist. 14. q. 1. Ad. 3.

Verba dost. dicta Durā. c. Exami.

Opi. 2. S. T. hic. q. 3. ar. 4 q. 1. & Bernar. de grā na. quotli. 1. q. 15.

Godef. & Du ran. supra.

sitio actualis nō manet. 15 AD tertiū dicendū, licet posit stare cū priuatione gratiæ: tñ de se est dispositio ad gratiā: sicut diaphaneitas est dispositio ad lucē, q̄ tñ manet luce subtracta in tenebris etiā eadē numero. Et ideo est tertius modus declarās & cōcordās alios habēs quatuor cōclusiones. 16 Prima, ꝙ talis nō est liberatus à præcepto diuino, si nō habuit intentionē cōfitendi & absoluēdi sacramētaliter, sed deridēdi: qa sine intētione nō pōt suscipi essentia sacri, quæ cōsistit in vsu & tunc tenet iterū cōfiteri. Et idē est si intēdebat implere præceptū & sacrm verū suscipere, quod Ecclesia dat: tñ nullā habebat pniam de pcto: & tūc recepisset quidē verū baptismū, ordinē, & alia sacra, sed nō pniam: qa pars essentialis huiꝰ sacri quod cōsistit in actu suscipiētis est actus interior: vñ sine eo nō est, sicut nec esset sine exteriori. Sicut nō esset matrimoniū si qs intēderet verū sacrm suscipere: nō tñ cōsentiret nisi in carnalē copulā, & ad tps. 17 Secunda cōclusio est: ꝙ si fuit talis pnia q̄ sine sacro suffecisset, tunc fuisset contritio, nec sic currit quæstio, qa nō fuisset fictio. 18 Tertia cōclusio est, ꝙ si fuisset talis attritio quę nō sufficeret sine sacro: sed cū ipso, tunc etiā facta esset contritio vi clauiū & fugata fictio, nec adhuc curreret quæstio. 19 Quarta cōclusio est, ꝙ si fuisset talis pnia quæ nec cū sacro esset sufficiēs ad gratiā: tūc vera est opinio Thomę: ꝙ fictione recedēte: incipit valere cōfessio, & nō tenet cōfiteri nisi fictionē: vt puta si habuit dolorē quidē imperfectū: sed quia nō sufficiēter cōscientiā discussisset: putabat autē discussisse quantū sufficiebat, vel si dolebat de præterito non proponēs cauere in futuro: aut ecōuerso. Vel nō erat dolor maximus sicut debet: ipse tñ sed'm cōscientiā suā nō erat fictus: licet secundū veritatē esset: & sic nihil cælauit quod crederet mortale. Et ꝙ cōsequēs secundū suū iudiciū cōcurrebāt oīa, quę erāt necessaria: postea aūt certificatꝰ de errore suę cōscientiæ pœnitet de illo defectu: qui qa erat error iuris diuini, nō tollit fictionē respectu effectus vltimi sacri: qa improbabilis & non excusat: sed tñ eo ipso ꝙ est error, tollit fictionē quę excluderet essentiā sacri: vnde, verū sacrm fuit: propter quod fictione recedēte, siue ex pactione siue ex ornatu remanēte effectū habebit. 20 Et mirū est, quō illi qui dicūt pniam interiorē nō esse partē sacri, negāt pœnitentiā valere postea: cū tñ fuerint quę ipsi ponūt de essentia: quibus positis oē sacrm habet effectū suū: vel tūc vel postea recedēte fictione. Sed ipsi dicerēt ꝙ hoc nō est verū, nisi in sacramētis iterabilibꝰ, cōtra quod est ꝙ matrimoniū quod nō habuit cōsensum, sed deceptionē cū verbis postea cōfirmatur ex solo cōsensu superueniente: sed supposito ꝙ cōsensus sit de essentia matrimonij, si à principio defuit post ea ad hoc ꝙ matrimoniū sit, nō sufficit cōsensus nouus sine exteriori signo, nisi dicatur ꝙ signū quod præcessit sufficit: quod fortè nō est verū: qa simul debēt concurrere hę partes sacri. Ex his patet, ꝙ opīo Tho. potest multis modis saluari. Vno mō quo dictū est loquēdo de illo qui fictus est priuatiuè, nō positiuè: qa. s. habet dolorē ita imperfectū, ꝙ nec cū sacro actu suscepto sufficit ad cōtritionē: nihilominꝰ tñ hāc perfectionē quæ est fictio nō cōfitetur: qa credit esse sufficiēter dispositus: & sic nō sciēter cęlat pctū: quod fuit in hoc ꝙ nō sufficiēter examinauit cōscientiā suā sicut debuit. Tali igit̄ qui nullū sacrm suscipit ornatus imprimit: sed gratia nō datur: sed postea qñ redit ad cor & recolit se, nō fecisse bene debitū suū, & ex negligētia aliqua oblitū incipit valere cōfessio, & nō tenet cōfiteri illa quę tūc cōfessus fuit: quia nō fuit dimidiata ex intētione: sed solā fictionē illā. Si aūt fuisset fictio positiue cęlata, fuisset cōfessio nulla, vel si fuisset cōfessa non debuisset dari absolutio. Sed ea data dubiū est vtrū ornatū impressisset, in quo casu Tho. nō potest intelligi. 21 Secundo mō pōt intelligi, qñ est positiua fictio quantū ad hoc ꝙ nō dolet, nec proponit abstinere: tñ ista fictio nō occurrit sibi vt cōfitenda, nec actu cogitat ꝙ teneatur eā cōfiteri: tūc est sicut de pctō quod occurrit quidē, sed nō credit ꝙ sit pctm̄, aut ꝙ sit mortale & de necessitate cōfitendū: vel idē est ac si fuisset oblitū per negligentiā, nec fecisset debitū suū de scrutādo cōscientiā, in quo casu solū illud est confitendū, & est verū sacrm: licet hic sit ignorātia iuris diuini, ibi facti: & hoc mō pōt sustineri dictū Tho. di. 21. q. 2. ar. 2. in so. vlti. argumēti: ꝙ ignorātia iuris diuini nō excusat à fictione. Ergo talē vocat fictionē. 22 Tertio mō pōt sustineri, vt tactū est supra in illo qui cōfitetur eidē, cui prius quantū ad hoc ꝙ nō oporteret reiterare: etiā si nō recoleret: qa nec vbi est integra, oportet ꝙ recolat actu de principio qñ est in fine: & maximè qa hoc sufficit absoluere ab oībus: & iniungere pniam ꝓ fictione & pro alijs, ꝙ faciat pniam tūc sibi iunctā: sed tunc alia pars nō videt posse sustineri. s. ꝙ nō habeat effectū tūc: sed recedēte fictione: qa nullū sacrm fuit, nec ꝙ cōsequēs vllū effectū nec tūc nec post habere potuit: licet quantū ad primā partē posset dici probabilis, ꝙ Tho. refert se ad ea quę cōiter & de iure cōi accidūt, ꝙ hō cōfiteatur curato suo. 23 Ad primū: ergo dicendū est: vt Tho. dicit, ꝙ cōtritio & satisfactio fiūt Deo. Ideo requirūt bonitatem interiorē quā Deus videt: cōfessio autē hoī: ideo sufficit bonitas apparēs. 24 Sed cōtra verba quę ponit Th. videtur, ꝙ si cōrritio & satisfactio, qa fiut Deo requirūt, ꝙ hō qui istā facit sit vnitus Deo: sicut cōfessio qa fit homini, requirit ꝙ sit vnitus hoī: & si prima vnio debet esse per charitatē: pari rōne secunda, nisi dicat sic: ꝙ Deus qui videt dispositionē, nō inducit formā nisi in materiā bene dispositā, sed hō qui nō videt cor, vel si ei dicitur facit quod suū est intendēs facere quod facit Ecclesia, si ue erret in facto, & tūc nō peccat: qa alius cui tenet credere nō cōfitetur fictionē, siue erret in iure: quia aliꝰ cōfitetur eā: & iste nihilominꝰ absoluit abutēs clauē: tñ ex quo intēdit absoluere & verū sacrm cōferre, videtur ꝙ cōferat, & si tūc nō habet effectū propter illius indispositionē: habebit tñ postea vel ex pactione, vel ex dispositione manente. 25 Et si dicatur ꝙ nō est sacrm: qa licet habeat verā formā: nō tñ habet verā materiā, quę est pctōr cōtritus: sicut materia matrimonij hō cōsentiens. Dicendū ꝙ qñ sua fictio non sibi occurrit vt cōfitenda, tunc nō est cōfessio dimidiata, & qñ fictionē suā dicit cū alijs peccatis, est cōfessio integra, & sic materia perfecta cui ꝑt imprimi forma, quod si fiat, verū sacrm erit, q̄uis fieri nō debeat, sicut hō sacerdos hñs hostiā super altare pollutū, nō deberet quidē celebrare: sed si ꝓferret verba, vera Eucharistia esset. Peccator eñ est materia, sed immūda, nisi sit saltē attritꝰ, vel cōfessio sine attritiōe ē materia imūda. 26 Ad sed'm dicēdū, ꝙ nō valēt ad remissionē culpæ nec pœnæ pro tūc, sed recedēte fictione valet ad vtrūq;, vel ex pactione, vel ex ornatu disponēte sicut character: etiā si cōtritio ponat̄ pars essentialis sacri pniæ, quia sicut satisfactio ordine naturę debet sequi cōtritionē & confessionē, aliqñ præcedit cōfessionē, & sufficit ita vt nō teneatur hō amplius satisfacere: puta qñ cōtritio deleuit pœnā, in quo casu si constaret sacerdoti nullā pniam iniungere deberet: sicut nec baptizato, vel si tantā pniam fecit post cōtritionē proprio motu, ꝙ videat sufficiēs cōfessori, nō iuniget aliā: aliqñ autē præcedit cōtritionē: vt qñ facta est in pctō mortali & est talis, ꝙ aliquid demit de substātia: puta qa tota pnia erit in eleemosynis quas erogauit in pctō, postea cōteritur gratas hñs eleemosynas quas fecit: & sufficit vt quidā dicunt: sic

3. opi. doct.

Multipliciter doct. saluat opi. b. T. ꝙ ficto suffi-ciat solā fictionem cōfiteri.

Duř. sibi diſſidet hic. q. 13. su. d. 16. q. 1. & d. 14. q. 3.

Nota.

Primus modus saluādi b. T. fict⁹ priuatiue nō tenetur cōfiteri iterum.

Secūdus modus, fict⁹ positiue etiā cū ignorātia iuris diuini nō tenetur.

Exponit̄ pro pō. S. Th. de ignorātia iuris & facti.

Tertius modus, fictus scienter non tenetur reiterare totam confeſ.

Ad secundū prin.

Ad argu. 1. ad opi. q. vt sup. 1. ad. 2. Cauillum.

Solutio.

Replicatur so. doct.

cūt: sic ecōuerso, licet cōtritio debet præcedere cōfessionē & absolutionē: si tñ sequitur: sufficit ad habendū tūc fructū. Illi aūt qui sunt de cōtraria opinione respondēt ad argumēta facta in oppositū. 27 Ad primū, cū dicitur cōtritio sine cōfessione valet: ergo. &c. dicendū ꝙ nō est simile de ꝓposito cōfitendi & satisfaciēdi, quod habet cōtritus, & de proposito cōterendi quod habet cōfitēs: qa cū propositū sit de futuro, & secundū ordinē naturæ cōtritio debeat præcedere cōfessionē ad propositū cōfitendi & satisfaciēdi, sufficit cōtritio: sed nullꝰ ordo est, ꝙ in cōfitente sufficiat ꝓpositū cōterendi, cū propositū vt dictū est, sit de futuro: cōtritio autē debeat præcedere cōfessionē. Et cōfirmatur solutio: quia causa efficiēs debet esse prior effectu: vnde cū actus interior sit causa effectiua exterioris actus, cōtritio quę est interior debet præcedere: & sic debet esse cū proposito. &c. vt sit ordo causæ efficientis ad effectū & finē & nō ecōuerso. 28 Ad secundū dicūt, ꝙ in adulto accedēte sine pnia ad baptismū: baptismus nō valet ad remissionē culpæ, sed totus valor est ex cōtritione sequēte: sicut tactū fuit prius cū de baptismo ageretur: q̄uis baptismus sic receptus nō sit reiterādus: quia est quædā spūalis regeneratio, & imprimit characterē. In pnia verò facta ante cōtritionē neutrū istorū est propter quod iterāda est, vel dicendū, ꝙ baptismus valet recedente fictione ꝓpter pactionē dilatoriā; quę habet locū in baptismo, nō autē in pnia: qa absolues per confessionē scit conscientiā cōfitentis: ꝓpter quod nō debet illū absoluere, quē sit à Deo nō absolui. Et si de facto absoluat nō valet: sed ad baptismū non requirit, ꝙ baptizans sciat cōscientiā baptizati, & est sacramentū nō iterabile, ꝓpter quod pactio locū habet in baptismo: vt recedēte fictione ꝓcipiatur eiꝰ fructꝰ. Alioquī cū nō possit iterari priuaret irrecuperabiliter totali fructu sacri maximè necessarij, & ꝙ delet omnē culpā & pœnā, quod est inconueniēs. 29 Sed neutra istarū solutionū valet, qa aut intelligūt, ꝙ hoc totū sit vna sola causa, aut ꝙ quodlibet per se sit sufficiēs causa. Si primo modo. Contrà: qa idē dicitur cōiter de ordinatione & cōfirmatione quæ imprimūt characterē & non iterātur: cū nec sint necessitatis, nec delēt omnē pœnā, nec oportet ꝙ cōfitēs sciat conscientiā eiꝰ cui cōfert sacrm. Si autē dicāt, ꝙ alterū sufficit: tūc cū pnia sit sacrm necessitatis, & aliquādo nō possit reiterari, vel quia hō amisit loquelā, vel nō habet sacerdotē, saltē tunc est eadē causa quę de baptismo: & similiter de extrema vnctione, quę nō mutata infirmitate non iteratur. 30 Præterea saltē in cōicante ficto, q̄diu in ventre eius manēt species adest essentia sacri. Ergo fictione recedēte sequit̄ effectꝰ: vel per virtutē inhęrentem: vel per deitatem latentem vel ex pactione.

Impug. solu. Du. pulchra

DISTINCTIO. 18. QVAESTIO. I.

De remißione Sacerdotis.

Th. 4. d. 18. q. 2. ar. 1.

CIRCA *distinctionem. 18. quæruntur quatuor de claubus iurisdictionis. Primò, de maiori excōmunicatione. Secundò, de minori. Tertiò, de suspēsione. Quarto, de interdicto.*

IRCA primū quæruntur. v. Primò, an excōicatio debeat esse in Ecclesia. Secundò, quis possit excōicare. Tertiò, de sentētia iuris. Quartò, de effectu excōicationis. Quintò, de absolutione ab excōicatione. 2 Primo igitur quæritur, vtrū excōicatio debeat esse in Ecclesia. Et videtur ꝙ non: qa excōicatio est maxima maledictio: vñ dicitur anathema, sed dicit Apostolus: nolite malè dicere. Ergo. &c. 3 Contra est Christus: Sit tibi sicut ethnicus & publicanus. i. à tuo cōsortio separatus. 4 Respondeo: circa hāc quæstionē sunt quatuor videda. Primò, quid est excōicatio. Secundò, ꝙ debet esse in Ecclesia. Tertiò, ꝙ est timēda. Quartò, quādo est nulla ipso iure. 5 QVANTVM ad primum sunt quatuor cōclusiones. Prima, ꝙ excōicatio est separatio à cōione Ecclesiæ quo ad fructū. s. temporalē hoc est consortiū fideliū & suffragia generalia. i. perceptionē sacramentorū. Itē alia diffinitio, ꝙ est separatio à qualibet licita cōione, supple diuinorum, & à quocunq; legitimo actu. s. politico. Et dicitur separatio, quia per minorē excommunicationē non separatur homo à communione fideliū: sed tñ à perceptione sacramentorū, per maiorē aūt ab vtroq;. Sed cū sit triplex participatio suffragiorū: vna ex vi charitatis: quæ habēti charitatē non potest auferri, & non habēti non potest dari: inde est ꝙ excommunicatio istā non tollit, nec absolutio tribuit: sed iusta excommunicatio supponit eā ablatā, & iusta absolutio restitutā: iniusta nequaq;. 6 Secūda conclusio est, ꝙ est secūda participatio ex intētione gñali, quam aufert excommunicatio, & reddit absolutio iusta: quia non est in tētio Ecclesiæ in communibus orationibus includere illos, qui separati sunt ab ea: sicut sunt Iudæi, Saraceni, hęretici, excommunicati: sicut cū aliquis vult dare aliquid communitati, non intēdit ꝙ præcisi ab illa communitate sunt participes. 7 Tertia conclusio est, ꝙ est tertia participatio ex speciali intētione, sicut homo orat ꝓ patre & matre, & ista potest dirigi ad quēcunq;: sicut in Paraſceue orat Ecclesia ꝓ oībus ab Ecclesia præcisis, vt redeāt ad gremiū matris Ecclesiæ. Sed ista etiā pro multis simul fiat adhuc est communis: vnde non debet simul fieri ꝓ excommunicatis & non excommunicatis, sed seorsum: verbi gratia. Quilibet de ordine ad cuius beneficia sunt aliqui specialiter recepti debet intēdere, ꝙ illi habeāt speciale participiū in bonis suis sub conditione. s. si non sunt excommunicati, siue sint peccatores siue iusti. Sed si aliqui sunt excommunicati, tūc potest ꝓ illis specialiter orare. Si aūt excommunicati sunt mortui, licēt non sit ꝓ eis orandū publice ꝓpter scādalū, si non fuerint absoluti, ab illo tñ qui credit ꝙ sunt mortui, in charitate potest intēdi ꝙ sint participes suorū bonorū: qa iā non sunt ligati. 8 Quarta conclusio est, ꝙ Ecclesia cū sciat se posse errare, videt tñ nolle aliquē lædere iniuste: ꝓpter quod ipsa non intēdit excludere iniuste excommunicatos à participio secūdi modi: & si licet intendere cū cæteris non excommunicatis, & ꝓ excommunicatis iniuste. 9 QVANTVM ad secundū, ꝙ in Ecclesia debet esse excommunicatio: sunt tres conclusiones. Prima, ꝙ excommunicatio debet esse in Ecclesia, qa illud debet esse in ouili, quod est necessariū ad bonū gregis: licet videat nociuū vni ouī: sicut ꝙ ouis morbida curetur si potest, si non expellat: ne totus grex inficiat. Et sic vt ouile Christi sit sanū & non morbidū: qñ vna ouis mortali morbo laborat: monitionibꝰ medetur. Si autem per contumaciā appareat insanabilis plaga eius: tūc ab ouili ejciēda est, ne contagione pestifera plurimos perdat. Vnde Apostolus. Tradidi eū sathanæ in interitū carnis: vt spūs saluus fiat. s. eiꝰ & aliorū. 10 Secūda conclusio est, ꝙ ex hoc sequit̄, ꝙ excommunicatio non nisi ꝓ mortali debet infligi: qa ille solus iudicio Ecclesię est præcidendus, qui iudicio Dei creditur præcisus. Vnde cū sentētia iuris non sit iniusta, potest ita formare homo conscientiā suā, ꝙ vbi non peccat mortaliter, nunq̄ incurrit sententiā iuris: quia iniuria dicitur esse oē quod non iure fit. Non debet aūt vñ iura nascūtur, inde nasci

Arti. 1.

Diffini. excommunicatio.

Triplex participatio suffragiorū quorū excommunicatus aliquando est particeps, aliquādo non.

Religiosi in cōmuni non orant ꝓ excommunic.

Arti. 2.

Excommunicatio est necessaria.

Excommunicatio ꝓ solo mortali infligenda est.

iniuriæ occasio. C. Vnde in. l. Meminerint: vñ cũ sit iniuriosa excõicatio quæ fertur sine mortali, nõ est sẽtẽtia iuris vbi nõ est mortale. 11 Tertia cõclusio est: ꝙ cũ hoc requiritur cõtumacia, quæ est signũ incorrigibilitatis quæcunq; sit, aut in nõ veniendo, aut nõ parẽdo, aut nõ permanẽdo. Si autẽ sine mortali aut cõtumacia vera vel præsumpta, & similiter crimine vero vel verisimiliter præsumpto feratur excommunicatio, est iniusta.

Cõtumacia requisita est ad excommunica.

Arti. 3. Excommunicatio iniusta quando timenda est.

12 QVANTVM ad tertiũ: ꝙ excõicatio est timẽda sunt duæ cõclusiones. Prima, ꝙ licet sit iniusta est tamẽ timẽda: si sic sit iusta, ꝙ nõ est nulla, sed solũ annullãda, siue sit iniusta ex parte excõicati qui est innocẽs in illo facto, siue ex parte excõicantis, qui ex odio, aut per gratiã, vel sordes tulit excõicationẽ, siue ex ordine: quia per falsos testes, aut sine monitiõe vel scriptis, vel aliter. Vnde Gre. in Homi. de octaua Paschæ: dñica in albis: Sentẽtia pastoris siue iusta siue iniusta timenda est: & ꝓpter culpã & propter pœnã. Propter culpã dico, quia peccat peccato inobediẽtiæ si nõ eã teneat, quousq; ꝓcurauerit se absolui ab illo, vel superiore. Itẽ ꝓpter pœnã, quia ex quo sentẽtia nõ est nulla, ita incurrit qui eã non seruat pœnas iuris, sicut si esset iusta. 13 Secũda cõclusio est, ꝙ si est iniusta, quia est ipso iure nulla, q̃uis aliqñ quod nihil est in se habeat ligamẽ iuris, vt matrimoniũ de facto contractũ, vel spõsalia causant publicę honestatis iustitiã: qñ fuerũt nulla, aliter q̃ per defectũ cõsensus, non tñ in ꝓposito. Vnde ꝓpter pœnã iuris timẽda nõ est, qa secundũ veritatẽ nullã pœnã iuris incurrit, qui sententiã quæ nulla est, nõ custodit, sed propter culpã timẽda est ratione scandali. Sed sicut dicit Boetius, quædã sunt animi cõceptiones cões apud omneis, quædã apud sapiẽtes. Qñ ergo sapiẽtibus notũ est sẽtẽtiã esse nullã, q̃uis apud vulgus nesciat, põt hõ nõ seruare eã in occulto, sed in publico debet eã seruare, quousq; scandalũ rationabiliter sedauerit: vt sicut aliquis publicè excõicatur & denũciatur: ita ex aduerso ipse publicet causam, qñ sententia nõ valet, puta appellationẽ vel aliã iustã causam, quo facto amplius nõ est scandalũ pusillorũ, sed Phariseorũ: vnde est cõtemnendũ. 14 QVANTVM ad quartũ sunt quinq; cõclusiones. 14 Prima, ꝙ sententia excõicationis est nulla ex parte excõicantis, qñ de se excõicare nõ potuit ꝓpter defectũ iurisdictionis, vel vsus: qa à nõ suo iudice lata sentẽtia nõ tenet, vel quia excesit fines mãdati, si erat delegatus. De resti. spol. c. vlti. vel qa cõtra intentionẽ delegãtis de præben. c. vlti. Vel qa excõicatus. 24. q. 1. Audiuimus, vel si est suspensus à iurisdictione, vel intrusus. 12. q. 2. Alienationes. c. vl. §. vl. & si ab vno delega. sine alio, qñ nõ est ibi illa clausula ꝙ si nõ oẽs. de offi. dele. Causam matrimonij. 15 Secũda cõclusio, ꝙ secũdo est nulla ex parte excõicati, vt postq̃ appellauit: qa sententia lata post appellationẽ legitime interpositã est nulla ipso iure. de offi. dele. Cum contingat. de sen. excõ. Per tuas. Idẽ autẽ est si se protectioni sedis Apostolicæ cõmisit, nesciẽs vel nõ audiẽs, vel nõ potẽs aliter appellare. de appellationibus. c. Ad audientiã. Idẽ post iter arreptũ ad Papã. e. ti. Dilecti filij. de do. & cõtu. c. Cum olim. Idẽ post reuocationẽ totius negotij à Papa, vel à superiore qui potuit reuocare vices suas: nelit. pẽ. c. fi. Idẽ si post remissionẽ factã ad Papã de appellatione, vtrũ vel qñ post recusationẽ legitimã. de appellat. Ad hoc. c. Proposuit. l. de exempla. Quia oẽs hi casus æquipollẽt appellationi. dico autẽ legitima, qñ erat talis causa, ꝙ probata reputaretur sufficiẽs: & qñ nõ sit in causa fidei, in qua nõ est locus appellationis: nec sit monachus appellãs nè secũdũ regulã corrigatur: de appel. c. i. & qñ lata est sentẽtia sup illo negotio, pro quo est appellatũ, quia sec⁹ si super alio in quo remãserat vt iudex nisi fuisset iã recusatus vt suspectus. Et idẽ est si appellatio fuit interposita post sententiã latã sub cõditione, ante cõditionis existentiã: vt quia excõicabat nisi infra talẽ diẽ solueret vel faceret: quia ista nõ secũ trahit executionẽ. de appel. Dilecti filij. c. Preces. c. 2. Si autẽ post sententiã pure latã licet ante denunciationẽ, nõ suspẽderet eã. de app. Pastoralis. 16 Tertia cõclusio, ꝙ excõicatio est nulla tertiò ex parte sentẽtiæ, qñ habet errorẽ intolerabilẽ expressum, qui est vel cõtra ius diuinũ, vel cõtra ius cõstitutionis Papæ: nõ dico cõtra ius litigatoris. de sen. & re iudi. c. Inter cæteras. de ex. præla. c. Dilectus filius. Dico autẽ errore siue in cõclusione, siue in narratione: dũ tñ in aliqua parte ipsius sentẽtiæ: nõ sic autẽ si in actis. Vnde dicat excõico Papã vel excõico te: quia facis eleemosynã. Similiter si excõicat audiẽtes sermones Prædicatorũ, & Minorũ in domibus suis, qa de iure certum est hoc esse licitũ per decretalẽ Benedicti, inter cunctas: quæ tñ nunc dicitur reuocata in Cõcilio Viẽnensi. Si autẽ diceret audiẽtes sermones eorũ in parochijs: qa illud põt eis nõ licere: puta, nisi placeat curato, valeret.

Snía est nulla ex errore intolerabili.

Nota.

memoria clericos pedagiant: quia de antiquis pedagijs Papa intelligit, non de nouis. 35 Nec valet si dicatur q̄ ad refectionē pontiū itinerūq; clerici debēt conferre: quia ita habēt ipsi transire & sua per pontes & viā sicut alij. Et similiter quia exactos pedagia ita habet eos & sua seruare sicut alios laicos, & ideo pari ratione videtur teneri sicut laici. 36 Et dicendum q̄ non est verū: quia clerici & religiosi vbicūq; sunt in toto mūdo, sunt constituti vt pro omnibus orent: & ideo cōtribuunt quod melius est. s. spiritualia. Vnde ad præstationē carnalium non tenētur. Vnde terra sacerdotalis à canone præstationis quintæ partis libera fuit. Gene. 44. 37 Quintus pignus continet duos casus. scilicet vigesimūnonum in berenga. qui est, cōtra illos qui repressalias seu pignorationes vbi vnus pro alio pignoratur cōtra personas Ecclesiasticas cōcesserint. Secundus. s. trigesimus: est contra illos qui repressalias à consuetudine: quin potius ab vsu cōcessas ad illos prorogauerit, nisi præsumptionē huiusmodi reuocauerint infra mensem à concessionis seu extensionis tēpore cōputādum. Tales enim si personæ fuerint singulares excōmunicationis sententiā incurrant. Si verò vniuersitas Ecclesiastico subiaceat interdicto: vt in nouella Domini Greg. decimi de iniurijs. Et si pignorationes. 38 Tertius versus de eodē. Grauans, extrauagans, electio, turbine, locans. 39 Primus grauans continet duos casus. Primus qui berenga. est trigesimus primus, est contra illos qui pro eo quod in reges, principes, & barones nobiles, baliuos vel quoscunq, ministros aliosue quoscunq; excommunicationis, suspensionis, seu interdicti sententia fuerit promulgata: licentiā alicui dederint occidendi, capiendi, seu aliās in personis seu bonis suis vel suorum grauandi eos qui tales sententias protulerint, siue quorū sunt occasione prolatę, seu easdem sententias obseruantes siue taliter excōmunicatis cōmunicare volentes: nisi licentiā ipsam re integra reuocauerint: vel ipsa bona infra octo dies restituerint: vel satisfactionem impenderint pro eisde: si ad bonorū captionem occasione licentiæ ipsius sit processum. 40 Secundus qui est trigesimus secundus, est contra illos qui ausi fuerint licentia data vti, vel aliquod præmissorū cōmittere suo motu in nouella Domini Greg. decimi. de sen. excō mu. Quicunq;. Et sciendū q̄ per verbū grauādi intelligitur, no solū quo ad animū: sed quo ad factū: quia si nō fecerint gratiā quā erant facturi: vel fecerint iustitiam quam non erant facturi: & non liuore vindictæ faciunt vel omittunt: in nullo grauant: licet in grauamē faciant. 41 Nemini enim iniuriā facit q̄ iure suo vtitur. 41 Secūdus extrauagans cōtinet tres casus. Primus qui est trigesimus quartus. est cōtra religiosos qui in scholis seu alibi temere suæ habitū religionis dimittūt. Et ex hoc patet apostatantes à religione forecōmunicatos. Vbi tamē est aduertēdum, q̄ non solum si dimittat apostatando: sed etiā si aliās ex turpi causa: vt de nocte ad eundū ad lupanar. incidit. Secus autē si ipse habitū nō dimittat: sed intus abscōdit: & alio tegit nē agnoscatur. maximè si propter bonā causam hoc facit, vt puta quia equitat & non vult agnosci cuius sit religionis: dum tamen sit habitus religiosus. Qui autē metu latronum dimittit: non temere dimittit. Vnde versus. Vt tutius peterē laici sub imagine Romam. Fas fuit vt fineré luxuriare comam. Nam qui sic habitum mutauit in scholis vt religiosi non appareant: non excusantur. Est autem alius habitus religiosi in monasterio & extra. Vnde licēt superpelliceum sit proprius habitus canonici regularis: si tamen iuxta consuetudinem sui monasterij illud dimittit vel abscōdit, habens tabardum rotundum & honestum, non temere dimittit: qui autem iocosa leuitate ad horam: vt curat: vel lapidem proijciat: deponit: non incidit: quia nō est verisimile hoc principem voluisse: & in quibuscunq; minutis tantū laqueū posuisse. 42 Secundus qui est trigesimus quintus. est contra religiosos: qui accedunt ad quæuis studia literarum, nisi à suo prælato cum consilio sui conuentus vel maioris partis eiusdem cōsilij eundi ad studiū licentia primitus sit concessa: quod intelligēdum est quando vadit ad scholas extra patriam. Non enim si ad scholas eiusdem villę vult ire: & statim redire oportet quod abbas ad licentiandū eum conuocet conuentum. Item intelligitur de illis qui actu residēt in conuentu. Nam priores qui sunt extra de licentia solius abbatis, possunt ire ad scholas: ratio autē primi est: quia sicut abbas sine assensu conuentus non posset rem notabilem ad tempus nō modicum alienare: sic nec personā. 43 Tertius. qui est trigesimus sextus. est contra illos doctores siue magistros: qui religiosos habitu suo dimisso, leges vel physicam audiētes scienter docere: aut in scholis suis præsumpserint retinēre: vt in nouella Domini Bonifacij: ne clerici vel mo. nè periculosa. Circa quod est sciendum, quod audientes cum eo non sunt excommunicati sicut doctor: quia ille cooperando ei, participat ei in crimine. illi autē non: quia auditio dependet ex lectione: non autē auditio vnius ex auditione alterius: sicut nō dicitur participare in crimine qui facit simile crimen: sed qui cooperantur illi ad illud: & maxime: qñ id qđ est crimē vni, nō est crimē alteri: sicut hic. 44 Tertius. electio cōtinet vnū casum: q̄ est trigesimus septimus. cōtra illos q̄ clericos vel quoslibet alias personas Ecclesiasticas: ad quos in aliquibus Ecclesijs monasterijs: seu alijs pijs locis spectat electio: vel cōsanguineos eorudē: aut ipsorū Ecclesias, monasteria, siue loca bonis suis per se vel p alios spoliādo, seu aliās iniuste persequendo grauare præsumpserint: pro eo q̄ illi rogati seu alias inducti cum pro quo rogabantur seu inducebantur eligere noluerūt: vt in nouella Domini Grego. decimi. de elec. Sciant cuncti. Quod intelligendū est de grauante iniuste de illo qui: quia rogatus: igitur. Si nō fuisset rogatus: secus esset: quāuis aliqui extēdāt ad oēm casum vbi esset eadē ratio. 45 Quartus. Turbine cōtinet vnū casum: qui est quadragesimus. contra illos, quos ad dirigendas moniales in suis electionibus contingit euocari: nisi ab his abstineant: per quæ inter eas sub faciendis ipsis electionibus oriri possit discordia. Et nota quod in hūc casum incidit aduocatus, qui amore lucri persuadet appellare contra canonice electam. Secus si bono zelo consuluerit iustā appellationē. 46 Quintus. Locans est primus in berengarium. inter casus tangentes correctiones criminum. s. magister vel scholaris Bonoñ. conducēs domum ante tēpus finitæ locationis: qua inhabitat, vel hospitē alloquens inquilino irrequisito. Et dicit glos. quod hoc non est extendendum ad scholares aliarum ciuitatum. Inno. dicit similiter quod localis est. Host. quod generalis: sed primam approbat consuetudo. Vnde Parisijs non reputatur talis excōmunicatus. 47 Sequitur de casibus qui respiciūt correctionē criminum & cōtinentur in his versibus: quorum primus. Est crimen, asisisius, nauta, statuit, quoq; præsul. 48 Primus crimen. est secundus in Berengar. cum quis participat in crimine criminoso propter suū crimē excōicato: vt de sen. excō. Nuper. &. c. Si concubinæ. Illa tamē sententia videtur esse nō canonis: sed hominis secundū Beren. in. c. nup. Sed re vera est sententia iuris & nō hominis: quia sententia hominis nō trāsit in tertiā p̄sonā nō cōprehensam: sed ius extēdit eā. Vnde si ipsemet qui sententiam tulit, vel superior eo: aut alius q rōne etiā delicti nō fortiretur forū: p̄ticiparet in crimine: ligaretur sententia iuris papalis: nō autē ipe

Cauillatio laicorum.

Rñsio doct.

Casus. 10. cōtra cōcedentes re præssalias in damnu clericorū

Casus. 11. cōtra dātes licētiā capiendi eos qui regem excōmunicauerint.

Casus. 12. cōtra religiosos dimittentes habitū.

Papa minutis nō intendit ponere sententiā excōicationis.

Casus. 13. cōtra grauātes electores.

Casus. 14. cōtra impediētes directo-resmonialiū i suis electionibus.

Casus. 15. cōtra cōductores in bononia.

Quartū genus excōicationum. De correctione criminum. Casus. 1. cō trapartipātes i crimie.

Papa qui nulli iuri subest. Vnde si cõtra clericos bibentes in tabernis est sententia lata: qui etiam eis ibi propinant vinum ad bibendum: etiam si exemptus esset, sententiam iuris incurreret. Non sic autẽ cũ eo biberet: quia non propter hoc ei cooperaretur: sicut si excommunicatus est qui missam dicit in tali capella sine licentia episcopi: qui eum iuuat incidit: non autẽ qui sine adiutorio missam audit. Nec oportet distinguere vtrum illud sit de se delictũ vel vtrunq;: quia licet iuuare ad missam vel propinare vinũ, non sit de se malũ: & per consequẽs videtur iniustum hoc ligari: nec sententia iuris potest esse iniusta: tamẽ sicut dare gladium furioso est malum: sic iuuare ad missam illum cui non licet celebrare, vel dare vinũ quando non licet bibere, est peccatum: quia agentes & consentientes pari pœna puniuntur. Ad Roma. 1. Qui talia agũt digni sunt morte: non solũ qui faciũt ea: sed qui consentiunt faciẽtibus. Vnde secus est de illo qui bibit in eadẽ taberna, cui displicet quòd ille est ibi, & de illo q audit missam, cui licet displiceat ꝙ alius audit cũ eo: nõ tamen ꝙ ille cantat. Et sic magis consentit illi cuius missam audit, quàm cũ quo audit. Et quidẽ cũ vtroq; participat: sed nõ in crimine quia nõ cooperatur. Itẽ requiritur ꝙ cooperetur illi crimini: ꝓpter quod est lata sententia. 49 Scdo. Assisi' cõtinet tres casus. Primus q est tertius. cõtra illos qui quẽpiã Christianorũ p antichinos vel assassinos interfici fecerũt. 50 Scds. qui est casus quartus: cõtra illos qui hæc fieri mandauerũt: etiã si mors nõ sequatur inde. 51 Tertius. q' est quintus, cõtra illos qui antichinos vel assassinos receptãt: defendũt, vel occultãt: vt decre. dñi. Inno. 4. de homici. pro humani. 52 Tertius. nauta cõtinet duos casus. Primus. qui est sextus, cõtra illos qui Christianos pro negociatione vel alijs honestis causis nauigantes capere: aut rebus suis spoliare præsumunt. 53 Secundus. qui est septimus, contra illos qui Christianos naufragiũ patientes spoliant rebus suis: vt de rap. excõicamus. 54 Vbi sciendũ, quòd in hoc primo casu dicitur honestis causis, propter piratas & illos qui Saracenis aliqua prohibita, portãt: & qui aliàs iniuste in mari bellũ ducũt. Alijvero prædones nõ sunt excõicati. ergo principes qui accipiũt bona naufragorũ excusari non possunt: cũ hoc sit cõtra omnẽ æquitatẽ: quia afflicto nõ est danda afflictio: nisi accipiant intẽtione reddendi dñis: quandocũq; cõpareant: quibus non comparentibus in pios vsus distribuãt: vel de licentia episcopi fisco addere possunt, ad defensionem portus. Nec valet excusatio calua: quòd in naufragio merces proijciens habet eas pro derelictis, & sic nullius hominis sunt: & propter hoc occupanti cõcedũtur: quia ille nunquã habuisset eas pro derelictis: si speraſſet se posse reinuenire eas. nec excusat consuetudo, quia est contra ius naturale. 55 Quartus statuit cõtinet vnũ casum: qui est octauus: cũ quis incidit in factũ dãnatũ per statutũ hominis factũ sub illa forma: vt qui contra fecerit sit excõicatus. vt de sen. excõmu. à nobis. 56 Vbi est sciẽdũ quòd hic dicitur sententia iuris: nõ papalis: sed episcopalis, aut synodalis: aut concilij. Vnde ille qui subest statuenti ratione sui vel delicti incidit: non alius: & in loco vbi statuens potuit statuere vel excommunicare, cum statutum concilij liget bene in diœc. suffraganeorũ: quia innititur non solum auctoritati archiepiscopi: qui in diœcesi suffraganeorum non potest fulminare: sed etiã omniũ episcoporũ quorũ quilibet hoc in sua diœcesi poterat: sed statutum archiepiscopi vel synodi in sua tantum diœcesi, sicut statutũ legati in prouincia sibi decreta. Vnde etiam extra territorium subditus non ligatur. de consti. c. 2. §. Statuto. 57 Itẽ intra territoriũ nõ ligantur probabiliter ignorantes: vt in ea ti. c. 1. li. 6. quia statuta ciuiũ non ligant ignorãtes. ff. de decre. ab ordi. faciẽdis. vlt. Archiepiscopus. igitur indicẽ. suffraganei faciens contra eius statutum non ligatur: quia licet sit sententia iuris: non tamen Papalis cui subest: sed episcopalis cui non subest. Durat autem hæc sententia etiam post mortem: quando est per modum statuti: sicut statutum legati, est perpetuum: nisi per successorem reuocetur. quæ verò promulgatur per modũ sententiæ durat tantũ ad tẽpus regiminis. dico respectu futurorum. 58 Quintus quoq; præsul. cõtinet vnũ casum: qui est nonus: contra illũ qui in ciuitate vel diœce. alterius vicariæ siue præsulatus officiũ exequendo se ingerit cõtra formã decre. de offi. ord. qm̃ in plerisq;. vt ibi dem. hic autẽ casus raro contingit. Vnde si quis inuito Episcopo Episcopalia vellet ibi exercere, vel crucẽ ferre extra prouinciã videretur incidere. 59 Secũdus vers' ad eandẽ materiã. Cõseruãs: cogens: fraus: fœnerat: atq; remittens. Primus. cõseruans est decimus: qui est contra partẽ: quæ procurauerit, quòd cõseruator suus se intromiserit de alijs quàm de manifestis iniurijs & violentijs: vel ad ea quæ iudicialẽ imaginẽ exigunt suam exegerit potestatẽ: vt in nouella domini Bonifacij. de offi. deleg. hac cõstitutione. Et huuc casum habent timêre scholares Parisienses: qui sæpe priuilegijs abuntur. hoc non habet locum in illo qui nõ tantum est conseruator: sed etiam iudex in non manifestis. 60 Secundus. cogens. est vndecimus: contra illos qui absolutionem ab excommunicationis sententia vel quancunq; reuocationẽ ipsius: aut suspensionis aut interdicti: vi, vel metu procurauerint. vt in. 6. li. de his quæ vi metus ve causa fiunt. absolutionis. & in concil. Bituricensi. co. ti. c. Cum parũ. Et hic casus intelligẽdus est de metu cadente in cõstantem virũ, stupri siue status, verberum atq; necis: siue hoc sit pro se: siue pro alio: quia non distinguitur sed si præpos[it]' vel balliuus saxiat omnia tẽporalia episcopi quoasq; eum absoluerit, videtur iustus metus qui est sub periculo maioris partis bonorum. Sed si nõ incidit in istã sententiã, quasi metus nõ cadat in constantem virũ: incidit in illã. extra. c. Quicũq;. quia grauat ferentẽ sententiã: quia facit eã tenêri. cũ nõ vult eã soluere. 61 Tertius Fraus. qui est duodecimus. est cõtra illos qui fictionem vel fraudẽ faciunt ad causam inueniẽdam, ꝙ iudex vadat psonaliter ad aliquã mulierẽ pro recipiendo testimonio suo. vt in nouella domini Bonifacij. de iudi. mulieres. & hic casus raro contingit. sed posset contingere si quis hic fingeret vt ad mulieres sub clausula morantes intraret. 62 Quartus: fœnerat. cõtinet tres cas'. Prim' qui est tertiusdecimus. est cõtra personas ecclesiasticas: episcopis inferiores: quæ alienigenas & alios nõ oriundos de terris eorũ, publice pecuniã fœnebrem exercente. vel exercere volentes ad hoc domos in terris suis conducere: vel conductas habere: aut aliàs habitare permittunt. 63 Secũdus qui est quartusdecimus: est cõtra illos qui vsurarios manifestos de terris suis infra tres mẽses nõ expellunt. 64 Tertius. qui est quintusdecimus. est contra illos qui ad fœnus exercendum: domos illis locant: vel sub alio titulo quocunq; cõcedunt. personæ enim singulares excõmunicatiõis. si autẽ collegium vel vniuersitas in his deliquerit interdicti sententias: ipso facto incurrunt. quod si per mẽsem aũo sustinuerit indurato, terræ ipsorũ quandiu in eis eidẽ vsurarij cõmorantur: extunc Ecclesiastico subiaceãt interdicto, vt in sexto libro de vsurarijs, vsurarũ. Ex textu autem illius decreta lis colligitur euidenter, quòd aliud est interdictũ vniuersitatis seu collegij. aliud interdictum ciuitatis vel alterius loci. In primo casu, si vniuersitas alicuius loci interdicta: nihilominus clerici possunt alta voce pulsatis

Exẽptus propinans in taberna vinũ clerico ẽ excõ. sicut clericus. Vide durandũ hic q. 5.

Casus. 2. cõtra procurãtes homicidia per antichinos.

Casus. 3. cõtra spoliantes naufragos.

Principes cõtra oẽm æqtatẽ agũt ac cipiẽtes bona naufragorum. De hoc. supra. di. 15. q. 2.

Casus. 4.

Casus. 5. cõtra ẽpm qui alterius ẽpi iura sibi vẽdicat.

Casus. 6. cõtra procuratores.

Parisiẽ. hũc casum notẽt

Casus. 7. cõtra procurãtes via absolutionem.

Casus. 8. cõtra fraudem inuenientes in iudicio.

Casus. 9. cõtra permittẽtes vsurarios & alias illicitas psonas

pulsatis cãpanis & aperrtis ianuis celebrare. excõmunicà cis tamẽ & interdictis aliquatenus nõ admissis. In secundo casu, cũ ciuitas vel locus alius subiacẽt interdicto, nõ põt celebrari ibidẽ: nisi prout hẽ in. 6. li. de sentẽ. ex. Alma. & probãtur prædicta de sen. excõ. Si sentẽtia. eo. lib. Et sic. de. Papam nostrum vidimus sentientem, hæc sunt verba berẽgarij. hic tamen intelligendũ, ꝙ soli clerici inferiores episcopis incidũt: laici verò sunt excõicati. Itẽ requiritur quòd illi sint alienigenæ & publici vsurarij. 65 Quitus. atq; remittẽs. continet duos casus. Primus qui est decimussextus. cõtra illos qui propter mortis periculũ, aut aliud impedimẽtũ legitimũ, ab alio quàm ab eo à quo absoluẽdi fuerant de iure absoluti cessante postea periculo vel impedimento huiusmodi se illis à quo cessantibus his absolui debebãt: quàm cito cõmode poterunt se contemperint præsentare, mandatũ ipsius sup illis pro quibus excõmunicati fuerant recepturi, & satisfacturi prout iustitia suadebit. 66 Secũdus qui est decimusseptimus. & est contra illos quibus cum à sede apostolica vel legatis ipsius, absolutionis beneficium à quibuscunq; sententus consequuntur iniungitur: vt ordinariorum suorũ vel aliorum quorũlibet suscepturi pœnitentiã ab eisdem se conspectui repræsentent. & paßis in iuriã seu his quibus propter hæc obligati existunt: satisfactionem exhibeant cõpetentẽ. si hoc cum primum cõmode poterunt non curauerint adimplere, tam isti enim quàm illi in pristinã excõicationis sententiã ipso facto relabuntur. vt in decre. dñi Bonifacij. de sen. excõ. Eos in cuius principio patet: vt propter mortis periculũ vel aliud impedimentum quodcunq;, ab alio quàm ab eo ad quẽ de iure absolutio pertinet: excõicatus absolui nõ debet: si ad eũ recursus haberi potest: vel ipsius copia potest haberi. 67 Vbi sciẽdũ ꝙ hic casus nõ extẽditur ad aliorũ remissiones: nisi q̃ hic exprimuntur: puta si alius prælatus quàm Papa, aut legatus remittat, sicut pœnitẽtiarij Papæ sæpe faciũt: vel fortè idẽ in oĩbus: quia eadẽ ratio. 68 Tertius versus circa hoc idẽ. Regula. sepulchra. munus. pedagia. pyra. Primus. regula. cõtinet tres casus. Primus. qui est decimusoctauus. cõtra illos qui cõstitutioni dñi. Nicolai tertij. de ver. signi. Exijt: factã de intellectu & expositione regulæ. b. Frãcisci: ac de ipsius regulæ ordinisq; fratrũ minorũ approbatione, aliter q̃ grãmaticaliter exponendo glosare præsumpserint. 69 Secũdus. qui est decimusnonus. cõtra doctores seu lectores: qui docuerint in publico ex certa scientia & deliberatione intellectum deprauantes constitutiones ipsius. 70 Tertius. qui est vigesimus. est contra facientes cõmẽ cũ scripturas: siue libellos: ac ex certa scientia & deliberatiõe determinãtes in scholis: seu prædicãtes contra ea, quæ in cõstitutione cõtinentur prædicta. Omnes prædicti sunt excõicati: vt in eadẽ decre. circa. fi. 71 Secundus. sepulchra. est in extra. Bonifacij: quæ incipit. Detestandæ. vbi excõicãtur: q propter sepulturã humana corpora diuidũt: exẽterant: vel laniant. 72 Tertius munus. est casus eiusdẽ. Bo. vnde fecit aliam cõstitutionem extrauagantẽ: per quam sunt excõicati quicunq; alicui officiali curiæ romanæ aliquid dederint prætextu beneficij impetrandi: sed illa dicitur esse reuocata ab isto papa. 73 Quartus. pedagia. sicut dicitur in cõstitutionibus Simonis legati. de immuni. Eccle. c. 1. Sedes apostolica excõicationis sententiã in omnes noua cõstituentes pedagia olim duxit promulgandã, ipsam annis singulis in certis festiuitatibus soleniter renouando: sed tunc est sententia hominis: non iuris. 74 Quintus. pira. dicit Hosti. ꝙ piratæ excõicãtur ab ore summi pontificis ter in anno. vnde nec ista est sententia iuris: sed hominis. 75 Alij sunt noui casus in cõstitutionibus nouissimus Papæ Clemẽtis. qui nunc est vnus illorũ. est contra non obseruantes interdicta vel cessationes: quæ mater Ecclesia seruat. sequitur quartus versus. Hos quadraginta ligatos fert. id est dicit canonista. 76 Vltimo ponẽdi sunt decem casus Simonis legati: qui continentur in istis tribus versibus. Eligit & citat: absoluit, lisq;, voluntas. Pedagia: bannaq; trahens: famulus quoq; festa. Simone damnatum cõputa decalogum. Hi autem casus solum ligant in regno Franciæ. 77 Primus. eligit. cõtinet quatuor casus. quorum primus est. quòd quicunq; per seditionẽ: conspirationem: conuentionem habitam, simul cũ alijs qualibet firmitate vallatam, impedimentum latens vel patens præstiterit: quo minus Ecclesijs, vel dignitatibus, vel administrationibns quibuscunq; per illos ad quos earundem per viam electionis, vel postulationis spectat prouisio. libere valeat prouidẽri. 78 Secundus. quòd illi etiam qui popu'um vel turbam potentesue quoslibet concitauerint: vt in tanto facinore opem ferant: quorumue data opera, suggestione, vel consilio populus turbaue cum armis vel sine ad hocvenerint. Tertius. quòd illi qui in loco vbi est electio vel postulatio facienda: tumultum fecerint in ipsos electores, vel eorũ aliquos irruendo: seu eidem loco fracturam seu violentiam inferendo: seu personis electorum notabilem iniuriam irrogauerint. Quartus. quòd ille etiam qui ad prædictum impedimentum præstandum opem, vel consilium dederit, ipso facto est excõmunicatus: & eius familia interdicta: præter aliàs pœnas quas ibidem recitat. eo ti. c. de elec. in totius. 79 Secundus. citat. continet duos casus. quorum primus est. quando delegatus legati, siue sit conseruator, vel iudex alius mandat sic citari: quos lator præsentium vobis nominauerit. Secundus citat. cõtinet duos casus. quorũ primus est. qñ delegatus legati, siue sit conseruator, vel iudex alius mandat fic citari. quos lator præsentiũ vobis nominauerit. Secundus quãdo raptum suũ extẽdit ad personas sibi non contentas, prætextu ferendi testimonij, vt fatiget laboribus & expensis. Vtroq; enim casu est excommunicatus. de offi. dele. c. 1. Tertius. absoluit quando delegatus legati qui pro absolutione à sententia tulit. vel relaxatione ịponit pœnas pecuniarias vel alterius rei, pro emenda excõicationem incurrit: à qua nõ põt absolui, nisi per legatũ. & tunc demũ quãdo cũ omni interesse restituerit sic extorta. de offi. deleg. c. 2. Aliàs autem iure cõmuni absoluendo pro culpa excommunicationis, potest imponi pœna pecuniaria. de sen. excommu. c. Venerabilibus. Aliàs. ca. Cæterum. & deniq; vbi est talis consuetudo. 80 Quartus. lisq;. qui compellit desistere actorem à litigando in foro Ecclesiæ, & respondere clericum coram laico allegato fori priuilegio incurrit. de foro compe. c. vno. & de immuni. Eccle. c. vlti. 81 Quintus voluntas de testamentis. c. vno. qui testamẽta facta canonice: pro eo vult irritare ꝙ scabinus non interfuit: vel aliquid huiusmodi. 82 Sequitur secundus versus. pedagia. Qui pedagia clericos & personas Ecclesiasticas: & est sextus. Septimus. bãna. Excõmunicatus est qui facit bannum, vel præcepta contra libertates Ecclesiæ: vel consuetudines Ecclesiarum antiquas. eod. c. §. Cum iure canonico. 83 Octauus. que trahens: Qui extrahunt de Ecclesia confugientes ad eam. eod. tit. ca. Quorundam vel est in. c. sanguis fuga. Et idem est si victualia negantes per famen exire cogunt. 84 Nonus famulus. qui famulos iudicum Ecclesiasticorum male retractauerint. de pœnis. c. vno. 85 Decimus. quoq; festa. est vna extrauagans eiusdẽ legati, quæ intitulatur de festis secundũ diuersas nationes Parisijs celebratis. vbi primo redarguit comeſſationibus: potationibus: atq; alijs reprobandis actibus

Casus. 10. cõtra absolutos ab alienis qui sperant præsentare se ordinarijs.

Casus. 11. cõtra expoñẽtes decretalem Exijt. Sententia revocata ẽ dicãtho. flo. 3. ẽte ti. 24. c. 69.

Casus. 12. cõtradiuidẽtes corpora humana.

Casus. 13. cõtra dãtes officiali mu nera pro beneficioimpetrando.

Casus. 14. cõtra instituentes noua pedagia.

Casus. 15. contra piratas.

Quintũ genus excõmunicationum. qui tãtum ligat in regno Franciæ.

actibus intendentes: choreas & alia ludibria exercentes. Et qui arma sumunt & armati incedunt nocturno tempore cateruatim, perturbantes tumultuosis ac inhonestis vocibus ciuitatē, aliaq; vana committentes: Et finaliter concludit sic. Insolentias: enormitates, ludibria, & excessus prædictorum prohibentes, eos qui cōtra nostrā prohibitionem venire præsumpserint: siue talia fieri procurauerint: vel vt fiant opem, operam, vel consilium dederint, vel fauorem seu consensum, excommunicationis sententiā: quam in ipsos proferimus ipso facto volumus subiacere, sed ista est localis Parisiis tantum ligans: non in alio studio. 86 Ad argumentum dicendum: quòd cum medicinalis sit excommunicatio: non mortalis ipsa non tollit mititatem legis.

QVAESTIO QVARTA.

De effectu excommunicationis.

Tho. 4. d. 18. q. 2. ar. 1.

QVAERITVR quarto de effectu excōmunicationis. Et videtur quòd non possit habere aliquem effectum: quia non ens vel priuatio non est causa alicuius entis: sed per hoc quòd aliquis excōmunicatur nihil fit in eo nisi relatio rationis, & priuatio communionis. ergo, &c. Contra quia tradit hominem Sathanæ: vt dicit apostolus. Respondeo dicendum: quòd in generali excommunicatio duos habet effectus. Primus & maximus. est separatio à diuinis. Secundus est. separatio à fecūdūtheo. quocunq; legitimo actu & consortio fidelium. Nam cōsortium infidelium est iure diuino: etiam nō excommunicato prohibitum. 2. ad Corin. vj. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Vnde non est propter hoc concessum excommunicanti: sed secundum iuristas excommunicatio habet quinq; inter alios effectus notabiles. 2 Primus. quòd non debet Ecclesiam intrare etiam si non dicantur ibi diuina. 1. q. 1. Non liceat. 24. q. 3. Sicut olim immundo non licebat intrare templum. & hoc nisi causa prædicationis audiendæ: qua audita statim exeat. extra eo. 3 Respondeo. Si etiam per Ecclesiam sit communis viæ transitus, causa itineris transire potest: non causa orationis: maximè quando non dicuntur ibi diuina. Item non debet de foris ad ostium auscultare. de pœ. quòd in te. de priuile. quòd nonnullis. & clerici non debent eis sic audientibus celebrare: quia audire diuina est participare diuinis. Similiter nec licet eis videre corpus Christi. 4 Secundus effectus est. quia non potest cligere nec eligi: non solum loquendo de dignitate Ecclesiastica regulari vel sæculari: sed etiam laica. vnde in regem vel imperatorem non potest eligi. de elec. per venerabilem. Similiter non potest conferre beneficium. de excess. præla. Tanta. nec potest recipere. de cle. excom mu. Postulastis. de æta. & quali. Cum bene imò quandiu est excommunicatus non facit fructus suos. de appel. Pastoralis in fine. Si quis autem est iniuste excommunicatus: vel facit posse suum de impetrando absolutionem ab iniusta excommunicatione, in foro conscientiæ facit fructus suos: & in foro exteriori debet cum eo dispensari. Et per simplicem dispensationē secum factā etiam pro tēpore in quo in mora erat, potest fructus percipere. secus autē si tempore electionis, vel confirmationis, vel collationis erat excōmunicatus, quia tunc nullū ius fuit acquisitū: propter quod non sufficit dispensatio: sed requiritur noua collatio. vñ si est beneficium pertinens ad collationē Episcopi: vel simpliciter: vel pro tūc ratione delicti: quia cōtulit excōicato nō sufficit eius dispensatio: sed dispensatio Papæ: vel alterius qui pōt conferre ex certa scientia facta sufficit: & habetur pro noua collatione. absolutus autem non ex hoc ipso facit fructus suos medio tempore perceptos: nisi cum eo super hoc fuerit specialiter dispensatum, vel iniuste fuisset excommunicatus. 2. q. 5. super causas. vel non fuisset in mora petēdi vt dictum est. 5 Tertius effectus est: quia non potest iudicare nec cōmittere: quia non habet officium iurisdictionis. de offi. dele. licet, nec valent sententiæ ab eis latæ: nec statuta per excommunicatos facta. Et hoc verum est si sunt excommunicati publice: de sen. & re iudi. c. Ad probandum. quia facta & iudicata per occulte excommunicatum valent. Vnde & in spiritualibus non valet quod fit ab excommunicato. de appel. constitutus. Et tamen quandiu tolerantur prælati: & sunt occulte excōicati, valet quod fit ab eis. 8. q. 4. Vnde si contulit beneficium, vel cōfirmauit electionem, tenet. Et similiter si absoluit in foro conscientiæ vt dictum fuit. 17. dist. q. an repenul. Non sic autem videtur ex parte ipsius recipientis beneficium spirituale vel temporale: quia quantūcunq; sit occultè excōicatus: & probabiliter ignoret videtur tamē nihil recipere, nisi distinguatur inter beneficium extrinsecū & intrinsecū. Potest enim aliquis sine culpa sua fieri non capax beneficij Ecclesiastici non sacramentalis. sicut per irregularitatē quę interdum contrahitur sine peccato & etiam cum merito sed quòd homo sine culpa perdat beneficium sacramenti necessarij ad salutem: quod dico propter ordinem: videtur absurdum. Vnde cum sacramentum pœnitentiæ sit necessarium: ille qui non est in culpa aliqua: sed est iniuste excōmnnicatus. vel si est iuste excōmunicatus: ipse tamen probabiliter ignoscat se esse excōmunicatū, & de culpa illa cōfitetur: & facit quod pōt. videtur q̄ sit absolutus: & q̄ nō teneatur plus cōfiteri. Aliàs esset iniusta sententia Ecclesiæ si vellet aut innocentem punire: aut ignorantiā inuincibilē condēnare. 6 Quartus effectus est. quòd nō potest ordinare, nec ordinari quo ad executionem etiam si ignoret: vnde ordinati ab episcopo excōicato etiā ignoranter indigent dispensatione: quo ad executionē ordinis. de eo qui renū. c. vlt. quod intelligo quādo erat publice excōicat⁹. licet isti probabiliter ignorārēt: quod est posibile. Sec⁹ aūt si esset occulte excōicatus. Similiter qui excōicatus publice siue ignorans ius, siue factū ordinatur: nō suscipit executionem. de sen. ex cō. Cū illorum. 7 Quintus effectus. quod si celebrat: vel ordines recipit fit irregularis. Et hoc verum est, nisi probabilis ignorantia excuset. de cleri. excommu. mi. c. Apostolice. Siue autem suscipiat ordinem sacrum, siue non sacrū in excōmunicatione irregularis est: quia non distinguitur. extra. e. Cū illorū. Et licet ibi nō distingua tur inter errorē iuris & facti, quod ad incursionem irregularitatis: si tamen error facti, esset probabilis excusaret: cū grauius sit celebrare excōmunicatū q̄ ordinari. Vnde si probabilis ignorantia præseruat ab irregularitate celebrantē: pari ratione ordinatum. Si autēest ignorantia non probabilis abbas dispensat. Si verò sæcularis est solus papa. vt ibidē: & quanuis aliqui restringant illum casum ad excōmunicatū propter iniectionem, tamen quacunq; de causa aliquis sit excōmunicatus, videtur eadē ratione q̄ abbas posit dispensare. Qui aūt existens excōmunicatus non celebrat: sed in suo officio exequens, sicut prius ingerit se diuinis irregularis efficitur: ita vt non nisi per papam cum eo dispensetur. 2. q. 3. c. penul. Vnde sacerdos solenniter baptizando: aut etiā in conscientiæ foro absoluēdo irregularitatem contrahit. Et sicut nō refert vtrum dicat missam cātando publice, vel occulte: sic nec quō absoluat in foro cōscientię: quia ista duo

Excōmunicatio duos effectus secū dū iuristas.

Excōicatus non pt eligi aut eligere.

Nota.

Excōicatus. non pt ordinare, aut ordinari.

Excōmunicatus celebrās fit irregularis.

duo semper sunt actus ordinis sacerdotalis, non magis publice q̄ occulte. Sed si baptizaret in necessitate, in casu in quo & vetula nō incurreret. Et similiter si priuate dicat epistolā, vel etiā soleniter sine manipulo, tū vbi est cōsuetudo q̄ fiat per nō ordinatū. Itē si actū Minorū ordinū etiā soleniter exerceat. Cum hoc etiā per nō ordinatū licitè fieri posit nō incurrit. Si autē sicut sacerdos officiaret Ecclesiam soleniter in matutinis: vesperis, vel alijs horis incurreret. Secus si psalmodicando cū alijs: quod etiā laici faciūt. Si autē episcopus excōicauit celebrantē in aliqua capella sine licentia sua, sic celebrās secunda vice fit irregularis, sed nō prima: quia prima vice nō est excōicatus quousq; celebrasset: quia causa præcedit effectū, & sic celebrauit nondū excōicatus. Et hoc patet: quia sicut excōicatus celebrās est irregularis: sic & ille cui est ingressus Ecclesiæ interdictus. extra. e. Ne cui. li. 6. Sed ille, qui excōicatum publice admittit ad diuina; hoc faciēdo suspēditur ab ingressu Ecclesiæ: nō tamē propter hoc est irregularis: nisi postea ingerat se diuinis. extra. de priuile. episcoporū: & de sen. ex. Is qui. li. 6. Sed si capella esset simpliciter interdicta: & cū hoc eps tulisset sententiā in oēs ibi celebrantes: tunc excōicationem incurreret & irregularitatē cōtraheret: etiā si non esset lata sententia. extra. de sen. ex. c. Is qui. li. 6. 8 Ad argumentū in contrariū dicendū q̄ excōicatio habet aliquos effectus iuris positiui, qui nō sunt reales, sed priuatio vel relatio rationis: sicut esse irregularē & huiusmodi: quæ sunt ab hoīe. Habet autē alios effectus iuris diuini, vt q̄ tradatur sathanæ: & illud causatur virtute diuina vel angelica non ipsius excommunicationis.

Ad argu. in oppo.

QVAESTIO QVINTA.

De absolutione ab excommunicatione.

Tho. 4. d. 18. q. 2. ar. 5.

QVAERITVR quinto de absolutione ab excōicatione: & videtur q̄ solus Papa posit absoluere: quia causæ maiores Ecclesiæ sibi soli reseruātur: sed excōicatio est maius quod Ecclesia posit. Ergo. &c. 2. Contra videtur, q̄ quilibet sacerdos posit: quia cuilibet dicit: quodcunq; solueris super terrā. &c. 3 Respondeo, circa hanc quæstionē tria videnda sunt. Primò, in speciali de sententia iuris. Secundò, de sententia hoīs. Tertio, in generali & in communi de vtroq;. 4 QVANTVM ad primū est regula: q̄ ab oī sententia iuris canonici: quā conditor nō sibi reseruauit, potest absoluere proprius eps. extra. e. Nuper. Secundo dico, q̄ proprius eps vel ratione domicilij, vel ratione delicti, nisi sit exemptus: quia nō subditum non potest absoluere. Dicunt etiā quidā: q̄ proprius sacerdos etiam non eps potest, quod tenet Inno. & Host. Alij verò dicūt, q̄ licet à minori excōicatione posit quilibet proprius sacerdos absoluere: tamē ab excōicatione maiori iuris: nec archidiacon⁹, nec plebanus, nec curatus, nec abbas, aut prior potest, nisi quādo sibi expresse cōceditur: sicut abbati de leui iniectione manuū. Quod probat Biterren. 1. quia plus est excōicatio q̄ interdictū, sed nullus inferior epo potest relaxare interdictū iuris: quia nec reconciliare Ecclesiam. Secundò hoc probat: quia sententiā canonis potest amouēre ille solus, qui potest canones cōdere: nullus inferior episcopo hoc potest: ideo. &c. Si dicatur potest excōmunicare: ergo & absoluere. 5 Solutio: verum est ab illa sua excōicatione canonis. Sicut non potest excōicare canonē cōdendo. Sciendū tamen, q̄ à sententia hæresis quilibet inquisitor potest absoluere: sed hoc est ex speciali cōmissione iuris: quæ habetur de hære. c. Vt offi. li. 6. Item sciendū, q̄ si excommunicatus à canone Parisijs: quia ibi percussit clericum, vel aliās vadat ad terram suam, ibi à suo episcopo poterit absolui. Idem videtur de sententia lata per statutum legati: & per concilium prouinciale, quando non est alicui reseruata, q̄ solus episcopus posset. De sententia verò lata per statutum episcopi synodale, vel archiepiscopi, nisi sit reseruata: videtur q̄ quilibet proprius sacerdos posset absoluere: quia videtur inferioribus cōcedere, quando sibi non retinet. Sunt autem decem casus in quibus sententia canonis est reseruata contenti in his versibus. Cardinis & flamma, nomina, tim, regula, bulla. Grauans, senatus, lanians, crimen, violentus. Seruantur summo, nouem penultimus imo. Primò igitur videbitur de istis decē breuiter. Secundò, circa decimum casum ponetur prima regula, de excommunicatione cum suis exceptionibus. Tertiò ponetur secunda regula cum suis exceptionibus: de absolutione. Est igitur sensus Prædictorum versuum, q̄ nouem reseruantur absoluendi Papæ regulariter, sed penultimus primo excommunicatori: qui imo, id est, infimus est respectu Papæ. Pyratæ verò & pedagia leuantes noua, & prædantes Romipetas, qui non cōtinentur in his versibus, non sententia iuris: sed ore Papæ excommunicati sibi reseruantur: quia est sententia hominis & non iuris: aliās non ferretur sæpius in anno, & scriberetur cū lex sit sanctio scripta. Primus igitur casus Papæ reseruatus tangitur cū dicitur. Cardinis. Qui enim insequitur cardinalem cum fautoribus est excommunicatus, & absolutio Papæ reseruata. de pœnis. Fœlicis lib. 6. Secundus: flamma. Nam incendiarius, & effringens Ecclesiam, vel ædem sacram: qui postquàm fuerit denunciatus specialiter & nominatim: vel etiam in generali & fine nomine, siue ab episcopo, siue ab archidiacono: dum tamen ad illum pertineat denunciare excommunicatos à canone, ex tunc non potest absolui citra curiā Romanā. de sen. ex. Tua nos. &. ca. Conquesti. Secus de alijs incendiarijs, etiā si essent excommunicati ab episcopo & per eū denunciati. Item secus de istis ante denunciationem. Sed simplices pœnitentiarij Papæ istos absoluunt, & multomagis summus pœnitentiarius. De legato autem non legi, q̄ ratione legationis posit aliquid in isto casu. Tertius, nominatim: clerici participantes in diuinis, & in suis officijs recipientes illos qui fuerint à Papa excōicati nominatim: ad Papam solum sunt remittendi. de sen. ex. Significabit. Et ratio est: quia participant in crimine criminoso: & propter hoc remittuntur ad excōicatorem. de sen. excō. Nuper. quia illud habet locū etiā si essent excōicati propter aliud, q̄ quia immiscētse diuinis. Quartus, regula. Glossantes vel exponētes nisi grāmaticaliter cōstitutionē exponentē regulā beati Fran. doctores & lectores dū docent in publico, ex certa sciētia & determinate intellectū deprauantes, & facientes cōmentum, vel libellos, vel scripturas, aut ex certa sciētia determinātes in scholis, seu prædicātes nō aliquid de illis, quę in illa cōstitutione præmittūtur, excōicati sunt, & p solū Romanū pōtificē absoluēdi. de verb. si. Exijt. li. 6. Quintus, bulla. Falsarij bullæ papalis, vel q sciēter vtūtur falsata, vel ante viginti dies nō cancellāt: vel iustitiæ reddūt, excōicati sunt: ad Papā sunt reuertēdi. de cri. fal. c. Ad falsariorū. &. c. Grauī. tū summus pœnitētiarius absoluit illos, qui addidissent vnā literā deficientē errore scriptoris, vel rasissent vnam literā superabundantē. Et nisi per ipsas literas nō esset factus aliquis

Arti. 1. A quibus excōicationibus eps pōt absoluere.

Biterren. in opere de excōicatiōe & interdicto. Et Durā. hic q. 4. arti. 2.

Casus. 9. soli Papæ reseruati.

processus vel habitus: nec præiudicium aliquod subsecutũ. Si tamẽ falsatio vel rasura sit modica: & hoc penitus sit occultũ, & dispensare cũ eis in foro pniæ sine testibus, & litteris hoc idẽ potest cõmittere pro absente qui legitimo impedimẽto detẽtus, nõ ꝑt sedẽ Apostolicã visitare. Sextus: Grauãs, Quicunq; ꝓ eo ꝙ in aliquẽ est lata sententia excõicationis, suspẽsionis, vel interdicti, grauat quocũq; modo ferentẽ, vel seruantẽ, vel mãdat, nisi reuocet re integra, vel nisi bona intra mensem sint restituta, est excõicatus. Et si per duorũ mensiũ spatiũ in eadẽ sententia perduraverit: ex tũc nõ potest absolui nisi per Papã. de sen. ex. Quicũq;. li. 6. Vnde præpositũ vel balliuũ quæ temporalia ẽpi arrestauit, propter hoc ꝙ officialis eiꝰ eũ excõicauit: & vltra duos mẽses sic stetit: nõ ꝑt eps absoluere nec alius, nisi Papa. Septimus: Senatus: & est casus de elec. fundamẽta. li. 6. Quicũq; Romanus eligit in senatorẽ, vel aliũ rectorẽ vrbis aliquẽ notabilis præeminẽtiæ nõ manentẽ Romæ, nec in Romano districtu, vel quẽcunq; vltra annũ: vel qui assentit electioni, vel fauet assentiẽti: nisi de licẽtia Papæ factũ fuerit est excõicatus, nec ꝑt absolui extra mortis periculũ, nisi à Papa, vel de ipsius petita licẽtia & obtẽta specialiter: propter quod legatus etiã à latere nec summus pnãrius, & multo minus simplex hoc ꝑt: tñ summo pnãrio fuit cõmissa absolutio Romanorũ: qui regẽ Siciliæ in senatorẽ elegerũt. Octauus, Laniãs: octauus casus Papæ reseruatus: de sepultu. Detestãde. extrauagãs Bonifacij. Qui enim humanũ corpus: diuidit, exenterat, coquit: vt sepeliat in diuersis locis excõicatus est: nec ꝑt nisi per Papã absolui: & corpus sic laniatũ caret Ecclesiastica sepultura. Nonus: crimen: Qui participat in crimine reseruatur non Papæ, sed illi qui sententiã tulit. de sen. ex. Nuper. Decimus, violenter: Qui manus inijcit in clericũ vel religiosum reseruatur Papæ, nisi ꝙ legatus à latere. i. cardinalis statim cũ egressus est vrbẽ tales vbicunq;, & vndecunq; sint, potest absoluere: & hoc quousq, redierit siue eũdo, siue stãdo, siue redeũdo, à legato à nõ latere nõ possunt absolui, nisi de prouincia sibi decreta oriundi. Et dum est ibi. de offi. delega. ꝙ translationẽ. extra. e. Ad eminentiã: sed legati locales vt archiepꝰ Cantuarien, nihil possunt ratione legationis circa hanc absolutionẽ. de priuile. Porro. de sen. ex. excõicatus. Summus etiã pœnitentiarius absoluit etiã interfectores & mutilatores, si sunt præsentes, & non occiderint, vel mutilauerint prælatos. Simplices autẽ Papæ pœnitentiarij citra mortẽ & mutilationẽ absoluũt, nisi fuerit manus iniectio in episcopũ, vel abbatẽ, vel aliũ prælatũ. 6 Sed notandũ ꝙ circa casum vltimũ de percussoribus clerici secundũ canonistas sunt duæ regulæ. Prima, ꝙ percutiẽs clericũ, vel religiosum est excõicatus, quæ fallit in casibus cõprehensis in istis versibus. Officiũ, sceluscq;, pater, doctorq;, propinquus. Affectus, dñs, vis, & correctio, ludus. Quisq; sit exẽptus: si sit moderamine rectus. Primò: Officiũ. s. prælati est clericos delinquẽtes capere facere: vnde si per laicos eos capere faciat, & incarcerari: nec prælatus, nec mandãs, nec laici obedientes incidũt. de sen. ex. c. Si clericos. li. 6. Similiter iustitia laica de nocte cũ armis, vel aliãs in præsenti delicto capiens clericum intentione reddendi iudici suo, quando aliãs periculum est de fuga, & excusatur. Et similiter etiã priuatus si clericum malefactorẽ caperet intentione ducendi eum ad officialẽ: dum tamen esset delictum notorium: vel ꝙ ipse est paratus probare, vbi probabiliter mora fugæ est periculũ allatura: si iret ad quærendum seruientes. Omnes isti auctoritate illius ad cuius officium hoc pertinet facere videntur, & excusantur. de sen. ex. Vniuersi. Secundus: sceluscq; de sen. excom. veniens. Ille qui Ecclesiam officiabat moniam cum clerico ludentem, diuinũ officium perturbantem violenter eiecit: & non incurrit excommunicationem. Tertius, pater: qui filium clericum corrigendo percutit, non incurrit: etiam si esset in maioribus constitutus: licet quidam contradicant, quia est à potestate liberatus. Sed ista ratio non cogit, quia etiam filium emancipatum habet pater corrigere. Quartus, doctor, qui causa disciplinæ discipulum clericum verberat: dum tamẽ non excedat, quia præceptoris nimia fœuitia in culpa est. Quintus, propinquus. de hoc sic dicitur. de sen. ex. c. Cum voluntate. Si quis verò ratione officij quod in Ecclesia obtinent, aut alij clerici seniores zelo deuotionis pueros, vel adolescentes in minoribus ordinibus cõstitutos turbantes diuinum officium: & hi qui obtentu prælationis vel magisterij subditos, & scholares correctionis causa leuiter percusserint excommunicationis sententiam non incurrunt. Quod de his etiam dicendum est, qui aliquos de familia sua, vel propinquos inferiorum graduum simili modo vt cohibeantur à suis insolentijs, & scientia bonisq; moribus informentur: duxerint corrigendos. Sextus: affectus. de sen. ex. Si verò. §. Nec ille qui in clericum cum vxore, matre, vel sorore, vel filia turpiter inuentum manus inijcit, non incidit, vt ibidem dicitur: cum remotiore autem sic: vt ibidem dicitur. 7 Septimus: dominus, familiam corrigens nõ incidit: vt ibidem dicitur. Vnde non oportet ꝙ sit seruus: quia nec seruus debet esse clericus, sed ꝙ sit seruiens & de familia. Octauus: vis. Vim vi repellens cum moderamine inculpatæ tutelæ, non incidit: siue repellat à se, siue ab alio, propinquo vel extraneo: quia & illum licet defendere: siue ob tutelam sui hoc faciat, siue rem suam vel sibi creditam, quam clericus vult sibi auferre: eum percutiat quantum pro defensione rei necesse est: aut si anteq̃ ad locum destinatum portauerit, sibi eam auferat non incidit. Secus si diu ex interuallo eam sibi reauferat. Idem si mulier se defendendo, clericum volentem se opprimere percutiat. Plus enim castitatem quàm rem alienam defendere licet. Nonus: correctio. Primò, post̃q clericus trina admonitione ab inhonestate vel laicali vita non corrigitur. Dico autem si à suo prælato monitus est, perdit priuilegium clericale. extra. ca. contingit. In audientia. Item secundò, si in officio goliardi per annum steterit. de vi & honest. cleric. cap. 1. libro. 6. Tertiò, si bigami sunt. de bigamis, cap. 1. libro. 6. Quartò, si etiam cum vnica & virgine contraxerint: nisi tonsuram & vestes clericales portent. de cleric. coniug. ca. libro. 6. Quintò, si ex officio exercuerint sæua: puta si factus miles in bello occiderit, vel mutilauerit: aut si factus iudex ad mortem vel mutilationem condemnauerit: vel si factus latro occiderit. Secus autem si semel per infortunium ex ira, vel rixa occiderit: aut si tantum hæc officia assumpserit, nec trina monitio secuta fuerit: & sic intellige extra. ca. Perpendimus. & cap. Cum non ab homine. §. in articulo. Sextò, si non contraxerit matrimonium, sed negotiatur vt laicus: corona & veste dimissa, talia soluit vt laicus: in nullo allegans fori priuilegium. Septimò, si etiam conuentus coram iudice Ecclesiastico dicit se renunciare clêro. Octauò, si traditus iustitiæ seculari: secus si degradatus tantum. de hęreticis. ad abolendam. §. primo. Nonò, si ignorabat probabiliter esse clericum: puta quia non nouerat eum, & inuenit eum in veste radiata sine corona. Secus autem si cognoscens Titium clericum: & Martinum laicum: verberauit Titium credens Martinum: quia non fuit probabilis ignorantia: quando vtrunque habitu nouerat: sed actu noluit aduertere quem verberabat. sic intellige. extra. eodem cap. Si verò in principio.

Decimus

Quæstio quo modo ois percutiẽs clericũ est excõicatus.

Regula prima iuristæ.

Decimus casus in versu. Ludus. clerici si plene ætatis nõ odio, vel inuidia, vel indignatione, sed leuitate iocosa se adinuicẽ percutiunt non incidunt: sic solet intelligi. extra. e. c. 1. 8 Tertius versus. Quisq; sit exẽptus, si sit moderamine rectus. Quia tantus posset esse excessus, ꝙ ista non excusarent, nec aliter correctio vel ludus excusarent. 9 Sed hîc solet quæri, vtrum clericus seipsum irato aio percutiẽs sit excõicatus? Et videtur ꝙ sic: quia seipsum mutilans est irregularis. Et sicut arguit August. nõ alium q̃ hominẽ occîdit, qui seipsum occîdit: & sic est homicida. Similiter clericus se percutiens nõ alium percutit q̃ clericum. Nec obstat ꝙ seipsum nõ excõicat: quia est sententia iuris, nõ hois. Sciendũ est etiã, ꝙ licet percutiẽs nouitiũ sit excõicatus: nihilominus si ille habẽs tantũ coronã monachalẽ, nõ clericalẽ: quã episcopus potest imponere, vel abbas qui habet super hoc priuilegiũ, exeat ante professionẽ, percutiẽs eum nõ est excõicatus: quia non est clericus, nec religiosus, nec nouitius. 10 Secunda regula est, ꝙ percutiens clericũ, vel religiosum, si fiat excõicatus nõ potest absolui nisi à Papa, nisi in casibus qui in his versibus qui sequuntur cõtinentur. Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis. Delicios̃us, inopsq;, senex, ægerq;, sodalis. Ianitor astrictus, dubius, causa, leuis, ictus. Debilis, absolui sine summa sede merent. Atrôces verò soli Papæ retinentur. Primus casus. Religiosus percutiẽs religiosum eiusdem ordinis, potest absolui à suo prælato, vel ab vtroq;, quando sunt diuersorũ ordinũ vel diuersorũ conuentuũ, qui tamen possent à cõmuni superiore si quem habent: & tunc vel amborum absoluant, vel tertio cõmittant: extra. e. Cum illorum seruos. c. Canonica nuper. §. penul. Si autẽ percusserit clericũ ꝑsecularẽ episcopus eius, siue sit exemptus siue non, potest eum absoluere ac si esset sæcularis extrà. e. Religioso. i. respõso. lib. 5. Si autẽ regulares nõ habeant prælatũ sacerdotẽ: imò nec apud quẽ possint esse clauses iurisdictionis, quæ solæ ad hoc sufficiunt, sicut sunt moniales: tunc ab episcopis absoluentur. extrà. c. Monacha. &. c. de monialibus. Secundus, Mors, in articulo mortis quilibet potest absolui à quolibet, nisi ꝙ à peccato solus sacerdos, & omnis tunc potest omnẽ absoluere. Sed ab excõicatione videtur ꝙ tunc nõ possit absoluere, nisi sacerdos, vt tunc possit absoluere à peccato: vel qui aliãs potest cum absoluere ab excõmunicatione: licet nõ illa, quia nõ est tanta necessitas, cum possit absolui post mortem. Tertius, sexus. Mulieres citra sedem Apostolicam possunt absolui. extra. c. Mulieres: etiã sæculares: quia non decet eas cætibus virorum se immiscere. Quartus: hostis, qui habet inimicitias capitales potest citra sedem Apostolicam absolui: quod intellige semper ab episcopo non minore: nisi ipsius auctoritate. Quintus, puer: impuberes si anteq̃ vsum rationis habeant non incurrunt: si postea anteq̃ plenũ intra pupillarẽ ætatem, quæ est duodecim annorum in puella: & quatuordecim in puero: ab episcopo possunt absolui. extrà. e. cap. 1. vl. l. quãuis. Sextus, officialis: scilicet iudex vel apparitor alicuius potestatis, vel principis turbam arcendo irruentẽ, non ex deliberatione, sed fortuito casu clericum lædat, episcopus potest eum absoluere: extra. eo. c. iij. §. officialis. Secus si scienter quasi in subditum animaduertat in eum: quia nulli laico in clericum tanta datur auctoritas, vt ibidem. Septimus, Delicios̃us: quia præ teneritudine corporis, non posset tanti itineris sufferre laborem. extra eo. Mulieres. Octauus: Inops, cui verecundum est hostiatim quærere panem suum. extra. eo. Cum de his. Nonus: Senex, qui propter antiquitatis debilitatem ire non potest. extra. e. Cum de his. & cap. Ea noscitur. Decimus: ęgerq;: Si est mortis periculum, etiam aliter q̃ per ægritudinem: vt quia debet intrare iustum bellum mortale, vel est in naufragio. Sed quãdo est infirmitas chronica, de qua & licet non timeatur ad statim de morte, tamen ad magnum tempus non speratur de conualescentia tanta ꝙ possit ire: vnde Papa tunc non vult, eum inuitum tamdiu beneficio absolutionis carêre. Vndecimus. Sodalis, quando sub eodem tecto morantur: quia frequenter ex ludis veniunt ad turbationem aliquam: de vi. & ho. cleri. Qui. §. vl. & extra. eo. ex tenôre. Duodecimus: Ianitor, extra. e. c. 3. Si verò alicuius principis hostiarius sub prætextu officij sui, malignanter clericũ percusserit, ab episcopo suo poterit absolui: nisi fortè eundem clericum grauiter vulnerauerit. Tertiusdecimus: Astrictus: quia non sui iuris sunt, vt filij & serui: de quorum absentia parentes & domini læderentur: ab episcopo possunt absolui. extra. e. Mulieres. Quartusdecimus: Dubius. extrà. e. Residens. ca. 2. quia quando dubium est vtrum sit excommunicatus, vel non, vel quomodocunq; aliter non sit certum, potest ab episcopo absolui. Quintusdecimus. Causa quoq;: quia iusta causa arbitrio episcopi si non potest sedem adire: potest per episcopum absolui. extra. e. Quod de his. &. ca. De cætero. & ca. q̃uis. Sextusdecimus: Leuisq; ictus extrà eo. Leuis iniectio pertinet ad episcopum, sed non leuis ad Papam: nisi in casibus supradictis. In quibus etiam posset esse ita grauis: puta mors & mutilatio, ꝙ ad Papam pertineret: vnde sequitur. Atrôces verò soli Papæ retinentur: supple nisi in mortis articulo. extra. eo. Cum illorum. §. Nos tamen. & ca. Relatum. 11 Secundò, videndũ est de sententia hois: vbi considerandũ est primò: quæ est differentia inter sententiã hois & iuris. Et prima differẽtia est, quia sententia hominis fertur pro præterito, vel præsenti, aut futuro contra vnum, vel si contra plures ad certum terminum: puta qui non fecerit hoc vel illud sit excõicatus vsq; ad certum tempus: vt tales qui non habent crucem, nisi infra tale tempus transfretauerint sint excõmunicati. Sed statutum siue sententia iuris stabilitatem, & generaliter importat & respicit futura: vnde est per modum statuti, quando in scriptis semel non pluries fertur sentẽtia pro tempore futuro & perpetuo, vt si dicatur. Quicunq; imperpetuum fecerit hoc vel illud sit excommuuicatus. Secunda differentia est, quia mortuo statuente vel amoto, durat sententia iuris quousq; per successorem, vel superiorem sit reuocata. Si autem esset sententia hominis, eo ipso cessaret ꝙ mortuus esset, vel amotus: nisi iam incepisset habere effectum. Igitur à sententia hominis ille qui tulit, & successor & superior possunt absoluere: quia omnis res per quascunq; causas nascitur, per easdem dissoluitur. de regulis iuris. ca. 1. In hoc enim excõicatio cõparatur sententiæ interlocutoriæ, quã qui tulit potest reuocare, nõ diffinitiuæ: quã nõ potest reuocare qui eã tulit, si habet superiorẽ: quia functus est semel officio suo, siue bene siue male. ff. de re iudi, l. Iudex. &. l. quod iusit. Fallit autem primò, quãdo post̃q tulit sententiã perdidit iurisdictionem, & desijt esse iudex: vel quia perdidit dignitatẽ cuius ratione iudicabat: quia si erat delegatus, aut subdelegatus, superior ad se reuocauit causam in casu in quo potuit, qa factꝰ nõ iudex iã nõ ꝑt soluere, sicut nec modo ligare: qa snia à nõ suo iudice, lata nõ tenet, siue sit absolutoria siue cõdemnatoria. Secũdò, qñ nõ perdidit iurisdictionẽ, sed ꝑdidit vsum rõnis iurisdictionis: vt qa factus est excõicatꝰ maiori excõicatione, vel suspẽsus à iurisdictiõe. Tunc eñ nõ ꝑt soluere vel ligare, qa sunt actꝰ & vsus iurisdictiõis. Secꝰ aũt si esset suspẽsus ab ingressu Ecclesiæ vt de sen. ex. Sacro: vel ligatꝰ minori excõicatione vt. c. ca. Duobus. Tertio, quando erat merus executor: tunc

Nota hic. Bern. in glo. de offi. iu. or. c. pastoralis: qui tenet ꝙ laicus absoluit in necessitate, non solũ ab excõicatione vt doc. su. dixit.

Clericus seipsum percutiens an sit excõicatus.

Differentia du. inter sentiã hois & iuris.

Snia excõm. comparatur sentẽtiæ interlocutorię

Qui tulit ꝑt reuocare excõicationẽ, nisi in tribꝰ casibus.

em̃ potuit ligare: quia illud solũ ei erat cõmissum, nõ autem absoluere, quod nõ erat cõmissum nè excedat fines mãdati. Quarto, in delegato Papæ, qui post annũ nõ ꝑt absoluere a sentẽtia quã tulit. de offi. dele. c. Quærenti. 12 Secundo, potest absoluere eius successor qui. s. succedit in officio iurisdicẽdi, quia fungitur vice ei⁹: sicut eps̃ à sentẽtia prædecessoris: & officialis à sentẽtia prædecessoris: & sic de alijs. Et similiter ille qui est vicarius simpliciter & in oĩbus: quia iste reputatur eadẽ persona. Non sic autẽ officialis, qui est inferior, potest absoluere à sntia epi sui vel archidiaconi, nisi sit ei specialiter cõmissum. 13 Tertiò, superior ꝑt absoluere inquantũ hmõi: vnde Papa, qui est superior oĩ alio, potest absoluere à sentẽtia oĩs hois, vel cui ipse cõmiserit. Propter quod pœnitẽtiarij eius sæpe absoluũt à sentẽtijs diuersorũ iudicũ. Item archiepus in casibus in quibus fit superior, potest absoluere à sentẽtijs suffraganeorũ, nõ autẽ simpliciter, quia nemo qui cõdemnare nõ potest, absoluere potest. Vnde cũ ipse nõ possit excõicare subditos suffraganeorũ, nisi in certis casibus, per cõsequẽs nec absoluere extra illos casus. Episcopus similiter à sentẽtijs Archidiaconorũ, qui de cõsuetudine cũ eo habẽt parẽ iurisdictionẽ, ita ꝙ ab ipsis nõ appelletur ad eum, sed immediatè ad archiepm vel Papã, nõ ꝑt absoluere ab illorũ sentẽtijs, quia nõ est superior. Similiter qñ ab illis appellatur ad eũ, quia licet aliãs possit excõicare illos, si habuisset præuentionẽ, quia tñ illo præueniẽte esse desinit superior, nisi appellatio ad ipsum negotiũ deuoluat: inde est ꝙ sine appellatione & querimonia nec debet, nec potest absoluere. De officialibus autẽ proprijs quos ꝙ libito ponũt & deponũt, certũ est ꝙ perfectè sunt superiores, & ideo possunt ab eorũ sentẽtijs, sicut à proprijs absoluere. 14 De decanis autẽ ruralibus, & decanis collegiorũ si habẽt curiã & iurisdictionem, idem videtur ꝙ de archidiaconibus. 15 De abbatibus autẽ quia nõ ad libitũ eos ponũt nec deponũt, & quia illi iure suo ordinario sentẽtias ferunt: videtur ꝙ nisi per appellationem, aut aliãs legitime ad eos negotiũ deuoluatur, nõ habẽt potestatẽ absoluendi. De curatis autẽ simplicibus, qui nõ habẽt curiã & non excõicant, nisi de cõsuetudine, quasi vicarij epi, q̃ vbiq; adesse nõ possunt, ꝓbabilius videtur ꝙ eps̃ per se vel per aliũ possit absoluere. 16 Tertiò videndũ est de absolutione, ab vtroq; in cõmuni, vbi sunt sex cõclusiones. 17 Prima cõclusio est, ꝙ inuitus ꝑt absolui ab excõicatione: licèt nõ à pctõ, sicut inuitus ꝑt ligari vinculo, nõ pctõ actuali, & licet nõ debeat absolui: manẽte causa excõicationis. de præben. c. ꝓ illorũ: tñ vbi apparet, ꝙ excõicatus sit deterior, nec dignatur petere absolutionem humiliãdo se, nec si offerretur: nec ex opposito est timor scãdali laudabiliter sibi offertur etiã nõ petẽti. 18 Secunda, ꝙ hõ ꝑt absolui ab vna excõicatione, sine hoc ꝙ absoluatur ab alia. Sed tunc verũ est, ꝙ nõ est restitutus ad sacra, nec ad cõionẽ quousq; sit absolutus ab oĩ. Et ratio huius est, qa nõ sunt cõnexæ excõicationes, sicut peccata mortalia quo ad remissionẽ. 19 Tertia, ꝙ si hõ est irretitus pluribus excõicationibus pluriũ hoĩm, vni⁹ absolutio nõ sufficit, nisi alij cõsenserit sibi vices cõmittẽdo, aut nisi aliter superior fuerit, vel illorũ quilibet in solidũ, quia nemo ꝑt à sentẽtia paris absoluere, nec alterius qui sit eo maior simpliciter. Sed qñ sunt duo iudices vnius causæ, quilibet insolidũ, vna est iurisdictio in duobus numero: qa idẽ ens rationis potest esse in pluribus, & tunc vnus potest absoluere à sentẽtia alterius: sicut patet in pluribus officialibus eiusdẽ sedis epalis, & hoc est verũ, nisi qñ vno præoccupãte, alius postea non habet se intromittere, ita vt possit excõicare, quia nemo qui cõdemnare nõ ꝑt, absoluere põt. 20 Quarta, ꝙ si ille qui absoluit, potuit ab oĩ sentẽtia & noluit: tũc sufficit: ꝙ si noluit ab oĩ: sed à quibusdã absoluere, tũc nunq̃ valet absolutio quo ad sententiã de qua absoluẽs nõ cogitauit, nec absoluisset si cogitasset. de sen. ex. Ex parte. & c. officij. Si autẽ absolutus credat, ꝙ si ille sciuisset quod nesciuit, nihilominus absoluisset eum, debet se reputare absolutum ab oĩ. 21 Quinta, si hõ suppressa veritate vel expressa falsitate obtinuit absolutionẽ, quã aliãs nõ obtinuisset, videtur esse non absolutus. de sen. excom. c. officij. & ca. ex parte. vbi dicit, ꝙ per fraudẽ & surreptionẽ obtẽta nõ prodest. 22 Sexta de quodã casu. Quidã fuit excõicatus cũ oĩbus secũ noĩatis & monitis prius sigillatim, postea absolutus cũ oĩbus participãtibus non noĩatis, quæritur vtrũ illi sint absoluti. Et dicendũ, ꝙ secundũ veritatẽ ipsi sint absoluti, si absoluẽs hoc intendebat: aliter nõ. Sed si de mẽte nõ cõstat, ex quo sine exceptione & distinctione absoluit oẽs participãtes, videtur ꝙ tam noĩati q̃ nõ noĩati sint absoluti. Non em̃ scriptũ est, ꝙ in absoluẽdo participãtes, oporteat ipsos noĩatim exprimere, aliãs nõ valeat: sicut scriptũ est de excõicando participãtes, ꝙ aliter nõ possint maiori excõicatione ligari, nisi prius fuerint noĩatim moniti. de sen. ex. c. Statuimus. li. 6. 23 Ad primũ argumentũ est dicendũ, ꝙ maiores causæ Ecclesiæ, quæ sunt raræ & tãgunt cõitatẽ, sicut de vno articulo tangente fidẽ vniuersalis Ecclesię, circa quã oẽs ꝑnt errare, reseruatur Papæ. de baptismo. c. Maiores. Sed illę quæ sunt frequẽtes, & tãgunt singulares personas, propter vtilitatẽ cõmunẽ alijs cõmittuntur: sicut inquisitio hæreticorũ i hac vniuersali illa prouincia. Et talis est excõicatio huius vel illius. 24 Ad argumentũ in oppositũ est dicendũ, ꝙ illud verbũ primo dictũ est Petro, postea verò dictũ est oĩbus simul: in quo nõ est reuocatũ quod erat Petro cõcessum. Vnde intelligitur posterior cõcessio salua prima. Quicquid em̃ Petrus soluit vel ligat, simpliciter est ligatũ & solutum. Quod autẽ inferiores soluũt vel ligant, secundũ ordinẽ Petri est validũ: aliter nõ, quia in priuilegijs papalibus & regalibus, secundũ intelligitur saluo primo, & parum post alteri acquisito, maximè quia soli Petro primo est dictũ. Super hãc petrã ædificabo Ecclesiã meã: & tibi dabo claues. &c. Matth. 18. Quæ duo nulli alij, nec de alio dicta sunt. Sed postea dictum est. Quæcunq; alligaueritis. &c. & post resurrectionẽ. Quorũ remiseritis. Ioã. vlti. Quicquid autẽ ædificatur nõ super fundamentũ, nõ est solidũ. Itẽ sine clauigero nõ potest aliquis claudere, vel aperire: nisi cum ipse clauem tradiderit: ideo. &c.

Ligatus excõicationib⁹ pluriũ hoĩm non sufficit absolutio vnius iudicis.

Arti. 3.

Casus pulcher.

Ad argu. 1.

Ad argu. in oppositum.

QVAESTIO SEXTA.

De participatione cum excommunicatis.

Tho. 4. d. 18. q. 2. ar. 4.

SEXTO quæritur, vtrũ minor excõicatio, repellat à sacris: & videtur ꝙ nõ: quia nõ est mortaliter. Contra de cler. ex. mi. c. vl. Respõdeo: circa hãc quæstionẽ tria videnda sunt. Primò, quibus casibus interdicatur participatio, & incurratur minor excõ. Secundò, quibus sit licitũ & nõ incurratur. Tertiò, de effe. & pœna. 2 QVANTVM ad primũ dãtur versus. Si pro delictis anathema quis efficiatur. Os, orare, vale, cõmunio, mensa negatur. Os. i. osculũ pacis. Orare, quia nõ solũ in Ecclesia, sed nec extra licet cũ eo dicere horas. Vale, quia nec ei vale siue aue dixeritis. Communio nõ solũ in Eucharistia, sed nec etiã in omni actu legitimo. Mensa. i. comestio vel potatio negatur. Et hoc verum est in publico, si est publicus, vel in occulto, si est occultus.

Arti. 1.

Vnde illũ

Durand. hic q. 5. ar. 1.

Vnde illũ qui est publice excõicatus Parisijs non debeo vitare Bononiæ in publico, sed tm̃ in occulto si ibi nesciatur, quia quod est publicũ Parisijs, est occultũ ibi. Itẽ de mensa verũ dicũt, si diuisa est mensa, dum tamẽ reputetur quid vnũ: vt si refectorũ professoriũ, vbi oẽs comedentes simul debẽt esse aĩa vna & cor vnũ in Dño. Similiter si ad vnũ festũ magni & multi inuitati: licet in diuersis mensis & cameris, vna mensa reputatur. Vnde beatus Ioannes Euãgelista de balneo recesit, vidẽs venientẽ excõicatum dicẽs. Fugiamus ne balnea corruãt super nos, vbi lauatur Cherintus inimicus veritatis: & beatus Polycarpus eius discipulus alij hæretico dixit se salutanti. Agnosce nos: Agnosco, inquit, primogenitum sathanę in decretis. Si autẽ in vna taberna, vbi de diuersis locis cõfluunt, vnus sedeat hinc & alius inde nõ est periculũ: etiã si in eodẽ hospitio sint socij, & excõicatus ad aliam mensam segregetur, nõ est periculũ propter identitatem domus, q̃ is possint eũ cogere ad petendũ absolutionẽ vel recedendũ. Si autẽ fugitiuus clerici percussor sit in Ecclesia, potest sacerdos corã eo celebrare, quia cũ nõ sit ibi causa orandi, sed latitandi & fugiendi, nõ est hoc cũ eo participare in diuinis, sicut si per Ecclesiã transitũ faceret. Simili modo si excõicatus in vna capella magnæ Ecclesiæ in vno angulo audiat diuina, & ego ad aliũ, in nullo participo ei in diuinis licet sciam, plus quàm si ipse comederet in vna camera tabernarij, & ego in alia.

Arti. 2. Casus in quibus licet cõi care excõicatis.

3 QVANTVM ad secundũ, in quibus casibus licet participare cũ excõicatis sine vinculo & peccato, cõtinetur in his versibus. Vtile, lex, humile, res ignorat, necesse. Hæc anathema quidẽ faciũt, nè possit obesse. Vtile, propter vtilitatẽ spiritualẽ eorũ. Vnde scribendo potest eis homo loco salutationis, optare spiritũ cõsilij sanioris. Et in via te emendet Dñs & huiusmodi. Propter hoc etiam licet eis audire sermones. Et si homo in priuata admonitione immiscet alia verba, intẽtione magis proficiendi, licet extra de sen. ex. c. Cũ voluntate. imo & propter hoc Prædicatores possunt ab eis eleemosynã recipere, maximè propter vtilitatẽ eorũ, quorũ negotia gerũt vt in prędicto. c. §. Prædicatores. Tertiò, ꝓpter vtilitatẽ propriã repetẽdo, aut recipiẽdo ab eis debitũ. extra. e. Si verè. & ca. Rel. imò ꝓ seipso potest homo ab excõicato consiliũ quærere, aliãs petere de pertinẽtibus ad animã, & corp⁹ si est medicus, & tẽporalia si est aduocatus, nisi cõmode aliunde consiliũ possit habere, quia necessitas excusat. extra. e. Si verè. Lex. s. matrimonij, nõ solum ꝙ vir vxori debitũ reddat: & ecõuerso, quia hoc quod est iuris diuini Ecclesia tollere nõ potest, maximè illi qui nõ peccauit auferendo ius petendi: imò etiã in alijs domus obsequijs. Si autẽ propter dubitationẽ, de impedimẽto matrimonij esset eis ab Ecclesia interdictũ abinuicẽ debitũ petere, vel reddere, & sententia lata deberent abstinere. Aliãs autẽ licèt vir debeat vxorẽ corrigere, quia tamen aliquãdo etiã petẽs absolutionẽ obtinere nõ potest: nõ debet vir vxorẽ abijcere, sicut nec vxor se à viro separare. Humile. Filij em̃ emãcipati & in domo manẽtes: Item serui & ancillæ, famuli, rustici, & coloni seruientes, & cæteri qui ante excõicationem erãt astricti, cũ non ex hoc ipso liberẽtur, tenentur ad obsequia sicut prius: & ideo excusantur: licèt pater debeat corrigere filiũ, & si nõ facit, peccat. Non ꝓpter hoc tamẽ debet eũ à suo hospitio repellere, maximè si per eũ nõ stet quo minus absoluat: nec similiter tenetur carere seruitio subiectorum, si ipsi sunt excõicati, cũ debitũ ab excõicato possit repeti. Verũ est em̃, ꝙ familia põt recedere si vult ab excõicato, qa si sciuit se obligare nõ potuit, si nesciuit se obligare noluit, sed cũ damno suo recedere nõ tenetur. Qui autem debitor est quia bona fide soluere tenetur, quadã necessitate morali cũ eo participãs in soluendo excusatur: licèt in iudicio posset cõtra agentem excipere, quia illius excõicatio nõ liberat istũ à debito, cũ ille nõ perdat ius suũ. 4 De vasallis etiã videtur, ꝙ dñm se quẽdo sicut prius lege subiectionis excusantur: imò tenent quousq; per Ecclesiã ab eius fidelitate soluãtur. Non em̃ eo ipso ꝙ excõicatus est, solutũ est iuramentũ fidelitatis. Aliãs post absolutionẽ faciendũ esset de nouo iuramentũ. Sed ad hoc diceretur, ꝙ iuramentũ est sopitũ nõ solutum, nihilominus sicut debitor debet soluere pecuniã debitã, vel ponere in loco vbi alius possit accipere, nec excõicatio debitoris dat sibi dilationẽ, sic vasallus debitor seruitij, si dñs iusto bello indiget, debet eũ sequi. Qui autẽ corã iudicibus laicis excõicati litigãt, si sint actores, & aliter vel corã alijs ius suũ nõ possunt habere, ꝓpter necessitatẽ excusantur. Si autẽ rei allegata exceptione, quia iudiciũ est nullũ, cogũtur respõdere: similiter excusantur. Aut si ꝓpter timorẽ mundanũ nõ audent hoc opponere, excusantur à tãto, sed dubiũ si à toto, quia nullo timore debet homo participare cũ excõicato: de his quæ vi metusve causa fiunt. c. sacris. Mercenariũ autẽ excõicatũ nõ debet homo cõducere, si aliàs potest factũ suum explẽre: quod si ignorãs cõduxit, ius suũ ab eo petere potest. Similiter si eps̃ sit excõicatus, excusantur clerici qui sunt de hospitio, nõ alij. Et si abbas monachi, qui ad ei⁹ mandatum sunt astricti fortius q̃ familia, excusantur ei participãdo secundũ quosdã. Sed verius videtur ꝙ nõ: quia excõicatio suspẽdit eũ ab oĩ potestate sua spirituali, quã solã habet in monachos. Secus autẽ est de dominio tẽporali, q̃ is excõicando separet ab oĩ actu legitimo. Qui autẽ cũ dño excõicato cõicat, nõ ꝓpter hoc habet licentiã cõicandi cũ excõicatis, quibus ille cõicat, quia illi nõ sunt dñi eorũ, nec illi sunt familia eorũ, sicut nec vxor potest cõicare cũ excõicatis, quibus vir ei⁹ cõicat. Cum famulo autẽ excõicati si noĩe ipsius cõtrahat, perinde incurritur, ac si ille cõtraheret. Secus si alterius noĩe, nec plus licèt ei scribere q̃ loqui, nec literas ei⁹ recipere q̃ munera: assurgendo autẽ vel amouẽdo caputiũ, etiã si nihil dicatur honor impenditur, & excõicatio incurritur, cũ hoc sit plus q̃ simpliciter salutare. Eleemosyna autẽ ab excõicato potest recipi ab indigente, vel à merente sicut Prædicatores. Legatũ autẽ eius Ecclesia recipere nõ potest, nisi ꝓ anniuersario & huiusmodi legauerit. Cum pro excõicato qui mortuus est sine signis pœnitẽtiæ, nõ sit publicè orandũ: ad quod tamẽ aliqualiter obligatur Ecclesia, recipiẽs legatũ ad hoc deputatũ siue datũ, sed simplex legatũ licet recipere, quia hoc non est participare cũ excõicato: quia cum mortuo nõ est cõio, nisi corpus sepeliendo. Sed quia recipiens legatũ quodcunq; noĩe defuncti, licet non exprimatur obligat se, ad orandũ occulte nõ publice, & illud licet. Munus etiam ab excõicato recipiendũ nõ est, sed nec illi debet reddere quod liberaliter cõtulit, sed potest retineri vel magis erogari, nec ab aliquo eius noĩe datũ est recipiendũ, nec ab ipso alterius noĩe. Si autẽ eius amore ab alio alienũ datur nõ noĩe eius, potest accipi & ab vxore vel familia, quod illorũ est proprio nomine, nõ nomine eius datũ. 5 Res ignorata qñ est ignorantia facti probabilis, vel iuris in pueris, & talibus qui nõ tenentur hoc scire, tunc nõ incurritur: de cleri. excõ. mis. mi. ca. Apostolicè. Dicitur autẽ scire si vidit illũ facere factum, de quo tenetur scire ꝙ est excõicatus: puta verberare clericũ, vel audiuit ipsum noĩatim à iudice excõicari vel denũciari, vel audiuit hoc ab eius cẽpo vel curato, quorũ est excõicare vel denunciare, vel est publica fama: de hoc extra. e. cũ desideres. Si autẽ hoc audiuit ab eius ęmulo, vel etiã ab vno vel paucis nõ oportet credere: quia qui cito credit

Vasalli an teneãtur excõicatos dominos vitare.

Nota. c. Nos sanctorũ cũ glo. 15. q. 6. vbi Hugo glossator tenuit opp. hº.

Ioã. in summa cõfes. li. 3 T. 33. q. 139 &. q. sequẽti.

Respõ. doct.

Nota.

leuis est corde. &. 11. q. 3. Non solũ reus qui aurẽ crimi
nibus cito præbet. Non est probabilis ignorantia, nescire
q̃ oẽs cõiter sciunt, & quod publice factũ est: de po-
stulatione. c. 1. Si autẽ habitu scio, & per surreptionem
participo in hora, mox vt aduerto me retrahẽs nõ incur
ro: quia nõ est actus humanus quia est subditus. Si autẽ
nescio nisi per cõfessionẽ ipsius, vel alterius in foro con
scientiæ factã: nõ debeo eũ vitare. Si autẽ scio aliãs oc-
culte, quia dixit mihi in cõsilio: in occulto debeo eum
vitare, & nõ in publico. Si autẽ post annũ video, quem
tũ prius sciui excõicatum, si non constet de absolutione
adhuc teneor eum vitare: nisi probabiliter appareat ab-
solutus, per hoc quod ipse hoc dicit: & est homo fide di-
gnus, vel cũ à principio seruaret sententiã: modo nõ ser
uat: cum aliàs esset timoratus. Qui autẽ denunciatus in
vna diœcesi, si inueniatur in alia in qua nihil scitur de
hoc, in occulto vitandus est nõ in publico: quia licet sit
vbiq; excõicatus, nõ tamẽ est vbiq; publice excõicatus.
Illi autẽ de quorũ excõicatione literati cõtraria sentiũt,
secundũ q̃ cõscientia dictat, sunt vitandi vel tolerandi:
donec iudiciẽ diffiniatur & tunc stetur sentẽtiæ: quia
iste est casus, in quo res inter alios acta alijs præiudicat.
Propter quod cũ oĩm interfit, videtur q̃ quilibet possit
appellare præter excõicatum, quãdo aliquis excõicatur:
Quid facien dũ est qñ lite rati dubitãt de excõi. quia alij ab eius cõione prohibentur. 6 Necesse: quia
alij peregrini & viatores, vel quicunq; alij propter neces
sitatẽ suã quantũ illa requirit, possunt illis cõicare: sed
etiã ecõuerso quantũ necessitas victus, & vestitus excõi-
cati requirit, potest ei dãdo eleemosynã cõicari, nõ solũ
qñ eleemosyna est in præcepto: imò etiã qñ est in consi-
lio: si per hoc nõ nutritur in errore, & homo plus ei dat
intuitu eleemosynæ q̃ intuitu mundanæ amicitiæ. Præ-
dicatores autẽ nõ solũ propter necessitatẽ sicut & cæte-
ri: sed etiã propter officiũ, quia gerũt negotiũ aliorũ, pos
sunt accipere à talibus eleemosynas. extra. eo. Cum vo-
luntate. Quod est verũ dũ tamẽ cũ eis nõ participent in
mensa & alijs, nisi ordinatis ad prædicandũ: quia q̃ sunt
Prædicatores nõ dat eis participationẽ: nisi propter illo
rũ salutẽ, sed q̃ gerũt negotiũ creditorũ, dat eis q̃ de bo-
nis illorũ possint viuerẽ, etiã si subiacẽt restitutioni. Si
autẽ cũ hoc aliter nõ habẽt quod comedant, nec illi vo-
lunt dare: nisi simul in eadem mensa comedant: tunc
necessitas excusat: vel etiã sicut prędicando facit, q̃ licet
alia verba interponere vt magis fructificent, sic & alia
facta, quia nõ est minus cõicare verbo q̃ facto, & aliquã-
do comedendo cũ eis alliciũtur ad familiaritatẽ. Vnde
Christus cũ publicanis & peccatoribus manducabat: &
nõ solũ de bonis eorũ. Et Apostol⁹. Oĩbus omnia factus
sum, vt oẽs lucrifaciã: dum tamẽ ex hoc nõ scandalizen-
tur pusilli, quod sæpe cõtingit. Non debẽt autẽ pro cibo
scandalizare, qui vsq; ad mortem debẽt ædificare: vnde
Apostolus. Si esca scãdalizat fratrẽ meũ, nõ manducabo
carnẽ in æternũ. De his aũt quinq; intelligendũ est, nisi
ex causa sententiã aggrauando: eis specialiter cõio inter
dicatur, sicut habet cõsuetudo: q̃ qñq; patre, vel marito,
vel dño indurato aggrauatur excõicatio: & monentur
isti vt se subtrahãt ab eo: quia q̃is liceat dispensatiue
cõicare: nõ tamen iure cõi: vnde talis dispensatio potest
subtrahi ex causa. Si eñ potest homo mitti in exiliũ pro
pter peccatũ, sic & potest sibi subtrahi solatiũ suorũ: sic
tñ, q̃ vxor nõ potest negare debitũ carnale, quod solũ li-
cet excõicato etiã in iudicio repetere, nõ debitũ tẽpora
lẽ, sed ab eo quod est licitũ homini de iure cõi, nõ debet
per monitionẽ arceri: cõtra quos tamẽ nõ est, quia à cõi-
cando cũ hoĩe quod de iure cõi est licitũ: hoĩes arcẽtur.
Et videretur via q̃ talẽs personæ arceri possunt à cõmu-
nione vulgari: sed ab illa quæ est debita eis, inquantum
talis personæ sunt, nõ videtur: ita q̃ vxor redderet debi-
tũ viro, sed nõ comedet cũ eo nec loquetur ei. Filius au-
tẽ seruiet similiter patri, sed nõ comedet cũ ipso & huius
modi. Et ideo opinio probabilis est, q̃ talibus personis
licet communicare ratione subiectionis & coniunctio-
nis, quantum vis subiectionis & coniunctionis requi- Opi. limitãs
rit. Nec ab hoc possunt per monitionẽ arceri, & si vxor prædicta &
excõicaretur: quia monita nõ deseruit virũ, vel debitũ videtur. s. T.
reddidit, esset error intolerabilis in sententia expressus. esse hic. q. 2.
Sic etiã & ab illa cõione quæ est de iure naturali nõ ar- ar. 4. q. 1.
cetur homo, puta quin det eleemosynã excõicato indi-
genti. Et si dicatur ergo nõ est speciale in istis: dicendũ
q̃ imò, q̃ in illis personis ratione status non includitur
aliquod debitũ, sed in istis sic. Aliqua enim debet pater
filio vt pater, & ecõuerso, quę cõionẽ importãt: vnde istę
personæ licitè sibi cõicãt adinuicẽ, inquantũ huiusmo-
di personæ sunt, aliter autẽ illicitè. Nam dicere q̃ in nul
lo plus vitet vxor virũ excõicatũ, q̃ nõ excõicatum: esset
eã inducere ad contentũ clauiũ Ecclesiæ: sed super hoc
potest cadere monitio, q̃ nõ aliter cõicet q̃ ratione ma-
trimonij teneatur. Sed nõ sic populus principi excõica-
to participare potest, nec vasallus dñm iuuare tenetur,
imò absoluitur interim à iuramento fidelitatis, secundũ
quosdã. 15. q. 6. c. Iuratos. Sed contrariũ est verius, vt su
prà dictũ est. Sed dicũt quidã, q̃ propter delictũ dñi vel
rectoris potest populus interdici & terra: nõ sic autẽ fa-
milia propter delictũ patrisfamilias, sed abusus est Ec-
clesiæ. Contra quod est, quia cũ ex multis domibus fiat
vna ciuitas: & interdictũ populi fit maius dãnũ, q̃ vnius
familię: & maius ius habeat paterfamilias in domo, q̃ re
ctor in populo: si propter delictum rectoris interdicitur
populus, multo magis familia propter delictũ patrisfa-
milias: maximè propter consuetudinẽ à iure nõ repro-
batã: imò interdictũ profertur expresse in cõstitutioni-
bus legati: de elec. c. in cõcilio Bituricensi. Si autẽ eps
cõicat excõicato à se in generali, vel in speciali, ligatur
à sententia iuris: Papa autẽ nõ, quia legibus nõ astringi-
tur: nec tñ Papa vel eps absoluit salutãdo, qñ hoc nõ in- Nunq̃ iudex
tendit. Nunq̃ enim iudex excõicat vel absoluit, nisi hoc excõicat vel
intendat. Sed in hoc est differentia, q̃ si Papa salutando, absoluit nisi
vel aliter cõicando intendat absoluere, absolutus est: qa intendat.
nõ est arctatus ad tenendũ aliquam formã iuris, sed eps Papa salutãs
sic. Vnde cũ forma iuris, & cõsuetudinis vniuersalis Ec- aliquẽ absol
clesiæ sit, nõ absoluere nec ligare, nisi verbis hoc signan- uit si inten-
tibus: ideo eps si etiã alias salutãdo vel cõicando inten- dat, nõ autẽ
deret, non propter hoc absolueret. Si autẽ eps participet episcopus.
in crimine excõicato à se, absoluetur à superiore, quia se
nõ potest absoluere, vel à suo cõfessore quẽ elegit aucto
ritate iuris. Qũ autẽ eps vult participare excõicato à se,
vel ab alio: dũ tamẽ sit excõicatio à qua ipse potest ab- Theol. vt. S.
soluere, posset ipse tunc prius absoluere & postea cõica- Tho. vbi su.
re, & sic nõ incurreret. 7 Tertiò videndũ est de effe- qstiũcula. 3.
ctu minoris excõicationis: & primò quo ad culpã: secũ- Albertus hic
dò, quo ad pœnã. Quantũ ad primũ sunt duæ cõclusio- ar. 2. & ri. a.
nes. 8 Prima, q̃ secundũ theologos participare cũ ex- 6. q. 3.
cõicato maiore etiã in casu illicito, & propter quẽ etiam Cõicans cũ
incurritur minor excõicatio, nõ est de se peccatũ mor- excõicatis
tale, nisi in casibus. Primò, in diuinis, propter quod parti- nõ incurrit
cipãtes cũ excõicatis à Papa in diuinis ligãtur maiore. minorẽ ex-
extra. e. Significauit. Quod esset iniustũ, nisi illud esset cõicationẽ,
mortale. Secundò, quod in crimine criminoso, qa illud nisi in. 4. ca-
est illi mortale, aliter iniuste esset excõicatus & crimine sibus.
de se sonat in mortale. Et hoc est mortale, etiam si illud
erat crimen soli illi: quia cooperari alicui ad crimen est
mortale: sicut doctor qui legit leges aut physicã religio-
so, quod est illi mortale propter inobedientiã: hoc ipso
peccat mortaliter: quia illi præstat materiã, vel ministrat
mortalis.

mortalis. Vnde & est excõicat' maiori. Nè cleri. vel mo.
Vt periculosa. li. 6. q̃is aliàs legere non est illi peccatũ.
Et similiter qui daret religioso habitũ sęculare, vt dimis-
so suo habitu exiret. Nisi enim sic participare esset mor-
tale, non ligaretur homo maiori excõicatione. Tertiò:
qñ hoc fit in cõtemptũ Ecclesiæ: si homo in nullo discer-
nit inter excõicatum & non excõicatum, nihil omninò
plus abstinẽs ab eius cõione, q̃ si nõ esset. Aut si dicat in
despectũ cleri de excõicatis. Tu cris charior mihi, quàm
prius & hmõi. Quartò, qñ est cõtra inhibitionẽ & moni
tionẽ Ecclesiæ: vnde & propter hoc iuste potest excõica-
ri maiori ratione inobedientiæ, & cõtumaciæ. Et sic in-
tellige: q̃ me. causa. ca. Sacris. extra. e. Statuimus. lib. 6.
&. ca. Constitutionẽ. Et qñ dicit, q̃ aliter lata nõ teneat,
innuit q̃ aliter lata esset iniusta. Si autẽ dicatur contra
hoc: quia excõicatio separat à perceptione sacramento-
rũ, à quibus homo nõ repellitur, nisi sit indignus, quod
nõ est per veniale. Dicendũ, q̃ imò aliqñ homo sine ve-
niali & mortali repellitur à sacris, sicut est propter inter
dictũ sine sua culpa latũ. Metus autẽ licet aliàs cadat in
constantẽ virũ, nõ excusat à toto, licet à tãto participan
tẽ cũ excõicato. extrà: q̃ me. causa. c. Sacris. & multo mi-
nus verecũdia & timor offensæ, & huiusmodi. Nec mi-
nus peccat excõicatus cõicãs aliquis, q̃ ecõuerso: nec vnus
excõicatus debet cõicare cũ alio. 9 Secũdus effectus
est quo ad pœnã, quia sicut dicitur extra. de cle. ex. mi. c.
Si celebret. minor excõicatio excludit à perceptione sa-
cramentorũ: nõ autẽ à participatione diuinorum. Vnde
quicquid alij dicũt, licitè potest missam audire & Eccle-
siã officiare: dum tamẽ nullũ sacramentũ percipiat: quia
nec matrimoniũ, nec quodcũq; sacramentũ debet reci-
pere: quouisq; sit restitutus sacramẽtis per absolutionẽ, à
quibus est separatus per hanc excõicationẽ. Licitè etiã
recipit osculũ pacis in missa, licèt successerit cõmunio-
ni: quia multis licet panẽ benedictũ sumere, quibus nõ
liceret panẽ sanctũ: imò pax & panis benedictus ꝓpter
hoc successerunt: vt indigni ad illa, admittantur ad ista.
Et inde est q̃ ligatus minori nõ potest absolui in foro cõ
scientiæ, sed sic absolutus deberet iterũ cõfiteri. Non est
autẽ separatus à collatione sacramentorũ: vnde potest
ea cõferre: sicut in foro cõscientię potest absoluere, sicut
posset in exteriori, quia nõ est suspensus à iurisdictione.
Videtur tñ q̃ peccet cõferens sacramẽta: quia nõ debet
quis in se habere illud, à quo alios absoluit. Quod autẽ
ligatus minori possit absoluere, à simili & maiori etiam
peccato habetur extra. eo. Duobus. Occultè autẽ excõi-
catus, occultè monendus est vt ab Ecclesia exeat: q̃ si nõ
vult: tenetur homo exire sine illius diffamatione, & sui
etiã reprehensione potest exire: aliàs nõ plus tenetur se
notare q̃ alium, si videt alios scandalizari de hoc, q̃ sine
causa exit ab Ecclesia tẽpore celebrationis, vel eleuatio
nis corporis Christi. Si autẽ ille est publice excõicatus,
publice monẽdus est vt Ecclesiã exeat, aut etiã vt repel-
lẽdus. Dum tamẽ sine sanguinis effusione fiat. Vnde ex-
tra. c. Veniẽs. excusatur sacerdos qui monialẽ turbantẽ
officiũ de Ecclesia expulit. Si autẽ sacerdos est ante ca-
nonẽ, & videt ante se vnũ excõicatum: nisi ille monitus
velit exire, debet totũ dimittere, sed postq̃ canonẽ ince-
pit nõ debet dimittere: post Pater noster vbi eps cõsue-
uit dare benedictionẽ, vel sacerdos pacem: potest illũ tñ
monere vt exeat, & similiter post perceptionẽ si tamẽ exi
re noluerit: nihilominus debet perficere. Si autẽ vnus de
socijs in hospitio sit excõicatus: nõ oportet propter eum
oẽs alios domũ dimittere, quin potius ipsi eũ per iudicẽ
compellant exire, vel se facere absolui. Nam interim in
domo cadẽ manere possunt: dum tamẽ sibi nõ cõicet in
cibo, verbo, facto, & hmõi. Potest etiã homo cum excõica
to hospitari in alia camera: vel si nõ est diuersorium in
alia mensa comedendo. Si verò eidẽ mensæ se ingerat:
homo surgat: quia si missam debet homo dimittere pro-
pter excõicati præsentiã: multò magis mensam: dum ta-
mẽ alibi possit comedere: quia nec se inhonestare tene-
tur, vt ad terrã comedat cũ canibus, aut fine mensali se-
cundũ quosdã. 10 Si quis autẽ confitens dicat se esse
excõicatum: statim si potest absolui, nõ oportet q̃ absol-
uatur, vel q̃ vltra nõ audiatur, sed ante absolutionem à
peccatis ab excõicatione absoluatur si potest, vel absol-
uẽdus ad eũ qui potest, mittatur: quia licet ei nõ sit par-
ticipandũ maximè in diuinis, nec sit ad sacramẽta reci-
piẽdus: aliàs tñ qñ hoc ipsum ordinatur ad eius absolu-
tionẽ, vel absolutionis melioratiõnẽ, sicut hic: quia audi
ta ad plenũ vita eius, melius consiliũ poterit dari de mo
do absolutionis impetrandæ, vel impartiendæ: tũc licet,
sicut etiã illi qui vadit Romã pro absolutione petenda, Excõicato li-
vendi potest cibus & potus, & hospitiũ locari: & aliter il cet cõicare
li potest cõicari in his quę ad viã pertinẽt: & similiter in qñ Romã p
via associari: vt videtur, maximè si ad hoc ipsum associẽt absolutione
ipsum aliqui, vel etiã simul sunt ituri: quia securitas via ꝓficiscitur.
torũ pluralitatẽ desiderat, aliàs nõ, licet cõicare cũ excõ
municato: etiã qui pro offensa satisfecit, & si etiã nõ est
denunciatus, nõ est cõicandũ quousq; sit absolutus. Sa-
cerdos etiã cui à iudice mãdatur q̃ aliquem denunciet
excõicatum, siue sit ordinarius siue delegatus: debet ex
tunc & tenetur illũ vitare. Irregularitatẽ autẽ nõ causat
minor excõicatio, in casu in quo maior causaret. de cle.
ex. mi. c. vl. 11 Ad argumentũ in contrariũ dicendũ: Ad argumẽ.
q̃ licet culpa, vt culpa est, nõ impediat: nisi sit mortalis: in oppo.
tamẽ aliquid quod nõ est culpa, sed pœna impedit: licet
eius causa nõ sit nisi culpa venialis; vel fortè nõ culpa,
sed iustitia: sicut irregularitas causata ex bigamia, vel
homicidio iusto. Similiter minor excõicatio nõ propter
suam causam quæ potest esse leuis culpa: sed propter se-
ipsam quæ est talis pœna repellit.

QVAESTIO SEPTIMA.

De suspensione & eius effectibus.

QVAERITVR septimo de suspen-
sione: vtnũ impediat absolutionẽ. Et vide
tur q̃ nõ: quia suspensus ab ingressu Eccle
siæ: quia excõicat sine monitione, absol-
uit illum ad se remissum. extra: eo. sacro.
2 Contra. quia suspẽsus à iurisdictione nõ habet vsum
eius. 3 Respõdeo: tria circa hoc videnda sunt. Primò,
in quibus casibus ipso facto sint suspensi epi & superio-
res. Secundò, in quibus casibus inferiores episcopis. Ter
tiò, effectu suspensionis. 4 CIRCA primũ est scien Ar. primus.
dũ, q̃ epi & superiores nec sententia hoĩs, nec iuris, nec sta Priui. eporu
tuti, quæ sit suspensio vel interdictũ singulare liganturꝫ quantũ ad
nisi fiat expressa mentio de eis. extra. e. Quia periculo- suspensionẽ
sum. li. 6. Sed in sententia maioris excõicationis nullũ ha & interdictũ
bẽt priuilegiũ. Nominatim verò sunt suspensi in casibus
sex, qui cõtinentur in istis versibus. Ordine, corona, fœ-
nus, confir. lapi. dona. Pontifices ista suspendũt crimina
magna. Ordine, episcopus qui sine licentia alterius epi-
scopi vel superioris, clericũ alterius diœcesis sciẽter, vel
ignorãtia affectata ordinat: per annũ à collatione ordi-
nũ est suspensus. extra. de tẽ. ordi. ca. 2. li. 6. Vbi non di-
stinguitur quẽ ordinẽ cõtulerit, sacrũ vel nõ sacrũ. Nec
est suspensus tantũ ab ordine quẽ cõtulit: sed à collatio-
ne omnis ordinis. Corona, eps qui cõfert coronã infan-
ti, nisi religionẽ intrãti, seu illiterato: vel alterius diœce-
sis sine superioris licentia, vel cõiugato, nisi volenti reli-
gionem

gionem intrare matrimonio nō cōsummato, vel volente vxore ad sacros ordines promouēri, à collatione clericalis tonsuræ dumtaxat per annū est suspensus. e. ti. c. vlti. Fœnus. Episcop⁹ qui in terris suis alienigenas vsurarios publicos habitare permittit, nec infra tres menses expellit, vel domū tradit eis ad fœnerandū, suspensus est simpliciter. de vsur. e. 1. li. 6. Vsurarū. Confir. Archiepiscop⁹ qui cōfirmat electionē cōsecrās clericū, nō cognito vtrū per aliquā prauitatē sit ab appellatione recessum, quæ erat interposita ad Papā, suspensus est per annū à cōfirmatione & cōsecratione episcoporū. de elec. c. Prouida. lib. 6. Et hoc bene verū est si vtrūq; fecit. Si autē alterū: puta, q̄ solū cōfirmauit, illo solo suspēditur: tamē nec cōfirmatio nec cōsecratio valet. Vbi est vnum dubiū si ille ordinaret, an characterem imprimeret. Et videtur q̄ sic: quia nō potest facere Papa: quin hæreticus ordinet episcopū: licèt cōfirmationē quæ est iuris humani possit irritare. Videtur etiā, q̄ ille nō prohibeatur cōfirmare abbates & abbatissas & benedicere: quia dicitur ibi: vt in quo peccauerint puniātur: tamē quia peccauit in cōfirmatione, nō ab illa numerali: sed ab omni specie differēte, dicūt alij eū suspendi. Lapi. Episcopi & superiores vacantibus dignitatibus, prioratibus, personatibus vel Ecclesijs quibuscunq; sibi subiectis, seu ad collationē, præsentationē, ordinationē, vel custodiam pertinētibus eorundē, qui bona earū morientibus rectoribus vel ministris in ipsis inuenta, vel vacationis tēpore obuenientia quæ in vtilitatē eorū expendi debēt, vel futuris successoribus reseruari occupare, aut in vsus suos cōuertere præsumūt: nisi de speciali priuilegio vel consuetudine iam præscripta legitime, seu alia sine rationabili causa hoc eis cōpetere dignoscatur: ab ingressu Ecclesiæ tādiu sunt suspensi, quousq; restitutionē fecerint de prædictis. Talis ergo dilapidās bona est suspensus. de offi. ordin. Præsenti. Dona. Episcopi & superiores qui visitantes recipiunt dona, aut visitationis officio nō impenso procurationē recipientes in pecunia vel victualibus: nisi duplū eius quod receperint, infra mensem restituerint Ecclesiæ à qua id receptū fuerit: ex tunc ingressum Ecclesiæ sibi sentiant interdictū, quousq; de duplo huius grauatis Ecclesijs plenariā satisfactionē impendāt, nulla eis dantiū in hoc remissiōe, liberalitate, seu gratia valitura: de cen. c. Exigit. lib. 6. 5 Secundo videndi sunt casus, in quibus inferiores episcopis sunt suspensi, qui cōtinentur in istis versibus. Eligit, vsurpat, conseruat, Simone, donat. Obligo, nō obstat, diuinis, ordine, præstat. Forni, moniq;, grauat, scriptū, suspensio dānat. Suspēsio dānat hos. 14. 6 Primus. Eligit. Canonici qui eligūt ad episcopatum, vel archiepiscopatū scienter indignū, vel arbiter ab eis electus qui hoc facit: per trienniū sunt suspēsi ab oibus beneficijs, quæ obtinent in illa Ecclesia: de elec. Cum in cunctis. li. 1. &. c. Si cōpromissarius. li. 6. Hæc aūt pœna vt ibidē dicitur: nō habet locū, nisi in electione episcoporū & superiorū. Dicitur autē indignus qui habet defectū ætatis: vitæ, & scientiæ, illegitimus, vel aliter irregularis. Dico autē elegerint, quia si ex notatione cōmunis electio nō fuerit subsecuta: quia nec tales priuantur potestate eligēdi: extra. e. perpetuæ. li. 6. nec pari ratione sunt à beneficijs suspensi. Non etiā sunt ab officio suspēsi, sed poterunt officiare Ecclesiam, & fortè distributiones percipere, licet non grossos fructus. Item qui in probatione defecerit eius, quod obijcit personā electi cuiuscunq;, à quibuscunq; beneficijs Ecclesiasticis triēnio nō erit se suspensum. Ad quę si infra illud tempus propria temeritate se ingesserit, illis perpetuo sit priuatus: nullā super hoc spem, vel fiduciā de misericordia. i. dispēsatione habiturus: nisi manifestissimis cōstiterit documētis:

Arti. 2. De suspēsione aliorum.

q̄ ipsum à calumniæ vitio causa probabilis & sufficiēs excusaret. de elec. c. 1. li. 6. Item si eligētes electionē infra octo dies vel postq̄ cōmode poterūt, ipsis electis præsentare distulerint ipsos, q̄ in hoc culpabiles extiterint, per trienniū cōtinuū volumus esse suspēsos: intra quod si perceperint perpetuo sint priuati. eo. c. Cupiētes. li. 6. 7 Secundus vsurpat. Quicunq; de collegio vacātibus Ecclesijs collegiatis quibuscunq; occupant aliquid de bonis illis, tādiu sunt ab officio & beneficijs suspēsi quibuscūq;, donec restituat ad plenū, cōtraria cōsuetudine nō obstante: de ele. Quia. li. 6. Et nō solū beneficijs in illa Ecclesia: sed etiā in alijs, quia suspensi sunt ab officio, & per cōsequens ab omni beneficio. Qui autē vacantibus dignitatibus, prioratibus quibuscunq;, vel Ecclesijs sibi subiectis, seu ad suam collationē, præsentationē vel custodiā spectātibus, moriētibus rectoribus bona inuenta, vel interim obueniētia occupant: nisi hoc habeāt de priuilegio, vel cōsuetudine, vel alia causa rationabili, si sunt inferiores epīs ab officio & beneficio tādiu sunt suspensi, quousq; restitutionē fecerint de prædictis: de offi. ordi. præsenti. li. 6. 8 Tertius, cōseruat. Conseruātores qui aliquibus vt à manifestis iniurijs & violentijs sete nētur eos ab sede Apostolica deputātur: si de alijs q̄ de manifestis iniurijs & violentijs se intromiserint, seu ad alia quæ ad iudicialē indaginē exigūt suam extēderint potestatē, eo ipso per vnū annū ab officio sunt suspensi: de elec. c. vlti. li. 6. 9 Quartus, Simone. Simoniaci in ordinatione ipso iure sunt suspēsi, etiā si sint occulti: sed Simoniaci aliter nisi sint notorij, nō sunt suspēsi. 1. q. 1. Quicūq;. &. c. reperiūtur. Sed hic est dubiū vtrū qui per simoniā cōsecratur epūs, an sit suspēsus. Et videtur q̄ sic: quia epalis ordo est ordo. Contrā: qa nō est expressum: & prius est epūs q̄ debeat ligari. De hoc dicetur infrà de Simoniacis. 10 Quintus, donat: quicūq; nō epūs ordinario iure subiectus visitare habēs, si visitationis officio nō impenso procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occasione receperint, aut si in visitando ipsi vel quisq̄ suorū aliquod munus quodcunq; sit, & qualitercunq; offeratur receperūt: nisi infra mensem duplū illi Ecclesiæ reddiderint, remissione dantiū nil valēte, ex tūc oēs inferiores epis ab officio & beneficio sunt suspēsi, quousq; Ecclesiæ grauatæ satisfecerint: de censibus. c. exigit li. 6. Sed quidā excipiūt religiosos: quia in decretali præcedente cuius illa est executiua & vallatiua, & per cōsequēs nō punit nisi cōprehensos in illa dicit sic. Saluis super hæc rationabilibus & approbatis religiosorū cōsuetudinibus, & regularibus institutis. Sed per hoc magis includūtur regulares, q̄ excludātur: quia nō dicit exceptis regularibus, sed eorū cōsuetudinibus. Si eīn est cōsuetudo, q̄ visitāti detur nō solū procuratio in domo, sed dentur etiā expensæ pro via, quas fecit vel faciet & huiusmodi est bona causa, sed nō est cōsuetudo, q̄ occultè munera recipiat, vt iudicia subuertat. Vnde si in hoc peccat, nulla corruptela excusat, quin pœnā incurrat. Sed verū est quod loquitur de ordinario iure visitātibus: nō de visitatoribus à prælato, vel concilio, aut capitulo missis. Sextus. Obligo. Ille qui pro alienis debitis Ecclesiā suā grauat, aut literas seu sigilla cōcedit: quibus possent Ecclesiæ obligari, ab administratione spiritualiū & temporaliū est suspēsus. de solutionibus. c. secūdo. Verbi gratia. Si ipse mutuū recipit sub sigillo Ecclesiæ suæ, & noīe eius cōfitens in vtilitatē eius esse cōuersum: q̄ ipse dedit pro maritāda nepte, vel pro guerra amici sui vel hmōi. Idem videtur si pro seipso in casu illicito, & nō pro vtilitate Ecclesiæ: quia est debitū alienū ab Ecclesia licet nō ab ipso. Et est intelligendū: q̄ obligatio nō valet si potest probari: sed qñ confitetur

conuersum

cōuersum in vtilitatē Ecclesiæ stat cōcessioni: nisi contrariū probetur, & sic possunt literæ nocere Ecclesiæ. Septimus. Nō obstat. prælati nō episcopi qui Ecclesias sibi cōmissas, seu bona ipsarū aut iura ipsarū subiiciunt, vel supponūt, absq; cōsensu capituli, & sedis apostolicæ licētia speciali, recognoscendo ea ab ipsis sicut à superioribus se tenere, vel ipsos aduocādo: ipso facto ab officio & administratiōe simpliciter sunt suspensi. Clerici qui sciētes huiusmodi nouā aduocationē superiori nō denunciant à perceptione beneficiorū quæ in illa Ecclesia sic suppositā obtinet, triēnio suspensi sunt. de. re. Eccle. non alic. c. 2. li. 6. Quādo autē aliqui guardiā seu custodiā in quibuscunq; piis locis de nouo vsurpando, bona illorū vacantiū occupāt, clerici qui se vt debent talia facientibus, non se opponunt: de prouentibus illarū Ecclesiarū pro tēpore quo præmissa sine cōtradictione fieri permiserunt: nihil recipere debēt de elec. c. generali. li. 6. Octauus. diuinis. Iste casus est de priu. c. episcoporū. li. 6. Omnes exēpti qui sciēter celebrāt, vel celebrari faciunt diuina, nisi quatenus à iure cōceditur ī locis interdictis ab homine, vel à iure. Itē qui excōmunicatos publice, vel interdictos publice, ad diuina officia, vel Ecclesiastica sacra, siue ad Ecclesiasticā sepulturā admittūt: sunt suspēsi ab ingressu Ecclesiæ: donec de trangressione huiusmodi ad arbitrium eius cuius sententiā cōtempserūt, satisfecerunt cōpetenter. Non est autē admittere ad diuina, audire cū eo missam: sed ei dicere missam: nec stare cū eo in choro, nisi quo ad illū qui habet regere chorū. Nec ad sepulturā admittere, interesse sepulturæ: sed illi cuius est recipere vel repellere, & cōsentire q̄ sepeliatur. Itē nō habet locū: nisi in exēptis, sed glosa dicit cōtrariū: quia dicitur ibi quātuncunq; exēpti: quasi dicat, multomagis si nō sunt exēpti: & in primo incurritur solū suspēsio & irregularitas: in aliis sola suspēsio prima vice. Nonus. ordine. Quicunq; ordinatur à nō suo episcopo sine licentia sui: nisi sub spe ratihabitionis verisimiliter, est suspensus perpetuo sine spe dispēsationis: de tēpo. ordi. c. 1. li. 7. licet videatur loqui solū de citramontanis, qui ab italicis ordinātur: sed idē intelligitur de aliis. Decimus. præstat. Omnes qui manifestos vsurarios recipiunt ad Ecclesiasticam sepulturā antequā satisfecerint. vel de satisfactione idoneā dederint cautionē: suspēsi sunt ab officio sui executione, donec satisfecerint ad arbitriū sui episcopi. de vsuris capitulo vltimo. li. 6. Sed antiquit⁹ prohibebatur q̄ nec ad cōmunionē altaris reciperētur tales, nec oblationē eorū quisquā reciperet: alioquin suspēsus esset vt prius. Sed Hostiē. dicit nō esse canonē latæ sententiæ, sed ferēdæ. de vsuris. capitulo. Quia in omnibus. Qui etiam eos recipit ad diuina vel Ecclesiastica sacramenta, in regno Franciæ suspēsus est ab ingressu Ecclesiæ: donec satisfecerint omnibus quorū interest, vt in cōstitutionibus Simonis legati de priuilegiis. capit. 1. vbi loquitur solū de exēptis. Vndecimus. Forni. Sacerdos qui est notorius fornicator & cōcubinarius, est suspēsus ab officio: quia nullus debet eius missam audire, nec ab eo sacramēta recipere. de cohabitatione clericorū. cap. vlt. Non enim refert vtrū habeat cōcubinā vnā publice, an publicū sit q̄ ipse habeat plures. vel vadat publice ad lupānar. Parochianus verò qui scit, videtur excusatus dissimulāte prælato qui æque bene scit, & nō cōtra eū aliquid agit. Duodecimus. Moni. Iudex qui monitione nō præmissa vel nō adhibitis debitis testibus: & idoneis profert sententiā excōmunicatiōis vel interdicti: est suspēsus ab ingressu Ecclesiæ per mēsem. de senten. excōmunica. Sacro. Tertius decimus. que grauat. Iudex Ecclesiasticus qui in iudicio aliquid facit per gratiam, vel per sordes cōtra iustitiā & conscientiā, in grauamē partis: ab executione officij per vnū annū nouerit se suspēsum. de sentē. & re iudicata. c. 1. lib. 6. Quartusdecim⁹. Scriptū. Iudex Ecclesiastic⁹ qui profert sententiā excōmunicationis: vel suspēsionis: vel interdicti sine scriptis: vel sine causæ expressione, vel requisit⁹ nō facit copiā infra mēsem: est suspēsus ab ingressu Ecclesiæ & diuinis per mensem. de sentētia excōicationis. cap. 1. lib. 6. Præter autē prædictos casus alīqui assignāt primū de Simonia. cap. Si quis ordinauerit. vbi dicitur. q̄ ordinās sub tali pacto promissione simplici: vel iuramēto vallato: q̄ super promissione sua nō inquiētet eū ordinator, à collatione ordinū per trienniū est suspēsus: & licet hic nó exprimatur episcopus: tamē quia nullus est ordinator, maximè sacrorū ordinū in quib⁹ ordinās tenetur prouidere ordinato, nisi Episcop⁹: ideò Episcopus est ibi suspēsus. Secundò, præsentator qui cōsimili pacto præsentauit: ab executione ordinū per trienniū est suspēsus: ibidē. Tertiò, sic ordinatus est suspensus: donec per Papā fuerit cū eo dispēsatū. Tertio, videndū est de eius effectu, vbi sunt vndecim cōclusiones. 11 Prima cōclusio. q̄ si suspēsus ab ingressu Ecclesiæ ingerat se diuinis: ita est irregularis ac si esset excōicatus: extra eodem. Nec cui. Nec debet habere Ecclesiasticā sepulturā sicut ibi dicitur. 12 Hoc autē verū est, si ipse suspēsus celebrauerit intra Ecclesiam: quia si sub dio vel extra Ecclesiā celebret, nō est irregularis: cū extra Ecclesiā nihil sit sibi phibitū: vt dicitur in glosa ibidē. Cimiteriū autē per cōsequēs est sibi interdictū: vnde si ibi sepeliat, vel celebret irregularis est: siue sit cōtiguū siue nō, quia hoc est interdictum hominis nō loci. Si autē esset suspensus etiā à diuinis, vbicūq; celebraret: ipse fieret irregularis. Itē suspēsus ab ingressu Ecclesiæ nō debet intrare Ecclesiā pluspquā excōicatus, sed beneficia potest percipere omnia: quorū perceptio ingressum Ecclesiæ nō requirit: licet quidā probabiliter dicāt, q̄ cū priuatus ab ingressu Ecclesiæ: sit per cōsequēs priuatus ab officio intra Ecclesiā. quia etiā à beneficio. 13 Secūda cōclusio. q̄ si aliquis est suspensus à beneficio tantū, & ingerat se diuinis nec peccat, nec est irregularis. de electione. Cū ī cūctis. & cap. 1. & cupientes. lib. 6. & cap. c. Generali: & de reb⁹ Ecclesiæ nō alienādis. cap. 2. quia nō est prohibitus ab illis. Sed si ingerat se illis quibus est priuatus: aliā pœnā potest incurrere, sed nō irregularitatē: quę nō incurritur ex hoc, q̄ homo ingerit se diuinis: nisi hoc sit in actu alicuius ordinis sacri, per se requisiti de iure vel cōsuetudine, vel saltē ordinis Episcopalis vt multis videtur. Dico autē actū ordinariū de iure vel de cōsuetudine: quia vbi est cōsuetū, q̄ solus sacerdos incipit Deus in adiutoriū: si suspēsus ab ingressu, vel à diuinis, vel ab officio, ibi inciperet solenniter, irregularis fieret. 14 Tertia cōclusio, q̄ si est aliquis suspēsus ab officio: & per consequēs à beneficio, quod est propter officiū: tūc perinde est ac si esset suspēsus ab vtroq;: quia & in vtroq; casu, si ingerat se diuinis est irregularis: de sentētia &re iudicata: cap. 1. li. 6. 15 Quarta cōclusio. quādo est suspēsus ab officio nō simpliciter, sed secundū quid: est dubiū, vtrum incurrat irregularitatē: & certū est q̄ nō si in alio officio agat, quàm in illo à quo est suspēsus. Vnde si est suspēsus à collatione ordinū, & omnia alia præter ordines agat, nullā pœnā incurrit: & sic de alijs. 16 Quinta cōclusio est, Quod si ī illo ordine à cuius executiōe est suspēsus agat & nō est sacer videtur dubiū. Vnde episcopus qui suspēsus est à collatione tonsuræ per annū: si eā cōferat, videtur magis nihil agere, quàm pœnam incurrere. Quid eīn conatus affuit qui nō habuit effectū. ff. q̄ quisq; iure. lege prima. §. statuit. De tēporibus ordinandorū. cap. vlt. lib. 6. Similiter si suspēsus à cōfirmatione cōfirmet: nihil est actum: & non videtur incurrere irregularitatem. 17

Sexta

Ar. 3. De effectu. suspēsionis.

Sexta conclusio. ℘ si suspensus à consecratione vel ordinatione, consecret vel ordinet: tunc est aliquid actum: ℘ Papa non potuit impedire, saltem de charactere ordinis, vnde punitur de irregularitate. 18 Septima conclusio. ℘ suspẽsus ab officio si ingerat se officio non ordinis quod habet: puta quia iudex est: nullam pœnã incurrit: sed nihil est quod agit. De offi. deleg. cap. vlti. li. 6. & similibus. Sed si officio diuino se ingerit, tũc irregularitatẽ incurrit nõ aliter. Et sic debet intelligi de senten. & re iudicata. c. 1. licet quidã dicãt, ℘ prior suspẽsus si teneat capitulũ fit irregularis. Itẽ suspẽsus à beneficio si fructus capiat, nõ est irregularis: quia nec facit eos suos: sed quã doq; aliter punitur, vt de electi. c. 1. li. 6. & c. Cupientes igitur cæterũ: vbi beneficijs perpetuo priuantur, qui suspẽsione ab illis durante illis se ingerunt. 19 Octaua cõclusio. ℘ suspẽsus à beneficio vel ab officio in diuinis nisi sit suspẽsus ab executione iurisdictionis potest absoluere: & excõmunicare. de senten. excõ. Sacro. Et per hoc patet solutio ad argumentũ. Sed si est suspẽsus simpliciter, intelligitur ab omni officio & beneficio suspensus & nihil potest quod homo prohibere potest, & ingerens se diuinis est irregularis: suspensus verò à determinato officio, in alijs tantũ potest quantũ ante. Et suspensus à beneficio ĩ nullo officio, habet impedimẽtũ pluſquã ante. 20 Nona cõclusio. Quod si Papa cõmittat abbati cõfirmare, & cõferre minores ordines, & postea suspendat eũ ab vtroq;, ille ordinãdo vel cõfirmando: nullũ characterem confert: imò nihil agit pluſquã delegatus à delegante suspensus: qui excõicando nihil agit. vnde irregularitatẽ nõ incurrit. Sed si episcopus qui iure suo cõfirmat, vel ordinat minores ordines, à collatione istorũ suspendatur: nihilominꝰ cõfirmãdo & ordinãdo verũ characterẽ imprimit: & ideò irregularitatẽ incurrit. Licet aũt iure suo cõferat tũc ſurã: qa tñ illa est iuris positiui sicut iurisdictio. Sicut suspẽsus à iurisditiõe exercẽdo eã nihil agit: ita videtur, qđ eps iure papali à collatiõe tũc ſure suspẽsus, eã cõferendo nihil agat. Decima cõclusio. ℘ suspẽsio ꝓprie dicta est, q̃ aliqs ꝓhibetur vti iure suo, nõ aũt qua ꝓhibetur vti iure ꝓhibẽtis, qa illud ẽ magis inhibitio vel reuocatio. Vñ si officialis ꝓhibeat curatũ celebrare, vel cõfessiones audire, quæ ipſe facit iure suo, si ex cõmissione officialis est suspẽsio proprie dicta: propter quod si hoc faciat officialis, sine scriptis vel sine monitione suspẽsionẽ incurrit: de sen. excõ. c. Sacro. li. 5. Cũ medicinalis. li. 6. Si episcopus qui dedit potestatẽ suã fratribus, vel sæcularibus, suspẽdat eos ab audiẽtia confessionũ nomine suo: nõ est suspẽsio, sed mandati reuocatio. Vnde si abbas vel prior, cuius solius auctoritate fratres se mutuo absoluũt suspẽdat aliquẽ ab audiẽtia aliorũ fratrũ sine scriptis & monitione, nullam pœnã incurrit: quia totã potestatẽ si vellet posset reuocare nudo verbo, sicut dedit & multo magis partẽ. Sed si à potestate audiendi sæculares, quam habet à Papa vel episcopo, eum prohiberet: proprie dicta suspẽsio esset. Et sic sine scriptis & sine monitione hoc faciens incurreret, nisi quis dicat, ℘ adhuc nec istud esset suspẽsio proprie dicta, quia sine licẽtia prælati, nec auctoritate Papæ nec auctoritate episcopi audire debet. Vñ sicut à principio poterat solo verbo inhibere nẽ audiret: sic etiã ex post facto. Si autẽ dicat in generali: quicunq; fecerit hoc vel illud, suspendo eũ ab vſu clauiũ: videtur nõ incurrere suspẽsionẽ, dato ℘ illud sit suspẽsio proprie dicta: si vera est opinio dicentiũ, ℘ illa decretalis Sacro. &. Cũ medicinalis. nõ intelligitur de sentẽtia quæ fertur pro futuro facto, sub cõditione & in generali. 21 Vndecima cõclusio, de absolutione à suspẽsione, de qua iurã nõ faciunt multũ mentionẽ: quia cõmuniter in iure ꝓponitur tẽpus suspensionis, quo posito anto illud tẽpus nullus nisi Papa potest hominẽ absoluere. quia si dicatur per mẽsem, aut per annũ, aut terminum, aut quouisq; fecerit hoc vel illud sit suspẽsus, si posset interi absolui, mox absolutus iterũ esset suspẽsus, quousq; ille terminus esset expletus. Sed Papa sic posset absoluere, ℘ nec postea incurreret qui iuri nõ subest. Vbi autẽ homo in iure suspenditur, & terminus nunquã præfigitur: tũc episcopus potest absoluere, sicut ab excõicatiõe ex quo cõditor nõ reseruat. Quando verò homo suspẽdit ipse vel superiore absoluere potest, & successor & nõ alius, sicut de excõicatione dictum est. Argumentum solutum est.

Papa quõ solus absoluit à suspẽsiõe.

QVAESTIO OCTAVA.

De interdicto:

OCTAVO & vltimo queritur de interdicto: vtrũ violans interdictũ sit irregularis: Et videtur ℘ nõ: quia violãs cessationẽ, vel pollutionẽ non est ita irregularis, quæ pari passu currunt. ideò, &c. Contra de sen. excõ. Is qui. li. 6. 2 Respodeo. circa hãc quæstionẽ sunt quatuor videnda. Primò, de interdictis & pollutionibus latis à iure. secũdò, de licitis & illicitis tẽpore interdicti. tertiò, de effectu ipsius & pœna violãtiũ. quartò, subijcientur tractatus quorundam de interdicto. 3 Circa primũ sunt quatuor facienda. Primò, videndũ est de locis prophanis quæ interdicta sunt: secũdò, in quibꝰ casibus populus est interdictus: tertiò, in quibus casibus loca sacra: puta Ecclesia vel cimiteria sunt à iure interdicta. quartò, in quibus casibus loca sacra polluũtur. 4 Quantũ ad primũ sunt quinq; cõclusiones secũdũ quinq; casus qui in his versibus cõtinentur. Interdicũtur loca per quinq, quæ sequũtur. Fœnus, pedagia, suburbia, cardine, Papa. 5 Primus. Fœnus. Quicunq, dñi in terris suis vsurarios publicos aliũde oriundos habitare permittũt, per tres menses incurrũt sententiã suspẽsionis: si sunt episcopi; excõmunicationis si sunt clerici, interdicti si vniuersitas: quoniã si per mẽsem sustinuerit animo indurato, extũc terræ ipsorũ quãdiu in ipsis ijdẽ vsurarij cõmorantur, Ecclesiastico subiacent interdicto. de vsur. c. 1. li. 6. vbi videtur, ℘ terræ laicorũ nõ sunt interdictæ sed interdicẽdæ: sicut & dñi nõ excõmunicati, sed excõicandi, vt ibidẽ dicitur, licèt clerici nõ episcopi sint excõmunicati ibidẽ. 6 Secũdus. pedagia. Vniuersitas ciuitatis, Castri seu loci alterius cuiuscunq;, quæ exigi facit pedagia à personis Ecclesiasticis, pro rebus quas nõ mercationis causa deferũt, sic punitur: ℘ ciuitas, vel castrũ, vel locꝰ eius Ecclesiastico subiaceat interdicto, quod nõ potest relaxari donec exacta restituerint, & de trãsgressione eius satisfacerint cõpetẽter. Et mirũ videtur ℘ personæ q̃ deliquũt nõ sunt iterdictæ, sed locꝰ. de cẽsibus c. q̃. li. 6. 7 Tertius. suburbia. de sen. ex. c. Si ciuitas. lib. 6. Si ciuitas, castrũ, aut villa Ecclesiastico ĩterdicto subijcia turillorũ suburbia & cõtinẽtia. 1. cõtigua ædificia eo ipo intelligi volumus interdicta. Nã licet ꝑdicta videantur aliàs murorũ ãbitu terminari, hoc tamẽ casu nè vilipẽdi valeat iterdicti sentẽtia, quod fieret si posset ipsorũ suburbijs, vel cõtinẽtibus ædificijs licite celebrari, vt prius expedit interpretationẽ fieri latiorẽ. Vnde si principalis locus est interdictus à iure, tũc totũ est interdictũ à iure. Si autẽ principalis locus est interdictus ab homine, accessorius est interdictus a iure. Sed quia sublato principali removetur accessoriũ: inde est ℘ relaxato vel amoto interdicto, quo ad ciuitatẽ vel castrũ, intelligitur amotũ quo ad suburbiũ, etiã si amouens erat talis, qui non potuisset amouere interdictũ iure principaliter positũ, puta inferior episcopo: quia quædã cũ vniuersitate trãseunt, quæ aliàs

Ar. 1. Casus. §. in quibus loca interdicuntur.

aliàs non transirent. 8 Quartus, Cardine. Ciuitas omnis præter vrbẽ: quæ insequẽtibus hostiliter, cardinalẽ, consiliũ dederit, auxiliũ, vel fauorẽ, vel intra mẽsem malefactores huiusmodi sicut debuerit, & potuit nõ punierit: pontificali dignitate priuata est: & nihilominus interdicta. de pœnit. c. Felicis. in. fi. li. 6. 9 Quintus. Papa. quãdo in aliqua ciuitate imminet electio summi põtificis facienda, Dominus alijq, rectores & officiales ciuitatis debent cardinales modo debito includere: Et semper his conuocatis clero & populo iuramentũ præstare: ℘ si nõ obseruent ea quæ debẽt, vel fraudẽ cõmittant, ciuitas illa est interdicta & põtifice priuata. de elec. c. vbi. li. 6. De interdicto autem loci & terræ videtur ℘ sic afficiat locũ, ℘ quãdo terra alicuius Domini interdicitur, sola terra quam possidet tempore sententiæ latæ est affecta. ita ℘ si postea nouã acquirat: illa nõ afficitur sententia antiqua: quia cautio damni infecti nõ extẽditur ad domos nouiter acquisitas. Et si alienauerit terrã antiq̃, illa transit cũ onere interdicti. Et similiter videtur quãdo est familia ĩterdicta, vel de iure quod est raro: vel ab homine, sicut sæpe fit de consuetudine: qui tunc erat de familia si recedat nõ desinit esse interdictus: & qui de novo aduenit nõ incipit esse interdictus. 10 Quãtũ ad secundũ sunt etiã quatuor cõclusiones, secũdũ quatuor casus: qui in his versibus cõtinentur. Interdicũtur homines quatuor quæ sequũtur. Populus, atq; locus: nec non repressalia, fœnus. Primus. populus dicitur de sen. ex. c. Si sentẽtia. li. 6. ℘ interdicto populo, nõ interdicitur nec clerus, nec ecõuerso. Sed quãdo populus est interdictus, quocũq; vadat secũ fert suũ interdictũ, nec debet admitti ad diuina. Quãdo autẽ terra est interdicta, tũc illi de terra alibi admittũtur. Itẽ quãdo ad homines nõ interdictos veniunt homines, interdicit ille populus ad quẽ venit homo interdictus, ex hoc ipso fit à iure interdictus, quandiu ille ibi est: quia à iure est prohibitũ, nẽ homo interdictus admittatur ad diuina: imò suspẽditur ab ingressu Ecclesiæ qui admittit vt supra dictũ est. ergo populus fit ĩterdictus à iure, quãdo ad ipsum declinat homo alterius populi interdicti: & multo magis si totus populus: quia illo pręsente sibi interdicũtur diuina. de priuile. epiſcoporũ. 11 Secũdus. Atq, locus. Eo ipso ℘ homo declinat ad locũ interdictum, fit interdictus quãdiu ibi est, quantũ ad hoc ℘ ibi interdicũtur sibi diuina, etiã plus q̃ illis de loco, qui si sunt clerici aut religiosi, intra suam Ecclesiã possunt audire diuina. hic autẽ nõ timò si aliquis habet priuilegiũ celebrandi tẽpore ĩterdicti, licet posit admittere familiares suos, si est singularis persona: quod nõ potest cõuentus, cuius aliquãdo familiares sunt effrenata multitudo: tamẽ extraneũ nõ habentẽ super hoc priuilegiũ nullus admittere potest: de priuile. c. licet. li. 6. Vnde nec isto casu admittentes talẽ interdictũ incurreret pœnã iuris: qa nõ est proprie interdictũ. 12 Tertius. Repressalia. Vniuersitas quæ aduersus personas Ecclesiasticas cõcesserit repressalias, quibus alius pro alio pignoratur, sicut habet cõsuetudo nundinarum campaniæ, ℘ mercatore deficiẽte quicũq; de sua ciuitate inuentus in corpore, & in rebus capitur: nisi infra mensem reuocauerit subiacet interdicto. de. iniur. ca. 1. li. 6. 13 Quartus. fœnus. Vniuersitas quæ vltra tres menses permittit alienigenas publice fœnerantes ĩ terra sua habitare: ipso facto est interdicta. Et nihilominꝰ terra eius fit interdicta, si per mensem sustinuerit animo indurato populus suum primũ inter iudiciũ personale. Et istud secundũ locale interdictũ durat, quãdiu illi nõ expelluntur: quod etiã videtur valde graue de ciuitatibus lõbardiæ, quæ habẽt maximũ districtũ, vt si propter vnũ vsurarium in vno angulo toleratũ, tota terra eorum sit interdicta. Et magis si Rex Franciæ vnicũ vsuratiũ in vno angulo regni sui sustineat, ℘ ꝓpter hoc totũ regnũ subiaceat interdicto: propter quod videtur aliquibus, ℘ terra illa in qua eũ sustinet est ĩterdicta, nõ alia: vt puta si Parisijs sustinet, tota præpositura Parisijs non plus: vt si capiatur terra. si illa portio in qua vsurarius sustinetur, secundũ diuisionẽ dñi consuetã. Alijs videtur, quod sicut provni co crimine etiã extra terrã cõmisso, vel in vno angulo de quo esset incorrigibilis, tota terra regni iuste interdicere tur: sic & hic. Sed hic notandũ, ℘ aliquid singulare videtur esse in ĩterdicto hominũ, quia quãdo populus interdicitur: de quo dicitur: aquæ sunt populi: in apocalip. 17. Sicut est vna aqua numero, quauis cõtinue varietur: & quæ accedit reputatur, eadem: & quæ recedit diuersa. Sic in populo interdicto videtur, ℘ quicũq; incipit esse de nouo de hoc populo, hoc ipso fit ĩterdictus sine noua sentẽtiæ prolatione: & ecõuerso tquando definit de nouo esse de populo, desinit esse iterdictus: quia si aliter esset: tũc si populus ad quẽ talis de nouo accedit esset interdictus, ipse esset ligatus duplici interdicto cõtra intẽtionẽ ferentiũ, qui nolebãt ligare illos q nõ erãt: & plus: quia sic contingeret populũ primũ omnibus primis mortuis & alijs subrogatis mutari, cessaret interdictum quod nõ videtur: imo etiã qui nascũtur ex interdictis reputãtur interdicti, sicut & si essent nati tẽpore lati primo interdicti: qa vniuersitas in quantũ huiusmodi interdicitur, & nõ personæ singulares, nisi per accidẽs. Quòd autẽ dicitur extra. c. Si sentẽcia. §. fi. ℘ singuli extra euntes de populo interdicto nõ admittũtur ad diuina: hoc est: quia nõ recedũt animo illũ populũ deserẽdi: & tũc est verum quãdiu sunt de populo interdicto, sunt interdicti: nõ autem postquã definunt esse de populo interdicto, licet secus sit de terra interdicta, vt dictũ est: quia illa vt res singularis afficitur, nõ vniuersitas. Et pari ratione secus de familia interdicta, quæ nõ est proprie collegiũ: nec vniuersitas vt dictũ est in fine primi articuli. 14 Quãtũ ad tertiũ sunt tres cõclusiones, secundũ tres casus qui in his versibus cõtinentur. Interdicũtur loca sacra, tribusq; sequũtur. Funerat inducẽs, hæreticalẽ, quoq, tangẽs. 15 Primus. Funerat inducẽs. Quando homo inductus ad electionẽ sepulturæ aliũ per votũ iuramentũ: & promissionẽ vel huiusmodi, quæ liberã electionẽ vel mutationem impediũt sic. s. ℘ sine peccato mutare non potest ex hoc ipso electio nõ valet. Sed ille tumulãdus est illic, vbi erat sepultura nõ electa. Si verò in Ecclesijs vel cimiterijs inducentium fuerint sepulti, sepelientes obligantur ad restitutionẽ tã sepultorũ corporũ si petãtur, q̃ omnium q̃ occasione sepulturæ illorũ quenerint quomodolibet ad eosdem, infra dicendũ integraliter faciendũ. Quã nisi fecerit, ecclesiæ ipsæ apud quas sepulti fuerint, necnõ & cimiteria earundẽ ex tũc eo ipso sint, & tandiu maneãt Ecclesiastico supposita interdicto, donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria prædictorũ. de sepul. c. 1. li. 6. Vbi dicunt quidã, ℘ intelligitur si in Ecclesia fuerit sepultus, quia tunc Ecclesia cũ cimiterio fit interdicta. Si autẽ sepultus fuerit talis in cœmeterio, nõ propter hoc Ecclesia fit interdicta, sed solũ cœmeteriũ. Itẽ intelligũt de cœmeterio cõtiguo nõ alio, argumentum eius ℘ de pollutione dicitur. de consec. Eccle. c. 1. li. 6. Et simile habetur de interdicto. de sen. ex. Si ciuitas. §. vlt. li. 6. Alijverò dicũt indifferẽter, ℘ in quocũq, illorũ sepeliatur, vtrũq; illorũ vbicũq; fit ĩterdicto subijcitur: sc3 Ecclesia & cœmeteriũ ipsorũ iducẽtiũ sepelientiũ: qa hic exꝑsse vtrũq; sc iterdicit. Secꝰ aũt aliqñ alterũ tñ exprimitur. Nã tũc magis dignũ trahit ad se minꝰ dignũ cõtiguũ nõ ecõuerso, nec alij & sic loquũtur iura illa: & hæc ẽ verior opio. Si autẽ sine dolo, & fraude, & obligatione homo alium inducat ad

Pulchri dubijresolu.

In. 4. casib' populus est interdictus.

3. Articulus Loca sacra ĩ tribus casibus à iure ĩterdicũtur.

ad eligẽdum:vel mutandũ ſepulturã, nõ ipſum obligãs ad nõ mutãdum locũ nõ habet locũ hæc cõſtitutio. Vbi dubiũ eſt ſi ipſemet curatus hãc inductionẽ faciat,apud quẽ erat de iure tumulandus,vtrũ Eccleſia vel cœmeterium ſint interdicta : & videtur ꝙ delictu ſuũ nõ nocеat Eccleſiæ,quãdo ibi ſepeliatur. 16 Secunda hæreticalem:quãdo hæreticalis traditur ſcien.Eccleſiaſticæ ſepulturæ,locus ille perpetua careat ſepultura,ita ꝙ recõciliatio hic nihil valet.Nec videtur, ꝙ epiſcopus poſſet iſtud interdictũ amouere,quia quãdo dicit perpetua, amouet inferioribus diſpẽſationẽ.de hæret.c.quicũq;.li.6. 17 Tertius.Quoq; tangẽs,ſicut in duobus primis caſibus ẽ Eccleſia interdicta,vel cœmeteriũ indiſtincte: ſcilicet ille locus in quo aliquis ſepultus erat interdictus, vel hæreticalis.ita hic quãdo Eccleſia eſt interdicta ab homine vel à iure,eo ipſo cœmeteriũ cõtiguum, capella cõtigua reputantur interdicta:ſicut ciuitate interdicta,ſuburbia ſunt interdicta.Secus autẽ ſi nõ ſunt cõtigua.extra.c. Si ciuitas.§.ratiõe lib.6. Dico autẽ cõtigua,quorũ vltima ſunt ſimul:vnde ſi inter Eccleſiã ex vna parte, & capellã & cœmeteriũ ex alia nõ eſt niſi paries medius,contigua ſunt : quia vltimũ Eccleſiæ eſt ſuus paries, qui eſt ſimul cũ terra capellæ & cœmeterij : quia vtriuſq; ſuperficies eſt ſimul cũ nihil ſolidũ ſit mediũ. Si etiã paries capellæ & cœmeterij cõtigeret parietẽ Eccleſiæ:idẽ eſſet.Secus ſi eſſet aliqua terra media inter duos parietes: quia illa ſo
4.articulus. Polluitur ſacer locus in 4.caſibus. la eſſet interdicta. 18 Quantũ ad quartũ ſunt ſex cõcluſiones,ſecundũ ſex caſus qui in his verſibus cõtinentur.Sed polluuntur loca ſacra ſex quæ ſequuntur. Sanguis:adulteriũ:ſit principaleq; tactũ.Sacrãs,ſepultus,gẽs aut excõicatus. 19 Prima ſanguis. Eccleſia & cimeteriũ reputãtur polluta per ſanguinis effuſionẽ ibi factam violenter,& iniurioſe:ſicut per homicidium, & mutilationẽ,vel aliam vulnerationẽ.de cõſe.di.1.c.Si motũ.&. c.ſe.nec đt celebrari,nec ibidẽ ſepeliri quouſq; recõcilietur.de pri.c.Tuarũ.Si autẽ hõ ſine alteri⁹ violentia,& ꝑ ſe ibidẽ emittat ſãguinẽ ꝓ nares,nõ ꝓpter hoc polluitur. Ecõuerſo.ſi qs ĩtra eã ſuſpẽditur , aut ſine ſanguinis effuſiõe ſuffocatur,nihilomin⁹ recõciliatiõe indiget. Si verò alibi vulnerat⁹ illuc fugiens adhuc ſanguinaret,vel moreretur,nõ propter hoc polluceretur. Econuerſo,ſi ibivulneratus antequam ad terram ſanguis decurreret exiret : nihilominus : quia infra eam ſanguinis effuſionis cauſa facta eſt,recõciliatione indiget.Et ſi martyr in ea occiſus eſt recõciliatione indiget:quia per mortẽ eius plus fit in iuria Eccleſię ex parte ſæuientiũ : licet per paſsionẽ Eccleſia honoretur,vt eſt illud.Actio diſplicuit paſsio grata fuit:hoc eſt intelligendũ de enormi,& nõ de modica, & leui percuſsione:puta cũ vnguibus,vel de narib⁹, aut dentibus,& huiuſmodi.Si autẽ lapis de ſuperioribus cadens ibi hominẽ vulnerauerit.vel occiderit:vel furioſus nõ habensvſum rationis hæc ibi fecerit in ſe vel in alio: nõ eſt homicidiũ, vbi deeſt mala volũtas hoĩs : ideò nõ indiget reconciliatione. Si verò aliquis ſuæ mentis compos ſeipſum occideret,verũ homicidiũ eſſet: vnde recon
Redditõ de biti in loco ſacro Eccleſiam polluit non aũt pollutio ſiplex. ciliatione indiget. 20 Secũdus.Adulteriũ.Emiſsio ſeminis ſiue per adulteriũ , ſiue per ſimplicẽ fornicationẽ polluit Eccleſiã,& cœmeteriũ:de cõſe.di. 1. Eccle.de cõſe.eccl.c.vlt.de adu.Significauit. Non autẽ ſi cuſtos Eccleſiæ ibidẽ nocturno ſomno polluatur. Si verò vir ibi vxori debitũ reddat,vel cauſa prolis debitũ ibi petat, nihilominus ratione loci ſit ſacrilegiu:quod alibi eſſet licitũ.& violatur locus & polluitur:ſiue ſint ibi,incluſi tempore guerrę,nõ audẽtes exire,ſiue aliàs. Cũ autẽ vitium ſodomiticũ ſit grauius pctõ,ꝙ adulteriũ:cũ etiẽ ſit cũ ſeminis effuſione:recõciliatione indiget. Propter occultã autẽ ſeminis effuſionẽ quantũcunq; illicitã , & innomi
nabilẽ, quandiu occulta eſt. recõcilianda nõ eſt:ſed ille occulte puniẽdus eſt.Vnde ſicut ſolẽnis pœnitentia nũquã pro occulto crimine imponẽda eſt:ita cũ reconciliatio Eccleſiæ ſemper fiat cum ſolennitate : nunquam facienda eſt niſi pro pollutione ſolenniter diuulgata. de adult. c. Significaſti. Si autẽ ſacerdos ſciat tantum per cõfeſsionẽ Eccleſiã pollutã nec etiã in occulto tenetur abſtinere à celebrando ibidẽ: nec epiſcopo debet dicere vt dicũt quidã:ꝙ recõciliet Eccleſiã cauſa non expreſſa: quia ex his quæ ſcit tanquã Deus, nõ prohibetur ipſe vt homo,nec arctatur ad aliquid faciendũ vel omittendũ. 21 Tertius.Sit principaleq; tactũ.Quãdo Eccleſia polluitur quoquomodo,eo ipſo intelligũtur polluta cœmeteriũ & capella cõtigua,ſicut de interdicto dictũ fuit,nõ autẽ ecõuerſo: quia magis dignũ trahit ad ſe minus dignũ.Secus autẽ ſi nõ ſit cõtigua:ſed eorũ extrema adinuicem ſeparata:& duorũ cœmeteriorum parietes diſunctorum:licet per oſtium de vno ad aliud treſeantur,pollutio vnius non inficit aliud:de conſecr.Eccleſi. capi.1. li.6. 22 Quartus.Sacrans.Si conſecrans Eccleſiã, vel benedicẽs cemœteriũ ſit publice excõicatus, indiget recõciliatione.Et hoc notat hoſt.de conſe. Eccle. cõſuluiſti. Si autẽ excõicatus publice ibi celebret, vel ſepeliat, nõ propter hoc neceſsaria eſt recõciliatio.de ſacra.ite.c. A nobis. 23 Quintus.Sepultus.gens.i.gẽtilis: quia ſi hæreticus tũc videtur locꝰ nõ ſolu pollutus:ſed interdictus:quia dicitur de hæreticis.c.2.lib. 6. quodlocus ille perpetua careat ſepultura : quod non eſt de polluto, in quo poſt reconciliationẽ poteſt ſepeliri : quia hæreticus eſt deterior gẽtili.de hoc de cõſe.di.1.Eccleſiã.de cõſec. Eccle.c.cõ ſuluiſti. Si autẽ cathecuminus ante baptiſmũ ibi ſepeliatur, licet fieri non debeat, tamẽ nõ polluitur locus:quoniã nõ reputatur infidelis:ſed creditur habuiſſe baptiſmũ flaminis:ſicut nec de illo qui in ſuo ſanguine baptizatur,& tanquã martyr ſepelitur: licet in tracta tu de matrimonio quãdo dicitur, cultus diſparitas dirimit matrimoniũ,ibi accipitur fidẽli.i.baptizatus cũ nõ baptizato:etiã fidẽli.Sed de puero filio fideliũ mortuo ante baptiſmũ eſt cõſuetudo quorundã , ꝙ niſi mater in partu moriatur,nõ ſepelitur in cœmeterio benedicto.Nulli enim datur eccleſiaſtica ſepultura,niſi de quo creditur ꝙ tunc vel quãdoq; intrabit in requiẽ Eccleſiæ triũphantis:nõ tamẽ indiget recõciliatione : quia licet nõ eſt fidẽlis: nõ tamẽ ſit proprie gẽtilis vel infidẽlis:ex quo eſt filius fideliũ. Puer autẽ filius infideliũ tumulatus bene polluеret,ſicut ſi eſſet magnus. Quãdo au Nota tem mater moritur in partu,enixum mortuũ vel qui ſtatim ante baptiſmũ moritur,conſuetũ eſt vt ſepeliatur cũ ea,licèt ſciam⁹ ipſum dãnatũ:quia reputatur quaſi pars viſcerũ:& pro honore matris Chriſtianæ coniunguntur in ſepultura, quaſi fuerint cõiuncti & nunquã ſeparati in vita:& in morte,& ideo nõ polluitur locus. 24 Sextus.Aut excõicatus.Eccleſia vel cœmeteriũ vbi excõicatus publice ſepelitur,eo ipſo polluuntur. vt in dictis. c. de cõſe.diſt. 1.Eccleſiã de cõſe.Eccle.cõſuluiſti.Verũ eſt, ꝙ cũ hic officiales aliquãdo ratione ſepulturæ excõicati ſubijciũt locũ interdicto: quãuis autẽ is cui eſt ingreſſus Eccleſiæ interdictus, ſi moriatur hoc interdicto durãte, non debet in Eccleſia vel cœmeterio ſepeliri, niſi pœnituerit:nõ tamẽ ibi ſepultus facit locũ polluti, cũ nõ ſit excõicatus.Et ſic intellige. de ſen.excõ.c.Is cui.§. 1. Sed de interdicto ſimpliciter qui nõ debet ſepeliri, ſi non ſit clericus ſi ſepeliatur dubiũ eſt vtrũ locus per hoc pollua Ar.1.prin tur.Et videtur ꝙ nõ: quia nõ eſt in iure expreſſum. 25 Tẽpore in Quantũ ad ſecundũ principale,ſcilicet quæ tẽpore gene terdicti,qu ralis interdicti permittuntur , & quæ prohibentur,ſunt permittan duæ cõcluſiones. Prima cõcluſio.ꝙ baptiſmus tã paruu & quæ pro
lorum

lorũ ꝙ etiã adultorũ ſolũ quo ad ſubſtantiã : ſed quo ad ſolennitatẽ oẽm tã cathecuſmi ꝙ exorciſmi ꝑmittitur. 26 Secũda cõcluſio.cõfirmatio,&rõne ei⁹ etiã ĩ cœna dñi chriſma cõficiẽdũ eſt.de ſen.ex.c. Qm̃.li.6.vbi tria prædicta ꝓ ordinẽ cõtinentur. 27 Tertia cõcluſio.pniaq; licet olim ſolis moriẽtib⁹ cõcederetur:nũc autẽ etiã ſanis qui nõ dederunt cauſam interdicto.Et illi etiã ſi poſſe ſuum faciũt de ſatisfaciẽdo,& merito: quia iſtud ſacrm eſt neceſsitatis,ſicut baptiſmus,& plusꝙ cõfirmatio. Vnde magis debet concedi non ſolum ſemel in anno , ſed iterum & iterum,& quoties opus erit,vel placitum confiteri.extra.ca.Alma. Quarta concluſio.Matrimonium conceditur : ſed non benedictio nuptialis : imò negatur. 28 Quinta cõcluſio.extrema quidem vnctio negatur oĩbus laicis:& ſolum clericis & religioſis eſt conceſſa. Ex quo videtur nõ eſſe neceſsitatis:quia tũc nõ negaretur,ſicut nec baptiſmus nec pnia. Quidã autem dicũt,ꝙ nec clericis nec religioſis extrema vnctio cõceditur tẽpore interdicti,ꝙa prohibẽtur oĩa diuina, niſi illa q̃ ſpecialiter per mittũtur.Nunꝙ aũt ſpecialiter ĩuenitur vnctio conceſſa quibuſcũq;. Nã extra.de pœ.& re. Quod in te.priuſquã dixerat,ꝙ vnctio & ſepultura oĩbus interdicitur: dicit ꝙ ſepultura clericis conceditur. Vnde tacendo de vnctione,videtur eã in ſua ꝓhibitione retinere. Alij dicunt, eo ipſo cõcedi vnctionẽ quę animę eſt neceſſaria,ꝙ cõcedit ſepulturã ſoli corpori proficua. 29 Sexta cõcluſio de ordine:quia cũ ordines nõ niſi in miſſa ſoleni dentur,& miſſa non debeat ſolenniter celebrari: ideò nec ordines in terra interdicta debẽt celebrari: etiã quãdo licet ſolẽniter celebrari in quatuor feſtis,quãdo minores ordines aliàs dari poſſunt,nec in ſabbato ſctõ quãdo aliàs maiores dãtur:quia iure antiquo erat prohibitũ &iure nouo non eſt cõceſſum. 30 Septima concluſio de Euchariſtia,de qua iure nouo ſic dicitur:In ſingulis monaſterijs diuina officia debent dici ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, interdictis excluſis.In Paſchate autem & Pentecoſte , & Natali,& aſſumptione beatæ virginis, licet alta voce ianuis apertis ſolis excõicatis excluſis.Sic tamẽ, ꝙ illi qui dederunt cauſam interdicto nõ appropinquẽt ad altare. Vbi primò eſt ſciendũ:quia de monaſterijs ſolũ videtur loquĩ:ꝙ idem intelligendũ eſt de Eccleſijs collegiatis in quibus diebus ſingulis eſt miſſa celebranda ſolenniter. de cele.miſ.c.Cũ creatura. Et ſimiliter tpe interdicti cãpanis non pulſatis:ſed ianuis clauſis.&c. Idem etiam,eſt de prioratibus nõ cõuentualibus:quia monaſteria dicũtur:ſed in ſimplicibus parochijs videntur ſeruanda iura antiqua , vt tantũ ſemel in ſeptimana licet celebrare,pro Euchariſtia pro infirmis ſeruãda.Itẽ ꝙ dicitur ad altare nunꝙ appropinquet:quidam intelligũt de oblatione ad altare,ad quã interdicti q nõ fuerũt cauſa poſsũt admitti:nõ autẽ illi q fuerũt cauſa:licet admittantur infra Eccleſiam ad audiendum miſſam : ſicut vſurarij manifeſti, qui non ſunt excõicati,nec ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpenſi ſed tm̃ ab altari.de vſurarijs.c.Quia in oĩbus.Nõ aũt intelligũt hoc de cõione quã dicũt hoc tpe interdicti nulli debere dari:niſi in mortis articulo. ſicut olim de pœnitẽ.& remiſ.Quod in te. quia ĩ hoc nihil eſt immutatũ. Alijs autẽ videtur , ꝙ ſtatutũ gñalis cõcilij neceſsitatem imponit ſemel in anno cõicandi. Vnde cũ ſacra neceſsitatis,adminus in quantũ ſunt neceſsitatis, concedantur tpe interdicti,ꝙ cõſequẽs cõio ſemel in anno maximè:qa inſepabiliter ſe cõcomitantur:& appellatione pniæ viaticũ cõtinet,vt in dicta decre.dicitur. Quod ĩ te. Putarẽ autẽ Papã ſup hoc cõſulendũ.Sed vtrũ religioſi ſecundũ ſuã cõſuetudinẽ poſsint ſæpius cõmunicare.Nam ꝙ poſſint ſacerdotes in collegijs ſicut prius celebrare, bene in nuit decreta.nõ ſic autẽ de ſimplici cõmunione. De hoc

Doc. hîc. in duobus caſibus remittit ad Papã cõſulendum.

etiã putarẽ Papã cõſulẽdum. De feſtis autẽ illis videtur feſtũ oĩm ſanctorum ꝙ eſt de maximis excipi debuiſſe, ꝙ eſt maius q̃ aſſumptionis: quia eſt de beata virgine & de omnibus ſanctis, & de Deo etiã ſicut officiũ oſtendit etiã cõmemoratio oĩm fideliũ defunctorũ:quia ſicut vna cõitate iterdicta alia nõ iterdicitur,ſic nõ videtur ꝓpter pctã viuẽtiũ:debere offerri ſuffragia defunctorũ, q̃ ſunt de alio foro,ſpecialiter ꝙ ſemel in anno tantũ ſit pro oĩbus. Sed lex quãquam dura ſeruanda eſt,vt nõ extenda tur plusq̃ extenſa ſit. Quod aũt dicũt quidam à veſpera vſq; ad veſperam debere intelligi, cum excluſione completorij vltimi in illis quatuor feſtiuitatib⁹,nõ videtur. Nam ſi in illis feſtiuitatib⁹ licet alta voce celebrare oĩa diuina,cũ cõpletorium diei ſit pars magis quã cõpletoriũ:vigiliæ:& feſtũ ꝙ habet ſecũdas veſperas,ſemꝙ habet cõpletorium cũ eadem ſolẽnitate : nec minori q̃ primũ cõpletoriũ ſcđm ritũ Eccleſiæ:ideòvtrũq; ĩcluditur.Similiter,qa licet officiũ cõiter ſolennitatis incipiat à primis veſperis:quia tamẽ officiũ ſolẽnitatis paſchalis &gaudia ĩcipit ĩ miſſa ſabbativbi etiã dicitur:Deus qui hac ſacra tiſsimã noctem:ideò tunc alta voce & ianuis apertis hoc põt fieri.qa ſi in veſperis põt,cũ veſperę ſint infra miſsã, ad miſſam videtur ꝓtinere: vnde vtriq; debetur par honor.Et ſimiliter de Pentecoſte : vñ & in miſſa de vigilia dicitur ꝑfatio ſicut & in die.Similiter videtur de natali qa in miſſa devigilia ſolẽnitas incipit. Sed de aſſumptione bñ dicit:qa ſolẽnitas ĩcipit in veſperis. 31 Octaua cõcluſio.de bñdictionib⁹ eſt dicẽdũ. ꝙ oĩs ſolẽnis bñdictio, ſicut abbatũ,abbatiſſarum,& virginũ,q̃ cũ ſolennitate publice fieri ſolent,&cum miſſa:vnde tpe interdicti ceſſant multo magis quã bñdictio nuptialis, quæ eſt minor.Põt tamẽ qui interdictũ poſuit in eo diſpenſare pro certo loco,& tpe,& perſonis:nec ꝓ hoc ſoluitur ĩterdictũ ſicut dicitur in.c.Alma.ꝙ qñ interdicti admittuntur ad pœnitentiã,nõ propter hoc ſit ſimpliciter relaxatio ĩterdicti, vt propter hoc iterũ oporteat ſniam ferri. Vnde ſi ille q poſuit interdictũ tẽpore paſchatis , vel amore fratrum prędicatorũ,vel minorũ, relaxat ipſum in die feſti eorũ,quo ad ipſos volentes intereſſe: ita tamen ꝙ poſtea remaneat, ſicut prius poteſt facere : nec eſt ſuſpenſus ſi hoc facit ſine noua monitiõe:qa nõ eſt noua ſnia.Et ſimiliter diſpẽſatiue relaxãdo in pte,põt eꝑs bñdicere moniales vel abbates & hmõi:ſi tñ tulit ĩterdictum vel talis ſit, cui⁹ ſniam ipſe põt tollere aliàs nõ. In ĩterdicto eĩm inter dicitur oib⁹ hoĩb⁹ in tota tali terra, toto tali tpe ꝓticipatio diuinorũ. Sicut ergo põt amoueri ab oĩb⁹,& tota terra,& toto tpe:ita & à q̃busdã,& à quadã pte terræ,& quodã die. 32 Nona cõcluſio.videtur ꝙ ſimiliꝛ de excõicatione ſit dñdũ,licet qdã negẽt:qa licet eꝑs nõ poſsit dare ſniam cõicãdi cũ excõicato.q̃diu excõicat⁹ ẽ:ſi tñ ẽ talis excõicatio à qua ipſe poteſt totaliter abſoluere,& reſpectu oĩm:ſiue qa ipſe tulit:ſiue qa aliàsſibi cõpetit:ita põt eã partialiter tollere.Non eſt enim aliud excõicatio, niſi quoddam iurisvinculũ eius rõnis tm̃ quo iſte prohibetur cõicare omnibus, & oẽs illi. Abſoluere verò non eſt aliud,q̃ dare ſibi licentiã cõicandi oĩbus, & oĩbus illi.Si autem põt interdici alicui cõio oĩm, multò magis cõio quorundã tm̃:& ſic põt excõicari partialiter reſpectu hominum,vel terrarum, ſicut excõicatio minor partialiter excõicat reſpectu cõium.Et ſimiliter ſi poteſt licẽtiari vt cõicet cum oĩbus, ꝙ eſt abſolui ſimpliciter:pari rõne ad cõionem in iſto,vel cũ iſto loco vel tẽpore: quod eſt abſolui partialiter. Et ſimiliter de interdicto. Poteſt enim ferri partialiter,puta, ꝙ vbicũq; talis erit, q̃diu ibi erit, locus ſit interdictus. Tunc enim illo intrãte locus incipit eſſe interdictus,& eo exeunte deſinit,& redeunte redit.Et ſimiliter poteſt partialiter relaxari.

Excõicatio ꝓ pte ꝓt tolli.

33 Decima cõclusio: quia quod dicitur in decreta. Alma. nihil immutat in sepultura. vnde soli clerici & religiosi habẽt sepulturã in cœmeterio benedicto, licet cum silentio sine cãtu debeat fieri officium. de pœni. Quod in te. Laici verò extra cœmeterium interim sunt sepeliẽdi. Soluto autẽ interdicto ad cœmeterium vbi elegerãt, non sunt transferendi: quia cui nõ cõmunicamus viuo, nec mortuo. Vnde sicut viui carent ingressu Ecclesiæ: sic mortui cœmeterio & plus: quia si etiã morerẽtur in quatuor festiuitatib⁹, in quib⁹ viui ingrediũtur Ecclesiã, nõ ꝓpter hoc haberẽt tũc Ecclesiastica sepulturã: qa vtrũq; erat prius interdictũ, & modo alterũ tantũ legitur permissum. Clerici verò sicut viui habent ingressum Ecclesiæ, sed sine solẽnitate, sic & sepulturam, & plus: quia si ex trancus clericus vel religiosus veniat, qui quia priuilegiatus non est, non debet admitti ad diuina: nisi fortè esset familiaris personæ singulari ex speciali priuilegio celebranti: nihilominus hic ad sepulturã Ecclesiasticam admitteretur: quia iure antiquo hoc permittebatur, & à iure nouo non sic prohibetur admitti ad sepulturam, sicus viuus ad missam. quãuis autem priuilegia quibuscunq; cõcessa ante decretalem Alma. sint per eam reuocata, non tamẽ cõcedenda. vnde decret. de priui. licet nihil operatur quo ad priuilegia antiqua: sed quo ad concessa post decretalẽ. Alma. 34 Vndecima conclusio. ꝙ si est alicui postea cõcessum celebrare diuina tẽpore interdicti, non debet admittere ad ea aliquẽ extraneũ, nisi ille priuilegiũ habeat postea similiter impetratũ, vel nisi sit suus familiaris. Si verò esset cõuentus habens istud priuilegium, qui põt habere nimis multos familiares, & fortè oẽs de villa, q per literas sunt ad bñficia recepti: & sic frustraretur interdictum: non licet familiares istos recipere conuẽtui: pluſquã extraneos: sed solũ priuilegiatos. Dicũtur autẽ famuli & officiales inquisitorum priuilegiati, ꝙ audiant diuina tempore interdicti. Sed nisi istud priuilegium sit renouatum post decretalem Alma. reuocatum est. Si autẽ sit renouatum, tunc ipsi cum priuilegium non determinet sibi locum, vbiq; possunt admitti ad diuina, quãuis sint extranei. 35 Quantũ ad tertium principale: quæ scilicet sit pœna interdictũ violantium sunt septem conclusiones. Prima conclusio est. ꝙ celebrans in Ecclesia interdicta, vel in cœmeterio interdicto est irregularis. de sen. excõ. Is qui. nec potest nisi per Papam dispensari. Et idẽ est in quocunq; loco celebret, si ille locus est interdictus: & cum hoc est suspensus ab ingressu Ecclesiæ donec satisfaciat ad arbitrium iudicis q tulit sententiã interdicti, vel ad arbitriũ ẽpi si est interdictũ iuris. Vnde peccat mortaliter, quoties audit missam in Ecclesia, vel cœmeterio quousq; satisfecerit. Et hoc plus operatur suspensio, quam irregularitas.

Nota.

3. art. prin. de pœnavio lantium interdictum.

36 Scẽda cõclusio est. ꝙ si celebrat aliquis scienter corã publice interdicto, propter hoc nõ est irregularis: sed est suspẽsus ab ingressu Ecclesiæ vt prius. de priuil. c. Eporũ. li. 6. & est argumentũ, ꝙ si hõ celebrat in Ecclesia in qua epiſcop⁹ excõicabat oẽm q ibi celebrabat sine sua licẽtia speciali: nõ est irregularis: quia nõ est irregularis nisi propter celebrare in excõmunicatione. Sed cum causa prior sit effectu, ipse qui celebrauit est excõicandus, nõ excõicatus. Sicut homo non est irregularis prima vice, qua celebrat coram interdicto: sed suspensus. Sed si postea celebrat, tunc est irregularis. Argumẽtu tamẽ cõtra: quia qui ordinẽ furtiue suscepit quãdo est excõicatio lata ipse est irregularis: ita ꝙ ẽps potest quãdme à snia absoluere: sed nõ ab irregularitate, nisi Papa dispẽsaret, & tamẽ non est irregularis: nisi quia in excõicatione ordines suscepit. Et dicendũ ꝙ ille est irregularis, nõ quia sit ordinat⁹ excõicans: sed quia scienter à nõ suo: de quo dicitur de tpi. ordi. lib. 6. manere perpetuo suspensos. Perpetua autẽ suspensio est irregularitas. Vel dicendũ, ꝙ episcopus excõi cauerat oẽm accedentẽ ad ordines, & nõ solũ oẽm suscipientẽ: vnde eo ipso ꝙ accesit ordinãdus, antequã ordinaretur erat excõicatus. Et ita esset hic si ẽps excõmunicasset oẽm q ibi aliquod diuinũ officiũ exerceret: qa tũc statim in principio missæ fuisset excõmunicat⁹. Sed quãdo dixit oẽm q celebrauerit: qa non celebrauit quousq; missa finita fuit. ideò. &c. 37 Tertia cõclusio ẽ. Quod q publice interdictũ admittit ad Ecclesiasticã sepulturam, vel ad diuina officia, vel Ecclesiastica sacra suspensus est vt prius: de priui. c. Episcoporũ. li. 6. Vnde si esset abbas potens dare minores ordines, qui interdictũ faceret acolytum, ipse esset irregularis: quia propter primũ ordinẽ fuisset suspẽsus: quia ad perfectũ sacrm admissus: postea autẽ cõferendo alios iam suspensus esset irregularis. Dico aũt abbas: quia ẽps hãc pœnã nõ incurrit: quia nõ est expressum. 38 Quartò. pœna est i decretali nouissima Clemẽtis: ꝙ nõ seruãtes interdictũ ꝙ mr Ecclesia seruat, sunt ipso facto excõicati: & similiter q nõ cessant ea cessante: cũ tamẽ olim cõtra cessationẽ faciẽs nõ fieret irregularis. Sed circa cessationem solũ hoc est innouatum, & nihil aliud. Ideò sicut prius tẽpore cessationis non licebat celebrare etiam submissa voce, sic nec modo: nisi prout cõsuetudo tẽpore cessationis in illa Ecclesia habebat. Plura aũt liceret tpe interdicti, & tamẽ est vna pœna excõicationis vtrobiq;, quãuis nõ sit idẽ modus violandi vtrũq;. Verius tamẽ videtur, ꝙ tpe cessationis nõ minus liceat & debeat dicere & dici diuinũ officiũ, quãtem pore interdicti ꝙ est arctius seruãdũ. Sciẽdũ tamẽ ꝙ illa noua decretalis Clementis: nõ intelligitur de cessationibus prælatorũ, nisi sint vera interdicta: qa illi pñt ponere verũ interdictũ: sed de cessationibus capitulorũ quæ nõ habet aliud remediũ. Vnde in alijs cessationib⁹ nec iure nouo aliquid immutatũ est de iure antiquo: nec est aliqua excommunicatio, nec suspensio, nec irregularitas. 39 Quintò. ꝙ celebrans in Ecclesia vel cœmeterio pollutis, vel quodcũq; aliud diuinũ faciẽs, certum est ꝙ non est irregularis nec suspensus. de sen. ex. Is qui. lib. 6. 40 Sextò videtur dubium, vtrũ sepeliens in loco interdicto sit irregularis. Et dicũt quidã ꝙ sic, si est interdictum ab hoc: secus si à iure: quia mitius agitur cũ lege, quã cũ legis ministro. Sed hoc nõ videtur: quia nõ inuenitur: sed verũ est, ꝙ celebrãs vel faciẽs celebrari diuina in loco interdicto, est suspensus. de priui. c. Episcoporum. Diuina autẽ sunt non solum missa: sed etiam alia diuina officia. Vnde videtur ꝙ sit suspensus talis qui soleniter sepelit: cũ hoc inter diuina cõputetur. Vnde & ꝓpter hoc Simonia cõmittitur. 41 Septimò. ꝙ de illo cui interdict⁹ est sol⁹ ingressus Ecclesiæ certũ est, ꝙ celebrãs in Ecclesia vel cœmeterio est irregularis: nõ aũt si alibi: vt supra dictũ est. Sed si esset suspẽsus nõ solũ ab ingressu Ecclesiæ: sed cum hoc à diuinis, tunc vbicũq; diuina celebraret fieret irregularis, sicut de sententia excõm. c. 1. li. 6. 42 Circa quartum principale. primò videndu est quid sit interdictũ. Scẽdo, quot modis dicatur. Tertiò, quot sũt species eius. Quartò, quã ob causã possit poni. Quitò, qs possit interdicere. Sextò, qs nõ possit. Septimò, quo ordine possit fieri siue debeat. Octauò, sub qua forma verborum. Nono, quas pœnas gñaliter iferat. Decimò, quas spẽaliter. Vndecimò, qbus cõcedat gras gñaliter. Duodecimo, quas ꝓmittit gras ẽpis. Decimotertiò, qs religiosis. Decimoquartò, quas ꝑsecularib⁹ clericis. Decimoquintò, qs laicis. Decimosextò, de sepulturis interdictorũ. Decimoseptimò, in quo violatur interdictũ. Decimooctauò, de pœna temere violantiũ interdictũ. Decimononò, de absolutione interdicti. Vigesimò, de confirmatione eiusdem.

4. arti. prin.

43 Quan-

1. Art. 43 Quantũ ad primũ est sciẽdũ, ꝙ interdictũ est censura Ecclesiastica in pœnã cõtumaciæ vel offensæ lata: arcens præcipue populũ nè cõicet sacris. Ecclesiastica ponitur ad differẽtiã interdictorũ legaliũ: q̃ olim erãt solennes verborũ cõceptiones quib⁹ prætor aliquid fieri iubebat: maximè cũ de possessione vel quasi iter aliquos cõtẽdebatur. Et ex illis qdã erãt restitutoria, quędã exhibitoria. vt insti. eo. ti. Et per totũ. Sacris ponitur, ad differentiam effectus maioris excõicationis: quæ separat etiam à cõmunione fidelium. Habet ergo similitudinẽ cũ excõmunicatione minori, quæ à sacramẽtis tantũ separat. 3. q. 4. Engeltrudã. & tamẽ excõicatio minor ab alia recessit, & interdictũ quodãmodo in ei⁹ locũ mutato nomine

2. Art. surrexisse videtur. 44 Quãtum ad secundũ sciendũ, ꝙ dicitur hæc cẽsura quãdoq; interdictũ, quãdoq; suspẽsio diuinorũ, qñq; cessatio à diuinis. vt extra de offi. or. Irrefragabili. extra de cõf. Eccle. vel alta. Si Ecclesia. Proprie autẽ suspẽdi dicũtur diuina propter violationẽ Ecclesiæ: vel pensionem non solutã: vt extra de appel. Dilecti filij. Quæritur si aliquis alius præter ipsos canonicos celebraret in eiusmodi Ecclesia: imò etiã si aliquis de ipsis canonicis ibi celebraret: non incurreret irregularitatem quia non est interdictũ iure ordinario, vt dicit Inno. super. eo. ca. Dilectus. Idẽ est quãdo Ecclesia clauditur: & asportantur reliquiæ à prælato propter defensionẽ patronorum. vt notauit Inno. sup. c. Tanta. extra. de excess. prælatorũ. Peccaret tamẽ alter: quia temere in Ecclesia violata vel clausa cõtra voluntatẽ canonicorum ibi celebraret: excepto proprio episcopo, qui potest quotiesvult celebrare in Ecclesia cathedrali: si canonici absq; manifesta & rationabili causa, maximè in contẽptũ ipsius ẽpi cessant à diuinis: vt extra de offi. ord. Plus dico, ꝙ si aliqui vel aliquis de canonicis ponerẽt sine cõsensu episcopi & aliorũ fratrũ veri noĩs interdictũ in aliq̃ Ecclesiam ẽps nõ debet obseruare, nec sustinere ꝙ ab alijs obseruetur. extra de his quæ fiũt à maiori parte. ca. c. Quæsiuit.

3. Art. 45 Quantũ ad tertiũ sciendũ, ꝙ interdictorũ duæ sunt species. Nam aliud est generale: aliud speciale. Generale nõ solum est quãdo regnũ, prouincia, vel terra interdicitur: verũ etiã quãdo castrũ interdicitur. extra de verbo. sig. Cum in partibus. Speciale verò est, cum inter plures Ecclesias paucæ vel vna interdicũtur. Sed si villa vel castrum vnã tantũ habet Ecclesiã: & illa interdicto supponitur, vocatur generale. Et pro tanto dicitur nè hi qui habent priuilegiũ, ꝙ tempore generalis interdicti possunt celebrare ianuis clausis: submissa voce: dicũt hoc esse generale: cum regnũ vel prouincia interdicitur, tanq̃ hoc sit speciale. Sic enim quidam fecerunt sumentes à contrario sensu, ꝙ de vno negatur: de alio conceditur: extra de præsump. Nonne. Et hoc dicit Inno. super illud capitulum. Cum in partibus. extra. de verb. sig. 46

4. Art. Quantum ad quartum: scilicet quam ob causam posset poni interdictum, non esset facile perstringere: cum hoc sit de officio iudicum: quorum officium latissimum est. Sed hoc est certum, quòd propter pensionẽ nõ solutam, vel delictũ vnius clerici, vel laici non debet Ecclesia subijci interdicto: qa pctã suos actores tenere debẽt: & pœna nõ est vlterius extẽdenda quã delictũ in extendente reperitur. extra quæ fiunt à maiori parte cap. c. Quæsiuit.

bus.minor declaratur, qa ecclesia põt rõnabiliter statuere ꝙ nõ qlibet suscipiat qt̃cũq; sacrm à quocũq; ministro, sed à determinato, vt patet de sacramento ordinis, quia nõ est licitũ quẽlibet ordinari à quocũq, episco. Et similiter est de sacramẽto pœnitẽtiæ rationabiliter institutũ ꝙ nõ quilibet absoluatur à quolibet, quia non quilibet sufficit ad absoluendũ in foro animæ. Vt igitur amouea tur incẽtiuũ delinquẽdi,quod præberetur si quilibet in pœnitentiæ foro pro volũtate sua posset in quolibet loco à quolibet sacerdote absolui, tolleretur enim ex hoc multũ de erubescẽtia:quã debet habere peccator,& multũ de cautela,quã potest & debet adhibere prælatus cõtra recidiuũ circa subditũ in varijs casibus.ideò rationabiliter sic est per Ecclesiã ordinatũ. 19 Tertiò.istimet dicunt,ꝙ Ecclesia hoc faciẽdo nihil mutat de essentialibus in hoc sacramẽto.Quod probant sic,quia prohibere nẽ quilibet recipiat sacramentũ à quolibet ministro, nõ est mutare aliquid quod sit essentiale sacramẽto,sed Ecclesia in prædicto statuto nihil plus facit, nisi prohibere nẽ quilibet accedat ad quẽlibet sacerdotẽ ꝓ absolutione,ergo nõ mutat aliqd ꝙ sit essentiale sacramento, nec materiã,nec formã, nec ministrũ,&quia his cõcurrentibus est verũ sacrm,patet ꝙ talis cõfessio est verũ sacrm , sicut baptismus.& ordo sacer recept⁹ cõtra inhibitionẽ Ecclesiæ est verũ sacramẽtũ,cui⁹ signũ est,quia si sacerdos reuelaret ea q̃ audiuit in tali cõfessione puniretur,nõ solum vt reuelator secreti,sed vt reuelator cõfessiõis. hoc tamẽ interest inter baptismũ &ordinẽ,cũ recipiuntur cõtra inhibitionẽ Ecclesiæ & sacramẽtum pœnitẽtiæ , quia illa nõ sunt iteranda,quãuis peccat mortaliter suscipiens,si sit adultus,quia peccatũ suscipientis non impedit totalẽ effectũ baptismi & ordinis,sicut impedit totalẽ effectum absolutionis,quæ est solũ remissio peccati propter quod iterari debet. Et hæc bene stant simul, ꝙ aliquis bene recipiat sacramẽtum, & nõ rẽ sacramenti, propter indispositionẽ suã. Sicut enim res sacramẽti quãdoq, habetur sine sacramẽto actu suscepto , sic ecõuerso verũ sacramentum potest actu recipi sine re sacramenti. 20 Sed hæc opinio quãtum ad id quod primò dicit est dubia , quia Deus à pricipio Ecclesiæ præficit Petrũ curatũ,dicẽs.Pasce agnos meos, &c. Et tibi dabo claues, &c. Vnde sicut modo sine licẽtia curati cui cõmissa est cura huius parochiæ vel dicæce.non licet alteri cõfiteri,sic nec tunc post quã fuit necessaria cõfessio sine licẽtia Petri , imò sicut modo cardinalibus nõ licet cõfiteri sine licẽtia Papæ,sic nec tunc apostolis sine licentia Petri,de iure cõmuni,licet libertas spiritus nõ habeat legem. Et licet omnes apostoli fuerint immediate à Christo ordinati sacerdotes in die cœnæ, quãdo dixit eis. hoc facite in meã cõmemorationẽ,tamẽ nõ in episcopos, nisi Petrũ cui solũ dictũ est. Pasce oues meas. Et de Paulo quidẽ,qui tunc nõ erat discipulus,certũ est.Beatus etiam Iacobus primus ab alijs cõsecratus est hierosolimorũ episcopus. Et quãuis omnes apostoli essent facti episcopi a Christo,sicut aliqui dicũt tamẽ ab eo Petrus vocat⁹ est Cephas:quod est caput. Vnde in Eãngelio primus apostolorũ dicitur,& alijs sempꝫfertur: quia voluit Christus hr̃e vnũ vicariũ: & Ecclesiã vnũ caput vnius capitis vicarium,à quo cæteri tenerent quicquid haberẽt. Sicut rex diuidẽs regnũ, vult secũdò genitosã primo genito tenere:ita ac si ab illo recepissent quãuis omnes æque immediate à rege accipiant portiones. 21 Ad primũ argumentũ ipsorũ est dicendũ:ꝙ ni si peccator vellet nullus eũ absoluere posset, sed nõ conuertitur,ꝙ sua voluntas sufficiat in eo quod suũ nõ est: vt in sequẽti articulo dicetur. 22 Ad secundũ dicendũ,ꝙ Papa ideò subijcit se cui vult, quia cura illius nulli cõmissa est determinate: ad cuius arbitriũ satisfacere

Impug.

Cãusfacti.

Duꝝ.vbi.supra.ad.2.

Impug.

Soli sacer. nouit tes.habent claues cœlorum.

ꝓbatio duꝝ. hîc.q.1.a.2.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Ratio.4.

Ratio. 5.

Dictum. duꝝ.

Dictum. 31 duꝝ.

Examinatur opi.duꝝ. Vnusaposto lus alteri cõ fiteri nõ potuit sine licẽ tia petri.

Petrus solus a xpo fuit cõsecratus epꝰ scopus licet omnes apostoli in sacerdotes. vide doct. vbi supra.

Ad.1. duꝝ. Ad.2.&3.

habeat:sicut cura oīs xp̄iani cōmissa est Petro. per cuius manū oportet transire in regnū:sicut per manū Christi: qui hūc vicariū dereliquit. Vnde si Petr⁹ mortaliter peccasset,tenebatur confiteri. Et quia nulli erat specialiter obligatus:ideò de omnibus de quibus Christus sibi cōmiserat potestatē absoluēdi,libertatē habebat eligendi: & habet nunc successor eius qui nulli subest . & pari ratione potestatē habet. Et per idē patet ad tertiū. 23 Ad
Ad.5. argumētū de moriēte dicetur in. 20. dist. 24 Ad quintū de cōsuetudine dicendū est. q̄ cōsuetudo nō præiudicat iuri diuino. Vnde cum de iure diuino esset,q̄ omnis Christianus de peccato Petro vel eius vicario habeat satisfacere,cōtraria cōsuetudo si fuit non valuit. Vnde & bene dicitur.de.pœ.c.1.li.6. Quod nulla consuetudine introduci potest:vt quis sine licētia proprij sacerdotis sibi valeat eligere confessorē:quia si hoc esset respectu inferioris proprij sacerdotis vel episcopi , quod est de iure positiuo,non tamē respectu Papæ:quod est de iure diuino. Sed quia à principio Ecclesiæ nō eligebātur nisi boni,& specialiter à Christo electi nō erat periculū. Et voluntas Christi erat &Petri,qui nō quærebāt nisi salutem animarū. q̄ omnes boni quales sciebat esse illos qui tūc erant:ita possent absoluere sicut ipse. Nouerāt enim Paulum ita bene vsurum sicut se. Et ideò volūtas Petri erat Paulū æque vti & cōsimiliter alios bonos. Sed cito apparuit. q̄ sicut de electis à xp̄o vnus fuit diabolus,& desceptē diaconibus vnus fuit Sathan , multomagis de sequentibus:ideò voluerunt q̄ nō quilibet quēlibet,sed diuisim. & diuiserunt Paulo & Barnabæ gētes:& ipsi in circuncisione. nō sic autē q̄ Petrus per hoc perderet potestatem: qui & postea transijt ad gētes nulla noua potestate sibi data:sed vsus prima sibi reseruata. vnde.&c. 25 Quā-
Examinatio secūdi dicti. tum ad secundū,scilicet vtrū quilibet possit modo absolui à quolibet est sciendū:q̄ vnusquisq; de eo quod suum est,potest facere quod vult:quia in sua re quilibet est moderator & arbiter : & nihil tam naturale est q̄ voluntate Domini seruare volētis rem suā in aliū transferre. Vnde quia de cōtractibus vel quæstionibus homines nō compellūtur litigare corā iurā iudice nisi velint,sed possunt eligere arbitros vel inter se cōponere sicut volūt,quo facto prætor ratū habere debebit: nec habet eos ad respōdē dum coram se citare,propter hoc q̄ de talibus possunt se submittere cuicunq; iudici volunt habenti iurisditionem in alios:vt Aurelian⁹. consentire in iudicē parisiem sem prorogando iurisditionē illius in seipsos; & tenebit sententia quasi à suo iudice in subditos lata , vel etiam in iudices cartularios:qui nullū subditū habebāt,nisi volentes se eis submittere. Si autē est aliquid de quo homo teneatur velit nolit ipse vel accusator corā determinato iudice respōdere,sicut de feudo vel delicto, de quo inuitus accusatus corā alio iudice remittitur ad iudicē loci delicti:de talibus nō possunt actor & reus in extraneum iudicē cōsentire:nisi de licentia illius iudicis cui in hoc subditi sunt & propter hoc clerici qui speciali modo subditi sunt iudicibus suis , non solum in delictis sicut cæteri,sed etiā in cōtractibus nō possunt renunciare priuilegio fori:nec possunt se alieno iudici submittere, prorogādo eius iurisditionē:nisi de licētia episcopi cui subiecti sunt. Cum ergo ex ordinatione Christi omnis anima Christiana subdita sit Petro,de illis in quibus ei subdita est sine licētia eius:alij se subdere nō potest. Ex quo autem post passionē Christi homo mortaliter peccauit: & post baptismū suū tenetur ad arbitriū Petri satisfacere: cui dictū est.si peccauerit in te frater tuus. vnde de peccato mortali sine licētia & ordinatione Petri,non licuit alteri cōfiteri. Similiter ligat⁹ maior vel minori excōicatione nō pōt se ipsum soluere. Est autē cōmissa Petro in oibus quibus indiget ab alio solui : ergo in istis nō potest se alteri subdere: sed de peccato veniali potest homo per seipsum sine Petro,& quocūq; sacerdote seipsum soluere similiter de mortali de quo est semel absolutus. Vnde ni si ordinatio Ecclesiæ sit in cōtrarium , quilibet sacerdos potest absoluere quēlibet sibi volentē confiteri, à quolibet veniali &mortali:de quo aliquādo ē absolutus:quia de his nulli homini est obligatus. Et de his potest se submittere cuilibet cui vult, nō solū curatis alijs habentib⁹ populū:sed etiā simplicibus sacerdotibus nullū subditū aliàs habētibus,nisi q̄ si sunt religiosi sine assensu prælati nihil tale dñt agere. Sed si agerent: nihilominus absoluti essent, quia cōcurrerent essentialia sacramenti. De mortali autē nondū confesso:de quo tenetur sætisfacere Petro nō video, q̄ sine eius licētia posit se alteri subdere. Sicut homo de francho allodio potest se cui vult submittere: nō autē de feudo de quo iam alteri homagiū fecit,nisi de eius assensu vel saluo iure eius. Vnde si homo vellet alieno sacerdoti cōfiteri cū intētione, nihilomin⁹ cōfitendi proprio sacerdoti & satisfaciendi eius arbitrio videtur q̄ posset alius eū absoluere,sicut dicit Raymundus,q̄ alienus potest absoluere ponēdo spem in ratihabitione proprij sacerdotis. 26 Et quod dicunt illi de cōtraria opinione,q̄ si quis alieno cōfiteretur,q̄ esset verū sacramentū. 27 Cōtrā. quia à nō suo iudice lata sentētia nō tenet. & similiter si à suo de casibus retētis. quia in tantū est nō suus,sed postquā est absolutus à superiore,à quocunq; vult de illis absolui,potest per rationē dictam. 28 Quantū ad tertiū est sciendū, q̄ iudex Ecclesiasticus in foro cōscientiæ potest absoluere vel ligare extra territoriū suū tripliciter. Et secundū hoc sunt tres cōclusiones. 29 Prima. quādo confessor & cōfitēs vterq; est extra,vt si episcopus extra diœcesim inueniat subditum volentē sibi ibi cōfiteri, vel curatus extra parochiā parochianū,ibi potest eū absoluere, & ei pœnitentiā iniungere,quia ille actus qui nō cōcernit determinatū locū,sed indifferenter oēm locū houestū potest æqualiter exerceri extra territoriū & intra. Propter hoc enim arbiter potest præcipere partes adesse in omni loco honesto, quia nō habet locū certū, vbi ius dicendo residеat more maiorū. Et propter hoc ea quæ sunt volūtarię iurisditionis & causæ cognitionē nō desiderāt, possunt à procedē te iudice vbiq; agi. Sed soluere vel ligare in foro cōscietiæ est huiusmodi,quia pricipaliter respicit actū interiorē,in quo essētialiter est peccatū,qui abstrahit à loco. vnde propter cōcupiscentiā solius cordis in Ecclesia factā est cōfitendū,nō templū reconciliandū, igitur. &c. 30 Præterea. cōstitutio quæ est clauis & fundamentū huius materię dicit,q̄ qlibet cōfiteatur ꝓprio sacerdoti, si aūt esset necesse cōfiteri ī proprio loco sicut ꝓprio sacerdoti nō dimisisset illud ponere: vnde l3 curati pluscōsueuerit in Ecclesia audire cōfessiones quā extra. tamē extra & in domib⁹ & in itinere ambulādo audire possunt. Et si quidem de venialibus aut mortalibus semel cōfessis ageretur. quia hæc cedūt in partē voluntarię iurisditionis: eo q̄ nō necesse est ea cōfiteri, nō est dubium q̄ vbicūq; de his possumus cōfiteri: sed etiā de mortalibus semel in anno cōfitendis idē iudiciū est,quia nec de illis potest absolui quis nisi volens,vnde hoc iudiciū non redditur in inuitū. Et ideò adhuc potest exerceri extra,sicut ea quæ sunt volūtariæ iurisditionis. Et q̄ absolutio in foro pœnitentiali:nō ita arctetur ad territoriū,sicut illa quæ fit in foro exteriori apparet,quia archiepiscopus potest visitans de omni crimine per prouinciā cōfessiones audire, nō autē exterius crimina nisi notiora corrigere. de cēsi: c. vlt. §. notiora. lib. 6. Et similiter potest mittere quæstores cū indulgētijs, nō autē officiales pro iudicijs faciendis

Nota.

Raymon. in summari. de pœ. & re. §. 15.

Duř. supra.

Articu. 3. Ordinarius pt suū subdi tū vbiq; absoluere.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

dis. de. pœ. c. 1. de offi. ordi. c. 1. li. 6. Item ea quæ coactionem nō importāt potest iudex facere extra territoriū. de foro cōpe. c. 1. li. 6. Nā territorium à terēdo. huiusmodi autē sunt hæc. ideò,&c. Sed sicut vbicunq; quis capiat feram:sua est. potest tamē à Domino prohiberi ne intret agrū suū:sic potest quis vbicūq; suum subditū à peccato absoluere : sed potest prohiberi nè resideat in aliena Ecclesia ad hoc faciendū , si per hoc præiudiciū paretur:vt si vellet ibi solēnes pœnitētias iniungere. Propter quod etiā volēs facere ordines in aliena diœcesi accipit licentiā ab illo. vnde curatus aliū curatū vel sacerdotē nō habentē licētiā à suo superiore,posset prohibere audire cōfessiones in sua Ecclesia, nō sic autē extra Ecclesiā etiam intra parochiā. Nec similiter si haberet potestatē à Papa vel Episcopo proprio cui subditus locus est. 31 Secū
Rīsio. da cōclusio. q̄ si absoluēs est intra & absoluendus extra
Hoc idē potest p cōmissarium. per cōmissionē:vt si curatus vel episcopus det licentiam subdito proficiscēti cōfitēdi extraneo: vel episcopus det potestatē alicui in oēs suæ diœcesis , & iste inueniat extra diœcesim aliquē volentē cōfiteri potest eū absoluere. Omnē enim absolutionē quā aliquis per seipsum potest impendere in foro cōscientiæ, iure ordinario potest alteri cōmittere. vnde cū ibi posset per se cōfessionē audire: vt dicit prima cōclusio. per consequens & per aliū. Vnde dicit cōstitutio. Si quis alieno sacerdoti voluerit cōfiteri: licentiā petat à proprio,&c. Nec dicit in propria parochia. vnde nō requirit quę cōfessio quæ fit alicui sacerdoti fiat in propria parochia. Pari enim modo est qs ordinādus:absoluēdus: & iudicandus à suo de parochi. Nullus. sed de licētia proprij diœcesani pōt qs ordinari & īdicari ī foro exteriori ab alieno in aliena diœcesi: ergo ī foro exteriori,& sic vtitur cōsuetudo q̄ est optima legum interpres. Nam pœnitētiarius episcopi in Ecclesia cathedrali exēpta:& nos in locis nostris exēptis audimus cōfessiones auctoritate episcopi: cū in locis exēptis non potest ipse plus quā si extra diœce. 32 Sed tūc est du-
Dubium. bium de simplici sacerdote. Plus enim conceditur illi in quo duo iura cōcurrunt: quā illi in quo vnū tantū. sicut patet in adoptione aui materni & extranei. vnde curat⁹ in loco suo potest audire confessionē extranei de licentia superioris illius : quia persona est ei subdita ratione committentis,& locus est sibi subditus ratione sui. Secus autē videtur in simplici sacerdote: cui nullus loc⁹ est subdit⁹. Sed dico idē: quia sit prætor sit is qui alienā iurisdi-
Rīsio. tionē exequitur: nō tamē pro suo imperio agit, vnde nō ratione subiectionis loci hoc facit,sed solū ratione subiectionis personę,sicut cōmittens ibi iure suo posset ibi audire. vbi tamē nihil potest in locū: sed in persona solum. 33 Tertia cōclusio est. ecōuerso. q̄ existēs extra territo-
Ordinarius manens extra territoriū pt ponere cōmissarium ī loco suæ iurisditionis. riū potest cōmittere audientiā cōfessionū intra. Ex quo enim potest per se audire extra vt dicit prima cōclusio: & per aliū vt dicit secunda, pari ratione potest cōmittere extra vt audiatur intra, vnde constitutio dicit. Licentiā petat & obtineat à proprio sacerdote. nō dicit in propria parochia . vnde vbicūq; detur licentia cōfitenti vel auctoritas cōfessori nō refert. dū tamē intra audiat. quia etiā in his quæ sunt cōtentiosæ iurisditionis in foro exteriori proconsul vel præses nondū ingressus iure nouo vel egressus etiā iure antiquo: nō solū proficisci ceperit, imò etiā cu abesse ceperit delegare potest, vt intra prouinciā iudicetur. Et similiter curatus extra parochiam & episcopus extra diœce. existēs potest vel mittere vel constituere vicariū ad cōfessiones audiendas: sicut officialē etiā destinare ad causas audiendas & terminandas. ff. de offi. præsul. Obseruari. §. vlt. l. sequē. de offi. eius cui māda. est iur. de collatio. §. Prohibemus. col. 9. sed autoritas cōstitutionū nostrarū videtur inniti iuri antiquo, de eo q̄ dicit superiorē gerere vices priorisquousq; cōfirmatus sit præsens in domo: si intelligat q̄ prior non posit aliter ordinare quousq; intrauerit possessionem. &c. 34 Sed iuxta secundā conclusionē est notandū: q̄ fines mandati diligēter sunt seruādi. vnde si episcopus det potestatē audiendi cōfessiones subditorū per diœcc. vel ī diœcesi vel infra diœce. ex hoc nō possunt audiri extra: quia esset excedere fines mandati : sed bene possunt audiri intra in locis exemptis: quia licet nō sunt infra diœcesim: quo ad subiectionē si sunt exēpta à lege diœcesani & iurisditione. eius, tamen sunt intra quo ad situationem. Sed si dicatur sic de diœce. vel omni qui sunt de diœce. &c. quia determinatio loci ad cōfitentes fit nō ad cōfessiones. tūc possunt vbiq;. 35 Ad argumentū in oppositū dicēdū, q̄ intelligitur secundū ordinationē Petri: cui illud primo & principaliter fuit commissum.

✠ QVAESTIO TERTIA.

De correctione fraterna & eius præcepto.

Tho. 2. 2. q. 33. & hac ipsa. d. 4.

QVAERITVR tertio de correctione fraterna. vtrū cadat sub præcepto: Et videtur q̄ nō: quia meretrices tolerantur ab Ecclesia: quæ tamē sunt in mortali. & similiter vsurarij. ergo omittere correctionem fraternā no est mortale: cū tota Ecclesia hoc faciat. Contra est: si peccauerit in te frater tuus. &c. 2 Respōdeo. primò, videndū est quid est correctio fraterna. Secundò, an sit in præcepto. Tertiò, qui sunt qui tenētur ad eam. 3 Quantū ad primū est diffinito magistralis, q̄ fraterna correctio est admonito fratris de emendatione delictorū ex fraterna charitate. Dico autē admonitio fratris: quia obiurgatio verbi & castigatio verberū pertinet ad prælatum: & dicitur correctio per. c. sed admonito secreta quæ fit per verba dicitur correptio per. p. nō à rapina. i. violētia: nisi prout per eam voluntas immutatur sed a raptu: quia raptim & q̄ cursum corrigitur qui solo verbo emēdatur , sicut syllaba corripi dicitur: quæ cito profertur. De emēdatione delictorū: quia respectu finis dicitur homo proximū dirigere: cū sibi ipsum ostēdit: sed regere cū à deuio ipsum custodit, corrigit eū errantē cū ad viā per semitā reducit emēdādo ipsum à peccato. hoc autē: quia fit sæpius de paruis delictis vel omissionibus, quæ dicūtur delicta quasi derelicta. Nam de alijs dicitur q̄ nemo potest corrigere quem Deus despexerit . ideò dicitur de emendatione delictorū. Ex fraterna charitate. Illa enim correctio que fit à prælato in cōmuni: dicitur fieri ex iustitia quæ respicit bonū cōmune: vt ædificētur de pœna qui sunt scandalizati de culpa , vt vnius pœna sit metus multorū. Propter hoc enim Reipu. interest nè maleficia remanant impunita: sed illa quæ fit secreto ad emendationem fratris ex charitate procedit : quia amicitia non minus subuenit in dānis virtutū: quā in amissione rerū.
Art. 1. Arti. 1. 4 Quantūad secundū est sciendū: q̄ cū animæ hominū sint cūctis rebus præferendæ: si eleemosyna corporalis vbi est necessaria corpori est in præcepto : multomagis spiritualis, vnde si occurrat iste casus primò, quod videt proximum in peccato mortali. Secundo sperat per suā admonitionē illū corrigi. Tertio, q̄ non sperat illū aliter corrigi: sed sic incorrectū mori, tenetur ex præcepto multo plus subuenire aīę nè dānetur, q̄ famescēti Lazaro nè moriatur. Vnde Gre. in homel. Cū audisset Iohannes in vinculis opera Christi. Plus est animā in æternū victurā pabulo verbi reficere, quā ventrē morituræ carnis terreno pane satiare. si autē nō esset in peccato mortali: sed venialī tantū deesset necessitas: quia si hic non corrigitur: in purgatorio corrigetur. Item si nō speraretur correctio sed

Art. 2. Quō correctio fraterna est in pcepto.

De nullo veniali tenetur quisaliū corrigere sub pœna pcti mor. cōtra magistrū

Humber. sup regulã be. Aug. ca. 105. & Ga. super cap. l. 74.& sequẽ. & Anthõ. 2. pte. t.6.c.6. §.2

sed potius exasperatio:non deberet fieri:nisi propter aliorũ ædificationẽ in casu negligendũ esset eius odiũ. sicut Iohãnes arguebat Herodem.in quo casu dicit Chry. Melius est odiũ propter Deũ,quã amor præter eũ. Cũ enim propter Deum diligimus:sibi debitores sumus. Cum autem propter eũ odio habemur:Christũ nobis debitorem constituimus. Vel si ad horã cõtristaretur post ea emẽdaretur. Itẽ si aliter speraretur corrigi, vel per seipsum, vel per alium ad quẽ magis pertinet, qui tamẽ si præsens esset nec corrigere vellet: nõ excusaretur qui hoc videret.

Articu. 3. Oẽs tenentur ad correctionẽ fraternam.

5 Quãtum ad tertiũ.qui scilicet teneantur ad eã.dicendum q̃ omnes sicut ad charitatẽ etiam religiosi. Si enim religiosus nõ habet proprium:& ideò excusatur à præcepto eleemosynæ corporalis,vbi videt proximum:nec habet vnde subueniat respectu secũdæ necessitatis.quæ nõ omnia facit cõmunia:quia non debet de alieno largiri: nõ tamen respectu primæ:quando deberet etiã accipere super altare:tamẽ ipse linguã habet:nec in hoc debet silentiũ claustro:sed magis correctionẽ proximo. Propter quod si suo verbo posset corrigere peccantẽ nec faceret: mortaliter peccaret nõ dicturus, Væ mihi:quia tacui:& maledictus qui prohibet gladiũ suum à sanguine. Et in Eze. Si nõ annũciaueris ei: sanguinẽ eius de manu tua requirã:sicut sanguinem Abel de Caym,qui dixit.Nunquid custos fratris mei sum ? Secũdò, tenetur peccator: quia peccatũ suũ eum nõ liberat à præcepto etiam si peccet corrigendi quia nõ est perplexus cũ possit se corrigere in momẽto. 6 Si autẽ quæratur vtrũ peccat corrigẽdo de codẽ vel leuiori peccato:si quidẽ sit veniale nõ: quia nõ est materia scãdali.si verò mortale: aut corrigit vt prælatus:& tunc dicũt q̃ sic: quia indigne exequitur officiũ suũ.& qui sine peccato est ille debet mittere lapidẽ:nõ alius auditurus:in quo aliũ iudicas: teipsum condẽnas. Eadem enim agis q̃ iudicas etiam si est peccatũ: occultũ dũtamẽ mortale: quia suspensus est corã Deo & quo ad se.& hoc verũ est de prælato in spiritualibus: nõ autẽ in tẽporalibus. Si enim præpositus vel balliuus est aliter in peccato mortali occulto,& suspendit latronem: nõ propter hoc peccat mortaliter, cũ ista officia etiam à gẽtibus habeantur. si verò corrigit per modũ magisterij in publico docendo:si est occultus peccator non peccat mortaliter:vt dicunt. Si autẽ notorius:tunc sic:quia scãdalizat:qa cui⁹ vita despicitur:necesse est vt p̃dicatio cõtẽnatur. Alij aũt dicũt,q̃ licet ita sit de doctrina, secus autẽ est de p̃dicatione q̃ indigne exeq̃tur, q̃cunq; est sibi cõscius mortalis etiã occulti: vñ qui p̃dicas nõ furãdũ furaris. Sed illa auctoritas est ad oppositum : quia ibi p̃mittitur.qui ergo aliũ doces teipm nõ doces. vnde pariter ibi reprehenditur docens & prædicans contrarium eius:quod facit. Qui autẽ secreto alium corrigit:si occultus peccator est respectu illius nõ delinquit:sed si publicus aut illi cognitus scãdalizat: & sic peccat:si quasi imperiose hoc faciat : sed si quasi adhortans ad concordem pœnitentiam,vel quod suo malo exemplo nõ peccet: ne quaquã. Subditus autẽ debet & potest prælatũ corrigere:sed cum debito moderamine: quia si in his quæ fidei sunt erret publice,peccare faciens populũ:publice est arguendus sicut Paulus Petrũ. Vnde si Papa prædicaret error corã coram populo surgendũ esset: & ei corã populo contradicẽdum. Sic enim dicit Paulus de Petro. In faciem ei restiti.&c. In alijs autẽ secreto &cũ reuerentia corrigẽdus est:& tanto reuerẽtius quãto maior prælatus. 7 Ad argumentum dicendum,q̃ meretrices corriguntur quidẽ: non per pœnas : ne deterius contigat : sed per sermones inquantum prædicatur fornicationem esse mortale:similiter de vsurarijs.

Quõ. an in mortali existens peccat mor. corrigens.

Opinio.

Repro.

Nota.

Opinio.b.t. hic.q.2. art. 2.q.2.&sup d.5.quã do. cõcordat cũ illis quæ dicit.b.t.2. 2. q.33.&.60. ar.2.ad.3.

QVAESTIO QVARTA.

De correctione fraterna & denunciatione præmittenda.

Tho.2.2.q.33.ar.7.

QVAERITVR quarto de denunciatione.vtrũ debeat eã præcedere fraterna correctio ? Et videtur q̃ non:quia plus diffamatur homo si accusatur corã multis & prælato,quã si denũciatur soli prælato. Sed ad accusandum iudici nõ requritur secreta admonitio : sed sufficit q̃ præcedat inscriptio.ergo nec ad denũciationẽ. 2 Contra.de accusa.qualiter & quando:vbi dicitur q̃ inquisitionẽ præcedere debet clamosa insinuatio:accusationẽ inscriptio: denunciationẽ secreta admonitio. 3 Respondeo. hic opus est distinctione includente septẽ cõclusiones in generali: quia delictũ aut est simpliciter publicũ:aut simpliciter occultũ:aut secundũ quid publicũ:& secundũ quid occultum. In primo casu dico,peccatũ publicũ quãdo ipse est peccator publicus, & nõ si publicũ esset tale crimen esse cõmissum & nesciretur omnino à quo:sed quãdo siue delictũ fuerit factũ publice siue occulte , publicũ tamen & diuulgatũ est q̃ iste fecit tale crimen:& de hoc est cõmuniter diffamatus si verisimile est q̃ citi⁹ corrigeretur si ad partẽ sibi oñdo: quod videtur ordinari ad eius emendationẽ : quã si statim iudici denuncio:quod videtur cedere ad eius confusionẽ.debeo pri⁹ secrete admonere.non propter cõseruationem famæ , quæ iam supponitur perdita: sed propter emendationẽ cõscientiæ.Postea verò si nõ corrigitur:vt ædificentur de pœnitẽtia qui scandalizati sunt de culpa debeo denunciare:sed nõ teneor:quia ex fama potest iudex inquirere nullo denunciante. Si autẽ est partim publicũ & partim occultum: quia scilicet possunt eum per testes conuincere:puta duos vel tres,sed omnes alij ignorant & reputant eum bonum , nec sine infamia possum eum denunciare:tunc habet locũ secundũ oẽs illud Euangelij.Corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit lucratus es fratrẽ tuũ:& ibi supple siste. Si te non audierit adhibe tecum vnũ vel duos.s.de illis qui sciunt tecũ,corã quibus si arguitur in nullo fama læditur. quousq; enim sit correctus corã aliàs scientibus,si sunt : vel quãdiu speratur q̃ corã illis & per illos solos poterit corrigi:nunquam alij sunt adhibendi. prius autẽ præposito nesciẽte nõ debet ostendi:nisi quãdo vel nõ sunt alij cõscij:vel non sunt tales pro quibus nõ est verisimile, q̃ se vellet corrigere. Si ergo acquiescat ibi stetur,si nõ audierit illos:dic Ecclesiæ.Quod,verũ est quãdo illis non auditis nõ est spes de correctione aliter. tũc enim per quẽcunq; modũ ostendendum est illi, qui potest prodesse & nõ obesse siue sit prælatus siue alius. Si autẽ possum corrigere sine infamia: debeo abstinere denũciatione famosa & diffamatione. Si autẽ sit ita occultum : quod nõ est infamatus:nec potest sufficienter probari iudicio istius qui habet corrigere:quia vel ipse solus scit,vel vnicus testis cũ eo:tũc q̃diu speratur correctio, nõ debet denunciare:sed potest inter se & ipsum solũ postea cũ illo vnico aliàs sciente.postea verò debet denũciare secrete prælato.nõ tanquã iudici:sed tanquã illi qui potest prodesse:& de quo est verisimile q̃ per eum corrigetur:siue sit prælatus siue alius:sub sigillo tamẽ secreti. Si verò non speretur correctio : quia vel ex malitia peccat nec erubescit:sicut aliquis qui semel nata occasione ruit: vel quia pluries est sibi dictũ & se nõ corrigit:tũc subdistinguendum est per tria mẽbra:quia aut illud peccatũ:quod creditur facturus est in periculũ cõmunitatis,& tunc denũciandũ est illi cõseruando famã quantũ potest cũ salute

Reipu.

Reip.nõ aliter. Si enim ille de quo rector ciuitatis plus cõfidit:cui & claues tradidit:illa nocte est eã traditurus hostibus vel huiusmodi:& nullo modo vult desistere:tũc etiã nominati dicẽdum est illi. Caueatis nè tali tradatis claues ista nocte : quia proditurus est ciuitatẽ:quia bonũ cõmune præferendũ est priuato. Vnde quia fama est de maximis bonis exteriorib⁹ religiosorũ ; si vnus debet alios scandalizare nec secreta monitione corrigitur:prælato dicẽdum est vt præuideat famæ cõmunitatis. Si autem hoc est in nocumẽtum tertiæ priuatæ personæ,si ita paruũ est istud nocumẽtum q̃ melius sit illũ ita parum lædi quã istũ ita diffamari:quia si modo non corrigitur postea tamẽ corrigetur. vt si esset ei suratur⁹ aliquid modici valoris:tunc uõ debet reuelare. Si autẽ est notabile nocumentum: vt quia vult occidere nocte,vel omnibus spoliare cũ iaceat in camera:tũc est dicendũ: quia meli⁹ est seruare innocentẽ indẽnem:quã isti malo famã. quãuis & illud sit dicendum sic in secreto:q̃ nõ possit agere ad istius infamiã reuelando, nec pœnã ipsum nunciando : sed solũmodo ad suã cautelã. 4 Si autẽ est solum nociuum peccãti: dicũt quidã non vltra procedẽdũ. ex quo per se ipsum vel illũ qui potest prodesse admonuit nec corrigitur:sed finendum est perire qui nõ vult erectus surgere:nec sunt testes adhibendi ad obseruandum sed potius esset prohibendus q̃ obseruãdus:& hoc vtiq; verũ est,nisi sit spes q̃ per illã viã meli⁹ corrigeretur. Tenetur enim homo illo modo quo potest saluare proximũ:& si nõ potest vno modo, & potest alio:tenetur illo. Sicut ergo medicus si præuidet q̃ permittendo infirmitatẽ facere cursum sũ postea melius curabit. melius facit permittẽdo vnã accessionẽ:vt omnes aliàs impediat: quã si impediret sic istam,q̃ minus bene impediat aliàs: ita possibile est q̃ si modo sinatur ire ad peccatũ adhibitis testibus,per quos cõuincendus est si negauerit: tũc poterit ꝑlatus remediũ adhibere:quod priusnõ poterat:qa pri⁹ non debebat credere vni testi:ideò nõ poterat illũ includendo à malis vijs cohibere, nunc autẽ iuste poterit per duos testes habens conuictũ. vnde in tali casu licet nõ quidẽ occasionẽ peccandi dare:sed non prohibere & obseruare. 5 Si dicatur,q̃ nõ debemus vel nõ tenemur esse obseruatores alienæ vitæ secundũ Augu. verũ est nisi quãdo aliter vitã animæ proximi seruare non possumus. 6 Si dicatur,q̃ hoc est eũ prodere: dicendũ est q̃ nõ,quia licet vbi est omnino occultũ & non potest probari ostendere præposito tanquã patri nõ iudici: vt prosit aliàs nescienti:quia plus teneor cõscientiæ proximi quam famæ: nec teneor iniuriarum:quia nõ animo iniuriandi hoc facio : sed medendi . Sicut nec medicus qui vulnerando medetur. Vnde Augu. Nec dicatis vos esse maleuolos quãdo hoc iudicatis.Magis quippe innocentes nõ estis:si fratres vestros quos indicando corrigere potestis,tacendo perire permittitis. Vbi autẽ non per obseruationẽ speraretur melius corrigi quã prohibitionem:tũc esset peccatũ mortale sinere hominẽ ire ad peccatũ mortale : vbi per se vel per alium solo verbo posset impedire.propter quod non est iniusta excõmunicatio: qua percellitur is qui videret clericũ verberari,& nõ impedit quando potest:vel facto si est iustitiarius ad quem pertinet:vel saltẽ verbo quicunq; est ille qui solo verbo impedire potest;maximè si fieret propter ipsum vindicãdum. 7 Ad argumentũ dicendũ: q̃ si agatur de occasionibus vel proclamationibus religiosorũ in.c.deuenia libus.ibi nec inscriptio nec secreta admonitio est necessaria:quia huiusmodi nõ sunt diffamatoria. Si autem de mortalibus:non ita est de accusatione sicut de denunciatione:quia licet vtrobiq; sit infamia:tamen in accusatione quæritur bonum cõmune. vnde videtur probabilior opinio q̃ sine secreta admonitione potest fieri : cũ illa nõ debeat fieri nisi timore recidiui.hìc autẽ etiã faciẽda est quo nõ debet iterari:quia expedit maleficia non remanere impunita:imò etiam postquã aliquis correctus est potest accusari: quia pœnitẽtia nemo nocens esse desinit quo ad pœnã iudicij exterioris:quia etiã homo pœnam canonis incurrit ex vno solo facto quod non iteratur,& de quo est correctus;& quod etiã probari non potest : vnde non oportet q̃ ad sententiã punitionis præcedat correctio fratris. De Ioseph autẽ nõ videtur q̃ in his quæ sunt mala de iure diuino & naturali excusetur habens sexdecim annos:sicut ipse habebat si per ignorantiã illa cõmittat:quia postquã ad annos discretionis peruenit omne delictũ cadit etiã in puberem:prẽter delictum carnis licet excusetur à tanto. Sed sicut dixit textus.Accusauit eos apud patrẽ crimine pessimo:non denunciauit vel erãt ĩcorrigibiles. De præcepto verò dicendũ est: q̃ aut est certũ quod iudex inquirit de crimine in casu in quo potest de iure: & tũc tenetur homo sibi dicere tã de se quã de alio:quia mẽtiri in iudicio est mortale: aut est certũ,q̃ ipse iniuste inquirit:vt puta quia nõ præcessit accusatio,nec famosa vel clamosa insinuatio: nec infamia illius:nec factũ est diuulgatũ nec denunciatũ nec in speciali:puta talis fecit tale crimen,vel in tali loco est factũ tale crimẽ:vbi iacet occisus sed nescitur à quo:nec in generali:puta tale monasteriũ est diffamatũ de dissipatione religionis. Tunc enim nõ tenetur nec de se nec de alio:quia ille in hoc non est suus iudex. Si autem sit dubiũ:vel iuris: vel facti præsumendũ est pro iustitia iudicis,& debet sibi homo dicere veritatẽ:vel magis ponere in ipsius iudicio:cũ sciat tale crimẽ quod nullus alius scit nisi fortè vnus,q̃ habeat cõsilium vtrũ teneatur nominare personam:& sicut ille iudicauerit sic faciat:quia iussus iudicis in dubijs excusat. 8 Similiter de latrone qui torquetur. Si enim tale crimẽ est in se vel in alio : q̃ iuste potest subijci inquestæ:tenetur tam de se quàm de alio:aliàs nec de se:nec de alio. Eo ipso autẽ q̃ homo vni cũ crimẽ habet propter quod iudex iuste procedit cõtra eũ in illo crimine :ex hoc ipso de alijs potest inquirere: quia nõ per occultationem peccati:sed peccatoris de occultis homo prohibetur iudicare. Vbi ergo iam per vnũ crimen est diffamatus:etiam de alijs debet dicere veritatem. Et similiter si socij sui sunt in tali statu q̃ iuste contra illos agi ꝑt provnico crimine: etiã de oĩbus potest & debet eos prodere, quando ipsorũ correctionẽ nõ sperat: maximè cũ peccatũ illorũ sit in periculum cõmunitatis: vt quia scit eos fures & latrones,& impœnitentes. Nam illũ qui iam pœnituit accusare nõ debet:nisi iuste nominatim de ipso interogaretur.

Opin.du.q. 4.&. Hen. de gãd. quotli. 9.q.2. Explicat doc.opi.b.t. 2.2.q.33.a. 8.ad.1.& hic.ar.3.ad. 1.

Ad calũniã duc.

Rõsio. ad argu.in.oppo. Opi. probabilior quòd accusatio sine secretaad monitiõepo

Latro ꝺ vno crimine cõuictus tenetur alia pãdere:& cõplices suos. Vide Hen. quotli. 9.q. 26.

De his qui in fine pœnitent. Distinctio. 20.

QVAESTIO PRIMA.

De pœnitentia in morte.

Tho.4.d.20.q.1.ar.1.

CIRCA vigesimã distinctionem quærũtur quatuor. Primò. vtrũ aliquis in morte possit vere pœnitere. Secũdo. vtrũ implet⁹ pœnitẽtia à qualicũq; iniuncta sit pœnitens ab omni alia immunis? Tertio,vtrũ vnus possit satisfacere pro alio? Quartò de indulgentijs.

2 De primò videtur , q̃ in morte non possit quis verè pœnitere : quia Antiochus pœnituit in morte nec habuit veniã,de quo dicitur. Orabat sceleſtus Deũ à quo nõ esset misericordiã cõsecuturus. 2.Mach. 9. & Iudas de de quo dicitur:Pœnitentia ductus retulit triginta argẽteos.

Iudici an subditus teneatur dicere veritatẽ. Vide ꝺ hoc plenius sco. dist. 15.q.4. membro. 3.

teos.&c. 3 Cõtra:latro in morte pœnituit &audiremẽ ruit Hodie mecũ eris in paradiſo. 4 Reſpõdeo hic videda ſunt tria.Primo.q̃ in morte põt eſſe vera pœnitentia & ſalutifera.Secundò,quomodo in morte quiſq; à quolibet quẽlibet poteſt abſoluere. Tertiò.quomodo mors ſit ſatisfactoria. 5 Primũ patet:quia licet liberũ arbitriumDei ſit inflexibile ante & poſt:iuxta illud.ego deº & nõ mutor:Angeli autẽ ſit vertibile ante: nõ poſt.tamẽ liberũ arbitriũ hominis eſt vertibile vſq; ad mortẽ. Vnde legiſtæ dicũt, q̃ deambulatoria eſt hominis voluntas vſq; ad vltimũ vitæ exitũ:ſic intelligendo, q̃ vſq; tũc poteſt homo eligere quod prius refutauit, & econuerſo.Et ſic cũ homo poſſit pœnitere: per cõſequẽs veniã etiã habere:quia quacunq; hora ingemuerit peccator.&c.ideò. &c.Sed raro eſt q̃ in morte incipiat eſſe vera pœnitẽtia: quia ſi homo moritur ita ſubitatus, q̃ nõ aduertat ſe mori ſicut dormiendo:expedita res eſt.vbi te inuenero : ibi te iudicabo:qa ſi ceciderit lignũ ad auſtrũ.&c.Si aũt aduertat ſe mori:ſed per vnã horã & morulã modicã: quia in repentinis homo operatur ſecundũ habitũ:vnde non videtur q̃ habituatus in peccato tam repente fiat bonus Alij verò moriũtur languore præcedente, & quia cũ habitu amatiuo ſui plus quã Dei concurrit languor & dolor amati,vix tũc homo pœnitet : ſi tamẽ ſic vere pœniteret ſaluaretur.Vnde eiã qui ſe ipſos interficiunt: quia tamen poſſunt in vltimo momento pœnitere : licet non ſint ſepeliendi:nec pro eis publicæ orandũ : tamẽ occulte poteſt orari pro eis ab illis qui credunt q̃ fortè dum occideret eos quærebant eum & reuertebantur. 6

Art.1. Homo in morte vere pt pœnitere licet ſit difficile cui° oppoſitum expreſſe tenet arma.ãd.q.ar meniorũ.li. 9.c.27.Sco. hic.q.1.multũ bene loqtur.

Art.2. Iure diuino qlibet Chriſtianus tenetur in morte confiteri de mortali.

Quãtum ad ſecundũ,q̃ quilibet ab omni vinculo & pecato in morte poſſit abſolui, ſunt tres concluſiones. 7. Prima.q̃ hoc eſt de iure diuino:quia q̃ qlibet Chriſtianus peccans mortaliter ſit obligatus de hoc ſatisfacere ad arbitrium Petri : intelligitur quãdo poteſt arbitrium Petri vel ſui vicarij habere:aliter non.quia tũc eſſet obligatus ad impoſsibile: quia cũ vi clauium debet abſolui: illiusauctoritate quẽ ſuenit:qui clauespabet:ſolui põt. Item auctoritate iuris:quia hoc Papa cõmittit etiã in caſibus quos reſeruat:q̃ in mortis articulo quilibet ſacerdos abſoluat quẽlibet:non ſic videtur de vinculo excõicationis.quia homo poteſt abſolui ab excõicatione poſt mortẽ ab illo à quo prius. Vnde quo ad corpus non eſt neceſſe vt tũc abſoluatur.quo ad aĩam verò nõ eſt neceſſe,niſi vt à peccatis abſoluatur:à quibus nõ põt abſolui quouſq; fuerit abſolutus ab excõmunicatione. Et ſic cũ Papa nõ poſſit cõmittere non ſacerdoti abſoluere à peccatis,ſicut nec celebrare:licet non ſacerdoti potuiſſet cõmittere abſoluere ab excõicatione : nõ tamen commiſit pro tũc:quia neceſſe non fuit:& ſic ſoli ſacerdoti cõmiſit vt ĩ mortis articulo poſsit abſoluere ab omni vinculo & peccato:ſicut Papa poſſet.Nõ aũt moriẽti poteſt dare indulgẽtiã:ſicut Papa poſſet. Nõ enim inuenitur q̃ ꝓpter neceſsitatem poſsit dare aliquis indulgentiam:qui aliàs non poſſet. 8 Tertia concluſio eſt.q̃ ſi ille cõualeſcat: vel mortis periculũ euadat:quia nõ diſtinguitur ex qua cauſa ſit mortis periculũ: vtrũ ex infirmitate ſicut in cõtinua vel acuta:an ex violẽtia:ſicut ſi intraturus eſt bellum:aut decollandus:vel in naufragio. Sic enim intelligitur mortis articulus: non q̃ hõ ſemper in periculo eſt moriendi: nec certitudinẽ cras viuendi , ſed quando eſt in tali articulo, q̃ æque indifferenter ſolent vt cõmuniter hoíes inde mori , ſicut euadere: nõ q̃ intrãs mare ſtatim dicatur eſſe in mortis articulo. vt dicit glo. de offic. ordi.Paſtoralis. Igitur tranſacto mortis articulo:niſi abſolutus ab excõmunicatiõe præſentet ſe illi à quo de iure cõmuni fuerat abſoluendus:q̃ cito commode poterit illius iuſſui pariturus, reincidit in eandẽ ſententiam.de ſen.excõ.Eos qui.li.6.De peccatisautẽ nõ oportet q̃ amplius cõfiteatur:nec propter abſolutionẽ tũ ſit vere abſolutus,nec propter pœnitentiã:quia illa fuit ſibi innotescenda:& ſi nõ imponẽda,etiã ſi eſſent caſus retẽti: quia nõ eſt iure cautum:nec fortè caueri potuit,q̃ bis neceſſe haberet cõfiteri ; ſed ſi cõfeſſor nõ fuit ſacerdos, tenetur iterum cõfiteri,propter abſolutionẽ cõſequẽdam & pœnitentiã imponendã:quorũ ille neutrũ facere potuit: q claues nõ habuit:q̃ quas ſolas regnũ aperitur illi,cui per mortale clauditur. Et idẽ eſt ſi pœnitentiã oblitº fuerit: vel ſi ſibi impoſita vel indicta non fuit:quia tenetur ad arbitriũ ſacerdotis ſatisfacere.& per conſequẽs ipſum requirere toties q̃ ipſam poſsit conſequi. 9 Quãtum ad tertiũ.de ſatisfactione mortis ſunt tres concluſiones. Prima de morte naturali.quia mors etiã patienter ſuſcepta nõ liberat ab omni pœna,ſed reſtat purgatoriũ.quia iuſtitia Dei non dimittit peccatũ impunitũ:ſicut nec miſericordia remittit incondonatũ . aut enim Deus punit aut homo ſecundũ Augu. Si ergo homo hic cõdigne nõ punit:illic luit vbi Deº punit.Eſt igitur mors naturalis. quæ quia tota eſt debita pro peccato originali nõ poteſt ſatisfacere pro actuali:quia cadẽ ſolutio non parit duas liberationes.vnde ſi Chriſtus cõtraxiſſet originale:mors ſua nobis nõ profuiſſet : ſed quantũ eſt de dolore & langueure illud acceptatũ bene ſatisfacit pro actuali: quo illud nõ debetur originalis ſecũdũ actũ , ſed ſcẽm aptitudinẽ.vñ q deficiũt ſenio nõ dolẽtes mortis debitũ pſoluũt.& Iohannes Euangeliſta à dolore mortis extraneus mortis debitũ ĩtegre perſoluit : ſicut fames ſitis & hmõi pœnalitates ſunt pœna debita ſecundũ aptitudinẽ: non ſecundũ actũ.vnde ſiue acceptentur ſiue aſſumãtur quo ad actũ ſatisfaciunt. 10 Secunda cõcluſio eſt de mor te violẽta iuſta.Mors enim violẽta inquãtum huiuſmodi:nõ eſt debita pro peccato originali , cui non debetur pœna ſenſus , ſi ergo ſit iuſte illata pro aliquo peccato actuali digno morte:ſicut dicit Apoſtolus.Qui talia agũt digni ſunt morte . tunc pari ratione quia illa eſt debita pro alio in foro mũdi: ſic non poteſt eſſe ſatisfactiua pro alio peccato in foro Dei , ſicut ieiuniũ quadrageſimale quia eſt debitũ ex ſtatuto Eccleſiæ nõ pt eſſe ſatisfactoriũ pro alijs peccatis:licet ſit meritoriũ. nec latro euolauit propter ſatisfactionẽ mortis:licet patienter portauerit dicens. Nos quidẽ digne vel iuſte. nam digna factis recipimus,ſed propter magnitudinẽ contritionis & liberalitatis Dei. 11 Tertia cõcluſio eſt de morte iniuſta. quia mors iniuſte illata ſi quidẽ attingat vſq; ad titulũ & triũphũ martyrij,certũ eſt q̃ ſatisfacit ꝓ oĩ pœna : vñ iniuriã facit martyri q orat pro martyre.ſed ſi nõ ſit cauſa martyrij : ſed pœna tantum & innocẽtia ſi homo pro alijs peccatis ſuis illam accipiat multũ ſatisfacit.ſed quia nõ eſt voluntarie aſſumpta:quia ſic eſſet illicita:ideò licet excedat omnẽ aliam pœnã quæ poſſet eſſe liberatoria totaliter à pœna debita:non tamen ex toto ſatisfacit ſed ſecundum quòd magis vel minus homo conteritur. 12 Ad argumentum dicẽdum,quòd illi non pœnituerunt vere.Nam Antiochus ſolum amore carnis ſuæ: cuius ſanitatem optabat:Iudas verò deſperauit.

Art.5. Morspatiẽter ſuſceptanon liberatab oĩ pœna. Nota hic ſco.q.1.ad vlti. infiñ. Nota.

Nec mors violenta iuſta.

Nec mors iuſte illatæ idẽ. tenet. t. hic. q.1. ar.1.q.3.ad 3.

QVAESTIO SECVNDA.

De pœnitentia in morte.

Tho.4.d.20.q.1.ar.2.

QVAERITVR ſecundo vtrũ impleta pœnitentia à ſacerdote iniuncta qualicunq;:ſit homo ab omni alia pœna immunis.& videtur q̃ ſic:p illud.Quodcũq; ſolueris ſuper terram. &c. 2 Contrà. quia error

error ſacerdotis non impedit iuſtitiã Dei: qui peccatum iuſta pœna percellit. 3 Reſpondeo:tria ſunt hic videda.Primo,quomodo debet ſacerdos pœnitẽtiam moderari & arbitrari.Et quãtũ ad hoc eſt ſciendũ, q̃ ſicut medicus habet oculum dextrum ad naturã,ſiniſtrũ ad morbum:& vlterius nõvult ſic amouere ſubito morbũ quin velit etiã adhibere remediũ contra recidiuum in illum morbũ & etiã alios:ſic & iſte qui habet iniungere pœnitentiã ſalutarẽ nõ quæ mortẽ animæ operetur: nũquam debet imponere pœnitẽtiã niſi credat q̃ ille velit & poſſit facere:aliàs ponit laqueum!& nõ antidotũ:ſed venenum:propter quod non tantã imponat q̃ ille deſperans totũ dimittat:ſiue propter debilitatẽ bonæ volũtatis: ſiue cõporis.paruus enim ignis &ſcintillavna nõ eſt oneranda multis lignis:ſed paulatim fouenda nè extinguatur.debet etiã conſiderare recidiuũ , quia aliquando eſt peccatũ grauius ſed minus periculũ recidiui,& debilius ſubiectũ ad pœnitentiã ſicut fornicatio ſenis quã iuuenis : ſed propter robur & concupiſcentiã vigentẽ in iuuene debet maior imponi. igitur conſideratis omnibus circũſtantijs peccati & peccantis, & corporis & animæ & maiorẽ & minorẽ debet ponere: ſicut magis creditur ſaluti illius expedire. ſed nè eũ decipiat ſi minorẽ debito imponat propter aliquã iuſtã cauſam,debet illi inno teſcere : q̃ illa nõ eſt cõdigna:& q̃ meruiſſet ſeptẽnẽ pro quolibet mortali & huiuſmodi:quod ſi nõ fecerit hic, faciet alibi grauiorẽ:niſi propter hoc crederet eum incidere in deſperationem : quia tunc non debet hoc dicere

Art.1. Pœnitentia quõ eſt arbitranda:à ſa. verba ſunt. ſ.t. quotli.3 q.28.

4 Secũdò conſiderandũ eſt : q̃ multo plus valet modica pœnitentia per ſacerdotẽ impoſita,quã maior à ſe aſſumpta : quia iſta ſecũda nõ eſt ſacramentũ, nec pars ſacramẽti.vnde ex ſola virtute aſſumẽtis habet effectũ:illa autẽ ex virtute paſſionis Chriſti, quæ operatur ſpecialiter in ſacramentis totius Eccleſiæ. vnde expedit vt ſicut cõfitens aliqua cõfitetur in generali & aliqua in ſpeciali.ſic & cõfeſſor ĩponat aliquã pœnitẽtiam in ſpeciali & in generali bona quæ faciet & mala pœnæ quæ ſuſtinebit:& quæ etiã facere proponet non ſic.ſ.q̃ obliget eũ ad faciendũ quicquid proponet facere,vel ſuſtinere:ſed q̃ etiã ipſummet propoſitũ bonũ ſit ei ſatisfactoriũ & ipſa bona ſi et quãdo fient. 5 Tertiò:eſt ſciendũ:q̃ ſi ſacerdos iniungat maiorẽ pœnitentiã,nec quã ille meruerit:ille quidẽ tenetur obedire in hoc & viuere in voluntate cõplendi eã.poſtquã autẽ parte eius quæ in iudicio Dei erat pro tota ſufficiens impleuit: ſi ſic mortuus fuerit ĩ purgatorio nihil ſuſtinebit.ſicut cũ de iudice inferiore nimis condẽnante ad ſuperiorẽ appellatur: & reus ſoluit:quod ſecundũ veritatẽ debebat:licet non ſit illud ſuperfluum ad quod iudex condemnauit ſiue male ſiue bene.quo ad ſe:vt quia ſecundũ allegata iudex ſuperior nõ eum cõdemnabit ad plus ſoluendũ : ita & Dominus dicens.Cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo. Si autẽ illud ſuperfluum in hac vita ſoluit, valet ad meritum,vel ad alia peccata ſoluenda : ſicut quandoq; ſeuerior ſententia ſeruat reum ab infamia,& qui in vno grauatur in alio releuatur.C.Ex quibus cauſis.ca.infa.re.l. Et ſi ſeuerior. Si aũt ſacerdos ĩpoſuerit nimis paruã pœnitentiã:ſiue p errorẽ, ſiue p neſcientiã,vel p prudentiã & bonã cautẽlam: quia ſic illi & non aliter expediebat: illa cõpleta nihilominus vel hic vel in purgatorio ipſe faciet vel luet quod reſtat : ſicut iudex ſuperior cum ad eius examen recurritur : corrigit ſententiam inferioris: qui ſi minus debito condẽnauit, ſuperior quod plus debitum eſt ſuperaddit. 6 Ad argumentum dicendum: q̃ quodcunq; ſolueris.&c.verum eſt:iuſte claue nõ errãte intendente totaliter abſoluere.

Art.2. ſ.t.ſupra.

Art.3. Maior pœnitentia q̃ ſit pctm̃ hic ſolui debet,ſed nõ in poſtvitã.ſ.t. ſup & hic.q.1.a.2. ad.2.

QVAESTIO TERTIA.

De pœnitentia in morte.

Tho.4.d.20.q.1.ar.2.q.3.

TERTIO quæritur : vtrum vnus pro alio poſsit ſatisfacere ? Et videtur q̃ non: quia ſatisfactio eſt pars pœnitentiæ: ſicut contritio & confeſsio.ſed vnus non poteſt pro alio pœnitere cõfitendo vel conterendo.ergo nec ſatisfaciẽdo. ſed vnuſquiſq; onus ſuum portabit. 2 Contrà iure humano ſoluendo quis pro alio ipſum liberat,& iure diuino. Alter alterius onera portate,& ſic adimplebitis legẽ Chriſti.qui peccata noſtra pertulit ſuper lignũ.ergo.&c. 3 Reſpondeo.hic ſunt tria videda.Primo in ſpeciali:quomodo inter viuẽtes viuus pro alio poſsit ſatisfacere.Secũdò in ſpeciali: quomodo viuus pro mortuo poſsit.&c.Tertiò in cõmuni.quomodo vnus pro alio . 4 Quantũ ad primum ſunt quinq; concluſiones.¡ Prima, q̃ ſi hoc haberet forma iniunctionis nulla eſſet queſtio:quia in alternatiuis electio eſt debitoris.vnde ſi ſacerdos impoſuit ieiunare per ſe,vel per alium:ire vltra mare vel mittere:nulli dubium eſt, q̃ poteſt ſe per alium æque ſicut per ſe liberare ; nec oportet q̃ ille plus faciat,nec propter hoc q̃ illud non eſt remediũ impeditur iſti quitatio. 5 Secunda concluſio:q̃ ſi eſt omnimoda indifferẽtia,idẽ eſt. verbi gratia.ſi impoſitũ eſt ei ieiunare vel dare eleemoſynã:nõ idẽ eſt q̃ alius pro ipſo ieiunet:& q̃ ipſe per ſe ipſum:ſiue q̃ ipſe det de proprio : & alius det de nõ proprio iſtius, ſed ſuo. ſed q̃ ipſe de ſua ſubſtãtia faciat eleemoſynã per ſe:vel per aliũ nõ refert.vnde ſi mittat per famulũ:ita ſatisfacit ſicut ſi daret per ſeipſum:quia & hic eſt voluntas præſumpta imponentis intantũ:q̃ etiã ſi nuncius eſſet in mortali peccato nihilomin° eſſet illa eleemoſyna ſatisfactoria. quia ſicut dare eleemoſynã p manũ peccatoris non diminuit in actu rationẽ meredi:ita nec ſatisfaciendi. Non enim plus requiritur q̃ actus ſit à Deo acceptus ad ſatisfaciendum quã ad merendũ. 6 Tertia cõcluſio, q̃ ſi non poteſt facere per ſeipſum,poteſt facere per alium.quia iſta videtur fuiſſe voluntas imponẽtis:qui noluit ad impoſsibile obligare,nec voluit ad purgatorium mittere.vnde cũ dicitur ieiunes:verũ eſt ſi potes per te ipſum:aliàs per aliũ.vnde quia homo nõ poterat ſatisfacere peccato naturæ per ſeipſum:iuſtũ fuit q̃ hæc ſatisfactio poſſet fieri, & fieret per aliũ:ſicut & facta eſt per Chriſtũ : & hæc tria omnes cõcedunt. 7 Quarta, quãdo poteſt ſatisfacere per ſeipſum.& quidẽ quãdo pœnitentia eſt data in remediũ,ſi nec ipſe alio modo recõpenſet,certũ eſt q̃ nõ ſufficit:vt ſi ieiuniũ eſt impoſitũ ad domandũ carnẽ : & ipſe illud ieiuniũ alij imponit:& vult carnẽ ſuã nutrire: nec aliquo alio æquipollent modo domare:non poteſt ſe ſic aquitare,& hoc etiã omnes cõcedunt. 8 Quinta concluſio,q̃ ſi ſit potens facere per ſeipſum etiã prout cedit in ſolutũ, dicunt aliqui q̃ nõ poteſt ſatisfacere per aliũ, quia pœnitẽtia quæ nõ eſt accepta:nõ eſt Deo ſatisfactoria.mutatio autem pœnæ vel emendæ quæ nõ procedit de voluntate iudicis:vel partis expreſſa præſumpta non eſt accepta.ergo. &c. 9 Et cõfirmatur:quia licet de cõtractu poſsit indifferenter vnus pro alio ſatisfacere,& de delicto quãdo eſt obligatio ad pecuniã, tamẽ de delicto quo ad pœnã corporalẽ vnus pro alio ſatisfacere nõ poteſt:imò & pœnę ſuos tenent auctores . & ſanctius eſt nocentẽ abſoluere,quã innocentem condẽnare.ff. de pœ.l. Abſentem . vnde ſi pro homicida ſe offerret amicus vel filius ad mortẽ:nõ eſſet iuſtus iudex qui innocẽtem puniret : & nocentẽ dimittteret. 10 Adhuc etiam ſi pro emẽda

Art.1.

Eleemoſyna data per nũcium morta liter peccantem eſt ſatiſfactoria.

Opin. domini dur. q. 2. in pſenti di.

nistri, & cõsecratio materiæ, si debet esse materia consecrata: sed cũ consecratio materiæ de qua agimus, non sit sacrm, sed aliquid sacrale. ideo plus põt cõmitti consecratio materiæ, quã ordinatio ministri. Nulla eñ cõmissione fieri potest, vt ordinatio ministri sacerdotis fiat, nisi per epm, sed per cõmissionẽ Papæ põt fieri cõsecratio omnis materiæ à non episcopo, sicut ecclesiæ, & altaris, & vasorum, quia hoc est ex institutione humana, quæ subest ordinationi Papæ. 11 Secundus articulus est de forma habens tres cõclusiones, secundũ tres formas. Quia sicut in argumẽto tangit, triplex forma inuenitur. Prima, quæ est solùm indicatiua beati Ambro. s. Vngo hos oculos tuos oleo sctõ in nomine patris &c. quę videtur secundũ substantiã eadem, & per cõsequens valẽre: quia cũ quæreret de officio Ambrosiano à patribus, censum est, siue decretũ fuit, ꝙ Ambrosianũ in sua diœcc. teneret. Gregorianũ verò per orbem, nec aliquid de his quæ Ambrosius docuit in cultu religionis Christianæ, tũc fuit reprobatũ, sed tacitè approbatũ. 12 Sed Tho. dicit cõtrariũ, ꝙ forma hęc nõ põt esse indicatiui modi, quod verum de potestate ordinata: sed de potentia absoluta si aliquæ ecclesię habeant solũ formam indicatiui modi: sicut Ambrosianã saltem tẽpore Ambrosij, vt dicitur: non est dicendũ, ꝙ nihil sit actum: quia in sacro supposito his, quæ sunt de essentia, sequit semper aliquis effectus. Et licet conueniẽtior forma sit indicatiua: tñ si sit deprecatiua non propter hoc sacrm est irritũ: sicut in baptismo Græci vtũtur deprecatiua: baptizet seruus Christi &c. ità hîc ecõuerso. Et si dicat, ꝙ non est simile, quia vtẽdo verbis deprecatiuis, vbi est effectus certus, nõ est periculũ de mẽdatio: sicut si Deus oraretur, ꝙ Solem faceret cras oriri: tñ econuerso vti verbis indicatiuis, vbi effectus est incertus: esset periculũ mendacij, & propter hoc magis potest dici, baptizetur seruus Christi, nec est falsum, & si nõ intẽdat: qa sola indicatiua est vera, vel falsa, quã possit dici, vngo oculos istos &c. qa nescit: vtrum anima vngat oleo letitiæ: qa etiã qñ sacerdos dicit, ego te baptizo, nescit, vtrum ille intẽdat deludere: sicut multi Iudæi faciunt, & sic non est baptismus. Et similiter qñ dicit, absoluo, nescit, si est fictus, & in confirmatione: sed quia supponit ex his, quæ exterius apparent, excusatur: vel refertur ad exteriorẽ actum: de quo est certus nõ ad interiorẽ. Similiter in ꝓposito magis est simile, ꝙ iste cõfessus, & cõmunicatus, & timẽs mortem sit nõ fictus, quã de alio: & sic potest supponere vnctionẽ inuisibilẽ, sicut ibi absolutionẽ interiorẽ, vel refert se ad vnctionẽ exteriorem, de qua est certus. Nec est dicendũ, ꝙ beatus Ambro. erraverit: qa sancti non sibi pepercissent in contradicendo, sicut nec Cypria. qui rebaptizabat baptizatos ab hæreticis pepercit Augu. quin hoc dãnaret. Et Pau. in faciem resistit Petro, qui Iudaizare cogebat. Secunda est forma Romana à Petro non data sed docta, & ista est deprecatiua: per istam sanctã vnctionẽ &c. Et differt hęc forma à formis cæterorũ sacrorum: quia cæteræ sunt indicatiuę: ista est deprecatiua: cui' triplex ratio assignat. Prima est ex verbis beati Iaco. qui loquẽs de ea, vocat eã orationẽ dicens. Et orent super eum &c. Secunda est: qa suscipiens hoc sacrm est propriis viribus destitutus: vnde indiget aliorũ orationibus subleuari. Tertia est, quia datur exeuntibus de hoc mundo, qui iam desinunt esse de foro ecclesiæ, & in manu solius Dei relinquuntur, & ideò debent ei per orationẽ cõmendari. 13 Quod autẽ dicit hîc Tho. ꝙ nullus effectus sequit ex hoc sacramento, cõcurrentibus omnibus, q̃ de essentia sunt: videt dubiũ, qa gra nõ est minoris virtutis, ꝙ natura: sed concurrẽtibus causis naturalib' per se, & essentialib': impossibile est nõ sequi effectũ, nec aliqua causa per accidens, & sine qua non põt impedire effectũ, nisi per hoc, ꝙ impedit cõcursum causæ alicuius per se: sicut obstaculum corporis opaci impedit illuminationẽ, inquantũ impedit pñtiam illuminãtis immediatã, ꝙ est causa per se, & sic de aliis: vnde cùm omne sacrm nouæ legis sit per se causa gratiæ, nõ sic ꝙ attingat gratiam, sed qa disponit ad eã: necesse est, ꝙ cõcurrẽtibus oibus, quæ sunt de essentia sacri, causet dispositio ad gratiã in omni sacro nouę legis, & per cõsequẽs in isto. Et ideò tenẽdus est Tho. magis in contrariis dictis. Vnde & in mrimonio de cuius essentia est cõsensus: illo posito nihilominus causatur terminus: licet cõtrahentes sint in pctõ mortali: qui posteà recedẽte illa fictione habet effectũ: dum tñ consensus affuerit: sed si cõsensus nõ affuit cõtrahendi, nihil est actum: sed illo cõsensu posito, licet dissentiat in bono fine sic, sed in pnia non solũ volũtas confitẽdi est de essentia: sed etiam voluntas dolẽdi, & abstinendi, & hmõi, quæ dicit attritio: qa & si nõ cõtritio, q̃ qñq; est effectus sacri, & per cõsequens non de essentia: tñ attritio est de essentia. Sed in hoc est differentia inter pniam, & mrimoniũ: qa omnes partes essentiales matrimonij oportet simul cõcurrere: aliter nihil agit: & dico quantũ possibile est: vt. s. simul consentiãt, & quod cõsensus simul sit cũ verbis: licet verba cũ sint quantitas successiua, nõ pñt esse simul. In pnia autẽ nõ oportet, ꝙ partes essentiales sint simul: imò satisfactio cõmuniter sequit, & cõtritio præcedit, & cõfessio præcedit absolutionẽ. Et si cõtritus postea cõfiteat, quia fortè non est obligatus ad pluries cõterendum, sicut ad pluries cõfitendũ, aut satisfaciẽdũ, nisi negatiuè. i. ad nõ cõplacendũ, qñ confitet, sic nec cõteret actu, nec attenet: dum tñ non haberet oppositũ, ipse reciperet plenũ effectum: si etiã nulla attritio præcedat, nec comitet: quamuis nõ sint oẽs partes sacri, sed solũ duæ. s. cõfessio, & absolutio imprimit ornatus, qui recedente fictione postea operat: qa non est necesse, ꝙ simul hæ partes cõcurrant: sicut nec de duabus formis eucharistię, sed ad hoc, quod plenus, & pfectus effectus sacri sequat, benè oportet, qd' oẽs partes cõcurrant, saltẽ successiuè. Et ideò cũ cõtritio non sit de essentia huius sacri, sicut nec baptismi: qa habet materiã exteriorẽ illa cessante, imprimitur ornatus hic: sicut ibi character. 14 Tertia forma est cõposita ex vtraq, ītegra. Et qa nulla est forma ab ecclesia Romana reprobata: sed tolerata, & dissimulãdo approbata: ideò quælibet ecclesia debet tenẽre ritũ suum: & sicut in immersione vna, vel trina abstergẽdo, vel immergendo, debet fieri secundũ consuetudinẽ: ità & hîc de forma. In omni tamen debet addi inuocatio Trinitatis, & fieri signum Crucis propter generalẽ regulã. de consc. dist. 5. Nunquid. qa omnia sacra signaculo crucis perficiuntur. Quod autẽ dicit Tho. in solutione tertij argumenti, ꝙ verba indicatiua non sunt forma, sed dispositio: verum est quando vtraq; verba dicunt: qa tunc iteraret sacrm: cùm de verbis deprecatiuis non sit dubiũ, quin sint forma: aliàs non esset sacrm ex sola materia, & dispositione formæ, sine essentiali forma: quæcunque autem forma seruetur simul, debet dici cùm materia apponitur: quia accedit verbũ ad elementũ, & fit sacrm. Vnde primo totum inungere, & postea ad libitũ currere: & deinde formam dicere: sicut ego vidi quandã facere, est error, & deceptio animarum, tali committere dispensare ecclesiastica sacra: sicut si primò puer immergeretur, & post interuallũ diceret. Ego baptizo te: aut si episcop' traderet ordinando librum, vel huiusmodi: & postea diceret, accipe potestatem &c. ꝙ est continentiam causæ diuidere. Solũ enim hoc pmissum est in sacramẽto pniæ, interuallo facto horę, vel diei post cõfessionẽ, quæ est materiæ exhibitio: posit absolui, quæ est formæ impositio. Sed secùs in his

Cap. hîc. q. 1 in fo. 1. contra. 4. con. ostẽdit, ꝙ nulla est contrarietas in dictis. s. Th.

Forma ī aliquib' ecclesiis ex duob' modis est conflata.

B. Th. suprà ar. 4. q. 2. ad 3.

Nota.

Forma in of sacro est dicenda cùm materia apponitur dẽpta pnia.

Forma Romana à Petro docta est deprecatiua Probat. 3. rationibus. s. T. vbi suprà

S. T. vbi sup corpore articuli.

in his,in quibus vnus præponit materiã,& imprimit formam,vt in confirmatione,ordine, & extrema vnctione.

3.Art. 15 Tertius articulus est de cõpositõ,vbi sunt tres conclusiones, quia cũ extrema vnctio sit sacramentũ vnum non necessariũ. ideò est prima conclusio,ꝙ ipsa est verũ sacramentũ,qd' dupliciter ꝓbatur. Primò,ratione quorundam,quæ talis est. Omne remediũ ordinatũ in subsidium vitæ spiritualis sub sensibilibus rebus appositum est sacramentũ,sed extrema vnctio est hmõi.ergo &c.maior patet ex his,q̃ dicta sunt dist. 1.minor patet per beatum Iaco.in canonica sua.c. 5. vbi loquens de extrema vnctione dicit,ꝙ si infirmus in peccatis sit,dimittent̃ ei.

Probatio Dur. hîc. q. 1.ar.1.

Impug. 16 Sed contra rationẽ istam quantũ ad maiorẽ propositionẽ est,quia aspersio aquæ benedictæ,& largitio eleemosynæ,& cõfessio generalis nõ sacramẽtalis, & oratio vocalis Dñica,& multa hmõi sunt remedia sensibilia cõtra pctũ adhibita, & ieiuniũ, quæ non sunt sacra administrans per se distincta, nec etiã secundũ eos satisfactio est sacrm,nec pars sacramẽti,q̃ tñ est hmõi.ideò maior supplenda,sicut suppleta est.de pœ.distin.14.suprà.s.ꝙ sit à Deo ordinatũ,& sit sufficiens per se. 17 Secũda ratio est Tho.qa sacramentũ est illa actio ecclesiæ, qua attingitur principalis effectus ab ecclesia intentus in administratione sacramentorũ:sed extrema vnctio est hmõi.ergò &c. maior patet. Hîc enim est differentia inter sacramentũ,& sacramentale: qa sacrm attingit ad effectũ: sed sacramẽtale nõ, sed ordinat̃ ad illũ, sicut exorcismus ad effectũ baptismi:maior patet,qa hîc est effectus ab ecclesia intẽtus.s.curatio morbi. Sic enim dicit Isa.37.Hîc est fructus omnis,vt tollat̃ pctũ:hîc autẽ tollit̃ per extremã vnctionẽ, vt patet per btm̃ Iaco. nec ipsa ad aliud ordinat̃. ideò &c. 18 Sed hæc ratio videtur dubia, quia effect' principal'r intẽtus in administratione sacrali nõ est character, vel ornatus, ad quæ solũ attingit actio sacri, qa hæc cõsequit̃ fictus, qui tñ sacrm recipit non rem sacri:sed effectus principaliter intẽtus est curatio morbi spũalis,q̃ est per gratiã:ad quã non attingit sacrm,sed disponit, nisi fortè dicat̃, ꝙ ista curatio est quidẽ formaliter,& immediatè ꝓ gram sacralem,& non per gratiã gratum facientẽ:& ꝙ sacrm attingit ad gratiã sacralem,non autẽ ad illã,q̃ est in virtutib',& donis:qd' non est ꝓbabile:qa tunc fictus recipit gram curantẽ, sicut characterẽ sic ita esset effectus sacri ꝓprius sicut illud: & sic sine gra gratum faciente,& charitate,sanaretur homo à peccato, quod est impossibile.Vnde etiã gratia sacralis,prout differt à gratia,quæ est in virtutibus,& donis:fortè non est aliud,quã dispositio ad illam,quæ dicit̃ character,vel ornatus,vel effectus: ita ꝙ diuersæ gratiæ, q̃ sunt in diuersis scris, sunt diuersæ dispositiones ad gram, vel diuersi effectus gratiæ: qa aliud est liberari ab originali: aliud ab actuali, & sic de aliis. 19 Dicendũ est ergò, ꝙ maior tho.sic intelligit̃,ꝙ illa actio,quæ principaliter attingit. i. quæ principaliter ordinat̃ ad attingendũ inter actiones sacramẽtales,quæ sunt sensibiles, ita ꝙ non mediante illa actione sacrali ad quã ordinat̃ illa est sacrm: quia licet vnũ sacrm ordinet̃ ad aliud:sicut etiã effectus vnius ordinatur ad aliud: tamen quodlibet sacrm ordinat̃ immediatè ad vnum effectum spũalem distinctũ, ad quem effectum id,quod immediatè ordinat̃,est essentialiter sacrm Quod verò immediatè:sed mediante illo,vel antecedẽter,vel cõsequẽter est sacramẽtale illius,non sacramentũ: & id est ab ecclesia institutũ, sed sacramentũ à Deo sicut clare patet in baptismo, in quo ablutio sub illa forma: Ego te baptizo, est solùm essentialiter sacrm: quæcunq; autẽ præcedunt,vel sequuntur, sunt sacralia, & similiter quæcũq;,in missa præter formã,& materiã adhibentur. Vnde septẽ psalmi, orationes,crucis osculũ,& omnia hmõi in hoc sacro sunt cerimonialia, & sacralia ex vsu ecclesiæ instituta, sed vnctio cum forma illa per istam vnctionẽ &c.id solũ est essentia sacramẽti,& sacrm per se distinctum 20 Secunda cõclusio est,ꝙ extrema vnctio est sacrm vnum, licet habeat plures materias, & plures formas, & plures partes: quibus adhibetur: quia omnia ista ad vnum principalẽ effectũ per se ordinant̃: scilicet ad spũalẽ animæ, & corporis sanationẽ, sicut sacrm altaris est vnũ:quia ordinatur ad vnã spirituale animæ refectionẽ, sicut & qñ inferior remittit ad superiorẽ diuisa absolutione, ꝙ iste à minoribus, ille à maioribus absoluat:habetur pro vna perfecta absolutione,licet nõ possit ex parte Dei vnũ sine alio remitti:sic hîc non põt dimitti delictũ visus,quin remittat̃ delictũ auditus, nisi quis diceret, ꝙ hîc per se dimittuntur venialia, vel pœnæ mortaliũ, in quibus vnũ potest dimitti alio non dimisso:quãuis autẽ omnis vnctio,quę est hîc,sit sacrm vel pars essentialis:sunt tamen multæ aliæ vnctiones.Vnde ad huius euidentiã est notandũ, ꝙ triplex est vnctio ecclesiæ. 21 Vna, quæ nec est sacrm, nec aliquid sacramentale:qa nec per se gratiam causat,nec ad aliquod sacramentũ suscipiendũ,vel perficiendũ ordinatur: & hæc est vnctio Regum. vnde non oportet, ꝙ fiat de materia cõsecrata,nec obstat,quod dicit̃ de Rege Dauid,oleo sancto meo vnxi eum, quia hoc refertur ad vnctionẽ inuisibilẽ,quæ fit Spũ sctõ:non ad visibilẽ, quæ fit exterius oleo. Olim enim non erat oleũ consecratũ nisi oleum vnctionis,quo prohibebat̃ inungi oĩs homo: vt patet Exodi.30.Vnde nec sacerdos,nec propheta,nec Rex vngebatur oleo sancto,sed oleo simplici, scilicet de propheta, & Rege cõstat,ꝙ à sacerdote fiebat, qui nõ erat custos olei vnctionis.3.Regum. 20.de Helia, nec oportet, ꝙ fuerit sacerdos,qa obtulit sacrificiũ. 3.Reg.18. quia & Abel,& Dauid obtulerunt sacrificiũ,qui tamen non fuerunt sacerdotes saltẽ successione, quia Abel non fuit primogenitus, nec Dauid fuit de tribu Leui. Item.4. Reg. 9.de filio Prophetarum. Et si non est necesse,ꝙ fiat cum oleo sanctificato:multominus cum chrismate. Chrisma enim non cõpetit nisi Christiano:dignitas autẽ Regalis etiam cõpetit nõ Christiano. Vnde si esset aliquis inunctus in Regem in baptismum,& postea baptizaretur,non iterũ in Regẽ inungeretur:quãuis Dauid,& Salomon pluries inuncti fuerint in Reges. Similiter non in capite,sed in humero,vel armo.extra de sacra vncti. Vnde quod dicit Magister,capita Regũ Chrismate vngi:expone, vt Tho. exponit in literalibus. Quod autẽ Reges Franciæ ideò chrismate vngunt̃: quia Clodoueus vnctus fuit chrisma te per colũbã delato, non videtur sufficiens ratio: quia ille nõ ratione regni,sed ratione baptismi chrismate vngebatur. 22 Secunda vnctio est sacralis,sed non sacrm, quia.s.ad sacrm ordinat̃, vel dignè suscipiendus,vt illa, quę oleo ad catechumenos inungit̃ baptizãdus, vel perficiendus,vel dignè custodiendus,seu exhibendus: sicut inunctio qua baptizatus statim vngit̃ chrismate in vertice,in qua eps chrismate in capite,& in manib',& presbyter oleo, & altare chrismate. Vnde omnes hæ vnctiones fiunt de materia consecrata, & vnctio quidẽ capitis epi,& altaris chrismate,aliæ verò oleo cõsecrato.Et sicut est eadem consecratio chrismatis, qua inungit̃ altare, & eps, confirmandus in fronte etiã in virtute baptizatus, quia non est nisi vnũ chrisma: ità videtur esse vnum oleum,& vna consecratio ad catechumenos, & manus sacerdotum.vnde dicitur oleum sacrum nomine cõmuni. 23 Tertia est per se,& propriũ sacrm. s. illa, qua inungitur cõfirmãdus per epm chrismate,suprà dist.7. & illa q̃ per sacerdotẽ oleo ad hoc cõsecrato per epm fit infirmo,qa agit,vel auget ꝓculdubio,quod designat.Sic igitur est

Extrema vnctio est vnũ sacramẽtũ.

Triplex vnctio ecclesię

S.Th.hîc in expositione textus.

tur est vnum sacrm. Sed simile, ꝙ ad hoc inducit Tho.

B.Th.hîc.q. art.1.q.2.1. 1. de hoĩe non est cõueniens dicẽs,ꝙ non est eadẽ materia, nec eadem forma carnis,& ossis,& tñ est vnus homo.In quo videtur ponere plures formas substantiales: sed exempla ponit,nõ vt ita sit:sed vt sentiat, qui addiscit &c. Quod autẽ dictum est suprà,non Christianũ posse inungi in regem cõfirmat̃:per hoc ꝙ olim sctĩ episcopi, & alij obediebant in licitis,& honestis,Imperatoribus paganis tanquã veris Regibus, cõtrariũ tñ dicit Accurs' in glo. in principio Institutionũ siue in prœmio.Per illud autem iusiurandum,quod præstat̃ ab his &c. De chrismate autem notat Host.in Summa de sacra vnctione:quia Gaufredus notauerat hoc, ꝙ manus presbyteri inungi debebant chrismate, sicut manus epi: deceptus per hoc, quod dicit̃, cõmunis est eorũ cõsecratio: qa non est cõis propter hoc eorum vnctio.vnde ipse Host. cõsuluit sup hoc Lugdu.Innoc.Papam,qui respõdit, ꝙ manus sacerdotis oleo,manus episcopi vngi debẽt chrismate.23.dist. Præterea. Et hoc notat ibi glo. vnde versus:

Nõ Chrian' põt inũgi in Regem.

Pontifici soli caput vngit chrisma manusq;.
Presbyter in manibus oleo,rex vngitur armo.

Sacrm istud nõ est necessitatis nisi i casu. 24 Tertia cõclusio est, ꝙ illud sacrm non est necessariũ simpliciter,qa non est cõtra aliquid,quod non possit toli post hanc vitam,siue sint reliquiæ,siue culpa venialis: sed per accidens potest esse necessariũ illi,qui est attritus de mortali,& nõ põt cõfiteri,qa perdidit loquelam, nec cõmunicare:quia habet vomitũ, vel non põt intrare os suum.Et quod Canonistæ dicunt, quinq, sacramẽta esse necessitatis solũ,duo voluntatis,coniugiũ,& ordo,theologi econuerso solũ duo necessitatis:vtrunq; verum est, qa per se quidẽ sunt duo necessaria:illa.s. quæ contra id principaliter ordinant̃,ꝙ in alio sęculo non dimittit̃: & sine quo non est salus: sed tñ per accidens alia põt esse necessitatis:inquantum non ficto remittunt mortale,de quo tñ erat attritus. Ponat̃ ergò laborãs in extremis nõ potens confiteri habens pctũ mortale, de quo tñ est attritus,inunctus saluabit̃,non vnctus dãnabitur.Ponatur etiam eum cõfessum: tñ potuit habere ita imperfectum dolorẽ,ꝙ fuit fictus respectu sacri pœnitẽtiæ: qui tñ erit non fictus respectu extremæ vnctionis:sicut aliquis non fictus est respectu baptismi, qui est fictus respectu pœnitentiæ. Maior enim deuotio requirit̃ in suscipiẽte respectu sacri, ad qd' per se requirit̃ actus suscipiẽtis, q̃ in eo in quo non nisi per accidens.Item ponamus eum cõmunicatum:adhuc fortè remanet in pctõ,quod delebit̃ per extremã vnctionẽ: qa multò maior deuotio requirit̃ in receptione eucharistiæ,q̃ extremę vnctionis.Non sic autem possunt poni etiã per accidens alia duo sacra necessitatis:qa omni casu,quo delerent pctã, multomagis pœnitẽtia.Non eñ debet quis moriturus in absentia sacerdotis matrimoniũ contrahere:vt ratione sacri dimittere tur sibi pctũ,si fortè est attritus tñ:nec similiter tunc ordinari:licet concubinam ducendo moriens,vt legitimet filios ex ea susceptos benefaciat. 25 Ad argumentum dicendũ, ꝙ habet determinatã formã quo ad substãtiã: licet quo ad aliã secundũ diuersas consuetudines possit variari,sicut de baptismo dictũ est: sed forma cõsecrationis materiæ põt esse diuersa,secundũ diuersas cõsuetudines à Papa scitas,& dissimulatas: qui posset illas formas immutare cum in eis non consistat essentia sacramenti, sicut in forma:licet sint dispositio materiæ essentialis.

Lati' suprà di. 9.q.1.2. dist. 7. q. 1.

Ad ar. prin.

QVAESTIO SECVNDA.

De *ministro extremæ vnctionis.*

Thom. 4. distin. 23. q. 2. art. 1.

1.Art. Solus sa. est minister huius sacri.

SECVNDO quæritur de ministro:vtrũ sacerdos possit hoc sacrm ministrare. Et videt̃ ꝙ sic.qa sctã Genouefa oleo sancto misso ad infirmos sanabat eos: qua ratione sexus non erat capax ordinis q̃uis sancta,sicut nec beata virgo.de pœ.& re.c. Noua. Similiter beatus Io.heremita.ergò &c. 2 Contra Iaco.vlt. Infirmatur quis in vobis,inducat presbyteros. 3 Respondeo,hîc sunt tria facienda. Primò,ostendendũ est, ꝙ minister proprius huius sacri est simplex sacerdos. Secũdò, ꝙ debet esse proprius nõ alienus. Tertiò,ꝙ sufficit,ꝙ sit vnus. 4 Circa primum articulũ sunt quatuor conclusiones. Prima,ꝙ solus sacerdos est minister: ità ꝙ in nullo casu non sacerdos põt inungere:cùm hoc sit eius proprium:nec Papa posset cõmittere non sacerdoti inungere,sicut nec à pctis absoluere,aut etiã cõficere:qa quãuis in eius ordinatione non fiat expressa mentio de potestate inungendi,sicut celebrandi, & ligandi,& soluendi:tñ implicitè cũ datur sibi potestas horũ,& illius:qa verè cõfesso,& cõmunicato dari debet. 5 Secũda cõclusio est, ꝙ sufficit,qd' sit simplex sacerdos, nec oportet, ꝙ sit eps, qa in his,quæ singulis de populo cõpetunt,proprius minister est simplex sacerdos,qui immediatè illis præest,& non oportet,ꝙ sit eps,sicut in illis,quæ in speciali gradu constituunt. 6 Tertia cõclusio est, ꝙ laicus in nulla necessitate põt:quia solũ sacrm,quod est necessitatis, vt baptismum põt ministrare,& nullũ aliud. 7 Sed contra qa mrimoniũ dispensatur à laico quantũ ad essentiã suam,q̃ est ante benedictionẽ. 8 Et dicendũ:qd' vnus alium accipit:vnde quilibet sacrm suscipit, ergò neuter dispẽsat: qa inter dantẽ,& accipientẽ debet esse discretio personalis. 9 Item contrà de pnia, q̃ est necessitatis,& tñ nõ ministrat̃ à laico. 10 Et dicendũ, ꝙ nõ est merè necessitatis:qa omnis,qui est susceptiuus pnię sine actu eius exteriori, põt saluari ex sola susceptione in voto:qa nullus põt suscipere pniam de facto, qui non posset eã suscipere in voto:sed baptismus est purę necessitatis:qa aliquis põt suscipere eum de facto:qui non est voto,vt puer:& ille nisi susciperet de facto, nõ posset aliter saluari.Et licet baptismus nõ sit tãtę necessitatis in oĩbus:sed in adultis æqualis necessitatis cũ pnia mortaliũ tñ quia est vnum baptisma tam in paruulis,q̃ in adultis principaliter cõtra vnũ, ideò nõ debuit diuersificari minister,qui est necessitatis in hoc, vel in illo:sed est idem minister in omni baptismo,quantùm ad id,quod est necessitatis sacri:quamuis non quantũ ad id,quod est congruitatis:sed propter necessitatẽ,hoc est in paruulis:propter vnitatẽ idem est in adultis:sed in pnia non est in aliquo talis necessitas. ideò etiam laicus non solũ paruulum, sed etiam adultum potest in necessitate baptizare licitè:q̃uis non sit necessitas absoluere ęqualiter vtrobique: qa sic est à Christo institutũ propter vnitatẽ baptismi:secùs autẽ est de pnia exteriori,quæ in nullo casu habet necessitatẽ absolutã, vt dictũ est. 11 Quarta conclusio est, ꝙ nec diaconus põt ex officio inungere, sicut põt sanguinẽ ministrare: qa inungere non sic implicitè cõtinetur in ministrãdo sacerdoti,sicut illud. Item non potest inungere in necessitate:sicut põt cõmunicare: qa sicut baptizatus non requirit virtutẽ in baptizante:sed solùm applicationẽ materiæ cũ forma:in quibus est tota virtus, sic in eucharistia est tota virtus: vnde à quocunque ministret̃,tñ valet sicut si à sacerdote: licet non debeat à quocunq;, nisi à sacerdote, vel diacono in necessitate ministrari: quamuis non sit de necessitate: sed extrema vnctio virtutem requirit in ministro, sicut absoluere, & conficere, & ordinare: propter quod in nulla

Pnia exterior in nullo casu est necessaria absolutè: sed benè baptismus.

Nota.

necessitate pōt non sacerdos inungere: quia sacerdos solus habet hanc virtutē, sicut nec cōficere, nec ordinare, nec absoluere sacraliter. 12 Notandū est ergò, ꝙ diaconus non dispēsat aliquod sacrm ex officio, cuius esset tia in dispēsatione cōsistit, vel cuius essentia nō cōsistit in vsu, quo ad cōpletā dispēsationē. qa sanguinē ex officio dispensat: sed non corpus, nisi in defectu sacerdotis. Ratio vero, qua aliqui dicūt, ꝙ nulli cōpetit exercere actum per quem fit remissio pctōrum, nisi cui ex ordinatione cōpetit pctā remittere: habet dubiū ꝓpter dispensationē Dñici sanguis, per quē fit pctōrum remissio, licet nō principaliter sicut nec hîc: & tñ diaconus eā habet, qui licet recipiat manuū impositionē: nō tñ dicit ei, quorū remiseritis &c. vnde sic posset maior intelligi, ꝙ nullus ordinatus ex officio habet exercēre aliquē actū, nisi ad quem sibi daꝛ potestas ex ordinatione implicitè, vel explicite antecedēter, uel cōsequēter. Sacerdos enim habet duos actus principales. s. consecrandi, & absoluendi. Et dicit sibi expresse accipere potestatē celebrandi missam &c. Et accipite Spiritū sctm, quorū remiseritis pctā &c. Ad hoc autē sequit, mysterij celebrati dispensatio, & diacon⁹ accipit ptātem legēdi Euangeliū, & ministrādi sacerdoti, & ipsum iuuādi i ministerio: vt sicut ille dispēsat corp⁹, sic & iste posteà sanguinē: sed diaconus nō accipit ptātē inungēdi, nec aliqd faciēdi, cui⁹ illud sit accessoriū: qa inungere infirmū nō est annexū cōcationi ei⁹, vel audiētiæ cōfessionis: sicut dispēsatio sanguinis ad dispensationē corporis: qa illa duo sunt duo sacralia, quorū vltimū est min⁹ principale, & primū pricipalius in dispēsando, sicut cōsecratio sanguinis est minus principalis: quia illa debet sequi, & sine ea esset verū corpus Christi: vnde quantū ad id, qd' est res, & sacramentū est iam tota essentia sacramēti: quāuis non quantū ad id, quod est sacramentū tantū. Hæc autē vnctio est sacramentum per se distinctū ab omni alio, & non alicui alij: sicut sacramētale, vel sequela annexum. ideò &c. 13 Secundus articulus est, ꝙ debet esse suus non alienus, vbi sunt tres conclusiones. 14 Prima de hoc, quod est de iure cōmuni: quia debet esse sacerdos proprius, non quidem quantū ad essentiam sacri, sed quo ad necessitatē præceptī: qa sicut non suus eps non debet ordinare, nisi de licētia sui: si tñ ordinat, verū sacrm confert: sic & hîc nō nihil est actum, si quis præsumat inungere alienū parochianum: sicut nihil esset actum, si præsumeret absoluere: qa materia est pctōr subditus, non sic autē est hîc: sed de necessitate præcepti generalis, ꝙ sacra à suis sacerdotibus, & epis sunt recipiēda, non ab extraneis: nisi de licentia suorum. Quod si sciēter aliquis reciperet eo ipso peccaret, & fructui sacri poneret obicem: vnde sacerdos suus iure ordinario, vel delegato, & istud, & alia sacramēta ministrare debet: & sic habet cōsuetudo: nec tñ ex hoc ipso, ꝙ quis habet, potestatē absoluendi habet, propter hoc potestatem cōmunicandi, vel inungendi: vnde nisi periculū mortis immineret ex mora proprij sacerdotis, non suus eum non deberet cōmunicare, nec inungere: aliâs sic ponendo spem in ratihabitione illius. Quātuncunq; autē inunctus fuerit à sacerdote suo, vel extraneo verè vnctio fuit, nec iterari debet, nisi in casu, in quo iteretur à sacerdote ꝓprio facta. Si autē esset facta à non sacerdote, iterum facienda esset à sacerdote, sicut de ordinato à non epo. 15 Secunda conclusio est, quid iuris est in casu necessitatis. Quia enim necessitas non habet legem: non suus sacerdos pōt licitè inungere, sicut absoluere: imò sicut proprio sacerdote absente, qui non potest haberi, tenetur eum audire, & absoluere, si petat, sicut de pane alieno quem habet morientem pascere: sic in omni illo, in quo casu licet sibi absoluere à peccatis morientem non subditum: & tenetur per consequens cōmunicare eum, & ipsum inungere: quamuis viaticum sit magis annexum pœnitētiæ morientium, quàm extrema vnctio, quæ negatur laicis interdictis: non autē pœnitentia, nec viaticum. de pœ. & remiſ. ꝙ in te. Vnde sacerdos rogatus à curato ministrare ecclesiastica sacramenta morienti, in casu, in quo non pōt, vel non vult ire, si omittat ire, reus est animæ illiūs, quam quantū est in se damnari permittit: cùm per accidens ista sacra possint esse necessaria: & videntur necessaria ratione præcepti ex consuetudine generali morientiū in fide ecclesiæ. 16 Tertia conclusio est de præcisis ab ecclesia: quia excōmunicatus, vel ab officio suspensus nullo modo debet hoc sacramentū ministrare: imò si ministrat irregularis efficitur: qa ingerit se diuinis in officio ordinis sacerdotalis. Si verò esset suspensus à beneficio tantū posset licitè, sicut & aliàs officiare ecclesiam. de elect. cùm in cunctis. Si etiā suspensus esset ab ingressu ecclesiæ tantū, & non cum hoc à diuinis: tunc deberet mittere clericū ad ecclesiam, vt omnia necessaria deferret, & ipse extra ecclesiam & cœmeteriū illa accipiens, & posteà in domo priuata infirmum inungens irregularitatē nullā incurreret, nec peccaret. Sed si in ecclesia necessaria acciperet, & sicut moris est præcedente lumine de ipsa prodiens iret ad inungendum, irregularis fieret, sicut in ecclesia celebraret. Si autem suspensus esset ab ingressu, & à diuinis, dato, ꝙ nunquàm ecclesiam intret per administrationē huius sacramenti, quæ est actus sacerdotalis, irregularitatem incurreret. Vbi ergò propter excōmunicationē, vel suspensionem proprio curato non licet inungere, vbi non licet ab illo scienter suscipere, sicut nec cōmunionē, sed tūc licet aduocare extraneum 17 Est autē dubium, vtrum de licentia excōmunicati liceat audire confessiones. Et dicendum ꝙ sic, licet excōmunicatus non possit delegare: quia illud fit pr icipaliter authoritate iurisdictionis: hoc autē principaliter authoritate ordinis: similiter de licentia suspensi etiam à iurisdictione. Nam si esset suspensus non à iurisdictione, non est dubium: sicut etiā de licentia episcopi excōmunicati, vel suspensi pōt alius eps ordinare, non solū vbi est suspensus: quia ordiuauit alienum, qa tunc licentia iuris habet. de tēp. or. c. 2. imò etiam quomodocunque aliàs: & multomagis de licentia suspēsi, vel excōmunicati curati pōt extraneus sacerdos inungere. 18 Tertius articulus est, ꝙ debet esse vnus sacerdos, vbi sunt tres conclusiones. 19 Prima, ꝙ sufficit solus, nec oportet, ꝙ sint plures: verū est, ꝙ dicitur in plurali, inducat presbyteros: qa si possint haberi, & velint adesse, bonū est, & melius: vnde & in collegiis regularibus, & ſecularibus totū collegiū adesse debet, ad inungendū concanonicū, vel monachum. Potest tamen solus sacerdos cū vno solo clerico inungere. de vnc. Signa quæsiuit. Vbi etiam dicitur, ꝙ cum vno laico: imò ꝙ ipse solus potest si adiutorem non habeat, vt notat Hosti. quamuis nunquam sine adiutore celebrare debeat.

20 Secūda conclusio est, ꝙ quotcunq; sint sacerdotes: vnus tñ debet esse minister adhibens materiam, & proferens formā similiter: non ꝙ vnus inungat, & alius verba dicat: sicut eps reprehendit: qa cæcus ordinabat, & alius verba dicebat. 23. dist. c. Quorundā. Et sic non est minister nisi vnus sacerdos. 21 Tertia conclusio est, ꝙ in necessitate: primo deficiente alius supplere debet, quod restat, incipiendo vbi ipse dimisit, si ipse illius partis vnctionem cōpleuit: quia quælibet vnctiō habet distinctā formā, & materiā: sicut cōsecratio panis, & vini: sed si vnam vnctionē non cōpleuisset, puta, qa vnā aurē vnxit non aliā: nisi totā formam cōpleuisset super vnum organū illius partis, vnctio esset sup illā partē à principio inchoanda. 22 Ad argumentum dicendum, ꝙ illa vnctio non erat sacramentalis: sed medicinalis: non per naturam, sed per miraculum, & gratiam sanitatum.

Durā. hîc. q. 3. ar. 1.

Rectificatio ratiōis Du.

2. Ar. Recipiens hoc sacrm à nō ꝓprio verè suscipit sacrum: non autē pniam.

In necessitate qlibet sacerdos tenet alium absoluere cōicare, & inungere.

Suspēsi quò licitè pōt ministrare.

Dubium bonum.

Resolutio Liīa excōicati quis pt absoluere, & inungere.

3. Art. Vnus sacerdos in necessitate sufficit.

QVAESTIO TERTIA.

De *infirmo solo inungendo.*

Thom. 4. distinct. 23. q. 2. art. 2.

TERTIO queritur de subiecto, vtrum solus infirmus debeat inungi: & videtur ꝙ non: qa si infirmus inungit: hoc nō est nisi qñ est in periculo mortis: sed sanus est aliquādo in periculo mortis, vt decollandus, vel suspendēdus, qui tamen non est inungēdus. ergò &c. 2 Contrà, qa beatus Iaco. promulgans hoc sacrm dicit. Infirmatur quis in vobis. ergò &c. 3 Respōdeo, hîc sunt tria videnda. Primò, ꝙ inungēdus debet esse infirm⁹ corporaliter. Scd'ò, ꝙ debet esse, vel fuisse infirmus spūaliter. Tertiò, in quibus partibus debeat fieri. 4 Circa primū sunt tres cōclusiones. Prima, ꝙ solus infirmus debet inungi. vnde si est moriturus nō per infirmitatē, siue sit dubiū, vt de pugnaturo, siue certū, vt decapitādus, non est inungēdus. Sanus ergò non est inungēdus, nisi instinctu Spūs sancti peteret: sicut de multis habet, qſani fecerūt inungi: sed statim vt prædixerāt, fuerunt mortui. De dānato autē ad mortē, & si infirmus sit, videt, siue sit tali non debeat dari: qa talis infamis est in facie ecclesiæ: etiam si secundū veritatē non habeat culpā: quia crimine capitali condēnatus. vnde nec eucharistia fortè danda est his, qui ducuntur ad mortē: qa illa, quæ non sunt necessitatis, vt sepultura, & hmōi, benè negat ecclesia vilibus personis: sed pniam, & id, ꝙ est necessitatis nullo modo. Alij autē dicunt, ꝙ dānati, & hmōi debent inungi: qa etiā relapſis, q statim sunt cōburendi, nō negātur ecclesiastica sacra. de hæret. c. Super eo. Et q̄uis non explicet nisi de sacro pnię, & eucharistiæ: tñ eadem ratio est de aliis. Ex quo enim nō est prohibitū: est concessum: qa si tēpore interdicti illa duo nō neganť, cui tñ negať extrema vnctio: hoc est, qa ibi inueniť ꝓhibitū, nō autē hîc. 5 Huius autē cōclusionis rationē quidā assignant dicētes, ꝙ ea q̄ in sacramētis gerūtur interiùs, debent repræsentari per ea, quæ geruntur exteriùs: sed effectus interius huius sacri est sanatio spūalis. ergò debet repræsentari exteri⁹ per sanationē corporalē, sed nullus est illius sanatiōis susceptiuus, nisi sit actu infirmus: qua re de necessitate huius sacri est, ꝙ sit actu infirmus: quia in sacris quicqd est essentialiter de necessitate signationis, est essentialiter de necessitate sacri: cū sacra inquantū sacra sint essentialiter quædā signa. 6 Sed cōtra hoc quidā sic obiiciunt. Sicut extrema vnctio est spūalis sanatio: sic pnia est spūalis resuscitatio, & baptismus spūalis ablutio: igiť si spūalem sanationē necesse est signari per corporalē, ita ꝙ necesse sit, ꝙ suscipiēs eam sit infirmus corporaliter. Similiter necesse esset spūalem resuscitationē, quæ fit in pnia, signari per corporalē: ita vt suscipiens eam esset corporaliter mortuus, & ablutionē spiritualē, quæ fit in baptismo, necesse esset signari per corporalē: ita vt in baptizandis esset corporaliter immundus: hoc autē nō est necesse. ergò nec primū. 7 Sed ad hoc ipsi soluūt, ꝙ non est simile de pnia, & baptismo, & extrema vnctione: qa licet pnia sit spūalis resuscitatio, non tñ dať per modū resuscitationis, sicut extrema vnctio per modum medicationis. Et ideò non oportet pœnitentem esse mortuum, sicut illum, qui inungit infirmū. Item corporalis ablutionis susceptiuus est non solū immundus, sed mūdus, sed curationis non est susceptiuus nisi infirmus. Vel pōt dici ad instantiā de pnia, ꝙ non est suscitatio: sed supponit Lazarum suscitatū, quem soluit manus Apostolica, & qa delet, & venialia, & pœnā, quæ supponit vitam. ideò &c. 8 Ad illud de baptismo dicendū, ꝙ non dať per modum ablutionis, sed per modū immersionis, & asperſiōis. vel dicendū, ꝙ ablutio non solū conuenit immundis, sed etiā mundis, vt mundiores sint, & nitidiores, & pulchriores, sicut lauať tela munda, vt sit alba. Sed est instantia de confirmatione, q̄ datur ad robur per modū vnctionis, vt istud, nec tñ oportet, ꝙ ille sit debilis, vel infirmus, aut timidus. 9 Sed dicendū, ꝙ ille inungiť, sicut pugil, in quo audacia, & fortitudo supponitur: sed ad maiorē præparatū: tñ nō est ista ratio demonstratiua, qa nec materia patiť. Certū est enim, ꝙ in multis partibus sani cōtra istum toto corpore inungitur. va de vnge caput. Matthæ. 6. Et caput Christi, & pedes Maria vnxit. Curatio etiā, & medicina adhibētur: etiā non solum contra morbum præsentē, sed etiā cōtra futurum. 10 Secūda conclusio est, ꝙ oportet, ꝙ sit periculosè infirmus, ita, ꝙ vel de vita desperet, vel sit in periculo non solū moriēdi, sed etiā sine sacro moriēdi. vnde solū grauibus infirmis, de quorū vita ꝓbabiliter timeť: imò magis credit: qa sicut nomen sonat, extremū sacrm est post quod aliud non sperať. vnde quādiu probabiliter spera tur de euasione nō debet dari. Si tamen datū est, & conualescat, non ꝓpter hoc prohibebiť ab aliis sacris, qa & si posteà recidiuet, reiterabitur sibi istud. vnde & mrimoniū cōtrahære, & ordines suscipere, & eucharistiā: & nō solū cōfiteri, qd' est necessitatis, & confirmari pōt inunctus, si cōualescat, imò etiā si post inunctionē petat confessionē, non est neganda, quia q̄uis per se hoc sacrm debeat esse vltimū, per accidens tamen pōt esse post ipsum aliud, quāuis baptismus ita sit primū, ꝙ non pōt esse aliud ante illud. Alia ratio assignať à quibusdā, qa extrema vnctio est quasi supplementū pniæ, vt qui non possunt, cōgruè vti medicina pniæ, tanq̄ medicina grauiori: vtātur hoc sacro tanq̄ medicina leuiori, sed sani possunt vti pnia. ergò pro eis nō est institutū hoc sacrm: sed solū pro infirmis grauibus, de quorū exitu probabiliter timeť propter aggrauatioué infirmitatis. 11 Sed hæc ratio licet nō sit bona tñ necessaria, quia quantuncunq; infirmus posset cōfiteri, si vellet, & confiteať actu: nihilo minus datur ei extrema vnctio. imò priùs semper debet hortari ad confessionē, si posit, etiā sacrālem si indiget: imò statim baptizatus in lecto mortis, vt patet per Aug. deberet inungi. Non solū ergò illis, qui indigent pnia, & nō possunt alteri cōfiteri, vel pœnitere est concessum: qa aliqui loquendo moriūtur: & sic cōfiteri possunt, qui tñ inungēdi sunt. 12 Tertia cōclusio est de eo, quē constat esse mortuum, ꝙ inungi nō debet: qa sanatio præsupponit vitā: qa fieret iniuria sacro, sicut si baptizaret⁹ mortuus. 1. ad Cor. 15. sed si dubiū est, pium esset eum inungere præmissa ꝓtestatione, & cōditione, q̄ in baptismo, & aliis, q̄ nō sunt necessitatis: vt in ordine fieri solet sic dicendo. Si tu es mortuus, ego non te inungo, sed si tu es viuus, per istā vnctionē &c. Dico autē si dum apparebat viuus hoc sacrm petiit: qa q̄uis non legať cōditionalis præstatio sacri, nisi in baptismo, q est necessitatis, & nisi vbi dubitať, an fuisset prius baptizatus: tñ eadē ratio est in illis, q̄ non sunt necessitatis simpliciter: maximè si per accidēs pōt esse necessaria, sicut est illud: & pari ratione si nescitur, vtrū puer sit viuus, an mortuus, sub conditione est baptizandus: ita & hîc. 13 Secundus articulus est, ꝙ debet esse infirmus spiritualiter, vbi sunt tres conclusiones. 14 Prima, ꝙ propter hoc, ꝙ pueri, & perpetuo furiosi non sunt inungendi: quia esset mendacium

1. Art. Solus infirmus est inūgendus.

Sic tenet Sco. hîc. q. 1 arti. 2.

B. Tho. hîc.

Durand.

Rō Dur. nō necessitatis.

Mortuus nō inungēdus.

Nota.

Art. 2. Pueri & furiosi nō sūt inūgēdi.

in forma. Quicquid deliquisti per visum &c. Si autẽ habet lucida interualla: si sperat de conualescentia, non debet inungi sicut nec baptizari. Si autẽ non sperat, quamuis expresse ante frenesim nõ petierit, qa fortè de periculo nõ credebat, debet sibi dari, & hæc deuotio præcedẽs sufficit. Iura verò, quæ dicunt non debẽre dari eucharistiam, nec absolutionẽ in tali statu, nisi anteà petiit, loquunt̃ de illo, qui erat excõmunicat⁹, vel malæ vitæ notoriæ: qa qui semel fuit malus semper præsumendus est malus, nisi cõtrariũ ꝓbetur. de reg. iur. c. semel. libr. 6. Aliàs si bonæ vitæ erat, non præsumit immemor suæ salutis in morte, plusquàm in vita. vnde præsumitur, ꝙ petiuit: licet non probet, vel ꝙ petiuisset, si aduertisset, vel ꝙ petere voluit, sed fortè nõ potuit, nec actualis deuotio requirit in illo, qui eam habẽre non põt: sed de furiosis, qui facerent irreuerentiã sacro, est probabile, q̃ non inunganť: qa nõ est necessitatis simpliciter: sed baptismus, qui est necessitatis simpliciter illi, qui semper fuit furiosus ex cõsensu parẽtis dari debet, quãuis faciat irreuerentiã: & deberet ligari pro sanatione animæ multo magis, q̃ pro sanatione corporis. Sed de habente lucida interualla si in sanitate petiit, non videt simpliciter necessarium: qa baptismo flaminis saluabitur. Nihilominus tamen qa fortè postquã petiit mortaliter peccauit: tutius est, qd' ligatus baptizaretur exclusis infirmis, qui possent scandalizari. Et pium esset sic facere de extrema vnctione, quæ per accidens põt esse necessaria ad salutẽ: vt si est actus nondũ confessus, nec posit cõfiteri: maximè si sine irreuerẽtia suscipiat ex bona, & inueterata cõsuetudine, licet nesciat quid sit: qa maior deuotio requirit ad cõmunionẽ: quæ tñ dari debet frenetico. 26. q. 6. Si is qui. multomagis vnctio, q̃ minorẽ deuotionẽ requirit, qa de cõmunione dicitur. Probet autẽ seipsum hõ: sed eucharistia etiã sanæ mẽtis si sit periculũ de vomitu nõ debet dari: & multominus tali frenetico, qui expueret: qa ista iniuria redũdat in sacri essentiã aliquo modo, sed de vnctione nõ sic: qa insanus sic põt ligari, ꝙ sine effusione ita benè vngeret, sicut sanæ mẽtis. vnde piũ esset eum nõ priuare sacro, qd' deuotè petiuit. 15 Secunda conclusio est, ꝙ requiritur, ꝙ actualiter peccauerit. vnde beata virgo ante secundã sanctificationẽ peccare potuit, sed nõ peccauit. ideò inungi nõ debuit. Nec obstat, ꝙ originale cõtraxit contra cuius reliquias illud datur: qa etiã pueri cõtraxerunt illud, qui tñ inungi nõ debent. Sic igitur & sua vita, & sacri forma repugnãt: quia nõ deliquit per visum, nec per alium sensum. vnde esset ibi mendaciũ, propter quod nec vngi eguit: qa reliquias originalis secunda sanctificatio fomitem penitus extinguẽs amouit. ideò nec inungi debuit, nec inuncta fuit. 16 Tertia conclusio est de illis, qui in articulo mortis baptizanť, vtrũ inungi debeant. Et dicendũ ꝙ sic, licet à culpa, & pœna actuali, & originali sint liberi: qa restat eis pugna contra hostẽ, contra quem specialiter isto sacro armantur, nec est mendaciũ, quia deliquerũt per sensus. Et licet sit sibi indultũ delictũ quo ad culpã, & pœnam, sed non quo ad debilitatẽ. 17 Tertius articulus est, in quibus partibus debeat fieri vnctio hæc, & habet tres cõclusiones. 18 Prima, ꝙ totũ corpus non debet inungi, sed solũ determinatæ partes eius. s. organa sensuum, pedes, & renes. Cuius ratio est, qa sacrm exhibetur per modũ curationis. vnde sicut est in curatione corporali, sic suo modo debet esse in curatione spũali: sed in curatione corporali nõ oportet, ꝙ medicina curans totum corpus, adhibeat toti corpori: sed sufficit, ꝙ adhibeatur illis partibus, in quibus est radix morbi. ergo similiter debet esset in extrema vnctione, q̃ est sanatio spũalis: non igitur debet toti corpori adhiberi; sed solũ illis partibus, in quibus sunt principia peccati venialis, & mortalis. Et qa radix, & principiũ peccandi in nobis: primò quidẽ est vis cognitiua. secũdò, vis appetitiua. tertiò, vis motiua, vel executiua. Vis autẽ cognitiua in nobis ortũ habet à sensu. ideò in nobis debent inungi loca quinq; sensuũ. Oculi ꝓpter visum. Aures propter auditũ. Nares propter olfactũ. Os ꝓpter gustũ. Manus ꝓpter tactum, qui in pulpis digitorũ maximè viget. Sed propter vim appetitiuã inungũtur à quibusdã renes: ꝓpter motiuã pedes: sed quia primũ principiũ actuum nostrorũ est vis cognoscitiua. ideò illa vnctio, quæ fit in organis sensuũ est de necessitate sacri, & seruatur ab oĩbus: ꝙ si aliqui sint mutilati in aliquibus organis sensuũ, debent inungi quantò ꝓpinquius pñt ad partes illas, in quibus vnctio fieri debuit: Aliæ verò vnctiones non videnť de necessitate sacri, qa vis appetitiua, & motiua sunt secundaria principia nostrorũ actuũ. & ideò aliqui illas nõ obseruant: alij verò seruant illam, q̃ ad pedes, & non illam, q̃ ad renes. Ideò de vnctione ad renes, & pedes, cõsuetudo suæ ecclesiæ est seruanda. 19 Secunda cõclusio est de mutilatis, & de illis, qui nunq̃ habuerũt mẽbra, sicut de cæco nato, vel qui nunq̃ habuerunt vsum alicuius alterius sensus. De primis dicendũ est, ꝙ dictũ est in prima cõclusione, ꝙ in parte ꝓpinquiori mẽbro fieri debet de aliis videretur omittẽda esse vnctio, quantũ ad illud mẽbrum, nè sit mẽdaciũ in sacro: qa cæcus natus nõ deliqt per visum: sicut solet dici de muto nato, ligua eius nunquã mentita fuit. Vel põt dici cũ pctõ essentialiter sit in volũtate, nõ in sensu: dicitur peccare per visum cęcus natus, non secundũ operationẽ imperatã, sed elicitã: qa fortè cõcupiuit videre inordinatè, vel habẽre visum, vel huiusmodi. Et sic per visum peccauit materialiter, & obiectiuè: licet nõ instrumẽtaliter, & subiectiuè. Et similiter de cæco à natura: tactus autẽ diffusus est per totũ corpus: tñ principaliter est in manibus, vt dictũ est, nec illo penitus põt animal carẽre. 20 Tertia cõclusio est de manibus ẽporum: quia dicũt quidã, ꝙ ẽpi, qa sunt consecrati, non debent inungi infra manũ, sed extrà, nè fiat iniuria vnctioni ẽpali: sed pari ratione nec ſacerdotes. vnde põt dici, ꝙ istę vnctiones differũt ſpecie. Sicut eñ baptizatus inungit in vertice chrismate, & nihilominus si postea fiat ẽps inungit: nec per vnã vnctionẽ fit iniuria alij: imò vna est præparatoria ad aliam: sic per istam vnctionem, quæ est cõiosibus Christianis, & nata est sequi oẽs alias non fit alteri iniuria. Nihilominus tñ consuetudo in hoc seruanda est: qa sensus tactus non solùm est infra manum, sed etiam extra manum in parte conuexa. 21 Ad argumentum responsum est.

Mutilati quõ sunt inungendi.

Extrema vnctio interdũ delet mortale cõtra Sco. hîc. q. 1. ar. 1

Ad susceptionẽ istius sacri præsupponit actuale peccatum

Art. 3. Quæ partes corporis sũt inungendę.

QVAESTIO QVARTA.

De effectu extremæ vnctionis.

Thom. 4. distin. 23. q. 11. art. 2. & q. 3.

QVARTO quæritur de effectu, vtrum imprimat characterẽ? Et videt ꝙ sic: quia finis debet respondẽre principio, & medio. Sicut ergò sacrm intrantiũ, & pugnãtium imprimit characterẽ: sic & sacrm exeuntium. 2 Cõtra, quia est iterabile. 3 Respõdeo, hîc sunt tres conclusiones. Prima est de primo effectu eius: quia primus & principalis effectus eius est remissio peccatorũ: sed non videtur principaliter institutũ propter culpã venialẽ: qa non diceret, si est in pctis dimitteretur ei: qa effectus principaliter intẽtus non ponit conditionaliter in sacro. Non enim dicit, ꝙ per baptismum remittũť

Primus effectus huius sacramẽti ẽremissio pctõrũ, proba. s.

T. hîc. q. 2. ar 2. q. 1. &. 2. Dur. hîc. q. 1. circa finẽ.

remittat originale, si est in illo, sed simpliciter: nec simili ter per pniam, ꝙ hõ liberetur à pctis actualibus, si habet illa, sed simpliciter. Secunda rõ ad idẽ est, qa cõtra vnum defectũ non principaliter instituitur, nisi vnũ sacrm: sed pnia est cõtra omne actuale, tam mortale, q̃ veniale. ergò &c. Sed ad hoc dicunt quidã, ꝙ verũ est, qñ id vnum remediũ est sufficiens, quantũ ad omnẽ statum: pnia autem & si sit sufficiens remediũ pro sanis corpore, qui possunt liberius cõteri, & pœnitẽre: infirmi tñ præcipuè in statu, in quo timet de morte, ꝓpter grauitatẽ infirmitatis, & debilitatem naturę, non ita liberè pñt cogitare de pctis suis, nec cõteri, aut cõfiteri. & ideò ꝓ statu illo nõ videt, ꝙ pnia sit cõueniens remediũ cõtra venialia pctã: ꝓpter quod non est incõueniens, si ꝓ statu illo aliud remediũ adhibeatur ad ea tollẽda. 4 Sed solutio ista ita cõcludit de mortali, sicut de veniali, & plus. Si enim pro tãto cõtra veniale est instituta vnctio pro tpe infirmitis: qa tunc nõ est sufficiens remediũ pnia, qñ iam non põt liberè pœnitẽre, multomagis cõtra mortale: cùm etiam quicqd necesse est ad pœnitentiã de venialibus, sit necesse ad pœnitentiã de mortalibus, & plus. ergò si infirmitas impedit pœnitẽtiã de veniali, multomagis de mortali: qa de veniali per se nõ requirit nisi contritionem, etiã in generali nõ confessionẽ: sed pnia de mortali requirit contritionẽ in speciali, & confessionem. Infirmitas autẽ grauis aliqñ tollit loquelã, & impedit per singula cogitare aliud, q̃ morbũ sensibilẽ: sed de se inclinat ad contritionẽ in generali. vnde cõiter tunc pœnitent hoies de pctis. Vnde infirmitas videt tẽpus congruũ ad pniam venialiũ: qa q̃diu durat vita, est tẽpus contritionis: sed nõ mortaliũ, si est grauis: licet autẽ non sit principaliter cõtra veniale: tñ per ipsam remittunť venialia si sint. 5 Et ꝙ arguit, ꝙ non videt dimitti veniale: qa non apparet displicẽtia, cũ ad remissionẽ oĩs actualis requiratur cõtritio: dicendũ, ꝙ imò ritus ecclesiæ est, ꝙ faciat cõfessionẽ generalẽ, quã si ore nõ pót, saltẽ tundat pectus suũ in signũ doloris: sed ista fiunt ante essentiam sacri quasi præambula: qa in exhibitione essentiali sacri ipse infirmus se habet purè passiuè: nec aliqs actus eius requiritur exterior, nec interior, plusquã in paruulo. Ex quo apparet, ꝙ nõ datur principaliter ꝓpter culpã actualem: qa tunc per se requireret actum volũtatis: quia qui creauit te sine te &c. Vñ absolutio nõ debet dari nisi cõfitẽti, & interrogato an pœniteat, & proponat abstinere: nihilominus delet culpã ex ope opato, si non est obex.

Cauillum.

Solutio.

Effectus huius sacri est alleuiatio infirmitatis. &c.

6 Secũda cõclusio est de secũdo effectu, qui est alleuiatio infirmi corporalis, si dignè suscipit, & sibi expedit. Ex emplũ de quodã, qui inungẽdo fuit curatus successiuè, sicut particulariter inungebat: & finaliter completa vnctione totus alleuiatus, & curatus est: & non solũ corporalis alleuiatio est effectus, sed etiã spiritualis, q̃ dicitur hilaritas mẽtis nõ actualis, sed habitualis: qa imprimit ornatũ disponentẽ ad gratiã gratũ facientẽ: & cum hoc gratiã sacralem, q̃ est quidã habitus habens specialẽ effectum, ad fortificandũ cõtra pugnã tũc imminentẽ, ad remittendũ pœnã, q̃ post oĩa alia sacra impediret ingressum regni: ꝓpter quæ duo hoc sacrm principaliter datur: qa non datur ad supplementũ cõtritionis, quę tunc haberi non põt. Inde est, ꝙ sicut cõtritio non totãliter sed partẽ pœnæ deleret: sic & istud sacrm: ꝓpter qd' sicut sine isto sacro vincerẽt hõ à Diabolo, qui cũ ipso vincit: sic cũ isto sacro citius intrat cœlum, q̃ sine ipso. Dicũt tñ quidã, ꝙ hoc modo operat extrema vnctio ad dimissionẽ pcti venialis: qa per eam datur dignè suscipiẽti quædã hilaritas mentis, cõtra oppressionẽ, quã infirmus tunc patit: tum ex debilitate corporis: tum ex memoria præcedentium peccatorũ, propter quæ posset facilius in desperationẽ cadere, quam hilaritatẽ fortè beatus Iacobus vocat alleuiationẽ, cùm dicit: Et alleuiabit eũ Dñs. Ad hanc autẽ sequit cõuersio mentis in Deum, & generalis displicẽtia oĩm delictorũ, quæ sufficit ad deletionẽ pctorum venialium. Et ideò postq̃ beatus Iacobus dixit: Et alleuiabit eum Dñs: subiunxit: & si in pctis sit dimittẽtur ei. Et hãc dicunt fuisse sententiã fratris Tho: si tñ extrema vnctio ordinat ad tollendũ reliquias culpæ remanẽtis, q̃ secundũ eum non sunt dispositiones ex actibus pctorum relictæ, velut quidã habitus inchoati: sed sunt quædã spũalis debilitas in mẽte existens, ad perficiendos actus grę. Hæc autẽ debilitas qd sit aliud nisi illa grauedo mentis, quã infirmus patit in illo statu ex causis supradictis nõ vident. 7 Sed iste modus, quem ponunt dimittẽdi venialia, per hilaritatẽ, quam infundit, ad quã sequit conuersio mẽtis in Deum, & generalis displicẽtia non videtur: qa sicut baptismº debet dari illi, q̃ in sanitate ipsum petiit, si fiat furiosus, nec speret lucidũ interuallũ: qa nõ requirit actum suscipiẽtis per se: quia ordinat ad pctm contractũ sine actu proprio, sic infirmo, qui cũ sanæ mẽtis esset, petiuit hoc sacrm, & postea incidit in frenesim: datur hoc sacrm cũ etiã detur sibi eucharistia: qui tñ non est capax rationis: nec per cõsequẽs hmõi hilaritatis, nec cõuersionis ad Deũ, nec per cõsequẽs displicẽtiæ. Vnde si principaliter datur propter venialia, nec pót ea delẽre, nisi per talẽ conuersionẽ, frustra datur illis, qui sic cõuerti nõ pñt. Qñ enim sacrm per se requirit aliquid, in nulla necessitate debet dari, nisi habẽti illud per se exigitũ: sicut exemplificatũ est de absolutione pniali: & idem est de benedictione nuptiali, quãuis nõ sit sacrm: qa nõ datur nisi consentientibus, qa matrimoniũ per se requirit consensum. Si ergò requireret per se actum inungendi: requireret autẽ si principaliter daret cõtra culpã actualem: nunq̃ daret, nisi habẽti signa cõtritionis etiã tunc: nec iterũ haberet materiã exterius, sicut nec pœnitẽtia, nec matrimoniũ, nisi actũ inungẽdi: habet autẽ sicut baptismus, & cõfirmatio. ergò &c. 8 Prætereà cùm extrema vnctio sit sacrm exeuntiũ, debet esse vltimũ sacrm, post quod non restat aliud: sicut baptismus primũ, ante quod nullũ: vnde etiam viaticũ primò datur infirmo, q̃ extrema vnctio: cũ cõmunio requirat maximã puritatẽ à pctis, si pro tẽpore infirmitatis qñ infirmus est cõmunicandus, ad deletionẽ venialiũ esset conueniẽtibus remedium extrema vnctio, q̃ pnia post confessionẽ de mortalibus ad deletionẽ venialiũ, deberet præcedere extrema vnctio? qa quicquid est conuenientius remediũ contra culpã, qñcunq; id maximè debet esset præambulũ ad eucharistiã. 9 Et ꝙ non videt, quod sit ista debilitas, nisi sit infirmitas naturæ gra destitutæ, quã tamen supponit hoc sacrm non est verũ: qa ista debilitas debet esse ꝓpria illa tẽpori, & statui, cui appropriat hoc sacrm: quia ergò morte instante imminet grauissima tẽtatio inimici, qui insidiatur calcaneo: & quia anima, quę naturaliter diligit corpus: magis intenta corpori, minus põt intẽdere sibi: sicut Aug. dicit. Depressio etiã ex memoria præcedentium delictorũ: ex qua in desperationẽ labi posset, & visiones terribiles, quas patit, & hmõi occurrunt. ideò tũc ex his oĩbus anima debilior efficitur: specialiter ex pctis præcedentibus: ex quibus sit timida, & infirma ad actus grę, non solũ habitibus in contrariũ inclinãtibus: quia tunc ꝑna non est inclinatio ad pctũ: & fortè graui infirmitate tales habitus corrũpuntur: sed fit infirma meritoriè: qa quãto plures, & grauioribus consensit pctis, tantomagis meruit in tentationibus deseri: & tũ tunc grauissima imminet tẽtatio. vnde & quasi pugil inungit cõtra dæmonẽ, sicut confirmãdus cõtra mundũ. Hæc ergò est infirmitas ad actus grę, differẽs ab habitu pctorum.

Verba sunt Du. hîc. q. 1. in fine nõ tñ dicit hãc opionẽ: hîc est s. Th. sed

fortè in primis scriptis posuit.

Impug.

Impug. 2.

Declaratio pulchra quõ istud sacrm datur cõtra duplicem infirmitatem.

Vnde per hoc sacrm imprimit ornatus disponẽs ad augmentũ grꝛæ,& feruorẽ charitatis, vt sit homo fortior cõtra tentationẽ in morte, & accipit Spiñ sanctũ ad robur in pugna hac, sicut in cõfirmatione in pugna corporali tẽporalis persequutionis. Aliqñ autẽ infirmus iam perdidit vsum rationis lapsus in freneſi: ita ꝙ peccare non põt,sed restat in eo infirmitas retardans ab actu gloriæ, & pœna debita peccato actuali,& contra hanc etiam datur. vnde vt pugnans in fine vincat, & vincens purgatus,sine alio purgatorio cœlum intret: propter hæc duo inungitur. Et hæc duplex est infirmitas. 10 Tertia cõclusio est,ꝙ non imprimit charactẽrẽ: quia nõ deputat ad specialem statum in hac vita. Propter quod hoc sacrm potest iterari:quia omne sacramentũ,qd'non imprimit effectũ indelebilẽ,potest iterari: sed extrema vnctio cùm non imprimat charactẽrẽ, vt baptismus, confirmatio,& ordo: ideo nõ imprimit effectũ indelebilẽ. Et ideò potest iterari,non solũ in diuersis infirmitatibus, quando in singulis timetur de morte:sed etiã in eãdem infirmitate, qñ est diuturna, vt ethicha, vel hydropisis,quotiescunq; ex tali infirmitate homo deducit ad periculũ mortis. Extrema enim vnctio non respicit infirmitatem absolutè,sed statũ infirmitatis, qui quotiescũq; iteratur, siue in eãdẽ infirmitate absolutè, siue in diuersis põt vnctio iterari. Sed in infirmitatibus prolixis dicunt quidã, ꝙ post annum iterari potest, pro eo, ꝙ cõpleta est reuolutio superiorum corporũ. Sed absurdum videtur sacra regulari secundũ motũ astrorũ. Vnde nullus quantuncũq; infirmus inungendus est,nisi cùm apparet ante exitum ꝓpinquare. Et hoc est infirmitatis aggrauatiõe,quẽ statum natura diu sustinêre non põt:imò aut vincit,aut vincitur,vnde si incipiat meliꝰ habẽre,& sit talis in perfecta conualescentia: ꝙ tñ probabile sit in venialia incidisse, si recidiuat, in simile periculũ adhuc põt inungi.
11 Ad argumentũ dicendum,ꝙ nõ est simile:qa illa ad specialẽ statum deputant in hac vita,& similiter ordo.

Vnctio sacra non imprimit charactẽrem.

Al. ma. hic. ar. 22.

DISTINCTIO. 24 QVAESTIO. 1.

Circa distinctionem. 24. quæruntur septem. Primò, de sacramento ordinis: vtrum sit sacramentum. Secundò, de eius effectu: vtrum quilibet ordo imprimat characterem. Tertiò, de corona. Quartò, de actibus ordinum. Quintò, de vestibus ministrorum. Sextò, vtrum sit maior potestas sacerdotalis. Septimò, an episcopatus sit ordo.

De ordinibus ecclesiasticis.

Thom. 4. dist. 24. q. 1. art. 1.

PRIMO quæritur,vtrum ordo sit sacramentũ, & videt ꝙ nõ, qa si ordo sit sacramentũ, ergò cùm septem sint ordines, essent septem sacramẽta. Sicut si homo est animal, septẽ hoíes sunt septem animalia. 3 Contrà, est Magister in litera per multas authoritates. 4 Respondeo,tria sunt hîc facienda. Primò,videndũ est,quid sit ordo. Secũdò, ꝙ est sacramẽtum. Tertiò,ꝙ est vnum sacrm. 5 Primò ergò videndum est, quid sit ordo. Est autẽ ordo, vt in litera dicit, signaculũ quodã, in quo spũalis potestas traditr ordinato. Primò dicit esse signaculũ quoddã: qa cum aliquo signo visibili quilibet ordo dat,& distincto. Non põt enim

Art. 1. Definitio ordinis.

secundũ quosdã esse vna materia propinqua ordinum duorũ:qa properꝰ actus fit in ipsa materia, vñ sicut sunt diuersæ formæ ad singulos ordines:sic & materiæ. vnde aliter vrceus traditur acolyto,aliter subdiacono: qa vni vacuus, alteri plenus. Et similiter calix aliter sacerdoti, aliter subdiacono:vnde nõ idem liber esse debet, qui ex orcistæ, lectori, & diacono traditur: aliter non differret quis, cui traderet: cùm etiã partes diuersæ eiusdẽ sacramenti altaris,sicut diuersam habent formã,sic diuersam requirunt materiã. 6 Contra quod est,qa diuersæ partes extremę vnctionis omninò eandẽ habent materiam: licet diuersam formã: vnde cũ ordines sint vnũ sacramẽtum:nõ videt necesse,ꝙ habeant diuersas materias,cùm illa sit magis ad ponendũ in quasi possessionẽ: sicut canonicus inuestit per librũ. Abbas per baculũ. Eps per anulum indifferenter aureũ,vel argenteũ, vel cupreũ: tñ tutius est,ꝙ lectori lectionarius,exorcistę exorcismi,diacono Euãgelia,vel Euãgelistariũ tradant: imò videt necessariũ: qa vbicũq; est distincta forma in eodẽ sacro, siue in diuersis,ibi est distincta materia,siue speciei, sicut in eucharistia,siue numero,vt in extrema vnctione: vbi ad singulas vnctiones per distinctionẽ,vel diuisionẽ,adhibet distincta materia numero : sed si est vnus liber in quo sunt exorcismi ex vna parte, & prophetiæ ex alia:& Euangelia ex alia:tũc vnus & idẽ liber põt esse signaculum imprimẽdi charactẽrẽ in tribus:qa differunt forma liter:aliter nõ videt. Secundũ ꝙ ponit in definitione est, in quo spũalis potestas. In quo apparet differentia inter charactẽrẽ baptismi,ꝙ est tm̃ potẽtia passiua: & illum ordinis, qui est potẽtia actiua: vnde dicũt Doctores, ꝙ cũ potẽtia sit nomen cõmune ad actiuã,& passiuã: potestas determinatè importat actiuã. vñ cũ volũtas,& intellectꝰ dicant potestates rõnales. 9. Meta. vr̃,ꝙ sint actiuæ in se, istud nõ ꝓbat,ꝙ sint actiuæ in seipsas, quod quærit. vñ non valet argm̃ de potẽtiis vegetatiuis,ꝙ sunt actiuæ.ergò multomagis sensitiuæ,& intellectiuæ:qa cũ vegetatiuæ nõ habeant immanẽtes,nõ sunt actiuæ in seipsas,sed in aliud : puta alimentũ. Et similiter potẽtiæ sensitiuæ, & intellectiuæ sunt actiuæ:sed nõ in seipsas. Sẽsus enim exterior mouet interiorẽ: sed nõ seipsum, & intellectus volũtatẽ,& illa appetitũ sensitiuũ sed non seipsam ad actum manentẽ ipsum efficiẽdo: nisi aliter probet. Tertiũ quod sequit in definitione,tradit ordinato: qa dicit sibi accipe. vnde nisi accipiat manu tangẽdo, videt nihil agi,nec sufficit,ꝙ eps porrigit materiã,nisi ordinãdus tãgat: qa qd' nõ tangit,nõ agit:vnde sicut aqua,q̃ nõ tangit,non imprimit charactẽrẽ baptismi: sic nec liber, qui nõ tangitur ab ordinãdo. In oíbus eñ sacris habẽtibus materiã sensibilẽ,oportet ipsum sensibiliter applicari suscipiẽti sacrm,maximè qñ in eius vsu cõsistit essentia sacri: vt in cõfirmatione, extrema vnctione,& baptismo: non autẽ oportet,ꝙ cũ duabus manibus tangat,licet sit securius:cũ etiã diacono detur. ſſ. solũ impositione vnius manus. 7 Secũdus articulus est, ꝙ ordo est sacrm: licet nõ esset in vet. le.nec in cœlesti hierarchia: intelligendo,ꝙ quilibet ordo est de essentia sacri ordinis,quasi cõtinens in se essentiã,licet partialẽ: & non solũ,ꝙ sex inferiores ordines sint quædã sacralia disponẽtia ad sacerdotiũ : quod patet triplici ratione. 8 Prima, qa illud signum visibile à Deo institutũ, ꝙ ex opere operato mãcipat ad aliquod sacrm,& cũ hoc cõfert gratiã,est verum sacrm essentialiter,& non solũ dispositio, vel sacrale, quilibet ordo est hmõi.ergò &c. Et cõfirmat ratio:qa cui cõpetit definitio,& definitũ: sed cuilibet de septẽ ordinibus cõpetit definitio ordinis, & sacri: qa quodlibet est signaculum quoddã per quod spũalis potestas &c.& iterũ est ibi per rem sensibilẽ collatio sanctitatis, & mancipationis

Rich. arti. 3. q. 2. ad. 2. in ista dist.

Impug.

Opi. Do.

Nota.

Character ordinis est potentia actiua nõ aũt bapt. ſ. T. 1. dist. 4. &. q. 1. a. 1. de potentia Dei. 1. q. art. 1.

Nota.

Idẽ tenet. ſ. Th. hîc. q. 2. art. 1. q. 1.

cipationis ad aliquod sacrum. vnde ratio per quã probatur ordinẽ esse sacrm,cõpetit cuilibet ordini:qa quilibet cũ signo sensibili traditr, & per quẽlibet ad aliquod officium sacrũ deputatr:& per cõsequẽs vt dignè exequatur,grꝛa conferr ex opere operato:non tñ sunt nisi vnum sacrm:qa non habẽt nisi vnũ principalẽ effectũ,ad quem ordinant oẽs ordines. 9 Confirmat ratio secũdò,quia cùm sacrm distinguatr in illa,quæ solũ sacrãt, & nõ mancipant ad aliquod sacrũ : sicut non imprimentia charactẽrem: alia autem non solũ sacrant:sed etiam deputant ad sacrũ: imò deputare ad sacrũ est in eis ꝓpter se quæsitum:sed sacrare ꝓpter aliud: ergò illud est verũ sacrm in quo hîc duo cõcurrunt: qa etiã alterum sufficeret ad hoc,ꝙ esset verũ sacrm:licet non ad hoc, ꝙ esset verũ sacramentũ characterizans. Et cùm ista duo cõcurrant in omni ordine secundũ etiã oppositũ tenẽtes,ergò oís ordo est sacrm. 10 Secunda ratio ad hoc idem talis est, qa id nõ se habet ad aliud, sicut sacrale ad sacrm: quod non potest licitè cũ ipso cõferri,vel qd' nõ potest cũ ipso iterari:etiã si fit cũ cõsecratione datũ,sicut vnctio in scapulis,& vertice iterant,qa non fuit verus baptismus:sed solũ catechismus, & exorcismus. Qñ enim essentia sacri defuit debent oía sacralia iterari:qa nunquã debet dari sacrm,nisi oíbus cõcurrentibus excepta necessitate. Qd' autẽ dicit,ꝙ debet cautè suppleri, quod fuit omissum,& nihil est iterandũ:de sac. ite.c. 1. verum est,qñid,quod fuit omissum,non erat essentiale, & principale in sacro: sed vel erat purè sacrale: sicut catechismus omissus debet solus dici,& nõ aliud:qa est purè sacrale: vel qñ erat essentiale,sed nõ principale,sicut si manus impositio est omissa in diacono, vel in sacerdote, quod est essentiale quidẽ,sed nõ principale: illud solũ supplendũ est: sed si nec character impressus fuisset omne illius charactẽris sacramentale repetendũ esset:sicut si sacerdoti non fuisset traditus calix,omne purè sacramentale ad ordinẽ sacerdotij esset repetendũ cum illo, vel saltẽ posset repeti: sed qñ sacerdotiũ datur,non oportet: imò non licet aliquem ordinẽ alium cũ illo cõferri, ergò nullus ordo est ad ipsum,sicut pure sacramẽtale. Et confirmat maior rationis:qa id,quod est sacramentale tm̃,& non sacrm põt iterari sine iniuria sacri:qa per iterationẽ eius,quod nõ est sacrm,non fit iniuria sacro: imò etiã qñ sacrm confertur,solent sacramẽtalia iterari, si prius qñ fuit adhibita essentia sacri, non fuerint collata : vnde & in primitiua ecclesia, qñ catechumeni veniebãt ad baptismũ quantũcunq; essent instructi. vt Aug, Anbro. & Martinus, nihil ominus replicabat eis, qd' paruulis nondũ catechizatis dicitur. Credis. Credo &c. Et si factis omnibus cerimoniis,inueniat puer non baptizatus: qa defuit forma,vel materia:qñ baptizat,replicabit totũ, sicut dicto canone toto,si nõ appareat esse panẽ, vel vinũ, reincipiet totũ à canone,& apponetur noua hostia: & similiter qñ essentiale ordinis est omissum omnia reiterant. 11 Tertia ratio ad idem est talis: qa quod se habet ad aliud: sicut sacrale ad sacrm, suscipit ꝓpter hoc solũ: vt illud sacrm dignè suscipiatur:amouẽdo. ſ. aliquod impedimentũ, qd' faceret sacrm nõ dignè suscipi:& nõ ad hoc, vt suscipiẽs istud sacrale, seruiat habẽti sacrm in aliquo actu illius sacri: sicut sacramẽtalia baptismi non sunt ad hoc,ꝙ exorcizatus, vel catechizatus seruiat in aliquo baptizato in aliquo actu:dico hierarchico recipiendo aliquod sacrm:quia nec ipse debet leuare illũ,qui baptizat: sed ad hoc,ꝙ ipse idẽ dignè suscipiat baptismũ, remouẽdo contraria impedimẽta:inferiores autem ordines nõ sunt ad hoc solũ,ꝙ recipiẽs eos dignè recipiat aliquod sacrm,puta sacerdotiũ, cùm aliquis recipiat inferiores ordines,q non intẽdit esse sacerdos: & aliquis cõferat inferiores, q

Ratio.

Ratio. 3.

Omnia sacramentalia sunt iterãda qñ aliqd' essentiale i sacris est omissum.

non intẽdit cõferre ſuperiores,vel q non põt:sed ad hoc datur vnusquisq; inferior ordo,vt deꝰ potestas seruiendi sacerdoti in actu sacerdotij, cõficiendo,vel ministrãdo. ergò non sunt sacralia respectu sacerdotij. 12 Tertiꝰ articulus,ꝙ nõ sunt septẽ sacramẽta, sed vnum tm̃: quia oẽs actiones sacramẽtales, quæ ordinãtur ad vnũ principalẽ effectũ certo modo habendũ: ad quem nulla earũ totaliter attingit:sed ex omnibus simul iunctis habet ille effectus totalis:oẽs,inquã,sunt vnum sacrm:licet quælibet earum sit pars essentialis sacramẽti: & sic posset dici sacrm:sic autẽ est de omnibus ordinibus. ideò &c. maior patet in omni sacramẽto de materia,& de forma: quorum neutrũ est vnũ sacrm, sed vtrunq; simul vnum tm̃. Item in eucharistia,vbi tam hostia cõsecrata, q̃ calix cõsecratus: licet quodlibet per se essentialiter cõtineat sacrm etiã integrũ, tñ propter vnam perfectã animæ refectionẽ,ad quã ordinant:sunt vnum sacrm:sic etiã in extrema vnctione,vbi aliqñ sunt septẽ vnctiones distinctę forma,& materia:quarũ vna non est dispositio ad aliam sicut sacrale ad sacrm:nec oẽs ad vltimã; sed oẽs in se habent aliqd de essentia sacramenti: sunt tñ vnum sacrm, propter vnã animæ sanationẽ,ad quã ordinant: quæ nõ fit nisi per oẽs simul,minor apparet:qa sicut septẽ vnctiones,quinq; sensuũ,& vna renũ, & alia ad pedes ordinantur ad vnã perfectã sanationẽ, quã oẽs simul faciunt, & nulla earũ,sic septẽ ordines ordinant ex diuina institutione ad vnam missam celebrandũ, vel vnũ corpus Dñi conficiendũ non qũocũq;,sed solẽniter,& reuerẽter: quæ solẽnitas, & reuerentia per septẽ ordinatos in suis officiis agẽtes completur:& nullus ordo:imò nec vnus ordinatus habens oẽs ordines per se ad hoc sufficit,nec sacerdos:licet solus posit cõficere: non tñ solus potest cõficere illo modo, quo ad faciendũ nati sunt cæteri ordines subministrare: ꝓpter qd' nec ipse ordo sacerdotij per se, nec aliqd alius est perfectũ sacrm ordinis, sed oẽs simul.
13 Contra dicta in secundo,& tertio articulo arguitur octo modis. 14 Primò sic. Quilibet ordo per se nõ debet dici sacrm: sed omnes simul vnũ sacrm. igitur quilibet ordo,aut æqualiter pertinet ad rationẽ sacri ordinis sicut cõsecratio vini,æqualiter pertinet ad cõsecrationẽ eucharistiæ: sicut cõsecratio panis, & ecõuerso: qd' nullus dicit,vel in vno tm̃ consistit ratio sacri. ſ. in sacerdotio:in aliis autẽ concomitatiuè,tanquã in sacralibus adiunctis:& sic habetur ꝓpositũ. 15 Secundò per rationem tactã in arguendo:qa si ordo est sacramentũ:quilibet ordo erit sacrm,& sic essent. 13. sacramẽta. 16 Tertiò,qa si quilibet ordo est sacrm,aut per se:& sic sunt partes subiectiuæ,& ordo totũ vniuersale,aut sic ꝙ oẽs sunt vnũ sacrm:& tunc sunt partes integrales:sed vtrunq; est falsum. ergò &c. 17 Quartò sic, illud solũ est sacrm, quod attingit ad effectũ principaliter intentũ:quod verò disponit,est sacramentale:& hoc patet per Tho. suprà distin. 23. q. 1. Cũ igit solũ sacerdotiũ attingat ad effectũ principalẽ, solũ erit sacramentum,cæteri sacramentalia. 18 Quintò sic, qñ plures actiones ordinant ad vnum principalẽ effectũ:ita ꝙ vna attingit ipsum,aliæ verò solũ disponũt illa,quæ principal'r attingit: est sacrm:cæteræ verò sunt sacrales tm̃,sicut patet de catechismo,respectu oblationis sub determinata forma verborũ:qa enim oẽs istæ actiones ordinant ad ablutionẽ peccati originalis:& ad hanc solã attingit ablutio: cæteræ verò tantùm disponunt. ideò sola ablutio est sacrm : exorcizatio autẽ,& catechizatio sacramẽtalia. Nunc autẽ ita est,ꝙ oẽs ordinationes ministrorũ ecclesiæ sunt principaliter propter sacrm eucharistiæ conficiendũ, & ministrandũ, ad hoc autẽ attingit potestas sacerdotij: cæteræ verò solùm disponunt,quædã à remotis,& aliæ de propinquo: ergò

Articulus. 7. ordines non sunt. 7. sacra.

Durã. hic. q. 2. ar. 1.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Ratio. 4.

B. T. suprà dist. 23. q. 1. ar. 1. q. 1.

Ratio. 5.

sola

sola ordinatio sacerdotalis est sacramentū: cæteræ verò sunt sacramentales tantū. 19 Sextò sic, potestas, quæ
Ratio.6. datur in baptismo est ad suscipiendū sacramenta: sicut potestas ordinis, vt est sacramentū ad conficiendū, vel conferendum: conueniunt enim sibi inuicem, sicut potestas actiua, & passiua: sed in ordinib⁹ sub sacerdotio nō confertur aliqua potestas ad conficiendū, vel conferendum sacramenta. vnde diaconus qui superior est inter illos, non habet ex ordine aliquod sacramentū conficere, vel conferre: quāuis sacrm eucharistiæ confectū à sacerdote habeat mediāte vase portare, vel dispensare portando solūmodò, vel offerendo. ergò nullus ordo sub sacerdotio
Ratio.7. est propriè sacramentū. 20 Septimò, qa in ordinatione sacerdotis confertur potestas, vel deputatio, per quā ordinatus potest aliquid facere, quod non poterat prius etiā quo ad genus facti: sicut ordinatus in sacerdotē pōt conficere corpus Dñi: & absoluere in foro pœnitentiæ, quod non poterat ante ordinationē: sed in ordinibus inferioribus sacerdotio nulla potestas, vel deputatio confertur ordinato, per quam posit, quod prius non poterat: sed solū per quā licet facere, quod non licebat priùs. Quicquid enim potest diaconus ordinatus, puta, legere Euangelium, ministrare sacerdoti &c. totū poterat antè: sed non licebat ei, similiter est in inferiorib⁹ ordinibus. Cùm ergò potestas sit ad posse, & nō ad licēre: potestas, quæ confertur in in aliis ordinibus à sacerdotio, nō est potestas simpliciter: sed secundum quid, nec illi ordines sunt ordines simpliciter: cùm ordo sit signaculū, medianteque traditur potestas spūalis ordinato: vt dictum fuit priùs, quare nec sunt sacra simpliciter, sed secundū quid siue quædā sacralia. 21 Octauò cōfirmatur hoc modo
B.T.hîc.q. 2.ar. 1, q.1. ad. 2.&.b. Boñ. hîc. q. 4. sic per cōmune dictū Doctorū. Dicunt enim cōmuniter Doctores, ꝙ distinctio ordinis nō est distinctio totius integralis in suas partes: nec totius vniuersalis ī partes subiectiuas: sed totius potestatiui cuius est natura: ꝙ totum secundū completā rationē est in vno: in aliis autē est aliqua participatio illius, & ita est hîc. Tota enim plenitudo huius sacramenti est in vno ordine. s. sacerdotio: in aliis autē est quædam participatio ordinis. Ex quo ergò tota plenitudo sacrī est in sacerdotio: in aliis autē solùm quædā participatio: patet, ꝙ non sunt sacra propriè, sed
Dur. vbi suprà. sacramētalia. Sic igitur dicūt aliqui confirmātes hoc, ꝙ hoc probabiliter pōt teneri: nec vident quō dictum fratris Thom. posit aliter dicēti: ꝙ si quilibet ordo est per
Dictum. B. Tho. suprà. se, & simpliciter sacrm: tunc plures ordines sunt plura sacra: & non vnū tantū: vt ipse dicit: & iterū ordo erit totū vniuersale ad spāle ordines, & sacrm similiter: & species ordines erunt eius partes subiectiuę: qa illæ sunt partes subiectiuæ, quæ per se, & essentialiter recipiūt prædicationē totius, & sic esset in proposito, si quilibet ordo esset per se, & simpliciter sacrm: quod tñ ipse negat: si verò sunt oēs ordines vnum sacrm, vt partes eius: quemadmo
Duran. q. 3. dum cōsecratio panis, & cōsecratio vini faciunt vnū sacrm cōpletū eucharistiæ: sequeretur, ꝙ speciales ordines essent partes integrales sacri ordinis vnius: quemadmodū in sacro eucharistiæ cōsecratio panis & vini, sunt partes integrales, hoc iterū ipse negat. Non restat ergò, ꝙ posit saluari eius intētio, nisi supradicto modo. s. ꝙ sacerdotium sit simpliciter, & per se ordo, & sacrm: cætera verò
Arg. contra Duran. sint sacramentalia tñ. Et soluūt isti argumentū superi⁹ factū, quo dicebat alia esse sacra. s. ꝙ illud, quod confert grām ex opere operato, est sacrm: ista sunt hmōi: qa quicunq; diuinitùs deputat ad aliquod officiū: cuius executio non pōt cōgruè fieri sine grā, illi datur grā: & dia-
Solu. Durā. conatus, subdiaconatus ordinant ad sacra tractāda: quæ immūdis tāgere nefas est secundū Dion. 1.c. cœlest. hierarchiæ. ergo &c. soluunt, ꝙ maior propositio est vera in illis operibus, quæ directè, & immediatè ordinantur ad tollendū pctm: qa cùm pctm non tollat nisi per grām: actio per quā cōfertur grā, est ibi principalissima. & ideò est sacrm, sicut ablutio in baptismo: in operibus aūt quę non immediatè ordinātur cōtra pctm: sed ad cōferendū potestatē, seu officiū ꝓpter aliquē finem, illa sola operatio est sacrm per quā confert potestas, quæ directè, & immediatè ordinat ad finē intentū: quia illa sola est principalis: cæteræ verò si in eis conferat grā: sunt adminiculatiuæ. & ideò sunt sacralia, & non sunt sacra. Sic autem est in ordinibus, vt declaratū fuit. ideò &c. Et ad secundum argumentū superius tactū, qm dicebat, sacrm, & sacramentalia simul debēt cōferri: sed alij ordines non simul conferunt cū sacerdotio. ergò &c. respōdent, ꝙ non oportet sacralia simul cōferri cū sacramēto. Nam in primitiua ecclesia multis diebus, & qnq; plurib⁹ annis catechizabant conuersi priùs, quàm baptizarēt: sicut legit de beato Martino. Et eodē modo prius tēpore promouetur quis ad minores ordines gradatim, anteq̄ fiat sacerdos: vt ꝓbato in minorib⁹ maiora cōmittant. 22 Sed
Respō. Doc. p. s. do. ad. 1 tenēdo, quod prius ad istas rationes respōdendū est per ordinē. Ad primā, aut æqualiter &c. dicendū, ꝙ ipse omittit mediū, qa ratio sacrī cōsistit in oibus essentialiter: sed non æqualiter, sicut ratio vitæ non cōsistit æqualiter in vegetatiuo, sensitiuo, & intellectiuo, sed in solo intellectiuo totaliter, & pfectè: in aliis autē imperfectè, & partialiter, sed tñ essentialiter: & sic in ꝓposito quilibet ordo est sacrm essentialiter: qa habet essentialia vtraq;, sed nōpfectè nisi sacerdotiū. & ideò sunt vnū sacrm ꝓpter ordinē ad vnū. s. corpus Christi ad quod omnes ordinantur. 23 Ad secundū dicendū, ꝙ non sequit, ꝙ si ordo
Ad. 2. est sacrm, ergò quilibet &c. ergò septē, vel tredecim: quia cōsecratio panis ante cōsecrationē vini est simpliciter sacrm, & per se, quantū ad hoc, ꝙ ei cōpetit definitio sacrī, & est totus effectus, & cōpletus, & similiter est de cōsecratione vini: non tñ sunt tot sacra simpliciter quot sunt consecrationes, qa ambæ ordinant ad vnū finē, qui licet sit perfectè in quolibet, quantū ad rem sacrī: non tñ quo ad sacrm, siue quo ad signū est perfectè, nisi sub vtraq; specie: & sic est in proposito, licet in quolibet ordine sit illud, quod per se sufficeret ad totam rationē sacrī. & ideò quodlibet pōt dici sacrm, qa tñ oēs ordines ad vnū quid principaliter ordinant, ꝓpter hoc sunt vnum sacrm vnitate ordinis. 24 Ad tertiū dicendū, ꝙ nō sequit si qui
Ad. 3. Quilibet ordo est sacrm tñ nō sunt partes subiectiuę. libet ordo est sacramentū, ꝙ sint partes subiectiuæ, & sacrm totū vniuersale: qa licet inæqualitas partiū non excludat totū vniuersale, nec illud, quod est genus, qa species semper sunt inæquales, nec illud, quod est species, est recipiens magis, & minus, cū partium subiectiuarum secundū ꝙ hmōi. vna nō ordinat ad aliam, non enim albedo minus intensa ordinat ad albedinē magis intensam, nec ambæ ad tertiā, nec similiter nigredo ad albedinem. sic autē est in ordinibus, ꝙ vnus alij subseruit, &
Partes integrales i quadruplici differentia. oēs ad vnum quid ordinant, inquantū sunt sacra. vnde nō sunt partes subiectiuæ. Et qd' dicebat. ergò sunt partes integrales sacrī, dicendū, ꝙ nō sequit, qa partes integrales sacrī dicunt aliqua quadrupliciter. Primò ꝓpter partialitatē signi, non rei, sicut in eucharistia quælibet cōsecratio per se sumpta cōtinet totā rem sacrī, & tñ nō habet nisi partē signi, nec in materia, nec in forma. vnde sola pars rei est ibi vi sacrī. Cùm enim dico, hoc est corpus meū, non significo sanguinē, nec panis significat sanguinē. Secūdò autē partes integrales in sacro dicuntur, quarum quælibet per se nata est totā rem cōtinere, & significare, sed ex ordine, & intētione non habēt nisi partem, sed oēs simul habent totū, sicut in baptismo tres immersiones, quarū quælibet poterat per se esse baptismus

totus

Nota. totus: ex intentione volentis trina immersione vnū baptismū conferre, in sola vltima est effectus, antè nihil. Et si ante tertiā morereī baptizās, nihil esset actum, & esset totū iterandū, si suscitaret: sicut est ex parte verborū, ꝙ ante vltimū nihil est actum, sed à principio iterandū est totū, si aliquid de substātia verborū sit omissum. Tertio modo dicunt partes integrales, quarū quælibet habet effectū partialē statim, & est signum partiale, nec vna plus quàm alia, sed oēs simul habent effectū totalē, sicut in extrema vnctione. Omes enim vnctionēs causant vnā perfectam curationē animæ: sed quęlibet partialē, quia si nihil ageret per quālibet, sed solū per vltimā ī virtute primarū: sicut est de verbis, & de immersionibus baptismi: tunc si minister morereī post primā inunctionē, nihil esset actum: sed esset illa vnctio iterāda sicut de immersionibus, & verbis dictū est. Et præterea distincta, & partialis significatio habet distinctū, & partialē effectum in sacramentis, quæ efficiunt, quod signant, sed distincta, & partialis significatio est, dicendo, per istam vnctionē indulgeat tibi Dñs qcquid deliquisti per visum. ergò hoc solū efficit ex vi sacramenti. s. remissio cōmissorum per visum, siue quo ad culpā, siue quo ad pœnā, siue quo ad reliquias, sed ex naturali concomitatiua si per aliū sensum cōmisit pctm mortale, sine quo pctm visus non pōt remitti, remitteretetiā, sicut sub specie panis est sanguis: quia nō est separatus à corpore: sed si sacramentū istud ordinatur cōtra venialē culpam: cuius remissio non habet connexionē: tunc accidit vni vnctioni, ꝙ habeat effectum alterius: & similiter si cōtra pœnā, vel cōtra reliquias, quia fortè sunt distinctæ, aut si infirmitas contra quam est quid indiuisibile, per quālibet vnctionē fit ad eam dispositio specialis. 25 Quarto modo dicuntur partes integrales sacrī, qm neuter habet per se effectū aliquem, sed ambæ simul iunctæ: ità tñ ꝙ effectus est ab vna quasi formaliter, ab alia quasi materialiter, sicut materia, & forma in naturalib⁹, & sic sunt verba, & elementum in quolibet sacro, & non sicut partes verborū adinuicem, vel partes materiæ, vel actionum, quæ se habent æqualiter, sicut in secūdo mēbro. Nullo autē istorū modorū quatuor se habent ordines adinuicē. Non eīm quilibet ordo habet effectū totum omnium ordinum sub signo partiali, vt in primo modo, nec oēs simul habent vnicū effectū, ad quem æqualiter se habeant, & nullus sine alio aliquē, vt in secūdo mēbro, nec inęqualiter, vt in quarto, nec quilibet habet suum effectū per se partialem æqualē, vt ex illis resultet totus vnus effectus in eodem, vt in extrema vnctione: qa perfecta curatio animæ non est ex aliqua vna vnctione: sed ex oībus simul, sicut nec totū integrale est perfectū ex vna parte, sed ex omnibus simul. Sed si non essent ordines inferiores sex: solū sacerdotium haberet illū principalē effectū, ad quem oēs ordines ordinant. s. conficere corpus, & sanguinē. Hoc aūt est contra naturā totius integralis, ꝙ posit saluari in aliqua sua parte, loquendo de totis heterogeneis, & partibus essentialibus, vnde relinquitur, ꝙ sunt partes potē-
Ad. 4. So. pul. in q̄ declaratur mēs b. T. su. tiales. 26 Ad quartū dicendum, ꝙ finis est principalis, respectu eius, quod est ad finem: vnde effectus principaliter intentus in administratione sacramenti pōt dici dupliciter, vno modo tanquā finis proprius, alio modo tanquā finis cōis. Operatio aūt sacramētalis ad finē proprium se habet dupliciter: vno modo sicut causans ipsum ex opere operato, & est talis finis, qui etiā est de ratione sacramēti, vt sacramentū est, puta grā, vel cū hoc deputatio ad aliquod sacrm: & tale quidē est sacramentū, & nō sacramētale tñ. Quicqd enim ex opere operato dat gratiam, est sacramentū, vel pars eius, aliqñ finis ꝓprius nō est grā, siue causet ex opere operato, vt exorcismus, siue ex opere operāte, vt catechismus, & hmōi: sunt sacramentalia, & non sacramēta. Finis verò cōis est, ex cuius vnitate plura possunt dici vnū sacramentū perfectū, quorū quodlibet per se sumptum est imperfectū, siue quo ad signū, siue quo ad effectū, siue quo ad vtrunq;, & siue vnū sit alio perfectius, siue non: & sic est in proposito. Omes enim ordines ad hoc sunt, vt missā integrè, & perfectè celebret, ad quam oēs ordines perse aliquid operant: nec est aliquis ordo, qui pfectè hoc posit sine aliis, nec etiā ipsum sacerdotiū, quāuis per se posit ī essentiā. Et ideò nec sacerdotiū prout est ab aliis distinctū est sacramentum perfectū, & integrū, sed oēs simul sunt vnū sacerdotium: quia oēs simul cōferunt potestatē, & gratiā faciendi oīa requisita per se, ad perficiendū dignè vnū effectū, qui est sacrm altaris: nihilomin⁹ tñ qd'libet ꝓ se est sacramentū, sed imperfectū. Sacramentū quidem est: quia ex opere operato ad aliquod sacramentū deputat, ad quod benè agendū etiā gratiā confert: sed imperfectū: qa non deputat ad id sacrum modo perfecto, sed imperfecto, & gratiā etiam imperfectā tribuit, iuxta proportionē ad actum, ad quem ordinat. Sic etiā traditio calicis cū forma pōt dici sacramentū: qa ex ope operato dat potestatem, & gratiā: & similiter impositio manuū cum forma dat Spiritū sctm: aliter esset mendacium, & potestatē remittendi pctā: non tñ sunt duo sacra, sed vnum: qa ordinatur ad perfectū gradū, & potestatē sacerdotis, cuius est duplex actus. Et ideò per duas formas, & duas exteriores res dat vtraq; potestas: vna quidē ex vi sacrī, alia ex concomitantia in vtraq; simul, sicut in eucharistia, quāuis sit dissimile: qa ibi est duplex materia, hîc vna. 27 Ad
Ad. 5. quintū dicendū, ꝙ tamen dicit, qñ plures actiones &c. ꝙ verū est, qñ sic ordinant ad illū vnū effectū cōem, qd' non habent post illū aliquē propriū effectū ex opere operato, qui sufficiat ad rationē sacrī. Tunc eīm quælibet est sacrm. Sed quia oēs illi proprij effectus, nō sunt ꝓpter se intēti, sed propter aliquid vnū, ideo oēs illæ actiones simul acceptæ, faciunt vnum sacrm integrū, & perfectū, sed quęlibet illarū facit sacrm imperfectū, & diminutū. 28 Ad sextum, qñ dicitur, ꝙ
Ad. 6. ordo prout est sacrm, est ad conferendū, seu ad conficiendum sacra: sicut baptismus potestas passiua ad suscipiendum ea: addendū est ad præparandū, & ministrandum, ad cōficere, vel cōferre. Si dicatur, ꝙ ex parte potētiæ passiuæ non est nisi vna actio, quæ sit sacrm: aliæ sunt sacramentales etiā præparatoriæ. ergò nec ex parte potentiæ actiuæ, nō est simile, ꝙ plura requirunt ad agendū, quā ad patiendū, vel dicendū, ꝙ etiā ordinū quidā disponūt ad sacrm conferendū, & conficiendū, disponendo populum. In ministrari autē verū dicunt, nisi de diacono, qui ex officio habet sanguinē ministrare: tñ adhuc videt, ꝙ non sit suus gradus, nisi fiat mentio in verbis suæ ordi-
Ad. 7. nationis. 29 Ad septimū, qñ dicit, ꝙ non est ordo simpliciter, qa non est potestas simpliciter, nisi in sacerdotio. Potest addi imò in subdiaconatu, & diaconatu est noua potestas, quia pri⁹ poterat cōtrahere matrimoniū, posteā non pōt: & si cōtrahat, non est matrimoniū, nec est sacrm. Item dicendū, ꝙ benè est aliquid vnum sacrm non solū ꝓpter hoc, ꝙ pōt agere, vel pati, qd' prius non poterat, nisi illicitè, sicut per matrimoniū accipit potestatē: vnus in aliū non faciendū, aut patiēdi, quod priùs non poterat: sed faciēdi licitè, quod priùs nō poterat, nisi illicitè: & sic est de diaconatu, & subdiaconatu. Itē per quod datur potestas faciēdi ex officio, quod priùs poterat facere licitè: sed nō ex officio, sicut in cōfirmatione:

& sic

& sic est de inferioribus ordinibus,quorũ actus etiam licitè sine illorũ ordinũ ordinatione exerceẽ,non tñ ex officio à Deo instituto,sicut cũ illis,vel si cõcludat,ꝙ non quilibet est sacrm perfectũ,sed imperfectũ, concedendũ est.Quod autẽ dicit,ꝙ licẽre non est posse, nisi secundũ quid:imò potestas iuris dicitur esse potestas simpliciter: sicut in matrimonio potestas,quã vnus habet in alium, nõ est potestas facti,quã magis habet, qui opprimit alienum,q̃ qui reddit debitũ suę,sed solũ potestas iuris,qua licitè facit, quod priùs illicitè.Item exorcizat⁹,& episcopatus essent simpliciter potestates,sicut sacerdotiũ:quia
Ad.8. per illa pōt quis,quod priùs nõ poterat. 30 Ad octauum dicendũ, ꝙ sicut quælibet anima est anima nõ perfecta,nisi intellectiua,in qua hæ tres vniũtur, & est vna perfecta anima:sic in proposito, nisi ꝙ est ibi totũ essentiale cũ toto potentiali: & est ibi vnitas realis, non plures animæ in homine:hîc autem est vnitas ordinis,vnde sunt plura sacra imperfecta,sed vnum perfectũ, nec etiã sacerdotiũ sine aliis est sacrm perfectum per se,& distinctum.Tunc enim alia vel non essent sacra,vel essent distincta sacra à sacerdotio. Quod autẽ Tho. dicit,ꝙ tota
Propõ.s.Th. vbi suprà exponitur. plenitudo huius sacrĩ est in sacerdotio: intelligendũ est quantũ ad essentiã illius,quod principaliter,& finaliter quærit in omnibus ordinibus:nõ autẽ quantũ ad perfectionẽ,& integritatẽ accidẽtalẽ eiusdẽ:nec quantũ ad essentiã eorũ,quæ immediatè, vt proprius finis quærũtur in singulo ordine.Nisi enim sacerdos suscepisset ordinẽ diaconatus,nõ licitè faceret officiũ diaconatus,nisi fortè inferior cõtineatur in superiori. 31 Solutio,quam
Improbatio Durand. dant, ad argumenta non videẽ valère. Primò, qa quod videtur innuere, ꝙ in minoribus ordinibus gratia non conferaẽ, est falsum. Quia aut eorũ actus à carente gratia non pñt exerceri sine pctõ:& tunc eâdẽ ratione conferẽ in eis gratia,qua in diaconatu,& subdiaconatu:aut possunt sine pctõ,& tunc saltẽ non pñt exerceri cũ merito. Q̃n autẽ Deus eligit aliquẽ ad aliquod officiũ, non solũ dat illud,quod est necessariũ ad hoc,ꝙ implens mereatur præmiũ,& mercedẽ: aliàs deficeret in necessariis, qa frusta quis laborat, si nec præmiũ, nec meritũ consequamur,nec pœnã: & in minoribus ordinibus adiungitur. Sic agas,vt partẽ habeas cũ illis &c. 32 Quod autem dicit,ꝙ non omne illud, in quo ex ope operato confertur gra,est sacrm; est cõtra definitionẽ sacri nouæ legis,quæ non plus cõtinet nisi sensibile signũ exterius,& gratiã sanctificantem interius ex opere operato:ità tñ ꝙ vel ipsa res,quæ cõfert gratiã,est sacrm,& nõ vsum eius: sicut cõmunio nõ est sacrm, sed vsus sacri, & tñ ex opere operato confert gratiã,vel vsus rei,quæ confert sanctitatem, est sacrm,sicut in baptismo. 33 Quod autẽ dicit, ꝙ in illis solis ordinibus,qui ordinãtur contra pctm̃, vera est maior:falsum est,qa solus baptismus,& pœnitẽtia, & extrema vnctio secundũ eos directa immediatè ordinantur cõtra pctm̃ tollendũ,& alia cõtra alios defectus, & nihilominus sunt vera sacramenta ex hoc,ꝙ ex opere
Durã.suprà dis. 23.q.1. ar.1.& dist. 14.q.2.non cõsequenter loquitur in ista dist. operato gratiã conferũt. Et istã maiorem, quam modò distinguunt,ipsi solebant accipere distinctè,ad probandum aliquid esse sacramentũ:qa.s. habebat aliquid sensibile exterius,per quod interius sanctitas dabaẽ. Sacramentũ enim est signũ sacræ rei:ità, vt causa existat,& similitudinẽ gerat,& nihil plus requiritur. Quod vlterius dicitur,ꝙ in operationibus, q̃ principaliter ordinantur ad conferendũ potestatẽ,vel officium, illa sola est sacrm per quã datur potestas ad illum finẽ immediatè: verum est,si loquatur de fine immediato, ad quẽ gratia requiritur,non autẽ de fine remoto. Si enim per sacerdotiũ daretur potestas,& non gra ex opere operato,nõ esset sacramentũ nouæ legis,sed solũ antiquæ. Si autẽ per sacerdotium solũ daretur gra, & non aliqua potestas, posset esse sacramentũ etiã nouę legis,sicut extrema vnctio,in qua nõ datur potestas, per quã super alios cõstituat: ergò ex his duobus est sacrm,sicut ex causa finali,qa datur potestas,& gra ad benè vtendũ ea vbicũq;.ergò vbi hæc duo concurrunt,ibi est sacrm.ideò &c. 34 Ad secundũ q̃ dicitur,ꝙ sacramẽtalia simul conferuntur cũ sacramẽto, benè respondẽt: qa nõ est necesse,sicut de catechismo in primitiua ecclesia:sed ex hoc pōt argui contra eos, sicut argutũ est in hac quæstione, in secũda ratione secũdi articuli. 35 Ad argumentũ principale solutũ est:pōt tñ addi, ꝙ ordo est sacrm per se completũ, prout accipit ex aggregato ex septẽ ordinibus,& sicut diuidit contra alia sex sacramẽta:prout autẽ ordo accipit diuisum pro vno quoq; ordine de septẽ,sic non est sacrm primo modo dictum,sed nec est sacramẽtale,sed est pars essentialis sacramenti integralis. Non sic autẽ,ꝙ vnus ordo sit materia, & alius forma: sicut cõmuniter in aliis, nec sic ꝙ quilibet cõtineat totũ: sicut in eucharistia: sed sic ꝙ quilibet ordo continet partialẽ materiã, & partialẽ formã: sicut partes vnius heterogenei,& sicut in extrema vntiõe quę libet de septem vnctionibus,nisi ꝙ hîc quilibet ordo habet effectũ magis distinctũ. Si autẽ sacramentũ dicatur omne ex opere operato gratiã conferens, siue ad effectũ proprium per se tantũ, siue in ordine ad aliquid cõmune: sic quilibet ordo est sacramentũ, sed partiale, & imperfectum,& diminutum. Ad argum.

QVAESTIO SECVNDA.

De characteribus ordinum.

Thom. 4. dist. 24. q. 1. art. 2.

QVAERITVR secundò de characẽre, vtrum in quolibet ordine imprimat character. Et videẽ ꝙ non, qa cùm idẽ homo recipiat oẽs ordines,essent in eodẽ multi characẽres eiusdẽ speciei, vel saltẽ generis proximi,quod est incõueniens. 2 Præterea, vnius sacramenti,vnius est effectus, sed oẽs ordines constituũt vnum sacrm,vt dictum est in quæstione præcedẽti. ergò causant vnum effectũ tantũ:sed ille non pōt esse, nisi vnus character. ideò &c. 3 Contrà,quia illud,quod nõ imprimit characẽrẽ,est iterabile, sed nullus ordo est iterabilis.ideò &c. 4 Præterea ordo est signaculũ, ĩ quo traditur potestas spũalis,sed character est huiusmodi. & id conuenit omni ordini.ideò &c. 5 Respondeo,tria sunt hic videnda.Primò, de sufficiẽtia ordinũ.Secundò, de effectu, quæ est res tantũ. Tertiò, de effectu, quæ est res,& sacrm. 6 Quantũ ad primũ sciendũ est,ꝙ omnis ordo ordinatur ad eucharistiæ sacramentũ:ordo enim ministrorum ecclesię:qui sunt mediatores inter Christum, & populũ, est ad faciendũ vnionẽ populi cum Christo, hoc autẽ fit maximè per sacrm eucharistiæ,in quo Christus continet realiter, & à nobis sumitur: vnde dicitur sacrm vnionis:hæc autẽ vnio fit duplici actu.s. per sacri confectionẽ,& per populi dignam præparationẽ. In primo actu deseruiunt quatuor ordines.s.acolythatus,subdiaconat⁹,diaconatus,& sacerdotiũ, sed differẽter: quia acolythus habet materiã consecrandã præparare in vasis non sacris:ipse vt in litera dicitur,vrceolũ cum aqua & vino præparat,& tradit subdiacono:subdiaconus verò habet eam ponere in vasis sacris, in quibus fit consecratio:diaconus verò habet eam offerre sacerdoti ad consecrandum,& consecratã dispensare,saltẽ sanguinem cum vase mediante. Consecratio autẽ pertinet ad sacerdotẽ. Art.3.

in se-

In secundo verò actu in præparatione populi,deseruiũt alij tres ordines,sed differenter, quia duo eorum disponunt remouendo prohibens, vel malũ hoiem,vt hostiarius,vel malũ angelũ, vt exorcista: tertius verò. s.lector præparat offerendo bonã dispositionẽ, quo ad cognitionem veri,& dilectionẽ boni: quod fit legẽdo prophetias
Art.2. de Christo in testamento veteri contentas. 7 Quo ad
In ordine conferẽ gra. secundũ sunt tres cõclusiones. Prima, ꝙ in omni ordine conferẽ gratia:quia Dei perfecta sunt opera. Deute.32. Cuicunq; enim datur diuinitùs aliqua potẽtia, dantẽ ei ea,per quæ cõgruè pōt exire in actus illius potẽtiæ:sic enim videmus in naturalibus: animalib⁹ enim data sunt membra, per quæ possunt exire in actus conueniẽtes potentiæ animæ:vnde sicut gra gratum faciens est necessaria,ad hoc,ꝙ homo suscipiat dignè sacra:sic ad hoc,ꝙ hõ dignè exequat actus sacrorum.& ideò sicut in baptismo datur gra,vt dignè suscipiamus sacra,sic in sacro ordinis vt dignè exequamur. 8 Secunda cõclusio, ꝙ confert
In ordine conferẽ maior gra q̃ in aliis sacris. gratiã in dispositio maiorẽ,quàm alia sacra, & maior maiorem:quia maior gratia requiritur ad actus ordinũ dignè exercendos,q̃ ad actus cõmunes,& ad maioris ordinis actum maior:vnde nihil sensibile tñ valet ad magnitudinẽ gratiæ impetrãdam ex opere operato: sicut ordo sacerdotij:nisi fortè quis dicat illud de cõsecratione epi, & de susceptione digna eucharistiæ. 9 Tertia cõclusio,ꝙ quidã ordo dicitur sacer,& quidã non.Et ideò sciendum,ꝙ sacrũ dicitur aliquid dupliciter:vno modo absolutè:& sic oẽs ordines sunt sacri,cùm sint quoddã sacramentũ,vel sacrale: alio modo antonomaticè, siue excellenter:& isto modo tres dicuntur sacri.s.sacerdotiũ,diaconatus, & subdiaconat⁹ duplici ratiõe. Primò,ratione materiæ, circa quã habent actus suos:habẽt enim actus suos circa materiã cõsecratam. Nam subdiaconus habet vasa sacra tũgere, & in eis materiã eucharistiæ præparare. Diaconus verò præparatã in eisdẽ vasis sacerdoti offerre. Sacerdos verò habet eam in eis consecrare,& cõsecratam tractare immediatè, quantũ ad corpus Dñi. Secundò,ratione cõtinentiæ annexæ his ordinibus,quantũ ad clericos Occidẽtales.Votũ enim continentiæ reddit nos quasi Deo cõsecratos. Nihil autem horum est in quatuor minoribus ordinibus,quia nec actus eorum est circa aliquod consecratũ immediatè,nec eis est cõtinentia annexa: & ideò non dicuntur sic sacri, vt alij tres.

10 Quantũ ad tertiũ articulũ principaliter quæsitum, sunt duæ conclusiones. 11 Prima, ꝙ in omni ordine
Art.3. In quolibet ordine imprimit character. de septẽ imprimitur character distinctus,& specialis: qa ordinatur quilibet ad distinctum actum. 12 Sed contra hoc est, qa tunc in omni ordine habente diuersos actus,tot essent distincti characẽres quot actus. Si dicatur non, qa sunt subordinati: ità & omnis actus septem ordinum sunt subordinati.ergò nec ibi,nisi vnus distinctus character. 13 Et dicendũ ad hoc licet omnes ordines ordinentur ad eucharistiã,& inferior mediante superiore:tñ quilibet ordo habens in se multos actus inter illos,habet aliquẽ, qui principaliùs,& immediatiùs deseruit eucharistiæ:& deputatio ad illum requirit characẽrem specialẽ, non autẽ deputatio ad alios. Sed dicũt quidã,ꝙ non in omni ordine est character ꝓpriè dictus:
Opi. Domini Durã.hîc q.3.sicut imponit ei Durãdellus in pñti distin. licet in vlti. nõ reperi. vbi sciendũ est secundũ eos,ꝙ cùm character sit potestas per quẽ homo operatur diuinas actiones, sicut aliquid habet dupliciter rationẽ potestatis:sic & characẽris. Potestas enim propriè dicit,per quam possumus in actũ,in quem aliàs non possemus,sed potestas secundũ quid per quam licitè possumus,quod aliàs poteramus:sed non licitè,sic & character simpliciter dicit potestas, per quam possumus in actũ, quem priùs non poteramus:sed character secũdũ quid dicit potestas, per quã licitè possumus in actum,in quem priùs poteramus; sed nõ licitè:accipiendo ergò characterẽ pro potestate simpliciter dicta: sic character nõ imprimit, nisi in sacerdotio: non autẽ in inferioribus ordinibus: cuius rationẽ assignãt:quia cui cunq; confert aliqua potestas spiritualiter simpliciter: talis pōt in spirituale effectũ, in quẽ non poterat priùs, vt dictũ est:sed sacerdos post suã ordinationẽ pōt in spirituale effectũ,in quem nõ poterat priùs:qa sacerdos potest conficere sacrm eucharistiæ,& absoluere in foro pœnitẽtiæ,in quẽ prius non poterat. Diaconus verò, & inferiores ordines post ordinationẽ suam, non possunt in aliquem effectũ,in quẽ priùs non possent: quãuis liceat eis nunc,quod nõ licebat priùs:priùs enim poterat Euãgelium legere,& sacerdoti ministrare,sed nõ licebat, ergò in ordinatione sacerdotis conferẽ potestas spiritualis simpliciter dicta, non autẽ in ordinatione inferiorũ. si ergò character est potestas spũalis:sequit̃,ꝙ character ꝓpriè,& simpliciter dictus imprimat in sacerdotio,& non in inferioribus ordinibus.Nec est instantia nisi de exorcista, qui videẽ in sua ordinatione potestatẽ accipere ad effectũ spũalẽ.s. ad impediendũ potestatẽ dæmonis. Sed illud secundũ Cyprianũ non cogit:qa ipse ponit,ꝙ exorcismus nihil facit:sed tñ significat illud,quod in baptismo posteà efficitur. Dicit enim sic. Scias diaboli nequitiam permanere vsq; ad aquam salutarẽ: in aqua autem baptismi omnẽ nequitiã amittere:& ità secundũ ipsum exorcista non habet potestatẽ super dæmonẽ. Sed quia contrariũ tenet cõmuniùs, ideò pōt cõcedi, ꝙ in ordine exorcistæ imprimat character:nec tñ propter hoc dignior est cæteris ordinibus: qa quãuis in hoc excedat:tñ in alio exceditur: in hoc.s. ꝙ actus aliorũ ordinũ magis de propinquo se habent ad sacrm eucharistiæ, q̃ actus exorcistæ, qui immediatè ordinat ad tollendũ impedimentũ baptismi, & mediãte baptismo ad eucharistiæ sacrm. Si verò character accipiat secũdo modo.s. ꝓ potestate: per quã licitè possumus in actum sacrum, in quem priùs poteramus:sed nõ licitè:sic dicendũ est, ꝙ in omnibus ordinibus imprimit character: qa per quẽlibet ordinem deputat ordinatus ad actum,qui est sacer,vel ratione materiæ,vel relatione,quã habet ad sacramentũ eucharistiæ, vt priùs dictum fuit.Sed cõtra,qa in cõfirmatione imprimitur character propriè dictus: sicut in baptismo, & sacerdotio:& tñ per illam nõ pōt, in quod priùs nõ posset etiã licitè,sed tñ ex officio,sicut miles etiã nõ recipit potestatem facti, sed officij ad pugnandũ. 14 Præterea quæ nõ imprimunt characẽrẽ,reiteranẽ.ergò &c.sed ad hoc dicerent, ꝙ illa, per quæ fiunt deputationes ad aliquid sacrũ cum cõsecratione, non reiteranẽ, quãdiu res manent:licet illa cõsecratio nõ imprimat characẽrem: nec sit sacrm, sed importat solã deputationẽ ad aliquid sacrum. 15 Secunda cõclusio est,in quo actu cuiuslibet ordinis imprimaẽ. Vbi sciendũ est secundũ quosdã, ꝙ aliquorũ ordinum est tñ vnus actus,aliquorũ plures, quorũ tamen vnus principalior altero. In ordinibus autem, quorũ est vnus actus, character imprimit in traditione instrumẽti pertinentis ad actũ illũ: sicut ostiario imprimitur character in traditione clauiũ:lectori in traditione libri prophetarũ: exorcistæ in traditione libri exorcismorũ,cum forma verborũ simul correspondente. In ordinibus autẽ,quorũ sunt plures actus,character imprimitur in traditione instrumenti pertinentis ad principaliorẽ actum.Ille autẽ actus est principalior,qui immediatiùs ordinaẽ ad sacrm eucharistiæ.Cùm igit̃ acolythi sint duo actus.s.portare cereũ,& porrigere aquam,& vinũ in vrceolis ob sacrm eucharistiæ: secũdus actus est principalior.Primò ꝓpter rationẽ dictã: ideò character acolythatus imprimit in traditione vrceoli,quamuis de

Impugã

Durã.hîc.q. 3.ar.2. Qũò in singulis ordinib⁹ imprimit character.

nominetur

nominetur ab alio actu,qui est magis potes, & frequentior. Nomen enim acolythi cerei deportationem significat. Subdiaconus etiã habet duos actus.ſ.legere epistolam,& materiã eucharistiæ ordinare, & ponere in sacris vasis,vt de se patet. Secũdus actus est principalior. Primò:qa sacro eucharistiæ immediatior: ꝓpter quod character subdiaconatus imprimit in traditione calicis, & patinæ.De diacono autem est magis dubiũ:habet enim duos actus: vnũ legere Euangeliũ, & aliũ ministrare sacramentũ vasis mediãtibus : habet enim portare corpus Dñi in patina, & dispẽsare sanguinẽ cum calice: nec est dubiũ,quin actus secundus sit principalior primo: & tñ diaconus in sua ordinatione non recipit aliquod instrumentũ pertinẽs ad hunc actum:propter quod de impressione characterisi diaconatu, est duplex opinio. Vna,ꝙ imprimit in traditione libri Euangelij: qa deputatio eius ad suũ principalẽ actum, non potuit exprimi per traditionẽ alicuius rei corporalis. Cùm enim diaconus habeat potestatẽ super corpus, & sanguinẽ contenta in vasis: non potuit hæc potestas exprimi per dationem vasis tantũ:quia super vasa subdiaconus habet potestatẽ,nec per dationẽ materiæ cõsecratæ: qa nõ habet eam immediatè tangere: ideò oportuit,ꝙ ordinaret per traditionẽ instrumẽti pertinẽtis ad actũ secũdariũ:hoc est per traditionẽ libri Euangelij.Sed contra hoc posset dici,ꝙ potestas diaconi ad principalẽ actũ potuit exprimi, per traditionẽ vasorũ cum sacro contẽto. 16 Et ad hoc põt dici,ꝙ potestas diaconi non debuit exprimi per traditionem nobilioris rei,q̃ potestas sacerdotalis:hoc tñ fieret, si traderent ei vasa cum sacro: qa sacerdoti tradunt vasa tũ materia non consecrata:quare illud non debuit fieri. 17 Alia opinio est,ꝙ imprimit in impositione manuũ, per quam datur intelligi, ꝙ applicat ad magnum ministeriũ,eò ꝙ manus est organũ organorũ: diaconus autẽ per excellentiã dicit minister:& huic videt canon cõcordare. 23.dist. vbi dicit,ꝙ cũ ordinat diaconus, solus ep̃s manum ei imponit:eò ꝙ ad ministerium applicet.Sacerdos similiter habet plures actus, sed principalior inter oẽs est cõsecrare corpus, & sanguinẽ: absoluere autẽ in foro pniæ,est actus eius secũdarius.& ideò in datione calicis, & patinæ cũ materia imposita , imprimitur character sacerdotalis. vnde Dñs hanc potestatẽ primò dedit discipulis in cœna , q̃ tradens corpus suum, & sanguinem in calice dixit:Hoc facite in meam commemorationem. sed post resurrectionẽ dedit eis potestatẽ ad actum secundariũ,q̃ dixit.Quorum remiseritis peccata,remittuntur eis &c. 18 Ratio verò, q̃ dicta est de diacono, nè habeat nobilius signũ, q̃ sacerdos nõ videt efficax:qa subdiacono traditur calix cõsecratus, diacono Euangelium:sed nobilior est calix cõsecratus,q̃ liber Euangeliorum.ergò &c. Sed cõclusio ꝓbatur alia ratione: qa illud quod est cõpletũ sacrm,per se nõ est materia sacri:& maximè cùm totũ sit maius sua parte,omne sacrm est nobili⁹ sua materia,& sua forma: sed impossibile est aliquod sacrm esse nobilius sacro altaris. ergò impossibile est sacrm esse materiã alterius sacri. Item in impositione manuum nõ imprimit:non quidẽ propter hoc, ꝙ nec per illam imprimit sacerdoti,qa diceret,ꝙ hoc est, qa non designat principalẽ actum eius, sicut de vrceolo acolytho, & subdiacono:sed qa prꝛeter actum ministri,& suscipientis, reqrit exteriorẽ materiã in isto ordine, sicut in aliis: sed manus impositio nõ habet huiusmodi materiã: ideò &c. ergò relinquit,ꝙ in traditione Euangelistarũ: quia aliter non potest exprimi. 19 Ad argumenta principalia. Ad primũ dicunt quidã,ꝙ si character est sola deputatio ad actus sacros , tot characteres diceretur aliquis habere,quot actibus faciendis simul, vel successiuè poterit deputari: siue actus illi differant specie , siue genere: nec propter hoc essent plura eiusdẽ speciei in eodẽ subiecto:qa character sic acceptus non est nisi relatio rationis:entia autẽ rationis nusquã sunt subiectiuè. Si verò character sit spũalis potestas existens subiectiuè in ordinato: tunc in tribus ordinibus solũ imprimitur character.ſ.episcopatu,sacerdotio, & exorcista. Et hæ potestates differunt genere proximo,sicut actus earũ. 20 Sed videt dicendũ,ꝙ plura specie eiusdẽ generis propinqui: dum tamen non habeant oppositionẽ, stant simul, sicut oẽs scientiæ in intellectu:vnde dato,ꝙ characteres septẽ ordinũ sint vnius generis ꝓximi:maximè quantũad eos qui sunt potestas faciendi licitè, quod priùs nõ licebat: non tñ habent aliquã contrarietatẽ, sicut patet ex eorũ actibus:imò sibi subseruiũt:vnde se cõpatiũtur in codẽ. Quod verò dicũt,ꝙ characteres exorcistatus,presbyteratus,episcopatus, non sunt eiusdẽ generis proximi: sicut omnes colores sunt eiusdẽ generis ꝓximi:nõ apparet ratio, quare non alij characteres nisi isti , nec ipsi dicunt. Oportet enim, ꝙ si characteres differunt specie,habeant vnum genus proximũ:& saltẽ duo sunt eiusdem generis proximi: cũ non sit genus , quin ad minus habeat duas species:& quãuis actus corũ differat genere proximo in genere naturæ:tñ in genere artificialiũ,& gratuitorum, siue hierarchicorũ actuũ sunt vnius generis,cùm sit tantùm vna hierarchia ecclesiæ militantis. 21 Ad secundum dicunt quidã,ꝙ vnius sacri est vnus effectus principalis:& sic character sacerdotij est principalis effectus sacramenti ordinis. Possunt tñ esse multi effectus minùs pricipales ordinati ad principalẽ actum eius, & sic sunt multi characteres multorũ ordinum, qui oẽs ordinãtur ad characterem sacerdotij, & actuũ eius. 22 Sed ista solutio est dubia:quia cũ principalis effectus sacri ordinis sit character,& nõ gratia secundũ eos:qa in diacono tu,& subdiaconatu imprimit gratia: q̃ tñ negant esse sacra.ergò exorcistatus,presbyteratus,episcopatus, in quibus imprimuntur diuersi characteres erunt diuersa sacramẽta. Et videt dubiũ, qũò character episcopalis ordinetur ad sacerdotalẽ:qa omne,quod ordinat ad aliquid, ex sua natura plus ordinat ad illud in suo subiecto, quã in alieno: sed in eodẽ subiecto character episcopalis nõ ordinatur ad sacerdotalẽ: cùm præsupponat ipsum, nec supponat ea, quæ sunt epi in aliquo ad agendũ ea, quæ sunt presbyterij, sed ecõuerso. Et prꝛeter ea maior dignitas non ordinatur ad minorẽ:si tñ separari posset Põtificium à sacerdotio:maius est simpliciter sacerdotiũ: quia maximus gradus inter actus hierarchicos est posse cõficere corpus Dñi.Tamẽ argumentũ principale est contra Tho.qui ponit oẽs ordines esse vnum sacrm:& tñ quemlibet imprimere specialẽ characterẽ: ꝓpter quod dicendum est,ꝙ nõ omnis vnitas sanctorũ est ẽiusdẽ rationis, & ad vnitatẽ sacri sufficit vnitas ordinis: q̃ etiã est multiplex, vnde est aliquod sacrm adeò vnum sacramentũ, ꝙ est in eo vnitas indiuisibilitatis in genere sacramenti: qa.ſ.non habet nisi vnũ immediatum effectum: sicut baptismus,confirmatio, & multa huiusmodi. Aliud est,qd' habet multos effectus sacramentales secundũ rem priuatiuè,licet vnum positiuè: sicut in eucharistia est conuersio diuersarum rerũ in vnam,& eandem rem: ità ꝙ sunt plura,quæ desinunt esse:sed vnum,quod incipit esse. Et matrimoniũ est vnũ sacramentũ: habet tamen duos effectus reales, siue sint relationes, siue aliquid absolutũ in duobus.ſ.potestatẽ mutuam, & obligationẽ. Ordo plures effectus res:sed vnum ordine, & hoc sufficit, sicut de eucharistia. 23 Ad tertiũ,quod est in oppositũ, dicũt quidam,ꝙ non solùm sacramentũ non est iterabile:quia imprimat aliquam potestatem existentem subiectiuè in suscipiente sacramentum:sed quia per ipsum deputatur quis ad actum sacrum:sicut benedictio calicis non iteratur:quia per eam deputatur ad actus sacros:quamuis nihil fiat subiectiuè in calice per benedictionem. Et similiter potest esse in ordinibus: quæ tamen deputatio largè dicitur character. 24 Sed hoc est addendũ, ꝙ impedimentũ iterationis in sacramẽto non est sola collatio potestatis: cùm ista sit in matrimonio, ꝙ iteratur: nec sola consecratio,vel vnctio,cùm illa sit in extrema vnctione, quę iteratur:nec benedictio cùm illa sit in matrimonio, quod iteratur , & ipsamet benedictio de consuetudine in multis ecclesiis , nec sola deputatio ad aliquid sacrũ: cùm ista sit in promissione religionis , quæ potest iterari,si intrat aliam religionem: sed quando hæc omnia simul concurrunt, & cùm hoc est sacramentum: tunc prohibetur iterari, & sic est in quolibet ordine.

In datione calicis, & patinæ imprimitur character sacer. Examinat Doct. opin. Durã.

In datione Euãg. imprimitur character diacono

Opi.ſ.T.hîc q.2.art.3. ad quintũ.

Ad argmẽ ꝓn ci. Dur. vbi suprà ad primum.

Impug.

Solutio Duran.incerta.

Si Põtificiũ separetur à sacerdotio dignius esset sacerdo. Vera solut. pro.ſ.Tho.

Ad.3.princ.

Lima solut. Duran.

QVAESTIO TERTIA.

De corona clericali.

Thom. 4. dist. 24. q. 3. arti. 1.

QVAERITVR tertiò de annexis ordinum: an corona sit ordo? Et videtur ꝙ sic:quia illud est ordo , per quod aliquis ponitur in gradu super cõmunem populum: sed per coronã ponitur in gradu super laicos, ergò est ordo. 2 In contrarium est,ꝙ secundum ritum ecclesię nullus ordo datur sine celebratione missæ:sed corona datur prꝛeter missam. ergò non est ordo. 3 Respondeo, hîc videnda sunt quatuor de corona. Primò,de corona in se.Secundò, de subiecto suscipiente. Tertiò,de ministro conferente. Quartò,de effectu

Art.1. coronæ. 4 Quantũ ad primũ, quidã dicunt tria. Primum, ꝙ corona non est ordo. Secundũ, ꝙ est dispositio congrua ad ordines.Tertium,ꝙ non est dispositio necessariò præsuppositа ab ordinibus. 5 Primum probant

Du.hîc. q.4 sic, per omnem ordinem confertur aliqua potestas , vel aliqua deputatio ad actum sacrum,vt patet ex prꝛecedentibus:sed per coronã nihil horũ cõfertur. Ex eo enim solo,ꝙ aliquis cõsecratur nulli actui,nulli officio deputatur. ergò non est ordo. Secundum probant sic:In omni transitu de statu ad statum conuenienter interponitur aliqua media dispositio : sicut nouiciatus est media dispositio inter statum sæcularem,& religiosum.ergò inter statum laicorum, & ministrorum ecclesiæ conuenienter ponitur media dispositio:hæc autem est tonsura clericalis:per quam illi,qui tonsurantẽ separantur à statu laicorum,& prꝛeparantur ad statum ministrorũ.quare &c. Et quia separantur à statu laicorum, ideò deponunt capillos, & tondentur in signum depositionis superfluę curæ temporalium.Quia verò prꝛeparant ad ministeriũ Dei: cui seruire, regnare est, ideò raduntur in modũ coronę: quod est signum regale. Religiosi verò nõ clerici tõdentur quidem: quia à statu sæcularium separantur, sed nõ in modũ coronæ: qa non applicantur ad ministeriũ diuinum.Tertium declaratur sic. Essentialiùs se habet ordo prior ad sequentẽ,quàm tonsura ad aliquẽ ordinem: sed ad sequentẽ ordinem non prꝛeexigitur ex necessitate prior ordo, vt patuit priùs, ergò nec ad recipiendum quẽcunq; ordinem ex necessitate prꝛeexigitur tonsura,

Examinatio verborũ Durand. sed de cõgruitate solùm. 6 Prima conclusio istorum, ꝙ corona non sit ordo,est vera: sed ratio eorum non est bona : quia licet per coronam non deputet ad aliquem actum spꝛecialem : tonsuratus tamen deputatur ad laudes Dei,quæ sunt communes collegio clericorum:vnde & per eam deputatur ad aliquod sacrũ, puta ad sacrum collegium. Et sicut per baptismũ ad collegium Christianorum,sic per coronam ad collegiũ clericorum. Sed ratio Tho. est melior: quia illud est ordo propriè: in quo datur spꝛecialis potestas:nõ id,quo solo ad aliquod consortiũ deputatur:sicut leuitæ,& sacerdotes, qui habebãt officia spꝛecialia dicebant ordinati: vnde quia per coronam solùm deputatur homo ad chorum, vbi non habet spꝛeciale officium,sed cõmune:ideò non est ordo, nisi sicut dicitur ordo religionum,qui est deputatio ad collegium in quibusdam cerimoniis. Et sic dicitur de æta. & quali.ord.Cùm contingat. ꝙ per primã tonsuram clericalis ordo confertur. 7 Secunda eorum conclusio vera est,& ratio bona: confirmatur tamen ratio per descriptionẽ coronæ, quæ est, ꝙ est signaculũ quoddam à suo episcopo impressum,à vulgo segregans,diuino cultui dicans, atq; ad ordinem prꝛeparans. Tertia etiã conclusio vera est:quia est dispositio congruitatis,& non necessitatis respectu ordinis : sed respectu beneficij est necessitatis:& etiam respectu iurisdictionis ecclesiasticę:quia ius spirituale non cadit in laicum: vnde non tenet collatio beneficij,vel cõmissio iurisdictionis facta non tonsurato. Non clericus enim nõ est capax.de transac. c.ex literis.Item rescriptũ impetratũ tacitè, ꝙ sit laicus, non valet.de testi.c.ex parte. Nec laicus admittitur ad accusationem,vel testimonium contra clericum. de testib.c. de cætero. quod tamen hodie de consuetudine non seruatur. 8 Quantùm ad secundum est sciendum, ꝙ sicut dicitur in alia facultate edictum est prohibitorium. & ideò quicunq; non prohibetur habẽre coronam: permittitur habẽre ex hoc ipso. Sunt autẽ sex personæ prohibitæ.Primò,mulier, quæ nec debet,nec potest habẽre coronam,sicut nec ordinem,vt post dicetur.Et sic potest intelligi in decretis.30.dist. cap. 2. vbi prohibetur mulier tonderi.Nam tonderi,non ad modũ coronę possent beguinæ,& dicunt moniales de consuetudine. Secũdò, prohibentur bigami non solùm de nouo recipere , sed priùs receptam portare.de bigamis.c.1. libro.6. de quo infrà dicetur. Tertiò, prohibentur infantes. Est autem infans,qui non compleuit septennium:sed dubium est, vtrum quo ad hoc sufficiat attigisse:sicut aliàs in dignitatibus sufficit annum attigisse, nec oportet compleuisse:sicut dicitur Luc.3. Et erat Iesus incipiens quasi annorum triginta. Quartò,prohibentur illiterati.Debent enim scire non solũ symbolum, salutationem Angelicã, & orationem Dominicam, quod etiam est laicorum:sed scire legere Psalmos, & cantare: quia ad hoc eligitur ad populum, & annumeratur collegio clericorũ. Quintò, prohibentur coniugati , non solũ matrimonio consummato:nec solũ post verba de prꝛesenti:sed etiam post verba de futuro,nisi velit intrare religionem. Sextò,prohibetur quis coronari à non suo episcopo, nisi de licentia sui:& probatur de vltimis quatuor.de tempo. ordi.cap. vlti.vel.6.sed appellatione bigami secundo loco suprapositi, intelligitur omnis alter irregularis, sicut seruus, qui non nisi domino consentiente. Sed illegitimus potest ab episcopo dispensatiuè : qui potest etiam cum eo in minoribus ordinibus dispensare:infanti autem si intrat religionem licitè datur : vt dicitur in prædicta Decretali. Et similiter coniugato ad sacros ordines aspiranti, supple de consensu vxoris, vel sponsæ. Quãuis enim ibi non fiat mẽtio nisi de coniugato: quia tamen sponsus obligatus est ad actus contrarios, non debet fieri clericus. 9 Circa tertium , scilicet , de ministro conferente: sciendæ sunt quatuor regulæ. 10 Prima generalis,ꝙ quicunque potest conferre ordines: potest conferre tõsuram: qa regula iuris ciuilis est, Non debet cui

Rõ.b.T. potior: q̃ ponitur hîc.q.3. Ar.1.q.2.

Art.3.

R quod

quod maius licet, quod minus est non licère. Et hoc nisi per accidés prohibeat ab vno, & nõ ab alio: sicut quicũque aliàs põt dare tonsurã clericalẽ, qui dederit eam in fonte, nisi religionẽ intraret, vel illiterato, seu absq; sui superioris licentia homini diœcesis alienæ, seu coniugato: nisi voléti religionẽ intrare, aut ad sacros ordines promoueri in casu licito, suspensus est per annũ à collatione clericali tonsuræ, nõr ordinũ: vnde si concedatur alicui facere ordines alicubi, per cõsequens coronã, & confirmationẽ, quæ sunt præambula. 11 Secunda regula est, q̃ epũs consecratus non antè, iure suo põt dare coronam: sicut & ordines de consuetudine, etiam licet priori tonsurari facere nouitiũ tõsura monachali, sub spe postea recipiendi ab epo tonsurã clericalẽ. Videt autẽ, q̃ habẽs coronã monachalẽ, non clericalẽ, vel nullã possit ꝓfiteri religionẽ tanquã clericus: licet beneficiũ ecclesiasticum percipere non possit, qa cùm sit per essentiam in eodem ordine, in eâdem religione clericorũ, & laicorum eandẽ regulam profitentiu: sicut posset profiteri illum ordinẽ, obligando se ad ordinẽ secundũ modum viuendi laicorũ, sicut & clericorũ, quãuis fortè sic nõ esset de bigamo: qa qui nõ est clericus, nec actu, nec aptitudine, non põt obligari solẽni voto religionis clericorũ: licet si ordinaret, reciperet charactẽrem. 12 Tertia regula est, q̃ abbas põt dare tonsurã clericalẽ, ex quo est sacerdos, & benedictus. Nullus autẽ inferior quantũcunque prior conuẽtualis exemptus, magister ordinis, generalis minister, hoc põt, qa solis abbatibus est concessum, in quibus tã ita distinguit. Quia aut est abbas simplex non exemptus, & sic põt dare tonsuram clericalem suis monachis, & nulli alij: extra de æta. & quali. Cùm contingat. in Decretis. 49. dist. Qũ. Si autẽ sit exemptus, & mitratus: qui etiã benedictiones super populum insignitus est: põt eam dare sæcularibus: in quos ecclesiasticam & quasi epalem iurisdictionem obtinet, de priuil. c. Abbates. lib. 6. Si tamen simplex abbas, qui potest dare cotonam professo, det eam nouitio, & ille exeat non professus, non est clericus, nec eum percutiens incidit in canonem. Idem si esset exemptus, & ille nouitius, cui eam fecisset, non esset subditus talis, cui posset eam dare in habitu sęculari: quia nõ est monachus ante professionẽ. de sent. excõ. c. religioso. §. 1. 13 Quarta regula est, q̃ omnes presbyteri cardinales possunt conferre primã tonsuram, sicut & minores ordines conferre de communi cõsuetudine curiæ. 14 Quantũ ad quartum articulum, scilicet, de effectu sciendum est, q̃ tonsurę sunt octo effectus ad præsens. 15 Primus, quia gaudet priuilegio fori, ſ. vt non cõueniatur nisi corã iudice ecclesiastico, cui etiã non potest renunciare pacto expresso. de fo. compe. c. Si diligenti. & est excõmunicatus, qui allegato fori priuilegio, cogit eum corã iudice laico respondere. 16 Secundus, quia gaudet priuilegio illo. Si quis suadente diabolo, quia est excommunicatus, qui mittit in eum manus violentas: sed illud priuilegiũ dat etiã tonsura monachalis. Tertius effectus est, q̃ liberatur à tallis, & collectis. Quartus, q̃ de altari debet viuere qui altari seruit: quamuis ecclesia non cogat nisi ordinantem, vel præsentãtem ad sacros ordines promouere, & ei prouidere. 17 Quintus, q̃ debet portare habitũ clericalem, quem tamen si deponat etiam temerè, non propter hoc est excommunicatus: sicut religiosus, qui temerè dimittens est excõmunicatus. Sed si monitus nolit portare: nec laicus esse excõmunicari potest. de vi. & honest. cleric. c. Et si quis. Sextus, quia debet portare coronam. Clericus enim neq; comam nutriat, nec barbam, sed ex causa licet, sicut dicit versus.

Tutius vt peterem laici sub imagine Romam,
Fas fuit, vt finerem luxuriare comam.

Vnde excusantur clerici, & religiosi barbati, qui prędicant paganis, aliter non recipiendi ab eis. Non debent autem dici habere coronam, qui cucufati cincinnos portant, vel faciunt: quia tonsura clericalis in circuitu, & in summitate capitis in modũ sphęræ debet radi. dist. 24. Prohibitæ. Et debet tõsura clericalis sic tõderi, vt super aures sit. di. 24. Nõ liceat quẽlibet. Et ad coronam deferendã clerici sunt per archidiaconos cõpellendi. di. 23. Clericus. Itẽ excõmunicãdi sunt si contẽpserint. Si quis. Clerici etiã, qui cum vnicis, & virginibus contraxerunt, si tonsurã, & vestes deferant clericales, gaudent priuilegio canonis. Si quis suadente, & priuilegio fori etiam in causa criminali, sed non in aliis. Si autẽ tonsuram, & vestes nõ deferãt clericales: tunc nullo gaudens priuilegio clericali. de cle. cõiu. c. 1. lib. 6. 18 Septimus effectus est, quia non debent mercari, nec negotiis sæcularibus se implicare: aliàs ter moniti perdunt priuilegiũ clericale. 19 Octauus effectus est, q̃ non tõsuratus per epm, siue laicus, siue monachus in missa publicè legere non debet, di. 41. Clericus. dist. 24. His igitur. dist. 35. Ecclesiæ. dist. 41. Eps. distin. 44. per totum. 12. q. Qũ. 21. q. 4. Per totũ. de consec. dist. 5. In omnibus. 20 Alia verò sunt ad honestatem cleri. secundũ canones: & sunt. 13. Primũ, q̃ clerici semper studio literarũ debent intẽdere. 16. q. 1. Sic viue. dist. 38. sicut. & duobus. c. seq. Itẽ q̃ clerico nulla ætas debet esse sera ad discendum. 24. q. 3. Sẽ habes in me. Item quòd non debent interesse spectaculis vanis, & nuptiis. dist. 34. Presbyter. 44. distin. Nullus. Item q̃ tabernas, nõ nisi necessitate intrare debent. dist. 44. Non oportet cle. & duobus. c. se. Itẽ q̃ clerici arma ferre non debent. 44. q. 5. Clerici. & cap. duobus se. Item nec verè, nec iocosè pugnare. 23. q. 8. Quicunque clericus. Item nec iudicium sanguinis ferre. 23. q. 8. sæpe his. Item q̃ clerici debẽt ab illicitis quæstionibus abstinere. 14. q. 3. clerici. & duobus. cap. se. & distin. 87. Omnes. Item q̃ clerici pro medicina munera accipere nõ debent. distinct. 23. His igitur. Item q̃ clerici res ecclesiæ benè debent dispensare non superfluè. 10. q. 2. Eps. Item quòd non licet eis de sumptibus ecclesiæ filios suos in studio Philosophiæ procurare. distin. 36. Legant. & c. se. Item q̃ non licet clerico habẽre beneficium, cui sufficit patrimoniũ. 16. q. 1. cap. vlt. in fin. Item q̃ clericus non de rebus ecclesiæ, sed de rebus per ipsum acquisitis potest facere testamentũ. 12. q. 3. cap. 1. tit. 2. & cap. se. & q. 4. cap. 1. & q. 5. ferè per totũ. Item q̃ si intestatus decesserit in omnibus rebus succedit ecclesia. 12. q. 3. Quicunq;. & q. 5. Sic vbi. & c. se. Item quòd clericis non est iniungenda solẽnis pnïa. dist. 1. Confirmandũ. & §. proximo suprà. Item q̃ melius est habẽre paucos bonos clericos, quàm multos inutiles. dist. 33. Tales. Item q̃ clerici, vt ebrietatem, & luxuriam vitent, vinum cum aqua debent tẽperare. extrà. 3. lib. de vi. & hone. cler. A crapula. Item q̃ clerici incorrigibiles de mandato prælati possunt incarcerari: & per laicos trahi sine excõmunicatione. extrà de sent. excom. Vt fame. lib. 5. c. si clericus. lib. 6. non autẽ verberari per laicũ. & ti. c. Vniuersitatis. lib. 5. Item clerici incorrigibiles de crimine degradati sæculari iudicio debent tradi. vt in dict. c. Vt fame. Itẽ q̃ clerici fures pro rebus ecclesię requirendi, de licentia superioris torqueri possunt, & tormentari vsq; quo restituat. extrà. in titu. 16. de depositio. c. 1. 23. q. 6. Si res. 12. q. 2. Fraternitas. Item quòd alterius iudicio sine cõsensu sui episcopi non debent se subdere. extra. e. tit. Nullus. Item q̃ nullus clericus sniam sanguinis, aut vindictæ dicter, aut proferat, aut chirurgiæ artem, q̃ adustionẽ, vel incisionem inducat, exerceat. extra in tit. Ne cle. vel mo. sententiam.

Nullus inferior abbate põt cõferre tonsuram.

Nota.

Art. 4. Effectus octo tonsurę.

Ad honestatẽ clericorũ sũt tredecim

tentiam. Item q̃ clerico ęgrotanti per epm ab ecclesia in qua ministrauit, debet prouidere, nè addat afflicto afflictio. extrà de cle. ęgro. c. 1. Item pauperi clerico epus debet prouidẽre, nè cogat mendicare in opprobrium clericale. extrà de renun. Ad supplicationem. Horum octauũ de non legendo in missa publicè per consuetudinẽ est abrogatũ: qa etiã hoc faciunt aliud de muneribus pro medicina etiã non seruatur. Et videt, q̃ sicut licet clerico aduocato vẽdere patrociniũ, & iurisperito vẽdere consilium, sic medico vendere medicamentũ. Sed quia nulli clerico licet mercari, nec negotiari: cùm hoc sit negotiari, videt, q̃ nulli clerico liceat, nisi ꝓpter necessitatẽ: sed etiã ꝓpter lucri cupiditatẽ videnť à mortali excusari. De habẽte verò patrimoniũ certũ est, q̃ nõ licet beneficiũ recipere, vbi pauper æquè bonus ꝓpter hoc impeditur aliàs põt. de fructibus autẽ, & mobilib⁹ ab ecclesia perceptis de cõsuetudine clerici possunt testari. 21 Sed dubiũ est, vtrũ teneantur restituere de proprio illud, quod in malos vsus cõsumunt de primonio crucifixi. Et dicũt quidã q̃ nõ, licet grauius peccẽt, q̃ laici: qa sunt dñi eius, qd' percipiũt, aliter nec testari possent. Alij verò dicũt, q̃ non habẽt fructũ fauore sui, sicut pater in bonis filij aduẽtitiis, quorũ si fructus malè cõsumat, nõ tenet reddere, sed ꝓ bono ecclesiæ, & pauperũ facti sunt administratores, vt tutores, qui sunt quasi dñi: sed non qñ pupillũ spoliant. ideò sicut illi pñt sibi victũ, & vesti tũ retinere, & benemeritis dare, sed si malè expendũt, tenentur reddere, sic & isti. Et hoc magis consonat dictis sanctorũ, & iuri canonico, sed supposita cõsuetudine, q̃ possunt testari, videt, q̃ non tenẽtur restituere malè consumpta: qa sunt dñi, & in re ꝓpria quilibet est moderator, & arbiter, sicut placet. Itẽ dicit de cleri. nõ resi. c. 1. q̃ qui nõ interest horis canonicis sine causa rationabili, & recipit distributiones rerum sic acceptarũ dñium nõ acquirit, nec facit eas, sed tenetur ad restitutionẽ. ergò per oppositum si interfuisset, dominiũ acquisiuisset, & suas eas fecisset: nec per cõsequẽs ꝓpter abusum ad restitutionẽ teneret. Vel põt dici medio modo, q̃ dñi quidẽ sunt: sed sub certa lege, q̃. ſ. benè vtãtur, aliàs restituere teneãtur. Sicut in his, quæ dant ob certã causam, & in legatis relictis sub certo modo: quibus dicitur tamen prohibet, vt videt, quin aliquis, vt bacalarius, vel magister in theologia posit i cathedra per modum lectionis, vetus, & nouum Testamentum exponere: quia ex quo magister est, authoritatem docendi habet: sed non prædicandi. 10 Tertius, qui est quartus est exorcistatus: quorum actus simpliciter ponuntur in dicto. c. in litera. Sed qd' dicit ibi de exorcismis Salomonis, quibus dæmones pellebantur, certũ est, q̃ verba illa virtute inhærente non fugabant dæmonẽ, sicut nec aliqua alia, nisi fortè sint sacramenta, nec iterum ex opere operato per idem. Et si ab homine fuerit inuenta nullo modo dæmonẽ expellebãt: nisi fortè voluntariũ, sicut verba Magica. Si aũt iuspirãte Deo illos exorcismos inuenit, sicut ecclesia suos: sic poterat dæmon expelli per illos, sicut per istos: nisi q̃ non ita efficaciter, sicut nec sacramenta illa ita erant efficacia, sicut nostra: maximè qa exorcista no. test. habet realem potestatem spiritualem, quam non habebat exarcista Salomonis: vnde ecce plus quã Salomon hìc. 11 Quartus, q̃ quitus est ordo, est ordo acolythorum superior, cuius actus similiter ponuntur in præallegato cap. & in litera. Potest autẽ epistola dici per acolythum, de vita, & honestate clerico. cap. 3. & actus omnium minorũ ordinum possũt fieri licitè, etiamà non habente ordinem: quia sic habet generàlis ec-

Epil. & modificatio ꝓdictorum.

Clerici negotiãtes nõ peccãt mortaliter.

Dubiũ pulchrũ glo. i. c. duo. 12. q. 2 quem sequit Ga. di. 15. q. 8. in. 5. con. Op. ſ. T. 2. 2. q. 185. arti. 7. & clarius quotlib. 6. q 12. ad. 3.

Opin. Doct.

Ad ar. prin.

QVAESTIO QVARTA.

De distinctis actibus ordinum.

Thom. 4. distin. 24. q. 2.

QVAERITVR quartò vtrũ distincti ordines habeãt distinctos actus. Et videtur q̃ non: qa sacerdos habet omnem actum ordinis. 2 Contrà, quia potestiæ distinguuntur per actus: sed sunt in singulis or-

Art. 1.

Art. 3.

Art. 4.

cleſiæ cõſuetudo. Ex quo videtur, ꝙ non fiat irregularis excommunicatus, vel ſuſpẽſus, ſi ingerat ſe diuinis exercens actum illum ſolũ, qui ſine ordine licitè fieri poſſet, de iure, vel de cõſuetudine: puta actus minorũ ordinũ, vel ſubdiacon⁹, aut ſine manipulo: vbi hoc habet cõſuetudo: quia non eſt in ſuo agens officio ſicut priùs. Si autem inciperet in choro, Deus in adiutorium: ſolenniter vbi hoc non ſolet fieri ſpecialiter à conſtituto in ſacris non incurrit: cùm & laici ibi pſalmodicent. Secùs ſi de conſuetudine illud pertinet ad ſacerdotẽ: quia aliàs etiam moniales hoc faciunt. 12 Quintus, qui eſt ſextus, eſt ordo ſubdiaconatus, cuius actus ſimiliter in litera deſcribuntur. Quædam autẽ manus impoſitio fit ſubdiacono: ſed non talis, qualis eſt illa: quæ eſt propria diaconi: de ſacramẽtis ite. c. 1. &. c. vlt. Hìc eſt primus ordo de ſacris ordinibus: quia ſacra vaſa habet tangere nuda manu: ſicut & diaconus, quod nulli inferiorũ permittitur. & ideò ſibi ſanctitas continentiæ indicitur: propter hoc ſacer ordo vocat⁹. de æta. & quali. ordi. c. à multis. de ſer. non ordi. Miramur. etiã eſt ſecũda differentia inter ordinem ſacrum, & non ſacrũ: quia exiſtens in ſacris eſt eligibilis: non autẽ tantũ in minoribus ordinibus conſtitutus. de æta. & quali. ordi. c. à multis. ſed epiſcopus poteſt diſpẽſare: non ſic. ſ. ꝙ poſit cõfirmare electũ: cum ſit electio nulla: ſed põt eis dare poſtulatũ: ità. ſ. vt non ſit neceſſè ipſum poſtulare à Papa. Dicunt autẽ iuriſtę, ꝙ ſubdiaconatus tẽpore apoſtolorũ nõ erat ſacer ordo. diſt. 21. c. 1. in fi. di. 60. Innouamus. &. c. Nullus in eꝑm. ſed tẽpore ſancti Greg. & Vrbani fuit ſacer ordo, Vnde ſubdiaconus, & diaconus eodẽ priuilegio gaudent, quãtùm ad libertatem. de ſer. non ordi. Miramur. quod non ſic eſt intelligendum, quaſi eccleſia, vel Papa nouum ſacramentũ inſtituerint, ſed quia ſacro inſtituto de nouo in ſuo officio diſtinctè vti cœpit: ſubdiaconus autẽ Papæ præ aliis habet prærogatiuã: qa per eꝑos ad alios ordines recipiendos non põt cõpelli, nec niſi per ſummũ Pontificem debet vlterius ordinari, niſi de licẽtia Papæ. de tẽpo. ordi. cum diſtribuendis: de modo autẽ ordinãdi in ſubdiaconũ habetur diſt. 29. Subdiaconus. Ordinatus autẽ, & ꝓſentatus ab aliquo ad ſubdiaconatũ: & ſuprà debet ab eis promoueri, & de victu ei ꝓuideri. de æta. & quali. ordi. c. Accepimus. Si autẽ tali pacto fuerit præſentatus, vel ordinatus, ꝙ ſuper prouiſione ſua non moleſtet præſentẽ, vel ordinantẽ, ex hoc ipſo eſt ſuſpenſus tanquã ſimoniacè ordinatus. de ſimo. ca. Per tuas. & cap. Si quis ordi. 13 Sextus, qui eſt ſeptimus, eſt ordo diaconatus: cuius eſt actus prædicare: non quia ex ordine habeat authoritatẽ, ſed ſolùm habilitatẽ. Soli enim diacono non inferiori committi debet. Vnde nec beatus Stephanus ante diaconij ordinationem legitur prædicaſſe: tamẽ ſimplicẽ exhortationẽ faciebãt antiqui patres ad monachos nullum ordinem habentes: imò quia vbi Spiritus Domini ibi libertas: beatus Equitius nullũ habens ordinẽ ſine hominis licentia à Deo miſſus publicè prædicabat, primo dialogo: cũ aliàs laicus nõ debeat prædicare, nec mulier. 24. diſt. Mulier. Archidiaconus. tñ, qui non debet eſſe, niſi ſit diaconus. 60. diſt. nullus ep⁹. habet ex officio prædicare, ſicut beatus Laurentius, & beatus Vincentius, & ſimiliter curatus, qui habet curam animarum. Qui verò ſimplex ſacerdos, aut diaconus eſt, non niſi de licentia epiſcopi. de ſen. excõ. 16. q. 1. Aduertimus. de hæreticis. Ex iniuncto. & cap. ſi eut. &. c. excõicamus. §. quia verò. Item diaconus habet ex officio diſpẽſare ſanguinẽ, ſed nõ corp⁹ Domini: niſi ſit in neceſſitate, qſi infirmus moritur, & presbyter non eſt præſens, vel quando presbyter mandat ei, & eſt impeditus, vel qa eſt infirmus, vel quia in Paſchate non ſufficit omnibus miniſtrare, vnde in Paſchate, Ioſiæ, & Ezechiæ Leuitæ adiuuerunt ſacerdotes. Laicus autẽ in nulla neceſſitate, nec ſe, nec alium communicare debet.

Art.5.

Subdiaconatus eſt primus ordo ſacer.

Or.glo.Ber. ibi.

Art.6. Prædicare inferiori diacono cõmitti nõ debet.

14 Septimus, qui eſt octauus, eſt ordo ſacerdotij, de cuius actibus dicetur aliquid in ſequenti quæſtione. Eſt autem ſciendũ, ꝙ abſoluere in foro pœnitẽtiæ eſt actus ſacerdotis ratione ordinis principaliter, non ratione iuriſdictionis, ſed illa per accidens aliquando cõcurrit: qa oportet eſſe ſubditũ: ſed ſubditus eſt, qui vult ſe ſubiicere, niſi alij ſit aſtrictus. Et tunc de ſola licentia eius põt ſe ei ſubiicere, vt dictũ fuit ſuprà. di. 19. nec tunc dat ei poteſtatem abſoluendi: ſed renuncians iuri ſuo dat iſti licentiã ſe illi ſubiiciẽdi, propter hoc, quod, qui abſoluere non põt: vt puta, quia eſt nõ ſacerdos: dum tamen ſit curatus: poteſt vicariũ aduocare, qui de ſua licentia ſubditos abſoluat. Et ſimiliter videt, ꝙ de licentia curati ex communicati, vel ſuſpenſi ab officio, vel iuriſdictione, poſſit alius parochianos eius audire. Et ſi excuſatur pœnitentiarius epiſcopi excõmunicati, qui cõfeſſiones audiebat officiali ceſſante. Abſoluere enim ab excõmunicatione nõ poterat pœnitentiarius pluſquàm officialis excõmunicare: puta, ſi vterq; poſt excõmunicationẽ epiſcopi fuiſſet poſitus: qa excõmunicatus, vel à iuriſdictione ſuſpenſus, non poteſt delegare: ſed in foro cõſcientiæ ſecùs: quemadmodũ de licentia epiſcopi excõmunicati, vel ſuſpẽſi, vicarius eius vocatus celebrat ordines in eius diœc. quia hoc facit iure ſuo, nec requiritur commiſſio poteſtatis, ſed ſolũ renũciatio iuris ſui, & licentia parochiani. Vnde dicitur extra de pœ. & remiſ. Omnis vtriuſq; ſexus: ꝙ ſine licẽtia proprij ſacerdotis, alius non valet eum ſoluere, nec ligare, non dicit ſine authoritate, nec ſine cõmiſſione eius. Itẽ notandũ, ꝙ ſuſpenſus à diuinis, vbicunq, actum ordinis celebrat proprium ſit irregularis. Secùs autẽ ſi ſuſpẽſus ab ingreſſu eccleſiæ, vt ſuprà dictum eſt. 15 Iuxta quod quæſitũ fuit, vtrum ſacerdos ſuſcipiens ad oblationẽ altaris illum, qui fuit manifeſtè vſurarius, ſed eſſe deſiit, ſit ſuſpenſus, ſecundũ illud de vſuris, qa in oĩbus. 16 Et dicendũ, ꝙ nõ: quia aliud eſt hoĩem eſſe ligatũ, aliud alios ꝓhiberi ſibi participare. Primo enim caſu quãuis ceſſet cauſa, quare homo fuit ligatus, nihilominus eſt vitandũ, ſicut qui clerici cum percuſſit, poſt ſatiſfactionẽ ante abſolutionẽ vitandus eſt. Secũdo autẽ caſu ceſſante cauſa, & conditione prohibitionis, ceſſat prohibitio: vt ſi præſente tali locus eſt interdictus: eo recedẽte, deſinit eſſe interdictus: ità eſt in propoſito dicẽdum, ꝙ ſi curatus fuit notorius fornicator, vel ſimoniacus: quãuis eſſet pœnitens, quouſq; eſſet abſolutus à ſuſpẽſione, non ſunt ab eo recipienda ſacra. Sed ſi meretrix publica pœniteat, ãtequã ſit ab excõmunicatione, vel ſuſpenſione abſoluta: quia neutrũ incurrit, põt recipi ad altare, quãuis quãdiu eſt talis propter ſcandalũ, non ſit admittẽda, ità & hìc cùm vſurarij non ſint excõmunicati, nec ligati, ſed tñ ꝓhibiti: poſſunt ſacerdotes vſurariũ publicũ recipere ad altare, & recipiendo iſtum vſurariũ, qui fuit, & non eſt, ſacerdos nullã pœnam incurrit: licet ille nõ ſit abſolutus à ſnía, quã non incurrit. Sed ſi reciperet ad ſepulturã, ãtequã reſtituiſſet, vel donec cauiſſet, bene incurreret ſuſpẽſionẽ, qa hoc eſt expreſſum. de vſu. c. 2. lib. 6. 17 Ad argumentũ dicendum, ꝙ oẽs ordines differũt in ꝓprio per ſe, & principali actu: ſed pñt ĩ aliquo ſecũdario cõuenire. ideò &c.

Art.7. De licentia non ſacerdotis, & ſa. excõmunicati põt ſa. abſolui.

QVAESTIO QVINTA.

De veſtibus miniſtrorum.

Thom. 4. diſtin. 24. q. 3. art. 3.

Quæritur

QVAERITVR quintò, vtrum miniſtri debeant habẽre veſtes ſpeciales: & videt ꝙ non ſpecialiter ſericas, & gẽmatas: qa pretioſitas veſtiũ ſine culpa non eſt: vt dicit Grego. in Home. de diuite epulonc. & Auguſt. Fateor de precioſa veſte erubeſco. 2 Cõtrà, qa ſi miniſtratio mortis fuit in gloria: multomagis miniſtratio ſpũs: ſed Aaron habuit ꝑcioſiſimas veſtes. ergò &c. 3 Reſpõdeo: circa iſtã quæſtionẽ dicendũ eſt in genera li: de triplici genere veſtiũ. Primò de ſacerdotalibus. Secundò, de epalibus. Tertiò, de archiepalibus. 4 Circa primũ ſunt nouẽ cõcluſiones. 5 Prima, ꝙ ſacerdos reſpectu inferiorũ habet ſpecialẽ veſtem. ſ. caſulam: qa miniſtrat ſacra omnia præter duo. ſ. cõfirmationẽ, & ordinem: & etiã illa ex cõmiſſione aliqñ Papæ. Per ſacra autem veſtis nuptialis induit: habent autẽ actus ſpeciales ſuper inferiores miniſtros, præter ſacrorum miniſtrationem: quia benedicunt populis, & gra diuina daĩ, & peccata delẽtur. 1. q. 1. Dictũ eſt. &. c. Ipſi. 6. q. 1. Sacerdos. Quãuis etiã benedicãt diaconi Cardinales: ſed hoc nullus archidiaconus præſumit. Et videt, ꝙ non ſolus ſacerdos curatus, ſed etiam ſimplex in Miſſa, & completorio poſſit benedicere: quia epiſcopus etiã non ſubditis dat ſuam benedictionẽ: & epiſcopus, qui nullum populum habet. Dico autem ſimplicem benedictionẽ in fine miſſæ: dato quòd dicãt, Sit nomen Domini &c. tenendo calicem, vel patinam, vel crucem, vel huiuſmodi, abſente epiſcopo. Nam ſi præſente epiſcopo celebrat in fine miſſæ, illi tanquã maiori deferre debet. Et illo volente benedicere ipſe ſuperſedeat. 21. diſt. Deniq;. Si autem ille nolit: ſed ſibi remittat, tunc ſecurè benedicat. 95. diſt. eccleſiæ. de cõſe. di. 1. Cùm ad celebrandas. & ità de conſuetudine obſeruatur: qa nec benedictionẽ menſæ, nec diaconi, vel prædicaturi, vel lecturi, facit ſimplex ſacerdos epiſcopo præſente, niſi illo annuente. 6 Secunda concluſio de veſtibus ſacris eſt, ꝙ veſtes ſacerdotales cum quibus ſchiſmatici celebrauerunt: non oportet propter hoc iterum benedici: ſicut nec altaria ſuper quæ celebrauerunt reconſecrari: nec ſepultos ab eis exhumari. de ſacramentis iterandis. c. A nobis. Sed eccleſiæ ab eis reconſecratæ eſſent conſecrandæ, & veſtes benedictæ iterum ſunt benedicendæ: licet ordinati ab eis non ſunt iterum reordinandi: nec baptizati rebaptizandi: quia iſta ſunt duo ſacramenta, ſuper quæ eccleſia non poteſt dare poteſtatem ad libitum, vel auferre: ſicut ſuper ſacramentalia, quæ ſunt ex eccleſiæ inſtitutione. 7 Tertia concluſio eſt, ꝙ veſtes ſemel ſacratę non debent conuerti ad vſus laicos, vel prophanos. Et hoc non ſolũ verum eſt de veſtibus miniſtrorum: ſed etiam de omnibus ad Dei cultum pertinentibus: vnde monaſterium, eccleſia, & etiam hoſpitale authoritate epiſcopi fundatum, vel ædificatum: licet nondum conſecratũ non debet ex tũc reuerti ad ſæculare habitaculum. 19. q. 3. Quæ ſemel. & c. quoniam. 17. q. vlt. Quæſti. de reli. do. c. Ad hoc. Item nec pallæ, quibus altaria cooperiuntur: corporalia, quibus Domini corpus inuoluitur: vela, cortinæ eccleſiæ, & altaris: panni. ſ. qui ante altare, vel ſuper circũcirca extenduntur, & in Quadrageſima de pariete ad parietem extenduntur: & qui ad parietes eccleſiæ pendent: ſed vetuſtate conſumpta debent comburi, & cineres retrudi infra eccleſiam in aliquo loco tuto, & honeſto, nè pedibus cõculcent. Similiter ligna eccleſiæ non debent poni in coquina, vel vineis paſtinãdis: poſſunt tñ poni in alia eccleſia, vel capitulo, aut dormitorio, vel refectorio fratrũ, quæ oĩa loca ſacra reputant. de conſecra. diſt. 1. c. Ligna. cũ gloſ. Et ſimiliter intelligitur de lapidibus eccleſiæ deſtructæ. Ex quo etiã videt, ꝙ tũbæ deſtructæ, & fractæ pñt poni in ædificiis religioſorũ, quãuis factæ fuerint religioſæ: dum tñ ꝙ per amotionẽ earũ nõ delea tur memoria defunctorũ, ſed fiat noua tũba: vel ponat epitaphiũ in pariete, qñ iam tũba ſic eſt deſtructa, ꝙ nec litera apparet, nec intereſt defuncti eam non amoueri, nec etiam amicorũ. Vnde in Tripertita hiſtoria legitur: ꝙ quidã ioculator emerat ſacras veſtes, & cũ ipſis i theatro ludens ſubito mortuus fuit. de his habẽt. de cõſe. diſt. 1. c. Altaris. c. Nemo. c. In ſcan. c. ad nuptiarum. Propter hoc Balthaſar vita, & regno priuatus eſt: quia vaſa ſacra in conuiuio ꝓphanauit: Da. 5. 8 Quarta cõcluſio, ꝙ corporalia non ſunt abluenda per laicos, nec per mulieres, nec moniales de iure. 23. diſt. c. Vaſa. &. c. ſacratas. vbi dicit, ꝙ nec pallas, nec vaſa ſacra, nec corporalia debent contingere. Et ſi ex deuotione hoc faciant, præſumptuoſa, & indiſcreta eſt, ſicut Oza, qui tetigit Arcam: vn de nec prætextu pietatis mortui ſunt ſacris veſtibus induendi. Quòd autẽ ſacerdotes epiſcopi ſic induti ſepeliuntur: põt dici, ꝙ non debent illæ veſtes eſſe benedictę: vel ſi ſunt, cõſuetudo excuſat: & ſimiliter moniales, quę corporalia lauant. Scuta autẽ mortuorũ in eccleſia appenſa, pro neceſſitate eccleſiæ milites tollere poſſunt: ſicut Dauid gladiũ Goliæ. 1. Reg. 21. 9 Quinta concluſio eſt, ꝙ cum veſtes ſacræ rumpuntur, poſſunt refici, & filum non ſacratum, & pannus non benedictus poſſunt imponi, quãdiu remanet forma veſtis ſacrę. Non oportet autẽ benedici: licet per partes pluries reficiãt, aliàs ſic: de conſe. eccle. c. Quòd in dubiis. in gloſ. Dico autẽ formam mutari, qñ tanta pars eſt amota, ꝙ non liceret ſine illa celebrare: puta medietas, vel tota manica albę: & tũc tutũ eſt, ꝙ ſuperſuatur pars noua, antequã abſcindatur pars vetuſta, & ſic ſemper remanebit forma: quando autem ſunt duplicata tẽpore benedictionis, manipulus, ſtola, caſula, ſi poſtea diuidantur, vtraq; pars remanet bene dicta: qa etiã multæ ſtolæ, manipuli, & caſulæ vnica benedictione conſecrantur. 10 Sexta concluſio eſt, ꝙ cùm ſenarius numerus ſit perfectus, ſacerdos, qui habet ordinem perfectum, habet ſex veſtes neceſſarias ad celebrandum quo ad neceſſitatẽ præcepti, ſcilicet, albam, cingulum, amittum, manipulum, ſtolam, & caſulam. Sunt autem. 3. omnibus communes materialiter non formaliter. Non enim neceſſe eſt diaconum vti veſte benedicta: puta albam ſicut ſacerdotem: cùm etiam in maximis ſolennitatibus omninò ſine alba, cum manipulo, & ſtola, & ſuperpellicio coram epiſcopis celebrantibus, in Pontificalibus dicatur Euangelium ſolenniter. Si autẽ alba non eſt de neceſſitate præcepti, multominus alba benedicta. Et ſi non oportet hæc in diacono, multominus in inferioribus. Sacerdos autem ſicut non debet celebrare niſi in calice, & altari ſacratis, ſic nec niſi in veſtibus ſacris. 11 Septima concluſio eſt, in ſpeciali de manipulo, quæ tamen nullus inferior ſubdiacono portare debet: ſicut nec veſtem propriã cuicunq; ordini ſacro: modo quo illi eſt propria. Nam tunicam licet non ſubdiacono portare: quia non eſt ei propria, ſicut manipulus. 12 Octaua concluſio eſt de ſtola, quæ & orarium dicitur. 23. diſtinct. Eccleſiaſtica. qua nulli inferiori diacono vti licet. 23. diſtinct. cap. miniſterium. & cap. ſe. nec ſacerdos euchariſtiam infirmis portare: niſi ſtola in pectore in modum crucis circunſeptus ſit, vt ibidem dicitur. Hanc autẽ diaconus in ſiniſtro humero geſtare debet. 25. diſtin. vnum. In epiſcopo autem, & ſacerdote ſtola vtrunque humerum ambire debet, pectus in modum crucis cingẽdo, ad deſignandum crucifixum. diſt. 23. c. eccleſiaſtica. ſine qua qui celebrat, vel qui Euangelium ſolenniter legit, grauiter excedit, & excõmunicari præcipitur, vt ibi dicit. Hac etiam in omni oratione ſolenni,

De veſtibus ſacerdotũ.

Nota.

Sac. 6. habet veſtes in miſſa.

Inferior ſubdiacono nõ vtatur ſtola.

& sacramentorũ exhibitione vti debet sacerdos, & episcopus, conferendo primã tonsuram, sicut habet consuetudo ecclesiastica, quę est in his omnibus æmulanda.

Casula solꝰ sa. vtitur.

13 Nona conclusio est, de casula, qua nullus inferior sacerdote vti debet: nisi sicut consuetudo habet, ꝙ diaconus explicatam, & implicatam postpositã portat in ministerio. Hac autem vti non debet sacerdos, nisi in missa: sicut nec Archiepiscopus pallio. Item sine hac nulla necesitate celebrare debet. 14 Secundus articulus est de Pontificalibus vestimentis. Et primò in generali. Secundò, in speciali de numero. 9. vestiũ. 15 Circa primum sciendũ, quòd inter vestes Pontificales baculus abbatibus conceditur, non autẽ annulus in quarto digito ꝓ medico ferre debet secundũ Hosti. in signum amoris: quia ad illum ex corde vena procedit: ex priuilegio autem exempti abbates, & mitram, & annulũ, & chirothecas deferunt. Mitras autẽ multi alij etiam, vt omnes cardinales: & quidam canonici ex priuilegio speciali. Super simplices sacerdotes, decanos, archidiaconos, & archipresbyteros, & abbates habent episcopi, & Pontifices, qui & summi sacerdotes dicunt: sicut Papa summus pontifex. Primò, ordinũ collationẽ. Secundò, confirmationem: licet ex commissione Papæ simplex sacerdos possit confirmare: & maiores ordines cõferre. Tertiò dedicare, vel consecrare ecclesias, altare, vasa sacra, cœmeteriũ, & reconciliare. Quartò, consecrat oleũ ad infirmos: oleũ sanctũ. i. ad catechumenos, & ad manus sacerdotũ, & Põtificum, & chrisma, quod in die cœnę faciendũ est. Quintò, benedicere sacras vestes, albam, casulam, & talia, & coronam, de quibus suprà. Sextò, benedicere moniales: non nisi virgines, quæ etiã post benedictionẽ corruptæ exercere non debent actus virginũ consecratarũ: quamuis possit cum eis dispensari per epos, si sint corruptæ occultæ per naturam, vel contra naturam, vt consecrẽtur, vel consecratæ ministrent. Et de ministerio verũ est: sed de consecratione dicendũ, ꝙ nec Papa posset facere, ꝙ licitè, sub forma alia benedicerentur: quia mendacium esset in sacramentalibus, quod est valdè perniciosum: sed ad hoc valet eius dispensatio: vt possint cõsecrari forma mutata secundũ Thom. Septimo, synodum conuocare, quod bis in anno faciendũ est. di. 18. in Decretis. Octauò, solennẽ pniam iniungere, vel recõciliare abbatem: quod tamen simplici sacerdoti cõmittere potest. Nonò, parochias vnire, vel diuidere. Sicut ergò episcopus habet nouem specialia opa, sic habet nouem speciales vestes, quæ sunt caligæ, sandalia, succinctoriũ, tunica, dalmatica, mitra, chirothecæ, annulus, & baculus. Per caligas significatur rectitudo gressuum: vnde Petro ab angelo directo re dictum est, Calcia te caligas tuas. Per sandalia, quę pedes tegunt, contemptus terrenorũ, vel ministeriũ incarnationis, vel sandalia sunt affectio casta: vnde Innocẽt. dicit, ꝙ Pontifex noster pro fœminalibꝰ habet sandalia. Per succinctoriũ, quo stola ligatur cum alba, amor honestatis. Stola enim super humerũ signat onus Christi, qua ligatur cum alba: quia onus laboris habet honestatẽ colligatam, sicut otiositas habet luxuriam annexam: vnde pro baltheo habet cingulum, vel succinctoriũ. Per tunicam perseuerantia, quam habet loco poderis, quæ veniebat vsque ad pedes, quæ est talaris tunica, quæ est actio consummata secundũ Grego. vsq; ad finem vitæ. Per dalmaticã largitas in operibus misericordiæ, quæ olim fuit tantæ celebritatis, ꝙ nec diaconis, nec episcopis sine concessione Papæ vti licebat. 23. distin. communis. Sed licet modò sine alia concessione simplices diaconi, vtantur: debent tamen ipsis vti in solennitatibus. 86. distin. De ieiunio. Sed solennitas intelligitur non solùm festi: sed etiam officij: vnde & in missis de mortuis vtẽtes sal-

Vestimenta Pontificũ, & ꝙ priuilegia eorum.

comedere pluries in die non est de se illicitũ, sed ex prohibitione iuris quo ad dies ieiuniorũ: sed nõ peccat tũc comedens pluries in die, nisi peccato solius inobedientiæ. ergò &c. Similiter quartò, mẽtiri iocosè est pctũ veniale: si autẽ additur præceptũ prælati, nisi quis mentiatur: tunc mẽtiẽdo non addit̃ simplici mendacio, nisi peccatũ solius inobedientiæ:& sic est omnibus, ꝙ ꝓhibitio hominis, vel iuris nõ addit, nisi pctũ simplicis inobedientiæ. 10 Secũdò, colorant istã distinctionẽ, dicẽtes, ꝙ qa ista distinctio ponit̃ in iure: ideò nè totaliter videatur reprobari, dictũ Iuristarũ põt exponi sic: ꝙ illud, qd' non est symoniacũ de se, est symoniacũ ex prohibitione, non quo ad culpã, qa ibi non põt esse culpa symonię: sed inobedientiæ, vt dictũ est: sed quo ad pœnã: quia faciẽs contra talem prohibitionẽ iuris, simili pœna punitur, ac si esset verè symoniacus. Cõtingit autẽ quandoq; pctã illa simili nomine censeri, quæ simili pœna puniunt. Et hoc modo dicit̃ aliquid symoniacũ, qa prohibitũ: sicut permutatio beneficiorũ, quę fit sine authoritate superioris, non est de se symoniaca. Posset enim qs licitè permutare canonicatũ suum in canonicatũ alterius, si hoc faceret ea intẽtione: vt proficeret magis in ecclesia alia, q̃ in ea, quã habet: nisi prohibitio iuris esset in contrariũ, propter quã hoc iudicaret symoniacũ: nisi fiat authoritate superioris, cuius est iudicare, nè quis transeat de ecclesia ad ecclesiã cupiditate maioris lucri, & non animo magis ꝓficiendi. 11 Quantũ ad tertiũ de his inquisitiuè posset dici, ad primã rationẽ improbantẽ distinctionem Iuristarũ, ꝙ prohibitio benè cõstituit aliud pctũ, quàm inobediẽtiæ: qa in omni virtute mediũ coniectat̃ ratio: non solũ ex his, q̃ per se incidũt: sed etiã quę ꝑ accidens: vnde qñ hõ comedit cibũ vetitũ, non solũ fuit ibi pctũ inobediẽtiæ, sed etiã pctũ gulæ: qa licet nõ excederet in passionibus gulæ secundũ se: tñ per accidẽs excesit. Recta enim ratio dictat abstinere à cibo, non solũ quantũ sanitas corporis,& bona dispositio per se requirit, sed etiam per accidẽs. Si quis enim fornicaret metu mortis, aliàs nõ fornicaturus amore voluptatis: non solũ peccaret pctõ timiditatis ꝙ̃ oppositio fortitudini, sed etiã pctõ intemperãtiæ. Et similiter in ꝓposito, multũ esset gulosus, qui vellet comedere, vbi ꝓpter comestionẽ frãgeret ieiuniũ sub præcepto. 12 Contra secundã rationẽ videt̃: ꝙ licet ꝓhibitio iuris non mutat naturas secundũ rem, mutat tñ secundũ rationẽ: qa aliqua dicunt̃ spũalia ex sola iuris vel hoĩs ordinatione: sicut oĩa, q̃ ex cõsecratione ecclesiastica dicunt̃ sacra, vt calices,& talia. Quicquid aũt non habet sanctitatẽ, nec spũalitatẽ, nisi ex statuto ecclesiæ põt per Papã fieri nõ sctm̃, nec spũale:& sic sine symonia poterit emi, vel vendi, amota illa spiritualitate. 13 Ad tertiũ dicendũ, ꝙ si homo die ieiuniorũ bis comedat, nõ solũ peccat pctõ inobediẽtiæ, quãuis aliàs comedat sobriè: sed etiã pctõ intẽperãtiæ siue gulæ: qa sobrietas attẽdit mediũ, nõ solũ pẽsatis circunstãtiis, quæ semper cõcurrũt: sed etiã prout tũc accedũt quãdo agendum est. 14 Ad quartũ, de mẽdacio iocoso dici põt, ꝙ præcepto addito nõ solũ est pctm̃ inobediẽtiæ, sed pctm̃ linguæ. Aliqñ enim est duplex deformitas in pctõ: sed vna non est nisi alia supposita: sicut accipere rẽ alienam in ecclesia est duplex pctm̃. ſ. furti,& sacrilegij: & tñ nisi esset furtũ, nõ esset sacrilegiũ: qa accipere rem suã in ecclesia, nullũ est pctm̃. Ità & vbi loqui nullũ esset pctm̃: si sit ꝓhibitũ, nõ solũ est pctm̃ inobediẽtiæ: sed etiã liguæ, licet nõ sit linguæ, nisi suppositа inobediẽtia. 15 De expositione, ꝙ symoniaca: qa prohibita dicũtur aliqua quo ad pœnã non culpã. Dicendũ, ꝙ nõ esset prohibitũ emi, vel vẽdi ex hoc fit symoniacũ, sicut res ecclesiæ prohibent̃ vendi. Nec ꝓpter hoc earũ venditio est symonia, nec positiua, nec diuina: sed illa, quæ prohibent̃ vendi, vel emi à iure: qa iuris reputatione, & ordinatione ꝓ sacris, & spũalibus haberi debẽt: quæ de iure diuino non erant, illa dicunt̃ symoniaca, quia prohibita. Et sunt symoniaca non solũ quo ad pœnã sed etiã quo ad culpã. Exemplũ de permutatione beneficiorũ deficit: qa si nun quã esset prohibitũ à iure: tñ nec debet, nec põt fieri sine authoritate superioris: qa dato, ꝙ quilibet posit suo beneficio resignare, nõ tñ vnus alium instituere. Et dato, ꝙ fiat authoritate superioris: si tñ fiat ex pacto, est symonia, non solũ symonia quo ad pœnã: sed etiã quo ad culpam: quia hoc est permutare spũale pro spũali,& tẽpora le pro spirituali, qa ius Canoniæ est spirituale: & mirũ est quomodò permutatio est minus de se symoniaca, q̃ vẽditio: qa ius eligendi episcopũ, officiandi ecclesiã: qd' non habet per collationẽ, habet per ꝑmutationẽ: cũ in permutatione sit vera collatio,& plus, quia in permutatione est duplex ius: sed in collatione nõ est nisi vnum. 16 Quantũ ad tertium, primò ponitur opinio Iuristarum cum suis motiuis. Secundò, ponetur impugnatio quorundã probabilis,& inquiret̃ de ipsa. Tertiò, respondebitur ad rationes Iuristarũ,& ad principale. Quantũ ad primũ dicunt Iuristę suppositа distinctione sua: ꝙ Papa peccaret pctõ symoniæ in omnibus, quæ essent de se symoniaca, in aliis autẽ non. Vendere autẽ simplicẽ canonicatũ non est symoniacũ, nisi qa prohibitũ, vt in eãdem glos. dicitur: propter quod, qui non ligatur aliqua prohibitione iuris positiui, non cõmittit vitiũ symoniæ in hoc casu, etiã quo ad culpã. Et probatur hæc positio quatuor rationibus, quarum vltima est in arguendo. 17 Prima ratio talis est, qa quod non est symoniacum de se, sed solũ ex iuris prohibitione: nõ ligat Papam, nec inferiores, cùm quibus Papa dispẽsat, sed conferre simplicem canonicatũ, cui nõ est annexa cura animarũ, nec sacer ordo non est de se symoniacũ: sed solũ ex prohibitione iuris ergò &c. Maior patet, qa statuta Canonum non ligant Papã, nec illũ cum quo Papa dispẽsat: sicut nec leges Imperatorem. Probatur hoc. ff. de le. l. Princeps. 9. q. 3. c. Cuncta. Minor probat̃. Primo per Host. qui hoc dicit expressè. extrà de symonia super. c. vlt. Item probatur per rationẽ, qa non videt̃, ꝙ aliquid sit de se symoniacũ, nisi emptio, vel venditio sacrorum: vt patet per illud, qd' habetur Actu. 8. Vnde radix symoniæ processisse videt̃. Symon enim à quo symonia dicta est: voluit ꝓ pecunia gratiã conferẽdi Spiritũ sanctũ, quem videbat visibiliter dari in sacro confirmationis per impositionẽ manũ apostolorũ, sed i simplici canonicatu, vel beneficio sine cura animarũ, & sacro, & ordine, nulla est obligatio ad susceptionẽ, vel administrationẽ sacri: ergò vendere vel emere tale beneficiũ, nõ est de se symoniacũ. 18 Secũda ratio est, qa qñ spũale, & corporale sunt annexa licitum est ex vẽditione tẽporalis transferri spũale, si non augeat̃ pretiũ: vt patet de iure patronatus: ꝙ trãsit villa vẽdita, vt habet extrà de iure patronatus. c. 9. In oculũ. Sed in simplici canonicatu sunt annexa spũalia cum tẽporalibus. ſ. officiũ cum præbenda. ergo cùm præbenda possit vẽdi, videt̃, ꝙ cum ea trãsire possit canonicatus licitè: dũmodò nõ vendat̃ plus præbẽda propter canonicatus. 19 Tertia ratio est, qa non minus spũalia sunt antecedẽtia sacra, q̃ cõsequẽtia: sed antecedẽtia ad sacra vt vasa sacra põt licitè vẽdi: dũmodo nõ plus vendant̃ ratione cõsecratiõis, vt patebit. ergò qd' cunq; beneficiũ ecclesiasticũ cũ sit cõsequẽs ad sacrm, vel natũ cõseq: põt licitè vẽdi: dũmodò non plus vendat̃ ratione spũalitatis. Confirmat̃, qa spũale purè nullo modo licitũ est vendere, tẽporale verò oĩnò põt vẽdi: ergò qd' est partim spũale,& partim tẽpale, vt canonicat' cũ prębẽda, aliquo mõ

Palliatio opi. Iuristarum per Duran. facta.

Doc. examinat Dur. Ad. 1. Dur.

Ad. 2.

Ad. 3.

Ad. 4.

De palliatione &c.

De permutatione beneficiorum.

3. Art.

Opi. Iurist. vbi sup. secũdum quã Papę licet vendere canonicatum.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Confirm.

Ratio.4. Dur.vbi.su prà.

potest vendi. 20 Quarta ratio tacta est in principio quæstionis arguēdo. 21 Quātū ad secundū ꝓbant quidam subtiliter cōtrariū huius rationibꝫ tribus: quarum

Ratio.1.

prima talis est: Magis spūalis est authoritas officiādi ecclesiam, q̄ authoritas docendi quancūq; humanā scientiā:sed authoritas, siue scientia docēdi nō pōt sine pctō vēdi,vt habeꝫ extrà.Ne pro licētia aliqd exigatur: quasi per totū: ergò fortiori ratione authoritas officiādi ecclesiam nullo modo licitè pōt vendi: sed in simplici canonicatu est authoritas officiādi ecclesiā.ergò &c. 22 Secunda ratio talis est: qa venditio beneficij est prohibita iure diuino,& Euāgelio:vt Matth.10. Non quidē in se, sed in suo simili.Non enim minus est spūalis authoritas eligēdi eꝑm,& officiādi ecclesiā, quā authoritas prædicandi: sed in simplici canonicatu est authoritas eligēdi eꝑm,& officiādi ecclesiā:cùm ergò prædicatio prohibea tur vēdi:ergò & authoritas eligēdi eꝑm, & officiandi ecclesiam,quæ est in simplici canonicatu. 23 Tertia ratio est, qa conferre pro pecunia canonicatū est pctū symoniæ,siue symoniacū de se, & non solū ex iuris ꝓhibitione, quod patet sic : In simplici canonicatu sunt duo

Ratio.2.

Ratio. 3.

.s.officiū,ad quod aliquis mancipatur:& beneficiū tēporale,quod malè perficit:beneficiū enim datur ꝓpter officium ad sustentationē ministri. Illud autē beneficium nō est aliud,q̄ quoddā emolumentū tēporale,à fundatoribus ecclesiarū,& aliis deuotis personis pro loco,& officio,pro sustētatione ministri,qui debet in loco officiare. Instituere autē ministrum pro tali officio, & pro tali loco pertinet ad prælatū: cuius est iudicare de idoneitate ministri:sed ꝙ institutus recipiat beneficiū nō est ex dono prælati,qui nihil iuris habet i beneficio,quo ad hoc, sed ex dono fundatoris , q̄ tale beneficiū dedit ministro seruituro in tali loco,& in tali officio. Ex hoc satis innuitur in authentica,de sanctissimis epis, & clericis.c. Si qs oratorij domum. col.9. vbi expressè dicitur,ꝙ fundatores ecclesiarū debent expēsas ministrare clericis:sed clerici debent institui per eꝑm, & instituti debent obsecundare. i. obedire, & subseruire suis clericis , & adimplere ministeriū ecclesiasticum.Ex quo sic arguit: Dare spūale pro tēporali est symoniacū, & cōtra ius naturale,& diuinū,vt patebit:sed vendere canonicatū est spūale dare ꝓ tēporali:ergò est de se symoniacū, & cōtra ius naturale,& diuinū:& sic nullus pōt excusari à pctō.ergò &c. Minor patet ex dictis:quia prælatus non dat aliquod beneficium:nisi quia instituit ministrum loco,& officio:institutio autē ministri ad diuinū officium est purè spūalis,prout nunc loquimur de spūali,quod de facto vendi pōt.ergo &c. 24 Inquisitiuè autē loquendo, quod dicunt,ꝙ vēditio simplicis beneficij est de symonia, & prohibita iure diuino. Verū est,vt sic:sed primordialis causa est ex iure positiuo humano. Non enim est prohibita iure diuino, nec symoniaca:qa est de re spūali, sed ꝙ sit res spūalis:imò etiā ꝙ sit id,quod est,habet ab institutione hominis. Cùm enim nō sit sacrm,est ab homine inuētum:vnde potest dici symoniaca,quia prohibita.i. quia non est prohibita,nisi secundū illud, ꝙ est à iure institta:licet ꝓsupposita institutione sit à Deo ꝓhibita.Ex quo videt,ꝙ sicut Papa licitè pōt vēdere calicē consecratum: quia de licētia eius vendit:& si non ratione consecrationis,saltē ratione materiæ:sic & à Papa, & de licentia Papæ pōt vendi beneficiū:& si non ratione officij,quod est spūale,tñ ratione beneficij tēporalis:quia sicut in calice est spirituale deputatio ad altare ex institutiōe ecclesiæ consecrantis, & temporale ex artifice fabricante : sic in canonicatu est spūale ius officiandi, eligendi, & hmōi: quod est ex institutione ecclesiæ sic ordinātis: & tēporale:ipsa tēporalia à fundatoribus applicata: vnde videntur ad paria iudicāda, sed opinio eius tutior est,& verior,sicut credo. 25 Quia ad hoc,ꝙ aliquid sit spirituale sic,ꝙ de se sit symoniacū vēdere illud, sufficit,ꝙ sit in se spūale,spūalitate,quæ est relatio rationis:nec oportet ꝙ sit in eo spūalitas,quæ sit ens reale naturale,vel super naturale,sicut vendere calicē consecratū ratione consecrationis,quæ in eo nihil reale ponit, est de se symoniacum:sicut olim erat symoniacū vendere sacerdotiū: qd' tū tunc nullū charactērē imprimebat:sed puram relationem rationis.Vnde dicit. Aug.ꝙ ignis sacrificij,qui per 7. annos Babylonicæ captiuitatis sub aquis vixerat, extinctus est, Antiocho vendente sacerdotium Iasonis. Ex quo sic arguitur, ꝙ non ideò vendere sacerdotiū erat symonia: quia sacerdotiū erat à Deo institutū: quia tunc vendere omne ens esset symoniacum,cùm omne ens sit à Deo institutū,& creatū:sed quia sacerdotiū à quocunq; sit institutū, ad Dei cultum institutū est:& ex hoc habet spūalitatē: quæ tūc non erat nisi relatio rationis: ità cū ergò nunc per omne beneficiū ecclesiasticū homo ordinetur ad diuinū cultū,& seruitiū, etiā si nō teneret officiare ecclesiam ipsum ius canoniæ est spūale ex ordine ad Dei cultū: licet in se non habeat rem spūalē. Ad hoc autē,ꝙ aliquid sit de se symoniacū,nō oportet,ꝙ habeat cām spūalem diuinā:sed ꝙ in se sit tale formaliter. Siue enim Papa feciſſet calicē,non esset propter hoc plus consecratus, quā si faber, cùm formaliter sua spūalitas sit ex consecratione: vnde hmōi, quæ sunt ex statuto ecclesiæ diuino cultui annexa,sunt ex se formaliter spūalia:licet effectiuè per ecclesiā. Sicut ergò olim erat de se symonia cum vēdere sacerdotiū, quo homo ordinabatur ad Dei cultū in cerimoniis:sic nunc est symoniacū vēdere canonicatū,quo quis ordinat ad Dei cultum in ecclesiasticis officiis. 26 Ad argumentū de calice dicendū, ꝙ non est simile: qa qñ calix vendit sola materia corporalis nō spūalitas rationis vendit. Sed qñ canonicatus vendit: non vendit ipse reditus, qui à laico separatim vendi potest,sed ius percipiendi nō quodcūq;,sed illud idē ius officiādi in spūalibus:qa sicut est vnus character sacerdotij potestas cōficiēdi,& absoluēdi:sic est vnus canonicatus ius officiādi,& percipiēdi officio debitū. Vnde sicut Papa non pōt licitè vēdere cōsecrationē alicui⁹ calicis: sic nec canonicatū. 27 Quantū ad tertiū dicendū est ad primū argumentū secundū quosdā per interēptionē minoris: ad qd' dicit Hosti. non est necessariū sequi nisi qui voluerit:quod autē subdit,ꝙ in scriptura sacra non inuenit esse aliquid damnatū, vt symoniacū,nisi venditio sacrorum,& operatio miraculorū,falsum est:vt patet in Mat.& Ioan. & ideò prohibent vendi oēs actus spūales,ad quorū aliquē simplex canonicus deputat In.l.cūm ve.reprobat,ꝙ aliquis fieret minister per pecuniā, vt habetur. 3.Reg. 13.ꝙ qui volebat,implebat manum,& fiebat sacerdos. 28 Sed contra istam solutionē sunt tria. Primò cūm diceret,ꝙ benè verū est,ꝙ erat olim symoniacum,ꝙ quis fieret minister tēpli pro pecunia: qa institutio ministrorū ecclesiæ erat de iure diuino, & sanctificatio sacerdotū,& leuitarū: ꝙ is distinctio, & ordinatio fuerit facta à Dauid: sed institutio canonicorū nō est de iure diuino,sicut ordinū,& sacrorū. Sed'ò,deficiunt: qa autoritas,quā allegāt, loquit de ministro tēpli idolorū,vbi nihil sanctū,sed totū ꝓphanū:nec id dicit, ꝙ esset symoniacū.s.vt apparet nō sctm tēplū. Tertiò, ad authoritatē Gratis accepistis,gratis date:posset dici de his,quę à Deo accipiunt:non ab homīe,vt sunt canonicatus simplices. Sed ad primam instantiam , & ad vltimam iam solutum est: quia spirituali formali accedit causa spiritualis, vel diuina,ad hoc,ꝙ eius venditio sit symoniaca,cùm deputari ad diuinum cultum sit spirituale : sicut & ipse cultus à

Doct. inquirit de veritate opi. Dur.

Nota qūò venditio beneficij simplicis sit prohibita iure diuino,& qūo non.

Opi. Duran. rior q̄ etiā Tho. 2.2.q. 100.arti.4. Nota.

Sacerdotiū in lege veteri non erat nisi relatio rationis.

Ad. 1. argu. iurisd. Dura prà.

Cōtra. Dur.

tus à quocunq; fiat hīc deputatio: dum tamen ad illum pertineat potestate à Deo deriuata , sic deputare symoniacum est de se illam deputationē vendere. 29 Ad

Ad. 2. Dur.

secundum dicunt quidam, ꝙ non est simile de iure patronatus,& collatione beneficiorum: quia ius patronatus,trāsit vēdita villa,vel castro, & non vēditur directè, & primo:qa sup ipsum non cadit vēditio,sed sup villam vel castrum,nec debet vendi,nec emi cariùs propter ius patronatus annexum,alioquin esset symonia. Sed si venderetur beneficium ecclesiasticum, venditio caderet directè super illud,quod est spūale:quia prælatus non habet aliter beneficiū conferre: nisi quia habet instituere ministrum ad officium: & ideò quid venderet, hoc primo venderet, & ratione huius quodcunq; aliud annexū temporale,& sic caderet venditio directè super illud,qd' esset spūale,quod non posset esse sine vitio symoniæ.

Verior solutio Doct.

30 Sed ista solutio non videt bona,quia prælatus non solū habet ius spūale conferre,imò & tēporale. Confert enim statim Papa Canoniam, quæ est ius spūale: & confert sibi primā præbendā vacaturam, quæ est beneficiū temporale. Vnde posset dicere : Ego confero tibi gratis canoniā:sed si cum hoc velis habēre præbendā,dabis mihi tantum: cùm etiā dimidius canonicus quo ad ius spirituale, est integer canonicus. ergò si Papa faceret eum canonicum integrū pro pecunia , vēditio caderet super purè corporale. Pōt ergò aliter dici.s. ꝙ accessoriū sequitur principale,& non econuerso:vnde quando principale est de se corporale:tunc super ipsum cadit venditio,& spirituale gratis consequitur , & sic est in iure patronatus,qñ autē est econuerso,sicut in beneficio, in quo spirituale est principale:tunc sicut ipsum debet gratis cōcedi,& non vēdi,sic nec accessoriū,& de iure diuino est, ꝙ qui altari seruit, de altari viuat: vnde cōtra ius diuinū esset,si id, quod pro officio debet habere non daret sibi, nisi pro pecunia. Si autem de facto prælatus sic diuisim ageret,dicens:Do tibi gratis canoniā,& vendo tibi præbendam,& iniustè quidem ageret,quia semel datū venderet.Dādo enim canonicatū,dat ꝓ consequēs præbendā:sed nihilomin⁹ cōmitteret symoniā:qa nō vēdit fructus ipsos:sed ius percipiēdi illos fruct⁹: ipsum autē ius est spūale per essentiā:qa est illud idē re,quod canonia: sicut eīm est potestas sacerdotis ad duos actus: sic est idē ius canoniæ,quo habet spūalia:sicut locū in.c.& statum in choro, & quo habet tēporalia. 31 Ad tertiū dicūt quidā,ꝙ antecedētia ad sacrm,vt vasa sacra possunt vendi licitè: dummodo non plus vendātur ratione cōsecrationis:qa sup illud,quod est corporale cadit directè venditio:sed officiū consequēs ad sacrm est secundū se spūale,& ideò vendi non potest, nec ratione tēporalis annexi beneficiū consequentis:cùm non transferat nisi priùs translato officio:propter quod etiā venditio caderet super officium,quod est spūale. Per hoc patet ad sequentē cōfirmationē: quia qñ aliqd est partim corporale,& partim spūale,pōt aliquo modo vēdi ratione corporalis,qñ vendens directè , & per se pōt illud corporale in alterū transferre,& nō mediatè spirituali,quod non est in proposito. 32 Ad quartum , quod fuit factum in principio quæstionis dicendum,quòd Imperator vendens magistratum,licet nō peccet in legem Iuliam ambitus,peccat tñ in legem naturalē, cui subiicitur. Similiter Papa si vendat quodcunq; officiū ecclesiasticū, licet non peccet in legem canonicā,cui non subiicitur, peccat tamen in legem diuinam. 33 Sed ꝙ isti dicunt Imperatorem vendendo magistratum,peccare in legem diuinam non videtur per se: quia illa potestas est tēporalis, & propter vtilitatem reipu.posset statui, ꝙ præpositurę venderentur,sicut alicubi fit: dum tamen caueretur, ꝙ mala indè non sequerētur,sicut fit: propter quod est malum per accidens,sed non symoniacum,vt dicit Thomas in epistola ad Ducissam Brabantiæ.

Imperator licitè pōt vendere magistratū sęcularē. btūs Th. opuſ.21.

❧ QVAESTIO QVINTA.

De quidditate simoniæ, & eius speciebus.

Thom.2.2.q.100.

QVAERITVR quintò,vtrum symonia mentalis obliget ad resignationē beneficij per eam obtenti? Et videtur ꝙ sic: qa maius est pctm symoniæ, q̄ vsuræ: sed vsura sine pacto ex institutione debet restitui.ergo &c. 2 Contrà,de symonia.cap.vlt.vbi dicit, ꝙ sufficit pœnitentia coram Deo,qñ non interuenit pactio. 3 Respondeo , hīc ad euidentiā de symonia tria videnda sunt in generali. Primò, quid sit, & quomodò puniatur,& quomodò in ea dispēsetur. Secundò,in quibus materialiter , & obiectiuè habeat locum symonia. Tertiò, quibus modis, vel in mediis committatur quasi formaliter. 4 Quantū ad primum sunt tres conclusiones. Prima de quidditate ipsius , de qua dantur definitiones. Prima Iuristarum. Quòd symonia est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spūale,vel spūali annexum. Studiosa voluntas,quia si sine deliberatione à non intendentibus, & nullo modo volentibus fiat aliquid, ad symoniam aliàs pertinens, symonia non est. Voluntas quo ad Deum. Emendi, omnis non gratuitus contractus. i. permutatio, nisi authoritate eꝑi prohibetur.Et similiter transactio intrinseca, vel extrinseca, sed amicabilis compositio est permissa. Vel vendēdi, qui & Giezitæ, vel symoniaci. Aliquid spūale per essentiā, vel cām, vel spirituali annexum antecedēter, cōcomitāter, & cōsequenter. Symonia autē est crimen ecclesiasticum, propter tria , quibus distinguitur à ciuili, vel sæculari. Primò, penes materiā, vel obiectū:qa in Deū cōmissum est ecclesiasticū,vt hæresis: in proximū autē ciuile,vt homicidiū. Secūdò,penes cognitionē: qa eius cognitio ad iudicē ecclesiasticū pertinet. Tertiò , penes pœnam.C. de epi.& cle.Authē. Cleric.in glo.Vnde de omni debito personali,pro quo pōt agi ad pœnam ecclesiasticā: quia non soluēs debitū monitione præmissa pōt excōicari: vē posse agi corā iudice ecclesiastico:& similiter de terrena possessione,nō tū ꝓnunciabit esse hmōi:sed monebit restituī,& excōicabit nolentē, ꝓpter quæ tria symonia est ecclesiasticū crimen. Dicit autē symonia hæresis, ꝓpter similitudinē actus,vel quantū ad aliquos discipulos Symonis , qui vnà cū suo magistro credebāt donū Dei pecunia posideri. 5 Secūda definitio est Cātoris Parisiensis. Quòd symonia est spūalium acceptio,vel collatio non gratuita. Vbi aduertendū,ꝙ priuatio reducit ad genus habitus:vnde sicut est symonia,qñ datur pro aliquo eligēdo,ità qñ datur pro nō eligēdo: sic pro nō testificādo est symonia:sicut si dat pro testificādo,& sicut licet aduocato recipe pro aduocādo,sic ecōuerso ꝓ tacēdo, vt videtur:qa si oppositū in oppositō,& propositū in proposito. 6 Secūda cōclusio est de pœna, q̄ est triplex. Prima, ꝙ præter infamiā,& dispositionē est suspensio secundū distinctionē Tho . qa aut est symonia in ordine susceptō, aut in beneficio. Si in ordine,nō recipit excusationē:sed est ipso iure suspensus,quo ad se, & quo ad alios:siue sit occultū, siue manifestū,sicut & notori⁹ fornicator. extrà de symo. Tanta.& sic intelligit. 1.q.1.Reperiunt,& hoc, qa charactērē habet furtiuū. Si verò symoniacus est: qa cōtulit ordinē symoniacē,vel qa dedit,vel recipit beneficium

1.Art. Definitio symoniæ iurisd. data. in gl.1. q. 1.in ru.& ray. in sum.li.1.t.1

Symonia est crimē eccl'iasticū ꝓpter tria.

Pœna symoniacorū triplex secūdū s.Th.2.2.q. 100.ar. 6.& hīc.q.3. art. 1.q.3.

cium ſymoniacè, vel fuit mediator ſymoniacè: ſi eſt occultum, eſt ſuſpẽſus quo ad ſe tũ, ſicut & quilibet crimi noſus, non tũ quo ad alios. Si verò eſt manifeſtũ, eſt ſuſpenſus etiã quo ad alios: & hoc dicit Innoc. & per cõſequens irregularis. Nam qui indignus eſt habito, multo magis habendo. Et qui indignus eſt inferiore, indignus eſt ſuperiore. ff. de ſenatoribus. l. Qui indignus. Non autem videtur ſequi ſuſpẽſio, niſi proſymonia in beneficio vel ordine. Vnde in ſumma in glo. dicit, ꝙ non oĩis ſymonia irregularitatẽ generat: vt ſi quis vẽdat aquam benedictã, vel panem benedictũ. 7 Secunda pœna eſt reſtitutio, quæ ſemper facienda eſt eccleſię, in cuius iuriã datum, vel acceptũ eſt: puta ſi prębenda, parochia, vel ordine ab ẽpo eius, vel à iudice eius illi faciẽda eſt: niſi qñ omnes de eccleſia ſunt in culpa. Tunc enim pauperibus poteſt, & debet erogari. 8 Tertia pœna eſt renunciatio beneficij per ſymoniã obtenti etiã ignorãter, vt dicit in ſumma. e. tit. Pœnã. verſi. Item qui recipit niſi in tribus caſibus. Primus, ſi inimicus daret malitioſẽ. Secundus, ſi amicus me cõtradicente, vbi etiã non eſt quis ſymoniacus. extrà eo. Nobis. Tertius, qñ ſine pacto. extrà. eo. c. vlt. tacito, vel expreſſo. 9 Ad argumentũ autem factum in oppoſitũ dicendũ, ꝙ reſtitutio vſuræ eſt pœna iuris diuini, quod ponit actum interiorẽ, ſicut exteriorẽ: ſed reſignatio beneficij eſt pœna iuris humani, cum Papa, etiã quandoq; ẽpus poſſit in hoc diſpenſare. Ius autẽ humanum nõ punit actum interiorẽ. ff. de pœnis. l. Cogitationis pœnam nemo meretur. Vnde ſymonia mentalis, quæ eſt peccatũ interius, non obligat, ſicut pactionalis: quãuis nõ ſit ſymonia purè interior, quando ad exteriorẽ dationẽ eſt proceſſum, licet non ad pactionem. 10 Tertia concluſio eſt de diſpenſatione: quia Papa poteſt in omnibus, & per omnia diſpenſare. Epiſcopus etiam primo in omni ſymonia, aliter q̃ in ordine, & beneficio, vt dicitur in ſumma Ray. & in gloſſ. ſecundò, cùm ſymoniaco quo ignorante ſymonia contracta eſt: ità tñ ꝙ beneficio ſimplici vitioſẽ accepto renunciet: & ĩterum ſibi conferatur. Secùs autẽ ſi ſit dignitas, rectoria, vel cura, & non ſimplex beneficium tantũ ſine cura, vt dicitur etiã in ſumma. Tertiò, quantũ ad ſuſceptionem ordinum ritè ante ſuſceptorum, vt in eis miniſtret, & ꝙ beneficium anteà legitimè obtentum retineat: cùm aliàs ab omnibus ſit ſuſpenſus, & deponẽdus: vt ibidem etiam dicitur. Quartò, cum ordinante, promouente, & rogante ſine conditione, & pacto, vt ibidẽ. Quintò, cum ĩtrante religionẽ: ſicut autem poteſt diſpenſare cum ſęcularibus, ſic & multo magis cum regularibus ſubditis. Nam de exemptis eſt dubiũ, quia nemo quem cõdemnare non põt abſoluere põt, ſed quia qd' in fauorẽ aliquorum eſt introductũ, non debet in eorum læſionem retorqueri: vt dicit. C. de legi. l. Quòd pro fauore. ideò videt, ꝙ poſſit cum eis diſpenſare. Et quidem certum eſt, ꝙ epiſcopus poteſt diſpenſare cum illis, qui non ſunt ipſo iure exempti: ſed ſolũ habent per priuilegium facultatem ſe eximendi, & forum declinandi per exceptionem: ſicut ſcholares, qui habent optionem de tribus: ſecundum illud. C. nè filius pro patre. authentica, habita ſuper hoc. vel ſicut illi, qui non habẽt, ꝙ poſſint excõmunicari, vel ſuſpendi ab ordinario: ſed de exẽptis ipſo iure, & in nullo ſubditis difficile eſt videre, qũd poſſit eos abſoluere, vel ligare, vel diſpenſare cum eis, vel indulgentias dare. Religioſi autẽ habentes priuilegium diſpẽſandi, niſi in caſibus, in quibus eſſet meritò ad ſedem Apoſtolicã recurrendũ, omnibus caſibus prædictis poſſunt diſpẽſare: quia pro caſu, quẽ ẽpus expedire põt, non de neceſsitate Papa adeundus eſt: qñ autẽ in prædictis caſibus ẽpus ſymoniæ conſcius eſt, non ipſe, ſed metropolitanus diſpenſare põt. 1. q. 5. extrà de cle. cõiu. diuerſis. ſi detur portario, vel alicui de familia, nõ vt ipſe roget de promouendo: ſed ſolũ, vt præſtet aditum, vel ingreſſum, non eſt ſymonia. Sextò, diſpẽſat ẽpus, quãdo ignorãtia iuris poſitiui cõtracta eſt: vt in illo, qui ꝓmiſit nihil petere à præſentante. Non enim ignorantia excuſat à ſymonia. extrà eo. Per tuas. ſed tũ excuſat, vt per epiſcopũ poſſit diſpenſari. Nec obſtat illud de ſen. excõm. Cum illorũ. quia qñ non poterat abſoluere ab excõmunicatione: tunc nec diſpenſare ſuper irregularitate ꝓpter eam ſciẽter, vel ignoranter cõtractam: aliàs etiã in caſu illo poſſet ꝓpter ignorantiã facti, vel iuris: ſicut etiã abbas diſpenſat ibidem ſuper irregularitate à monacho contracta, ignorantia iuris, vel facti, propter excõmunicationẽ, à qua ipſe poterat abſoluere: nõ propter aliã. Et ſic non plus põt abbas, quàm ẽps in diſpẽſando, niſi inquantũ plus habet in abſoluendo: quia ẽpus nõ niſi de leui iniectione: abbas ſic niſi de enormi, tũ iſte caſus dubius eſt: quia cum ſymoniaco in ordine ſymoniacè ſuſcepto non inuenitur ẽps diſpenſare: niſi qñ illo ignorante ab alio cõtracta eſt ſymonia. Si autẽ ab eo fortè ignorantia iuris non excuſat. Vel poteſt dici, ꝙ quãdo aliquis beneficiũ recipit per ſymoniã, contractã inter conferentem, & amicũ eius ipſo ignorante, ẽpus non poteſt diſpenſare, niſi ſit ſimplex beneficium de elec. c. penult. quia ibi fuit collatio vitioſa ex intentione cõferentis: ſed qñ neuter credebat cõmittere ſymoniã. ſ. nec dans, nec recipiens per errorẽ iuris, tunc eſt minus vitioſa collatio: vnde etiã ſi eſſent maiores ordines, vel dignitas, aut cura poteſt ẽps diſpenſare, ſi ipe non cõmiſit eam, vel ſuperior ſi ipſemet cõmiſit. 11 Secũdus articulus principalis eſt de obiecto, & materia ſymoniæ. Circa quem primò ponẽt opinio quorũdam probabilis. Secundò, arguẽt cõtra eam inquiſitiuè. Tertiò, epilogando recolligent aliquæ concluſiones.

Ad arg. ĩ op.

De diſpenſatione ſymoniacorum.

Nota.

Priuilegiũ iure ipſo exemptorum.

Quòd differẽter abbas, & ẽpi diſpenſant.

2. Art.

Dub. hic. q. 3

12 Quantũ ad primũ dicunt quidã, ꝙ aliquid põt dici ſpũale à Spũ increato, vel à ſpiritu creato. Si à Spũ increato hoc põt eſſe dupliciter: quia vel eſt ſpũale per eſſentiã, vt gratia, & dona Spũs ſcti, vel per attributionem, vt ſacra, quę ſunt ſpũalia per cãm, & ad hæc antecedẽtia cõcomitãtia, & cõſequẽtia ſpũalia per eſſentiã nullo modo vẽdi poſſunt, nec de iure, nec de facto: cuius ratio eſt, qa in omni vẽditione res vẽdita põt trãſferri à vendente in ementẽ, de iure, vel de facto: ſed gra, & dona ſpũalia non poſſunt ab vno trãſferri in aliũ, nec de iure, nec de facto: ergò nõ poſſunt aliquo modo vendi, ꝓpter qd' in vẽditione talium non põt cõmitti ſymonia. Sacra verò, quæ ſunt ſpũalia per cãm, poſſunt quidẽ vendi de facto ſed nunq̃ de iure, & licitè, cuius ratio eſt triplex ſecundũ tria, q̃ ſunt in vẽditione, ad q̃ res vẽdita habet cõparationẽ, quæ ſunt, preciũ, vendẽs, & ipſa vẽditio. Primò, ergò patet ꝓpoſitũ ex cõparatione rei vẽditæ ad preciũ ſic. Illa vẽditio eſt de ſe illicita, in qua res vẽdita non põt per pretiũ recõpenſari: hoc enim habet natura emptionis, & venditionis, ꝙ res vendita pretio cõpenſet: ſed res ſpũalis non põt terreno, vel tẽporali pretio cõpenſari: iuxta illud Prouer. 3. de ſapientia, & fortiori ratione veritatẽ habet de gra, & ſpũalibus pertinẽtibus ad gram: qa precioſior eſt cũctis opibus &c. & omnia, quæ deſiderantur huic nõ valẽt cõparari: ergò venditio cuiuſcũq; ſpũalis pro quocũq; tẽporali eſt de ſe illicita. Hanc rationẽ tangit btũs Petrus, condẽnans Symonẽ primatẽ ſymoniæ. Actu. 8. dicẽs: Pecunia tua tecũ ſit í perditionẽ: quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri. Secundò patet: idem comparando rem venditã ad vendentẽ, ſic. Illa vẽditio eſt de ſe illicita, in qua venditor nõ eſt dñs rei venditæ: ſed tñ miniſtret ad diſpenſandũ, & non ad vendendum: ſed prælatus eccleſiaſticus eſt miniſter tñ, conſtitutus ad ſpũalia diſpenſandũ, & non ad vendendũ. ergò ſi vẽdatur, venditio talis de ſe eſt illicita. Maior patet. 1. q. 1. c. Eos qui per pecuniã. vbi dicit ſic. Oĩs enim dñs quod habet ſi vult vẽdit, ſiue ſeruũ, ſiue aliud aliqd eorum, q̃ poſſidet, & applicat ad caſum noſtrũ de ſymonia. minor probat. ſ. ꝙ prælatus nõ ſit conſtitutus à Deo dñs ſpũalium: ſed tm̃ miniſter, & diſpẽſator. Primò, per illud quod habet. 1. Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpẽſatores miniſteriorũ Dei: & Petrus apoſtolus, & apoſtolorũ princeps vicarius Chriſti, dicit primæ canonicæ ſuæ. c. 4. Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiã in alterutrũ illam adminiſtrãtes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gr̃ę Dei. Acceperũt autẽ gratis nõ ex venditiõe, ſicut Dñs dixit. Matth. 10. Gratis accepiſtis, gratis date. ergò nullo modo licitũ eſt talia vẽdere. Tertiò, patet hoc idẽ, ex cõparatione rei vẽditæ ad naturam venditionis, ſic: Ille cõtractus eſt illicitus, in quo natura rei repugnet naturæ cõtractus: ſed ſic eſt in vẽditione, & emptiõe rei ſpũalis. ergò talis eſt ſimpliciter illicita. Maior patet, qa natura rei debet cõpetere cõtractui, & econuerſo. Minor ꝓbatur, qa acceſſoriũ ſequit̃ naturã principalis: ſacra autẽ acceſſoria ſunt ad gratiã, ideò ſequunt̃ naturã eius: natura aũt gratię eſt, ꝙ gratis det: alioquin non eſt gra, vt habet Ro. 11. natura aũt vẽditionis, & emptionis eſt, ꝙ fit cõtractus nõ gratuitus: igit̃ natura gr̃æ, & ſpũalium annexorũ repugnat emptioni, & vẽditioni. Patet igit̃ ex his, ꝙ emptio, & vẽditio ſacrorum eſt de ſe illicita. Et dicit̃ ſymonia à ſymone, qui voluit emere gratiã Spũs ſancti ſanctũ conferẽdi, quẽ vidit viſibiliter dari in ſacro cõfirmationis, per manũ impoſitionẽ apoſtolorũ: vt habet Actu. 8. vendẽtes verò ꝓpriè Giezitæ dicũtur: ſecundũ illud, qd' habetur de Giezi. 4. Reg. 4. quãuis oẽs tam vẽdẽtes, q̃ emẽtes poſſint dici ſymoniaci: qa Symon voluit illã gram emere, vt poſteà operationẽ venderet. Et ad idẽ dicendũ eſt de antecedẽtibus ad ſacra, vt vaſa ſacra, & ius patronatus, quod eſt ius præſentãdi aliquẽ ad beneficiũ eccleſiaſticũ: vaſa eĩ ſacra ratione conſecrationis nullo modo ſunt vendẽda: vt. ſ. ratione cõſecrationis eius aliquid plus exigat: tñ in neceſsitate eccleſiæ vẽdi poſſunt, quo ad valorẽ eius, quod eſt in eis purè corporale: vt materia auri, vel argẽti. Et tunc ſi vendantur perſonæ eccleſiaſticæ, poſſunt integra vendi. Si autẽ aliis, & nõ ad vſum eccleſiæ, debent priùs frangi, nè ſacra tractenẽ ab aliis, q̃ à miniſtris eccleſiæ. Ius verò patronatus per ſe vẽdi nõ põt, nec in feudũ dari: ſed ſi villa, cui ius patronatus eſt annexũ, vendat̃, vel in feudũ detur, ius patronatus trãſit cũ vniuerſitate: vt patet. extrà de iure patro. cũ ſecundũ. nec ꝓpter ius patronatus debet villa, vel caſtrũ plus vẽdi: cõcomitãtia verò, vt labor corporalis, qui eſt in miniſtrando ſacra, vel in cõſecrãdo eccleſias nullo modo vendi põt: quia nunquã cadit ſub venditione labor operãtis: ſed opus etiã in puris corporalibus: quis enim vnquã emerit laborẽ operãtis, niſi ꝓpter fructũ opis? null°. 13 Et ideò ridiculũ eſt dicere, ꝙ miniſtri poſſint laborẽ ſuũ vẽdere, vbi opus ſuum licitè vẽdere non põt: ſi quid ergò recipit miniſter eccleſiaſticus diſpenſans ſacra, non recipit id, vt preciũ operis, vel laboris, ſed vt ſuſtentationẽ miniſtri. Et idem dicendum eſt de officiis cõſequẽtibus ad ſacra ſuſcepta: vt patebit. Eorũ autẽ, quæ dicunt̃ ſpiritualia à Spũ creato, quędam ſunt ſpũalia per eſſentiã, vt ſcientia, & virtutes acquiſitæ, & hũc nullo modo vẽdi poſſunt, etiã de facto per eandem rationẽ, quæ poſita eſt de gratia, & de ſpũalibus per eſſentiã: alia verò ſunt ſpũalia per attributionẽ, vt docere, cõſulere, & iudicare, & teſtificari: vnde vendere talia nõ eſt ſymoniacũ, ſed qñq; eſt aliud genus peccati: qñq; verò nullum. 14 Qñ enim aliquis tenẽt gratis tales operas exhibere, vẽdere eas eſt iniuſtũ: propter quod cũ iudex ex officio ſuo teneatur iudicare, & ſubditus eò, ꝙ ſubditus teſtificari in iudicio, non põt iudex abſq; iniuſtitia vẽdere ſuũ iudiciũ, nec teſtis ſuũ teſtimoniũ: licet poſſit expẽſas ſuas petere, quas fecit veniẽdo ad locũ iudicij, & redeũdo. Ex quo ſequitur, ꝙ cùm ſigillũ iudicis non ſit niſi teſtimoniũ ſui iudicij, non apparet, quo modo pro ſigillo ſuo iudex poſſit aliquid petere, niſi fortè expenſas ceræ, & ſigillatoris, & clericorũ ad hoc deputatorũ. Qñ autem aliquis non tenet̃ tales operas ex officio exhibere, vendere eas non eſt illicitũ: vnde iuriſperitus poteſt licitè vẽdere ſuum conſiliũ, & aduocatus ſuũ patrociniũ, & ſic patet primũ. 15 Quantũ ad ſecundũ, ſ. inquirẽdo de his videt̃, quod dicit. Primò, ꝙ ſpũalia per eſſentiã, nec de iure, nec de facto poſſunt vẽdi: dicendum, ꝙ eſt verũ quantũ ad efficaciã tranſferẽdi, & acquirendi, quia nõ eſt hoĩs ea trãſferre, nec dare: Dei autẽ eſt dare ea, & per miraculũ tranſferre: accidẽs enim de ſubiecto in ſubiectũ Deus poſſet trãſferre: ſed inſtãtia eſt de ſacro altaris, quod Chriſtianus vẽdidit Iudæo, & de facto tradidit, vbi ſpũale per eſſentiã verè erat: & ſic per accidens ratione corporeitatis ſenſibilis hoc fiebat: & non eſt dubiũ, ꝙ ſymonia erat. Nihilomin⁹ de ſpũalibus propriè ſumptis, videt̃, ꝙ poſſint de facto emi, & vendi, quo ad ſymoniã cõtrahendã: qa Symon Magus voluit ſymoniacè emere gram illam gratis datã, per quã apoſtoli manus impoſitione dabant Spũm ſanctũ, quæ erat character ẽpalis, & gratia miraculorũ, ꝙ Spũs viſibiliter deſcendebat. Sic etiã ſi quis credat, ꝙ hęreticus dãdo ſuam conſolationẽ Spũm infundat, & hoc ipſum emat ex intentione erroris, ſymoniacũ eſt. De ſpũali per cãm ſicut ſunt ſacra: videt̃, ꝙ ſint etiã ſpũalia per eſſentiã, quantũ ad ſacrm euchariſtiæ. Itẽ quantũ ad omne ſacrm no. le. in quo eſt virtus ſpiritualis per eſſentiã, ad cauſandum characterẽ, vel ornatũ: vnde ſecũda ratio, quã tangit, ſic debet ſuppleri, ꝙ vẽditio diſpẽſatoris cõtra voluntatem domini eſt illicita: quia ſi de voluntate domini, ità licita eſt, ſi fiat à diſpenſatore, ſicut à domino. De iudicio, & teſtimonio verũ dicit, ſed ratio dubia eſt: qa iudicare, & teſtificari qñq; eſt liberũ. Nõ enim ſemper iudex tenet̃ iudicare per ſeipſum, ſed põt delegare, vel poteſt à principio nõ ſuſcipere poteſtatẽ: & ſimiliter nõ ſemper teſtis cogitur teſtificari: & tñ ſiue ſpõte, ſiue coactus aliquis iudicet, ſiue teſtificet, non licet ei pecuniã recipere pro hoc opere: ſed benè pro expẽſis, ſi nõ eſt ordinarius: qa non tenet̃ ꝓpriis ſtipẽdiis militare, & pro ſalario aſſeſſoris. De hoc tñ eſt forma taxata. de reſcript. ſtatutũ. lib. 6. Pro arbitrio autẽ ſuſcipiẽdo non videt̃ prohibitũ, de ſigillo autẽ videtur verũ differre: ſed hmõi nõ ſunt illicita tm̃, vt debẽt: ſed etiã ſymoniaca, ſi fiant in cauſa ſpũali, & in iuriſdictione eccleſiaſtica: qa ſunt acceſſoria, & annexa ſpũalibus à ſpiritu creato. Sed de conſilio, patrocinio, etiã in cauſa ſpirituali: ſicut ex matrimoniali, vel de prębendis, & decimis, nõ eſt pctm̃: quia nõ tenet̃ gratis: videt̃ etiã, ꝙ vbi teneret̃, nõ eſſet pctm̃. Si enim aliqs diues moreret̃ fame habens pecuniã, teneor ſibi ſubuenire, non tñ gratis: qa non eſt neceſſe dare, qui põt emere, ſicut Thobias non dedit, ſed mutuauit Gabelo: qa ſpes tunc erat, ꝙ poſſet reddere. Similiter medicus tenetur ex officio ſuccurrere morienti de medicina, ſi eſt neceſſaria ad vitã, ſicut alius de pane, quem habet, ſed non oportet, ꝙ gratis ſi eſt diues. Et ità ſi aliquis nõ habet aduocatũ, & per defectũ aduocati perditurus eſt cãm totius hæreditatis: aduocatus tenet̃ ei patrocinium præſtare: & iuriſconſultus conſiliũ, non tñ gratis. Ratio quã tangunt, habet dubiũ de labore, qa ſic non licet vendere laborẽ, qui eſt in miniſtrãdo ſacramenta: qa non labor operãtis: ſed

Examinatio dictorũ Du.

Spũale ꝑ eſſentiã efficaciter põt vẽdi contra Duran.

Nota. Rectificat. Ratio. 2.

Qui tenetur ad cõſiliũ interdũ poteſt nõ gratis impendere.

Dubiũ pulchrum.

opus ipsum est: quod homo emere intẽdit, & ipsum opus non est licitũ emere. Cõtrà. qa tunc non licet doctori vẽdere laborẽ, quẽ habet in docẽdo: qa ipsam scientiã, quę est opus operatũ non põt vẽdere, nec de iure, nec de facto. 16 Prætereà sicut emptor plus curat emere opus operatũ, q̃ operans: sic ecõuerso alius plus vult vendere laborẽ suum, q̃ alius. 17 Præter qd' videtur alicui, ꝙ si in talibus hõ non vendit nisi laborẽ suum, secundũ ꝙ plus, vel minus laborat, debet plus, vel minus accipere, & non secundũ quantitatẽ causæ, vel cõditionẽ emẽtis. Res enim non debet plus vẽdi, q̃ valeat, ꝑpter conditionem vendẽtis, aut finis, ad quẽ ordinat, sicut martellus propter hoc, ꝙ emitur ad fabricandũ aurũ, non plus valet ille idem, q̃ si ad fabricandũ æs, vel ferrũ. Non deberent ergò aduocati, vbi non laborãt, tm̃ accipere: nisi cõ putẽt laborẽ antiquũ: sicut homo vẽdẽs merces, non solùm respicit, quantùm sibi constiterunt à principio: sed quantũ constiterunt portando &c. sed nec istud excusat eos: quia vẽditor rem non debet vẽdere, plusquã valeat in se, quãuis plus sibi constiterit à principio, vel ex post facto. 18 Quantũ ad tertiũ epilogãdo sunt tres conclusiones. Prima, ꝙ sacra non debent vendi, sicut benè probatũ est, verũ est etiã, ꝙ sunt spũalia solùm per cãm. Nec obstat, ꝙ ibi probat omnia sacra esse spũalia per essentiam: qa licet illa virtus sit spũalis per efficaciã: est tamen corporalis per essentiam: quia sic est subiectiuè in corpore, ꝙ non est nata esse in spiritu: & non solũ hoc est verũ in generali, sed etiã in speciali de singulis: quia baptismus cum omnibus sacralibus debet gratis conferri: & licet in necessitate liceat vẽdere calicem consecratũ, non tũ in necessitate licet emere baptismũ: vnde dato, ꝙ sacerdos nollet puerũ baptizare, nisi sibi daretur pecunia, nullo modo pecunia esset sibi dãda: imò tali casu posito liceret tunc cuicũq; puerũ baptizare, vel finere eum in manu dñi, si non posit aliter, q̃ pro pecunia baptizari: quia non sunt facienda mala, vt veniant bona secundum quod dicit hîc Tho. Eodẽ modo nec pro confirmatione, chrismate, & hmõi. Nec pro cõfirmatione electionis: nisi redimẽdo vexationẽ suam: sicut enim licet iure ciuili, sanguinẽ suum redimere, sic iure canonũ vexationem, quod fit, q̃ homo dat pecuniã: nõ vt aliquod ius acquirat sibi, sed nè ius acquisitũ iniustè impediat: item nec pro eucharistia. Oblationes verò sponte factas licet retinere: sicut in aliis sacerdotes cõductitij excusantur: quia in sustentationẽ vitæ non preciũ missæ, nec laboris recipiunt. Et similiter præbẽdæ põt esse annexum officium celebrandi: sicut cuilibet officiũ dicendi horas canonicas: qa hoc est in sustentatione ministrorũ. Item nec pro pœnitẽtia: vnde sacerdotes, qui nolunt audire confessionẽ, nisi priùs habeant pecuniã, sunt symoniaci, nec etiã pro absolutione in foro exteriori debet pecunia exigi: sed cõtumacia põt puniri etiã pcuniariè secundũ cõsuetudinem regionis. extrà de sen. excõ. cap. Venerabilibus. aliàs incipit cæterũ. §. Deniq;. nisi sit delegatus legati in Francia, qui hoc faciendo esset excõmunicatus: vt in constitutionibus Symonis. de offic. dele. c. vlt. Item nec pro matrimonio, nisi ꝙ inquantũ est, in officium datur pro oneribus matrimonij dos: pro benedictione verò nihil exigendũ est, licet spõte oblatum possit recipi: & pro iustis cõsuetudinibus iudicis officium implorari, non in iudicio lis formari, sicut pro decimis licet. Item nec pro ordine similiter, nec pro benedictione abbatũ: & abbatissarũ, & virginũ. Item nec pro extrema vnctione. 19 Secunda cõclusio est, ꝙ symonia habet locum in actibus spũalibus à spiritu increato, in quib⁹ nec pro labore aliquid licet recipere, sed solũ in sustentationem vitæ: de anniuersario autẽ dicendũ est, sicut de præbendis, quod est in sustentationẽ vitæ, & recipiendo ipsum obligantur ad faciendũ, sicut canonicus ad horas canonicas. 20 Item oratio pro pecunia nõ est faciẽda: sed pro Deo: & propter bonũ affectũ. Si verò ex pacto pro dicendo psalterio detur pecunia, est expressa symonia. Pro prædicatione verò non licet pecuniã recipere: sed licet prædicãti victũ recipere. 1. ad Cor. 9. Item prædicare pro eleemosynis alienis, & suis tribuendis: vt Paulus pro collectis faciendis in sanctos coapostolos, & discipulos licet. 1. Cor. vltimo. Non autẽ in pecuniæ collatione finem prædicationis constituere: sicut illi, qui quæstum estimant pietatẽ, ad nihil aliud prædicãtes, nisi vt pecuniam colligant: ad quã etiam indulgẽtias fingunt: & in prædicatione sua multa mendacia cõponunt. Vnde nõ debent dici prædicatores, sed quęstores, cõtra quos Apostolus: Non quæro vestra, sed vos: non quia quæro datũ, sed quia requiro fructum. Item pro correctione, & visitatione dare pecuniã est symonia, vel etiã accipere pro crimine cælãdo iudice ecclesiastico, vel pro reo purgando. Idem si prece, vel obsequio. Item pro delicto non puniendo, vel minus: sed procurationẽ visitãti, & dedicanti: non autẽ nõ visitanti, vt in exẽptis, qa amoto officio, propter quod debeẽ legatũ, non debeẽ legatũ. ff. de adimen. le. l. Alũnç. §. Seia. cum eis sufficere debeat, vt tẽpora lia metant à locis spũaliter visitatis, pro dieb⁹, quibus spũalia subministrãt. extrà de cẽsibus. c. fœlicis. li. 6. sed tm̃ quidã vi exigit procurationẽ, dicens, Nolo vos corrigere, Diabolus vos corrigat: sed tm̃ procurationẽ meam volo exigere: qa iura, quæ dicũt, ꝙ qui nõ facit visitationis officiũ, non debet recipere procurationis beneficiũ, loquũtur, qñ stat per eum. extrà de cẽsi. procu. cõtra qd' est. l. dicta, qa Papa visitationẽ transferẽs, cõparat testatori trãsferẽti executionẽ. Vnde cui cõpetit beneficiũ propter officiũ, si culpa sua priuat, vel suspẽditur ab officio, eo ipso à beneficio: sicut in illo, qui ratione beneficij tenetur ad ordinẽ, si culpa sua fit irregularis: debet perdere beneficiũ: si autẽ post q̃ vtrũq; ius sibi acquisitũ est, sine culpa sua perdit beneficiũ, non ꝑpter hoc perdit beneficiũ: sicut qui sine culpa fact⁹ est irregularis: licet nõ possit promoueri: non ꝑpter hoc debet beneficio priuari. Vnde cùm diœcesanus sine culpa sua per exẽptionẽ sit priuatus visitationis officio, nisi exprimatur: non propter hoc videẽ priuatus ꝑcurationis beneficio: nec obstat. l. allegata: qa loquit, quãdo neutrũ erat adhuc acquisitũ: tunc cm̃ transferẽdo principale, videẽ transferri accessoriũ: secùs qñ vtrũq; iam est acquisitũ, & vnũ transfertur certa de causa per cõparationẽ, ad quã alterũ non est accessoriũ, & sic est hîc. Non enim sequit, si hõ est exẽptus ab vno, ꝙ propter hoc sit exemptus ab alio. De receptione autẽ ad religionẽ dicendũ est, sicut dicit Tho. ꝙ pro necessitate vitæ põt ei dici, ꝙ secũ apportet, si vult viuere: alij autẽ sunt actus, pro quib⁹ licet accipere pro labore, sicut pro doctrina, & aliis spũalibus à spũ creato: sed pro doctrina ipsa dicunt quidã, ꝙ non est symonia: quia nõ per relationẽ ad Spm̃ sanctũ, sed humanũ, alij ꝙ sic: sed de Theologia videẽ symonia, de aliis sciẽtiis non pro licẽtia quidã docendi in quacũq; facultate dare, vel recipere etiã gratis oblatũ, nec pro labore, licet pro doctrina etiã nõ licet, sed ꝑ labore sponte oblata recipere non aũt exigere. ff. de var. & extraor. lib. 1. Vnde nec libros retinere licet, nisi fortè pro spõte promissis: sed q ex officio docere debet, turpiter recipit: nisi à diuitibus, quos gratis docere nõ teneẽ. vt extrà de magistris. De iudice autem, & teste, & aduocato iurisperito dictum est.

21 Tertia cõclusio est de annexis sacro. Primò, quo ad vasa sacra, quæ nõ licet vẽdere, nisi in necessitate: & tũc non plus grã cõsecrationis, qñ vendũtur clericis, quibus integra

Resolutio.

Sacra, q̃ tm̃ sunt spũalia p cãm nõ debẽt vẽdi. vide Doct. suprà lati⁹. di. 5. q. 3. art. 3.

B. T. 2. 2. q. 100. arti. 2. ad. 1. & hîc. q. 3. art. 2. q. 1. ad. 3. & suprà.

Pro actibus spũalibus in quantũlabores sunt, nõ licet quicq̃

Nota.

Pro crimine cælando aliquid accipere est symoniacum.

De visitationis officio qũo est exigendum, vel non.

De receptione ad religionẽ &c. s. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 3. ad 4. & hîc. q. 3 ar. 3. q. 2. ad 7. Durã. suprà &. s. Th. hîc vbi. suprà. ad. 8. Theolog⁹ nõ põt exigere &c.

10 Sexta, quia ſacra nõ deiiciunt hominẽ à perfectiori ſtatu: ſed mrimoniũ deiicit hominẽ à ſtatu cõtinentiæ, qui eſt melior,& perfectior matrimonio: dicẽte Apoſtolo. 1. ad Cor. 7. Qui enim nubit, benè facit: & qui nõ nubit meliùs facit. ergò videť, ꝙ matrimoniũ nõ ſit ſtrictè, & ꝓpriè ſacrm: ſed ſolũ largè, prout ſacrm dicit ſacræ rei ſignum. Hæc ſunt eorum rationes. Quantũ ad tertiũ eſt ſciendũ, ꝙ licet iſta opinio videať modernis Theologis multũ extranea: eſt tñ realiter cadẽ cũ opinione Iuriſtarũ,& Magiſtri ſententiarũ, qui dicunt, ꝙ in matrimonio nõ conferť gratia: dicunt tñ, ꝙ eſt ſacrm, & ſacratiſsimæ rei ſignũ: imò ꝙ excedit alia in ratione ſigni: ad qd' ſequit, cùm omne ſacrm no.le. ſit cauſa gratiæ, ꝙ matrimoniũ ꝓpriè, & ſtrictè non ſit ſacrm no.le. 11 Quantùm ad ſecũdũ articulũ ſunt tres cõcluſiones. Prima de veritate iſtius opinionis: ꝙa ſi iſti intelligunt, ꝙ matrimoniũ non eſt ità perfectũ ſacrm, ſicut alia: verũ dicũt. Quia cùm ſacra no.le. abundẽt in ſacris ve.le. in cauſando potiùs, q̃ in ſignificãdo: illud eſt perfectius, quod magis cauſat gratiã: ſed matrimoniũ inter omnia ſacra cauſat gratiã, licet plus ſignificet. ergò ſimpliciter eſt imperfectius ſacrm inter ſacra no. le. ſed æquè ꝓpriè eſt ſacrm no.le. ſicut aliquod aliorũ: ſicut aſinus eſt ità ꝓpriè animal, ſicut homo: licet nõ ſit æquè perfectũ animal, ſicut homo: ꝙa illa, quæ nõ ſunt de ratione animalis: puta ſubſtantia animata ſenſibilis: æquè ꝓpriè cõpetunt aſino, ſicut homini: licet non æquè perfectè: ꝙa eſſe ſubſtantiam & habẽre animã, & ſenſum nõ conuenit aſino metaphoricè, ſicut nec homini: ſed ꝓpriè vtriq;: ſed nõ eſt ſubſtantia æquè perfecta anima, & ſenſus in bruto, ſicut in homine, ità & in propoſito, ꝙa de ratione ſacri no. le. non ſunt niſi duo. ſ. ꝙ ſit ſignum, & ꝙ ſit cauſa gr̃æ: vtrunq; autẽ non æquiuocè, nec metaphoricè, ſed ꝓpriè conuenit matrimonio, licet nõ æquè ꝓfectè ſicut aliis. ergò
Coloratio opi. Durã. q̃ etiã ꝓpoſiti ui, & alti, & antiquorũ Doct. vt hîc arti. 14. Examinat do opi. Du.
Matrimoniũ æquè ꝓ priè eſt ſacra mentũ, ſicut alia, non tñ ità perfectè
eſt

est verè,& propriè sacrm, sicut alia, licet nõ æquè perfectum. Iuristæ autẽ, & qui negant matrimoniũ conferre gratiã, non possunt saluare matrimoniũ esse sacramentum no.1e. 12 Secunda cõclusio est de cõmuni opinione cõtraria. ſ. ꝙ propriè loquẽdo matrimoniũ est sacrm no.1e.Quod probat duabus cõmunibus rationibus. Primo sic. Omne remediũ cõtra pctũ est sacrm, sed matrimonium est in remediũ constitutũ contra pctũ:dicente Apostolo. 1.ad Cor.7. Propter fornicationẽ vnusquisq; suam vxorem habeat. ergo est sacrm. Secũdò sic,si matrimonium nõ esset sacrm causa matrimonij esset purè corporalis,& pertineret ad iudicẽ sæculare, & non ecclesiasticũ, sed illud est cõtra canones. ideò &c. 13 Sed ad ista argumẽta respõdent aliqui sic:ad primum dicunt,ꝙ non omne remediũ cõtra pctũ est sacrm : quia si alicui indigẽti detur, pecunia est sibi in remediũ, nè egestate compulsus furetur,& sic datur sibi in remediũ cõtra peccatũ furti, & tñ datio pecuniæ nõ est sacrm:sic cũ per actum matrimonij satisfiat cõcupiscentiæ:matrimonium est remediũ, nè concupiscẽtia incitet ad alias corruptelas,puta fornicationẽ,adulteriũ,& sic est omnibus, quæ ex natura actus impediunt pctũ,nè fiat.Talia autẽ non sunt sacra,sed solũ illa remedia, quæ ex natura actus nõ habent hoc facere: sed ex diuina institutione per virtutẽ supernaturalẽ eis collatã,vel assistentẽ, adhibitis quibusdam sensibilibus, quorũ non posset reddi ratio naturalis,quod nõ est in matrimonio. 14 Ad secundũ dicunt,ꝙ matrimoniũ est sacrm saltem largè.Esto etiam,ꝙ nullũ esset, adhuc cognitio eius pertineret ad iudicẽ ecclesiasticũ,qa cognitio de hoc,quod est purè pctũ,& pertinet ad conscientiã solam:nec lædit rempublicã tẽporaliter in rebus,vel in personis,pertinet ad iudicẽ ecclesiasticũ. Talis autẽ est error circa matrimonium:ideò quo ad hoc causa matrimonij est purè spũalis, & pertinet ad iudicẽ ecclesiasticũ. 15 Sed solutio ad primũ argũm non videt sufficere:qa illud, quod confert remediũ contra pctũ: gratiã adiutricẽ cõferẽdo ex opere operato est sacrm:cùm hęc sit definitio eius:& hoc cõpetit matrimonio:qa nõ ex natura actus confert gratiã:licet aliàs præbeat remediũ: sed ex diuina institutione habet conferre gratiã adiutricẽ,ad hoc, ꝙ sciat vnusquisq; suũ vas possidere in sanctificatione,& honore.Nec potest reddi ratio naturalis,quasi Deus dedit istis verbis,ꝙ ex opere operato conferant gratiam magis, q̃ orationi Dominicæ,quæ sanctior est, nec cõfert eam nisi ex ope operãte, nec ipsa benedictio,& cõsecratio virginũ,quæ plus sanctitatis videt habere, confert gratiã ex opere operato, sicut istud. vnde cùm omne sensibile signũ à Deo institutũ in remediũ cõtra pctũ cõferens gram adiutricẽ ex opere operato,& significans eam, sic sacrm nouæ legis, & matrimoniũ hæc omnia habeat secundũ Theologos. ideò est prius sacrm. 16 Ad secundã solutionẽ,quã dant dicendum,ꝙ licet ratio non sit multũ efficax, qa multæ causæ sunt ecclesiasticæ: quæ non sunt de sacramentis, sed vel de sacramentalibus,vel de aliis,& sic de matrimonio,ad sciendũ,vtrũ filij sint legitimi,vel non:& sit irregularis, vel non benè pertinet. Solutio tñ, quam dant, ꝙ error circa matrimoniũ nõ lædit rempublicã tẽporaliter in rebus,vel in personis,nõ videt valere,quia lædit rempublicã partus incert⁹, & qa bonũ matrimonij cedit in bonũ ciuitatis, secundũ hoc est à iure ciuili, prout est in officium ciuilitatis, & reipublicæ interest dotatas esse mulieres coniugatas ad replendã liberis ciuitatẽ.ff.sol.mat. l.1. vnde & leges puniunt spurios,& bastardos, nec admittunt ad dignitates. 17 Tertia conclusio est de effectu rationũ opinionis in cõmuni. Vbi sciendũ, ꝙ illi de prædicta opinione ad probandũ,ꝙ matrimoniũ non sit propriè sacrm, arguunt ex diuersitate huius sacri ad alia. De quo,vt appareat,ꝙ malè arguunt:sciendũ est in generali, ꝙ per consimiles rationes posset probari nullũ sacramentum esse sacrm , quia nõ est aliquod sacrm, qd' non habeat aliquid sibi propriũ,in quo differt ab omni alio:vnde si de illo sumat maior, secundũ ꝙ conuenit aliis affirmatiuè,vel negatiuè, & minor proportionabiliter, concludet non esse sacrm. Verbi gratia,ex parte ministri susceptiui materiæ , vel formæ. Nam de baptismo dicam, ꝙ omne sacrm habet pro materia aliud, q̃ purũ elementũ corporale, vt patet inducẽdo in aliis à baptismo ,& patet ratione.Quia cùm sacrm sit potestatiuum fidei,quæ est quid nõ naturale: debet habẽre pro materia aliquid non naturale: sed baptismus habet pro materia elementũ.ergò nõ est sacrm. 18 Prętereà,omne sacrm ministrat à ministro etiã in necessitate, sicut patet de aliis: sed baptismus etiã extra necessitatẽ ministrat etiã à non sacerdote:ergò non est sacrm.Similiter de cõfirmatione,qa sacrm non habet nisi vnam materiã correspondentem vni formæ:sed illud habet duplicẽ.ergò &c. Similiter qa Papa mutat eius ministrũ, quod non facit in aliis. Tertiò de eucharistia,qa omne aliud sacrm consistit in vsu materiæ non cõsecratione. Quartò de pœnitentia:qa nõ habet materiã exteriorẽ, sicut habent alia. Quintò de ordine, qa Papa in aliquib⁹ mutat ministrũ. Et qa habet formã imperatiuã,quod non habet aliud sacrm:& videt contra rationem,ꝙ homo imperet illa,quæ nõ sunt à se,sed à Deo.Sextò,de extrema vnctione,quia habet formã solũ deprecatiuã,qd' nõ habet aliqd' aliud. Dicendũ est igit ad oia ista, ꝙ sicut Christus est verè,& ꝓpriè hõ: licet aliqd habeat, qd' nullus alius homo habet:& aliquo caret,quo nullus homo caruit: qa habet illa,quæ sunt de essentia hominis verè, & ꝓpriè. ſ. animã rationalẽ,& corpus organicũ:posita autẽ essentia rei,ponitur ipsa omni alio remoto. Ita sunt septẽ sacra no.1e. verè,& ꝓpriè dicta:licet quodlibet habeat aliqd singulare,vel careat aliquo singulari:qa hoc nõ obstãte quodlibet est signũ,& causa gratiæ, quod sufficit ad essentiã sacri. Et ꝙ ità sit,patuit de illis loco suo. De matrimonio autẽ modò ostensum est. ideò &c. 19 Quantũ ad tertium articulũ respondendũ ad sex rationes tactas per ordinem. 20 Ad primã dicendũ est per interemptionẽ maioris : qa necessitas non facit sacrm ministrari à non sacerdote: quia baptizatus in mortali moriens attritus plus indiget pœnitẽtia,q̃ catechumen⁹ sanus baptismo: quia nec in periculo mortis,& si morietur,saluaretur baptismo Flaminis. Iste autẽ nisi vi clauiũ attritio fiat sibi cõtritio,damnabitur. Et si dicatur,hoc accidit,quia potest conteri,si vult:nõ valet, quia ponatur, ꝙ postquàm est confessus attritus non contritus laico perdit vsum rationis;tunc non põt conteri, nec potest ei subueniri,nisi per absolutionẽ: quia nec potest cõmunicare, quia nec vult os aperire:vel nõ habetur eucharistia, vel nõ potest inungi: qa deest sacerdos. Tunc igit ità est ei necessaria absolutio,sicut paruulo baptismus : & tñ non põt absõlui à nõ sacerdote:cũ tñ paruulus posit baptizari à non sacerdote:hoc ergò non est solũ propter necessitatem. 21 Prætereà, plus debet faueri necessitati cõmunitatis, quàm necessitati vnius personæ:sed ordo, qui est necessarius cõmunitati in nulla necessitate põt confiteri nisi ab ordinato:puta si non esset in mũdo aliquis epus, nec aliquis sacerdos, non posset fieri epus, & sacerdos à non epo. ergò causa illius non est necessitas. 22 Dicendũ est ergò, ꝙ illud sacrm, cuius tota efficacia est ex materia & forma,nõ ex potestate ministri illud potest cõferri ab alio, q̃ à ministris ecclesiæ in necessitate,& extra necessitatẽ: licet non debeat nisi in necessitate:sicut est de effectu

Opi. cõis. ſ. Th.hic.q.2. ar.2. Alber. Mag. ar.14. ad.1.&.2.

Dur. vbi suprà ad.1.pn

Nota.

Impug.1. solut.

Impug.2. solut.

Inualidatra tiones Dur. in cõmuni.

Resolu.pulchra.

Art.3.ad.1.

effectu eucharistiæ indignè suscipi:quia tota virtus caũsandi gratiã est in eo,quod suscipit:& licet nõ deberet ministrari nisi à sacerdote excepta necessitate:nisi tamẽ sit pctũ impediẽs à parte suscipiẽtis: tm̃ sibi valet susceptũ à laico,quem credit suum curatum,quantũ à vero curato:ità est de baptismo,cuius tota virtus est in materia,& forma, non in ministro: vnde etiam extra necessitatem pot,sed non debet ministrari nisi à presbytero.Matrimonium autẽ est huiusmodi:quia eius virtus non est in ministro ecclesiæ:& ideò non propter hoc,quod nõ est necessariũ,cùm sit necessariũ cõmunitati, sicut baptismus personæ singulari:sed qa virtus eius non est in ministro ecclesiæ põt essentia eius haberi sine ministro: sed fortè non debet nisi in facie ecclesiæ,& per sacerdotẽ celebrari,si possit haberi.Si autẽ potest sine pctõ,sine sacerdote contrahi:& non alia sacramẽta loquẽdo de potestate iuris,hoc est, quia fundatur in iure naturali. Cætera verò quinq; sacra quo ad essentialẽ perfectionẽ requirũt virtutem ministri:vnde in nullo casu possunt sine illo celebrari, etiã extrema vnctio, quæ non debet dari nisi existenti in articulo necessitatis extremæ. 23 Ad secundum dicendũ est per interemptionẽ ministri, quia matrimoniũ habet formam distinctã à materia:quia verba sunt forma,contrahẽtes sunt materia. Nec distinguitur hîc materia in qua.i.suscipiẽs, & materia ex qua:sicut in eucharistia,& aliis:qa matrimoniũ est contractus personarũ,sicut alij contractus sunt cõtractus rerũ,vt dicunt Iuristæ.Vnde sicut in cõtractibus rerũ res,quę transferũ tur per cõuentionẽ ipsam sunt materia,sic corpus,quod trãsferr,quo ad potestatẽ est materia in matrimonio: qa cũ dico,accipio te in meã, quasi trãsfero corpus meũ in tuã potestatẽ,& sicut cũ aliquis vẽdit se ad pretiũ participandũ est vera venditio:& tñ venditio requirit materiam distinctã à forma,quæ est expresio cõsensus: quia ipse vir,qui trãsfert seipsum,est ibi materia,ità & hîc.Vel põt dici, ꝙ sicut in eucharistitia est ibi duplex materia, & duplex forma, vnũ tñ sacrm:sic & hîc,cùm dr̃,accipio te in meã.i.do tibi meipsum i virũ,est vna forma,verba, & vna materia,ex qua ipse,qui loquit,vel corpus eius,& alia materia,in qua.i.obiectũ,in qd' tranſit, sicut cũ dico,hoc est corpus meũ:& vlteriùs qñ respõdet,accipio te in meum.i.do me tibi in vxorẽ,est forma,verbũ,& materia,ex qua loquẽs,& in qua respiciẽs,& sic diuersis respectibus vnum est formale respectu alterius,& aliud materiale,vt etiã dictũ fuit suprà dist.1. 24 Ad tertiũ dicendũ,ꝙ illa, quæ exteriùs agunt in sacris inquantũ ad sacrm pertinẽt,sunt signa nõ naturalia, sed instituta: secundũ se autẽ nihil ꝓhibet ea esse res naturales,sicut aq̃, & ablutio aquę est naturalis:sed ꝙ ipsa sit signũ ablutionis à pctõ actu non habet à natura,sed tñ aptitudine: à Deo autẽ actu.Quod autẽ sit causa illius ablutionis totaliter habet à Deo.Et similiter cõsensus,& verba secundum se sunt à natura,& iure naturali,secundũ ꝙ sunt sacra à Deo:Nã coniũctio maris,& fœminę nõ habet à natura,ꝙ actu significet cõiunctionẽ Christi,& ecclesię:aliàs quicũq; sciret istã, sciret illã,sicut videṡ fumũ cognoscit ignẽ.Cuius cõtrariũ apparet in Iudęis,& Paganis,in quib⁹ sunt matrimonia, & nõ fides: imò Adã in hoc nõ cognouit ministeriũ Christi,& ecclesiæ,nisi spũ ꝓphetię & multo minus ex natura sua habẽt,ꝙ sint causa gr̃ę:vnde nec ante nouã legẽ hoc habuerũt quãuis haberẽt rationẽ signi.A diuina igit institutione habẽt ea,q̃ in mr̃imonio geruntr̃, ꝙ sint sacrm, & id vnde formaliter sunt sacrm:sed id,qd' sunt materialiter habent à natura,sicut aqua,oleũ,& chrisma,qa assumere aliqd in materiã sacri nõ tollit eius naturã,sed dat ei nouã efficaciã.Ad quartum dicendũ,ꝙ in illis sacris,q̃ habẽt de materia,vel formam aliquid nõ subiectũ humano statuto, humanũ statũ sacramentorum nihil põt immutare,sicut est in baptismo,& eucharistia.Non em̃ non aqua,necnõ panis, aut ecõuerso humano verbo:sed in illis,in quibus materia,& forma fuerunt super illud, qd' iure naturali subiacet statuto hũano,sicut fundamentũ põt mutari ꝑ hominẽ,ità & fundatum,& sic est hîc,qa mr̃imoniũ, ꝑut est sacrm no.1e.supponit mr̃imoniũ , prout est quidã cõtractus psonarũ de iu.na.& posteà superaddit,ꝙ est propriũ sacro no.1e.ſ.ſignificationẽ, & causalitatẽ.Si autẽ matrimoniũ non esset sacrm,subesset statuto humano,sicut & contractus rerũ.homo em̃ id,qd' est cõitatis,& debet se exponere morti pro republica,si oportet:vnde sicut statutũ põt facere ꝙ nõ valet alienatio ꝑ se facta de reb⁹ eius:vt puta facta à furioso,ꝑdigo,vel minore: ità & põt facere,ꝙ non valet alienatio de seipso, sicut em̃ seruus non põt dare id, quod habet:ità nec seipsum dare,vel vẽdere sine dñi voluntate: sic & hõ,qui est membrũ cõitatis cõtra iustã ordinationẽ rectoris cõitatis non põt se dare in seruũ, vel vasallũ ,nec ꝑ cõsequẽs in maritũ. Sicut ergo põt pistor mutare materiã sacri eucharistiæ:qa illa materia est panis,& ipse põt facere de pane non panẽ,& econuerso:sic qa materia matrimonij est homo potẽs dare potestatem corporis sui:ecclesiæ,quæ hanc potestatẽ habẽti auferre, & cui abstulit rursus dare põt:sic per accidẽs mutare materiam sacri,sicut etiã qa materia cõfirmationis,& extremæ vnctionis est oleum consecratũ,& chrisma consecratum consecratione per ecclesiã celebrata sine determinatione ritus à Christo, potest ex parte consecrationis sibi subiectæ ecclesia materiã mutare, quia põt de oleo non consecrato facere consecratum per solam admixtionẽ,& similiter de chrismate.de cõse. eccle.c. Quod in dubiis. Et similiter posset statuere,ꝙ oleũ diuisum desineret esse cõsecratũ:sed in cõsecratione epi,q̃ sacrm est, creduntur aliqua verba esse substãtialia à Christo tradita,q̃ mutari non pñt quo ad substantiã. 25 Ad quintũ dicendum, ꝙ matrimoniũ, prout est sacrm no. 1e. imprimit ornatũ, qui vocatur vinculũ,vel nexus,& non solũ est relatio rationis,sed res absoluta disponens ad gratiã,prout habet specialiter perficere,vt sciat suũ vas possidere &c. Vnde sicut si confirmet quis,vel ordinet ante baptismum,non imprimit character: & ideò non est sacramentũ,& nihil est actum,sed si velit recipere characterem,totum est iterandũ:ità per matrimoniũ contractũ ante baptismũ nihil reale impressum est:& sic sacrm formaliter,& propriè non est,qd' semper realẽ effectũ habet,sed si post baptismum de nouò consentiũt,vel in pristino consensu persistant: tũc imprimit ornatus illi,& gratia nisi ponãt obicem: & sic non est sacramentũ matrimoniũ ante baptismum,sicut nec aliud: licet cõcurrant essentialia sacramenti : sicut etiã quãuis omnia cõcurrãt ad confirmationẽ,& ordinationẽ ante baptismũ,quæ post nõ est ordo,nec cõfirmatio:qa subiectũ omnis sacramẽti no.1e.alterius à baptismo est homo baptizatus. Vnde sicut si fieret bruto,quicqd fit homini in cõfirmatione, & ordine, & ordinatione, nihil esset actũ, si de non baptizato:sed qa matrimoniũ præter hoc,qd' est sacrm,est aliqd aliud, sicut ante baptismũ esset vera vnctio olei,vel chrismatis, sed nõ confirmatio, vel ordo,& si cõfirmatio esset æquiuocũ ad vtrũq,:tunc esset cõfirmatio vno modo;aliomodo non:sic qa mr̃imoniũ est nomen cõtractus,& nomen sacri: ideò est verũ matrimoniũ ante baptismũ,prout dicit cõtractũ personarũ,sed non prout dicit sacrm. Quòd autẽ dicit Augu.ꝙ baptizatus non soluit bigamiã:quia de sacro agit,non de peccato:accipit sacrm materialiter, & aptitudinaliter, non formaliter,& actualiter. Hoc autem patet sic, quia si coniugum infidelium vnus conuertatur

Ratio pulchra q̃re matrimonium cõtrahit sine ministro ecclesiæ.

Ad.2.

Materia matrimonij sũt ipsi contrahentes.

Alia so.

Ad.3.

Ad.4. Quomodo aliquorum

Ad.5.

sacramentorum materia põt mutari, & aliquorũ non.

uctatur ad fidē ſine alio, cōuerſus pōt contrahere, ergò non erat inter eos idē reale vinculū, quod fuiſſet, ſi poſt baptiſmū contractū ſuiſſet: vnde matrimoniū ratum per baptiſmū ponit aliquid abſolutū, & non purū ens rationis, quale ſolū erat ꝓ matrimoniū, vt eſt aliqd humanū.

Ad.6.&vlt. 26 Ad ſextū, & vltimū eſt dicendū, ꝙ per matrimoniū homo nō excidit à ſtatu perfectionis, ſed per actū matrimonij: vt patet in beata Virgine: cuius perfectio non eſt immutata per matrimoniū. Vel dicendū, ꝙ ſacra ſubueniunt homini ſecundū omnē ſtatum. Pœnitentia enim non facit hominē decidere à gratia, vel perfectione: ſed ſuppoſito, ꝙ exciderit, pœnitentia ipſum excipit, nè damnet. Et ſic ſicut pœnitentia, licet nō ſit niſi peccantiū, & de peccatis: non tñ ꝓpter hoc facit peccare: ſed quantùm poſsibile eſt ſuppoſito peccato facit ad innocentiā redire: ſic matrimoniū licet quo ad actum ſuum non ſit niſi imperfectorū, & cum imperfectione, tñ hoc ſuppoſito quantū poſsibile eſt, facit ad perfectionem tendere, & minus ab ea declinare. 27 Ad argumentum principale in oppoſitum eſt dicendum, quòd matrimoniū, quando erat in ſtatu innocentiæ, non erat ſacramentum.

DISTINCTIO. 27 QVAESTIO. I.

Circa. 27. Diſtinctionem quæruntur quatuor. Primò, de ſponſalibus. Secundò, de cauſa effectiua matrimonii. ſ. conſenſu. Tertiò, de cauſa deſtructiua, vtrum ſ. diſſoluatur per ingreſſum religionis. Quartò, de effectu matrimonii, vtrum. ſ. & quomodò inducat bigamiā.

Quæ ſunt conſideranda in coniugio.

Thom. 4. diſt. 27. q. 1.

Art. 1. Sponſalia definiuntur

QVANTVM ad primū quęritur de ſpōſalibus, vtrū ritè contracta poſsint diſſolui? Et videtur ꝙ nō, quia ſpōſalia ſunt matrimoniū initiatū: ſed matrimonium non poteſt diſſolui. ergo nec ſponſalia. 2 Cōtrà, de iureiu. Quemadmodū & in multis aliis. 3 Reſpondeo, tria videnda ſunt de ſponſalibus. Primò, quid ſint: & vnde dicantur, & quomodo contrahantur. Secundò, à quibus, & qñ, & quem effectū ſortiantur. Tertiò, quomodò diſſoluantur. 4 Quantū ad primū ſunt tres cōcluſiones in generali. Prima, quid ſint ſponſalia, & vnde dicātur. Sunt autē promiſsio futurarum nuptiarū. Vnde. 30. q. 2. Noſtrates. dicit fœdera ſponſalia futurarū nuptiarū ſunt promiſsio. &. ff. e. l. 1. ſunt mētio, & repromiſsio futurarū nuptiarū. Ex hoc autem, ꝙ ſunt repromiſsio patet, ꝙ requirit vtriuſq, ꝓmiſsio, nec alterū ſufficit ꝓmittere, cū non poſsint ſponſalia claudicare. Sed ſi vir promittit, & mulier tacet, conſentit, idem eſt, vt ſi porrexit manū ad fidē recipiēdum. Nā ſi nulla ſigna probabilia apparent de conſenſu eius, nō ſunt ſponſalia. Ex hoc autē, ꝙ dicit futurarū, patet, ꝙ nō ſunt pars eſſentialis: qa totius permanētis omnes partes ſunt ſimul, nec omne principiū eſt pars principati, ſicut punctus non eſt pars lineæ, nec nunc tēporis, ſed quod eſt principiū, & pars, eſt potiſsima pars vt fundamentū eſt pars domus. Dicunt autē ſponſalia à ſpōſando. Nam moris fuit veteribus ſtipulari, & ſpōdere ſibi vxorē, inde ſponſi, ſponſæq; appellatio nata eſt. ff. e. l. 2. &. 3. non tñ ſtipulatio neceſsaria eſt, ſed ſufficit nudus cōſenſus. Vnde ſurdus, & mutus ea cōtrahunt, extrà, e. c. cū appræ. Itē inter abſentes per nunciū, per epiſtolā. ff. e. l. ſufficit. &. l. vlt. ſeu per ſe, & per alios propinquos, & extraneos. Et ſi quidē per parētes cōtrahant filij ꝓſentes eo ipſo, ꝙ tacēt, vel abſentes: qñ primò ſciūt, ſi nō expreſsè reclamāt, itel. ligunt cōſentire. ff. e. l. in ſpōſalib⁹. §. 1. qa nec pri niſi ex cauſa cōtradicere debēt. ff. e. l. in ſpō. &. l. ſe. ſi autē ꝓ extraneos intelligunt vetare, niſi expreſsè cōſentiāt: qa de obligatione eorū agit. ff. de ꝓcu. l. filius fami. §. inuitā. Et ſi quidē per extraneos abſentes cōtrahat, non eſt dubium, ꝙ nō ſufficit tacēre cū ad notitiā peruenerit: ſed requiritur expreſſa ratihabitio, niſi mādauerit. ff. e. l. hīc ità ſi ſcientibus. Si autē in præſentia eius noīe eius contrahuntur, adhuc nō videretur cōſentire, qa hoc ſolū de parētibus dicit. ff. So. ma. l. 2. §. volūtate. Vnde nec etiā de aliis propinquis, vel tutoribus, aut ꝓcuratoribus, quib⁹ poſſent contradicere: qa etiā ſunt futurarū nuptiarū promiſsio: ideò non ſunt ſponſalia inter eos, inter quos nō poſſunt eſſe nuptiæ, ſaltē in futuro, quod dico ꝓpter impuberes, qui infantiā tranſierūt: & ſic inter eos poſſunt eſſe ſponſalia ex tunc: ſed nō matrimoniū nunc, ſed in futuro: aliàs ſecùs. ff. de ſpōſalibus. l. tutor. &. l. oratio. 5 Secūda cōcluſio eſt, vtrū ſpōſalia ſint pars matrimonij? Et videt ꝙ ſic, qa vnīuſcuiuſq; rei potiſsima pars eſt ſuum principiū. ff. de or. iuris. l. 1. ſed ſponſalia ſunt principiū matrimonij: vnde diſtinguūt Iuriſperiti matrimonū ſecundū triplicē dīam. Quoddā ratum, quoddā initiatū, qd'dam conſummatū mīmoniū: initiata deſpōſatione de futuro ratificat in cōſenſu de ꝓſenti, & conſummat in copula carnali. 6 Cōtrà, illud non eſt perfectū, qd' non ex omnibus ſuis partib⁹ cōſtat. vt. l. alleg. qa totū, & perfectum idē ſunt. 3. Phyſi. ſed mīmoniū pōt eſſe perfectū ſine hoc, ꝙ ſpōſalia ꝓcedant, ergò nō ſunt partes. 7 Dicendū eſt ergò, ꝙ ſpōſalia nō ſunt ꝓpriè pars: qa de eſſentia oīs ſucceſsiui eſt aliqd præteritū, & aliqd futurū: vnde & motus aliqd habet de termino à quo: aliàs nō moueret, ſed motum eſſet totaliter ab eo: ſiquidē eſſet totaliter in termino ad quē: ſimiliter habet aliquid de termino ad quē, aliàs nondū moueret: ſed adhuc totaliter eſſet ī termino à quo nihil participās de termino ad quē. Dico aūt terminū ad quē, & à quo immediatos ipſi motui: vñ ī motu locali termin⁹ ad quē, & à quo immediatè ſunt duo ſpatia cōtinua: quorū qd'libet eſt æq̄le locato mobili: vnde qñ nondū ſubintrauit partē aliquā ſecūdi: adhuc nō Incepit moueri: qñ autē iā dimiſit vltimā partē primi: iam motū eſt, ſed q̄diu occupat partē vtriuſq; deſerēdo paulatim primū, & introeūdo ſcd'm, tunc dicit moueri: ſed de eſſentia rei ꝓmanentis nō eſt aliqd præteritū: qa tūc deſiſſet eſſe, nec futurū, qa nondū eſſet perfectū, ſicut de eſſentia domus nō eſt dolatio lignorū, q̄ iam ꝓceſsit, nec inhabitatio ſequēs: ſimiliter cū matrimoniū ſit de genere permanētiū, nec ſpōſalia, q̄ ꝓcedūt, nec carnalis copula, q̄ ſequit, ſunt de eſſentia eius. 8 Ad argumentū dicendū, ꝙ duplex eſt principiū rei: qd'dā extrinſecū, ſicut efficiēs, vel diſponēs, & illud nō eſt de eſſentia pricipaliter, qa cauſa efficiēs nō intrat eſſentiā effect⁹: & tale eſt ſpōſalia: aliud intrinſecū priuatiuū, nec illud eſt pars, vt pūctus lineæ, & nō tēporis: aliud poſitiuū, & illud eſt pars, & potiſsima ī artificialib⁹, ſicut fundamentū domus, & materia in omnib⁹ artificialib⁹: in naturalib⁹ autē materia, q̄ eſt prior forma, eſt pars infima nō potiſsima. 9 Notandū etiā, ꝙ nō oportet poſt mīmoniū contrahere ſpōſalia omiſſa, ſicut poſt baptiſmū in neceſsitate oportet adhibere ſolennitatē omiſſam: quia illa, quæ ꝓcedūt ſacrm ex neceſsitate ꝓcepti, qñ ſunt omiſſa propter neceſsitatē, debent fieri ceſſante neceſsitate, ſi ſunt vtilia, & congrua etiam poſt ſacrm: ſicut ibi in catechiſmo, & exorciſmo: quæ etiam poſt baptiſmū valent: quia duo

Spōſalia ſunt pars matrimonij.

Cauillum.

Reſolut.

Ruptio cauilli.

duo ſunt, arbitrij ꝓcepta dare, & in tempore dare. ff. de arbitris. l. Celſus. Vnde qui nō potuit facere antè, debet facere poſt: ſicut qui debuit ſoluere in Paſcha nō minus obligatus eſt ſoluere poſt, q̄ antè. Sed ſponſalia non eſt neceſſe præcedere matrimonium ex præcepto, niſi fortè propter prohibitionē clandeſtinæ deſponſationis, & ad minus non eſſent vtilia poſt matrimoniū, nec congrua: qa nemo pōt rem ſuā ſtipulari, imò permitteret impoſsibile: qa matrimoniū ſemel cōtractū amplius cōtrahi nō pōt. 10 Tertia cōcluſio eſt de modis, quibus ſponſalia contrahunt purè. i. eſt ſine modo, & conditione. Nam de cōditionibus appoſitis dicet diſt. 28. Sciendū eſt igitur, ꝙ ſpōſalia cōtrahunt ſeptē modis. Primò, annuli ſubarratione, niſi ageret de matrimonio tacitè, vel expreſsè, puta ante valuas eccleſiæ, vt no. de ſpon. impub. c. vl. vn de ſolet poni ī quarto digito, qui medicus dicit: qa à corde vena procedit in ſignū amoris, niſi cauſa ludi fieret. de præſumpt. c. illud de ſen. & re iud. c. Tenor. Secūdò, arris ſpōſaliter etiam ſine verbis, aliàs ipſa verba ſufficerent: vt puta, ſi habito tractatu inter amicos miſit localia nomine arræ ſponſaliorū nihil aliud dicēs, & illa acceptauit. Tertiò, iuramenti interuētione: ſufficit autem probare in foro contētioſo cōfeſsionē de affidatione: qa licet cōfeſsio extra iudiciū facta ad obligandū non obliget: tñ ſi fiat ex cauſa cōcurrentibus aliis, quæ notant de cōfeſsis. c. vlt. valet ad probandū, & per cōſequēs idē eſt in matrimonio, ex quo cōtrariū nō inuenit expreſsum. Quartò, nuda promiſsione affirmatiua, non negatiua, vt ſi dicam tibi, ꝓmitto tibi, ꝙ nunquā ducam aliam vxorem à te. Tunc enim nō teneē eam ducere, ſi velit cōtinere: ſed ſi velit cōtrahere, nō licet ſibi aliā ducere: ſicut cū quis ꝓhiberur alienare ſeruū extra familiā: non ꝓpter hoc tenet dare ſtatim vni de familia: ſed ſi velit alienare, oportet, ꝙ vni ex illis det: vnde in morte, qñ neceſſe habet alienare, vni ex illis habet relinquere. Sed ſi dixiſſet, promitto tibi, ꝙ non ducā aliquā niſi te, videtur, ꝙ nihil ponat, ſicut in legatis fauore matrimonij. Nam ſi dico, omnis homo currit, niſi ſortes, ſequit, ꝙ ſortes nō currat: aliàs non eſſet vera exceptio: ſed ſi diceretur, nullus homo currit, niſi fortè ſortes, tunc non præciſè ſequitur: vnde ſi ex præcedētibus apparet, ꝙ nolebat ſe ei obligare præciſè, ſed ſub-conditione, ſi cōtingeret eum contrahere, non eſt obligatus: aliàs ſic. In foro autē cōſcientiæ non, niſi ſibi cōſcius, ꝙ noluerit ſe obligare: vnde in foro contētioſo ex illis verbis iudicabit: ex quo agebat de ſponſalibus puris cōtrahēdis: qa interpretatio obſcuri debet fieri cōtra illum, qui legē pacti potuit apertiùs declarare. ff. de contrahen. empt. l. Labeo. de pactis. l. veteribus. Sed in foro conſcientiæ ſi dicat, ꝙ non intendebat præciſè ſe obligare, creditur ei. Si verò nō recolit, qd intēdebat, ſed recolit de verbis, diſtinguendū eſt modo prædicto: qa aut dixit, non ducā niſi te, tunc veritas loquutionis de virtute ſermonis, vel ſaltem de vſu loquentium habet. ergò ducāte. Si autē dicat, nō ducam aliam à te, non ſequit, ergò ducam te, qa ſtant iſta. Non ducam aliam à te, nec ducam te, quia nullā ducam. Quintò, per traductionē: quāuis enim traductio ſola nō faciat vera ſponſalia, nec præſumpta, nec matrimoniū, de reſti. ſpo. c. Ex parte. tñ ſi puella ante ſeptenniū deſponſata traducatur, & traducta ſeptenniū complēs non reclamat, ſponſalia cōfirmantur ex tunc, ꝙ non retro trahant: vnde ſi ante ſeptenniū cognouerit matrē, poſtea neutrā poterit habere. Filiā non, propter affinitatē, matrē non propter honeſtatem: ſed ſi matrē duxit vxorem ante ſeptenniū, tenet matrimoniū, nec confirmantur ſponſalia; quia fuerunt ſoluta ipſo iure per matrimoniū &c. Hoſti. in cōpil. Sextò, per attentationē. extrà. e. iuuenis. Qñ enim ſpōſalia præceſſerunt nulla ꝓpter defectum ætatis, & ſequutus eſt conatus, de quo dubiū eſt, an habuerit effectum cenſenī ſponſalia. Nam ſi certū eſſet, ꝙ conatus non habuiſſet effectū, non eſſent ſpōſalia, ſicut nec eſt matrimoniū, qñ ſola tentatio ſequit vera ſponſalia, extrà. e. c. fi. Si autē certū eſt, ꝙ eam cognouiſſet, affinitas eſſet contracta. Sed dicit Hoſt. ꝙ ſi certū eſt eam virginē remanſiſſe, non oritur honeſtas, nec affinitas. Sed tñ videtur, ꝙ imò oritur honeſtas, dum tñ ſciat, vel dubitetur, an pollutio extraordinaria ſit ſubſequuta. Sicut enim pollutio extraordinaria facta affectu maritali cauſat affinitatem: ſic facta affectu ſpōſali cauſat publicam honeſtatē. Septimò, per tacitam conuentionē. Nam quotieſcunq; contrahit matrimoniū per verba de præſenti, & non valet propter cauſam, quæ eſt impeditiua matrimonij non ſponſalis: tunc habet vim ſponſalis, & cōtrahuntur tacitè. de ſpō. impu. lib. 6. vt ſi ſint impuberes maiores ſeptennio.

Spōſalia cōtrahūtur ſeptē modis.

Nota.

Art. 2. Quis poteſt contrahere.

11 Quantùm ad ſecundū articulū principalē ſunt tres concluſiones. Prima, quis poſsit contrahere. Vbi ſciendum, ꝙ hoc dictū eſt prohibitoriū, qa qui non prohibetur, admittit. Omnis ergò, qui ꝓhibet matrimoniū cōtrahere, prohibetur per cōſequens & ſponſalia. ff. de ſpon. l. Oratio. niſi ſit alia cauſa, vt de ætate ſeptenni, & tēpore orationis in Quadrageſima, & aliis tēporibus, quib⁹ poſſunt ſponſalia contrahi, non nuptiæ ꝓpter earum ſolennitatē. Poſſunt etiā indifferenter cōtrahi inter præſenter, & abſentes, dum tñ vtriuſq; cōſenſus cōcurrat actualiter, vel habitualiter, aliàs ſi pœniteret primus ante cōſenſum ſecūdi nihil ageret, quāuis non certioraſſet nuncium, vel aliū, ſed in foro contentioſo oportet docere de pœnitētia præcedēte: licet nō de reuocatione, vel de certioratione. In foro autem conſciētiæ creditur ſibi. Dico autē habitualiter eo ipſo, ꝙ non diſſentit, vt ſi dormit, dum ſecundus conſentit, ſic & matrimoniū ſpūale inter abſentes. de præben. c. Accedēs. Itē qñ per parētes ſufficit tacere, ſecùs in aliis. Argumentū contra illud, quod notatur de præſumpt. c. None. ſed & ante eorū conſenſum, de quibus agit, nihil agit, nec cauſat affinitas, nec honeſtas. 12 Secūda cōcluſio eſt, qua ætate, & quidē poſt ſeptenniū: qa infans dicit antequā habeat ſeptē annos. C. de iure deli. l. ſi infanti. Infantes autē prohibent contrahere ſponſalia. ff. de ſpō. l. In ſponſalibus. Infantis enim ætas quid agat, ignorat. C. de falſa mo. l. 1. ſed tēpus ad contrahendū matrimoniū eſt pubertas, quæ eſt in viro 14. anno cōpleto. in muliere. 12. Ratio autē quare mulier cōtrahit citiùs matrimoniū, quā vir, non autē ſponſalia, eſt, qa licet vir, & mulier cōualeſcāt æquali tēpore ad rationē, non tñ ad potentiā actus: qa minor potētia ſufficit ad patiendū, q̄ ad agendū: ſed quare tutela in viris, & fœminis nō pariter finit: cura autē ſic, qa. 25. anno cōpleto pertinet ad legiſtas. Citius autē cōtrahit de ꝓſona, quā de rebus, qa citius in naturalibus rō cōualeſcit: vnde tutor, q̄ principal'r datꝰ perſonæ, deſinit in puberta te, qñ cura incipit, ſed curator datur pricipaliter rebus. Si autē fuerit cōtracta vno habēte ætatē, alio non: quia claudicare non poſſunt, non valent: ſed tñ qui habebat ætatē ꝓpter ꝓmiſsionē, maximè ſi iurauit, non pōt contrauenire, alio conſentiēte percōſenſum expreſſum, vel tacitum: vt qa carnaliter copulatus eſt. extrà de ſpon. impube. c. Literas. c. Acceſſit. &. c. duo pueri. Diſſentiēte autem illo, qui ætatē nō habebat, nihil omninò valēt, nec cauſant publicæ honeſtatis iuſtitiā. Tho. dicit, ꝙ appropinquante ſeptēnio poſſunt contrahi ſponſalia, ſicut appropinquāte pubertate pōt contrahi matrimoniū. Alij autē, ꝙ non, ſicut nec religionē intrare: quia non ſic ſolet prēuenire iudiciū rationis ſeptennium, ſicut pubertatem, nec etiā ſi prāueniret, ità, vt mortaliter peccaret, ſicut

Fœmina citiùs contrahit, quàm maſculus.

B. T. hīc. q. 2 arti. 2. ad. 7. idē tenet Alber. Mag. ar. 13. not. ibi ad vl. Opi. 2

Rich.ar.3.q.1.Ité. 30.q.2.in.1.&.2.c.in textu,& in glossa.

sicut puer blasphemus: quia iura indistinctè prohibent ante septē annos, quæ tamē permittunt matrimoniū per sex mēses ante pubertatē. Pro prima opinione facit extrà de tēp.ordi.c.vlt. vbi dicit, q infanti religionē intranti pōt licitè dari corona, ergò supponit, q tenet ingressus, ergò à simili hīc tenēt sponsalia, si sunt proximi septenio maximè de cōsensu parētū. 13 Tertia cōclusio est de effectu spōsaliorū, qui est triplex. Vnus publicæ honestatis iustitia, de qua dicitur.41.distin.q.2. Secundus effectus est de arris. vbi sciendū, q si arræ, vel annulus, vel propter nuptias aliquid datū sit: ille perdit, qui dedit, si per eum stat sine causa: aliàs sibi redditur, vel hæredi.C.e.l.3. Si autē stet per illum, q recipit, reddit omne, quod propter nuptias recepit: qa quod datur ob causam causa non sequuta condici pōt, sed arras reddit duplicatas. C.e.l.vl. sed in foro cōscientiæ sufficit reddere simplum, sicut etiā contingit in aliis pœnis iuris, quæ ante condēmnationē factā in iudicio non debentur in foro conscientiæ. Pœna autē conuentionalis ratione promissionis debetur in vtroq; foro: nisi fortè qñ adhibetur debito pecuniario, quia tunc videt esse in fraudē vsurarū, tenetur tamen ad interesse damni, ille per quē stetit. Et licet possint contrahi sub conditione promissæ pecunię: non tamē in modū pœnæ: nisi tecum contraxero, dabo tibi centū marchas, nec peti potest, cùm libera debeant esse coniugia. extrà.e.c. Gemma. nisi fortè esset pœna intrinseca: puta de multiplicatione arræ, quæ ex communi consensu repeti potest in quadruplū. C.e.l.vlt. §. penul. cùm tamen ibidem in fine dicat, q in contrahendis nuptiis libera volūtas esse debet, sicut etiam de iure Canonico. Est autē vnum dubium. Vtrum per verba negatiua sponsalia, vel matrimoniū contrahātur: vt si dicat, promitto tibi, q nunquā habebo aliam vxorē. Et quidē in foro cōscientiæ non, si ad affirmatiū noluit se obligare, sed in foro ecclesię sic: si de sponsalibus contrahendis ageretur, & alia persona credidit, q iste intenderet, dato, q iste noluerit contrahere, sed vel aliam decipere, vel sibi cauere, vt castè viuere posset in sęculo. 14 Tertius effectus est obligatio efficax, quæ ad contrahendum matrimoniū in vtroq; foro, nisi interueniat aliquod impedimentū, de illis, de quibus dicetur in tertio articulo tenetur sponsus sponsam ducere, & econuerso: qa quāuis iure ciuili alteri desponsata, alteri nubere non ꝓhibeatur. C. de spon. l.1. tū iure Diuino, & Canonico ꝓhibetur: & peccat mortaliter fidē frangendo cōtractis sponsalibus legitimè aliquo de prædictis septē medis: & in foro ecclesiæ sub pœna excōmunicationis ꝓhibetur cum alio cōtrahere, & præcipit cū ista: vnde non licet discedere sponsum à sponsa inuita, nec econuerso, nec ꝓpter paupertatē superuenientē, nec ꝓpter aliquid aliud non expressum in iure, qa si est iuramentū interpositū: omne iuramentū seruandū est: quod seruatū non vergit in detrimentum salutis æternæ: quāuis sit aliàs graue, & damnosum, iuxta illud præceptū, Reddes Dño iuramenta tua. Si autē fuerit nuda promissio, ait prætor, pacta seruabo. Vnde quāuis alteri desponsata, alteri nubere non prohibeatur lege humana. C. de spon. l.1. ꝓhibetur tū lege diuina, & naturali, secundū quā pacta debēt seruari, & iam nuda. extrà de pac. Antigonus: vnde oritur obligatio naturalis. Papa autē pōt dispensare in sponsalibus iuratis: non in matrimonio iam cōtracto non consummato, vt ducat aliā: qa non pōt Papa facere, q non maneat ligamen: sicut non pōt facere, q maneat hostia non cōsecrata, quo durāte, cū lege Naturali prohibeatur habēre plures vxores, Papa dispensare non potest. Sed potest dispensare, q manens maritus sit licitè sacerdos, vel episcopus, vel cardinalis, si necessitas ecclesiæ hoc exposcerit, cū castitas accidat ex statuto ecclesiæ ordini sacerdotali, vel episcopali. Sed si vxor nolit consentire, nisi saluo iure suo: nō potest eam priuare iure Diuino, sicut facit, q in uita vxore licet Crucem recipere in subsidium terræ sanctæ: sed non quin volentē teneatur secum ducere, & reddere ei debitum. Sic igitur sponsalia iurata soluunt propter Papæ dispensationē, qui licet non habeat potestatem super sacra: habet tū super oēs alias conuentiones humanas, etiā iuramento firmatas. Vnde si pōt dispensare in voto castitatis, vel religionis non solennizato, multo magis in promissione matrimonij nōdum contracti, sed contrahendi. Et si potest absoluere à iuramento fidelitatis, pari ratione à iuramento sponsaliorum. Vnde inuita sponsa potest sponsum ordinare in subdiaconū, vel facere episcopū, aut cardinalē, si magis ecclesię expediat, aut etiā matrimonialiter alteri copulare propter pacem, & bonum commune. Nullus autē inferior Papa hoc potest, quia sicut in votis perpetuis, & iuramētis licitis perpetuis ipse solus dispensat: sic etiam in sponsalibus, quæ sunt promissio ad aliquid perpetuū, & licitum. Nec obstat, quòd sponsalia contrahuntur sub hac conditione: Si Deus, & ecclesia concordent. Videtur autem ecclesia discordare, quādo dicecesanus vult aliter de sponso ordinare, qa intelligitur ecclesia cōcordare: si non sit legitimum impedimentū: vnde & non videntur cōditionalia, sed pura, qa illa conditio statim intelligebat tacitè: vnde statim causant publicæ honestatis iustitiam. ff. de cōdi.& demon. Conditiones, aliàs hodie nunq̄ causarēt, quia semper fiunt hodie sic sponsalia. Et qñ conditio extat statim per verba de ꝑsenti contrahunt. Qui autē spōsam sine aliqua prędictarū causarum alteri desponsant, grauiter peccāt. Et pater, qui filiā desponsauit, & promisit se facturū, & curaturum matrimoniū, quāuis hoc non faciat: tamen nō dissimulādo, cùm posset impedire, frangit fidem suam. Filia etiā si primis sponsalibus consensit tacitè, vel expressè, mortaliter peccat cōsentiēdo in alia. Amici etiam, vt cum nobiliori, vel ditiori nubat, peccāt, cooperantes ei ad peccatū mortale, si iam priùs consenserat. Nam si ipsa priori non consensit, & velit secundum meliorē, & ditiorem, siue patre inuito, siue dissimulante: non peccant alij amici, qui hoc procurant: imò si fratres, & cōsanguinei videant, q pater malè desponsauerit eam deceptus, debent ei suadere, nè consentiat, & dissentientem alij melius copulare. 15 Circa tertiū articulū quatuor sunt videda. Primò, de impedimentis in speciali. Secundo, in generali de impedimētis superuenientibus. Tertiò, de ꝑcedētibus ignoratis. Quartò, de modo dissoluēdi. 16 Quantū ad primū sunt. 10. cōclusiones secundū. 10. impedimēta. Nam cōiter tū octo casus solēt poni. Hosti. autē addit duos, ponēs istos versus. Crimen, dissensus, fuga, tps, ordo, scd'a, Morbus, & affinis, vox publica, cūq; reclamant. 17 Primus casus, in quo soluuntur sponsalia, est crimen. ſ. fornicationis. Sicut enim vir pōt vxorē adulterantē eiicere etiā si iurauit, quia tacita cōditio castitatis intelligitur, sic sponsus sponsam, qa turpius eiicitur, q̄ non admittit hospes, de iureiur. Quēadmodū. Vnde est simile quantū ad. ſ. Primò, in pellendo, quantū ad æqualitatē. Nam sicut vir vxorē, & econuerso ꝓpter adulteriū pōt eiicere: ità spōsus spōsam propter fornicationē non admittere, & econuerso: quia vir, & vxor: & sponsus, & sponsa ad paria iudicantur. 32.q.5.c. ꝑcepit. &.c.vlt. tum etiā quātū ad iuramentū, qa siue fuerit iuramentū, siue non tum etiā quo ad authoritatē, qa sicut ꝓpter notoriā fornicationē pōt eiicere per se, propter occultā per iudicē, sic etiā sponsus sponsam: vnde secundū Host. hīc est terti? casus, in quo sine iudice. Sed'ò, in accusando: qa sicut vir adulterā non solū eiicere: sed etiam

Nota q̄ grauiter peccāt dissoluentes sponsalia, & eis consentientes.

Art.3. Impedimenta.10. sponsaliorum.

Fornicatio soluit spōsalia, sicut adulteriūm coniugatos parificatur q̄tum ad. ſ.

Perverba negatiua, an cōtrahantur sponsalia.

De effectu spōsaliorum triplici.

Solus Papa pōt dispēsare in spōsalibus iuratis: non in matrimo. etiam non cōsummato.

etiam de adulterio pōt accusare: sic sponsus sponsam potest de adulterio accusare, quasi iam matrimonio initiato: qa nec matrimoniū, nec speciem matrimonij violare permissum est: vt nota. de iureiurā. Quēadmodum. Tertiò, in opponendo: qa sicut vir pōt opponere vxori adulteriū sequēs matrimoniū, nō præcedēs: sic sponsus, & imputet sibi, qui talē elegit, quātuncūq; ignorauerit: quia lex non distinguit in dicto. c. quēadmodum. Quartò, in cōpensando, qa sicut in matrimonio leno, qui aliàs adulteratus est, non pōt obiicere, sic nec hīc: sed paria delicta mutua cōpensatione tollūtur. ff. soluto ma. l. viro, atque vxore. Quintò, in recōciliādo, qa sicut vir pōt sibi recōciliare vxorē, sic spōsus spōsam: qa cuilibet licet renūciare his, quæ pro se introducta sunt. C. de pact. l. vlt. vnde spōsalia dissoluūtur ad petitionē castitatis, etiā reclamāte luxurioso, non autē ecōuerso, qa non audit turpitudinem suā allegans, si alius hoc non obstāte velit in matrimoniū recipere, vel retinere: qa quod in fauorē alicuius introductū est, non debet in eius lęsionē retorqueri. C. de legibus. l.ꝙ fauore. ff. de legibus. l. nulla. Econuerso autē dissimile est in quinq;. Primò, in dissoluēdo, qa fornicatio sequēs soluit totaliter sponsalia, si alter velit authoritate iudicis: non autē adulteriū manifestū quo ad vinculū, sed quo ad thorū: etiā si non erat carnalis copula subsequuta. Secūdò, in contrahēdo: qa vir nō est solutus à lege mulieris, nec ecōuerso, per eius adulteriū: vnde non pōt ad alia vota trāsire: vnde Apostolus vult castam manere innuptā, vel viro recōciliari. Tertiò, in obiiciendo: qa vir non pōt obiicere vxori fornicationē, qñ fuit oppressa, vel decepta. 32.q.5. Puto. imò tunc inuitus fiet bigamus reddendo debitū: sed sponsus sponsam etiam vi oppressam, vt nota de iureiurādo. Quemadmodum, sicut vi cæcatā, vel nasum perdentē, aut aliàs infirmitatem sine culpa incurrentē. Quartò, in lucrando: qa vir propter adulteriū vxoris lucrat dotem, & econuerso, mulier donationē propter nuptias, nō sic autē sponsus: quia pœnæ restringendæ sunt: hīc autē nec est verè matrimoniū, sed benè lucrat arras, vel quadruplū, si fuerit stipulatus, qa fornicans apponit impedimentū. Quintò, in probādo, qa lucidè probationes de facto, vel violentę præsumptiones requirūtur ad thorū separandū propter adulteriū. de testi. c. 2. Præterea. de præsumptionibus literis: sed ad dissoluendū sponsalia sufficit probare fornicationē vno teste, vel fama. argumentū de testi. c. Super eo. 18 Secundus casus, dissensus. Sicut enim societas consensu etiā per iuramentū firmata dissoluitur, sic hīc: quia vxor eligit̄ socia diuinæ, & humanæ domus, sed propter reuerentiam matrimonij, quod est initiatū requirit authoritas iudicis. de spon. c. Præterea. &.c. cū in tua. Dicunt autē quidam, q sic discedere est pctm̄, sed debet in patiētia tolerari ꝓpter maius malū, sicut meretrices, & libellus repudij. Sed cōtra, qa ecclesia non solū dissimulat, sed licentiat: cùm tamen non possit, nec debet licentiare ad malū: vnde est aliud de sponsalibus, in quibus tacita conditio intelligit̄, si placuerit: vnde quilibet potest remittere: aliud est in matrimonio, quod est vinculum diuinū. Quod Deus coniunxit &c. Vnde qui recipit iuramentū alicuius de intranda religione, nō potest relaxare, quia talis obligatur Deo: sed qui recipit iuramentū de intrando, si ei videat: pōt ei remittere: sic cùm per matrimoniū vitianī in Deo, non potest sibi remittere, sed sponsalia sic. Secundò, de pœna, quia semel rogabam quendā officialē, vt duos sic dissentientes licentiaret, eò q mulier vellet viuere castè, & ipse exacto iuramēto, Primò, petiit, an fuissent verba de præsenti, & in hoc benè respōderunt q̄ non. Secundò, sequuta etiā copula, & in hoc benè respōderunt q̄ non. Tertiò licentiauit eos iniuncto vno psalterio clerico: hīc autem & si potest excusari propter scandalū, sicut pœnitētia iniungitur furi tępore famis: tū melius est nō iniungere: qa pro dissolutione sponsaliorū illi soli iniungenda est pœnitentia, qui fuit culpa non cōplendi. de spon. c. de illis. hīc autē neuter est in culpa. ergò neutri pœnitentia iniungenda est. 19 Tertius, Fuga, exemplū de virgine, quæ Senonis petiuit in virū eum, qui ad patibulū ducebatur: qui redditus, & iuxta morē sponsalibus cōtractis, fugit, nec posteà cōparuit, post annū petebat virgo licētiari, nolebat officialis, quia tępus legale biennij non transierat: sed Hosti. melius dicit, q iudex qualitate inspecta personarum tempus legale poterit abbreuiare, vel prorogare, & q hoc arbitriū sic immutatur. ff. e.l. peñ. 20 Quartus, Tępus, Hosti. dissoluuntur per lapsum tęporis, si certum tempus appositū fuit, & elapsum sit. Nam posteà is per quem non stetit, impunè nubit: sed alij datur pœnitentia de fide mentita. extrà.e. Sicut ex literis. Et dicunt quidam spūale in matrimonio cū alibi duo sint arbitri præcepta de dolo, & contu. Cùm dilecti. ff. de arbitris. l. Celsus. Vnde in aliis, qui tenent dare, vel facere aliquid infra certum tempus, illo elapso non est propter hoc liberatus. Sed in sponsalibus secundū eos liberat̄ quis elapso tępore in eis appositio ad matrimoniū contrahendū. Sed hoc non videt̄, qa licet tępus non sit modus tollendæ, vel inducendæ obligationis. ff. de ac. & oblig. l. obligationē ferè. §. Placet. tū quando tępus apponit̄ ad effectum obligationis suspendendū vsq; tunc, vel inchoandum ex tunc: vt cùm promitto tibi soluere decem in Paschate, vel post Pascha: & tunc adueniente tępore non liberor: imò tunc efficaciter obligor. Inst. de verb. obl. §. in diem. Qñq; autē dies apponit̄ ad effectum tollendū, vel terminandū: & tunc lapsus tęporis tollit, vt si vendo sub pacto legis cōmissoriæ, vel cōditionis in diē: q si infra talē diem alius meliorē conditionē attulerit, vel venditor pretium reddiderit, sit inempta, sensus est, vt vsq; tunc liceat offerre non posteà: vnde in proposito refert, aut tępus fuit appositū ad sponsalia implenda, & matrimoniū cōtrahendū, & inchoandū: puta, qa dixit, accipiāte in Paschate, vel post Pascha, vel à Paschate in anteà: & tunc lapsus tęporis non dissoluit sponsalia, sed perficit, qa tunc post Pascha pōt agi cū effectu, non antè, sicut & in cæteris promissionibus factis in diem. Si enim lapsus tęporis hęc dissolueret sponsalia: tunc nullius essent momenti, quia ante tępus agi non potest, sed priùs petitur tępore, nec ipso die, qa dies cedit. Si ergò nō post diē. ergò nunq̄, & hīc est primus casus. Aut ad sponsalia terminānda, & matrimoniū distrahendū: vt quia dixit, accipiāte ad tardius infra Pascha, vel ante Pascha, nisi per te steterit, vel cū diceret se debēre peregrinari, dixit; expectabo te vsq; ad Pascha, & nō plus: & tūc aut nōdū elapsum est totū tępus, licet tū elapsum sit, q nō possunt nuptiæ celebrari: cū tū ꝓmisisset se infra Pascha ipsam ducturū, & solēniter traducturū, & superuenit Septuagesima, infra quā licet possit per verba de præsenti cōtrahi, non tū solenniter traduci, nec sic dissoluunt: puta, si peteret licentiari, vt sibi aliū desponsaret, q tunc licet non debet audiri. ar. eius, qui ꝓmisit ædificare ecclesiam infra tępus contra quā efficaciter agi nō potest ante tępus, etiā si tū tęporis lapsum sit, q nō possit ædificiū cōpleri. arg. de elec. c. cōmissa. §. 1. lib. 6. hīc est casus secundus. Aut totū tępus lapsum est, & tūc si ille, per quē stetit, vel vterq; legitimū habuit impedimentū, adhuc illo reclamāte non dissolueretur: qa tempus non currit legitimè impedito. argu. eius de elec. c. commissa. libr. 6. &. C. de annali ex. le. 1. ad fin. & hīc est tertius casus. Aut non fuit impedimentum legitimum: & tunc aut is per quem stetit, petit

Casus Senonis factus.

Lapsus tpis dissoluit matrimonium: quō non.

Dissimilitudo illorū q̄tum ad. 5.

Dissēsus mutuus dissoluit matrim.

dissolutionē,& alius se opponit,& nec sic debent dissolui: qa tunc esset in potestate eius deludere spōsalia: aut non posset cogi,& hīc est quartus casus. Aut alius non se opponit:& tunc debent dissolui iuncta sibi pœnitētia de fide mētita,vel ꝓmissione, etiā si iuramentū interces sit.extrà de spon.c.De illis.& hīc est quitus casus,& primus,qñ lapsus tēporis dissoluit. Aut ille,per quem non stetit, petit solui,& licentiari:& tunc siue alius se opponat,siue nō,soluunt, etiā nulla pœnitētia sibi posita: qa nulli facit iniuriā, qui iure suo vtit̄,nec alius pōt purgare moram in præiudiciū alterius: sicut si venditor,per quem stetit, post diem vellet offerendo venditionē reuocare:& hīc est sextus casus,& secundus in quo pro tēpore spōsalia dissoluunt. Et sic sunt sex casus in spōsalib⁹ contractis in diē.4. in qbus nō dissoluunt,duo in qbus dissoluunt.Sed qñ dies apponit̄ ad expectandū,interi pōt agi, & cogi.In mr̄imonio verò si vltrà etiā septenniū,nec propter fragilitate licētianr̄, donec certū nūciū recipiāt de morte virorū,extrà. c.i pſentia nr̄a. 21 Quint⁹ casus.Ordo, vbi primò sciendū est, ꝙ ordo nō sacer superueniēs spōsalibus nō dissoluit ea,nec ipso iure,cùm nō habeat oppositionē: nam ordinatus sicut pōt cū illa,vel alia cōtra here,nec authoritate iudicis, nec ordinato hoc petente: qa nullus propter sui actum pōt petere dissolutionē:nisi sit talis casus,per quē non posit implere: vt affinitas, vel hmōi nec spōsa hoc petēte:vt si diceret,elegi nobilē, vt esset miles strennuus:nolo habēre clericatū, nec tonsuratum, quāuis secundū leges videret sufficiens: qa est quasi alterius sectæ,vel vitæ. Secūdò, ꝙ ordo sacer quomodocunq; superueniens, siue inscia, siue inuita sponsa dissoluit ipso iure: qa est totaliter contrariū, & notorium impedimentū quocūq; petente: qa nec volētes possunt cōtrahere, & qñ res imperfecta venit ad eū statum, à quo incipere non potest,vitiat. Tertiò,ꝙ sponsus non debet ad sacros ordines promoueri,nec etiā ad quoscunque sponsa inscia, vel inuita : sicut nec obligatus ad ratiocinia: qa plus est obligari ad matrimonia, sic nec vir vxore inscia,vel inuita ad sacros. Sed in hoc est dissimile,quia vir ordinatus vxore inscia,vel inuita,non habet exequutionē,nec debiti petitionē,sed tenet reddere. hīc autē habet exequutionē: nec tenet: imò non pōt cōtrahere. Quartò, ꝙ non debet ob ordines futuros licētiari ab vxore,siue à sponsa:imò si petat inhibendū est ei sub pœna excōmunicationis,ne inuita,vel inscia spōsa ascēdat:& præcipiendū, ꝙ matrimoniū contrahat:cū iste nō sit de casibus soluentibus. Quintò, ꝙ est pœnitētia sibi iniungenda pro ꝓmissione, vel fide mētita, si inscia,vel inuita spōsa sacros ordines suscepit: qa hoc faciēdo peccauit ponēs sponte impedimentū suæ promissioni. Nec obstat de iureiurando. Peruenit. vbi dicitur,ꝙ propositum, vel ꝓmissum nō frangit,qui illud in melius cōmutat:quia hoc non est verū de quocūq; meliori. Nam qui iurauit soluere vsuras, si eas det pauperi non creditori periurus est. de iureiurando. debitores. 22 De ordine autē epāli primò sciendū est, ꝙ ordo epālis post consecrationē dissoluit sponsalia ipso iure:non solū ratione sui,sed ratione fundamēti:qa nō pōt cōsecrari nisi sacerdos,& hoc siue inscia,siue inuita sponsa:quia impossibilium nulla est obiectio:hic autē non pōt contrahere matrimoniū carnale. Secundò, idem est post cōfirmationē validā:qa talis nō potuit cōfirmari ab inferiore à Papa, nisi in sacris.Si autē à Papa,imputetur mulieri,quę tantùm tacuit:qa nec ipse potest cōtrahere cū non posit renunciare ex quo cōfirmatus est.Et tertiò, est idem si prouisum est de eo per Papam ex certa scientia,& sub præcepto:quia non potest refutare: & Papa,qui potest dispensare,dixit non obstante,ꝙ est dispensatus. Quartò, secùs si prouisum etiā sub præcepto,sed non ex certa scientia: quia præcepta principis intelliguntur, saluo iure alterius.C.de eman.libe.Nec anus. Vnde non oportet mandatum Papæ semper implere:sed sufficit causam non implendi probabilem allegare.de rescript.c.Si quādo. Illa enim ratio debet mouēre delegatum, quæ moueret delegantē:vnde si scit se habēre causam non implendi,quod Papa mandat:quam si Papa sciret, credit, ꝙ contrarium mandasset,nō tenetur implere. Item quintò,si prouidit in forma cōmuni per idē. Sextò,si sit electus:qa nec electio tenet,si non est in sacris.de æta. & quali.eo. A multis.Aut sponsalia non tenent,si est in sacris. Septimò, qa si est postulatus idem: quia nec tenetur assentire,nec est casus dissoluens: vnde in omnibus casibus,in quibus ordo cp̄alis non dissoluit sponsalia, si petat liberari à iudice pōt se mulier opponere,& ipsum petere,& cōtra eum si non detur,appellare. 23 De ordine verò religionis primò sciendū, ꝙ ingressus non dissoluit ipso iure ante professionē: cùm possint exire, & sic alia ducta primam deludere, si solus ingressus dissolueret. Nec obstat,ꝙ sic se habet nouitiatus ad professionem, sicut sponsalia ad matrimoniū,sed professio soluit matrimoniū, ipso iure. ergò nouitiatus sponsalia,qa non est simile:cū professio opponat matrimonio : non autē nouitiatus spōsalibus. Vnde in iure cū dicit̄ ingressus religionis,soluit sponsalia,vel facit hoc,vel illud:verba accipiēda sunt cum effectu.ff.ꝙ quisq; iure ī alterū statuit.l. 1. §. hæc verba.Vnde ingressi monasteria , se & sua dedicant Deo. Ingressi dico cū professione. Secūdò, solus ingressus soluit cum authoritate iudicis. Potest enim sponsa petere à iudice, vt statuat illi tēpus profitendi,aut contrahendi,aut si sit religio mendicantiū infra annum non pōt fieri promissio statim licentiare eam:maximè si antè diu expectauit, & sit periculū fornicationis: licet secundū leges teneret eum expectare vsq; ad professionem,qa probabili causa impeditur. Tertiò, per professionē religionis approbatæ soluunt sponsalia ipso iure: imò etiā matrimoniū nō consummatū. de cōuer.cōiu.Ex publico.de spon.Commissum.& multo magis spōsalia, quæ tollunt per sequēs matrimoniū,quia si vinco vincentē te,multo fortiꝰ vinco te.ff.de diuersis,& tēpora.præscrip.l. de accessionib⁹. Quartò, ꝙ non est ei pœnitentia iniungenda, sicut nec post matrimoniū:qa legis authoritate hoc fit:& ꝙ legitimè factū est,pœnam non meretur. C.ad.l.Iul.de adulteriis.l.Gracchus. Quintò,de spōsalibus iuramento firmatis dicunt quidā, ꝙ peccat ipsis non impletis intrans religionē:licet ipsis impletis posit intrare ante copulam: sicut ille, qui iurauit soluere vsuras, q̄uis soluta statim posit repetere: tū ratione iuramenti tenetur soluere. de iureiurando. Debitores.& qui vouit intrare religionem si in eā eligatur,tenet prius religionē intrare, licet intrata statim posit ad eā tum redire.de voto. c.per tuas. Ad minus hoc est securitas.extrà de spō. Commissum.§. tutius &c. Sed Innoc.& Host.sunt contra.super illud sū spirat,non dicit votū fecerat. Alioquin si alligatus esset, vel Papę dixisset:Dñe statim volo intrare.Respondisset, Amice,& tu intra:& non dixisset,ꝙ contraheret,cum talis contractus esset ad decipiendum. Et glo. dicit ibidē: si vult,pōt intrare,& nō contrahere. Quādo enim illud, quod de se bonū, & non impedit maioris bonī iuratur: implēdū est,sicut soluere vltra sortē nō est malū:licet recipere sit malū:imò supererogare est perfectionis:& propter hoc iurans vsuras soluere tenetur. Similiter intrare religionē non est malū , nec episcopatus impeditiuū: cùm etiā religiosus sit magis dispositus : & ideò tenetur seruare votū,sed matrimoniū,licet nō sit malū: est tñ,vt plurimum impeditiuū maioris boni.s.religionis,quia licet post

De impedimento ordinis.

Marit⁹ inuita vxore ordinat⁹ tenetur reddere debitum.

De ordine episcopali.

Religio quò soluit sponſ.

Dur. de hoc latius hīc.q. 2.

Opi. Docto.

Vide infrà dis. 28.q.1. art.3.

cet post matrimoniū posit intrare ante copulam: tū de mille nō inuenit̄ vnus,qui hoc faciat: vnde volēti intrare non obstat iuramentū sponsaliū. Quod autē dicit̄ ibi esse tutius:dico, ꝙ tutius est matrimoniū infra tēpus statutū cōtrahere,q̄ in deliberādo tēpus contra iuramentū protrahere.Sed si ante tēpus velit intrare, non est periurus,qui legis authoritate deserit iuramentū. ff.qui satisdare cogātur.lib.vlt.Sextò,de voto simplici. Vbi primò sciendū est,ꝙ si spōsus inscia,vel inuita spōsa emittat votum simplex de castitate seruanda:ipsa si velit eo inuito potest agere ad dissolutionē:quia per hoc factu est ei matrimoniū onerosum : cū iste non posit debitū petere,& mulier verecūda est:& si semper petere haberet,grauaretur. vnde sicut ꝓpter alia impedimēta,sic ꝓpter istud,& idem econuerso,licet non sit tanta ratio. Secūdò dico,ꝙ ille , qui emisit votū non pōt agere ad dissolutionē alio reclamante:nec excusatur alio ad matrimoniū agēte:aliàs posset deludere sponsalia: cùm nec iste sit de modis dissoluentibus,nisi velit religionē intrare. Tertio dico, ꝙ si dicat se velle religionē intrare, vt posit votū seruare:cogetur vel intrare,vel cōtrahere,ratione ꝓpositi nō voti:vnde statuet sibi tēpus infrà,qñ matrimoniū cōtrahat,vt promisit,vel religionem intret,vt proposuit. Alio quin excōmunicabit̄, nec absoluet quousq; alterū fecerit: sed tunc sic.Quartò dico,ꝙ hīc est casus,in quo quis cōpellitur religionē intrare, aliàs peccat mortaliter: qa manens in sæculo non pōt votum perfectē implēre:cùm teneat cōtrahere, & per cōsequēs debitū reddere. Tenet autē omnis facere illud,sine quo non pōt perfectē implēre votū,sicut tenet votū implēre non solū in parte,sed integrè. Quītò dico,valet,si dicat,sic se habet votū simplex ad sponsalia,sicut soleне ad matrimoniū:sed soleне dirimit matrimoniū,ergò simplex dissoluit sponsalia:qa solenne dirimit matrimoniū post contractū : priùs autem contractū,non omne soleне,sed solū id,quod per professionem,nec omne matrimoniū, sed solū consummatū,& hoc propter mortē spūalem. Et sic fortè votū simplex impedit spōsalia sequētia,sed non præcedētia:qa non facit hominē mortuū ciuiliter, nec spūaliter. 24 Sextus casus,secunda, matrimoniū cōtractū per verba de præsenti cū secunda,dissoluit sponsalia præcedētia etiā iuramēto firmata,& ipso iure sicut dicit Magister. 28.dist. c. 1. circa fi.& extrà.e. Veniens.&.c.Is qui fidē.&.c. Si inter. de spon.du.c.1.Secūdò dico, ꝙ nihilominus est sibi pœnitētia imponēda,de fide mētita,vel iuramēto fracto,vt dicit Magister ibidē:& est similiter de regulis iuris. c.pe nult.lib.6.vbi dicit̄,ꝙ per professionē factā in religione laxiore liberat̄ quis à voto simplici de religione arctiore sed pro voto nō impleto est ei pœnitētia iniūgēda. Tertiò dico,ꝙ secùs,si secūda spōsalia fuerunt de futuro,etiam iuramēto firmata, & non prima: qa iuramentū non est vinculū iniquitatis,& in his, quæ sunt eiusdē ratiōis primū præiudicat secundo: sicut etiā in contractibus rerum ꝓmisi tibi equum simplici verbo,& iurauī dare secundo:teneor dare primo:non secūdo,& peccauī iurando. Quartò dico,ꝙ est secùs,si esset matrimoniū inualidum quacūq; ratione,esset inualidū,qa illud, quod nullum est,nunq̄ sponsalia dissoluere pōt, vt puta si contraxit cū consanguinea sua, qa cessat causa cū posit redire ad primā. Vnde qui cū propinqua sponsæ contrahit de facto nihilominus tenet cōtrahere cū spōsa:qa matrimonium,vel sponsalia nulla, nihil causant ad impediendū præcedens: licet causent ad impediendū sequēs. de spō. c.1.li.6. 25 Septimus,morbus,primò,in generali quę libet enormis deformitas superueniens soluit sponsalia. glo.de coniug.leprosorū.c. vlt.& grauis infirmitas: non autē matrimoniū quo ad thorū, nec quo ad seruitiū. de coniu.lepr.c.1.&.2. secundò de expressis in iuramento in speciali,de quibus dicit̄ sic.extrà de iureiurādo. Quēadmodū.si leprosa,paralytica,aut si amiserit oculos, vel nasum.Tertiò,à Theologis adducit. 5.epilētia,quę etiā dissoluit spūalia sponsalia: qa si quis sit electus in epm epilēticus,non debet cōfirmari,nec ordinari.Quartò,de aliis non expressis,quæ in iudicis arbitrio relinquūtur: sed in.c.Quēadmodū dicit̄,aut aliquid turpius: non est autem turpiùs amittere vnum oculū, q̄ duos:vnde non propter amissionē vnius oculi:sed in aliis,in quibus dubium est,an turpiores sint iudicis arbitrio relinquūtur. Quintò,de inimicitiis capitalibus: qa si sponsus probaret sponsam veneno eum attentasse,aut econuerso,iusta est causa solutionis sponsaliorū. 26 Octauus, affinis, Primò, est simile in affinitate superuenientе matrimonio & sponsalibus impediēdo matrimoniu:qa spōsus cognoscens sponsæ consanguineā impedit̄ cum vtraq; cōtrahere, sicut vir vtriusq;. Incestus enim impedit contrahendum.Nec ob.25.dist.c.penult. licita eis cōiugia non negentur,supple,ex dispēsatione propter inuentutē: dissimile est autē in affinitate superuenientе matrimonio, & sponsalibus quantu ad quatuor. Primo in probādo: qa faciliùs probatur affinitas dissoluēs spōsalia,q̄ matrimonium:vt suprà de fornicatione: puta per vnū testem,vel famam. Secundò,dissimile est in dissoluendo:qa affinitas superueniens spōsalibus totaliter dissoluit etiā quo ad vinculū,vnde liberè possunt ad alia vota conuolare: nec etiā si vellent,possunt cōtrahere: superueniens autē matrimonio non dissoluit vinculum:vnde non possunt ad alia vota conuolare: sed si non est consummatū,tenetur is,qui fuit causa,intrare religionē,nè cognoscat affinem reddendo:iure petēdi se priuauit,sed iure reddendi non se liberauit. Tertiò,dissimile est in scientia:quia in affinitate superuenientе sponsalibus non refert,vtrum scienter,vel ignoranter:sed in superuenientе matrimonio sic,qa sciēs incestuosus pdit ius petēdi,nō autē ꝓbabitur ignorans. Quartò,dissimile est in persona: quia in sponsalibus non refert,quæ persona fuerit in culpa:vtrum is qui agit ad dissolutionē sponsalium, an alius,vel extraneus: qa hīc allegans turpitudinē auditur:cùm etiam si vellet matrimoniū contrahere non posset.de eo,qui cognoscon.consanguin.vxoris suæ.c.fraternitatis.&.c.Ex literis. In matrimonio autē solus culpabilis priuatur iure petendi.Nec potest ipse agere ad diuortium,sed alius. 27 Nonus,vox publica,in matrimonio dissoluēdo vox vnius vox nullius,sicut in aliis,& sic intelligit Hosti.de testibus. Super eo.& idem in spōsalibus firmiter iuratis: sed in matrimonio coniungendo statur vni testi.de spō. Præterea secundò in sponsalibus quo ad famā: quia propter scandalu vitandū sola fama afferens canonicum impedimentū sufficit ad sponsalia dissoluenda. de consangui.c.2.& de præsum.c.illud. Tertiò,qa fama æquipollet dicto vnius testis, & ad testimoniū iuratū vnius fide digni,puta matris, dissoluūtur.de testi.super eo.Nec obstat de spon.Cùm in tua.vbi videt̄ requiri vtrunq;,& fama,& persona grauis: qa illud tenet, quādo parentes ex opposito iurare volebāt,vel quia erant iurata. Quartò, vtrū is,cui crimen fuum aliquis reuelauit consiliū eius petendo,non adiiciendo,cōmitto tibi hoc sub sigillo secreti,vel confessionis,per quod causatū est impedimentum:teneatur illud reuelare sacerdoti faciēti banna.Respondeo dicendū,ꝙ sic. 22.q.5. hīc videt̄,ꝙ potest ꝓdesse,& non obesse:qa hīc nō agitur nisi de cōmodo suo.Secūs autē si iudex ꝓcederet cōtra eum ad inquisitionem criminis: cùm sine hoc posit corrigi, & super hoc diffamaret: sicut aliquis aduocato reuēlat causæ suæ secreta: quæ si panderet iudici,vel aduersæ parti, reputaret̄ pro-

S.T.& Dur. vbi suprà.

Affinitas superueniens dissoluit matrimo.

Alius casus in quo tenetur quis religionē intrare.

Dubiū pulchrum.

Votum simplex qūò impedit.

Casus ī quo tenet̄ hō religionē ītrare

Hoc tenet hīc Rich.ar. 3.q.4.

Mr̄imo. contractū ꝓ verba de pr̄esenti soluit spō.

Morbus soluit spon.

Nota.

ditor,& præuaricator. Et similiter si aliquis,vt sæpe assolet sine confessione petit consiliũ de crimine. In his eñ ex materia, & modo sigillũ secreti obligat. Prouer. Qui ambulat fraudulenter,reuẽlat arcana: qui autem fidelis est, cælat amici commissum. In his etiã, quæ de se mala sunt,& grauia,non excusat iussus superioris:vnde qui ꝑ talem modum scit alterius delictũ, sic se debet habere,sicut ille,qui scit ꝑ cõfessionẽ,& sic põt iurare se nescire,s. modo licito ad reuelandũ. 28 Decimus,Cunq; reclamant.Vbi primò est sciendũ, ꝙ qñ tẽpore sponsaliorum contractorũ erant ambo, vel alter in ætate puerili, siue infantili,infra septẽ annos. C.de iure deliberãdi.l.Si infanti.i.responso.tunc qñcunq;, & quicũq, põt reclamare propria authoritate:licet Tho.cõtrà, qa vbi à principio nulla:licet authoritate ꝓpria contrauenire:vt nota. de rest.spol.Ex parte.Secũdò,ꝙ cõtracta post ætatem infantilẽ infra pubertatẽ in pupillari ætate existentibus. Et tunc siue alter reclamet, siue ambo, non dissoluũtur ꝓpter instabilitatẽ cõsilij:qa cras possent pœnitẽre. Tertiò,qñ in pupillari ætate cõtraxerunt vnus,vel ambo:& tunc vnus veniẽs ad pubertatẽ reclamat: & tunc dissoluuntur etiã alio reclamãte: qa licet tenuerint, tñ inefficacia fuerunt.Quartò,qa in foro cõscientiæ est idem:qa nemo debet decipi legis authoritate: vnde cũ ecclesia talem licentiet:videt,ꝙ licitè alibi cõtrahat, etiam si iuramentũ intercesit.Nam sacra puberũ non impuberũ firma esse oportet.Et sic possunt intelli.de spõ.imp.c.à vobis.&. c.de illis. 29 Quantũ ad secundũ sunt duæ cõclusiones. Prima de his,quæ dirimunt matrimoniũ. Cũ enim impossibiliũ nulla sit obligatio,nõ solũ casus prædicti dissoluunt spõsalia ritè priùs cõtracta: imò omnia quæ impediunt,& dirimũt matrimoniũ sequens dissoluunt spõsalia præcedẽtia: aliàs obligaret quis ad impossibile:cùm tñ impossibile præceptũ non liget. ff.de sent. quæ sine ap.rescin. l. Paul. Vnde sunt alij sex casus.Primus,cõditio seruitutis, quæ si superueniat sponsalibus: dissoluit petẽte libero, non econuerso:sicut & de matrimonio:& põt reduci ad id,quod dictũ est de fuga:qa seruus ciuitatẽ amittit,& libertatem.Vnde ciuis Romanus esse desinit, quasi extra limites Imperij factus. Secũdus, cognatio legalis,vt adoptio superueniẽs. Tertius,cognatio spũalis.Nam carnalis superuenire non põt.Illa enim nascendo contrahit,nec põt homo nasci denuò, cùm sit senex.Et hæc duo possunt cõpræhendi sub nomine affinis. Quartus,cultus disparitas,vt si sponsus, vel spõsa baptizatur in hæresim, vel apostasiã, quæ est fornicatio spũalis secundũ Hosti. Vnde & reducitur ad primũ crimen. Quintus,impotẽtia coëundi,vt si sponsus eunuchetur,siue mulier arctetur. Sextus,furor superueniens. nec ob. ff.eo.l.in sponsalibus:quod furor impedimentum sit:dubiũ non est,sed superueniens non infirmat,qa loquit de furioso habente lucida interualla:Nam de alio impossibile esset,ꝙ cõtraheret sine cõsensu:puto tñ, ꝙ etiã talis furor infirmaret spõsalia: nam si spõsus fieret lunaticus, tẽpore furoris posset interficere vxorẽ: vnde grauior, & turpior.Et grauior est hæc infirmitas,quàm supradictæ, quæ soluunt sponsalia,& ideo multo magis solueret.Vnde hæc duo reducuntur ad illud,quod dicitur morbus. 30 Dicendũ est igit̃,ꝙ lex illa loquit̃ de spõsalibus per verba de præsenti: qa matrimoniũ semel contractũ non soluitur,ꝓpter quẽcunq; furorẽ superuenientẽ:quod tñ non põt de nouo cõtrahi durãte furore. Vel dicendũ,ꝙ furor superueniens non infirmat ipso iure : sed est iusta causa infirmandi, si alius petat. Excipitur autẽ publicæ honestatis iustitia:qa licet dirimat matrimoniũ post contractum cum alia,non tamen cùm priùs desponsata.Vnde tenetur contrahere cum prima:qa in vinculis eiusdẽ rationis primum fortius est.extrà.e.c.1.lib.6. 31 Secunda cõclusio est de his, quæ impediunt contrahendũ, & non dirimunt,quæ sunt ecclesiæ vetitũ tẽpus,feriæ,& crimina quædã.Igitur ecclesiæ vetitũ superueniens dissoluit spõsalia secundũ tẽpus,& modũ suũ:quia si per ecclesiam prohibeat̃ sponso contrahere cũ sponsa,fortè propter hoc,ꝙ ab alia impetiũ,vel impedimentũ aliqd' nunciat̃ ecclesiæ:interim nec debet, nec tenet̃ cum ea cõtrahere. Et iussus superioris excusat̃ tẽpus feriale superueniens,licet nõ dissoluat,tamen excusat̃,nè cogat̃ interim contrahere,vel saltem solenniter traducere,qa peccaret. Crimen autẽ superueniẽs dissoluit,non dirimit: qa indistinctè dicitur,ꝙ talia crimina impediunt contrahenda matrimonia,nec distinguit̃, vtrum sint initiata per sponsalia, vel non:vnde cùm post sponsalia adhuc restet matrimoniũ contrahendũ:videtur,ꝙ ità impediat̃,ac si nondum essent sponsalia contracta : vnde si sponsus occidat presbyterũ,vel rapiat alterius sponsam,aut sanctimonialem,vel aliquid hmõi,soluuntur sponsalia: quod est intelligendum,si alius,qui est innocẽs, petat dissolutionẽ, obiiciens alteri tale crimen.Potest enim dicere raptori, vel incestuoso petenti sponsalia impleri:petis,quod tibi non licet:qa fine spe coniugij manere debes.Item etiã si cum eo dispensẽt propter pœnitentiã,non põt prima petere:cui ius fuit acquisitũ,nec in eius præiudiciũ est facta dispensatio:sed intelligit̃ facta saluo iure alterius. Si autẽ innocẽs petat sponsalia cõsummari, non audit̃ iste renuens: allegando turpitudinẽ suam,nec peccat cõtrahens coactus: qa pœnæ suos debẽt tenẽre actores: vnde talia crimina impediunt criminosum in se, nõ in præiudicium alterius,nè ex suo crimine commodũ reportet:& qa in talibus sanctius est nocentẽ soluere, q̃ condẽnare innocentẽ: quod etiã in prædictis casibus locũ habet in his dũtaxat,quæ nõ dirimerent matrimoniũ.Nam sponsus castus,vel sanus sponsam fornicantẽ,aut infirmantẽ, si velit inuitã habebit.De iureiur.quemadmodũ. ibi ad vtrunq; sine transgressione se possit habẽre. glo. vt eam recipiat,vel non recipiat.Vnde etiã videt̃ secundũ hanc distinctionẽ intelligendã esse illam Decretalem extrà.e.c.1.lib.6.Nam sponsus,qui cõtrahit sponsalia cum consanguinea sponsæ, quodãmodo incestuosus est, si scienter faciat:vnde cogitur contrahere cum prima, si prima velit: sed si ipsa nolit, non potest eam cogere: qa fecit se indignũ:hæc est sentẽtia Magistri.4.in di.35. 32 Sed licet ista sint probabiliter dicta, tñ videt̃ aliter dicendũ in tribus. Primò, ꝙ dictũ est de impediẽtibus matrimonium contrahendũ, quod soluunt sponsalia, quibus superuenit,non est verũ:cùm id debeat intelligi de contrahendo totaliter,& de nouo,vbi est res integra:non videtur autẽ contrahendũ sic illud,quod necessario est contrahendũ,sed solũ illud, quod liberũ est contrahere, vel non.Item secũdò,qa cessante causa,cessat effectus,& sublato principali, submouetur accessoriũ: vnde si spõsalia essent aliàs soluenda innocente ad hoc agente:si tñ fuerit dispensatũ cũ nocente: qa non ꝓpter alterius fauorẽ semper ꝓpter istius odiũ totaliter erat illa pœna: quicquid iure per offensam alteri quęsitũ est,per dispensationem est sublatũ. Item tertiò,de hoc,quod dictum est de contrahente sponsalia secũda cũ consanguinea sponsæ, dicendũ, ꝙ illa spõsalia secũda sunt quidẽ fractio fidei, & iuramenti,si interuenit,sed nõ sunt incestus: nec causant affinitatẽ: sed solũ publicæ honestatis iustitiã, non quidẽ respectu sponsæ primæ:sed respectu omnium aliorum:qa sicut dicit̃ in Decretali allegata,cũ publicæ honestatis iustitia robur trahat ex ecclesiæ instituto:ecclesia põt statuere,ꝙ contrahat̃ respectu vnius,& non respectu alterius. Vel põt dici publicæ honestatis iustitia respectu

Infans effect⁹ pubes reclamans dissoluit spõsalia.s.Th.vbi suprà. ad.8.

Cõditio seruitutis soluit spõ.cum aliis.8. casibus.

Alij casus impediẽtes spõsalia, licet non dirimẽtes.

Crimen superueniens quomodò dissoluit.

Opi.Docto.

Opi.Docto.

Ad rationes 1.opinio.

Ad rationes 2.opinio.

respectu omniũ aliorũ cõtracta:nisi ꝙ in ea dispensatur respectu primæ:si ipsa velit,ꝙ possit esse matrimoniũ, & ꝙ ipsa possit petere debitũ: cùm tñ faciat cõtractus verborũ ad publicæ honestatis iustitiã:quantũ carnalis copula ad affinitatẽ: sicut ipsa põt eum repellere ꝓpter cognatã posteà cognitã: sic & ꝓpter illam desponsatã, sed in hoc est differẽtia:qa cognoscentẽ etiam si vellet habẽre,nõ posset,qa ecclesia nõ dispẽsat, sed desponsantẽ habẽre põt,qa ecclesia dispẽsat. 33 Quantũ ad tertiũ est duplex opinio de impedimentis præcedẽtibus,& probabiliter ignoratis,de quibus dicũt quidã,ꝙ dissoluunt, & impediunt,reclamante illo,qui ignorauit cùm primum veniunt ad notitiã eius:vt si prius erat leprosa,& nõ apparebat.Qui enim spõsalia deserit ex tali causa præcedẽte,& ignorata, quæ si similiter superueniret, esset iusta: arras non perdit.C.e.tit.l.vlt.Si autẽ non esset iusta causa discedẽdi ꝓderet.ergò illicitè discedit.Præterea simile est de matrimonio spũali,& carnali,& spũale pro sponsa lib⁹ habet electionẽ, pro matrimonio cõfirmationẽ, pro consummatione cõsecrationẽ:sed oligẽs, vel consentiẽs, qui non põt opponere electo ad impediendũ confirmationẽ:nisi defectũ posteà emergentẽ,potest tñ priùs latẽtem, dum tñ de ignorãtia fidẽ faciat ꝓprio iuramento. de ele.c.1.li.6. Et regulariter in iure paria sunt aliquid superuenire,& præcedere ignorãter:qa res dicit̃ fieri, qñ primum innotescit.de except.c.Pastoralis.Tñ matrimonia fauorabilia sunt:& in dubio à verbis legis nõ est recedendũ:loquũtur autẽ iura de morbo superueniẽte nõ alio quocunq;: vnde verius videt̃ quibusdã, ꝙ morbus præcedẽs ignoratus nõ soluat,sed imputet sibi, qui talẽ elegit sibi sociũ,vel sociã,qui enim minus bonũ socium eligit de se cõqueri debet,& suæ facilitati imputare. Insti.de socie.ℌ.vlt. 34 Præterea nõ minus dissoluit fornicatio,q̃ morbus:sed ꝓpter fornicationẽ præcedentem non põt spõsus sponsam nõ admittere, nec distinguit̃ inter scitam,& ignoratã ꝓbabiliter,vel aliter.ergò &c.Benè verum est, ꝙ si radix solũ præcessisset infirmitatis, & non infirmitas actualis : sed post spõsalia exiuisset in actum nõ solũ secundũ apparentiã,sed secundũ veritatẽ: reputarem infirmitatẽ nouã,licet esset in causu antiqua. Item hoc intelligo de illis impedimẽtis,quæ sunt ꝓpria spõsalibus:qa illud impedimentũ, quod præcedẽs ignoratum impediret matrimoniũ, & dissolueret: posteà scitum,& reclamatũ,sicut error personę,vel cõditionis,etiã impediret sponsalia codẽ modo. Si quis autẽ vellet sustinere primã opinionẽ, posset respõdere ad rationẽ de fornicatione sic:ꝙ ratio,qa fornicatio superueniens soluit, est: qa nõ est verisimile, ꝙ fidem seruet in matrimonio, quam fregit post spõsalia:& qa sub ista tacita cõditione videt̃ matrimoniũ cõtractũ, cũ ad hoc ordinet̃ matrimonium,vt vnus alteri seruet fidẽ thori:sed multi ante spõsalia non cõtinent,qui posteà cõtinẽt:imò ꝓpter hoc cõtrahunt,vt licitè faciãt,quod priùs illicitè:vnde qa non est talis mala suspitio cõtra tacitè promissum ex præcedẽte fornicatione, sicut sequente:nec erat obligatus isti ad non fornicãdũ antè, sicut põst.ideò &c. Sed secùs est de aliis impedimentis, quæ non dissoluũt ꝓpter tacitã conditionẽ,nec ꝓpter præsumptionẽ talẽ,nec etiã alia impediměta superueniẽtia matrimonio liberarẽt quo ad thorum,sicut fornicatio:vnde nõ est simile.Et ideò ignorantia fornicationis præcedẽtis nõ impedit,sed ignorantia aliorũ sic. Sed si quis teneat contrariã opinionẽ, ꝙ ignorantia non dissoluit,põt dicere,ꝙ non obstat lex ciuilis, quæ in hac materia fidẽ non facit : cũ secundũ canones cogatur præcisè sponsus ad matrimoniũ, sicut secundũ canones:licet ignoratia fecit,non perdere arras, non tñ liberat̃ à promissione. Decretalis autẽ non obstat:qa nõ sic habet homo inquirere de moribꝰ eligẽdi, sicut illius cum quo vult nubere:ideò imputet sibi, qui desponsauit cuius conditionẽ ignorauit, nisi in errore conditionis, & personæ, de quibus est expressum. 35 Quantũ ad quartũ de modo dissoluendi sunt quinq; conclusiones. Prima est ab omnibus cõcessa,ꝙ matrimoniũ, & ꝓfessio ipso iure dissoluunt sine cuiuscunq; authoritate:qa etiã talia sunt cõtraria, & nata sunt esse notoria. Vnde & idẽ videret̃ esse pari ratione de ordine sacro superueniente: imò cùm impossibiliũ nulla sit obligatio, per oĩa impedimenta superueniẽtia, quibus homo non põt de facto contrahere matrimoniũ, simpliciter ipso iure liberatus est: hoc est per votũ solẽne,quousq; ad mortẽ suã obligatus est ad continentiã:& similiter est in matrimonio, qa licet altero præmoriẽte posset cõtrahere: tñ hoc accidit: qa per se vsq; ad mortẽ ligatus est. 36 Secunda cõclusio est,ꝙ ideo dicit Host.de fornicatione notoria,ꝙ propter eam propria authoritate spõsus potest discedere,& alij se copulare: vt si publicè in lupanari se meretricẽ exhibuit. Et idem pari ratione videt̃ de aliis notoriis: vt si sponsa facta leprosa iam si posita in leprosorio communi.Et idem in amissione nasi,& oculorum,quæ non possunt latẽre. 37 Tertia cõclusio est,ꝙ idem est qñ sponsalia omninò sunt occulta:qa qualis est morbꝰ,talis sufficit medicina:vnde sicut in occulto consentiunt,sic sufficit in occulto fine iudice dissentiant,& se quitãt: quia nec illud est inuentũ nisi ꝓpter scandalũ vitandũ, ꝙ de solennitate dicit̃. Vnde extrà.e. præterea. nõ fit mentio, ꝙ iudicio ecclesię separẽtur:sed ꝙ ab ecclesia tolerãtur. Vnde si sponsalia fuerunt omninò occulta,& nõ peruẽrit,nec in facie ecclesiæ cõtracta:nõ oportet,ꝙ in faciem ecclesiæ dissoluant:sed propria authoritate quolibet superiorũ casuum emergẽte. 38 Quarta cõclusio, qñ impedimentũ est occultũ:licet sponsalia publica sint: vt si sponsus certus est de fornicatione, nec possit probare: tunc eñ non tenet̃ petere licentiã cum alia cõtrahendi: qa sibi inhiberet̃:sed ꝓpria authoritate potest ex quo secundum rei veritatẽ habet legitimam exceptionẽ, cõtra eam maximè si nõ sit culpa eius:sed in defectu ꝓbationum,sicut is,cui debetur,si non possit in iudicio repetere,quod sibi debet̃:põt in foro cõscientiæ cõpensare, vel retinere. 39 Quinta conclusio, cuius authoritate iudicis? Hosti.solius episcopi: sed hoc intellige,vel eius vices gerentis.s.officialis,vel archidiaconi, vel alterius de legati,vel ordinarij ecclesiastici.Nam causa matrimonialis spũalis est:vnde soli iudicio ecclesiastico cõpetit:non tñ est meri Imperij,quæ solis maioribus cõpetat,& delegari non possit:de spon.impub.c.Accessit.&.c.continebatur.1. Responso.c.de illis.&.c.duo pueri: tñ nõ sufficeret authoritas curati,qui iudex non est in foro ecclesiæ,licet sit iudex in foro cõscientiæ. 40 Ad argumentum principale in oppositũ dicendũ, ꝙ qñ sponsalia dicuntur in matrimonium : est determinatio diminuens, quia est initium extrinsecũ.i. dispositio, & præparatio.

Sponsalia quot modis soluuntur.

❧QVAESTIO SECVNDA.

De consensu efficiente matrimonium.

Thom. 4. dist. 27. q. 1. art. 2.

SECVNDO quæritur, vtrum cõsensus sit causa effectiua matrimonij: & videtur ꝙ non: quia matrimoniũ est sacrm:sed sacramentũ nõ fit per interiorẽ actum: sed per materiale elementum. ergò &c.

2 Contrà.ff.de regulis iur.Nuptias non cõcubitus,sed cõsensus facit. 3 Respondeo,circa hanc quęstionem videnda sunt sex. Primò,ꝙ ad matrimoniũ requiriť consensus. Secundò,ꝙ expresio cõsensus. Tertiò,de expresione per signa. Quartò,de expresione per verba. Quintò,de diuersitate in formis. Sextò,de remediis in perplexitate. 4 Quantũ ad primũ sunt quinq; conclusiones. Prima,ꝙ cõsensus est causa matrimonij, ità ꝙ sine eo nõ potest esse matrimoniũ , nec verum sine vero: vt in foro cõscientiæ , nec præsumptum sine præsumpto, vt in foro ecclesiæ. Primò,vt cõtractus, qa non solũ contractus, qui consensu contrahunť:imò omnes consensum requirunt:cùm omnis contractus sit pactum: pactum autẽ est duorũ,vel trium in idẽ placitũ,& consensus.ff.de pact.l. Non. Secũdò,quia est sacrm,& in omni sacro requiritur intentio. 5 Secunda conclusio , sequiť ex prima. s. ꝙ potest esset aliquis certus,ꝙ non est matrimoniũ:qa scit se non cõsensisse,& requiriť mutuus cõsensus,non potest esse certus,ꝙ sit matrimoniũ: sicut nec, ꝙ sit consensus, saltẽ alterius,sed debet præsumere:vnde nec tenẽ credere alteri dicẽti: non cõsensi:ex quo verba sufficientia ex presit,sed nec debet,quia sic multi deluderent sacris. 6 Tertia conclusio est dubia iuxta hoc, vtrũ mater debeat moriẽs dicere filio adultero veritatẽ? Et quidã dicunt ꝙ non,nec est sibi iniungendũ:qa filius nõ tenetur credere,& sic frustra diceret. Secundò,qa nemo tenetur se prodere nisi cõfessori.Et dicendũ,ꝙ tenetur ei dicere: qa tenẽ facere: quicquid põt ad indemnitatẽ mariti, & posibile est,ꝙ filius licet non teneaťtñ acquiescit ei fortè: sicut etiã prædicator tenẽ impio indicare impietatẽ suam: licet ille nõ semper acquiescat: aliàs sanguinẽ eiꝰ dñs requiret de manu sua. Vnde Hosti.dicit,ꝙ testis cogitur dicere veritatẽ: qa licet nõ faciat dictũ vnius plenam probationẽ:tñ semiplenã,& cũ ea fortè defertur iuri:& sic nõ periclitabiť veritas,quam occultare est pctũ. Secũdò dico,ꝙ alius nõ tenẽ ei acquiescere,ex quo habuit eum sæpe pro filio. argumentũ de probationibus. Per tuas. Et licet illa non loquaťin casu mortis, in quo minus videť mẽtiri:tñ dicto vnius testis nunquã est necesse credi,quãtacunq; præfulgeat dignitate, vbi agitur de præiudicio. Nam de cõsecratione ecclesiæ, vel hmõi secùs esset,vt nota.de testi.Nuper.exemplum de illo,qui dixit matri suæ: benè credo vobis,ꝙ sitis ribalda,sed nõ ꝙ sim bastardus. 7 Quarta conclusio est,ꝙ non tenẽ hoc indicare marito:qa si cõualesceret,haberet eam exosam,sicut accidit de quadã,quę cũ hoc reuelasset ad confiliũ curati, odio habita est nimis: sed cõsilio cuiusdã simulauit se furiosam,& freneticã,cõfitens quædã impossibilia,ex quibꝰ manu ductus est vir ad discredendũ primam confessionẽ. 8 Sed cõtra hoc est: qa ius fuit acquisitũ viro ipsam expellendi. Si autẽ habeo ius tuum, debeo tibi reddere, vel veritatẽ confitẽdo remissionẽ petere: sed de partu supposito nõ esset ità verecundũ prodere. Exẽplũ de sterili diuite fratris, cui vxor supposuit partũ pauperis: & cùm in morte indicasset, ille noluit repudiare,sed vt filiũ instituit. 9 Quod dicit de proditione,dicendũ:ꝙ ille,qui nõ põt dignè,& perfectè satisfacere de pctõ suo occulto, nisi ipsum prodẽdo, debet se prodere, & sibi hoc in cõfessiõe iniungi põt, & debet: sicut in diffamante falsò,& iniustè aliquem,cui iniungi debet,vt reuocet dictũ suum corã illis,qui licet scirẽt dictum:non tñ delictũ:qa credebãt eum verũ dicere, aliàs nõ teneretur.Vnde licet nõ dicat aliis, q̃ quibus dixit: dicit tñ aliud,q̃ dixit:& pctm̃,quod fuit occultũ:licet dictum fuisset manifestũ, & sic est hìc: sed qñ aliter potest satisfieri,nõ tenetur se prodere, nec cõfessor debet iniungere. 10 Quinta conclusio iuxta istam est aliusꝯ casus.

Art.1. Consensus est causa matrimonij.

Certus non põt esse qs,ꝙ sit matrimonium sed bene,ꝙ non sit

Q. pulchra an mr̃ spurio tenẽ dicere veritatem.

Opini. 1.est Scot.supꝫ di. 15.q.2.ad penl'. quẽ sequiť Anto. Flo.2.par.titul.2.c.7.§.4.opi. Doc.

Nota casum

Adultera nunciauit adultero, cõcepi:postmodũ conceptus,qui in omnibꝰ assimilaťadultero,succedit patri putatiuo:quæriť,an adulter teneaťei hoc dicere, nõ puto, tum quia nõ tenẽ credere adulteræ, que frequẽtiùs habitat cũ viro,& magis de eo põt cõcipere:tum quia non est verisimile , ꝙ ille crederet extraneo. 11 Quantùm ad secundũ sunt aliæ quinq; conclusiones. Prima, ꝙ ad matrimoniũ necessario requiriť expresio, vel declaratio cõsensus,quantũ ad aliquod signũ sensibile exteriꝰ. Quod patet dupliciter. Primò,inquantũ est sacrm:qa sacrm est materiale elementũ exterius oculis suppositum &c.quod non cõuenit soli sensui interiori. Secundò patet idẽ, inquantũ est contractus:qa homini, qui non videt cor,nõ potest quis cõsensu obligari sine exteriori signo:licet Deo per totũ possit: vnde ꝙ dicũtur cõtractus solo cõsensu contrahi:non sic intelligendũ est, quasi nihil aliud requiraťur:sed qa nihil aliud determinatè requiritur,puta,literæ tantũ,aut res:sed aliquid indeterminatè,quod consensum exprimat:ità tamen, ꝙ illud non sit causa obligationis nisi sine qua non, sed consensus, nec contractus innominatim dicunť cõsensu cõtrahi: qa in illis ꝓter cõsensum expressum requiriť aliud. s.rei interuentus,vel quãdo dicitur,ꝙ aliquꝭ contractus solo consensu cõtrahunť, intelligendũ est de consensu aliquo signo declarato. 12 Secunda cõclusio est, ꝙ exterius signum,quod est formale,principalius est in matrimonio vt sacrm,q̃ consensus, qui est quid materiale: ꝓpter qd' Legistæ, qui considerant solũ matrimoniũ, vt cõtractus est:possunt dicere,ꝙ solo consensu contrahitur,sicut emptio,& vẽditio,sed Theologi nõ: vnde authoritas Theologorũ,quæ dicit solũ cõsensum facere matrimoniũ, intelligiť de cõsensu expresso: ità ꝙ excludaťactus coniugalis,non expresio cõsensus,quæ est principalior: sicut verba,q̃ aqua in baptismo,& cõfessio,& absolutio,q̃ contritio in pœnitẽtia. 13 Tertia conclusio est, ꝙ in foro exteriori ꝓbata sufficienti expresione præsumiť pro matrimonio: etiã si ambo cõtradicãt dicentes se hoc dixisse animo ludẽdi,nè illudant sacro, aut parẽtes contradicant,aut alter dicat se fecisse solũ animo carnalẽ copulam extorquẽdo:qa de interioribus nõ nisi per exteriora, & secundũ allegata iudicať , propter ꝙ frequẽter ecclesia decipiť:nec transit in rem iudicatam sentẽtia lata pro matrimonio, vel contra. 14 Quarta cõclusio est, ꝙ in casu,vno cõtradicẽte,crediť cõtra matrimoniũ etiã probata sufficiẽti expresione,qñ probat per testes de veritate,ꝙ non animo cõtrahendi per verisimilia signa: vt in ribaldo soluente puellæ pro vino dicẽte,desponso te, risit putans eum ludere. 15 Quinta conclusio est,ꝙ qñ vterq; confiteť se animo ludẽdi fecisse, iniungẽda est pœnitẽtia eis pro ludo noxio: & iudicandũ est non esse matrimoniũ,si cum septima manu se purgẽt:sicut in frigidis,& maleficiatis,aliter non, ꝓpter timorẽ collusiõis, & reuerentiã sacri.Nam in cõtractibus simplicibus crederet cõfessioni vtriusq; partis:pro,& cõtra. 16 Quantùm ad tertiũ. s.de expresione per signa sunt etiã quinque conclusiones. prima, ꝙ expresio per signa sine verbis sufficit ad spõsalia,& matrimoniũ,in illo,qui nõ põt loqui,secundũ omnes: aliter mutus non posset matrimonium cõtrahere:cuius contrariũ dicit de sponsalibus.c. Cùm apud. vnde & baptismũ, & pœnitẽtiã,& alia sacramutus potest per signa petere. 26.q.6.Qui recedũt.&.c. seq. vnde quãuis nullum aliud sacrm sine verbis posit perfici,tamen matrimoniũ potest,vt dictũ est. 17 Secunda cõclusio est, ꝙ sine verbis signa sufficiunt,etiã in potenteloqui:quãuis aliqui dicant oppositũ,nec tñ valet ratio Hosti.qa filia tacens cõtrahit:qa loquiť per patrem;& si non per se. Sed hìc est regula cõmunis,qa contractus,

Casus aliꝰ vide Gã.in.4. dist.15.q.2. arti.2.

Art.2. Mrimoniũ requirit aliquid exteriꝰ declaratiuũ consensus.

Theologi legistis dissident de principali in hoc sacramento.

Art.3.

tractus,de cuius essentia sunt verba, non potest cõtrahi, nec ĩter absentes , nec per personã suo iuri non subiectam:sicut stipulatio,quæ est verborũ obligatio:sed matrimoniũ potest contrahi inter absentes per procuratorem extraneũ, ergò nõ sunt necessaria verba. 18 Tertia conclusio est in generali,ꝙ illa signa sunt sufficiẽtia, quæ sine matrimonio esse non possunt, aut non solent, aut quæ contrahentes semper, vel cõmuniter habẽre solent. 19 Quarta conclusio est in speciali de tribus signis. Primum est taciturnitas secundũ Magistrum indistinctè:sed leges,quas inducit,non probãt de extraneis, nec etiã de filio respectu patris,nec filia respectu matris, sed solũ de filia respectu patris.noua Decre. de spon.im pub.c.vno.§.vlt.lib.6.dicit, ꝙ si parẽtes nomine filiorũ contrahunt,& filij sciunt,& non contradicũt:eo ipso tacitè cõsentire videntur:& appellatione filiorũ etiã contenturꝙ masculinũ genus concipit fœmininũ, appellatione etiã parentũ,etiã mater. Vnde in collecta, Deus q nos pr̃em& mr̃em:sequiť animabꝰ parentũ nr̃orũ.imò etiã propinqui secundũ vulgũ:vnde tacens in matrimonio,quod per propinquos tractaťconsentire videť.Idem multo fortiꝰ i extraneis videť:qa dicit Ber.de præsumpnõnè.ꝙ taciturnitas eius,cuius ꝓhibitio impedit,est cõsensus.Magis autem potest impedire filia illud,quod de se tractaťper extraneos,q̃ ꝙ per parentes,quibus minus licet cõtradicere, & non decet non obedire.ergò &c.

Puella tacẽs pr̃e dicente verba verè cõtrahit,ideò vr̃ tenere b.T.hìc.q.1 artic.2.q.2. ad.3.

Opi. Doc.ꝙ amicis dicẽtibus verba nõ fit cõtractus, cuiꝰ oppositũ tenet Sco.di.26.q 1.in fi.4.

20 Sed contrariũ videtur verius, qa sicut notaťde sen. & re iudi.c.1.de matri.cõt. cõ.inter.c.1.de his.quæ fiũt à præla.c.2.vbi agiť de obligãdo,qui tacet,nõ consentit generaliter,nisi in casibus expresis.Vnde cũ non exprimatur in matrimonio, nisi de taciturnitate filiorũ respectu parentũ,secùs est de extraneis.Aliàs fruſtra exprimeret Decretalis de illis , si idem esset de omnibus aliis. Secundum signum est benedictio nuptialis,qñ tacens se permittit soleniter benedici. Tertium, subarratio ante valuas ecclesiæ : cùm de hoc agitur. 21 Quinta conclusio est de tribus signis,quæ probant,sed non causant sponsalia, vel matrimoniũ. Primũ est cohabitatio, quia tẽpus non est modus contrahendæ obligationis:sed benè est præsumptio probans cohabitationẽ.vnde de sponsa.impube.c.in princ.lib.6.dicit,ꝙ licet sponsalia ab initio nulla tractu tẽporis non conualescant: si tñ sponsalibus ante septennium contractis maiores septẽnio cohabitent,per cohabitationẽ mutuã præsumit durare in eâdem volũtate,& extunc spõsalia iudicãtur:aliter nõ posset probari matrimoniũ vetulorũ.de præsumpt. c.illud. Secundũ signum probans est cõfessio: vt quãdo vocant se cõiuges ex certa scientia,siue scriptura,vel instrumento. Tertium signum est dotis promissio, quæ non est sine matrimonio: sed fortè ex hoc non probaťmatrimonium,sed sponsalia:quia etiã ante matrimoniũ cõuenitur de dote, & donatione ꝓpter nuptias. 22 Quantũ ad quartũ articulũ. s.de expresione per verba sunt etiã quinq;cõclusiones. 23 Prima,ꝙ cõsensus expressus per verba de præsenti facit matrimoniũ: non autẽ per verba de futuro:qa ad hoc,ꝙ sit matrimoniũ,non sufficit,ꝙ sit obligatio ad dandum potestatẽ in corpus propriũ:sed ꝙ sit trãllatio potestatis:qa vterq; coniugum habet potestatem,& quodammodo dñium in corpus alterius,sed ille, qui ꝓmittit aliquid se daturũ in futurũ, non ꝓpter hoc dat illud,nec trãsfert dñium,sed obligat se ad dandũ.ergò &c.& sic probata est negatiua pars. Pars autem affirmatiua probatur:qa si cùm dicunt: accipio te &c.accipiunt se per manus: tunc per cõuentionẽ, & traditionem transfertur potestas corporũ mutua,etiã sine carnali copula: sicut si do tibi equũ sufficit tradere per frenũ, nec oportet te ponere in possesionẽ per ysum, ad quem est equus:puta,ꝙ tu equites ipsum:adhuc etiã si nullus contractus manuũ interueniat,nudo pacto ꝙ verba de præsenti transferť: sicut in quibusdã casibus sine traditione solo pacto transferť dominiũ.vt notatur.C.de pact.l.traditionibus. Quia enim non est propriè translatio dñij: qa esset contradictio, ꝙ vterq; esset seruus,& vterq; dñs: sed est trãslatio potestatis,& iuris debitũ petendi, & cuiusdã seruitutis: sicut nuda pactio sine traditione, cùm obligatur, res afficitur iure hypothecæ,& constituiťseruitus in re nudo pacto:ita in proposito. 24 Secunda conclusio est de verbis cõmunibus, quæ sunt:accipio te in meam: accipio te in meũ: siue addaťvirũ, & vxorem, siue non,ꝙ sufficiũt:qa significant totũ effectũ sacrii:qui est,ꝙ vir nõ habet potestatem sui corporis,sed mulier,& econuerso secundũ Paulũ. 25 Tertia conclusio est de verbis æquipollẽtibus præsentis temporis;vt si dicat,teneo te,vel habeo te ꝓ vxore, vel viro, vel ex nunc reputo te virũ,vel vxorem meã:qa nihil refert,quid ex æquipollẽtibus fiat:vnde qñ verba sunt talia, ꝙ non possunt verificari de præsenti, nisi sit matrimoniũ in præsenti,illa verba sufficiunt. Dico autẽ verificari de facto, vel de iure,sic autẽ est in proposito:qa nõ debet haberi,nec teneri, nec reputari aliqua pro vxore pro aliquo tẽpore: nisi pro illo tẽpore, ꝓ quo est vxor:vnde cũ dicat ꝓ verba de præsenti,teneo,habeo, reputo te &c. videťsufficere:& idem videť esse,si dicat: prouideo tibi ex nũc sicut vxori, videť idem per idem. 26 Quarta conclusio est de verbis futuri tẽporis,vt si dicat:habebo te, reputabo te,tenebo te,vel prodeo tibi,sicut vxori.In quibus videť distinguendũ,quia si dicit habebo te ex nunc,vel de cætero &c. videtur matrimoniũ: qa licet sint verba futuri tẽporis,nõ præsentis, tñ implicant effectũ præsentẽ: implicant enim totũ tẽpus sequens:incipiẽdo à nunc præsenti : si ergo ex nunc debeat haberi pro vxore:cũ prius secundũ naturam debeat esse vxor, q̃ haberi pro vxore. ergò nunc fit vxor,& expresio indicat,ꝙ cõsentit ipsam in præsenti fieri vxorẽ.Nec est simile,si dicat accipiã te: qa esse vxorẽ non præcedit accipere in vxorẽ,sed sequiť, sicut effectꝰ causam, hìc autẽ esse vxorẽ præcedit haberi pro vxore.Si autem dicat sic:tenebo te pro vxore,vel habebo,& sic de aliis: & non dicat ex nunc, vel de cætero, vel semper, non videť matrimoniũ,sed solũ sponsalia,qa non sequiť, habebo pro vxore, ergò habeo:nec sequiť,ergò es vxor.& potest verificari:habebo te ꝓ vxore: qñ accepero te.vnde cũ verba ꝓpriissima, & propinquissima, & prima facientia matrimoniũ:sicut est accipere in virũ vel in vxorem nõ faciunt matrimoniũ:qñ concipiuntur in futuro:idem videť multo magis de verbis secũdariis, quæ non habent vim nisi per reductionẽ ad illa:qa propter quod vnũquodq; tale, & illud magis:nisi qñ implicant præcesionẽ matrimonij,vt dictũ est. 27 Quinta cõclusio est de verbo volendi,vt si dicat:volo te esse virũ meum,vel vxorem: de quo dicunt quidã non esse matrimoniũ:sed cõsiderandũ est in hoc,& in omnibus dubiis verbis,an faciant sponsalia tñ,an matrimoniũ:qa si agebatur de spõsalibus cõtrahẽdis, non de matrimonio statim prẽsumendũ est,vel per verba illa voluerũt tñ contrahere sponsalia. Si autẽ de mrimonio,tunc præsumendum est de matrimonio:qa sicut dicit Hilarius. & habetur extrà de verb.signi. c. Intelligentia dictorũ ex causis assumenda est dicẽdi : qa non sermoni res, sed sermoꝛei subiectus est. Si autẽ dubium sit,de quo agebaťtunc in generali videreť faciẽda esse interpretatio cõtra illum, qui legẽ apertius potuit declarare. ff.de pac.l.2.vt si dicat voluisse se cõtrahere sponsalia tantũ ,& alius oppositum alteri credetur,& econuerso: hoc excepto,ꝙ si ille qui primo loquutus est verba certa, de quibus constat, cui

Signa.3.q̃ nõ ꝓbãt esse mrimoniũ.

Art.4. Cõsensus expressus ꝓ verba de p̃senti efficit mrimo. nõ autẽ per verba de futuro.

No. de verbis æquipollentibus.

Notabilis distinctio.

Opi.Do.ãd. c. ex lr̃is. de spõsa.In verbis dubiis recurrendum est ad intentionem.

cui determinatè deseruiant. ſ. an ſpõſalibus, an matrimonio, ſecundũ intellectũ illorum debent intelligi verba ſequẽtis, qui videt ad interrogata reſpõdere. Sed ſi quęratur de virtute verbi, volẽdi, refert: qa aut dicit, volo te vxorem mcã, & tunc cùm totũ ſit præſentis tẽporis, videt verũ matrimoniũ: ſi autẽ dicat, volo te accipere, vel ducere in vxorem, non eſt vxor, quouſq; per alia verba ducatur, vel accipiatur: qa illud eſt primum volitũ, eſſe verò vxorem eſt ſecũdò volitũ: dico autẽ ſecũdò opere licet priùs intẽtione. Si autẽ dicat, eſto vir meus, vel eſto vxor mea, modo imperatiuo, ſicut dicit Iſai. 4. Princeps noſter eſto, videt eſſe futuri tẽporis in effectu: qa ità dicit teſtator, hęres meus eſto: & ſic incipit teſtamentũ beati Remigij, loquẽtis ad ſponſam ſuam eccleſiã beatæ Mariæ. Tu mihi hæres eſto: hoc autẽ non verificat niſi poſt mortem: vnde non fit matrimoniũ: hæc autẽ diſtinctio locum habet in foro iudiciali non pœnitẽtiali, vbi iudicatur matrimoniũ, vel non, ſecundũ ꝙ dicit ſe intendiſſe: ſed ſi de verbis recolit, & non de intentione: tunc etiã in foro cõſciẽtiæ iudicandũ eſt ſecundũ prædicta.

Art. 5. Forum iudiciale, & conſcientiæ, in quibus differunt.

28 Quantũ ad quintũ articulũ de diuerſitate in foro iudiciali, & pœnitẽtiali, ſunt quinq; concluſiones. Prima, ꝙ forus iudicialis, & pœnitẽtialis in cauſa matrimonia li differunt in ꝓbando: qa in foro conſciẽtiæ ſtatur confeſsioni vni⁹, tam pro matrimonio, q̃ cõtra: qa in eo creditur alicui contra ſe, & pro ſe: qa ſi mentit, plus nocet ſibi, q̃ alij, cũ mẽtiri in iudicio cõſcientiæ ſemper ſit mortale: ſicut & periurij deliberatũ propter Dei irreuerentiam annexã: non ſic autẽ in foro exteriori ſimplex mendacium eſt pctũ mortale, niſi qñ lædit proximũ, vt ſi aduocat⁹ ad vanã gloriã falſo inducat legem ad verã concluſionẽ, ſed in iudicio exteriori nunquã creditur vni teſti, nec pro matrimonio, nec cõtrà. de ſen. & re iudi. cap. Conſanguinei. licet qñq; cõtra ſponſalia, nec in ſua cauſa: quia dicit Imperator omnibus in re ꝓpria dicẽdi teſtimonia facultatẽ volumus eſſe ſubmotam. C. de teſti. ſu. l. omnibus. nec in aliena quantacunq; præfulgeat dignitate, niſi qñ de nullius præiudicio agit, vt nota. de teſti. Nuper. Qñq; etiã nec duobus in cauſa ꝓpria: vt qñ cõtra matrimoniũ dicẽtes ſe cauſa iudi. feciſſe de eo, qui cognouit cõſang. vxo. ſ. ſuper eo. nec etiã duobus extraneis iurantibus idem de credulitate: qñq; ſic duobus in cauſa ꝓpria, vt pro matrimonio etiã nõ iuratis: ſed duobus extraneis iuratis de veritate ꝓ matrimonio, vel contrà. 29 Secunda cõcluſio eſt, ꝙ differũt in ſententiando contradictoria, qa vnus iudicabit eſſe matrimoniũ: alius non eſſe, & ecõuerſo, qa ille ſecundũ allegata: iſte ſecundũ confeſſa: quæ contradicunt qñq;, & tñ vtraq; ſententia erit iuſta: vnde eſt matrimoniũ præſumptũ, & non verũ: vel verũ, & non præſumptũ. 30 Secũdò, in iudicãdo cõtraria, qa ille iudicat præſens, ille futurũ qñ ſ. dolus interceſit: cuius alia perſona conſcia non fuit: tunc enim eſt obligatus ad accipiẽdum, nec põt veram pœnitentiã agere, niſi cõtrahat cũ ea, ſi põt, ꝙ ſi non põt dotet eam ſufficiẽter. 31 Tertia cõcluſio eſt, ꝙ qñ matrimoniũ eſt præſumptũ, & non verũ, etiã carnali copula nõ ſequuta etiã ſi non ſit futurũ: puto, ꝙ orit vera publicæ honeſtatis iuſtitia: qa illa robur trahit ex ordinatione eccleſiæ: & ideò id, quod eſt verũ ſecundũ iudiciũ eccleſiæ, verã publicę honeſtatis iuſtitiã cauſat in vtroq; foro. Si autẽ fuiſſet matrimoniũ clandeſtinũ, nõ cauſaſſet publicæ honeſtatis iuſtitiã, ſicut nec ſponſalia occulta qñq; ſunt nulla ſecundũ quoſdã. Tertiò, in ſentẽtiando cõtraria, & cõtradictoria: quia iudex exterior iudicat eſſe matrimoniũ: interior iudicat, nec eſſe, nec futurum eſſe: vt qñ alia fuit cõſciẽtia fraudis, qa ſciẽti dolus non

Sentẽtię cõtradictoriæ ſunt interdũ iuſtæ.

Nota. infertur. 32 Sed hîc eſt dubiũ, qa ſicut Iudæus ludẽs de baptiſmo cõpellendus eſt ad eum, ſic fortè iudex iuſtè cogit ad matrimoniũ eum, qui luſit de matrimonio: ſed pone exemplũ de habente occultũ impedimentum, propter quod non põt contrahere cum ea. 33 Quarta concluſio eſt, qñ iudex exterior præcipit ſub pœna excõmunicationis vnũ, & confeſſor oppoſitũ. Primò in his, quæ nõ reſpiciũt actum carnalẽ, ſimpliciter debet obedire: puta, vt prouideat ei, ſicut vxori: qa in rebus tẽporalibus ex cauſa iudex põt dare vni, & auferre alteri. Inſti. de offici. iudicis: vnde ſicut is, qui condẽnatus eſt iuſtè ſecundũ allegata: quãuis iniuſtè ſecundũ veritatẽ, tenetur ſoluere, vel reddere, ſic in propoſito. Secundò, qñ decipit tenet contrahere: & ſic præceptũ iudicis de cognoſcendo implere: qa licet præceptũ iudicis cohabitando carnaliter eſſet ei priⁿ impoſsibile de iure, qa nõ erat vxor ſua: tamen præceptũ cõfeſſoris de cõtrahendo erat ei poſsibile, quo impleto primũ factũ eſt poſsibile. Qũ autẽ fiunt duo præcepta vni licita, & honeſta, quorum vtrunq; eſt ſibi poſsibile ordinatè, licet non ſimul, vel in ordinatè, tenet implere modo poſsibili: & hoc niſi habeat impedimentũ, per quod nõ põt eam cognoſcere. Tũc enim nullo modo pro obedictia debet pctũ committere. Tertiò, qñ non decepit eam, & põt contrahere cũ ea. Nam tunc videtur, ꝙ teneat obedire: qa ſentẽtia pro matrimonio lata, à qua nõ eſt appellatum, nec per appellationẽ lis formata tranſit in rem iudicatam, ſicut aliæ: ex quo non eſt impedimentũ, quin poſsit eſſe matrimoniũ: vnde ſicut condẽnatus ad decẽ indebitè debet ea ſoluere, ſi non appellat: ſic etiã adiudicatus in virũ debet ducere, ſi põt: vt notat de ſen. & re iudi. c. Lator. 34 Quin Nota. ta cõcluſio ſequitur ex præmiſsis, qa ſi eccleſia aſtringit aliquẽ ad matrimoniũ, qui priùs non erat obligatus: licet eccleſia non poſsit aliquid circa mutationẽ eſſentiæ ſacrorum, tñ circa accidẽtia põt, nec hoc eſt mutare eſſentiã, ſi fiat neceſsitas: qd' eſt volũtatis: quia etiã homo cõtrahendo ſpõſalia, facit ſibi matrimoniũ neceſsitatis: qui tñ non põt immutare ſacra, ſic etiã ex cauſa põt aliquis cogi ad ordines pro vtilitate eccleſię, & ad matrimoniũ, pro pace terræ. Nec obſtat, ꝙ eſſentia matrimonij conſiſtit in contrahendo: qa ipſum cõtrahere, & perſonæ contrahentes ei ſubſunt: vnde & materiã matrimonij põt reſtringere: licet nõ ampliare contra reſtrictionẽ iuris diuini, vel naturalis. Sic etiã cũ euchariſtia nõ ſit neceſsitatis, facit eam neceſsitatis, & quo ad vſum in cõmunicãdo in Paſchate, & quo ad eſſentiã in cogendo ſacerdotes ad celebrandũ: quia hoc nõ eſt mutare materiã, nec formam: ſed non videtur, ꝙ poſsit arctare ad bis confitendum, vel venialia: qa materia pœnitẽtiæ, vt eſt neceſsitatis, & mortale non confeſſum: vnde cogere ad confitendum veniale, vel mortale confeſſum, videt mutare materiam. 35 Quantũ ad ſextum articulũ de remediis Art. 6. in perplexitate: quãdo. ſ. aliquis ſecundũ forũ conſcientiæ, nec eſt, nec fortè eſſe poteſt maritus alicuius: & tamẽ adiudicatur ei pro marito, vel ſponſo in foro exteriori ſub pœna excommunicationis: vbi ſunt duo videnda. Primò, de falſis remediis. Secundò, de veris. 36 Quantùm ad primum ſunt quinq; cõcluſiones ſecundũ quinque falſa remedia. 37 Primum eſt fuga poſt excõmunicationem, quæ nihil valet, niſi vt dicet in ſequẽti articulo in prima cõcluſione, quia excõmunicatio adhæret oſsibus eius, & vbiq; eum ſequit. Et idẽ eſt, ſi poſt citationem, qa probabiliter poteſt credere ſe excõmunicatum propter contumaciã. 38 Secundũ eſt contrahere matrimoniũ, niſi ſicut poſt dicet: quia licet ſit verum ſecundùm iudiciũ conſcientiæ illud ſecundũ: non tñ ſecundũ iudicium eccleſiæ: vnde eccleſia cõpellet ad primã redire, & excõmunicabit ſecundam. 39 Tertium eſt facer ordo

Cui forma gis eſt obedi endum.

Nota remedia in perplexitate.

Falſa remedia quinq;

ordo, quia ſuſcipiendo ordines fit irregularis propter excommunicationem: & nihilominus creatus ſacerdos cogitur redire ad primã. 40 Quartũ falſum remedium eſt appellatio, quæ nihil prodeſt, qa in cauſa appellationis etiã Papa iudicat ſecundũ allegata, ſicut in principali. de ſententia, & re iudi. c. in cauſis. vnde nec excõmunicationẽ ſuſpendit, & fatigatur fruſtra &c. vnde tutiùs faceret, ſi ſe inanibus ſumptibus nó vexaret, ex quo non põt probare, ſicut nec priùs. 41 Quinuum falſum remedium eſt ſupplicatio citra Papam, qa nullus inferior debet abſoluere à ſentẽtia hominis, iuris ordine non ſeruato, nec legatus, niſi à ſentẽtiis iuris: & dicentẽ ſe cum clerico pacificaſſe, abſoluet ſi ità eſt, nõ tñ ſi ſciret, ꝙ clericus percuſſorem ꝓſequeretur in iudicio, ſicut hic vxor proſequit virum. 42 Quantũ ad ſecundũ ſunt etiam quinq; concluſiones, ſecundũ quinq; vera remedia.

Vera remedia. 5.

43 Primum eſt fuga non quidẽ poſt excõmunicationẽ, niſi vt publicè poſsit cohabitare cum vera vxore, ꝙ non facit hîc propter ſcandalũ, nec poſt citationem, ſed antè qñ timet ſibi moueri controuerſiã. Nam tunc licet poſsit citari ad domũ, & excõmunicari, habet tñ probabilẽ ignorantiã quouſq; ſciat. 44 Secundum verum remedium eſt matrimoniũ, qñ primum factũ fuit iudicatum non pro matrimonio, ſed pro ſpõſalibus: nam tũc eccleſia imponet ſibi pœnitentiã, qa cõtra interdictũ contraxit: ſed tñ ſecundũ ſuum matrimoniũ approbabit, & ſententiã relaxauit, in foro autẽ conſciẽtiæ põt ſibi conſuli contrahere cũ ſecunda: ex quo prima ſponſalia fuerunt nulla, propter defectum intentionis vtroq; conſcio, licet pro ludo noxio, vel ſimulatione ſit ſibi pœnitẽtia iniuncta. 45 Tertium verum remedium eſt religio ante conſummationẽ: nam tunc etiã ſi eſſet verũ matrimoniũ poſſet abſolui, vel à prælato ſi habet priuilegiũ, vel à iudice debet abſolui, ſed poſt conſummationẽ, nec iudex abſoluet, nec prelatus poſſet etiã ſi haberet priuilegiũ abſoluendi à ſententia iudicis reſtituto damno, qa non poteſt aliter damnũ reſtitui. Sed qñ manenti in ſæculo, præcipit ſibi, ꝙ habitet, vel cõtrahat cũ illa, cum qua nõ poteſt ſine pctõ, certum eſt, ꝙ non tenet obedire, imò debet non obedire, qñ autẽ põt, ſed caſus talis eſt, ꝙ ſi iudex, vt iudex eſt, ſciret veritatẽ hoc nõ præciperet, tunc non oportet implere: verbi gratia. Si per falſos teſtes fuerit condẽnatus, qa ſi prælatus præciperet mihi aliquid errans, non præcepturus ſi ſciret veritatẽ: poſſum ſalua

Nota. obedientia nõ implere: de reſcrip. c. Si quãdo. ſed ſi fuit condemnatus implẽre matrimoniũ per ludũ contractũ, iuſtum eſt propter delictũ ſuum, ꝙ impleat, & idem ſi decepit cognoſcẽdo. 46 Quartũ remedium eſt obedientia, vt ſeruet ſententiã excõmunicationis interim, qa ſententia paſtoris &c. Itemq; ſi poſsit impleat, quod præcipit: qa melius eſſet ducere leproſam, q̃ ſemper in excommunicatiõe viuere inſtar Iudæi, vel Pagani. 47 Quintum remedium eſt ſupplicatio ad Papam, qui poteſt abſoluere ab omni ſententia, & debet ab iſta ſub hac conditione: ſi falſum eſt, quod dicis, non intẽdo abſoluere te: ſi autem verum quod dicis, abſoluo te: ità tñ ꝙ in terra tua ꝓpter ſcandalũ in manifeſto abſtineas te à diuinis: ſed in occulto ibi, vel palàm alibi poſsis intereſſe diuinis, quia aliter ipſe eſt in periculo animæ ſuæ carendo ſacramentis, quæ ſunt vita animæ, cui periculo filij pater debet occurrere. 48 Ad argumentũ in oppoſitum dicendum, ꝙ matrimoniũ requirit conſenſum interiùs, & verba exteriùs, ſicut alia ſacra intentionẽ, & materiale elementum: ſed quia materia huius ſacramenti videtur eſſe contractus humanus, ideo pro principali habet conſenſum, vt quid humanum.

Ad argu. in oppo.

QVAESTIO TERTIA.

De ingreſſu religionis matrimonium diſſoluente.

Thom. 4. diſt. 27. q. 2. art. 3.

TERTIO quæritur, vtrũ matrimonium ſoluatur per ingreſſum religionis, & videtur ꝙ non: qa ꝓpter fornicationẽ vnius: licet alteri intrare religionẽ, etiam matrimonio conſummato: ſed nõ intranti non licet contrahere, ergò matrimonium non eſt ſolutũm. 2 Contrà, in litera. 3 Reſpõdeo, hîc ſunt tria videnda. Primò, quò matrimoniũ ſoluaſ per mortẽ naturalẽ. Secundò, quò per ciuilem, quæ eſt ingreſſus religionis. Tertiò, vtrum ſit alius modus ſoluendi matrimonium. 4 Quantùm ad primũ, ſunt tres concluſiones. Prima quantùm ad matrimoniũ carnale: quia omne matrimoniũ quantũcunq; ratum, & conſummatũ ſecundũ omne ius ſoluitur totaliter per mortẽ naturalẽ alterius coniugum: qa mors omnia ſoluit. Auth. de nupt. §. Deinceps. vnde poſt mortẽ poteſt contrahere. Ro. 7. Soluta eſt à lege viri. & ad Corinth. Cui vult, nubat tantùm in Dño. extrà de ſec. nupt. c. fi. Et qa obligatio ſemel extincta nõ reuiuiſcit: ſi coniunx mortuus reſuſcitetur, non eſt matrimonio obligatus. Nec obſtat, quod dicitur Hebræi. Acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos: qa exponitur de viris volũtariis ex vno cõſenſu vtriuſque: quo caſu eſt aliud matrimoniũ à primo: non tñ ſit bigamus niſi ipſa interim fuiſſet alteri nupta, & ab eo cognita: qñ eo viuente non põt redire ad reſuſcitatũ, vel exponitur de filiis, nec eſt bonũ argumentũ, ꝙ in Chriſto ſunt duæ filiationes, ſed eſt vnus filius, ſicut reſuſcitato ſunt duæ in vno filio: qa ibi ſucceſsiuè ſunt, hîc autẽ ſimul, & ſemel eſſent. Vel dicendũ, ꝙ ſicut redit idem filius, ità & eadem filiatio. Secùs autẽ eſt in aliis ſacris, quæ animã reſpiciunt. Nam character omnis remanet in anima ſeparata, vt non rebaptizetur, reordinetur, reconformetur mortuus ſuſcitatus, ſed matrimoniũ reſpicit corpus: vnde ſicut in morte corrupto corpore, corrũpuntur potentiæ organicæ, non aliæ: ſic ſacrm carnale, non alia: ſed tñ ſi infra paucos dies cõiunx reſurgeret, præſumeret non fuiſſe mortuus, ſed epilenticus, vel aliter fuiſſe infirmus. Si tñ verè mortuus fuiſſet, neuter cogeret reſuſcitatũ recipere. Aliter vt dictũ eſt, conſuenit authoritas inducta exponi. Acceperunt mulieres. i. matres de reſurrectione mortuos, ſuple, filios: ſicut Sunamitis illũ, quẽ Heliſęus, & Helias ſuſcitauerunt: & Chriſtus ſuſcitauit adoleſcentem, quem recepit mater vidua ante portas Naym, Lucæ 7. Sed contra id, quod dictũ eſt matrimonij eſſe corporale eſt: quia cùm vinculũ matrimonij ſit diſpoſitio ad gratiã, debet eſſe in parte intellectiua, & ſic incorporale: licet reſpiciat corpus: ſicut etiã ſcientia dependet à fantaſmate, ſine cuius ſpeculatione non habet actũ, & tñ non corrumpitur in morte. Et ſimiliter character ordinis nõ eſt niſi reſpectu agendorũ in hac vita, & tñ non delctor per mortẽ: vnde eſt dubiũ. 5 Secunda cõcluſio eſt quantùm ad matrimoniũ, ex quo arguitur cõtra prædicta: qa fortius eſt vinculũ mrimonij, q̃ dominij, cùm illud in vita poſsit diſſolui, ſi dñs rem ſuam vendat: non autẽ matrimonij, vt ſi vir vxorem repudiat. Nam & ſi iure ciuili ex toto tollitur repudio, qa non cõſiderat niſi humanã obligationẽ: tñ ratione diuinæ coniunctionis cũ ſit ſacrm, nõ tollitur ante mortẽ: ſed Lazarus reſuſcitatus debet habere res ſuas. ergò multo magis vxorẽ. 6 Ad qd' dicunt quidã, ꝙ licet debeat habere de æquitate, vt dicit glo. ff. de le. l. Ex his. tñ de rigore ſecùs eſt, qa ſecundũ ſtrictam

Matrimonium conſummatũ ſoluitur per mortem ciuilem

Vinculũ matrimo. eſt in corpore. S. T. ſtrà di. 38. in expoſitiõe text⁹. Vinculũ matrimoñ. eſſe corporale, an nõ relinquit Doc. in deciſum vide reſolutũ infrà diſtin. 31. q. 1.

Ber. & Hug. in glo. ſuper c. licitè. 32. q. 7.

strictam iuris considerationē ædificiū habens seruitutē stillicidij,si destructū reædificet,non recuperat eandē:ergo à simili de seruitute vrbanorū prædiorū.l.seruitutes, quæ in superficie.§.si sublatū. 7 Sed cōtra,qa pro tanto secundū strictā interpretationē interiit seruitus:quia non est idē ædificiū secundū rei virtutē: vnde si domus legata particulatim destructa etiā ex alia materia reædificet,reputat eadē, & propter hoc cedit legato: qa ius ex eadem materia nō redit,qa alia. Vnde cùm resuscitatus etiā secundū veritatē sit omninò idē numero, videtur illud habēre,vel debēre,ꝙ priùs.ff.de legi. si ità legatū.§. vlt.Sed considerandū est,ꝙ ædificiū habens, vel debens seruitutē realem si destructū reædificet, habet, vel debet eandē seruitutē,quā priùs.ff.de serui.vrb.præ.l.qui limitibus:saltē de æquitate.& dicto.§.si sublatū.in princ.& l.si testamento. debent autē seruitutē personalē non sic: vnde vsusfructus domus sublato ædificio interit,vt i dicto.§.si sublatū, in fi.ff. quēadmodū vsusfructus amitti. l.repeti.§.rei.Nec reædificatio ex integro redit, vt.e.tit. l.quid tñ.sed non tñ: vnde cùm seruitus realis respiciat possessiones, & res inanimatas: seruitus verò personalis respiciat personas:videt,ꝙ resuscitatus habeat,& debeat quicqd priùs habebat,& debebat, respectu rerū,& possessionū,sicut de seruitute reali:non autē habeat,& debeat eandē seruitutē personalē:qualis est seruitus religionis, & matrimonij: vnde & resuscitatus non tenet ad matrimoniū carnale, vel spūale, quod fuit contractū in vita: quia seruitus personalis, quæ debet à persona personæ, vt in matrimonio,& religione, vel quæ debet tantū personæ, vt vsusfructus extinguit morte tam debētis, q̄ habentis. Seruo enim, cui vsusfructus legatus est mortuo, vel ipso viuēte mortuo fructuario extinguit vsusfruct⁹. Dicendū est ergò pro conclusione, ꝙ si Lazarus testatus fuit, recuperat: qa in donatione causa mortis plus se, q̄ aliū,cui donat,vult habēre:vnde intelligit tacita conditione si moriat cū effectu.Idem si ab intestato, qa defertur non nisi per coniunctionē ad morientē, qui est sibi magis vnū, quàm alius.Idē etiā si fiscus ea accepit in defectū hæredū,qa si propinquo apparēti fiscus reddere tenetur, multo magis ei resurgenti. 8 Tertia conclusio est,quantū ad matrimoniū spūale: qa pari ratione religiosus resuscitatus non tenet ad religionē, vt dictū est: sed de curato,& episcopo suscitatis,dicendum,ꝙ sunt sacerdotes,sicut priùs: qa ille character est indelebilis: sed non sunt curati, nec sponsi huius ecclesiæ,nisi noua electione, vel promissione. Mortua autē sponsa spirituali, vel vxore religione destructa, cui aliquis erat obligatus voto simplici,vel solenni,vel q̄ voto simplici,& illa nō vult eum recipere,si omnes conuētus requisierit, vel superiorē:qui pōt pro omni,sed nō vult,an sit liberatus distinguendū est:qa qui vouit simpliciter, vel solenniter religioni in cōmuni,licet intēderit hanc intrare liberat hac destructa,vel renuente,sed tenet aliam intrare:sicut qui promisit hominē,licet intenderet dare suum non emere alienū,non liberat, suo etiā ante morā mortuo,sed tenetur alium dare,& emere. Si autē vouit solū intrare hanc religionē determinatè, hac destructa,vel renuente: non tenet aliam intrare,qa interitu speciei promissor liberatur,nec præcisè sacrati cogunt ad aliā religionē: sed vel manere in sua,vel transire ad aliā:non enim qui ꝓmisit obedientiā vni, propter hoc tenet eam promittere alteri,quia etiā q̄n particulare cadit in obligatione per se,& directa:vniuersale autē per accidens ex cōsequēti,& indirectè,facta impossibilitate circa particulare manente possibilitate circa vniuersale liberatus est debitor: vt si quis promiserit dare Stichum,& per consequēs hominē Sticho mortuo liberat: nec tenet dare aliquē alium hominem:q̄n autē particulare indirectè,& ex cōsequēti est in obligatione:vniuersale autem per se,& directè:nunq̄ difficultas præstationis eius liberat debitorem,vt si quis promittat equū,& per se cōsequens hunc, vel illū,qa nō nisi hunc, vel illum dare pōt, nullo particulari mortui liberat. Cùm autē quis ꝓmittit intrare religionē absolute,non tenet ad hanc, vel illā determinatè nisi per accidens:vnde si vna eum refutat aliam tentare debet. Si autem promisit hanc intrare determinatè nō tenet ad religionē, nisi qa ad hanc: vnde si ab hac liberet, qd' fit ista destructa,vel nolēte eum, ex toto liberatur. 9 Quantùm ad secundū,scilicet quò matrimonium soluatur per mortē spualem, siue per ingressum religionis sunt quatuor conclusiones. 10 Prima de ingressu:quia in quatuor casib⁹ licet cōiugato religionē ingredi. Primus,q̄n post matrimoniū consummatū alter coniugū fornicat, qa fornicāte etiā inuito alter pōt religionē intrare, nisi postea eum sibi reconciliauerint,vt Teberga Lotharium. Si enim licet discedere in sæculo multo magis in claustro. Exemplum de Paulo Simplice. Secundus casus,altero coniugū consentiente, & pariter intrante,sicut multi viri intrauerunt religionē virorū , vt vxores fœminarū etiam matrimonio cōsummato. Tertius,altero consentiente,& in sæculo remanēte, vbi non est timor incontinentiæ. Quartus casus, matrimonio etiā non cōsummato.In aliis autē non licet. Primò, quādo cōiuge inuito, qui nō meruit:exemplu de Agatosa.Secūdò, q̄n meruit, sed reconciliatus est:exemplū ibidē. Tertiò, q̄n meruit, & consensit,sed est timor incontinentiæ,vt dicit hīc in litera.Omnibus autē casibus,quibus post consummatum matrimoniū licet intrare religionē,licet etiam ad sacros ordines promoueri,etiā ad episcopatū. Exemplū de beato Hilario, qui existens episcopus habebat filiā, & vxorem:q̄n autem non licet religionē intrare:multo minus ad sacros ordines ascendere: sed esset suspensus ab ordinis exequutione, licet characterē recipiet: hīc autē nec esset vera professio solennis. Item de matrimonio violenter consummato dici Hosti. ꝙ idem licet peccet eam opprimendo:qa licet possit debitū petere, non tñ ab inuita extorquere,quia nec illa tenet reddere: & sic iste est melioris cōditionis fatuus, q̄ peritus,sed non est hæc bona cōditio,quia sapiēti non expedit nubere.Item de matrimonio attentato : sicut enim iudicio ecclesiæ spōsalibus carnali copula consummatis, non valet cōtractum matrimoniū cum alia,sed valet,si fuit conatus:sic videtur hīc,nisi quis dicat, ꝙ in possessionem intrauit:sed sufficit probare conatū,nisi probetur defectus:sicut etiā sufficit probare cohabitationem:quia præsumit copula. Si autē ingressus,vel ingressa confiteret post professionē carnalē copulā interueuisse:nō est credendū ei: qa est timor de collusione,qa vult monasteriū exire: vt no.de raptoribus.Cū causa. Sed quāuis istud sit dictū probabiliter: tñ veriùs videt,ꝙ si sit matrimoniū vi consummatū, idem est quantū ad hoc, ꝙ non pōt solui per ingressum: qa sublata causa,submouetur effectus. Tota autē causa, quare per religionē soluitur matrimoniū, est,qa non habebat nisi vinculū spirituale: nunc autē habet carnale: qa vinculū carnale non dependet ex mutuo consensu. Et licet ista consummatio deficiat à coniunctione Christi humanæ naturę,in qua non fuit violentia:tñ non deficit à repræsentatione eius quo ad substantiā:sed quantū ad hoc,ꝙ illi liceat intrare religionē est dissimile: Nō enim inuita potuit perdere ius suum, nec ille ex delicto debet acquirere priuilegium, nè plus habeat luxuria, q̄ castitas. Similiter videtur requiri,ꝙ sit consummatū, & non solū attentatū, qa verba accipiēda sunt cū effectu: nisi etiā sit consummatū non significat coniunctionem Christi

Impug.

Maritus resuscitatus nō tenet ad mrimo.recuperat tñ hæreditatē. idē f.Tho.suprà tenet.

Religiosus resuscitatus nō tenet ad religionē cōtrahē.de gā. quorli. 1.q. 28.illius impug. vide in hol. lec. 45. super lib. Sapientiæ.

Art.2. Mrimoniū quò soluit per mortem spiritualem.

Nota.

Mrimo.violēter cōsummato licet intrare &c.qd' nō placet Richar. di.18. argu.2.q.4. ad primum. ſ.Tho. infrà dis. 27.q.1. artic.3.q.1. ad.1.

Christi insolubilem. ſ. ad humanā naturam, quæ primo instanti fuit cōsummata,& perfectus Deus,& homo: nec valet ratio,ꝙ fuit in possessione,qa fraus,& dolus nō debent patrocinari:vis autē non est sine dolo:vnde violenta possessio sibi non prodest. Quòd autē dicunt aliqui, ꝙ nulli faciat iniuriā, qui iure suo vtit: accipit autē per mutuū consensum ius in corpus mulieris,& sic non fuit iniuriosa:illa magis sibi imputet,quæ nō sibi cauit à cō summatione, si religionē intrare intēdebat. Dicendum ꝙ ille habebat ius petēdi,nisi illa vellet religionē intrare:vnde & si ante duos menses debitū peteret, ipsa posset excipere,volo religionē intrare,& ecclesia non cogeret debitū reddere: vnde iniustè exigit, sicut credit, qui ante tēpus debitorē soluere cogit. Insti.de actionibus.§. plus tēpore. Itē de matrimonio nullo modo consummato,si alter intret religionē, soluitur per hoc matrimoniū secundum omnes:qa mortuus est quo ad actus ciuiles,& carnales,etiā heremita,vt Machabæus:nam Alexius consilio Spūs sancti hoc fecit. Et Ioannes ad Apostolatū de nuptiis à Christo vocatus est. 11 Secūda cōclusio est de discessu, qūò remanenti in sæculo, licet discedere, & cū alia cōtrahere, qa hoc est ei impossibile, & illicitū in quinq; casibus.Primus casus est,q̄n matrimoniū fuit spōte consummatū: qa manet ligamen vsq; ad mortē naturalē,etiā post fornicationē.Secundus est ante cōsummatū post votū simplex à se emissum cōpare profitente. Et hīc est sol⁹ casus,i quo votū simplex dirimit post cōtractum non ratione sui,sed ratione annexi. Q̄n enim vterque vouet castitatē vnus soleniter,alius simpliciter:manet vinculū animorū , sicut si vterq; religionē intraret: quia sunt conformes in proposito castitatis:vnde rationē ligaminis non voti impedit matrimoniū, sed istud ligamen nō esset,nisi votū esset.Tertius,q̄n ille,qui intrauit,nondū fecit professionē tacitā,nec expressam:qa adhuc manet vinculū:qa habitus nō facit monachum,sed professio regularis.Quartus,q̄n fecit professionē,sed de facto tñ nō de iure,& sic adhuc manet vinculū. 12 Qui tus,q̄n alius intrauit matrimonio per violentiā consummato:nam qa cōsummatū fuit,adhuc durat ligamen,& sic non pōt contrahere,sicut si fuisset ſponte consummatum,ergò in vno solo casu,licet remanenti cōtrahere viuente conuerso.ſ.q̄n matrimoniū nullo modo fuerat cōsummatū,nec ipse fecerat aliquod votū,& conuersus est ritè professus.Si autē votū fecisset,& illa mortua contraheret, matrimoniū teneret:qa nō dirimebat propter votum,sed propter ligamen,si etiā illa viuēte cōtraxisset,& sic esset nullū, ratificaret ea mortua: qa ꝙ non posit ratificari matrimoniū cōtractū viuente prima est, q̄n erat in præiudiciū primæ,quod non est hīc. 13 Quid igit de ea,quæ ingressa religionē post multū tēporis sine expressa professione repetit virū,qui iam ex secūda liberos procreauit.Dico,ꝙ ei reddēdus est,si nō suscepit habitū propriū professārū:vel si est habitus indistinctus,& protestata fuit de nō intendēdo ꝓfiteri: nec oportet ꝓtestationē illā annis singulis renouari:nisi cessaret causa ꝓtestandi,sicut de his,quæ vi,metusve causa fiunt. c.1.Si enim illa,quæ corā velāte fuit protestata, ꝙ hoc faciebat metu viri viuentis:si post mortē viri per annū sine noua protestatione mansisset,professa esset:sed vbi non mutatur causa protestandi sufficit semel protestatū fuisse. Et qui allegat voluntatem mutatā probare tenet,& hoc in foro ecclesiæ. Nam in foro conscientiæ si actu voluntatē mutauit intendendo remanere, & post hanc mutationē per annū sine alia mutatione mansit, ligata est. Si verò nunquā actu habuit cōtrariā voluntatē, durat habitualis voluntas non profitendi,vnde liberata est. 14 Sed nunquid alter remanēs in seculo tenet expectare,ꝙ alter sit professus. Dicūt oēs ꝙ sic,sed quidā dicunt tēpus probationis debet abbreuiari,& taxari per epm,propter periculū incōtinentiæ illius,qui remanet in sæculo. Alioqui posset fraudari iure suo, qa intrans religionē posset esse ad finem anni in vno monasterio:& tunc exire,& intrare aliud monasteriū:& sic alius fraudaret. Aliis videt distinguendū,qa si vxor intret de licētia mariti,vel ecōuerso,remanēs in sæculo tenet expectare professionem, nec debet abbreuiari tēpus probationis à iure statutū: cùm tunc non fiat remanēti in sæculo aliquod præiudicium:si verò nō intrat de licētia, debet certū tēpus præfigi,intra quod ꝓfiteatur,nec est inconueniēs tēpus probationis abbreuiare statutū à iure: qa speciale est in hoc casu propter periculū incōtinētię illius,qui remanet in sæculo. Aliis videt,ꝙ ex quo ius permittit, ꝙ intret religionē, & tēpus ꝓbationis non solū sit introductū in fauorē cōuersi,sed in fauorē monasterij: vt sumatur experientia de moribus nouitij:non debet illud tēpus abbreuiari, nisi fortè apparet fraus eius : vt q̄n vadit nunc de vno monasterio ad aliud discurrendo. Primā opinionē ponit Bern.in apparatu.c. de regul.& transl.ad religionem. c. statuimus. secundā autē videt tangere Ioan.27. q.2.c.desponsātā.in glo.tertiā.tenet Hosti.in summa sua. 15 Tertia cōclusio est de egressu,quia quādocūq; licitè intrauit, tenet egredi ad repetentē etiā professus, nisi quādo ipse sine consensu eius intrauit,& ipsa ipsum profiteri permisit nō reclamans,& erat nō suspecta:sic ꝙ expresse licētiare potuit. Quādo autē licitè intrauit, nunquam tenet ad eam egredi,nisi in casu, quādo ipsa re in tegra licentiā datam reuocauit.Quando autē post votū ad eam etiā inuitus egredit, semper tenetur debitū reddere,sed nunquā petere pōt:qa illud habet vim voti simplicis. Nunquā autē licet vi extrahere, nisi authoritate iudicis,cui locus subiectus est:sic igit epilogando dicendum est,ꝙ conuersus cōiugatus q̄n̄q; tenet egredi ad cōiugem in sæculo remanentē:puta,quoties eū repetit: qa illicitè ingressus fuit,vel qa innoxio ꝓhibente, vel consentiēte fragili,q̄n nō potuit in eius ꝓiudiciū, nec vouere,nec profiteri. Et idē si licitè ingressus fuit, qa de licentia antiqui,sed re integra pœnituit. ſ. ante emissum votū solēne,vel simplex egredi tenetur ad eū. Secūdò,tenetur nō egredi,sed remanere, q̄n licitè emisit votū simplex,vel solēne,vel q̄n illicitè, sed ali⁹ nō repetit ipsum, qa ratificando cōfirmat. Tertiò,liber est in remanendo vel egrediendo,q̄n nullo voto astrictus est religioni tacito,vel expresso, nec vxor ipsum repetit:aut si repetit fornicata fuit antè,vel pōst. Q̄n vero simplex,sed nō solenne emisit,vel solēne de facto,quo ad Deū vxore non petente egredi non pōt:sed quo ad ecclesiā sic, maximè si votū probari non pōt, in quo casu retinētes inuitū clerici cum sunt excōmunicati.Dico autē retinētes non solùm manu iniecta:sed etiā veste sæculari negata:sine qua nō pōt cōmodè egredi:sed in secūdo casu est leuis iniectio, in primo grauis.Nam persuasionibus retinere eum possunt.Quartò de debito,qa egressus q̄n̄q; non pōt reddere,nec exigere,vt q̄n illicitè egressus est: vt in casibus dictis,& q̄n coniunx sciens,& tacēs permisit ꝓfiteri. Tunc enim seruitutē remisit:vt dñs,cuius seruus eo sciente ordinatur, & profitet. Dico autē illicitè ꝓpter votum ritè solennizatū. Q̄n̄q; autē petere,& exigere pōt,vt q̄n liberè egressus fuit nullo voto astrictus religioni,sicut nouitius solutus egrediēs matrimoniū cōtrahere potest: q̄n̄q; reddere,sed no petere, vt q̄n de consensu ipsius,de cuius incontinētia est timor,votū simplex emisit,tunc enim sibi,nō illi præiudicauit. Quinto,de raptu, in casibus enim,in quibus licet coniugi sæculari repetere,vel retrahere coniugem conuersum, siue ante professionem,siue pōst,

Durā.hīc.q. 2.

Solutio.

Nota.

Dubiū pulchrum. Resolutio.

Duran. vbi suprà.

Maritus in transreligionem quò teneturegredi & quò non.

post,non licet vi de monasterio rapere. Nec obstat de rapto ribus cũ causa:qa narrat, ꝙ rapuit,sed nõ dicit,ꝙ licuit: posset enim vir vxorẽ vi de vico ad domũ adducere:qa habet in eam correctionẽ: sed non posset eam priuato quasi possidẽti vi eripere: & multo minùs de monasterio violẽter extrahere:fores frangẽdo,aut habitũ violenter lacerãdo, vel cũ iniuria loci sacri à cornu altaris ipsam euellendo,licet aliæ peccauerint ipsam recipiendo. Si enim rem meã mihi ablatã ex interuallo nõ licet cũ violẽtia rapẽre,sed perdo dñium rei meæ,sic nec hîc. C.vnde vi.l. Si quis in tantã. quod est cõtra eos, qui filium Regis Maioricarũ de ordine extraxerũt.nec ob.de regularibus.c.2.qa licet parẽtes,vel tutores possint votum pupilli,vel puellæ irritare, & reuocare, non tñ possunt ipsum vi eripere.Ideò enim rigor iudiciarius est in medio cõstitutus,nè quis propriè iniuriæ accipiat vltionem.C.de Iudæis.l.nemo.intelligo autẽ, ꝙ coniunx, & impubes possunt extrahi infra annũ, non post.Fuerunt autẽ prædicti effractores excõmunicati per priuilegium speciale:ità vt nõ possint nisi à Papa absolui, vel conseruatione priuilegiorũ.Quid ergò de his,qui consiliũ dederunt? Et quidẽ si dederunt consiliũ verũ: puta, ꝙ tali via iudicij poterat extrahi:si aliter extractus fuit,non tenerentur:sed si dederunt consiliũ illicitũ: puta,ꝙ vi extrahi poterat,excõmunicati sunt:si cõsuluerũt ex intentione illa violentiã, quæ habet excõmunicationẽ annexam,vel de iure,sicut clericũ vi capere,vel aliquid infringere in loco sacro,vel religioso, vel per priuilegiũ, sicut aliã dãnabilem violẽtiam loco inferre:si præter intentionem eorum aliquid,sed occasione huius sequutũ fuerit, vt mors,aut mutilatio,irregulares sunt:qa qui dat operã rei illicitæ irregularis fit propter id, quod sequit ex eo, vel ob id licet præter spem, ac si illud intendisset: maximè qñ hoc natum est sequi ad illud, sicut & qui mandat hominem verberari prohibẽs occidi,vel mutilari.de homi.c.vlt.lib.6. Si autẽ sequit percussio clerici, quã non intendebat,non videt excomunicatus, qa incursio excõmunicationis requirit dolũ quo ad manuũ iniectionẽ violentã, vel in faciendo, vel inscienter non prohibendo: quod est argumentum ad illũ,qui mandauit verberari laicũ,cum quo percussus est casu clericus:qa erat socius,& defendens. Non eñ videtur mandãs excõicatus: qa etiã probat ignorãs clericũ, quẽ verberat,nõ est excõmunicatus:hoc aũt ꝓbabiliter ignorabat ex hac percussione clericũ lædendum. 16 Quarta conclusio est de egressu. Coniugatus enim conuersus tenet ad monasterium regredi,egressus ad coniugẽ in tribus casibus. Primò,qñ illicitè egressus est,tunc enim statim tenet regredi:nisi qñ vagabundũ vxor recipit,in casu, inquo etiam de monasterio extrahere posset. Secũdò, qñ licitè egressus est post votum vxoris de repetitione pœnitentis. Nã tunc sicut à principio ea non petente tenebat non egredi,sic nunc ea quitante tenet regredi.Tertiò,qñ post votum ad eam egressus ipsa mortua est. Nam tunc tenetur regredi ad complendũ votũ. Quartò,non debet regredi, qñ iustè eum rehabuit,& vult retinere. Si enim tenebatur ad eam egredi,multo magis prohibetur ab ea regredi.Quintò,liberũ est sibi regredi,vel non, qñ.s.ante votum ad eam egressus fuit post mortẽ eius, vel in vita de consensu eius &c. 17 Sed hîc dubiũ est,si post votum solennizatũ,indebitũ exeat, & ea mortua contrahat: an matrimoniũ secundũ teneat? Et videt ꝙ non:qa nullum fuit votũ solẽne ꝓpter iuris prohibitionẽ. 18 Cõtrà, qa non fuit intentionis iuris impedire solennizatũ, nisi in præiudiciũ primæ vxoris:& sicut spõsalia cõtracta cũ consanguinea primę sponsę,licet sint nulla respectu priorum sponsaliorũ impediendorũ,tñ impediũt alia no

Casus.

Coniugatus quò tenetur regredi ad religionem.

Dubium incidens.

ua:sic ista professio nõ soluit quidẽ primũ matrimoniũ: sed dirimit post contractũ. 19 Dicendũ est igit epilogando,ꝙ post professionẽ coniugis coniunx redditus,& illo mortuo tenet ad monasteriũ redire quo ad Deum: qa votũ cõtra prohibitionẽ ecclesiæ solennizatũ nõ impedit,quin sit votũ simplex, & semper peccat mortaliter contrahendo, sed qñ inuita vxore illicitè fuit professus: tunc non potuit esse votũ solenne:vnde secundũ matrimoniũ tenet, nec põt eum tanq̃ apostatam religio perse qui. Quãdo autẽ vxore cõsentiente fuit ꝓfessus: qñ ipsa erat iuuencula:ius noluit professionẽ inhibere simpliciter:sed solũ inquantũ erat prejudicialis alij viuenti in sęculo,qd' erat ad vitam tñ: vnde simpliciter in præiudiciũ eius fuit votũ solẽne, licet nõ in præiudiciũ vxoris: vnde ea mortua, nisi redeat, apostata est, & non matrimonium post contractũ,sicut dicit Gaufredus.Vel si dicatur,impossibile est,ꝙ votũ sit partim solẽne,& partim non: põt dici, ꝙ est simpliciter solẽne,& tñ tenet debitũ reddere verus monachus existens, cùm papa possit in solenni voto religionis dispẽsare. 20 Quantũ ad tertiũ .s. vtrũ præter istos duos modos sit alius modus soluendi matrimonium ratum? Et dicendũ,ꝙ non:vbi tñ sunt quatuor conclusiones. 21 Prima,ꝙ non soluit per ordinem,qui est sacrm, vel dignitas: tñ in textu videt Magister innuere,ꝙ sponsi non solũ possunt intrare religionem sine cõmuni cõsensu,sed etiã ad ordines ꝓmoueri: qa professio cõtinentiæ præter monasteriũ, non est nisi per ordinẽ sacrũ. Item dicit Host. & ꝙ coniugi ante carnalem copulã, licet episcopatũ acceptare: qa beata Virgo,& Ioannes, à quibus hæc materia initiũ sumpsit,non fuerunt religiosi. Et de eꝺo probat, qa si vinco vincentem te,multo fortiùs vinco te. ff.de diuer.& tem.prę.l. de accessio.Licet enim à matrimonio incorrupto transire ad religionẽ: & à religione etiam post professionẽ ad episcopatũ, ergò multo fortiùs à matrimonio i eꝺatum. 22 Sed contrariũ huius verũ est , qa eꝺatus ex natura sua non habet oppositũ ad matrimoniũ, cũ eꝺi priùs essent vnius vxoris viri. Nihil autẽ tollit nisi à suo contrario,nec eꝺi moriunt̃ciuiliter:cùm propriũ habeant,sicut & cæteri clerici sæculares: vnde qa religio soluit matrimoniũ non ratione perfectionis ,sed ratione mortis ciuilis.Episcopalis ordo licet sit perfectior,q̃ religio nõ soluit:similiter ordo sacer licet sit perfectior,q̃ religio:non soluit propter defectũ mortis: vnde coniugatus incorruptus licitè profitet,vt conuersus,qui tñ illicitè in sæculo ordinat.Nec soluit matrimoniũ,qñ de cõsensu vxoris ordinatur,vel eꝺatur. Vnde vxor eo viuente non põt cum alio cõtrahere.Coniugatus autem ante copulã non põt eligi:qa censet laicus,nec est in sacris,vel est irregularis, siue suspẽsus: sed põt postulari, & tunc si vxor cõsentiat, confirmabit:nam si dissentiat,nec Papa põt eum confirmare,nec cõsecrare in præiudiciũ vxoris: quin.s. teneat reddere debitũ, cũ non possit cõtra ius diuinũ dispensare:sed põt intrare religionẽ, & prima die de licentia Papæ ꝓfiteri, & eãdem die cõfirmari, & postmodũ ordinari,& cõsecrari: nec similiter de licentia Papæ põt coniugatus inuita vxore etiã ante copulam ad sacros ordines promoueri.Et si fueritordinatus,nihilominus tenet debitum reddere:quia semper est de iure diuino.Similiter nec Papa põt auferre vxori virũ suum etiã incorruptũ, quãto magis post copulã,vt ipsum faciat cardinalẽ:quia & ille stat' sæcularis est nõ irregularis,dicẽte quodã cardinali,Nos habemus religionẽ, cuius apostatæ sunt sancti,vt Hiero. Nec obstat,quod dicitur. Si vinco vincentem te &c.quia non sic vincit eꝺatus religionẽ,vt soluat ei' obligationẽ,sicut religio matrimoniũ soluebat. Nec obstat de Ioanne Euangelista:quia imò fuit vera religio

Respon.

3.Art. Mrionium non soluit ꝙ susceptione sacri ordinis

Apostolorum,

Apostolorum, & quo ad votum obedientiæ:quia negarunt semetipsos,& castitatis,& paupertatis,qa oñia reliquerunt.De beata autẽ virgine nõ est ad ꝓpositũ: qa in ea nõ fuit vinculũ solutũ ante mortẽ Ioseph naturalẽ: quamuis fortè illud vinculũ non esset res absoluta,sicut in matrimonio nouælegis,prout dicit ornatũ ad gratiã.

Obiectio. 23 Sed cõtrà,eꝺi tenent locũ Apostolorũ,sed Christus vocauit Ioan.de nuptiis ad Apostolatũ: etiã inuita vxore secundũ illos,qui dicũt,ꝙ ipsa erat Magdalena, q̃ propter hoc indignata luxuriata est.ergò &c. 24 Solutio eꝺi tenẽt locũ Apostolorũ quo ad dignitatẽ, nõ quo ad paupertatẽ, & mortẽ mũdi,qa illis dictũ fuit. De mũdo non estis, sed ego vos elegi de mũdo. 25 Præterea autem Christus hoc potuit facere, & secundũ diuinitatẽ,& secundũ humanitatẽ, ꝓpter potestatẽ excellẽtiæ ĩ sacris: quam non cõicauit Papæ: tñ si Papa posset dispẽsare in voto cõtinẽtiæ regularis,benè posset id,qd' dictũ est. Ponamus enim aliquẽ qui post verba de præsenti duxit vxorem:ipsa intacta:intrare religionẽ,& ꝓfiteri statim solutũ est vinculũ: si postmodũ Papa dispensset cum eo, vt contrahat cũ alia:sequit̃,ꝙ viuente vxore vera,quæ fuit, habeat aliã vxorem, & illa aliũ virũ. Et tñ cõiter dicit, ꝙ non põt fieri,ꝙ viuẽte ea,quæ fuit semel vera vxor habeat aliũ virũ: nisi solutũ fuisset matrimoniũ per mortẽ naturalẽ,& resuscitaret.Tunc enim viuẽte prima etiam si fuisset carnalis copula sequuta,posset habẽre aliã vxorem: sed hoc facit Deus, & non homo, qui mortificat,& viuificat.Vel dicendũ,ꝙ Papa dispẽsat,ꝙ monachus contrahat matrimoniũ viuẽte prima vxore, quia vinculum fuit solutũ:sed si vinculũ non fuisset solutum,Papa non posset: nisi dicatur, ꝙ ex statuto ecclesiæ est illa solutio, qa solẽnitas voti est ex ordinatione ecclesiæ: dicendũ,ꝙ non est verũ: qa hoc non inest illi voto ꝓpter solennitatem:aliàs inesset ordini sacro:sed inest ei ratione mortis: vnde heremitæ non solẽnizant votũ secundũ regulã approbatã,& tñ per votũ heremi soluit: qa hoc est ex natura actus mũdo mortificãtis,& diuina institutione,à qua est vita heremitica:vt in Ioan. Baptista:sed est ratio euidentior,quare Papa non põt dispensare in matrimonio non consummato:vt cõtrahat cũ alia pro pace reformãda,aut tota vna gente cõuertenda:qa Papa non põt tollere vinculũ matrimonij, quod iam est contractũ: sicut non põt facere,ꝙ hostia cõsecrata definat esse cõsecrata. Quãdiu autẽ manet vinculũ,non põt dispensari,ꝙ habeat aliam: qa habẽre plures vxores est contra legẽ naturæ:sed si matrimonio non cõsummato,vel etiã consummato,inuita vxore faceret ipsum eꝺm,vel cardinalẽ propter necessitatẽ ecclesiæ: cũ ipsamet propter necessitatẽ ecclesiæ deberet se exponere morti: multo magis debet assentire ꝓmotioni viri:ꝙ si non assentit, peccat præferens voluntatẽ suam vtilitati ecclesiæ. Potest autẽ licitè aliquis priuari iure suo inuitus, maximè qñ peccat non assentiẽdo:sed in tali casu sicut ecclesię inuita vxore crucesignat virũ,& ipsa põt eum sequi,& ipse tenet eam ducere,& sic debitũ reddere: sic melius esset dispẽsare in lege humana,ꝙ cõstat Papã posse facere: puta,ꝙ eꝑus existens teneret reddere debitũ, sicut apud Græcos, q̃ cõtra legem Dei auferre vxori virũ. 26 Secunda conclusio est,ꝙ nec per votũ simplex, sed in omnibus istis votis tenetur intrare religionẽ,quia aliter non põt votũ implere vxore debitum petente:sed si post votum simplex,vel solenne ad ipsam redeat:tunc peccat semper debitũ petendo,& reddendo primæ vice:qa adhuc potest religionem intrare,non autẽ in sequẽtibus:quia præcisè tenetur:nec obstet,ꝙ infrà dicet,ꝙ coniunx non põt emittere votũ castitatis alio inscio, vel inuitor:& si emittat potest etiã secundũ quosdam:quia illud est verũ de matrimonio consummato: qñ impossibile est votũ implẽre altero inuito etiam religionẽ intrãdo:hîc autẽ poterat implere intrando. 27 Tertia cõclusio est de eunuchato, qa castratio quãtacunq; superueniẽs non soluit mrimonium secundũ veriorẽ opinionẽ,qa matrimoniũ non inuenit in iure solui,nisi in certis casibus:sed ille nõ est de illis modis.ideò &c.Similis modus arguẽdi,& cõsequentia patet.ff.de acti. & obli.l.obligationẽ non ferre.§.Placet.antecedẽs patet,qa matrimoniũ consummatũ solùm per mortẽ naturalẽ soluit̃,nõ cõsummatũ soluit̃ solũ per religionẽ.Itẽ.32.q.7.Hi,qui matrimoniũ cõiugum illorum,qui post matrimoniũ mẽbris truncant̃, aut à Barbaris excæcati fuerunt, ꝓpter hanc causam solui non põt: quãuis glo.intelligat de matrimonio cõsummato:quod dicit.33.q.1.Coniugiũ cõsummat officio.s.carnis secundum glo.& in eodẽ.c.antequã confirmet impossibilitas officij soluit vinculũ coniugij:sed negãda est illa glo.qa coniugiũ solo cõsensu per verba de præsenti cõfirmat̃,& ratũ vocat̃,vt notat glo.de testi.c.super eo. 28 Quarta cõclusio est de seruitute superueniẽte,ꝙ non soluit,& hoc est illa ratione:qa non est mortuus quo ad actus carnales,qa etiã põt de nouo contrahere.Generaliter autẽ de cæteris impedimentis, quæ dirimunt matrimonium post contractũ,intelligendũ est,ꝙ nihil tale dirimit prius contractũ:sed solummodò post contractum:vnde magis propriè loquunt̃ iura noua dicendo,ꝙ talia impedimenta dirimunt post contractũ,q̃ antiqua dicendo,dirimunt iam contractum. 29 Ad argumentum dicendum, ꝙ per ingressum post matrimonium consummatũ non soluitur,sed solùm non consummatum.

Castratio su peruenies non soluit. Richard.hîc art.2.q.3.

Seruitus superueniens non soluit.

Papa in nullo casu põt dispẽsare in mrimo. etiã non cõsummato probatur ratione euidenti.

Matrimoniũ non soluit̃ per votũ simplex.

✠ QVAESTIO QVARTA.

De bigamia, & eius pœnis.

Thom. 4. Dist. 27. q. 3. art. 3.

QVARTO quęritur,vtrum cum bigamo liceat dispẽsare:Et videt̃,ꝙ non,qa contra ius diuinũ non licet dispẽsare: sed de iure diuino est,ꝙ bigamus nõ promoueatur ad ordines,cũ hoc contineat in Canone.1.ad Ti.3. oportet eꝑm irreprehensibilẽ esse vnius vxoris virũ: ergò nulli in hoc licitũ dispẽsare. 2 Præterea extrà de bigamis dicit̃,ꝙ clericis,qui quantũ est in ipsis duas secũdas mulieres mrimonialiter cõiunxerunt tanq̃ cũ bigamis dispẽsare nõ licet. 3 Cõtrà,qa Luciũ Papa dispẽsauit cũ Panormitano eꝑo,qui erat bigamus, vt dicit Gaufredus in summa. 4 Respõdeo,hîc sunt videnda. 5. Primò,quid sit bigamia, & vnde dicat̃. Secũdò, quot modis cõtrahatur. Tertiò,qũò bigamia puniatur. Quartò,qũò bigamus non promoueat̃. Quintò,qũò tollatur. 5 Primo igitur quærit̃,quid sit bigamia,& vnde dicatur:sciendũ ꝙ bigamia est defectus ex secũdis nuptiis proueniens.Hosti.hanc definitionẽ reprobat,quia non est cõuertibilis cum definito,cùm aliter contingat: sed simili modo reprobat̃ sua, quã dicit,ꝙ bigamia est irregularitas ex defectu proueniẽs sacri, quia etiã sine vllo sacro quandoq; contrahit̃. Et si dicas de bigamia vera,& propria: sicut illa non est nisi ex defectu sacri:sic nec si ex secũdis nuptiis:dicitur autẽ monogamus à monos, quod est vnũ, & gamos,quod est coniugium,mulier,vel vxor,quasi vnius coniugij mulieris, vel vxoris. Et bigamus,quasi bini:pergama à pyr,quod est ignis,& gamos, quod est mulier:quasi igne mulierum destructa, scilicet, pergama Troiæ. 26. Distinctio. vnius vxoris virum, id est, monogamum : vnde est defectus veri sacramenti,&

1.Art. Definitio bigamiæ.

duo vera matrimonia est vera, & ꝓpria bigamia, aliter non. 6 Vñ melior est prima definitio, q̃ scd'a: qa secundum secundã mariti viduarũ essent veri bigami, qa dicunt à sacro, qa ecclesia sponsa Christi nõ habet maculam, aut rugam, sed est virgo immaculata secundũ Bedã, &. 2. Corin. 12. despõdi vos &c. sicut est vna, & non plures: de summa Trini. c. 1. §. vna. Et tñ isti ex opposito distinguũtur, & cõnumerant bigamis. extrà. eo. c. 3. Ex hoc videt, ꝙ nunquã sit bigamia vera nisi ex nuptiis veris, nec interpretatiua: nisi ex interpretatis. Vnde concubinarius cum vna, vel cũ pluribus in sacris, vel non sacris, regulariter, vel sæculariter nunq̃ fit bigamus, nec verè, nec interpretatiuè, qa nec est matrimoniũ existens, nec est matrimoniũ apparens, nec verũ, nec præsumptũ. extrà eo. c. pe. Non enim debet iudicari bigamus nisi vbi hoc inuenitur expressum. de spon. Cùm apud. & Canon 34. di. curandũ præcipimus. dicit expresse contrariũ. Vn de ꝓpter cõcubinatũ cum vna, vel cum pluribus semel vel pluries publicè, vel occultè nunquã fit bigamus. Sed sacerdotes, qui sunt fornicarij manifesti, sunt ipso iure suspẽsi: & quo ad se, & quo ad alios. de coha. cleri. & mu. c. Nostra. nec possunt absolui nisi per eum, qui propter hoc põt eos deponere: & per cõsequẽs dispẽsare, nè deponantur pœnitentes: si autẽ ante suspẽsionis relaxationẽ immiscebant se diuinis: ex hoc incurrunt irregularitatẽ, in qua solus Papa dispẽsat secundũ Host. qa celebrãs speciali suspẽsione ligatus sit irregularis, & ad Papã remittẽdus est. Et hoc innuit Decretalis extrà. e. c. pe. ꝙ cũ eis sicut cum simplici fornicatore, supple, publico, põt eꝑs dispẽsare: qa vix potest habere plures quin sit publicus. 7 Sed contrà videt Canon. 27. q. 1. Quotquot virginitatem pollicitã violant cũ bigamis cõputant, q̃ violatur etiã per simplicẽ fornicationẽ. Item Canõ. Decreuimus, vt subdiaconi, & suprà, qui vxores, & concubinas habuerunt, officio, & beneficio careãt, & deponantur. Solutio ad primum, violant contrahẽdo de facto non quocunq; modo aliter: qa certum est, ꝙ violat per solũ consensum: quia etiã in talibus velle nubere damnabile est, tñ illud velle non faceret bigamum. 8 Ad secundũ dicendum, ꝙ simile est durãte peccato ante pœnitentiã in deponẽdo: qa vterq; meret deponi: sed non in dispensando cum pœnitẽte: sed ad decretum. Quotquot, dicendum, ꝙ non probat benè propositũ illa instãtia: qa si violatio mentalis non facit bigamum, non propter hoc sequitur, ꝙ nec violatio fornicaria: qa hîc est actus exterior, qui habet pœnam iuris positiui, non interior. 9 Quantũ ad secundum quot modis contrahat bigamia, est sciendũ, ꝙ quatuor modis in generali. 10 Primus per habẽre duas vxores triplicitẽr. Primò, ambas de iure. Secundò, ambas de facto: vnam de iure, & alteram de facto quocũq;. Exemplum primi. Notũ est qui solus est verè, & propriè bigamus. Exemplũ secundi. Qũ hoc facit successiuè post ordinẽ sacrum, vel religionis: aut qñ cum vtraq; est impedimentũ dirimẽs: item qñ simul vtrãq; accepit, vt si simul dicat duabus: accipio vos duas in vxores meas, tũc enim neutrã accipit: qa qua ratione vnã & aliã: qa neutrã prius, non põt autẽ vtranq;: idẽ est per quẽcunq; modum vtrũq; matrimoniũ, vel alterũ fit de facto, nõ de iure: vt in. 4. arti, dicẽt. Et hoc est etiã verũ, si vtraq; virgo erat tẽpore matrimonij cõtracti, dum tamen vtranq; cognouerit. Et intelligo cũ effectu: ità ꝙ non sufficit conatus ar. extrà de spõ. c. vlt. Nunquã enim matrimoniũ iuris, vel facti causat bigamiã, nec verã, nec interpretatiuã: nisi fuerit consummatũ aliqualiter. extrà eo. Debitum. Secundus modus, qñ vnus cõtrahit cum vidua de iure, vel de facto, vt in sacris, vel professus. extrà eo. c. vlt. Dico autẽ viduã i. corruptã: aliàs maritus viduæ virginis bigamus non est. Item corruptã ab alio, etiam si à primo non suscepit semen, etiam si contrahẽs credat virginem 51. dist. Qui in alio, non à seipso, aliàs secùs: licet Hosti. sit contrà: qa nec ipsa diuisit carnem suam in plures, nec ipse. Dico autẽ viduam siue propriè, vt qñ vir mortuus est, siue impropriè, vt repudiata, siue iustè, vt adultera, siue iniustè, vt aliter odio habita: dum tñ & ipsa fuerit cognita à primo viro, vel adultero, & cum hoc ab isto, de quo quæritur. Nunquam enim virgo bigamus fieri põt, nec maritus virginis, quandiu vterq;, vel aliter virgines sunt. Dico autẽ sciens corruptã, vel ignorans, licet cõtrahens cũ meretrice, & de lupanari extrahens mereatur. extrà de spõ. c. inter opera. Et ideò ad hoc requirunt tria. Primò, ꝙ sit ab alio corrupta. Secũdò, ꝙ sit ab isto cognita. Tertiò, ꝙ sit matrimoniũ contractũ verum, vel præsumptum. Potest autẽ vno, & eodẽ actu cõtrahi matrimonium, & bigamia, vt si post sponsalia de futuro cum secunda, vel corrupta ab alio, ipse cognoscat eam affectu maritali. Tunc enim non est priùs maritus tẽpore, q̃ bigamus, licet priùs natura. Ex quo videtur, ꝙ qñ dicitur, ꝙ non est bigamus nisi opere subsequuto, & nisi illa sit corrupta ab alio, vel ipse habuerit aliam, ꝙ non requiritur seminis susceptio ad hoc, ꝙ dicatur mulier corrupta: qa ipsa diuisit carnẽ suam in plures, licet non suscepto semine à pluribus: eo ipso, ꝙ caro sua à pluribus contaminata est, & econuerso: vir dicit diuisisse carnẽ suam in plures ex hoc, licet infra non seminauerit, tamen plures polluit: & tamen carnalis copula non facit de sponsalibus matrimonium, nisi fuerint consummata: & sic vno actu fit maritus, & bigamus: dum tamẽ ille actus sit consummatus. Contra hoc tamen videtur de bigamis. c. vlt. propter affectũ intentionis cum opere subsequuto: & sic videt requiri, ꝙ opus subsequatur matrimoniũ verum, vel præsumptũ, & non ꝙ cõcomitet tantũ. Sed dicendũ consequuto tẽpore, vel natura. 11 Tertius modus est qñ reconciliat sibi adulterã quo ad thorũ. i. cognoscit eã post adulteriũ; quã in matrimonio defloruit etiam si ignoranter: vnde multi sunt bigami, & ignorant. Idem etiã si violẽter per ecclesiã compulsus, q̃uis nõ teneatur obedire certus de adulterio, quod non põt probare: qa nec iudex ei hoc præciperet, si sciret veritatẽ: vnde obedit menti, & si non volũtati, quod sufficit. Ar. de rescrip. c. Si qñ. si vera est opinio, quę dicit, ꝙ in foro contentioso condẽnat iniustè secundũ veritatẽ, sed iustè secundũ allegata in foro conscientiæ nõ tenet soluere: qa licet iudex posset, non tñ vult eum obligare animo: tñ in primo casu melius est sibi excõicationem vitare, & bigamiã incurrere, q̃ monogamũ semper vluere in excõicatione, q̃ est maxima pœna ecclesiæ. Si autẽ nõ quo ad thorũ: sed eam solũ reconciliauit quo ad domũ, non ꝓpter hoc fit bigamus: qa nunquã contrahitur bigamia sine carnali copula: tñ Canon videt solũ vocare bigamũ eum, qui reconciliauit eam, quæ euidẽter adulteriũ cõmisit. 34. di. Si cuius. &. c. seq. Sed illa euidẽtia nunq̃ faceret bigamũ in casu, in quo occultũ non faceret. Nunquã em̃ aliqd' factũ publicũ facit bigamũ in casu, in quo idem factũ occultũ nõ faceret. 12 Quartus modus est, qñ post votũ solẽne ordinis sacralis, vel regularis aliquis cõtrahit de facto cũ vnica, & virgine, & deflorat eam, qui cle. vel vo. c. 1. vbi dicit, ꝙ cũ diacono sic cõtrahẽte põt eꝑs dispensare: quod nõ posset, si illa prius fuisset ab alio corrupta, vt extrà eo. c. vlt. ergò fuit virgo. Nec esset necessaria dispensatio, nisi fuisset bigamia. de cle. coniug. c. Sanè sacerdotes. Item quando conuersus contrahit de facto cũ vnica, & virgine, & cognoscit eam, per eandem rationem. 27. quæst. 1. cap. Quotquot enim virginitatẽ pollicitam violant. ſ. de facto contrahendo cum bigamis computan-

Ecclesia est virgo immaculata.

Art. 2. Bigamia quot modis cõtrahitur.

Multi sunt bigami, non tñ sciunt se esse tales.

cõputant, nec distinguit, vtrũ violẽt cũ corrupta, an cum virgine cõtrahendo. Nec valet, si dicat, ꝙ nunquã matrimoniũ de facto causat bigamiã interpretatiuã, nisi vbi verũ matrimoniũ de iure causaret eam veram: qa hoc est falsum: vt patet in eo, qui duas ducit ambas de facto. Tunc eñ secundũ matrimoniũ de facto facit bigamiam interpretatiuã, vbi de iure nõ faceret verã: qa non est vera bigamia, vbi non fuerũt duæ veræ vxores: hîc autem prima nõ fuit vera. Non sic autẽ censendũ est de illo, qui cum virgine cõtrahit de facto, ꝓpter aliud impedimentum, q̃ ordinis: puta cõsanguinitatis, vel aliud: qa nõ est expressum, & pœnæ sunt restringendæ. 13 Tertius articulus est videre, quò bigamus puniat. Et licet bigamus, vel trigamus nõ peccet: pœna tñ bigami est quintuplex. 14 Prima, qa nudat omni priuilegio clericali. de bigamis. c. 1. lib. 6. Et videt generaliter, ꝙ quicunq; põt dimittere clericatũ, vel statũ, quo habet priuilegiũ clericale, si incidat in aliquem modũ bigamiæ de tribus primis, perdit priuilegiũ clericale, sicut acolythus, & nouitius religiosus. Si autẽ sit talis, qui non põt exuere statum, illud quo manẽte semper retinet priuilegiũ, quousque prius degradatus in speciali tradat iustitię sęculari, iste ꝙ nullã bigamiã perdit priuilegiũ hoc. Vnde qd' ibi dicit adiiciendus est coercitioni sęculari: non põt referri ad eos, q̃ sunt in sacris, & ꝓfessi. 15 Secũda pœna est, ꝙ priuant tonsura clericali, sicut dicit in ꝓdicta Decretali. Ex quo apparet, ꝙ non põt intelligi de quarto modo bigamiæ: qa subdiaconus, & religiosus propter illud non perdũt tonsurã. Põt autẽ, si intret religionẽ portare tonsurã monachalẽ, quę nõ est via ad ordinẽ plus, q̃ tonsura conuersorũ. 16 Tertia est, ꝙ nõ debet deferre habitũ clericalẽ, non ꝙ coganꝫ, vt Iudæi cõuersi semper habẽre vestes radiatas, vel virides: sed possunt ferre quales clerici, sed ꝓhibent deferre superpelliceum, & similia, & per cõsequẽs dicere epistolã etiã sine superpelliceo. Qui verò habet vnicã, & virginẽ tenet deferre tonsurã, & habitũ clericalẽ, aliàs perdit priuilegiũ. de cle. cõiug. lib. 6. non ꝙ teneat ferre superpelliceũ, imò nõ debet: sed non radiatũ, vel viridem: similiter & tonsurã cucufa tegere põt, nè sit scandalũ vxori. Si etiã ꝓpter infirmitatẽ capillos rasit quousq; creuerint, excusat: sed clericus solutus non debet cucufam deferre, nec est necessaria admonitio, quam quidã officiales faciunt: quia sine admonitione alia priuilegiũ perdunt, nisi tonsurã, & habitũ clericalem deferant. 17 Quarta, ꝙ ordinatur ad aliqué ordinem nisi dispẽsatiuè, imò nec corona sibi dari põt: quia si non potest vti antiqua corona, vel ordine, multo minus põt accipere de nouo. & licet characterem recipiat, quãuis Nicolaus Furiosus dixerit, ꝙ bigamus non plus põt ordinari, quàm asinus: qa Papa non põt tollere defectum, quem habet: tñ exequutionẽ non recipit. extrà eo. c. 3. imò ordinator priuandus est potestate, & officio. extrà. e. c. 2. nisi cum eo dispẽsetur. 18 Quinta, ꝙ non est capax alicuius beneficij ecclesiastici, nec sæcularis, nec regularis: qa non conferꝫ laico, sed tantũ clerico: vn de si est indignus non solũ sacro ordine, cui debetur promotio: licet non habẽs illum possit ꝓmoueri ad multa beneficia: tamen qui ordinat illũ, tenet promouêre: imò simpliciter omni ordine, & toto clericatu est indignus. ideò &c. Item cùm beneficium sit propter officiũ quicũq; est indignus ordine, vel officio, per consequẽs, & beneficio, nec solũ constãte matrimonio: imò etiã postea quousq; dispensetur: quia etiã coniugatus cũ vnica, & virgine interim non promouet. de cleri. cõiu. c. 2. 19 Sed dubium est de illo, qui cõtraxit spõsalia per verba de futuro: & cognouit spõsam talem: quam cognoscẽdo per verba de præsenti fieret bigamus, cognouit, dico affectu formicario non maritali: vtrum fiat bigamus saltẽ interpretatiuè, quo ad pœnas superiùs enumeratas, in quibus parificat verus, & interpretatiuus bigamus. 20 Et dicendum, ꝙ sic in foro ecclesiæ, quæ iudicat matrimoniũ, & præsumit: & idem etiã in foro conscientiæ: qa bigamia habet ortum ex statuto ecclesiæ, quæ videt ea, quæ patent. Vnde ad cõtrahendã bigamiã etiã in foro cõscientiæ sufficit matrimoniũ in foro ecclesiæ. Nam etiã illud, quod apparet esse matrimoniũ in foro ecclesię: licet sit nullũ etiã iudicio ecclesiæ causat bigamiã: ergò multo magis illud, qd' ecclesia iudicat matrimoniũ: & est præsumptio iuris, & de iure: vnde qui spõsam secundã de futuro, vel corruptam, vel post ordinẽ cognoscit, vel formicario, vel matrimoniali affectu fit bigamus, pari modo, ac si ꝓ verba de præsenti. 21 Quartus articulus est, quare bigamus non promoueat, & hîc sunt quinq; conclusiones. 22 Prima. ſ. de verè, & ꝓpriè bigamo, qui. ſ. habuit duas veras vxores: quia ad supremũ sacrm accedẽs non debet pati defectũ in sacro. Sed verus, & proprius bigamus habet defectum sacri: qa non est vnus vnius, sicut Christus: qa vna est ecclesia ab Abel vsq; ad vltimũ electum, qui in fine mũdi nasciturus est. Nã cùm sit vna fides modernorũ, & antiquorũ, & scriptũ est, spõsabo te mihi in fide: per cõsequẽs vna spõsa ecclesiæ, & synagoga, nec plus habet luxuria, q̃ castitas in pœnis, quæ propter culpã infliguntur: sed in his, quæ ꝓpter defectũ sacri: sic qa non est defectus sacri, vbi nõ est sacrm, sicut in pluralitate cõcubinarum, sed tũc est instãtia, qa qui nõ habet sacrm, plus deficit in sacro, q̃ qui habet illud imperfectè: sed qui nũquã fuit coniugatus, põt ordinari, & ꝓmoueri: ergò magis qui fuit licet defectuosè. Si autẽ bona est ratio de ordine, bona est de beneficio, quod est ꝓpter ordinẽ: vnde qui est ineptus ad ordinẽ, est ineptus quo ad beneficiũ, licet beneficiũ possit haberi sine ordine, & econuerso. 23 Secũda, quare bigamus interꝑtatiuus primaria interpretatione. i. verus maritus corruptè non ꝓmouetur. Et dicendũ, ꝙ hoc est, qa etiã habet defectũ sacramenti. Nam spõsa Christi nõ diuisit mentẽ suã ī plures. Quanuis em̃ in synagoga, & ecclesia fuerit aliquę animę prius cũ Diabolo fornicatę: ꝓpter qd' Hiero. vocat duas meretrices Salomonis: tñ ecclesia ab Abel vsq; ad vltimũ, nec fuit, nec erit sine aliqua sancta anima sponsa fideli Deo, non alij cõiuncta: & in illa, quæ erat fidelis Deo meritò ecclesia residebat: vnde ecclesia semper fuit virgo, & immaculata. Despõdi vos &c. vnde nõ diuisit se in plures. Vnde per illud, quod dictũ est, videt Adam, & Euam nõ habuisse gratiã ante pctũm: quia statim ecclesia militans hominũ incepit, qñ fidem formatã habuit: qa per charitatem militat. Cùm autẽ per pctũm gratiã perdidissent, si habuissent: ergò eccesia postquã cepisset, defuisset: & postquã Deus eam despõsasset, ipse eam repudiasset: quod non videt. Et plus videtur, ꝙ non habuit gratiã ante Abel, qa ecclesia nõ incepisset ab Abel, si ante Abel aliqui gratiã habuissent: qa quicunq; est in gratia, est in ecclesia: & per multos annos saltẽ duos, aut. 18. menses antequàm nascerẽt Abel, fuerunt Adam & Eua & Chaim ante per nouẽ menses, qa non fuerunt gemelli. 24 Tertia cõclusio, quare alij bigami? Et dico, ꝙ ꝓpter similitudinẽ ad primos duos: vñ oẽs, qui sunt bigami ꝓpter plures, quarũ vel vtraq;, vel altera de facto ꝓpter similitudinẽ ad primũ: q; vero ꝓpter vnã de facto ꝓpter similitudinem ad secũdũ exceptis his, qui votũ solẽne emiserũt, & cũ virgine cõtraxerũt, qui ꝓpter duplex mrimoniũ, vnũ spũale aliud carnale, assimilant primis. Oẽs igit sunt bigami: qa vel sunt viri duarũ vxorũ de iure, vel de facto carnaliter, vel spũaliter, vel sunt viri vxoris bine, puta eius, q̃ diuisit carnẽ suã in plures. 25 Quarta cõclusio, quare

Pœna bigami quintuplex.

Dubium.

Resolutio.

Art. 3.

Art. 4. Bigamus ꝓpriè dictus non est promouendus.

Adã, & Eua nõ habuerũt gratiam añ peccatum.

Nota.

Solu. huius vide ī. ſ. T. 2. 2. q. 85. ar. 1 ad. 2. & Alti. li. 3. Tra. 1. c. 4. 3. cõclu.

Integritas maior requiritur ex parte vxoris, q̃ viri. ſ. T. hîc. q. 3. art. 1. q. 3. in fine.

quare plus requiritꝫ integritas ex parte vxoris, quàm viri? Ratio Tho, qa motus recipit ſpeciē, & defectū à termino ad quem, non à quo: vnde vxor virgo cōſentiēs in virum corruptū ſuo modo fit irregularis: puta ad ordinem diaconiſſæ. Si enim dicit Apoſtolus, qꝺ diaconiſſa ſit vnius viri vxor, quemadmodū oportet epm eſſe vnius vxoris virū: per cōſequens oportet eam eſſe vxorē viri virginis, ſicut epm virū fœminę virginis. 26 Quinta cōclusio, quare corruptus in epm cōſecrat, vt Petrus, Hilarius, & Genebaldus, & Dious, & multi alij, & Philippus, quatuor virgines filias: corrupta autē non cōſecrat in virginem. Ratio. Tho. de velo virginū, quia non ſignificaret perfectē integritatē, niſi eſſet integra. 27 Propter qd' ex his inſurgit q̃ſtio, ſi quis contrahat de facto matrimonium in caſu, in quo cōtrahens de iure fieret bigamus, vtrum fiat bigamus? puta, cōtrahit quis cū cognita, videtur qꝺ non, qa non eſt ponenda bigamia, vbi non inuenitur expreſſum. de ſpon. Cùm apud qa pœnę ſunt reſtringendæ: non autē inuenitꝫ, qꝺ matrimoniū nullū cauſet bigamiam niſi in duobus caſibus. Primus, qñ eſt nullū per votū ſolēne ordinis, vel religionis. extrà eo. c. Nuper. & c. vlt. Qui clerici, vel vo. c. 1. & in Decre. 26. di. c. decreuimus. &. c. Quotquot. Secūdus qñ nullū ꝓpter lígamē, vt in cōtrahēte cū repudiata. de bigamis. c. 1. niſi qꝺ Hoſti. in apparatu exēplificat de acolythis cū cōſanguineis & affinibus. 28 In contrariū, qa indiſtinctē dicūt doctores, qꝺ bigamus eſt, qui de facto contrahit cū duabus, vel cū corrupta: & eadē ratio videt in omnibus. ſ. ꝓpter affectum non ꝓpter effectū. de biga. c. fi. Si enim aliquis in facie eccleſiæ publicè cōtraxit cum ſecūda, aut cū vidua, oēs iudicāt eū bigamū, qui neſciūt impedimentū: vnde qa eccl'ia videt ea, q̃ patēt à qua eſt inſtituta bigamia, videt, qꝺ omne matrimoniū in facie eccl'iæ cōtractū ſaltē ꝓpter ſcādalū cauſet bigamiā, etiā ſi ſit nullū: in caſu, in quo cauſaret, ſi eſſet verū. Nā impedimēta, quæ habent ortū ex ſtatuto eccleſię: ità oriunt ex factis apparentibus, ſicut exiſtentibus, vt publicæ honeſtatis iuſtitia. ex ſpon. nullis. & ſi matrimoniū publicū hoc faceret eàdem ratione, & occultū. 29 Sed tunc eſt dubiū, aliquis cōtraxit per verba de præſenti cū corrupta ab alio, & eam cognouit intendēs decipere, & nō contrahere, quęritur, vtrū cōtrahat bigamiā, & videt qꝺ nō: qa ſpōſalia, q̃ ſunt nulla propter defectū conſenſus nō cauſant publicæ honeſtatis iuſtitiam. ergò &c. & à ſimili matrimoniū nullū propter defectū conſenſus non cauſabit bigamiā, etiā in caſu, in quo cauſaret, ſi teneret. Solutio, dico, qꝺ imo ꝑ idem vtrobiq;: quia eccleſia, quæ hæc impediměta introduxit, iudicat ſolū de apparētibus: vnde qñ dicit, ſponſalia quæ ſunt nulla ex defectu cōſenſus: non cauſant publicæ honeſtatis iuſtitiā, ſupple, euidētis: ſicut qñ infans & furioſus contrahūt, vel maior, & ſanus ſub cōditione: ſecùs vbi defectus non eſt patēs, nec cuidēs. Et ideò dico in caſu de facto de quodā diacono, vel monacho, qui de facto cōtraxit per verba de præſenti in facie eccleſiæ, vel clandeſtinè, quia licet non intenderet contrahere, vt poteſciens ſe non poſſe, licet etiam nollet niſi ad vnam noctem decipere: ex quo tamen exteriùs expreſſit verba conſenſus de præſenti per idem eſt: vnde bigamia contrahitur quo ad iuris interpretationē per matrimoniū de facto in omni caſu, in quo cōtraheretur per matrimoniū de iure. 30 Dico aūt mr̃imoniū de facto eſt illud, quod habet in apparentia omne illud, quod habet matrimoniū verum in ſubſtantia: puta, qa in facie eccleſiæ cōtrahit per verba de preſenti: itē qñ illa publicè vel occultè dicūtur, & fiūt: de quib⁹ ſi cōſtaret eccleſia iudicaret matrimoniū: puta, qa fuit per verba de preſenti clandeſtinè: licet ille vellet decipere non cōtrahere, vel quia fuit de futuro, ſed fuit ſequuta carnalis copula, licet deceptorię: quia omne matrimoniū, quod eſt matrimoniū ſecundū iudiciū eccleſiæ, vel ſecundū facię eccleſiæ, ſufficit ad bigamiā in caſu, in quo verū matrimoniū ſufficeret, & plus: qa vbi nullū verū matrimoniū cauſaret, matrimonium de facto cauſat in quarto caſu: vt dictum eſt de matrimonio poſt votū ſolēne contracto, quod ſemper facit bigamū copula ſequuta. 31 Quintus articulus eſt, qūò bigamia tollatur, vbi ſunt quinq; concluſiones. 32 Prima, qꝺ nō tollit per baptiſmū ſecundū Aug. Nec obſtat, qꝺ eccleſia nō iudicat de his, quæ foris ſunt, quod verū eſt, quādiu foris ſunt: ſed poſtq̃ intrauerint iudicat eos etiā ſecundū ea, quæ foris habuerūt, vt patet in conuerſione infideliū. 33 Secūda, qꝺ tollit per diſpēſationem Papę, qa Papa cū omni bigamo ad omnia totaliter, & vniuerſaliter diſpēſat. i. cū vero, & interpretatiuo ad oēs ordines, beneficia, & dignitates: vt Lucius Papa cum Panormitano epō. vnde. C. de epi. & cle. l. nulla. Auth. ibi ſignata Imperator diſpēſat cum diaconiſſa in ætate. 60. annorum, quam ponit Apoſtolus vocans eam viduam. 1. ad Corin. 5. Et hoc, qñ Imperator de voluntate, & authoritate Papæ in talibus ordinabat, ſicut etiā ꝑatus cōferebat: ergo multo magis Papa per ſe diſpenſare pōt in ſtatutis Apoſtoli: vnde nō obſtat. 25. q. 1. Sūt quidā. Et cōfirmat̄ ratio, qa in omni pœna, q̃ eſt ex ſtatuto eccleſiæ, vel prælatorū eccleſiæ Papa diſpenſare pōt: hmōi eſt iſta, qa Apoſtolus dicēs vni⁹ vxoris virū, loquebat̄ diſponēdo, & ordinādo eccleſiā, in qua non habuit maiorē poteſtatē Papa: vnde & ibi dicit, nō vinolentū, nō percuſſorem: in quib⁹ Papa diſpēſat. Et licet non poſsit facere de bigamo non bigamū: qa tñ bigamū non ꝓmouerieſt de ſtatuto eccleſiæ: ideò pōt illud amouere, ſicut pōt homicidam ordinare, licet nō poſsit facere, qꝺ non ſit talis, ſed qa talē exiſtentē non promoueri eſt ordinatio eccleſiæ. 34 Tertia cōcluſio eſt de cardinalibus. Et quidē de legatis licet poſsint multa, q̃ non poſſunt alij: tñ inquantùm legatus ſiue à latere, ſiue alius à cōmiſsione, vel dignitate, non inuenio, qꝺ poſsit in aliquo cū quocunq; bigamo diſpēſare: ſed licet ī iure nihil circa hoc caueatur: tñ qa de iure, & cōſuetudine habent pleniorępoteſtatē in omni diſpēſatione, q̃ epus: ſicut epꝰ pōt in ſua diœceſi: ſic legatus à latere pōt in tota ſua legatione, non ſolū presbyter, aut epꝰ, ſed etiā diaconus cardinalis. Nec obſtat, qꝺ non pōt ordines cōferre, quod eſt ordinis, qa pōt dare beneficiū, & per cōſequēs diſpēſare, quod eſt iuriſdictionis. Summus autē pœnitētiarius cū oībus de mundo ad minus tñ, quantū epꝰ cum illis de ſua diœceſi: & hoc quidē rationabiliter ꝑ locū à ſimili, & à maiori: qa cui concedunt maiora, & minora: vnde regula iuris eſt, Non debet cui quod maius eſt licet: qd' minus eſt nō licere, ſed aliter nō probat. Epi autē cardinales in ſuis titulis, & terminis legationū poſſunt, ſicut epi cum ſuis ſubditis, aliàs nihil, niſi quantū eis ſpāliter cōmittitur. Preſbyteri autē cardinales in titulis, & legationibus ſuis: qui poſſunt minores ordines conferre: poſſunt fortè, quo ad eos cū bigamis, ſicut & epi diſpēſare: ità tñ qꝺ iſti duo. ſ. epi, & presbyteri, qū ſunt legati in oībus habēt poſſe maius in ſua prouincia, quā epꝰ in ſua diœc. ſimiliter & hoc habet diaconus cardinalis legatus: ſimplex autē diaconus cardinalis nō legatus nō videt aliquid habēre circa hoc. 35 Quarta cōcluſio eſt de epis, qa de archiepo, ꝑriarcha, vel primate nihil inueni, qꝺ poſsit plus, q̃ epus: imò minùs in duob⁹ caſibus, licet enim cū ſuis ſimplicibus ſubditis, imò diaconus poſsit diſpēſare, ſicut epꝰ cū ſuis, & ipſe ſit maior epō: tñ cum ſubditis ſuorum ſuffraganeorum non, niſi fortè legatus ex dignitate. argumentum, de offic. delegat. cap. 1. nec iterum cum ipſo ſuffraganeo

Resol. Doct.

Casus de facto

Per oñe mr̃i de facto

Quid dicat̃ matrimonium de facto

Art. 5. Bigamia qūò tollitur

Papa in bi ga. & in oñi pœna iuris poſitiui pōt diſpenſare.

Epus & primas qūò poſſunt &c.

Legati & cardinales qūò poſſunt diſpenſare in bigam.

ganeo publicè fornicante: in quo tñ caſu ille poſſet cum ſuo curato: vt inde procedat curæ priuatio, vnde donatio: qa propter tale quid meret̃ deponi epꝰ, qui non pōt deponi niſi à Papa: vnde ſoli Papæ eſt ius quæſitū: vnde non pōt metropolitanus diſpenſare cū eo ab hac pœna: ſed Papa ſecundū Hoſt. qui hoc dicit, nō obſtāte, qꝺ eſſet epꝰ: ſed patriarcha Cōſtantinopolitanus, qui deponit ſuos epōs: pari rōne poſſet diſpēſare cū eis, ſi poſt epatum incurreret bigamiā, ꝓpter quā impœnitētes eſſent deponendi. Tunc eñ ex cauſa poſſet cū pœnitētibus diſpēſare: alius autē inferior Papa non pōt diſpēſare cū epo bigamiā incurrēte. Sed videt, qꝺ epꝰ ꝓpter notoriā fornicationē non incurreret ſuſpenſionē: cùm nō ſit expreſſum de eo, ſed tm̃ de ſimplici ſacerdote. Nec aliter ipſe incurrit. de ſen. excō. c. Quia. lib. 6. Epꝰ autē pōt diſpēſare primò in minoribus ordinibus ſuſcipiēdis, & exequendis. qui clerici, vel vo. c. 1. & in Decretis. c. Lector. In his eñ facile diſpenſatur etiā ab epo, & in illegitimè natis. de filiis presby. c. 1. lib. 6. Secūdo, in ſubdiaconatu in neceſsitate, qñ pauci inueniunt̃ miniſtri: ſicut & in eo, qui publicam pœnitentiā egit: vt in Decre. c. illo. Lector. Nec valet, quod dicunt aliqui abrogatū per hoc, qꝺ tunc temporis ſubdiaconatus non erat ſacer ordo. de ſeruis non ord. Miramur. Quod enim non mutatur, qꝺre ſtatus prohibet. C. de teſta. l. Sancimus. Non enim inuenitur prohibitū diſpenſare in neceſsitate. Nec valet, quod dicunt alij, qꝺ eſt diſpēſatio Papæ, nō epi, quia iſtud eſt ſtatutum iuris. Vnde ſecundū hoc ad minores ſine alia diſpenſatione ꝓmoueri poſſent: vnde cùm pariter permittat bigamos ordinari ad minores ordines ſine neceſsitate, & ſubdiaconatū in neceſsitate, & ad minores non liceat ſine licentia epi, pari ratione nec ad ſubdiaconatū, ſed cū licētia ſic. Tertiò, quādo ad religionē intrat. Qui cle. vel vo. c. 2. non ſic autē fortè, quando iam eſt in religione: tñ quantū ad diſpenſationē, aliàs parificant̃: & ille, qui vult intrare religionē, & qui iam eſt religioſus. de ſen. ex. c. Cum illorū: qa licet ſit grauius crimen religioſi, quàm ſæcularis, & quantū ad hoc minus diſpenſabile: tñ ratio diſpēſandi, quæ eſt, vt tollatur materia euagādi, æqualiter eſt in nouitio, & profeſſo. Cum bigamo ergò intrante religionē, epus pōt diſpenſare ad diaconatū, & ſacerdotium: quod tñ de conſuetudine non ſeruat̃ in bigamia verè, & ꝓpriè dicta, vel de vero marito corruptæ. Quartò, qñ eſt bigamia contracta de facto per matrimonium in caſu, in quo non cōtraheretur per matrimoniū de iure: vt cùm poſt votum ſolenne religioſi, vel clerici contrahit cū vnica, & virgine. qui cle. vel vo. c. 1. Quintò, qñ bigamia eſt occulta: quod ſic pōt intelligi, vt cum eſt factū de natura ſua occultū: puta, cùm quis cognoſcit vxorē ſuam in occulto adulteratā: nam licet publicum, & occultū nihil faciat ad bigamiam, tñ ad diſpenſationem ſic. Si autē eſſet factū, vel cauſa bigamiæ occulta per accidens: puta, matrimoniū clandeſtinū, quod de ſe debuit eſſe manifeſtū: tūc epꝰ non poſſet niſi in caſibus prædictis: aliàs autē epꝰ non pōt. extrà eo. c. vl. vnde frustra quærebatur, an nobilis factus monachus poſſet deferre coronā monachalē, cùm eſſet bigamus, quia diſpenſante epiſcopo, quod facile obtinuiſſet, etiā ſacerdos fieri poſſet. 36 Quinta concluſio eſt de prælatis religioſis. Primò, qꝺ abbas quicunq;, & quantūcunq; de iure nō habet aliquam poteſtatē cum bigamo diſpenſandi, ſiue in monaſterio, ſiue antè, de iure, vel de facto contraxerit: licet in aliis irregularitatibus plus poſsit, quàm epꝰ. de ſen. excom. Cùm illorum. Si verò habeat priuilegiū, qꝺ poſsit cum ſuis ſubditis diſpenſare: niſi in his caſibus, propter quos meritò eſſet ſedes Apoſtolica requirenda: tūc poteſt cum monachis bigamis in bigamia priùs, vel poſteà contracta diſpenſare: ſicut epꝰ in ſæcularibus religionem intrantibus, etiam quo ad maiores ordines: non tamen quo ad dignitates. Non enim ſequitur, diſpenſat quo ad maiores ordines, ergò quo ad dignitates. Nam ordo diſpenſat in illegitimis in omnibus ordinibus, nō tamen in prælationibus: vnde nec abbas, nec epꝰ in caſibus, in quibus in maioribus ordinibus diſpēſauerunt, poſſent in dignitatibus, vel curis diſpēſare: vnde epiſcopus, vel abbas, qui poſſent bigamū canonicum regularem facere ſacerdotem, non poſſent eum facere curatū: & epiſcopus non poſſet eum in abbatem cōfirmare, nec metropolitanus in epiſcopū, quia non eſt eligibilis: ſed tantùm poſtulabilis à Papa, nec abbas ſuus poteſt eum facere priorem conuentualem, extrà abbatiam: ſed fortè ſuppriorem, aut tertium priorem, quæ non ſunt dignitates, ſed officia. Diſtinguendum eſt ergò de priore, qui habet curam ordinariā, cum quo non poteſt: & de priore, qui eſt vicarius, & in hoc poteſt diſpenſare, qui poteſt in ſacerdotio diſpenſare. Vel ſi ex diſpenſatione epiſcopi eſt factus ſacerdos: poteſt fieri talis prior, vel ſupprior ab illo eodem, à quo alius, qui diſpenſatione non indiget, poni poſſet: ſed beneficium ſimplex ſine cura, & dignitate poſſet epiſcopus talibus conferre: ſicut & illegitimè natis. extrà de fil. presby. c. 1. lib. 6. quando autem diſpenſatur ab eo qui pōt, pœnæ ſupradictæ tollunt̃: hactenus quatenus diſpēſatur. Nam ſi diſpenſetur cum eo ad ordines quoſcunq;, vel beneficiū, quod non cadit in laicum: eo ipſo recuperat priuilegium clericale ſpecialiter: ſi quis ſuadēte Diabolo: & qꝺ deferat tonſurā, & habitum clericalē, & cū hoc recuperat quantū ſpecialiter cōmittitur in exequēdo, & ſuſcipiendo. 37 Ad argumenta in oppoſitū. Ad primum dicendū, qꝺ non licet diſpenſare in his, quæ continent̃ in Canone, quæ ſunt de iure naturali, & de neceſsitate ſacramētorū, & fidei: ſed in aliis, quæ ſunt de inſtitutione Apoſtolorū licet: cū eccleſia nunc habeat eandē poteſtatē deſtituendi, & conſtituendi, quā tpe Apoſtolorū habuit. 38 Ad ſecundū dicendū, qꝺ per illud verbū non licet cum bigamis diſpenſare: notat difficultas diſpenſandi, & non impoſsibilitas: & ſic eſt gloſſandum vbicūq; ſimile verbum inuenitur.

Prælatus religioſus qūò poteſt diſpēſare in bigamia.

Ad argumēta oppoſita.

DISTINCTIO. 28. QVAESTIO. 1.

Circa. 28. Diſt. quæruntur duo. Primum de ſponſalibus iuratis, an faciant matrimonium. Secundum, de clandeſtina deſponſatione.

Si conſenſus de futuro cum iuramēto faciat coniugium.

Thom. 4. diſt. 28. q. 8. art. 1.

ERGO primò quęritur, an ſponſalia iurata faciant matrimonium? Et videtur, qꝺ ſic: quia non plus debet habēre luxuria, quā religio, ſed ſi cum ſpōſalibus eſſet carnalis copula, reputaretur matrimonium, ergò multo magis ſi cum ſponſalibus ſit iuriſiurandi religio. 2 Contrà eſt Magiſter in litera. 3 Reſpondeo, hîc ſunt tria videnda. Primò, de ſponſalibus iuratis, de quo quæritur. Secundò, de conſummatione, de qua arguitur. Tertiò, an ſponſalia iurata impediant ingreſſum religionis. 4 De primo ſunt quinque concluſiones. 5 Prima, quòd ſponſalia iurata non faciunt matrimonium: quia donatio iurata ſi-

Art. 1.

Sponsalia iurata nō faciunt matrimonium.

ne traditione, licet sit efficacior: non tñ transfert dñium plus, ꝙ simplex: qa iuramentū non mutat: sed firmat obligationē, qa ad cōfirmationē est iuramentū secūdū Apostolum, & non transfert potestatē corporis sui per simplicem promissionē iuratā de futuro, plusquā per simplicē. 6 Secunda conclusio, ꝙ valet cū secūda matrimonium post contractū, sicut & translatio rei cū traditione facta secundò, quāuis primò facta esset promissio sine traditione, & cū iuramēto. Sicut enim in donatione ecclesiæ facta per verba de præsenti sine traditione transfert dñi um: vnde si rem, quā iuramento promisi dare alicui: nec tradidi posteà darē ecclesiæ verbo simplici, ecclesia præferrī habēs ius ī re primo habēti ius tñ ad rem: sic in proposito verba de præsenti trāsferētia potestatē corporis sine traditione faciunt potiorē. Secundū cōtractū primo de futuro, licet iurato. 7 Tertia cōclusio, ꝙ pōt petere debitū à secunda, & non solū reddere: licet secūs sit in illo, qui post votum simplex cōtraxit, fortè qa votum nō est solutū, sicut spōsalia. 8 Quarta conclusio, ꝙ non tenet ad primā redire etiā secūda mortua: qa actio semel extincta non reuiuiscit, licet in voto cōtrà, ꝙ contraxit, ità sit, ꝙ debet ad votū redire illa mortua. 9 Quinta conclusio de arbitrio pœnali iurato: puta, cū quis iurauit stare dicto arbitri sub pœna, ꝙ euadit periurium soluendo pœnam: dum tñ ante decenniū contradixerit: si arbitriū pœnale pōt emologari: aliàs iuramentū mutaret obligationē: vnde qui transegit cū iuramento: & sub pœna tenet præcisè transactionē seruare, qa hæc est natura trāsactiōis. Qui autē iurauit dare Stichū, aut Pamphilum sub pœna: non ꝓpter hoc tenet dare Stichum. Non enim iure debet de alternatiua facere absolutam: sed fortificat solùm. 10 Quantū ad secundū de sponsalibus

Nota.

Art. 2.

Spōsalia cōsummata iudicant ab ecclesia efficere matrimonium.

cōsummatis sunt quinq; cōclusiones. 11 Prima, ꝙ in foro ecclesiæ iudicat verū matrimoniū: qa præsumitur nōn animo fornicario hoc fecisse: ità ꝙ etiā si oppositū dicerēt, non eis crederet contra matrimoniū: qa sæpe ad inuicem colluderēt, vt ad alia vota transirent: qd' est intelligendū, si carnalis copula sit cōsummata, secùs si tenuit, quod complere non potuit. extrà eo. c. vlt. Si autē probet conatus præsumit impletio; nisi probet oppositum, & probata copula cū sponsalibus est prēsumptio iuris, & de iure, cōtra quā non admittit probatio. 12 Secunda, ꝙ in foro cōscientiæ: si alter non affectu maritali hoc fecit, non est matrimoniū: qa ecclesia nō posset facere matrimoniū sine cōsensu de præsenti: sicut nec baptismum sine aqua, & verbis, licet posit impedire, vbi sunt verba, & cōsensus, sed excusat ignorans, vt Iacob & Lya: quāuis non sit verisimile, ꝙ prima nocte Iacob eam cognouerit: qa cùm Thobias triduo abstinuerit: multo magis Iacob, qui à multis creditur in vtero sanctificat': sed dolosus peccat plus fraudando, quàm fornicando. Ignorans etiā licet excusetur à fornicatione quo ad substantiam actus, non tñ quo ad modum propter omissionē solennitatis. Si autē affectu maritali post sponsalia concubuerint, est verū matrimoniū: quod est intelligendū, qñ per hoc cōtrahere volūt, qa si aliquis credens se esse maritum per hoc cū nōn esset, cognouerit eam tanquā vxorem: nunquā tñ volens matrimoniū contrahere, nec facere, nec esse: licet credens, & dolēs eam esse suā, eam cognoscit, nō est matrimoniū: qa impossibile est, ꝙ illa sit vxor mea, quā nunquā volui esse vxorē meam, nec facere, sed solū putaui, & dolui. 13 Tertia conclusio est, ꝙ sicut ecclesia iudicat primū matrimoniū verū esse, sic iudicat secundū nō valēre, sed quo ad forū cōscientiæ est duplex opinio: quidā dicūt, ꝙ licet primū matrimoniū nullū sit, qñ consensus deest, & carnalis copula dolo extorquet: tñ sequens matrimoniū non tenet, nō quidē ex

Non iudicatur mātimoniū in foro conscientiæ. do. ī gl'. si ille illud ingressus est ad eā. ge. 29. dicit, ꝙ cognouit eam. 1. nocte

Durand. hic q. 1. artic. 2. Opinio. 1.

vi præcedētis matrimonij, qd' nullū fuit: sed ꝓpter statutum iuris. Pōt enim ecclesia ex causa facere psonas illegitimas ad cōtrahendū, & sic fecit, vt dicunt in casu nostro, & pro his videntur facere verba Decretalis. extrà de spon. Tua nos. vbi dicit, ꝙ nec verū, nec aliqd' cōsequit matrimoniū, quod de facto est postmodū subsequutum. Alij dicūt cōmunius, & verius: qa secundū matrimoniū non impedit per primū quo ad forū cōscientiæ, cū primū nullū fuerit. Nec valet, quod alij dicūt, ꝙ ecclesia pōt facere personas illegitimas ad cōtrahendū: qa quāuis hoc sit verū, in ꝓposito tñ casu non fecit illegitimas per aliquod statutū expressum, nec verba Decretalis allegatæ sunt intelligēda, nisi quantū ad præsumptionē ecclesiæ. 14 Quarta cōclusio est, ꝙ tenet eam ducere, si decepit, si pōt: etiā si priùs fuerat corrupta: non tñ gratis, sed dote iuxta possibilitatē cōstituta, qa etiā si dotē nō promisit: tñ de bonis suis pro oneribus matrimonij dos debet constitui: si autē non pōt eam ducere, tenet eam dotare. 15 Quinta conclusio est, ꝙ opprimens, vel rapiēs: licet secundū leges non possit eam habēre, tñ secundū Canones si amici, & ipsa volunt, tenetur, si possit ducere gratis, aliter dotare. Idem est, si deflorauit non præcedentibus verbis de futuro, vel præsenti, aliàs nihil esset speciale, nisi dicatur, ꝙ ibi dicitur, si seduxerit virginē gratis. Vbi autem non seduxit, nec se velle seducere simulauit, nec oppresit, & pubes fuit, ad nihil tenetur. Quòd autem deflorator etiā sine spōsalibus præcedētibus teneatur gratis eam ducere, si ei, & parētibus placeat, habetur de adult. c. 1. & 2. Vbi lex illa Exodi, nisi esset canonizata, non obligaret ad literam, sicut nec alia iudicialia.

Opi. b. T. verior quotli. 3. q. 15. & supra. dist. 27. q. 1. art. 2. q. 4. ad. 3. & Sco. di. 30. i fo. 2. dubij.

Scot. suprà.

Rapter qūs tenet ducere oppressā.

16 Quantùm ad tertium, vtrum. s. ille, qui iurauit aliquam ducere in vxorem, posit religionē intrare matrimonio non priùs contracto: videtur ꝙ non, quia nullus potest facere, quin periurium sit peccatū, cùm sit contra secundū præceptū primæ tabulæ: sed si talis intraret religionem matrimonio non priùs contracto periuraret: ergò si intraret religionē matrimonio non priùs contracto, peccaret. 17 Contrà, si cōtraheret, aut intenderet explicitè, vel implicitè se obligare ad carnalē copulam: si alter coniunx exigeret, aut non, si sic, præcluderet sibi viam ad maius bonum, ad qd' faciendū nullus tenetur: si non, non esset matrimonium. 18 Respondeo, vt habetur extrà, de spon. commissum. tutius est ei, iuramenti religione seruata, priùs cōtrahere: & posteà si eligit ad religionem migrare: quod non est sic intelligendū secundū quosdā, ꝙ hoc sit tutius secundū veritatē: vnde si vult, pōt absq; peccato religionē infrare matrimonio nō contracto: qa non videt infringere votū: qui illud cōmutat in melius. extrà. de iureiur. Peruenit. 2. sed quo ad opinionem nè de facto dicatur istum cōtra suum iuramentum veniſſe. Alij dicunt contrariū, quia pōt vtrunq; facere: qa ante cōsummationē matrimonij cuilibet coniugum altero inuito licitū est religionē intrare, non tenet tñ cōtrahere nisi in loco tuto: vbi ad carnalē copulā cogi non posit. 19 Videtur autē mihi adhærendum primæ opinioni: maximè qa sic cōtrahens matrimoniū: non contraheret illa intentione, qua se contracturū iurauit, nec sub illa, qua mulier recepit iuramentū: vnde si cōtraheret cū ea ante redditionē debiti, religionem intrare intendens eam deluderet. 20 Ad argumentū, quod erat contra hoc dicendū, ꝙ non periurat, qui in melius commutat, vel qui ex iusta causa deserit iuramentū. extrà de voto scripturæ. &. 22. q. 2. Beatus. Et qui vult tenēte aliam opinionē, pōt dicere ad argumentū: vt dicit in cap. cōmissum. in glo. ꝙ talis licet virginitatē gerat in corde: pōt tñ consentire matrimoniū: qa talis cōsentit implicitè in carnalem copulā si alter exegerit; si non fecerit id

Ber. in glos. Or. sup. c. cōmissum de spō. Hosti. & etiā Imol. suprà. dist. 27. q. 1.

Ad. arg. opp.

propter

3. Art. Dubiūanīs trans cōtrahere matrimoniū tenet cōtrahere ante religiōis ingressum.

Reſpō. Doct. Opi. 1. qvi Sco. dist. 30. q. 2. artic. 2.

propter quod à tali debito absoluatur, quāuis hoc firmiter intendat facere. 21 Ad argumentū principale est dicendum, ꝙ hoc habet ille actus ratione præsumptionis, non ratiōe turpitudinis: imò nisi præsumeret castus, & non luxuriosus nō iudicaretur facere matrimonium.

QVAESTIO SECVNDA.

De *matrimonio clandestino.*

Thom. 4. dist. 28. q. 1. art. 3.

QVAERITVR secundò, an clandestinum matrimoniū teneat, & videt ꝙ non: qa si filia contrahat matrimoniū patre inuito, vel ignorāte, secundū leges nullū est matrimoniū, sed illud est clandestinum. ergò &c. 2 Cōtrà est Magister in litera. 3 Respondeo, circa hanc materam videndū est de quinq;. Primò, de clandestina despōsatione in se, & quantū ad suas species, quibus, & quot modis dicatur. Secundò, de ipsius probatione. Tertiò, de eius dispensatione. Quartò, de eius operatione. Quintò, de eius punitione. 4 Quantùm ad primū sunt sex conclusiones, quantū ad sex modos, quibus dicit fieri clandestina desponsatio: quos notat Host. in sum. e. tit. & in scripto. c. 1. licet per alium modum. 5 Primus, qñ fit sine testibus, qa est cōtractus de quo sæpiùs pœnitet homines, & negāt: & in quo est maius periculū conscientiæ: & per cōsequens magis indiget probatione. 6 Secūdus, qñ cōueniunt clādestinè, antequā recipiant benedictionē nuptialē, pro loco, & tempore, quo petere possunt, & obtinere, qa si est terra interdicta, non tenent exire pro ea petēda, nec vsq; ad septenium expectare quātū fortè durabit, nec durāte illo ibi pōt fieri, nec in festis, in quibus solēnia celebrātur, sicut Natalis, Pascha, Pentecoste: quia tunc sunt nuptiæ interdictæ, nec in festo Assumptionis: quia tunc non sunt nuptiæ interdictæ ratione temporis, sed ratione interdicti: quia in hoc non mutatur ius antiquius. Et simpliciter si contraxit in vigilia Septuagesimæ per verba de præsenti, non tenet vsq; ad Octauā Paschæ expectare. 7 Tertius, qñ spōsalibus non solutis, sed soluēdis solū authoritate iudicis episcopi: vel qui de consuetudine in causa matrimonij cognoscit, sine eiusq; licētia cōtrahit: qa ex quo nō erat soluta promissio, adhuc ligatus erat, nisi fortè à mortali excuset exceptio sibi cōpetens, sed hīc accusat prohibitio ecclesiæ. 8 Quartus, qñ cōtrahunt matrimoniū ante pubertatē sine iusta causa, sine licētia episcopi cōtra prohibitionē, quę fit de sponsalibus impub. c. 2. Nec est tñ peccatū impuberū, qui nesciunt, quid faciunt, sicut amicorū, qui hoc procurant. 9 Quintus, contra interdictū, vel speciale, sicut isti interdicit, nè cōtrahat cū ista propter impedimentū nunciatū, vel ꝙ lite pendēte non cōtrahat cū alia, vel generale, vt tēpore feriato. 10 Sextus, qñ omissis bānis. Et quocūq; istorū modorū matrimoniū clandestinū contrahat culpa mortalis est propter inobedientiā: sed de benedictione totiēs peccant, quotiēs contēnunt eam petere: qñ debēt, & possunt obtinere, aut si nolunt interim continere: secundū Hosti. clandestina desponsatio est, qñ dote non constituta, nec petitione à parētibus, & ab amicis facta, conueniunt carnaliter sine benedictione. Nām contrahere cū filio, vel filia familiās inuitis parentibus, vel insciis, est lædere ius paternæ potestatis, tam filio, quāextero: vnde & raptor virginū dicit, non solū, qui inuitā, sed qui inuitis parentibus, vel insciis rapit. c. de rap. virgī. I. vna. De bānis autē vnusquisq; cōsuetudinē ecclesiæ leges. Apostolicas arbitrer. Vnde cognoscere ante benedictionē nuptiarum, vel oblationē solennem: mortale est secundum Guil. Rod. nec per consequēs teneī reddere debitum antè, secundū eundē: non tñ totiēs peccat, quotiēs reddit, qa vbi duo propter vnū &c. Non enim reddendo per se est peccatū: sed propter omissionē benedictionis, quæ est vna: sicut etiam actus exterior, qui nō est pctm̄ nisi propter interiorē: non est multa peccata, nisi interior multiplicet: & sic etiā si contēptus omittēdi petere benedictionem, quā homo debet petere pòst, si antè omisit, multipli cetur, & peccatū multiplicat. 11 Quantū ad secundū Art. 2. articulū. s. de ꝓhibitione, sunt sex cōclusiones. 12 Pri Tenor proma de tenore ipsius ꝓhibitionis, quæ talis est. Clandesti hibitionis. na coniugia penitus inhibemus, prohibētes etiā, nè quis sacerdos talibus interesse præsumat &c. Statuimus etiā, vt cùm matrimonia fuerint contrahenda in ecclesiis per presbyteros publicè proponātur cōpetenti termino præfinito: vt infra illū, qui voluerit, & valuerit legitimū impedimentū proponat: & ipsi presbyteri nihilominus inuestigent, vtrū aliquod impedimentū obsistat. Cùm autem apparuerit probabilis coniectura cōtra copulā contrahendā, cōtractus interdicat expressè, donec quid fieri debeat super eo manifestis cōstituerit documētis. extrà de clandesti. despon. c. vl. 13 Secunda cōclusio est, de expositione illius prohibitionis. Vbi aduertendū est, ꝙ ibi ponuntur bāna in plurali, & non in singulari: vnde arbitrariū est statuere plura bāna per vnum magnū, vel paruum tēpus, sed in summa Host. cōmittit eꝑo: sed nimis haberet facere: vnde nisi fit determinatū in synodo ad curatū pertinet: de loco autē dicendū, ꝙ non solū in vna ecclesia, sed in multis: qa dicit in ecclesiis in plurali: maximè qñ sunt de diuersis villis, & parochiis: vt in parochia vtriusq, sciat. Nam si essent parochiæ vicinæ, vt non lateret vnam, quod fit in alia, sufficeret in altera nunciari. Debent autē fieri in parochia viri, cuius domicilium vxor sequit: & qui est caput mulieris, & ex cuius persona ius metiatur. 14 Tertia cōclusio est de re prohibita: qa non solùm matrimoniū, sicut in textu dicit, est prohibitū: sed etiā sponsalia, sicut in Rubrica: sed si vtrū que contrahat sub conditione: si Deus, & ecclesia cōcordant, nō est periculū: qa in cōditione implicātur bāna, & alia: sed ex despōsatione sic cōtracta non contrahetur affinitas, nec publicæ honestatis iustitia propter defectū consensus cōditionalis: nisi quis dicat, ꝙ cōditio, quæ tacitè intelligit expꝛssa nō suspēdit obligationē 15 Quarta conclusio est de personis, vbi sciendū est, ꝙ interdicti proclamādi sunt, sed non benedicēdi, sed excōmunicati maiori excōicatione non sunt proclamandi: & nihilominus incurrunt pœnā clādestini matrimonij: quod intelligo, qñ quis sua culpa est excōicatus, & negligit petere absolutionē: qa damnū, qd' quis sua culpa sentit sentire non videt. Et similiter ꝓhibenī clandestinæ electiones, imò statim factę debent publicari. 16 Quinta cōclu sio est non solū eligētibus, sed etiā aliis, quorū interest, Nota. qui etiā possunt electionē accusare, vel impedimentum Electiones nunciare: ꝙ enim oēs tangit ab omnibus approbari de- sunt publibet, quod est cōtra illos, qui ꝓhibent electiones publica- candæ. ri, quibus cōtingit frequēter idem, quod clādestinis matrimoniis: qa confirmati Inueniūtur habēre impedimentum, propter quod amouent: pōt tñ probabiliter dici, ꝙ aliqui excusant, qui electionē cælant, & sine denunciatione confirmant, & valet confirmatio, licet electione siue in concordia, siue in discordia celebrata irrita sit cōfirmatio, non præcēdēte denunciatione, vel in speciali si apparet cōtradictor, vel in generali, ꝙ infra tale tempus cōpareat, qui vult obicere in electionē, vel in persona. de elec. c. vlt. lib. 6. qa cōsuetudo vincit legem præceden

Omissis bannis vel benedictione est mortale contrahere.

tem,& constitutio noua non destruit consuetudinẽ, vel statutũ speciale,nisi dicatur cõtraria consuetudine non obstãte.de cõsti.c.1.lib.6.Et hoc in consuetudine, dum tũ sit rationabilis.In electionibus autẽ cõmunibus eporum,& abbatũ plures sunt,quorum interest,q̃ electores: puta tota diœce. & omnia mẽbra subiecta abbati:vnde sic publicè debet denunciari,& terminus præfigi,vt oẽs quorũ interest,possint obiicere.Sunt verò aliqua collegia,in quibus electus soli electoribus,& aliis paucis etiam per accidens præest:puta nouitiis,& conuersis:vnde cùm electores sciant hoc,& possint obiicere,si volunt,& quod volunt,non est necesse publicari, & contrariũ potuit statui,vel consuetudinẽ rationabilẽ introduci, & si sciretur,& nõ confirmaret, vitiũ personæ crederet: & sic illa cõsuetudo media inter antiquã Decretalẽ, quæ iubet publicari,& nouã,quæ iubet præconizari vincit primam,nec corrigit per nouã. 17 Item videtur.6.q. vbi erat cõsuetudo eligere, sub hac forma eligo, & postulo, q. valeat electio, nõ obstante Decretali, quæ hoc reprobat.de postul.c.1.per idem, qa ibi non cauet contraria consuetudine non obstante.Si dicatur,q. ibi dicit, quas pernitiosa curiositas adinuenit,& sic nõ est rationabilis consuetudo:dicendũ, q. verum est,vbi electiones solent tradere litigium,sicut q. electus priùs assentit,q̃ q. confirmetur:& vbi volũtarius non cõfirmatur,& ipse ꝓsequit ius suum:vnde & qñ ꝓpter dubiũ licet vti vtraq; forma, tẽpore assensus debet eligere alterã, & eam prosequi, vt ibi dicit in fine. In talibus ergò curiositas hoc inuenit. Vbi verò nihil tale est,sed ignorans, & inuitus cõfirmatus,nec ipse prosequitur,sed renuit, simplicitas amica legibus hoc inuenit:siue propter errorẽ iuris,siue facti,qñ nesciunt, quid potiùs debeant dicere: & ideò fuit rationabiliter introductũ. ideò valet. 18 Quantũ ad tertium articulũ de promissione, & dispẽsatione sunt quinque cõclusiones 19 Prima,q. in.6.casibus potest iustè dispensari. Primò, Magnatibus,qa eorũ matrimonia cũ magna deliberatione solent tractari,& per amicos,& etiam pẽti dispensatio à Papa cũ est impedimẽtũ. ideo &c. Secundò, qñ valde nobilis ignobilẽ. Tertiò, cùm diues pauperẽ.Quartò,cùm senex. Quintò,cũ timet parentes supple,si iam cõtraxit.Sextò, cùm diu sic fuerunt,& hoc propter verecundiã. 20 Secunda conclusio est, q. isti sex sensus possunt reduci ad tres casus, ꝓpter quos iustè dispẽsari potest in omissione bãnorũ,& benedictione,nõ q. non fiant,sed q. occultè fiãt. Primus,qñ non est timor de impedimẽto, qa tunc cessat causa, vt inter eminentes personas. Secundus,qñ est timor,nè oppositũ, vel peius sequatur,propter inæqualitatẽ eorũ, qui volunt se habere,aliter fornicabunt,& parẽtes si scirẽt, vel inferiorẽ interficerent,vel potiùs falsos testes supponerent,& sic malè impedirent. Si autẽ scirent ex toto celebratũ ex tunc: qa non est remediũ parẽtes substinebunt.Tertius ꝓpter verecundiã senũ,vel qui diu cohabitauerunt, & in istis occultè inquirendũ est de impedimentis:& si non sunt, licẽtiari possunt, ꝓpter hoc, qa non est periculum: vt in primo,vel qa est periculũ grauius, vt in secũdo,vel propter scandalũ,vt in tertio. Vnde nec debent senes contrahentes derideri, qa fit irreuerentia sacro: vnde benefecit eps excõmunicãs chermari Gallicè. Qui enim authoritate Dei,& Apostoli nubunt,& verum sacrm recipiunt deridendi non sunt. 21 Tertia cõclusio est de authoritate dispensandi,qa q. eps dispẽsat,est de consuetudine per Papam scita, & dissimulando approbata:aliàs cũ sit statutũ cõcilij generalis solus Papa dispẽsat,& eãdem dispensationẽ licitum est,q. inferior,qui de causa matrimoniali cognoscunt,siue de pari,vt à quib⁹ ad eꝑm non appellatur,possunt dispensare,nec sufficit dispẽsatio po-

3.Art. Clãdestina mrimonia possunt fieri in.6. casib⁹.

Epus in hoc dispensat.

nitẽtiarij epi,vel alterius inferioris etiã habentis generalem potestatẽ:qa hæc non committunt, sicut nec cõmutatio votorũ,nisi in specialia; quia in generali concessione casus episcopales non cõtinentur, de pœ.& re.c.2.in princ.lib.6. 22 Quarta cõclusio est,q. quia matrimonium est spũale,sicut in benedictione põt cõmitti symonia: sic qui propter pecuniã dispensant in istis bãnis symoniam cõmittunt:& illi,qui dant,& dispensatio symoniacè obtenta non prodest. 23 Quinta conclusio est, quòd is, qui confitetur se esse in tali statu, absolui põt,etiã anteq̃ benedicat,vel cùm eo dispẽsetur: dum tamen promittat,& ꝓponat,quã citò poterit cõmodè hoc facere,nisi possit dispensationẽ impetrare, sicut in aliis restitutionibus,nisi in manifestis vsurariis,qui antè non admittuntur ad confessionẽ, quã satisfecerint,vel cauerint. 24 Quantũ ad quartũ articulũ de operatione,& effectu matrimonij sunt tres conclusiones. 25 Prima propriè de eius effectu,qa tale matrimoniũ est validum, qa licet secundũ leges sit nullũ matrimoniũ filiifamiliç, sine assensu patris,tñ secundũ Canones in omni specie clandestinè est verũ matrimoniũ: qa omne sacrm habẽs omnia essentialia,licet desint omnia solẽnia, est verũ sacramentũ: sic autẽ est hîc, qa solus mutuus cõsensus per verba de præsenti est de essentia. ergò &c. 26 Secunda cõclusio est, q. quocunq; de prædictis modis fiat matrimoniũ clandestinũ sine dispẽsatione ex causa, peccatum est:vnde dissimile est in baptismo,qa est necessitas: & ideò eius solẽnitas in necessitate põt intermitti:nõ sic autẽ in matrimonio,eucharistia,& in ordine &c. imò talia potiùs debent totaliter dimitti,q̃ sine solẽnitate debita celebrari.Item dissimile est de pœnitẽtia. Sunt enim quatuor sacra,de quorũ essentia non est actus suscipientis sacrm,sed solũ ministrãtis:vnum,de cuius essentia est actus suscipiẽtis non ministrãtis,vt matrimoniũ:duo,de cuius essentia est vtrũq;:vt pœnitẽtia,cuius partes integrales sunt confessio, & absolutio, & ordo, in quo ordinans tradit,& ordinatus accipit:vbi ergò necessitas apparet dispensatio superioris petẽda est. 27 Tertia cõclusio est dubia ex prædictis,& ponit talis casus: qa clandestinè quidã clericus de facto contraxit cum quadã vidua,& corrupta,quã sciebat esse talem per verba de præsenti sub conditione,si hoc faciẽdo nõ fieret bigamus,& cognouit eam. Secũdò,cõtraxit quidã alius cũ eâdẽ simpliciter per verba de præsenti, & est cognita ab eo:quẽritur quis illorũ sit vir eius:& an clericus sit bigamus?Dicendum, q. clericus reputat vir eius in foro ecclesiæ propter tria. Primò, qa cõditio impossibilis habet pro non adiecta.Secundò,qa cognoscẽdo eam à cõditione recessit.Tertiò,qa cõditio fuit vera: nam contrahẽdo non fiebat bigamus,sed cognoscẽdo:si autẽ est verus maritus,& cognouit eam, per consequẽs est bigamus. In foro autẽ cõscientiæ:si intẽtio sua ferebat ad essentiã matrimonij non ad copulã,idem: qa poterat esse verus maritus sine bigamia:si autẽ ferebat ad copulã,aut ipse actu intendebat cõsentire,etiã si cõditio nõ esset vera,& tunc est idẽ: aut non nisi esset vera,& tunc secùs,qa sine cõsensu non est matrimoniũ,aut nõ actu cogitabat: & tunc ad ius cõmune faciẽda est interpretatio,sicut de illo,qui vouit religionẽ intrare non cogitans de remanẽdo,vel non.Qñ autẽ clericus fuit verus maritus: tunc secundus non est: qñ secũdus est, tunc primus non est:nec primus est bigamus,sed fornicator:imò qa fuit matrimoniũ apparẽs, & secundũ iudiciũ ecclesiæ : ideò verius videt,q. vterq; est fornicator,qa nõ est matrimoniũ:bigamus autẽ est,non propter sacrm, sed propter affectũ cum opere subsequuto,& in facie ecclesiæ,vel præsumptũ. de bigamis.c.vlti.

Casus facti.

Respõ.Doc. pulchra.

28 Quantùm ad quintũ articulum de punitione sunt quinq;

5.Art.

Pœnæ cõtra hentiũ clandestinè.

quinq; conclusiones secundũ quinq; pœnas. 29 Prima pœna contrahentiũ cõtra interdictũ ecclesiæ specialẽ,vel generalẽ,vel bãnis sine dispẽsatione omissis, est illegitima puerorũ quo ad forum ecclesiæ in beneficiis,& ordinibus, & quo ad aliũ forum in successionibus si sit impedimentũ,neutrius ignorãtia suffragãte: qñ alterius ignorãtia excusaret,si in facie ecclesiæ fieret:si autẽ vter que sciret, nulla solẽnitas excusaret. de clan. despon.cũ inhibitio. 30 Secũda pœna est non illata:sed inferẽda suspẽsio.s.sacerdoti parochiali ipsius viri,& fortè vxoris, qui sciuit, & non ꝓhibuit. Item religioso assistẽti etiã si exemptus est:qa ratione delicti fortitur quis forũ,qd' est verum indistinctè,si esset Canon latę sentẽtię:qa nullus est exẽptus à foro Papæ,qui ius illud condidit, sed quia est Canon sentẽtiæ ferẽdæ: tunc si est exemptus cõmuni exemptione ab eodem põt suspẽdi,à quo non exẽptus:si autẽ tali exẽptione,q. nec etiã ratione delicti fortiat forum:tunc à suo iudice priuilegiato debet suspẽdi,nõ ab alio:hæc autẽ pœna debeꝫ non solũ benedicẽti, vel faciẽti:sed non prohibẽti sacerdoti: assistẽti etiã ignoranti Canones pœnitentiales speciales,aut statuta synodalia: qa imperitia culpæ annumerat, & turpe est nobili,& patritio ignorare iura,in quib⁹ versatur. 31 Tertia pœna est excõmunicatio cõtra cælantẽ:qñ lata est,quam incurrit omnis,qui scit,& non reuẽlat: qa hoc est mortale occultare veritatẽ,etiã occultã ei, qui põt prodesse, non obesse : dum tũ sciat aliter, q̃ per confessionẽ etiã si sub secreto susceꝑisset : sic q. nulli viuẽti quacunq; ex causa diceret:qa iniusta permissio fuit: dum tñ non recepisset sub sigillo confessionis.Dico autẽ de illo,qui est alienæ parochiæ:qa ille eo ipso,q. nõ indicat,delinquit ibi, vbi reuelare debuit:hoc autẽ est in parochia illius, & sic ratione delicti fortitur forũ : ibi enim ratione omissionis fortitur quisforũ,vbi debebat facere,quod omisit.Videt autem, q. si sciat per confessionẽ,quod debeat dicere,de adulteris.c.Significasti.vbi sacerdos dixit eꝑo ecclesiam pollutã cælans nomen adulteri : quod tñ nesciebat nisi per cõfessionẽ:sed illud fuit, qa mulier iam publicè erat illud cõfessa:& sic non reuelauit,nisi aliàs scitũ, & persona tacuit:& propter hoc remediũ reconciliãdo ecclesiam adhibitũ fuit:propter quod illa reuelatio nulli nocuit,sed profuit:si autẽ aliter nõ fuisset publicatũ, nihil dicere debuit: hîc autẽ etiã si aliter impedimentũ ab vno sciret, non deberet sciens per cõfessionẽ dicere : qa si personã non nominaret, ipsi personæ non põt mederi:sicut ibi medebaꝫ ecclesiæ:si autẽ personã nominaret:tũc reuelaret cõfessionẽ. Alij verò dicunt,q. quãuis sciat aliter,q̃ per confessionẽ,nisi posset probare per testes,nõ tenetur dicere,qa non habet effectũ alio negante. Alij dicunt,q. tenetur dicere,qñ sunt spõsalia nõ iurata:qa tũc ad testimoniũ vnius suspẽdit,aliter non. Alij dicunt,q. si est secretũ maximè ex forma,qa promisit cęlare, nõ licet prodere,sed tunc solũ qñ publicũ:sicut nec in iudicio tenetur testis deponere cõtra aliquẽ de crimine nõ occulto: quod ad iudicẽ non pertinet inquisitio: secundũ in casu,in quo tenet dicere: si non dicit, benè incurrit sententiam,sed primã opinionẽ. 32 Quarta pœna est iuxta primã cõclusionẽ accusatio post mortẽ in perpetuũ, vt filij repellant à successione,dignitate. 33 Sed tunc est dubiũ,si filius,vel filia possunt exhæredari:qa contra hunt matrimoniũ patre inscio,vel parẽte. Et dicunt quidam,q. filius, vel filia intrãs religionẽ parẽtibus inscijs, vel inuitis,nõ debet exhæredari,sed laudari.C.de epi.& cle.l.vlt.sed cõtrahẽs matrimoniũ inscijs,vel inuitis parentibus:filia maximè cũ vili persona meret exhęredari: sicut & si luxuriosam agat vitã, quãuis nõ sic exprimat. vt Auth.vt cũ.de ap.cõ.§.causas. Dico autẽ atlã in foro

Filius inuito patre contrahẽs,an sit exhæredandus.

conscientiæ:nam pater offensam remittere debet:sed nõ tenetur ius sibi acquisitũ relinquere.Sed qa nõ est expressum:& pœnæ sunt restringendæ:ideò dicendũ est oppositum, q. filius,vel filia cõtrahens patre inuito,vel ignorante: licet possit peccare si propter solã voluptatẽ hoc faciat:aliàs si, qa pater errat, non peccat, neutro tũ casu propter hoc exhæredari põt:quia non est luxuriosam vitam agere, matrimoniũ contrahere, licet propter voluptatem. 34 Quinta pœna est arbitraria cõtrahenti,& alij etiã exempto infligenda,nec si exẽpto:qa ratione delicti etiam non sortiatur forũ:omnes autẽ pœnæ istæ ex primunt in dicta Decretali.Cũ inhibitio. 35 Ad arg. dicendum est,q. in hoc non statut illi legi.

DISTINCTIO. 29. QVAESTIO 1.

Circa Dist. 29. quæruntur duo. Primò,de impedimẽto metus. Secundò,de conditionibus appositis.

Coactio excludit consensum coniugalem.

Thom. 4.dist.q.29.art.3.q.3.

PRIMO igitur,quærit,an metus matrimoniũ impediat? & videtur,q. non:quia coacta voluntas,voluntas est. 3 Contra est Magister. 4 Respondeo, hîc sunt quinq; videnda. primò , quomodò cadat vis in voluntatẽ. Secundò, qũò metus. Tertiò, quomodò per metũ matrimoniũ irritatur. Quartò , quomodo matrimoniũ tale posteà confirmaꝫ. Quintò,vtrũ metus impediat spõsalia iurata. 5 Quantùm ad primum sunt tres cõclusiones. 6 Prima,q. quã tùm ad actum imperatũ respectu cuiuscunq; potẽtiæ organicæ,& organi voluntas põt cogi:sic. s. intelligẽdo,q. quicqd velit fieri,vel non fieri extra se,& intellectũ, põt oppositũ esse per actionẽ violentã alterius: quia qñ non obẽdit mobile mouẽti ad nutũ: vel si obẽdit ad nutum, natum est alteri magis obedire:& alterius contrariã impressionẽ recipere respectu huius mobilis, mouens põt cogi non in se, sed in illo mobili: quia. s. contra motionem suã mouebit:sicut respectu corporis mouentis, cui aliud non obẽdit, ad nutum potest esse violẽtia,& respectu moti ab inferiore angulo respectu fortioris, & superioris,sic autem est hîc.ergò &c. 7 Si dicatur,ergò voluntas cogitur priuatiuè,qa non põt voluntas velle,nisi intellectu cogitante, nec ille nisi consensu sentiẽte, & si ille potest prohiberi à suo actu, sicut claudi oculus, vt non videat,sic intellectus,vt non intelligat,& per consequens volũtas,vt non appetat,& sic eius actus priuãtur. vel positiuè:qa si contra voluntatẽ mulier sentiatur:per cõsequẽs cogitaꝫ, & per cõsequẽs contra voluntatẽ appetitur. 8 Dicendũ,q. non sequitur. Primò,qa licet verum sit sensu non sentiẽte saltem interiori, intellectum non cogitare,nec voluntatẽ velle: hoc tñ non est alterũ ipsorũ cogi: cũ hoc sit eorũ natura non habẽre actũ sine obiecto: sicut non cogit oculus, si visibile sibi subtrahitur:per hoc enim nulla violentia sibi infert:& tñ actus, qui erat,per hoc subtrahit,vel qui erat futurus suspendi tur. Ad aliud etiã dicendum , q. quãuis sit necesse sensu phantasiãte intellectũ intelligere saltẽ in vigilia, non tñ est coactio,qa ista est eius natura:sicut necesse est oculũ apertũ videre colorẽ sub lumine præsentatũ,sine violentia:tñ imò delectabiliter aliqñ.Vlterius autẽ non necesse est propter hoc intellectum cogitare practicè, vel si cogitat

Art.1. Voluntas, q̃ tùm ad actũ imperatum cogitur.

Obiectio.1.

Obiectio.2. Ad.1.

gitat practicè non necesse est alterum iudicare: & si ex apparētibus pro tunc non occurreret, quare esset aliter iudicandum, Deus tñ inspirat, nè ad peccandum cogatur: nisi fortè hoc ille per primū pctū demeruerit. Et hîc esset vnus modus, quare pctm̄, quod per pœnitentiā nō diluitur suo pondere ad aliud trahit. Quocunq; autē se quatuor actus speculatiuè, vel practicè, vel volūtariè, vel necessariò, non est violētia, vel naturalis perfectio. Voluntas autē nisi adsit cogitatio practica, & determinata, non necessario vult, & qñ sic vult, naturaliter vult. Vnde

Volūtas nō pōt cogi ad act' elicitos.

non est coactio, sed salus, & perfectio. 9 Secūda cōclusio est, ꝙ non potest cogi quantū ad actum elicitum, qui est velle, vel nolle propter duo. Primò, qa sicut materia est nata recipere omnē formam, quantū est de se nullam recipit violēter: sed est sibi oīs generatio naturalis, qa appetit formā, vt turpe bonū, & omnis forma est suæ essentiæ perfectiua, & saluatiua, sic voluntas respectu oīs actus volēdi: imò oīs potētia appetitiua, & sensitiua est inuiolabilis respectu actus eliciti. Vnde impossibile est, ꝙ in visu sit aliquod videre violentū: sed oīne videre est sibi naturale, & nullū violentū, sicut calor est aquæ naturalis: omnē cognoscere, & appetere est naturaliter bonū ipsius appetitus, & potētiæ cognoscitiuæ: vnde & intellectio falsa est bonū ipsius intellectus absolutè loquendo, & tm̄ est deperfectione naturali in intellectione mala, sicut in bona, & vera, qa eadē oratio sola mutatione obiecti fit de falsa vera, similiter etiā in voluntate. Quod ergò dicit', ꝙ verū est bonū intellect', & falsum malū eius, intelligendū est obiectiuè, nō subiectiuè: relatiuè, nō absolutè. Alia ratio est, qa impossibile est cōtraria inesse eidem, vel ꝙ idē secundū idem sit volitū, & non volitum. Omnis autē actus, qui est in volutate, est, vel esse potest volitus etiā actus nolēdi: qa non est minus voluntarium nolle, q̄ velle. Vnde Aug. Qui diligit proximū, necesse est, vt ipsam dilectionē diligat. Qui autē odit aliquē, non propter hoc odit ipsum odiū, imò diligit ipsum: sicut pctōr dolet de pctō, & odit, & gaudet de ipso dolore, & odio. Si ergò esset actus aliquis i volutate ab ea elicitus, vel etiā impressus, qui tñ esset velle, vel nolle: intantū esset volitus, & volūtarius, inquantū eius actus. Si autē cū hoc esset nō volitus, vel odio habitus, & inuolūtarius esset cōtradictio: vnde est impossibile, ꝙ respectu eius cogatur. 10 Tertia cōclusio est, ꝙ volūtas pōt cogi largè loquēdo quantū est ad aliquid impressum, qd' tñ non sit velle nec nolle, prout voluntatē cogi est aliquid esse i ea contra eius inclinationē. Sicut enim pōt esse in volūtate aliquis habitus acquisitus per actus volēdi malos, de quo

Nota.

volūtas pœnitētis dolet: de quo posset intelligi illud, Video aliam legē in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ, non solū in sensu, sed etiā in voluntate pōt homo habēre à studio habitū contrariū detestatiuū: sic à Deo pōt aliquid imprimi volūtati, quod ipsi volūtati displicebit, & esset cōtra eius volitionem, & tale quid fortè est illud essentiale de pœna dānatorū: qd' est in volūtate. s. à Deo immediatè, vel mediāte igne immissum: quod est à voluntate summè odio habitū, cum quo de nullo alio pōt gaudere: & illud erit cōtrariū non formaliter actui voluntatis: qa sic non staret cū ipso, nec ipsi naturæ volūtatis: qa tunc destrueret eam: sed sicut habitus vitiosus est in volūtate pœnitētis contrarius obiectiuè respectu actus: non autē subiectiuè respectu naturæ potētiæ:

Art.2. Metus quō cadit in cōstantē virū.

vnde nec eam destruit. sic & hîc. ideò &c. 11 Secūdus articulus est videre, quō metus cadat in voluntate, vbi sunt quatuor conclusiones. 12 Prima, ꝙ qñcunq; voluntas cōsentit in aliquid metu territa, aliàs non cōsensura, dicit' tunc metus cadere in voluntatē, ꝙ non cogitur: qa non obstāte tali metu, potuit, si voluit nō consentire: sicut in illo, qui ꝓpter naufragiū proiicit merces in mari, vel amputat sibi membrū, nè perdat totū corpus. 13 Secūda cōclusio est, ꝙ metus aliqñ cadit in constantem virū, aliqñ nō: ad quod oportet cōsiderare & ipsum periculū in se, & absolutè, & in cōparatione ad agendū, vel omittendū. Aliquid enim est de se terribile, vt illa, q̄ in illo versu continētur. Stupri, siue status, verberis, atq; necis. Homo enim constās timet mortē sicut & Christus, & dehonestationē stupri multo plùs, sicut Susāna, q̄ maluit lapidari: & seruitutē, sicut pro excutiēdo iugo seruī tutis multi exponunt se morti, qa seruitus mors ciuilis est. Similiter per grauia verbera, quia minima pœna corporalis est maior maxima pecuniaria secundū iura, sed sunt aliqua pœnalia de se à cōstante viro nō formidabilia, sed contēptibilia, inter q̄ etiā computat' timor infamiæ, cui aliter pōt occurri, & dāni tēporalis, & conuitij, & hmōi, & similiter est timor excōmunicatiōis, q̄uis glo. dicat de resti. spo. ꝙ est iustus timor. Sed & ista quatuor quæ secundū se incutiunt iustū timorē: possunt cōparari maiorib' malis, respectu quorū nō esset iustus timor, sed magis sunt eligēda, puta peccato, vel alij. 14 Tertia conclusio est, ꝙ respectu matrimonij ista sunt iustus motus. Potest enim secundū rectā rationē optari esse in matrimonio potiùs, q̄ mori, vel grauiter verberari, vel in carcerari: qa tunc hō sibi non pōt remediū quærere, vel in seruitute: qa multo minor est seruitus matrimonij, q̄ alia, in qua quicqd est serui, totū est dūi: sed in matrimonio non est hoc, nisi quo ad actum carnalē 15 Quarta conclusio est, ꝙ respectu actus fornicarij non pōt esse iustus metus: qa melius est omnia mala pati, q̄ sōli malo consentire. 16 Tertius articulus est vidēre, quō vis, vel met' impediāt, & dirimāt matrimoniū, vbi sunt tres cōclusiones. 17 Prima, ꝙ si est metus, qui cadit in cōstantem virū, nō est matrimoniū, nec quo ad iudiciū ecclesiæ, nec cōscientiæ, etiā si verè cōsentit: qa consensus liber nō fuit: qa sicut non sufficit cōsensus ad matrimonium impuberis, sicut puberis: qa nō est æquè perfectus sic non sufficit consensus non liber, qa nō est æquè perfectus. 18 Sed ex hoc videt matrimoniū non esse sacrm̄: qa in omni vero sacro ex interiore cōsensu: licet per metū quēcunq; extorto verū sacrm̄ suscipit, vt in baptismo, ordinatione, & cōfirmatione: ergò vel matrimoniū non est sacrm̄, vel sufficit cōsensus q̄uis meticulentus.

Art.3. Metus quō dirimit matrimonium. Arg.Du.q.2

19 Et dicendū, ꝙ illud est verū in sacrīs, de quorum essentia nō est actus suscipiētis de libero in non liberū, secùs in aliis. Nam cōstat pœnitentiā esse sacrm̄: sed quia de eius essentia est actus suscipiētis: inde est, ꝙ nisi sit liber, nihil est actum ipso iure: vt puta, si quis nō propter Deum, sed purè ꝓpter timorē confitet', non esset verū sacrm̄: & similiter est i matrimonio: secùs autē est in aliis. Nam si cōsensus baptizādi esset de essentia in baptizando, tunc nō posset puer baptizari: qa non pōt habēre cōsensum: qa quod est de essentia sacrī apud oēs æquè custoditur. 20 Secūda cōclusio est, ꝙ si non sit metus cadēs in constantē virū, vel fuerint blāditię, vel hmōi, quę magis alliciūt consensum, est matrimoniū, suppositō, ꝙ sit consensus verus: qa si non sit cōsensus verus, siue impediat metus iustus, siue nō iustus, ecclesia non pōt facere, ꝙ sit verū matrimoniū. Sed qñ est nō iustus metus, ratio quare nō impedit, est, qa ecclesia nō statuit, nec fortè statuere potuit. Quod ergò dicunt aliqui, ꝙ inconstās timet propter leuem metū, sicut constās propter iustū, & per cōsequēs est æquè non liber hîc, sicut ibi: & sibi impedit ꝓpter defectū libertatis, ergò & hic: non valet, qa metus impedit matrimoniū ꝓpter statutū ecclesiæ non diuinū. Quia ergò ecclesia punit, & afficit actū exteriorem, nō interiorē, nisi in respectu ad exteriorē: est autem

Solutio. Durā. supra Cōtra Dur.

iustum subuenire illi, qui passus est iustum metū: quia fecit, quod debuit de duobus malis minus eligēdo: ideò ecclesia reddit inhabilē ad cōtrahendum pro hac vice, ipsum metum inferentē ipsum puniendo eo modo, quo ꝓpter quædā crimina ipsa facit nō esse matrimonium etiā cōcurrente cōsensu. Et similiter reddit inhabilē ad matrimoniū ipsum passum iustū metum, in sui fauorem ipsi subueniēdo: qa verisimile est, ꝙ sibi nō placeat simpliciter, cui nō consentit nisi durāte iusto metu. Ecōtrario autē, qñ non fuit iustus metus, nec inferēs tam grauiter peccauit: vnde nec tantū est puniēdus, nec metū passus, qui fecit, qd' non debuit trepidādo, vbi non fuit timor, præferēdo minus bouū maiori, & meretur priuilegiū. Vnde nō iustæ sunt leges restituētes in integrū illū, qui passus est iustum metū, non illū, qui fuit nimis meticulētus: similiter, & iusti sunt Canones irritantes matrimoniū contractū per iustum metū, non per nō iustum: vnde cōcurrit duplex causa: fauor vnius, & odiū alteri': licet autē odiū sufficeret illius, qui in matrimoniū peccauit, sicut qñ polluit per adulteriū, & postea duxit eandem in matrimoniū: tñ hoc est principaliter ꝓpter fauorem metus passi, qui pōt renunciare. 21 Tertia conclusio est, ꝙ ille, qui cōfitet' metu etiā non cadēte in constantē, nullū sacrm̄ recipit: qa de iure diuino, non humano interior pœnitētia, q̄ est cōsensus liber, est pars sacrī: sine qua non est sacrm̄ iure diuino: quod pōt afficere actum interiorē: vnde talis tenet' iterū cōfiteri, & si nō fortè illo modo: quod est iuris positiui: tñ qñq; ante mortē: quod est iuris diuini: qa etiā confessio, sicut nomen libertatem importat. 22 Quartus articulus est vidēre, quō tale matrimoniū confirmat', vbi sunt quatuor conclusiones. 23 Prima cōclusio est, ꝙ confirmat' per consensum sequentē durāte primo cōsensu, qa licet secundū leges, & antiquos Canones raptor nō possit contrahere cum rapta: pōt tñ secundū illud de rapto. c. vlt. si dissensio trāseat in cōsensum, & si ab initio displicuit, incipiat cōplacere. Vel fortè leges, & antiqui Canones loquunt de raptu ad coitum, non de raptu ad matrimonium.

Art.4. Matrimoniū metu cōtractū quomodo possit confirmari.

24 Secūda conclusio est, ꝙ si metū inferēs pœniteat, sicut Amon, qui exosam habuit Thamar, postquā corruperat eam, & inuitam expelli fecit, non est matrimoniū, ex quo mutui cōsensus nunquā cōcurrerūt, & similiter qñ vnus voluit, alius noluit, & ecōuerso: qa causas essentiales oportet cōcurrere ad effectū: sed nihilominus ipse tenetur cū ea cōtrahere, si ipsa, & amici velint, si pōt & fortè gratis, & si non pōt cū ipsa cōtrahere, vel ipsa vel amici nolunt, tenetur eam dotare. ar. de adulter. c. 1. & 2.

An sit matrimoniū in illo, q cōsentit metu mortis in carnalem copulam.

25 Tertia cōclusio est dubia. s. ꝙ confirmat matrimonium quo ad iudiciū ecclesię per consensum in carnalē copulam. Si eñ cōfiteat'se consensisse in carnalē copulā metu mortis, sed nunquā in matrimoniū, iudicabit matrimoniū: qa si cōfiteret se contraxisse per verba de præsenti per metū non iustū, iudicat' pro matrimonio. Cùm ergò respectu fornicationis omnis metus sit nō iustus: si confitet' se cōsensisse in carnalē copulā, non in matrimonium metu mortis, cōfiteret'se cōsensisse sine iusto metu: ergò per idē est, ac si sponte cōsensisset. Si autē sponte consensisset in carnalē copulā post violentā traductionem: quāuis diceret se non cōsensisse in matrimoniū, nō crederetur: sed iudicaret' pro matrimonio, sicut si cōfiteret se dolosè cōtraxisse per verba de præsenti, vel post spōsalia solū carnalē copulā deceptoriā, iudicat' matrimoniū. ergò & hîc. Oportet ergò, ꝙ si confitet', vel probet' carnalis copula, alleget non metū, sed vim, & neget cōsensum non solū in matrimoniū: sed etiam in carnalē copulā, & probato iusto metu tēpore matrimonij: & durāte tēpore copulæ satis videt' esse vis, & oppressio: qa ꝓsumit' nō consensisse in peccatū mortale, si in ipsum matrimoniū non poterat sine mortali cōsentire. 26 Quarta conclusio est, ꝙ sine cōsensu coitus cætera etiā frustrant': qa in foro cōscientiæ nunquā est matrimoniū, nisi cōsenserit in ipsum matrimoniū. 27 Quantū ad quintū articulū de metu sponsaliorū iuratorum sunt duæ opiniones. Art.5. 1.Opi.

28 Prima quorundā dicentiū, ꝙ spōsalia cōtracta per metū cadentē in constantē virum, & iuramento firmata tenent, & obligant in foro cōscientiæ, quod sic declarāt. Quocūq; metu homo sciēter iurat falsum, periurat, qd' libet autē periuriū sciēter cōmissum est peccatū mortale. Nullus ergò met' excusat per iurantē à peccato mortali, sed qui per iuramentū se promisit ducturū aliquam in vxorē: si quod iurauit, nō implet, periurat: ad quod sequit', ꝙ mortaliter peccat, sed quilibet obligatur ad vitandum peccatū mortale. ergò &c. Sed in foro exteriori non reputaret' obligatus: eo ꝙ ecclesia præsumeret consensum interiorē non affuisse. Secūdò, probant hoc sic, qa non est necessaria absolutio à iuramēto, quod ipso iure obligat: sed Romani Pontifices tales à iuramēti nexibus absoluerunt. extrà de iureiur. Verum ergò tale iuramentū non est ipso iure nullū, sed est obligatoriū. Tertiò sic: Renuntiatio electionis facta per metū si sit iuramento firmata est obligatoria. extrà de his, quæ vi, meve causa fiunt. ad aures: sed minor cōsensus requirit' ad sponsalia cōtrahenda, q̄ ad alias obligationes cōtrahendas: quod patet, qa septēnes possunt cōtrahere spōsalia: cùm tñ ꝓpter defectū discretionis ad alias obligationes sint inepti. ergò &c. Quartò sic. 22. q. 4. Inter cætera dicitur de quodā, qui timore necis impulsus suæ concubinæ iuramento firmauit ipsam suscipere in coniugē: qd' quia quam priùs habuerat, non est peccatū suscipere in coniugem, matrimoniū fit in Deo firmum, & stabile.

29 Alij dicunt, ꝙ spōsalia prædicta nō tenent ipso iure in aliquo foro: qa nec Deus, nec ecclesia voluerunt tale iuramentū obligatorium esse respectu eorū, in quibus maxima requirit' libertas, de quorū numero est contractus sponsaliorū, & professio religionis: vnde ꝓfessio in religione facta ꝓpter metū mortis non obligat. extrà de his quę vi, me. ve causa fiunt. c. 1. &. 15. q. 1. Non est. dicit', ꝙ voluntariū sibi militē elegit Christus. Item hoc probant secūdò sic, fortior est obligatio per cōsensum de præsenti, q̄ per consensum de futuro: sed prędicta coactio impedit obligationē per cōsensum de præsenti. ergò &c. Tertio sic. extrà de his, quæ vi, me. ve causa fiūt. Abbas. glo. matrimoniū contractū per metum nō tenet, nec obligatur, qui hoc facit, etiam si iurat: ergò à simili in sponsalibus. Quartò, qa ei, qui per metū ecclesiā suam penitus obiurat: debent restitui vniuersa, vt ibîdē dicit' in textu, sed si tale iuramentū obligaret, non deberent restitui. ergò iuramentū metu extortū, non obligat. 30 Qui igitur vult tenere primam opinionē, potest dicere ad duo prima falsa, ꝙ loquuntur de obligatione in foro exteriori. 31 Ad tertiū, ꝙ mi. est falsa. Quædā enim sunt promissiones factæ per metū cadentē in constantē virū, quę non sunt nullæ ipso iure: quæ tñ rescindēdæ sunt per actionē, si sunt perfectę, vtpote, qa post stipulationē numeratio facta est: si autē sunt imperfectæ, vt si post stipulationē numeratio facta non est, rescindi possunt per exceptionē. ff. ꝙ me. causa. l. Metū præsentē. §. sed quoq; prætor. 32 Qui autē vult tenere secundā opinionē, potest dicere ad primū, ꝙ quædā sunt promissiones, quæ per metum probabilē extortæ nō valent ipso iure. Prima de cōtrahendo matrimoniū. extrà de spon. Cùm locum. Secunda respectu dotis. ff. de his, quæ metus causa. Si mulier. §. si dos. Tertia de rebus ecclesiæ. de iureiur. Peruenit. Quarta voti. extrà de his, quæ vi, me. ve causa fiunt.

2.Opi. Rich. hîc ar. 1.q. 2. &. s. T. art. 1. q. 1

Solutio rationū vtriusque opi. latiùs vide in Rich. vbi supra.

c.1.Quinta iurisdictionis.ff.de iudi.l.2.Sexta authoritate tutorũ meticulenta.ff.de autho.tu.l.1.§.fin.Et hæc habẽtur.extrà de his,quæ vi me.ve causa.Abbas in glo. Quædã autẽ sunt,quæ per metum facta,vel promissa tenent quidẽ ipso iure,quousq; subueniatur metum passo authoritate superioris, qui suo officio implorato,& metu probato,debet à promisso absoluere,& datum facere restituit. Decretalis autem in contrarium allegata non loquitur de iuramento per metũ extorto: quod nullum est ipso iure,sed de alio:& similiter intelligit eo.tit.Finaliter ad sequentia solue, in gloss. Abbas. 33 Ad argumentum principale quæstionis dicendum,ꝙ coacta voluntas,voluntas est,sed non libera est.

QVAESTIO SECVNDA.

De conditionibus contractui matrimoniali appositis.

SECVNDO quæritur,an conditio impossibilis apposita sponsalibus,vel matrimonio vitiet,aut vitietur,& videtur ꝙ habeatur pro nõ adiecta, sicut in legatis, & aliis fauorabilibus, & est expressum. de condi.appo.c.vlt. 2 Contrà, nõ est autẽ consensus cõditionalis consensus conditione nõ extãte:propter quod spõsalia cõditionalia conditione pendente,vel deficiente, non causant publicæ honestatis iustitiã, quasi nulla ꝓpter defectũ consensus:ergò si ista conditio deficiat, per cõsequens deficit consensus. 3 Respondeo, quia quædã conditio est largè dicta,quædã strictè,& propriè.Prima autẽ quadruplex est,sicut dies, demõstratio,causa,modus:secundum illos versus Iuristarum,

Scito,ꝙ vt modus est,si conditio,quia causa,
Demonstratio,quàm sed & adiectiua subacta.

Idcirco videda sunt quinq; principaliter.Primò,de demonstratione.Secũdò,de causa.Tertiò,de modo.Quartò,de die. Quintò,de conditione strictè,& ꝓpriè dicta.

Art.1. 4 Circa primũ de demonstratione sint quinq; conclusiones. 5 Prima,quòd demõstratio nunquã impedit, nec suspendit per se : sed semper habetur pro non adiecta,siue sit honesta,siue sit inhonesta,siue cõtraria matrimonio,siue non:verbi gratia,accipio,vel accipiã filiam tuam,quæ procurauit venena sterilitatis,vel quæ est sterilis,qa habeo nimis multos filios. Vnde nõ quæro prolem, sed solũ vitare fornicationẽ, vel quæ est virgo, aut quam audiui esse diuitẽ,vel filiam tuã virginẽ.Nam falsa demõstratio nõ vitiat legatũ.ff.de cõditionibus,& demonstrationibus.l.falsa. nec per consequẽs matrimonium, quòd est fauorabilius. 6 Secunda conclusio est, ꝙ si demonstratio fieret de futuro:puta filiam tuã, quæ dabit mihi hoc,vel illud,non est demonstratio,sed conditio: vnde idem videtur, sicut de cõditione. 7 Tertia cõclusio est,ꝙ si demonstratio ferat ad conditionem, impedit non ratione demõstrationis,sed erroris:vt si dicat,accipio, vel accipiam filiã tuam liberã, si sciret eam ancillam,nihilominus valeret matrimoniũ, sed si ignoraret:tunc non valeret matrimoniũ ratione erroris:etiã si demonstratio fuisset omissa. 8 Quarta cõclusio est, ꝙ idem est si demõstratio refertur ad substantiã:qa error substantiæ,vel cõditionis impedit, non autẽ qualitatis. 9 Quinta conclusio est,ꝙ appositio demõstrationis ad nihil seruit, nisi ad trãsferendũ fortè onus probationis:

Art.2. vnde contraho cum te libera, ex hoc præsumit,ꝙ credebam te liberam,nisi probes contrariũ. 10 Secũdus articulus est de causa : vbi sunt quatuor conclusiones.

11 Prima,ꝙ causa habetur pro non adiecta: vnde siue sit vera,siue sit falsa,purè intelligunt cõtracta matrimonium,& sponsalia:vt si dicam,accipio, vel accipiã te: qa pater tuus despõsauit te mihi,vel me tibi:& nolo venire contra cõsiliũ eius,etiã si illud non est verum, nihilominus est verum matrimoniũ, vel sponsalia. 12 Secunda cõclusio est,ꝙ si ponatur in futuro: accipio te,vel accipiam te: qa dabis mihi decem pro dote,non est ꝓpriè causa:cùm causa sit prior effectu: vnde est quasi modus de quo statim dicetur. 13 Tertia cõclusio est, ꝙ vtriusq; ratio est,qa demõstratio,& causa non respiciunt essentiã contractus:sed solũ causam extrinsecã contrahendi,vel motiuũ: vnde simpliciter cõsentit in contrahẽdo hoc,vel illud, sed erat fortè in motiuo ad contrahendũ, sicut is, qui per errorem indebitũ soluit, etiam si dicat, soluo tibi decẽ, quæ vel qa mutuasti mihi, nihilominus transfert dñium:quod nõ esset,nisi consentiret in translationem:ergò & hîc est purus consensus, si sit falsa causa adiecta, vel demonstratio. 14 Quarta cõclusio est, ꝙ licet in debito soluto per errorem habeat locũ repetitio: tñ hîc non habet locũ repetitio,sicut nec restitutio: quia res prorsus statum immutat ad minus in matrimonio:vt notatur de resti.spo.c.Ex parte. 15 Tertius articulus de modo habet septẽ cõclusiones. 16 Prima, ꝙ si modus est contrarius matrimonio:tunc vitiat,sicut & conditio:vt si dicam,accipio,vel accipiã te, vt procures venena sterilitatis,vl' hmõi,& hmõi ratio post dicet. 17 Secunda cõclusio est, ꝙ aliud est, qñ contrariũ apponit per modũ pacti quantũcunq; in cõtinenti: qa tũc non vitiat matrimoniũ præcedens quantũcunq; contra eius substantiã:qa codẽ momẽto,quo verba cõplentur à Deo cõiungit,& perficit:vnde pactũ sine interuallo non põt dissoluere, qa nec consensus directus dissolueret: vt si statim post matrimoniũ dicat vnus, volo; ꝙ procures venena &c.aliàs non sit matrimoniũ,& alius consentit: nihil valet hoc pactũ:sicut si statim vn⁹ diceret,ego pœniteo,& quito te,& similiter alius, nihilomin⁹ maneret matrimoniũ. 18 Tertia cõclusio est, ꝙ esset idem de sponsalibus si per mutuũ dissensum non soluerent sine iudicis authoritate: qa nec per cõsequẽs per consensum turpem:sed qa secundũ veritatẽ sponsalia per dissensum tollunt: ideo per pactum turpe contrariũ in continenti appositum similiter dissoluunt. 19 Quarta conclusio est, ꝙ aliud est, qñ hoc adiicit sub nomine modi,qa modus non est pactũ nouum,vel diuersum:sed est de essentia contractus, cui addit, vt si vendo tibi rem pro.10.vt des mihi codicem, non sunt duo cõtractus distincti,sed vnus : vnde qñ modus est cõtrarius matrimonio in ipso sui initio cõtractus vitiũ habet:vnde vitiat. 20 Quinta cõclusio est,ꝙ sic etiã videret distinguendũ in professione, qñ apponit pactũ contra essentiã religionis: qa si per modũ pacti valet ꝓfessio,si sequat:qa statim est, vbi vinculũ diuinũ,qd' per homines,inter quos agit, nõ potest solui. Si aũt præcedat pactũ contrariũ in continẽti, vel concomitet modus cõtrarius,vitiat. 21 Sexta conclusio est, ꝙ non est simile de contractibus rerũ ad contractus personarũ,quantũ ad pactũ in continẽti sequẽs: qa contrario consensu totaliter tollit contractus rerum solo cõsensu contractus.C.qñ lic.ab emp.dis.l..2. Insti: quibus mo.tol.ob.§.vlt.vnde per pactum in continenti sequens,si est cõtra naturã cõtractus vitiatur.ff.de cõtrahen.emp.l.pacta nouissima.Secùs autẽ de cõtractu personarũ indissolubili,qui est matrimoniũ,vt dictũ est,sed quo ad modũ concomitantẽ contrariũ, & quo ad pactũ præcedẽs est simile : qa quicqd impedit factũ faciendũ, impedit matrimoniũ contrahendũ, & sponsalia,quæ solo cõsensu fiũt : & sic de modo cõtrario matrimonio idẽ est,

Qũò vitiat.

Art.3. Modus contrarius matrimonio qũò vitiat. Nota.

est,sicut de conditione infrà dicetur. 22 Septima conclusio est,ꝙ si modus non cõtrarietur matrimonio,tũc aut est impossibile:vt si dicã,accipio, vel accipiã te, vt celebres missam,vel cœlũ digito tãgas:& tũc habet pro non adiecto,sicut & cõditio,& purè,& simpliciter tenet contractus in foro exteriori:aut est necessarius,vt si dicat,accipio te,vt moriaris,vel aliquid hmõi: & tunc habet pro impleto:aut est possibilis tm̃,& tunc aut inhonestus nõ tũ contrarius matrimonio,& habet pro nõ adiecto sicut in legatis:aut honestus possibilis,& tũc nõ suspẽdit obligationẽ,qa natura modi est,vt posteriùs impleatur,sed si est fauore apponẽtis tenet implère aliud matrimonio celebrato,vt si dixit,accipio te,vt des centũ nomine dotis: non autẽ si est gratia sui,vt accipio te cum. 10.libris,vt habeas,vnde emas tibi fundũ:non tenetur nec antè,nec pòst emere.ff.de cõdi.& dem.l.Titio centũ. 23 Quartus articulus est de sponsalibus,& matrimonio cõtractis in diem certũ.Et videt,ꝙ sponsalia,vel matrimoniũ contracta in diem nullũ effectum habeant ante illum diem: quãuis si certũ illum diẽ futurũ non solũ vt agi non possit:imò nec vt obligatio contrahat, nec affinitas,nec publicæ honestatis iustitia:qa licet dies,quæ nõ habet tacitam conditionẽ annexã,non suspendat obligationẽ:sed tantũ actionẽ,vel effectũ.Insti.de verb.obli.§.Id autem quod in diẽ stipulat, debet quidẽ statim:sed priusq̃ veniat dies, peti non põt:tñ dies, quæ habet tacitã conditionem annexã suspendit obligationẽ, & si non ratione sui,tñ ratione cõditionis:vnde in legato annuo, in quo sunt plura legata:& quodlibet habet tacitã conditionẽ, si vixerit:puta,lego tibi.10.libras quolibet anno:perin de habetur,ac si dixisset, quolibet anno lego tibi.10.libras post mortẽ meam,si vixeris.Item lego tibi.10. libr. prima die secũdi anni,si tunc vixeris, & sic de aliis:vnde obligatio secundi anni nõ cedit ante primã diem secundi anni:nec tertij ante primã diem tertij,& sic de singulis:qa conditio tacita suspendit eã:si enim moritur,non transmittit legatũ ad hæredẽ.Sed in stipulatione annua non intelligit tacita cõditio, si vixerit, cũ transmittitur ad hæredẽ:imò siue moriat,siue viuat,habet effectũ suũ: vnde ibi obligatio non differt, sed tantũ petitio , sed in spõsalibus cõtractis in diẽ tacita cõditio intelligit,si vixerit:qa sponsalia non transeunt ad hæredẽ,sicut nec legatum annuũ : vnde obligatio suspẽditur vsq; ad diem: & si non ratione diei,quæ certa est:tñ ratione cõditiõis, quæ incerta est. Nam incertũ est,vtrum tunc viuat. Igit si promisi alicui,ꝙ ducam eam in Paschate, medio tẽpore si cõtraho cũ sanguinea tenet. 24 Sed secundũ veritatem non videt,ꝙ suspẽdat:qa dies,quæ habet conditionẽ annexam tacitã voluntariã,quę põt apponi,& nõ apponi, bene suspẽdit obligationẽ, sicut in casu contrario. Poterat enim testator legare illi , & hæredibus suis in perpetuũ: vnde cõditio si vixerit,voluntaria fuit:sed in sponsalibus,& matrimonio cõditio,si vixerit, necessaria est.Non enim põt quis stipulari sibi vxorẽ,& hæredibus:vnde cõditio si vixero,intelligit necessario tacitè:talis autẽ conditio nõ facit cõditionale illud , quod agit: vnde etiã si dicat,accipio te in vxorẽ,si vixero,talis conditio nõ suspẽdit obligationẽ. Et similiter si dicerem,accipiã te die Dñico,si vixero,sicut patet per simile,ꝓmitto tibi,ꝙ faciam tibi domũ in Pascha per meipsum,tacita cõditio intelligit,si vixero: qa impossibile est,ꝙ mortuus faciã per meipsum: & tũ non suspendit obligatio: qa generaliter dies appositus ꝓmissioni inter terminos non suspẽdit obligationẽ. Et sic sponsalia in diem interim causant publicæ honestatis iustitiã. 25 Quintus articulus de cõditione propriè dicta octo habet conclusiones. 26 Prima, qa aut est de præterito, aut de præsenti, & tunc si ità est,statim valet:si non,non. Quod eñ non mutat,quare stare prohibet: vnde cùm nõ inueniat contrariũ spãliter statutũ in matrimonio, sequendũ est ius cõmune,quod habet Insti.de verb.obli.§. conditiones quæ ad præteritũ tẽpus, vel ad præsens referunt:aut statim infirmãt obligationẽ,aut omninò nõ differũt:veluti si Titius cõsul fuit,vel Męuius viuit, dare spondes? nam si non sunt ea ità, nihil valet stipulatio: si autẽ ità se habent,statim valet:quæ enim per rerum naturã certa sunt non morãtur obligationem, licet apud nos incerta sint:vnde si dicat,accipio, vel accipiãte, si vĩa fuisti venenis sterilitatis,vel vteris modò; si hoc est verũ,erit matrimoniũ: si non,non. 27 Sed cõtra hoc argui põt dupliciter.Primò sic, conditio cõtraria matrimonio vitiat: sed cõditio vtẽdi veneno est cõtraria matrimonio. ergò &c.Solutio,verũ est,qñ est de futuro, aliter non est propriè cõditio, qa etiã si esset de futuro, non cõtraria huic matrimonio,vt si priuaret fœtu aliam,q̃ seipsam, nihilominus esset matrimoniũ,si esset vera, qa non esset cõtraria matrimonio cõtrahẽdo,licet sit cõtrariã alij,& nihil corrumpit nisi à suo cõtrario.Nam cęcitas Sortis nõ priuat visum Platonis:quod autẽ est præteritũ,vel præsens non est cõtrariũ ei,qd' futurũ est:vnde si sic poneret conditio,vel de præterito, vel de præsenti, qd' tãgeret futurũ:puta,si inueniſti, vel habes venena sterilitatis ad vtẽdum in matrimonio nostro,impediret,non ratione conditionis de præterito,vel de futuro, sed de ratione modi de futuro. 28 Item contrà,qa cõditio turpis non contraria,& impossibilis pro nõ adiecta habet. Cùm autem dicit,contraho tecũ,si occidisti virũ tuum est inhonesta, & si dicatur,si pater meus despõsabit me tibi,aut despõsauit:& sic tenet,aut non:& tunc est impossibile despõsasse,& sic habet pro non adiecta. Solutio, conditio impossibilis de futuro,quę est simpliciter impossibilis,& per se habetur pro non adiecta: & similiter cõditio de præterito fortè,vtpote si dicatur,si Sol non fuit ortus heri:sed cõtingens nõ est necessaria nisi per accidẽs. Nam absolutè, & per se possibile fuit patrẽ meũ despõsasse me: sed supposito, ꝙ non fecerit, impossibile est fecisse: & iura, quæ hoc dicunt,loquunt̃ de cõditione in futuro. Similiter cõditio turpis de futuro,quæ incitat ad peccandum, habet pro non adiecta, nõ sic autẽ de præterito,vel præsenti. ergò &c. 29 Secũda cõclusio est, qñ cõditio de futuro necessaria de iure:vt qa dicit iudæa,aut Sarracæna accipiam te,si fueris Christiana, & tunc existẽte conditione tenet,ꝙ actum est,deficiente nihil est actum,nec etiam põt ab hac cõditione recedi per carnalẽ copulam vel cõsensum de præsenti,qa non est matrimoniũ cũ infidelibus:imò si hæc conditio omittat, nihil agitur: honesta eñ est,& necessaria. 28.q.1.Nõ oportet. 30 Tertia cõclusio est, qñ conditio est necessaria de facto,& natura:vt si Sol cras oriet,& tunc habet pro impleta,nec suspendit obligationẽ,nec exactionẽ. 31 Sed cõtra,dies minùs suspendit obligationẽ,q̃ conditio:sed si dicam,accipiam te Dñica die in ortu solis, non teneor te accipere ante illã horã:ergò à simili si dicam, accipiã te, si Sol oriatur die Dñica,vsq; tunc debes expectare: qa etiã hîc subintelligit tacita conditio,si vixerit. Solutio,dies non plus suspendit obligationẽ, q̃ conditio cæteris paribus: sed quãdo dies ponitur ad suspendendũ non conditio: tunc secùs est,& sic est hîc. Cùm enim dico, promitto tibi decem cras,qñ Sol orietur, sensus est,cras quando verum erit dicere, Sol oritur. Sed cùm dico, si Sol &c.sensus est.i.si verũ est dicere, Sol oritur, quod pro nunc est verum. Sed si sit necessaria,& incerta nobis,vt de eclipsi, despõsabo te, si Luna eclipsetur tali nocte futura, videt statim contrahi.Insti.de verb.obli.§.conditiones. Quæ enim

Art.4. De matrimonij cõtractu in diem certum.

Art.5. Cõditio propriè dicta qũò vitiat.

Obiectio.1. Dur.in.3.d. 39.q.4.ar.2

Solutio. Cõditio veneni sterilitatis non ꝓptereà vitiat matrimo.

Instantia.

Solutio.

Nota.

enim per rerũ naturã certa sunt,non morarẽ obligationem,quãuis nobis incerta sint:sed illud in cõditione de præsenti,& de præterito,fortè secùs in futuro : tñ si quis per verba de p̃ęsenti contraheret matrimoniũ sub conditione,quæ omninò extitura est:puta,contraho tecũ,si mortuus fuero: ſtatim est matrimoniũ,nec possum cum alia cõtrahere, quãuis quidã dicunt cõtrà. ff. de cõditionibus,& dẽmõstrationibus.l.q̃ si ea cõditio. 32 Quarta cõclusio est incidẽtalis, quã ponit Hosti. accipio te,si inueniaris virgo:& dicit, q̃ est matrimoniũ, quãuis inueniat corrupta. ar. ff. de cõtrahen. emp. l. alioquin. §. 1. & 29. q. §. 1. & ita esse videt per prædicta. Quia aut est virgo,& sic extat cõditio,aut nõ,& tunc impossibile est, & tunc pro impleta habeẽ. 33 Sed aliud est de futura necessaria per se, aliud per accidens. Nec obstat Decretum,quod inducit: quia aliquid per modũ conditionis appositũ vitiat in sui defectũ, quod nõ vitiat per modũ erroris. Si eñ contraham sub cõditione,si placeat parentibus meis: ipsis cõtradicẽtibus nihil est actũ. Si autẽ sine conditione credãeis placêre,vel placiturũ, nihilominus valet ipsis cõtradicẽtibus. Similiter error virginitatis nõ impedit,sed defectus cõditionis,quæ nec est inhonesta, nec impossibilis per naturã: vnde si cũ dicit:si inueniaris virgo,intelligit, q̃cũq; voluero cõtrahere: tũc est cõtingens,si ipsa est virgo tunc,qa cras poterit corrũpi:si autẽ iam est corrupta,tunc est impossibile per accidens. Si autẽ intelligat,si inueniaris virgo ſtatim: tũc est benè,vel necessaria,vel impossibilis, sed hoc accidit.

Dur. suprà. Glo. & Hos. super. c. q̃ tu as de condi. appo. opi. Doc. contra illos.

34 Quinta conclusio est de impossibili de facto, & natura, quæ habeẽ pro nõ adiecta. de cõdi. appo. c. 1. & vlt. vt si cœlũ digito tetigeris,& est satis mirabile,qa videtur deridẽre potiùs,q̃ cõsentire: & idem in foro cõsciẽtiæ si diceret se non cõsensisse,iudicaret non esse matrimoniũ contractũ : sed contrahendũ propter ecclesiæ præceptũ, & idem si est impossibile de iure diuino, vt si missam celebraueris:qa indistincte cõditiones impossibiles habẽtur pro non adiectis. 35 Sexta conclusio,de cõditione contra substantiã coniugij, vt si generationẽ prolis cuites,vel donec inueniã digniorẽ, aut si pro quæstu adulterandã te tradas, quia ista vitiat. de condi. appo. c. fi.

36 Septima cõclusio est de inhonesta, quæ non repugnat naturæ matrimonij: vt contraho tecũ, si furtum feceris,aut homicidiũ: hoc si apponaẽ pro non adiecta habetur:& nihilominus matrimoniũ, vel sponsalia contrahuntur: qa verũ sub cõditione quantũcunq; turpi cõtractum:dũmodo non sit contra substantiã matrimonij valet:de cõdi. app. c. vl. & est speciale in matrimonio: vt est institutionibꝰ,& legatis. Insti. de lega. §. vlt. 37 Octaua cõclusio est,quã ponit Host. in summa. Si cõditio honesta,& possibilis apponatur in sponsalibus,& matrimonio: vel. contraham tecũ, vel contraho, si dederis mihi. c. vel si pater tuus,aut patrinus consenserit: qa suspẽditur cõsensus,siue spõsalia,quousq; conditio extiterit,vel extet,si tñ post talẽ consensum cõditionalẽ alius cõsensus interueniat per verba de præsenti , vel carnalis copula sit sequuta,videt recessum à conditione: vnde statim est matrimoniũ,quãuis cõditio nõ extet:adeò q̃ ex quo cõstat de carnali copula post spõsalia,quãuis probeẽ, q̃ ille dissenserit:si tñ non p̃beẽ expressè, q̃ contradixerit ante carnalẽ copulã,in dubio pro matrimonio iudicabit: de cõdi. appo. de illis. c. super eo. c. per tuas. ff. de cõtrahen. empt. & vẽdi. l. si Celsus. §. vlt. Nec refert,vtrum in arbitrium parentũ,an aliorũ cõferaẽ. extrà. eo. per tuas. In omnibus suprà dictis idem dicunt Iuristæ in sponsalibꝰ, & matrimonio,licet Theologi distinguant. Et quod dicit Tho. matrimoniũ contractũ sub cõditione de futuro

S. Th. hîc. q. 1. ar. 1. q. 3.

possibili,& honesta, cõparari spõsalibus de futuro, non valet secundũ Iuristas, qa aut intelligit pro nunc, & est falsum, qa nõ sunt sponsalia, sicut nec matrimoniũ: qa id quod impedit matrimoniũ, impediret spõsalia. s. defectꝰ cõditionis: tũc autẽ duntaxat matrimoniũ valet, vt spõsalia: cùm in sponsalibꝰ cessat causa, quæ matrimonium impediebat: aut , intelligit pro tunc , & hoc non valet: qa tunc est verũ matrimoniũ, cum existentia cõditionis æquiparet contractui puro : vnde matrimoniũ contractum sub cõditione de futuro illa existẽte est matrimoniũ,& non spõsalia: qa q̃n conditio existit,ità est,ac si sine cõditione pro tũc esset cõtractus habitus. Si enim do tibi,vel trado rem meã sub cõditione,si nauis ex Asia venerit,naue veniẽte nõ est promissio tantũ dandi: sed est translatio dñij, ità & hîc. ideò &c. 38 Ad argumentũ dicendũ, q̃ ecclesia benè põt facere, q̃ cõsensus non faciat matrimoniũ, sed veritatẽ, quia põt facere inhabiles. Et ideò secundũ veritatẽ cõditio turpis contraria matrimonio, q̃ est de futuro, facit matrimoniũ non esse quantũcunq; consentiant, sed ecclesia non põt facere, q̃ sine consensu sit verũ matrimoniũ : vnde si cõditionẽ quancunq; apponẽtes non intẽdebãt cõsentire, nisi illa extante: non est matrimoniũ, si nunq̃ extat, vel non est anteq̃ extet, si extitura est: sed ecclesia præsumit consensum ex hoc ipso, q̃ cõditio turpis, vel impossibilis, aut necessaria apponaẽ: qa ex quo sic ſtatuit, q̃ hmõi habeãtur pro nõ appositis, vel impletis, quicũq; eas apponũt, videretur eas velle habêre pro impletis: vnde caueat sibi, qũò cõtrahunt : qa ecclesia iudicabit pro matrimonio in foro exteriori: secùs autẽ in foro conscientiæ, vt dictũ est.

& suprà dist. 27. q. 2. ar. 2. ad. 4.

Ad arg. pri.

Nota.

DISTINCTIO. 30. QVAESTIO. 1.

Circa distinctionem. 30. quæruntur duo. Primò, de impedimento erroris. Secundò, de matrimonio beatæ Virginis.

De errore, qui euacuat consensum.

S. *Thom. hac eádem Distinct.*

PRIMO igitur,quæritur de error , an impediat , & dirimat mrimoniũ? & videt q̃ nõ: quia multi decipiuntur putantes se ducere virgines diuites , aliàs non ducturi , qui posteà sunt decepti,nec propter hoc matrimoniũ separatur. 3 Contrà, non est matrimoniũ sine consensu, qa nuptiàs non concubitus, sed cõsensus facit: sed nihil est contrarium tam consensui, quantũ error, qui imperitiã detegit: vt dicit ff. de iur. ō. iu. l. si per errorẽ. ergo &c. 4 Respondeo, hîc tria sunt videda secundũ triplicẽ errorem. Primò, de errore substãtiæ, vel personæ. Secundò, de errore conditionis. Tertiò, de errore fortunæ, vel qualitatis alterius.

5 Circa primũ est solũ vna cõclusio, qa est error quidã, qui respicit illud, qd' est de substãtia matrimonij: sicut sunt personę, quæ sunt materia quo ad substantiã: & iste error impedit, & dirimit matrimoniũ de iure diuino: qa ius humanũ non posset facere, q̃ illa, in quã non consensi, sit vxor mea: qa sicut non est matrimoniũ nisi per cõsensum, sic nõ est matrimoniũ cũ ista: nisi per cõsensum in istam, & ecõuerso. 6 Secundus articulus de errore cõditionis, quæ respicit bona matrimonij: habet etiã vnicam conclusionẽ, qa est error in illis, quæ respiciunt bona matrimonij, quantũ ad finẽ principalẽ, vel secundariũ: sicut error conditionis deterioris, per quã impeditur libera

Art. 1.

Art. 2.

Error impedit matrimo-

niũ quantũ ad principalem finẽ, vel secũdarium

tur libera debiti petitio frequenter, & bonum prolis: quia est seruus fortè, vel error impotentiæ coëundi , vel aliquid tale, & talis impedit per ſtatutũ ecclesiæ: & non de iure diuino, nec quo ad primum, quia seruitus est de iure humano: nec quantùm ad vtrunque: quia non pertinet ad substantiam matrimonij: & inde est, quòd si sciuerit, est verum matrimonium: cùm tamen non esset, si deesset aliquid de essentia matrimonij. Cùm enim principalis finis matrimonij sit proles, non vitatio fornicationis: si posse coire esset de substantia matrimonij: multo magis posse generare: & sic senes non possent contrahere. Sublata enim causa essentiali matrimonij, quæ est materialis, non manet matrimonium, quamuis transeunte causa efficiente, vt consensus maneat: sicut morte naturali, vel ciuili superueniente : quia homo, vt est animal ciuile politicum , est materia huius sacramenti. Et qa secundum quòd est pars communitatis, subiacet potestati, vel ordinationi factoris cõmunitatis: inde est, q̃ põt fieri habilis, & inhabilis, secundũ ordinẽ rectoris, sed contracto matrimonio etiã non consummato, si vir eunuchetur, non soluit matrimonium: ergò posse coire non pertinet ad essentiã, sed tñ ad bonũ fidei, & prolis.

Art. 3. De errore qualitatis & fortunæ.

7 Tertius articulus de errore qualitatis, & fortunæ habet sex conclusiones. 8 Prima, qa est error qualitatis, & fortunæ, qui nõ cadit super aliquid, quod sit de essentia matrimonij, nec pertinet ad bona mrimonij: & si iste sit absolutus, non impedit, nec de iure diuino: qa cõcurrunt essentialia: nec de iure humano, quia non est ſtatutum. 9 Secũda conclusio est, q̃ si poneret per modum conditionis, quæ est honesta, & possibilis ea ſtante, ſtaret: non ſtante, nõ ſtaret: puta, cõtraho tecum, si tu es ità diues sicut ego, vel sicut dictum est mihi, vel ità nobilis: puta sic, vel sic. 10 Tertia cõclusio, q̃ dato etiã, q̃ esset cõditio impossibilis, vel inhonesta, nunq̃ in foro cõsciẽtiæ est matrimoniũ, si non intendebat cõsentire, sed verum est, q̃ etiã in defectu illius cõditionis tenet contrahere: & sic illud matrimoniũ habet vim sponsaliorũ: qa vnusquisq; verba, quæ cum alio cõueniendo emittit: tenetur implere secundũ intellectũ iuris, quãuis aliud intẽderet, nisi hoc ipsum expresserit: vnde cum iura interpretentẽ matrimoniũ adiecta conditione impossibili, vel inhonesta, quæ non est cõtra bona matrimonij: etiã si illa sit falsa: inde est, q̃ tenet implêre sic eam, q̃ sit verum matrimoniũ, q̃ nõ est nisi cõtrahat. 11 Quarta cõclusio est, q̃ si expressisset, contraho tecũ, si cœlum digito tetigeris, vel si feceris furtũ: aliàs non intendo tecum contrahere, nec nunc, nec aliàs: tunc qa scienti dolus non infertur: & in incertis locus est coniecturæ, nec est matrimonium, nec tenetur ad matrimonium in aliquo foro. 12 Quinta conclusio est, q̃ si est conditio necessaria, si eius existẽtia est contraria essentiæ matrimonij, non est matrimoniũ, nec spõsalia, sicut si esset inhonesta contra bona mrimonij, & prolis: vt si dicat, cõtraho tecù, si mortuus fuero, vel fueris, est enim necessaria: sed impossibile est, q̃ cũ eius existentia ſtet essentia matrimonij: & ideò nihil est actum. 13 Sexta conclusio, q̃ si eius existẽtia non est contraria matrimonio , tunc habetur pro impleta iudicio ecclesiæ: vt si dicat, contraho tecũ, si Sol cras oriatur, ſtatim est matrimoniũ, sed in fore conscientiæ si intelligit, q̃ matrimonium non sit ſtatim: sed q̃ sit tunc primũ, vel q̃ tunc sint sponsalia, non est matrimonium, vltrà quod intẽdit: sed tenet cõtrahere, & facere, q̃ ſtatim sit matrimonium, vt verificet dictum suũ secundum sensum ecclesiæ, nisi contrarium exprimat , vt dictum est. 14 Ad secundum patet solutio per Distinctionem.

Nota.

QVAESTIO SECVNDA.

De matrimonio Beatissimæ virginis mariæ.

S. *Thom. 4. dist. 30. q. 2. art. 2.*

QVAERITVR secũdò de matrimonio beatæ Virginis, vtrum fuerit verũ matrimoniũ, & videtur q̃ non: quia fuit ibi aliquid contra bonũ fidei, & prolis, qa non intẽdebant adinuicẽ cõuenire. 2 Contra, Matthæ. 1. Noli timêre accipere Mariam coniugem tuam. 3 Respõdeo, hîc sunt tria videnda. Primò, qũò contrarietas in contrahẽdo matrimoniũ quo ad bona matrimonij faciat matrimoniũ nullum. Secũdò, de matrimonio beatæ Virginis. Tertiò, de fine inhonesto.

4 Quantũ ad primũ sunt quatuor cõclusiões. 5 Prima de intentione, qa aut est cõtraria non solũ bonis matrimonij, sed etiã ipsi essentiæ matrimonij: puta, qa non intenditcõtrahere, sed decipere: vel si intẽdit cõtrahere, intendit tñ non ſtatim, sed ad tẽpus, vel aliquid hmõi: & tunc nõ est matrimoniũ: qa nisi sit cõsensus in tota essentia matrimonij, nõ est matrimoniũ. Item qñ est consensus, & dissensus, sicut si homo vult esse homo, & nõ habêre animã, nõ simpliciter cõsentit: vnde non est matrimoniũ. Si autẽ contrariet bonis matrimonij: sed non essentiæ est verum matrimoniũ, sicut suprà dictum est.

Art. 1. Intẽtio contraria matrimonio impedit ipsum. Nota.

6 Secunda cõclusio est de expresione contrarij: quia aut exprimit aliquid contrariũ essentiæ, & non est matrimoniũ: sicut si dicat, accipio te in meam, dum tñ ego non sim maritus tuus, vel q̃ matrimoniũ dissoluat quãcito inuenero pulchriorẽ, & meliorẽ, vel hmõi: & sic non est matrimoniũ, sed adulteriũ: sicut dicit Aug. 31. dist. Aut non est cõtra essentiã, sed cõtra aliquod de tribus bonis: & tunc si est aliquid illicitũ non est matrimoniũ. Si autem id, quod exprimit, sit non honestũ, nõ impedit: sicut contraho tecũ: ità q̃ non petas debitũ: qa pacisci de debito non petẽdo, nec reddẽdo non respicit essentiã: cùm petere, & reddere sint actus consequẽtes matrimonium: imò etiã pacisci, q̃ non teneaẽ petere, vel reddere nõ est contra essentiã: cùm salua essentia matrimonij possit tolli ius petẽdi, & obligatio reddendi, vt diceẽ proxima dist. q. 1. art. 13. cõclusione vlt. sed ponere cõditionẽ, vel modum de nõ reddẽdo, vitiat matrimoniũ, qa conditio turpis, & inhonesta, & cõtraria. 7 Tertia cõclusio est, qũò põt contrahere, qui vouit castitatẽ, qa vouit non contrahere, nullo modo põt cõtrahere, nisi dispẽsatione Papæ, qui solus dispẽsat in simplici voto castitatis ꝑpetuò propter plenitudinẽ potestatis. Si autẽ vouit castitatẽ existens virgo, vel vidua, & senex vult cum ea contrahere, vt habeat patrimoniũ eius, vel econuerso ista, vt habeat defensorẽ: si in cõtrahendo dicat sic, cõtraho tecũ, est matrimoniũ, ità tñ q̃ castè viuamus, valet. Facilius est enim iuri futuro, & acquirẽdo renũciare, q̃ iuri iã acquisito: qa multa impediũt cõtrahentia, quæ non dirimunt iam cõtracta: vnde si cõtracto matrimonio, postq̃ã obligati sunt mutuò ad reddendũ, põt se per pactũ ab ista obligatione liberare manẽte essentia matrimonij, pari ratione in contrahendo salua essentia poterunt ab obligatione præseruari. Nec obstat, si dicatur, q̃ in eo, quod est cõtrarium bono matrimonij: & est illicitũ, deficiat ratio: quia si post matrimoniũ fiat illud pactũ , non tollitur matrimoniũ, quod est: si autẽ in cõtrahendo exprimaẽ, nõ contrahitur matrimoniũ, quia hoc propter ſtatutũ ecclesiæ, quæ potuit facere, q̃ nõ contraheret, sed non vt soluerentur iam contractũ. 8 Quarta conclusio, videt corolla riè posse inferri ex prædictis, quòd Papa possit dispensare in

De vouente castitatẽ cõtrarij ipedit

Papa põt dispensare in

solẽni voto religionis.

sare in solenni voto religionis,qa qua ratione obligatio ad actum matrimoniale non est essentialis mrimonio: eãdem ratione obligari ad castitatem non est essentialis ad religionẽ, sed sicut in matrimonio est ipse cõtractus transiens,ex quo causat vinculũ, quod est essentiale matrimonij, ꝙ consequit obligatio ad reddendũ debitũ, & ius petẽdi, quasi actio:sic in religione est ipsa professio, quasi cõtractus facti transiẽs,ex qua innascit vinculum ad ipsam religionẽ per quam,quãdiu viuit,dicit religio sus talis religionis,sicut cõiunx talis coniugis:nisi quòd vinculũ matrimoniale est quædam res absoluta,vel relata:sicut character,vel ornatus in aliis sacris:vinculũ aũt religionis nõ est res,sed relatio rationis,sicut esse consecratũ in calice,vel altari. Item ipsam essentiã religionis consequit obligatio ad actus religionis, & positiuos, vt est obedire,& priuatiuos,vt nõ habẽre proprium,& non vti cõiugio: sicut obligatio ad actus coniugij sequit vinculum coniugij, nisi ꝙ in matrimonio obligatio est firmata de iure diuino non solũ secundũ se,sed secundũ ꝙ

Nota.

est accessoria sacri à Deo instituti : sed obligatio ad ea, quæ sunt religiõis, est quidẽ de iure diuino secundũ se: qa dicit:Vouete,& reddite Deo vestro: & nõ de ratione eius,quod sequit,quod non est sacrm, sed quædã consecratio ab homine adinuẽta,sicut non vti calice cõsecrato ad vsus ꝓphanos secundũ se supposita consecratione est de iure diuino, quod prohibet sancta ꝓphanari: sed non ratione consecrationis,quę est per hominẽ:ità ꝙ sicut Papa potest dispẽsare, vt calix vendaẽ etiã non conflatus:sic ꝙ monachus manens monachus vxorẽ: quia supra votum simplex nõ habet professio,nisi ꝙ est positi uum:sed in votis simplicibus põt Papa dispensare: ergò & in ista ratione voti:sed obligatione,prout est ex statuto ecclesiæ potest ipse remittere: ergò & tollere,sed de

Art.2. Decuit matrẽ Dei esse Virginẽ voto cordis, & ore cõditionato.

hoc dicetur infrà.38.Distin. 9 Quantũ ad secundum articulum de matrimonio beatæ Virginis sunt. 5. cõclusiones. 10 Prima de eius virginitate, quia debuit esse Virgo in re, & ex voto cordis, & oris conditionato: & similiter Ioseph.Primũ patet,qa decuit, vt maxima puritate nitẽret. Est autẽ maior virginis,q̃ corruptæ quomodocunq;:ergò debuit esse virgo:cũ & prima mulier esset virgo,qñ fuit dãnationis origo. Secundũ patet,ꝙ ex voto,qa illã virginatẽ debuit habẽre, quæ est laudabilior, hmõi autẽ est,quæ est ex voto. August. Virginitas laudatur,non qa virginitas,sed qa Deo dicata:quod priùs cor de tñ,& occultè fecit: qa tunc preferebat coniugiũ virginitati ꝓpter expectationẽ seminis vẽturi. Nec obstat, ꝙ illud erat de Virgine nasciturũ:quia de vna sola erat nasciturũ:vnde illã solam oportebat esse Virginem: cæteras autẽ generationi vacare , vt populus esset multus, de cuius generatione esset Christus:cùm propter hoc in illo populo fuerit specialiter dispẽsatum in pluralitate vxorum:quod nõ esset,si propter hoc,ꝙ Christus erat de Virgine nasciturus, virginitas præferret matrimonio:vt sic oẽs cõtinerent,nec esset,vnde illa mater Dñi nascere tur. Tertiũ patet,ꝙ sub cõditione.s.nisi Deus aliter ordinaret,qa non sciebat, quid cogitasset super illam Deus: & cõmunis cursus erat etiã sanctarũ mulierũ cõtrahere.

Sco.hîc.q.2-art.2.

11 Sed cõtra istud dicunt quidã,ꝙ illud nõ oportet dicere:qa illa cõditio non tollit, quin virginitatis votum fuerit simplex,cuius ratio est: qa generalis, & necessaria conditio, quæ in omni promissione intelligitur,si exprimatur,non facit promissionẽ conditionatam: alioquin nulla promissio esset absoluta, nec aliquod votũ,sed generalis,& necessaria cõditio, quæ intelligit in omni promissione,& voto est,si Dñs voluerit,& pari ratione, nisi oppositũ Dñs iusserit:ergò talis cõditio non facit,quin votum virginitatis fuerit simpliciter emissum:vnde dicunt, ꝙ beata Virgo vouit virginitatẽ simpliciter: vnde dixit angelo, Virum non cognosco.i.me non cognituram propono. 12 Et dicẽndũ, ꝙ licet conditio diuinæ voluntatis intelligi debeat in omni voto, & proposito: tñ perfectionis est illã exprimere, & sic fuit hîc. Quartum patet.s.ꝙ postea verbis expresit.s. qñ per angelũ certificata fuit.Et qa extunc periculũ nullum fuit, & vir suus consensit. Quintò, ꝙ etiã Ioseph virgo mortuus fuit:qa enim iustus fuit, & fornicatio in iustum non cadit, nec aliã vxorẽ habuit, & ista virgo in æuum permãsit: ergò & ipse virgo fuit, & ex voto: qa cõmuni cõsensu castitas inter eos permansit,secundũ Hieronymũ contra Heluidium. 13 Secũda cõclusio est de consensu beatæ Virginis in matrimoniũ : qa ipsa cõsensit non solũ in cohabitationẽ domus,sed etiã in copulã coniugalẽ simpliciter:in copulã autẽ carnalẽ sub cõditiõe,si Deus eam iuberet: & sic non fregit votũ,& sic dicũt quidã de Ioanne Euangelista.Primũ patet, qa cõsensus in solũ cõuictum, vel cohabitationẽ non faceret matrimoniũ : aliàs inter fratres,& sorores,parẽtes, & liberos posset esse matrimonium.Secundũ patet, qa in copula cõiugali est essentia matrimonij:vnde cõsensus in illam solã,etiã si de nullo alio cogitet,facit matrimoniũ verũ: quod põt esse intersteriles habẽtes impotentiã coeundi scienter:multo magis inter potẽtes,sed nolẽtes carnaliter cõmiscri: sicut esset verus baptismus,si intẽderet baptizari:licet nõ curaret de re sacri, propter quã tñ est principaliter baptismus. Tertiũ patet.s.ꝙ non cõsensit in carnalẽ copulam simpl'r, & explicitè: qa hoc fuisset cõtra votũ virginitatis:nec exclusit eam simpliciter,& explicitè:qa irritasset matrimoniũ secundũ communẽ opinionẽ:qa fuisset cõtra substantiã,vel saltẽ cõtra bona matrimonij,& in finẽ principalẽ, qui aliter haberi non põt,vel si nõ irritasset matrimoniũ, quia non est conditio inhonesta:licet contraria,vt dictũ fuit suprà: saltẽ non debuit exprimere aliquid absolutè in matrimonio , quod lege cõmuni esset cõtra matrimoniũ,antequã sibi fuisset reuelatũ.Quartũ patet.s.ꝙ nõ fecit cõtra votum,qa vel nihil cogitauit de carnali copula, vel non consensit in eam nisi sub conditione: si Deus eam iuberet, sperans sibi à Dño reuelandum,quid faciendũ esset:& ipsa non vouerat non cõtrahere matrimoniũ: sed non cognoscere virum, nisi Deus ordinaret.Quintũ patet de Ioan. Euangelista. Nam qa virgo fuit Virginis custos: probabiliter credit consimili modo se habuisse in cõsensu nuptiali,sicut Virgo beata, quod tũ non sic est necesse: qa non sic habebat votũ virginitatis, sicut ipsa. 14 Tertia conclusio est de causa propter quã debuit despõsari, quæ quintuplex assignatur. 15 Primò, ex parte exẽpli, nè virgines aliæ se excusarent:vt filia Iudæi inclusa à clerico impregnata:dixit se à Deo impgnatã:vnde Iudæi Messiam expectabãt quousq; mulier edita est : sic etiã Paulina amando , dolo Liddæ sub speciæ Dei decepta est: & vxor Philippi à Mago. Secundò,ex parte sacri: qa hoc matrimoniũ perfectius significat coniunctionẽ Christi,& ecclesię,quàm quodcũq; propter fœcunditatẽ, simul & integritatẽ:licet aliud perfectius coniũctione Christi, & humanæ naturæ, quæ defecit à similitudine matrimonij ꝓpter vnitatem personæ secundũ Gregorium Homel. de nuptiis filij Regis. Tertiò, ex parte viri, vt genealogia texerẽt, & vt obsequiũ præstaret Mariæ, & pueri ĩ Aegyptũ &c. Quartò,ex parte ipsi⁹ Virginis, nè lapidaret tanq̃ filia sacerdotis i.cremaret,vel moreret:qa trib⁹ Regia,& sacerdotalis erãt ꝓmixtæ. Quintò,ex parte nati,vt Diabolo part⁹ celaretur per impedimentũ,& vt nuptias approbaret:Et licet Deus posset aliter celare : hîc tamen fuit modus conuenientior,quia rariùs coniuges sunt virgines.

16 Quarta

Scot.vbi sup. prælegẽdo

Ioseph fuit virgo cõtra Euseb. & li. ecclesiast.Histo. in prin.

S.Th.supra 29.q.1.a.4. in. 2. arg.

Rationes ꝓpter quas Virgo gloriosa debuit despõsari viro.

Matrimo.b. Virginis erat perfectũ & quantùm ad essentiã &alia tria.

16 Quarta conclusio est de perfectione matrimonij:qa fuit perfectũ,& quantũ ad essentiã,& quantũ ad tria bona.s.fidei,prolis, & sacri:non autẽ quantũ ad secundam perfectionem,quæ est eius operatio,vt carnalis copula. Primũ patet,qa fuit cõsensus expressus per verba de præsenti in copulã cõiugalẽ, quod solũ est verũ, & pfectum matrimoniũ essentialiter. Secundũ patet, qa vbi nullũ adulteriũ,sed summa castitas,ibi bonũ fidei,& nullã infidelitas. Tertiũ patet, qa prolis bonũ fuit in semine,in quo oẽs gẽtes benedicerent. Et licet nõ ꝓcesserit ex hoc mrimonio:erat tñ illud mrimoniũ ad hoc ordinatũ principaliter:vt ĩ ipso,& sub ipso talis ꝓles generaret,& educaret: nõ sic autẽ est de partu supposito, vel adulterino ad quem matrimoniũ nõ ordinãt:sed ad oppositũ:vnde ibi non est bonum prolis.Quartũ apparet:qa bonũ sacri est inseparabilitas: ipsi autẽ non fuerant separati vsque ad mortẽ: vnde in passione Christi cõuincit Ioseph mortuus, qñ mater fuit alteri cõmendata, quintũ autẽ probabitur in sequẽti cõclusione. 17 Quinta cõclusio est, ꝙ illud matrimoniũ nunq̃ fuit per carnalẽ copulã consummatũ: qa aut hoc fuisset ante Christi natiuitatẽ aut pòst,nõ antè,qa expresse dicit. Matth. 1.Non cognoscebat eam, donec peperit filiũ suũ primogenitũ:& hæc est est impietas Iudæi : qui dicit Christũ ex Ioseph semine esse natũ:nec obstat,ꝙ dicit in Marco,Nõne hic est filius fabri? Io. 1.Iesum filium Ioseph, & multa hmõi. Ad quæ omnia respondet.Lucę. 3. vbi dicit,vt putabat filius Ioseph.Itẽ non obstat,ꝙ mater dixit Lucę. 2.Pater tuus,& ego dolẽtes &c.qa eius nutritius fuit:ideò dicit pater hîc cura,vel sicut dicit Matth. 14.Pro affectu Iudęorũ,pater appellabatur,vel qa pater adoptiuus:quod tñ non videtur: qa præsumptio fuisset talẽ filiũ velle sibi subiicere: sicut adoptio subdit filiũ adoptãti:tñ ipse Iesus erat subditus illis,vel qa erat verus maritus matris. Itẽ non cognouit eam post partũ, qa fuisset ingratissima,& ille temeratissimus si templũ Dñi violasset, & portã tẽpli, per quam solus dñs exiuit:& ad hoes intrauit. Eze.44.Nec obstat,Peperit filiũ suũ primogenitũ.s.à patre,nec illud, Fratres eius Iacobus,& Ioseph:qa cõsobrini,sicut vbi de Spartiatis,& Iudæis,ꝙ sunt fratres:nec illud,Donec peperit filium suũ,qa non sequit:ergò postea,sicut ibi, Do nec ponam ini.t.sca.pedum tuorũ. Non enim tũc cessabit sedere, sed apertiùs tunc sedebit. 18 Sed videt, ꝙ

Cauillum.

beata Maria virgo non debuerit desponsari : qa nullus debet simulare velle illud, quod nõ vult:cũ hoc sit mentiri facto, vt hypocritæ:sed ipsa nolebat carnalẽ copulã, quam matrimoniũ prætendit.ergò &c. 19 Solutio,di

Solutio.

cendũ,ꝙ sicut is, qui non tenet dicere veritatẽ proferendo verbũ verũ secundũ suã intentionẽ,licet falsum secundum intentionẽ audiẽtiũ,nõ mentit,vt Chrus dicẽs,Soluite templũ hoc &c.sic etiã faciens aliquod factũ, nõ vt fallat,sed vt veritatẽ significet,vel ad aliquod bonũ:licet ex illo facto aliqui eliciãt significatiuè aliquod falsum, non mentit facto,sicut Christus,qñ se finxit longius ire. Non enim hoc fecit ad decipiendũ, nec ad significandũ itinerationẽ,quam facere nolebat:sed ad prouocandum eos ad instantiã hospitalitatis,& ad significandum, ꝙ discedebant ab eo infidelitate, sicut & alibi volebat eos præterire.Et similiter beata Virgo nõ tenebat dicere,qua intentione cõtraheret:vñ licet non intẽderet matrimoniũ cõsummare,qd' videntes credebãt:non est mẽtita facto, & istud est ar.sicut ille,qui ponit vitrũ ad os,non vt alij putẽt eũ bibere,sed vt nõ percipiãt eius abstinentiã, vel

Nota.

vt seruet cõcordiã, quãuis alij ex hoc iudicẽt eũ bibere, ꝙ nõ peccat:& ad illũ,q remanet in ecclesia, nõ vt oret, sed vt alios nõ scandalizet, vel ædificet ad assistendum

Art.3. Deo. 20 Quantũ ad tertiũ articulũ de fine indebito matrimonij, sunt quinq; cõclusiones. 21 Prima,ꝙ duplex est finis in matrimonio,vnus per se,qui propriè est finis ipsius matrimonij intẽtus ab illo, qui matrimoniũ instituit:& ab omni rectè matrimoniũ cõtrahẽte,secundum potissimũ statũ matrimonij per se acceptum,& iste est generatio prolis: vnde Adam prophetizãs de hoc dixit. Adhærebit vir vxori suæ, & erunt duo in carne vna .s.generanda,& Deus benedictionẽ nuptialem tribuens dixit,Crescite,& multiplicamini. Alius est finis per accidens. s. quem intẽdit contrahens,& hîc est finis propriè nõ ipsius mrimonij:sed ipsius cõtrahẽtis, & iste est qñq; bon⁹,qñq; mal⁹,sicut sibi placet,sicut finis dom⁹ est inhabitatio,finis domificãtis fortè lucrũ. 22 Secunda conclusio est,ꝙ matrimoniũ semper est bonum: quia vel est matrimoniũ ex primo fine,vel ex secundo: sed vterq; finis est bonus,ergò matrimoniũ est bonũ: quia cuius finis bonus est,ipsum quoq; bonum est,loquendo de fine per se,non per accidens:sicut scientia medicinæ,& iuris sunt scientiæ bonæ:quia finis per se est bonus,vt sanitas corporis,& iusta distributio tẽporaliũ,licet habentes scientiam possint esse mali ex abusu,& mala intentione.

Finis matrimonij.

23 Tertia cõclusio est,ꝙ finis matrimonij per se meritoriè intenditur,siue sit per se,& primò finis eius: vt est bonum prolis,siue sit finis per se,sed non primo,sed secundariò,sicut est vitatio fornicatiõis. Nam sola generatio prolis dicitur finis matrimonij per se,& primo,quia iste fuit finis in primaria institutione, etiã in statu innocentiæ:de isto oẽs concedunt, ꝙ fine pctõ,imò cum merito potest intendi principaliter. Vitatio autẽ fornicationis, licet sit finis per se: non tñ primus,sed secundarius : qa post peccatũ fuit matrimoniũ institutũ,non solũ in officium sicut pri⁹,sed etiã in remediũ,dicẽte Apostolo:Habeat vnusquisq; suã propter fornicationẽ vitandã, & si iste secũdario intendat,certũ est, ꝙ adhuc meritoriũ est, non pctũ,qa nulla deordinatio est,sed si vitatio fornicationis principaliter intẽdatur,adhuc non est pctũ mortale: qa nec tali fine cognoscere vxorẽ est mortale. Sed ad sciendũ,an sit veniale, videtur distinguendũ: qa aut est talis,qui põt habẽre prolem secundum spem cõem:& tunc venialiter peccat cõtra rationis ordinẽ agẽs, finem secundariũ præponẽs fini primo,& principali: sicut etiã pecccaret cognoscẽs vxorẽ ꝓpter hanc causam, non curãs de prole,vbi crederet se posse generare: sed qñ senex est,nec potest generare,nec est spes de prole,sed timor de fornicatione,tunc nullũ peccatũ videtur: qa alio modo senes non possent contrahere matrimoniũ sine peccato. Ridiculũ enim est,ꝙ illi, qui nõ sperant, nec credunt se posse generare,contrahant sola,vel principali intẽtione gignendi:cùm spes, vel intentio, vel electio non sint de impossibili, sublato autẽ fine principali, licet facere de secũdario principali plus,quàm de tertio,vel quarto:vnde cùm post prolẽ primus finis sit vitatio fornicationis, illa põt principaliter licitè intendi, vbi proles existimat impossibile haberi. 24 Quarta cõclusio est de aliis causis. Et quidẽ pacis reformatio est causa honesta in se: licet nõ est honesta in matrimonio,si primò, & per se intẽdat:cũ mrimoniũ nõ sit per se ad hoc ordinatũ: sicut vir cognoscẽs vxorẽ ꝓpter sanitatẽ tñ peccat: & similiter q baptizat,vt saneẽ:sed secũdariò põt illud intẽdi,nõ tñ esset pctũ mortale,nisi illud principaliter intẽderet,sicut nec diuitias,aut pulchritudinẽ,cũ homo nolit talia nisi modo licito:etiã si aliàs non esset cõtracturus:sicut ille, qui cognoscit vxorẽ propter delectationẽ: tñ infra limites matrimonij. Videt autẽ aliis, ꝙ cùm matrimoniũ sit verum sacrm: ꝙ non põt sine mortali pctõ principaliter intendi in eo finis extraneus , & per accidens totaliter omni institutioni matrimonij:sicut si quis principaliter

Vitatio fornicatiõis in se meritoriè intẽditur de hoc infrà di. sc.q.2.ar.2.

vellet baptizari, vt sanaretur, vel quæstum haberet non curans de gratia baptismali: hoc enim non est sine contemptu, & iniuria, & irreuerentia, & abusu sacramenti. Sed ista sententia est multũ dura: quia multos inuoluit. Et videtur esse cõtra illud, quod habetur. 3. Reg. 1. cap. vbi Dauid duxit vxorem Abysaac Sunamitẽ, solùm vt calefaceret eum: & non spe prolis, nec timore fornicationis: quia non cognouit eam, nec polluit. Diuitiæ autem si secundariò intendantur, vt proles melius educetur, & onera matrimonij melius sustineantur, nullum est peccatum. Et similiter pulchritudo secũdario intenta ad fornicationẽ vitandã in casu, in quo illa vitatio põt principaliter intẽdi, non facit peccatũ etiã veniale: sed si secũdario intendaʒ ad voluntatẽ, facit pctũ veniale: & similiter diuitiæ immoderatæ, licet secundario intentæ.

Cognoscere vxorẽ ꝓpter voluptatem non est mortale.

25 Quinta cõclusio est, ꝙ dato, ꝙ contrahere propter voluptatẽ principaliter esset pctũ mortale: non propter hoc cognoscere vxorẽ propter voluptatẽ esset mortale, dum tamen non esset idẽ cum alia facturus: qa non est ita dãnabilis abusus rei cõis, sicut rei sacræ, sicut bibens cum scypho cõi propter voluptatẽ nõ peccat, nisi venialiter, sed non propter hoc sequitur, quin portans calicẽ ad tabernam, & bibens propter voluptatem non peccet mortaliter. Qui autem contrahit matrimoniũ per verba de præsenti propter finem indebitũ abutitur re sacra: qa essentia sacri: sed qui cognoscit vxorẽ fine indebito abutitur muliere non sacra, quia essentia sacri transit. Vnde non adeò peccat. Et est illud argumentũ, ꝙ si iudex pœna pecuniaria punit mælefactores: dum tũ esset aliàs puniturus, licet quærat pecuniã, vel non cogitans actu de iustitia: dum tamen non sit facturus nisi iustè, non est nisi veniale. Nam si præponeret expresè, & explicitè pecuniã iustitiæ, non esset excusatus à mortali. Et similiter canonicus non aliàs iturus ad ecclesiam nisi lucretur distributionẽ: non peccat mortaliter, dum tñ nollet illicitè lucrari: & esset paratus ire sine ea, si Deus præciperet: nec etiam venialis si ipsam itinerationem vult esse propter Deum, non pecuniã, quod intendere est in potestate sua. 26 Ad argumentũ dicendũ, ꝙ nihil fuit in contrahendo expressum contra bona matrimonij, item fuerunt ibi expresè tria bona matrimonij, vt visum fuit.

Nota.

DISTINCTIO. 31. QVAESTIO 1.

Circa. 31. Dist. quæruntur tria. Primò, an matrimonium habeat bona excusantia. Secũdò, quomodò per illa excusetur. Tertiò, an sine illis excusetur.

De *tribus bonis coniugij.*

Thom. hac eádem Dist. 4.

AD primum sic procedit, videtur ꝙ matrimoniũ nõ indigeat aliquibus bonis ipsum excusantibus: qa matrimoniũ est institutũ in officiũ naturę, & in remediũ concupiscẽtiæ: sed secundũ ꝙ est in officiũ naturæ, nõ indiget aliquo excusante: sic enim fuisset in paradiso durante statu innocentiæ, qñ fuissent nuptiæ honorabiles, & thorus immaculatʒ, secundũ Augu. nec secundũ ꝙ est in remediũ, indiget excusatione: si cut nec alia sacra, q̃ sunt in remediũ peccati instituta. ergò &c. 3. Item, sicut intentio naturæ est ad conseruationẽ indiuidui: ità & ad cõseruationẽ speciei: sed actus quo conseruaʒ indiuiduũ nõ indiget aliquo excusante, vt comedere: ergò actʒ matrimonij quo cõseruaʒ species nõ indiget excusante. 4 Cõtrà, qa omne, quod est malum, vel habet speciẽ mali, indiget excusante ad hoc, vt licitè fieri possit: sed ois actus carnalis, vel est malus, vel habet speciẽ mali. Cùm oẽs hmõi actus sint vnius rationis in genere naturæ, & multi eorum sunt mali: ergò ad hoc, vt licitè possint fieri indigent aliquo excusante.

Art. 3. Bona matrimonij tria declarantur esse.

5 Respondeo, hìc sunt tria videda. Primò, de necessitate excusationis. Secundò, de sufficientia, & diuisione bonorũ excusantiũ. Tertiò, de cõparatione istorũ bonorũ adinuicẽ. Primũ istorum. ſ. necessitatẽ bonorũ excusantium, quidã sic declarãt dicentes, ꝙ actus põt dupliciter excusari. Vno modo ex parte facientis, & non ex parte actus: & sic excusaʒ actus, qui non imputatur facienti ad culpã, quãuis secundũ se sit malus: & hoc modo aliqua ignorantia excusaʒ facientẽ à peccato, etiã in toto, & de tali excusatione nõ loquiʒ Magister, qa de hac dicit in secundo. Alio modo dicitur excusari actus secundũ se, ità ꝙ non sit malus, & de hoc nũc quærimus. Sic igit est dicendũ, ꝙ actus, qui de se est malus, non potest excusari. Actus verò, qui de se est bonus, nõ indiget excusatione: sed actus, qui est indifferens excusari põt: & excusatione indiget: primũ patet, qa actus, qui non põt benè fieri, nõ põt excusari tali excusatione actus secundum se, ità vt sit bonus: sed actus, qui est de se malus, vt furtũ, & periurium, non põt benè fieri, ergò nec excusari: secundũ patet: qa nihil indiget excusatione, nisi quod est malũ, vel quod habeat speciẽ mali: sed actus, qui est de se bonus, vt Deum & parẽtes honorare, dare eleemosynã, & hmõi, non est malus, nec habet speciẽ mali. ergò &c. Relinquitur igit, ꝙ actus indifferẽs, qui benè, & malè põt fieri, possit excusari, cũ non sit de se malus: ex quo põt benè fieri & indigeat excusatioe, cũ habeat speciẽ mali, eo ꝙ secundum speciẽ naturæ tales actus sunt idem cũ malis, & ea quę talẽ actum excusant, sunt circũstãtię finis, & obiecti & hmõi, quę talẽ actũ trahũt ad mediũ virtutis. Cũ igit actus carnalis sit ex se indifferẽs, & possit, & benè, & malè fieri relinquiʒ, ꝙ ad hoc, ꝙ benè fiat, indiget, ꝙ informetur debitis circũstantiis, quod fit per matrimoniũ: ꝓpter quod bona matrimonij excusant actũ carnalẽ. 6 Sed contra hoc est, qa per istam rationẽ ois actus indifferens æqualiter indigeret bonis excusantibus, & similiter comedere, qa põt & benè, & malè fieri, nec differt speciẽ comestio tẽperata ab intẽperata, nisi in genere moris. Si dicatur, sicut ipsi dicunt, ꝙ nõ ità absorbeʒ ratio ibi, sicut hìc: ergò non solũ indifferẽtia, & identitas spẽi cũ malo actu est causa, propter quod inde sumẽda est ratio, ꝙ rationẽ absorbeat. Aliquid enim est indifferẽs dupl'r: vno modo ꝙ omnimodà æqualitatẽ abstrahẽdi à bono, & à malo: & isti non spãliter assignant bona excusantia: alio modo sic, ꝙ possit benè, & malè fieri: magis tũ de se tẽdit ad malum, q̃ ad bonũ sibi, & relictũ est malũ, nisi aliquo addito trahaʒ ad bonũ: exẽplũ primi est leuare festucã, & comedere: exẽplũ secũdi est in somno, q̃ benè, & malè põt eligi: & tũ qa in eo ligaʒ liberũ arbitriũ: vt nõ possit benè cogitare, nec benè velle, habet detrimentum bonæ rationis annexũ: vnde secundũ somnũ in se cõsiderandũ: non differt fœlix à misero. 2. Ethi. vnde non põt somnus eligi nisi malè, nisi ꝓpter aliqd̃ bonũ recõpensans illud tẽporale damnũ rationis: puta, qa post somnũ homo prõptior surgit ad bonũ virtutis: qa nimia vigilia etiã vsum rationis perderet: & ideò somnus ex hoc specialiter desua natura requirit bona excusantia: puta conseruationem indiuidui, quietationẽ viriũ naturaliũ, fortificationem digestionis, & hmõi: & ità est hìc: qa vacans coniugio cogitat, quæ mũdi sunt, & diuisus est, & in actu illo nihil intelligere põt: vnde indiget bonis excusantibus.

Art. 1. Du. hic. q. 1.

Veratio ꝙ matrimonium debeat habere bona excusantia.

Somnus secũdũ seipsũ quã benè licitur.

7 Quantũ

7 Quantũ ad secundũ articulũ de sufficientia, & diuisione bonorũ excusantiũ matrimoniũ, sunt duæ conclusiones. 8 Prima de sufficientia illorũ, quæ sunt bona sacri quo ad vinculũ bonũ fidei, quo ad vsum bonũ prolis, quo ad fructũ. Est enim matrimoniũ in officiũ naturæ: vnde sicut dicit alibi, Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit: hinc descendit maris, & fœminæ coniũcto, quã nos matrimoniũ appellamus: & secundum hoc habet bonũ prolis pro fine intento principaliter: qa natura intẽdit cõseruationẽ speciei, quę nõ est nisi per generationẽ in corporalibus: vnde ibi subdit, hinc descendit liberorũ procreatio, & educatio. Secũdò matrimoniũ est in fœdus societatis humanæ: vnde dicit. C. de crimi. expia. hæredita. l. aduersus. quòd vxor eligitur socia diuinæ, & humanæ domus. &. 4. Ethi. ꝙ amicitia viri, & mulieris est naturalis quo ad primũ, & includit in se bonũ vtile, delectabile, & honestũ: & sic habet bonũ fidei, prout fides est facere dicta: hoc est reddere debitum, & seruare fidẽ, nè alteri iungaʒ. Tertiò, est sacrm ecclesiæ, & sic in eo est bonũ sacramẽti: prout. ſ. sua indiuisibilitate significat coniunctionẽ Christi, & ecclesiæ: & quia illa significata fuit inseparabilis: & est ideò inseparabilitas vsq; ad mortẽ, efficit bonum sacrii. 9 Secũda conclusio est de differentia istorum adinuicem penes durationem: quia bonum fidei, & bonum prolis non durant vsq, ad mortẽ, semper: sed inseparabilitas quo ad vinculum manet vsq; ad mortẽ: ꝙ patet tripliciter secundũ. 3. opiniones de vinculo. Quidã enim dicunt, ꝙ illud vinculum est pura, & sola relatio, & fortè rationis: & secundum hoc vinculũ matrimoniale manet vsq; ad mortem naturalẽ, vel ciuilẽ. Si enim vinculũ nihil aliud est, quã mutua quędã relatio adinuicẽ, secundũ quã dicit maritus vxoris maritus, sicut pater filij pater: tunc sicut mortuo filio corrũpitur in patre paternitas, & ecõuerso: nec durat paternitas nisi vsq; ad mortem, vel patris: & tunc corrũpitur corruptione subiecti: vel filij, & tunc corrumpitur corruptione obiecti: quia relatiua posita se ponunt, & perẽpta se perimũt, sic & hìc dicit Apostolus, ꝙ mulier mortuo viro nubat in dño: quia soluta est à lege viri, & econuerso: quia licet possit esse realis relatio sine oppositа relatione reali, non tñ sine oppositо relatiuo: vnde vt relatio est, corrũpitur corruptione obiecti: vt accidens corruptione subiecti. Secunda opinio est, ꝙ vinculum matrimoniale est aliquid absolutè in corpore. Et ꝙ sit aliquid absolutè probant: quia omne sacrm no. le. est causa gratię disponendo ad ipsam, & sicut imprimentibus characterem ipse character est dispositio, & in aliis ornatus: ità & hìc ipsummet vinculũ cõiugale est dispositio: & sic est aliquid absolutũ: cùm dispositio sit in prima, vel secunda specie qualitatis, & non in genere relationis. Quòd autẽ sit dispositio in corpore ex hoc videʒ, ꝙ gratia sacrãlis in matrimonio est cõtra carnis cõcupiscentiam, propter quã melius est nubere, quã vri: vbi autem est morbus, ibi & medicina. Et si vinculũ est in ipso corpore subiectiuè: tunc esset benè causa, quare corrumpitur corruptione ipsiusmet, sicut in morte mariti corrũpitur vinculũ in ipso corpore eius, sicut & omnis dispositio corporea: & per consequẽs ista, quæ est ad gratiã sacramentalẽ: vt homo sciat suũ vas possidẽre in sanctificatione, per quod generatiua ordinaʒ, & alia, quæ ad bonũ vsum coniugij requirũtur. Sed quomodò corrũpitur corruptione obiecti: cùm distinctorum absolutorum corruptio vnius non sit corruptio alterius, nec generatio vnius sit generatio alterius: imò quæ sunt vnum simul corrumpunʒ, & simul generanʒ, diuersa seorsum, maximè qñ vnũ non est causa alterius. Potest enim absolutũ destrui non solùm per se sui corruptione: sed per accidens corruptione suæ causæ in cõseruari: non est autẽ vnus coniunx causa alterius, nec essentia coniugij in vno est causa essentiæ vinculi in altero. Vnde dicendum est, ꝙ sicut corrupto colore, corrũpit visio: quãuis visio sit aliquid absolutũ, non quia color sit eius causa: quia idem esset, si visio esset à Deo effectiuè, sed quiã est terminus eius, à quo dependet, sic quia in matrimonio vinculum, quod est in vno coniugum, habet alterũ pro termino: illo deficiente deficit, quia sicut visio licet non sit relatio, sed qualitas absoluta, tñ necessaria consequẽtia includit respectum ad visibile, sicut ad terminum: & inde est, ꝙ illo respectu destructo, qui destruitur ad destructionẽ obiecti, destruit & ipsa visio, sic & in proposito. 10 Tertia opinio est de vinculo, ꝙ sit in anima subiectiuè: qa sacramentalis dispositio est ad gratiã gratũ facientẽ, quæ est in parte animæ separata, vbi etiã debet esse ipsa dispositio: & tunc videtur, ꝙ siue sit relatio, siue quid absolutũ non possit deleri: quia anima, quæ est subiectum, & anima, quæ est obiectum, sunt corruptibiles: vnde cùm non corrũpatur corruptione subiecti, nec obiecti, nec à contrario, quod non habet, nec per peccatũ, cùm sit in peccatoribus, per cõsequens nec per mortẽ alterius, nec vtriusque: sicut nec similitudo, qua vna anima rationalis alteri assimilatur: postquã ambæ creatæ sunt, non corrumpetur in æternum: nec tamen vna est causa alterius. Potest tamen probabiliter sustineri, ꝙ adhuc tale vinculũ morte alterius coniugũ corrũpitur, quod patet tripliciter. Primò, quia id, quod est ab agẽte, & conseruante per intellectũ propter certum finem, fine deficiente deficit: vnde motus cœli, quem angelus facit ꝓpter generationẽ, illa deficiente cessabit, quia angelus non plus mouebit effectiuè: postq̃ non plus mouetur à fine, sic qa Deus ad actus corporales licet mediãte sacro hoc vinculũ impressit: inde est, ꝙ altero mortuo, à quo, vel ad quem non possunt hmõi actus exerceri: Deus definit cõseruare, nè frustra conseruet: & sic definit esse vinculũ per subtractionem in cõsuetiæ causæ cõseruãtis. Secùs autẽ est de charactere, qui est ad actus spũales propter quod est indelebilis. 11 Sed contra hoc est: qa character non est nisi ad actus viæ: sicut baptismi ad recipiendum hìc alia sacramenta, cõfirmationis ad confitendũ coram tyranno, ordinis ad conficiendum &c. quæ oĩa propria sunt huic vitæ, ꝓut distinguunt cõtra aliã: ergò homo nõ deberet indelebiliter habẽre characterem, sed solùm in hac vita mortali non in alia, in qua cessat collatio, & susceptio sacramentorũ. 12 Ad hoc autẽ posset dici, ꝙ sicut remanent, & reparanʒ virtutes cardinales in patria, quo ad actus circa finem: sic & characteres: erit enim quidã specialis ornatus sanctorum noui Testamenti ex charactere baptismali, respectu antiquorum, qui non habuerunt hanc conformitatẽ ad Christum: & similiter cõfirmatorum erit spũalis gloria respectu non cõfirmatorũ, quasi militũ Chri, & similiter ordinatorũ, quasi Christi ministrorũ. Sed vinculũ mrimoniale nõ eẽt ad gloriãsed ignominiã: cũ status coniugatorũ sit infimus pro tpe gratiæ, qñ vinculũ istud est aliquid reale. Nam tẽpore legis, qñ præferebatur coniugiũ etiã virginitati nõ erat aliquid reale: vnde non potest manẽre realiter. 13 Secundò, patet idem sic: qa sicut ꝓpter magnã ægritudinẽ sciẽtia à sensibilib' acquisita corrumpit in intellectu, sic & vinculũ per mortẽ habẽtis, licet sit in anima: & etiã ꝙ mortẽ alterius quasi obiecti: sicut sciẽtia per corruptionẽ organi fãtasię i lethargia, & furia, qd' est corruptio obiecti nõ subiecti. 14 Sed contra hoc, qd' dictũ est scientiã corrũpi per ægritudinẽ est id, qd' dicunt Doctores scientiã remanẽre in anima separata: quæ tñ magis deberet corrũpi per mortẽ, quã per aliã minorẽ transmutationẽ, pro

Obiectio pulchra.

Solutio.

3. opin. ſ. est de. opi. ſ. T. q̃ nõ est certa. vide hìc in. c. Di. 29. q. 1. ad. 1. & 2. arg. cõtra 3. conclu.

Probatur trĩ pliciter pulchrè si mrimo. sit in anima, est tñ corruptibile.

Instantia.

Solutio.

Ratio. 2.

Cauillum.

pter quod alicui videret, ꝙ cùm dicitur scientiã corrũpi per ægritudinẽ, intelligit quo ad vsum, & actum: quia in parte sẽsitiua corrũpit species, & aliqui habitus correspondentes, quos oportet de nouo generari, si debeat in actum exire, sed essentia habitus intellectualis non corrumpit. ergo &c. 15 Adhuc sustinendo dictum cõmune põt dici, ꝙ ista stant simul, habitũ scientiæ. s. & virtuosum volũtate corrumpi per infirmitatẽ, & non per mortem. Nam per infirmitatẽ vita durãte corrupto obiecto, intellectus, & per cõsequẽs volũtatis, quod est organum fantasiæ: oportet habitũ intellectualẽ cessare ab actu: sed autẽ cessatio actus corrũpit habitũ ex actibus acquisitum: sicut subtractio calefacientis remittit, & tandẽ corrumpit caloré aquæ: & hoc est in via, qñ nihil sic in anima firmatur, quin possit corrũpi: sed in morte sicut anima separatur incorruptibilis, sic in ipsa quæcunq; tunc sunt, vt species, & habitus immobiliter firmantur: vnde sicut frequentia actuum non causat in ipsa habitum nouum: sic nec cessatio actuum corrumpit habitum antiquum. Item non est ibi cessatio actuum: quia omnis dispositio, & perfectio disponit, & perficit subiectum suum diuersimodè secundũ diuersum modũ eius essendi: vnde habitus, & species animæ cõiunctæ vsum, siue actum suum non habẽt sine specie fantastica: quia tunc est anima naturæ intelligentis, & volentis speculari fantasmata: sed quãdo est separata, habet modum intelligendi, & volendi conformem angelis, sicut & modũ essendi: vnde tunc põt vti specieb⁹, & habitibus suis sine fantasmate.

Rumpitur cauillum.

Scia corrumpit̃ p infirmitatem: non per mortem.

Ratio. 3.

16 Tertiò patet idem sic, põt enim imaginari, ꝙ sicut per consensum expressum causatur vinculũ spũale: quia significat coniunctionẽ Christi & Ecclesiæ spirituale, & significando causat per consequẽs coniunctionẽ animorum, quã etiã significat, vtrem cõtentã: sic per coniũctionem corporũ sequentẽ significantẽ coniunctionẽ Christi, & humanæ naturæ causatur vinculũ corporale: sicut ergò corrũpitur visio corrupto visibili, ad quod est, vel subtracto ab eius præsentia: sic qa vinculũ matrimoniale spirituale, & corporale est ad alterum in ordine, ad actus huius vitæ mortalis, cui homo funditùs moritur per mortẽ naturalẽ: inde est, ꝙ tunc corrũpitur vtrunq;: sed per mortem ciuilem, quæ cogitat quæ Dei sunt, tollitur spũale, quod erat ad cogitandũ, quæ mundi sunt &c. sicut sublata intellectione, tollitur volitio, etiã si non esset ab ea causata: quia est tale obiectũ, ad quod habet ne cessariam habitudinẽ, sicut scibile sublatum aufert scientiam.

Art. 3. Bonũ sacramenti est dignius.

17 Quantũ ad tertiũ articulũ. s. qũo ista bona se habent adinuicẽ, sunt quatuor cõclusiones. 18 Prima, ꝙ bonum sacramẽti est cæteris dignius: qa quod est gratiæ supereminet ei, quod est naturæ: sed bonũ prolis est naturalius, qa est illud, quod natura intendit principalius, ꝓpter quod & fides requiritur, qa in brutis etiã vagi coitus liberãt masculum à cura prolis, & separabilitas: vnde in quibus vtriusq; cura ad partũ educandũ requiritur, vt in auibus, vsq; ad mortẽ non separant̃. Et si quæratur quid est essentialius, si bonum sacri dicat ipsummet vinculũ, sic est essentia ipsius coniugij, & non eius bonum. 19 Secũda cõclusio est, ꝙ ista tria bona si cõsiderentur secundũ actum suũ, si consequunt̃ essentiã, & ei accidũt: vnde põt esse verum matrimoniũ inter illos, qui nec habẽt prolẽ, nec seruãt fidẽ, nec cohabitant, sed sunt separati corde, vel corpore, benè vel malè. 20 Tertia cõclusio est, ꝙ ista tria bona possunt cõsiderari secundum esse, quod habẽt in suis principiis, & in sua radice: & sic sunt ad ipsum essentialiter. s. matrimonium, ex cuius essentia ista innasci debent, & ipsum aptitudine consequuntur. 21 Quarta conclusio est, ꝙ ista tria bona tertiò possunt cõsiderari, quantũ ad obligationẽ immediatam, qua tenent̃ sibi ad ista ipsi cõiuges adinuicem, & nec sic pertinent ad essentiã, qd' patet quadrupliciter. Primò, qa causa differt ab effectu, vnde cũ matrimoniũ sit causa, quare sibi obligant̃ ad ista: inde est, ꝙ sicut in aliis cõtractibus ab ipso cõtractu, qui est factum, oritur obligatio, & actio, quæ est ius petẽdi, quod sibi debetur in iudicio: ità & hîc, nisi ꝙ in aliis cõtractibus nihil reale fit: sicut hîc ex contractu verbali virtute diuina innascitur vinculũ, quod est ipsa essentia matrimonij manẽs transeunte causa eius, quæ est consensus expressus: & ex isto vinculo vltrà oritur obligatio ad hæc bona, quæ est relatio rationis à iure tũ diuino. Et ꝙ ista obligatio dicitur aliqñ essentia matrimonij, hoc est, quia nõ additur rem super eã, sed solũ respectũ rationis: formaliter tñ differt ab ea. Secundò patet idem sic: quia essentia matrimonij non põt claudicare secundũ rem: licet secundũ rationẽ, dicat Aug. ꝙ aliquãdo est vnus maritus adulterę, & ecõuerso: vxor adulteri nõ mariti: sed obligatio ad debitũ reddendũ etiã propter prolẽ, & cohabitationẽ põt claudicare realiter: qa propter fornicationẽ innocẽs non priuatur iure petẽdi, sed fornicarius tenetur reddere, & cohabitare, si ille vult & sibi reconciliare: econuerso autẽ fornicans priuatur iure petẽdi, nec alius tenetur, & per consequẽs tollitur obligatio quo ad illum. Tertiò patet sic, ecclesia non põt tollere essentiã sacri præexistentem: sicut non põt facere, ꝙ in hostia consecrata q̃diu durat, non sit ibi corpus Christi, & per consequẽs non põt facere, ꝙ quãdiu coniuges viuunt, non sit inter eos vinculũ: põt autẽ facere, ꝙ nõ sit inter eos obligatio ad debitum, qa si scienter sine necessitate suscipiunt filiũ suum de sacro fonte, priuant̃ iure debitum petendi. Est autẽ actio in creditore opposita obligatiõi in debitore: vnde si nõ est ius petẽdi in isto, non est ius debẽdi in altero: qa obligatio mater est actionis, nec est mater, si non sit filia. Et quãuis Legistæ dicant ex pacto nudo non oriri actionẽ, sed obligationẽ naturalẽ tantũ, tũ sicut est ibi obligatio naturalis, ità & actio naturalis: qa impossibile est, ꝙ tu debeas mihi aliquid, quin illud mihi debeatur, & quin ità efficaciter mihi debitũ sit, sicut est à te debitum: sed sicut non est ius efficax petendi in actore, qui solùm per modum exceptionis, nõ actionis potest petere, sic etiam est inefficax ius debendi ex parte alterius. Similiter cũ quis cognoscit scienter consanguineam vxoris in quarto gradu, priuatur iure petendi solũ ex statuto ecclesiæ: & sic ecclesia tollit obligationẽ, & non essentiam matrimonij: ergò non sunt idem. Quartò patet idem sic, quia quãdo matrimonio cõsummato pari consensu profitentur religionẽ: certum est, cùm sint obligati ad castitatem desinunt esse obligati ad oppositũ, alias essent perplexi. ideò &c. 22 Ad primũ argumentũ in oppositũ dicendum, ꝙ actus carnalis secundũ ꝙ est in officiũ naturę indiget excusatione: cùm indifferẽter se habeat ad actum matrimonij, & fornicationis. Excusatur autẽ per circunstantias, quę trahũt eum ad hoc, ꝙ sit actus matrimonij: & illæ circunstantiæ sunt bona prolis, fidei, & sacramenti: quibus actus carnalis etiam tempore innocentiæ reddit⁹ fuisset bonus. Quòd autẽ non dicatur pro tẽpore illo indiguisse excusatione, pro tanto est, quia durante statu illo nõ erat possibile actum carnalem illis circunstantiis carẽre, sicut modò. 23 Ad secundum dicendum, ꝙ actus comestionis, quo cõseruatur individuum indiget debitis circunstãtiis, quib⁹ reddatur bonus: sed non adeò vt actus generationis: quia non est tam vehemens delectatio absorbens rationem in comedendo, sicut in actu carnali: & ideò hîc actus magis indiget excusatione, quàm alius.

Bona. 31 quõ nõ pertinent ad essentiã matrimonij patet quadruplici ter.

Ratio. 3.

Ratio. 4.

Ad argu. in opposit. qd̃ est Scot. hîc q. 1. in prin.

Nota.

Quæstio

QVAESTIO SECVNDA.

De tribus bonis matrimonium à peccato excusantibus

S. Tho. dist. 31. q. 2. art. 1.

SECVNDO quæritur, vtrum propter bona matrimonij excusent̃ cõiuges à pctõ. Et videtur ꝙ non: qa verecundia non est nisi de turpi, secundũ Damascenũ: & Philo. 4. Ethi. sed prędicta bona non tollunt à matrimonio prædictã verecundiã: ergò nec turpitudinem, quæ videt includere culpã: mala enim pœnæ sunt tristia: sed mala culpæ turpia. ergò &c. Item vbicũq; est passio inordinata, ibi est pctũ: sed hæc tria bona nõ possunt tollere ab actu matrimonij inordinationem passionis: semper enim ibi est superabundantia passionis absorbens rationem. ergò semper est ibi pctũ. 2 In contrarium est, quia vsus matrimonij ad id, quod est matrimoniũ concessum, videtur esse bonũ, & licitum: sed matrimoniũ est cõcessum ad vitationẽ fornicationis: vt patet per Apostolũ. 1. ad Cor. 7. Vnusquisq; propter fornicationẽ suã habeat: ergò vsus matrimonij ad vitandum fornicationẽ est licitus: sed tunc non cõcurrit aliquod de prædictis bonis: ergo absq; hiis actus matrimonij est licitus. 3 Respondeo, hîc sunt tria faciẽda. Primò, ponẽt illud, quod est certũ, & in quo omnes conueniũt. Secundò, ponẽt illud, quod est dubiũ, & accordabuntur opiniones cõtrariæ. Tertiò, tangẽtur quædã instantiæ contra dictum cõmune, & soluentur. 4 Quantùm ad primum sunt tres cõclusiones ab omnibus concesę secundũ tria bona excusantia. 5 Prima cõclusio est de excusatione per bonũ sacri, per quod matrimoniũ excusatur aliter, q̃ per alia bona: per bonum eiũ sacri excusat: qa cũ ex aliis habeat rationẽ boni, liciti, & honesti, ꝙ hoc etiam, ꝙ est signũ coniũctionis Christi & ecclesiæ, habet rationẽ sancti, & Deo sacrati: sed ex cæteris bonis pro fine intẽtis actus excusatur: qa vnum bonũ est finis principalis: alterũ secundarius: nõ sic autẽ de isto, qa si cõuenirent, nõ causa prolis, nec debiti reddendi: sed causa significãdi coniunctionẽ Christi tm̃ peccarent. Nec obstat, ꝙ est etiã institutũ propter id significandũ: qa cùm in omni sacro sit duplex finis, vnus intrinsecus, alius extrinsecus: vsus sacramẽti debet ordinari ex intẽtione sumentis, & conferẽtis ad finẽ intrinsecũ: nam ad extrinsecum sufficit ordinatio ex intẽtione instituentis: sicut si aliquis baptizaret, vel baptizarẽt principaliter ad significandũ sepulturã Christi, & nõ ablutionẽ animæ, peccaret: ità & id propter id, quod matrimoniũ efficit, & non propter illud extrinsecum, quod significat, vtendum est matrimonio. 6 Secũda cõclusio est de excusatione ꝑ bonũ prolis: bonũ enim prolis excusat actum matrimonialẽ: qa cõcurrẽtibus aliis debitis circũstãtiis. i. tẽpore, loco debitis, & hmõi: si ꝓpter intentionẽ prolis non voluptatẽ conueniãt: q̃uis non sit sine voluptate rationem absorbẽte, nullũ pctm̃ est, nec veniale, nec mortale: quia qd' à Deo præceptũ est, nullũ pctm̃ est: sed ipse hoc præcepit, cũ dixit, Crescite, & multiplicamini &c. Est tm̃ malus actus malitia pœnæ, qa ex culpa ꝓcessit, ꝙ habet verecundiã annexam: sicut egestia, & multa, quæ constat culpam non esse: cùm sint necessaria ad bonum individui, sicut illud ad cõseruationẽ speciei: ꝓpter quod cùm bonum sit speciem esse & cõseruari, non malus est actus, sine quo non põt cõseruari. Et tũ sciendũ, ꝙ vbicunq; est possibilis procreatio prolis, quę est principalis finis: nisi principaliter intẽdatur, semp̃ est actus inordinat⁹, & vitiosus, qa non fit, prout debet: qñ non fit ꝓpter illud, qd' est, cùm fieri possit. 7 Tertia cõclusio est de excusatione per bonũ fidei: bonũ enim fidei excusat ab omni peccato: qñ aliquis pro nullius voluptate sui reddit debitũ coniugi petẽti, malẽs continere, qñ scit inde prolẽ non posse sequi: propter sterilitatẽ alterius, vel impręgnationem, vel hmõi: & in hoc casu reddendo non peccat, sed reddere tenet, qa nullus peccat faciẽdo id, ad quod tenetur: aliàs peccaret, & non peccaret: sed tenet̃ reddere, nisi aliud obsistat, ergo reddendo non peccat: cũ & hoc apostolus præcipiat dicens. Vir vxori debitũ reddat, similiter & vxor viro: vnde & ecclesia ad hoc cõpellit, si petatur: nõ peccat autẽ, qui legis authoritate petit: & ad hoc reducit, si quis cognoscat vxorem, causa vitandi in eam fornicationẽ, vel turpiorem actum. 8 Quantũ ad secundũ de hoc, quod est hîc dubium circa excusationem per bonũ fidei, qñ coniunx petit debitũ à coniuge non propter prolis generationẽ: nec ꝓpter hoc, ꝙ illum retrahat ab adulterio: sed ꝓpter hoc, ꝙ seipsum retrahat ab adulterio, vel peiori, & sic propter vitandam fornicationem in seipso non in altero. 9 Circa hoc sunt duæ opiniões: vna ꝙ sic petere semper est pctm̃: qa omnis superabundãtia passionis est pctm̃: sed oĩs petitio, quæ est ꝓpter hanc causam, semper est superabũdantia passionis. ergò &c. Alij dicunt appositu, ꝓpter quod sic videt distinguendũ: vt sint duæ coclusiones. Quia aut ipse cognoscit vxorem causa vitãdi in se fornicationẽ: quãuis possit aliter vitare: sed magis vult isto modo delectabili vitare, q̃ alio non delectabili: puta, qa domando carnẽ, vel fugiendo aliarũ consortia, vel non loquẽdo solus cũ sola: & sic posset faciliter euitare: sed magis vult cum voluptate, q̃ sine illa, & tũc peccat venialiter: quia præfert voluptatẽ carnis absorbentẽ rationẽ ei, quod seruat vsum rationis, & æquè attingit ad finẽ: sicut si homo sitiens æquè pòt saturare, vel satisfacere necessitati naturæ bibens vinũ limphatũ minus delectabile, quod non lædetur caput: & eligit statim extinguere sitim cũ vino forti, quod est magis delectabile, quod inebriabit eum, vel in toto, vel in parte. Peccat enim non ratione finis, sed ratione medij incompetẽtis, & hæc est prima cõclusio, & in isto sensu vera est prima opinio. 10 Secũda cõclusio est, ꝙ si ipse ideò actũ illum exercet ad vitandũ in seipso fornicationẽ, non quia delectabilior, sed quia non pòt pro tunc alio modo melius eam vitare: ità ꝙ voluptas in nullo mouet eum, sed solũ amor vitãdæ fornicationis, quam pro tunc non pòt melius vitare: qa necessè habet loqui diu in secreto, & loco suspecto alij mulieri: & expertus est de ea se sæpe tentatum: sed qñ semel vsus est actu illo ad multos dies refrigeratus non tentat: tunc nullũ peccatũ est, si non proles sperat̃: qa tunc illa semper præmittẽda esset: hoc autẽ reducitur ad bonũ fidei, quo continet̃ non solũ debitũ reddere, sed etiam ad aliam non accedere. Nam si semper petitũ debitum redderet: & cùm hoc ad aliam accederet, contra bonum fidei nihilominus faceret: vnde si propter hoc petit debitum à sua, nè indebitũ exigat ab extranea propter fidelitatẽ hoc facit, & bono fidei deseruit. & hæc est secũda cõclusio: & in hoc sensu vera est secunda opinio. Et per istam Distinctionẽ pòt responderi ad oĩs rationes secũdæ opinionis cõtra primã: sicut patebit in sequẽti articulo, vbi illæ ponentur. 11 Quantũ ad tertium de instantiis, sciendum, ꝙ illi de secunda opinione contra primam videntur adducere sex rationes, quæ recitando soluentur. Primò, ergò arguũt sic, plus tenet̃ quis sibi, q̃ aliis, sed in. distinctè ꝓpter vitandã fornicationẽ in coniuge petens debitum nõ peccat: ergò multo minus propter vitandã in se. 12 Dicendũ, ꝙ homo tenetur plus peccatũ vitare, q̃ alium à peccato retrahere: sed plurib⁹ modis potest

Si coniuges cõuenirent causa matrimo. vt est sacramentũ, peccarent.

Nota.

Bonũ ꝑ plis si intendat̃ excusat actum matrimo. ab omni culpa, nõ tm̃ pœna.

Notabile.

Bonũ fidei excusat ab omni pctõ.

Art. 2. Opi. 1. q̃ est s. T. hîc. q. 2. ar. 2. Sco. di. 26. in fi. q. 1 licet dubi⁹ sit Ri. ar. 3. q. 1 Opi. 2. q̃ Ali. li. 4. tra. 9. c. 4. q. 2. Dur. hîc. q. 4.

Opi. Docto. concordans vtrasq; opiniones.

Art. 3. Ratio. 1. 2. opinio.

Ad. 1. Ratio. 2.

se à peccato retrahere,q̃ alium: vnde sicut vir, qui potẽs est aliter seipsum cohibere, magis eligit ad hoc voluptatem absorbentẽ,q̃ aliud sobriũ reddens peccat: sic si mulierem, quam includẽdo, vel aliter poterat cohibêre, magis vult cum sua voluptate cohibêre: non est dubium,q̃ peccat: qa non nisi propter voluptatẽ præfert hoc medium, alij medio magis consono rationi, & æquè valẽti ad finem: sed si vir timens in vxore etiam inclusa, alias damnabiles corruptelas, nõ putans eam aliter melius cohiberi,q̃ per actum, quem non ipsa petit, propter hoc solũ debitũ petit, non peccat, sicut nec in seipso: & similiter qa vxor non habet virũ corrigere, si virũ de aliis tentatum, & inter alias debentẽ conuersari: propter hoc solũ debitũ petat, vt ipsum cohibeat simpliciter excusatur.

13 Secundò dicunt,q̃ non potest dici,q̃ vitare fornicationẽ in alio pertineat ad redditionem debiti, plusq̃ vitare in seipso, qa reddere debitum est, quãdo petitur expresse, vel interpretatiuè, quãdo scit illam tentari de seipso: sed quando non petit debitum ab isto, nec tentatur de isto: sed specialiter de alio: túc si cognoscatur non est redditio, sed purè petitio, sicut & si pro se petat.

14 Dicendũ,q̃ verum est,q̃ nõ plus debet homo vitare in alio, q̃ in seipso, nec ad redditionẽ ꝑtinet hoc, vel illud, nisi prout reddere largè bonũ fidei respicit. Ad bonum enim fidei pertinet,q̃ neuter aliam copulã requirat, & mutuã copulam non respuat. Si ergò mutua copula aliàs non quæratur, sed nè alia requiratur, ista expetitur, vel pro se, vel pro alio in casu, quo non apparet melius vitanda,q̃ per istum modum, tunc fidelitas excu-
Ratio.3. sat. 15 Tertiò sic, passio non est peccatũ, nisi deordinet rationem, sed quando ratio eam ordinat, & eam præuenit, & reprimit, tunc ipsa non deordinat: vnde cùm ratio hunc actum eligat, nè passio ad illicitum impellat,
Ad.3. peccatum non est. 16 Solutio maior est vera, & minor falsa, quia passio rationem deordinat: quando finem poterat æquè habêre non perdendo vsum rationis, si propter voluptatẽ actum eligit absorbentẽ rationem, non
Ratio.4. plus conferentẽ ad debitum finem. 17 Quartò sic, qa si passio præcedens fuit vitiosa, qa fortè tẽtatio de aliena
Ad.4. præuenit iudicium rationis: tamen nõ sequitur,q̃ actus
Arg. monialium. sequens sit vitiosus, qui non sequit̃ ex passione, sed imperatur à ratione volente corrigere, qd' amisit. 18 Solutio, verum est, si ratio non posset defectum corrigere æquè benè aliquo alio modo, q̃ absorbente rationem. Dicunt enim sic aliquæ moniales, volumus multum dormire, quia quandiu dormimus nihil mali cogitamus: & quando vigilamus multis malis cogitationibus occupamur. Et benè dicerent, si non meliori modo vigilãdo, & orando Diabolo resisterent, q̃ delectatione somni, qua carọ fota fortior resurgit: & iterum sicut nihil mali cogitant, sic nihil boni faciũt, & fortè tẽpus orandi tunc transit, ità & hîc. Si quis enim tentatus obdormiret, vt dormiens sine peccato pollutione delectaretur, certum est,q̃ peccaret: quia vigilando potiùs, & orando tentationem debuit reprimere, q̃ dormiendo in duello se facere impotentem resistere, quomodò impotẽtem se facit, qui illi actui consentit. Quintò sic. Actus, qui non est de se malus, & ordinatur in bonum finem, non fit malè, sed actus matrimonij, de quo quæritur, est hmõi. ideò &c.
Ratio.5. 19 Dicendum,q̃ verũ est, quãdo finis non põt meliùs
Ad.5. aliter, & conuenientius haberi: vnde licet eligere minus bonum, non semper sit peccatum: aliàs non esse virginem, & eligere matrimoniũ esset pctm̃: tamẽ q̃ ad vnum finem consequendũ omissio æquè bono medio non lædente bonum rationis eligatur voluntas cũ detrimento rationis, semper est peccatum, quia contra dictamen
Replicatio. rectę rationis, & sic est hîc. 20 Sed ꝑ hoc videt̃,q̃ qui cunq; consentit in matrimoniũ, peccat, quia si eligit matrimoniũ non ꝓpter salutẽ suam: certum est,q̃ caret debito fine: si autẽ eligit matrimoniũ, vt saluetur: poterat melius saluari per virginitatem non absorbẽtem vsum rationis. ergò &c. 21 Dicendũ est,q̃ ipse eligens matrimonium potiùs, q̃ virginitatẽ, vt sic non peccat: quia non tenetur eligere illam, nisi velit. Sed si dicatur,q̃ peccat, quia eligit parti detrimentum in bonis rationis, dicendum,q̃ excusatur, quia si hoc fecit intentione prolis quam sperat, recompensatur illud damnum per hoc bonum: si autem facit hoc intentione vitandę fornicationis, quam propter fragilitatem suam probabiliter timet aliter se vitare non posse, & non voluptatem: cum qua magis vult vitare,q̃ aliter, sed non quærens voluptatem solùm propter hoc, vt sic melius vincat, hoc facit, nõ peccat, & sic intelligit Apostolus,q̃ melius est nubere, quàm vri. 22 Sextò sic, Quãdo principalis finis non est pos-
Ratio.6. sibilis, licitum est intẽdere finem secundarium: sed finis principalis matrimonij est liberorum procreatio: secundarius autẽ est vitatio fornicatiõis magis in seipso, quã in alio: vnde Apostolus: Propter fornicationẽ vitandam habeat vnusquisq; suam, & vnaquęq; virum suum: vnde si senes, & steriles, qui prolem habêre non possunt propter fornicationẽ vitandã cõtrahunt, non peccant: licet autẽ ad illum finẽ conuenire, ad quem licet contrahere: ergò sicut licet cõtrahere, & per cõsequẽs petere debitũ ꝓpter prolem, vbi est possibilis: sic vbi illa non est possibilis: sicut licet cõtrahere ꝓpter fornicationẽ vitandam in seipso, propter hoc licet conuenire, & debitũ petere: non sic autẽ licet conuenire propter sanitatem, quia illa non est finis matrimonij, nec principalis, nec secundarius: vnde si etiã aliter non posset homo sanari nisi cognoscendo vxorẽ, non propter hoc deberet cognoscere: quia quãuis finis esset bonus, sed non bonus huius actus: qa ista cauda non est, sicut vulgò dicitur, de isto vitulo, sicut nec propter hoc liceret baptizari. 23 Dicendum,
Ad.6. q̃ proter finem secundariũ licet cõuenire, qñ principalis non sperat̃, nec secundarius melius aliter haberi potest. Nam si aliter põt haberi sine detrimẽto rationis, & quæritur cum detrimento rationis propter voluptatẽ, culpa est. 24 Ad rationes in oppositũ principales. 25 Ad
Ad arg. primam dicendũ, q̃ verecundia est non solũ de turpitudine pertinente ad culpam, sed de ea, quę habet speciem culpæ: talis autem est actus matrimonij, eò q̃ est eiusdẽ naturæ in specie cum actu fornicationis: erubescentia etiam non solùm est de talibus: sed etiam de omnibus effectibus naturalibus. 26 Ad secundum dicendum, q̃ superabundantia passionis non facit vitium secundũ absolutam intentionem ipsius, sed secundum proportionem ad rationẽ: vnde tunc solũ passio reputatur immoderata, qñ limites rationis sibi prefixos excedit. Delectatio autẽ, quę est in actu mrimonij, quãuis sit intẽtisima secundũ se, tñ non excedit limites rationis sibi prefixos: cùm non quæratur nisi in coniuge, & ꝓpter debitum.
27 Ad argumentũ in oppositũ patet solutio per dicta.

QVAESTIO TERTIA.

De vsu matrimonij meritorio, & demeritorio.

Thom. vbi suprà art. 2.

TERTIO quæritur, vtrũ sine prædictis bonis posit actus matrimonij excusari, & videt̃ q̃ sic: qa qui vtitur re sua ad libitũ nõ facit cõtra iustitiã, & sic nõ peccat, vt videt̃: sed ꝑ mrimoniũ vxor efficit res viri, viri, & ecõuerso. ergò si se invicem ad libitũ vtãtur, etiã propter delectationẽ non videtur esse pctm̃. ergò &c.

2 Contrà, cessante causa, cessat effectus, sed causæ excusantes actum illum, sunt illa tria bona: igitur vbi nullũ illorum concurrit, semper pctm̃ est. 3 Respondeo, tria sunt hîc videnda. Primo, in generali de actu coniugali quantũ ad meritũ, & demeritũ. Secũdò, in speciali quantùm ad peccatũ mortale. Tertiò, quantũ ad peccatũ
Art.1. veniale. 4 Quantũ ad primũ est sciendũ, q̃ actus coniugalis quãdoq; est mortale peccatũ, & de hoc dicet in secundo articulo: quandoq; veniale, & de hoc in tertio: quandoq; est meritorius. ſin quatuor casibus. 5 Primus, cũ quis habens gratiã reddit debitũ, quod est iustiAct' cõiugalis in. 4. casibus est meritorius. tiæ. 6 Secundus, qñ petit causa prolis tẽpore, & loco, & modo debitis, quod est latriæ. 7 Tertius, qñ causa præseruandi comparẽ à fornicatione, quod est charitatis. 8 Quartus, qñ causa vitandæ fornicationis, in se quam ꝓbabiliter credit aliter non vitandã: vt dictũ fuit in præcedẽti quæstione. Quod autẽ in istis. 4. casibus sit meritorius apparet: qa ois actus virtutis charitate informatus est meritori°: hmõi est actus cõiugalis in his quaAliquando indifferens. tuor casibus. ideò &c. Quãdoq; autẽ est indifferẽs. i. nec meritorius, nec demeritorius: puta, cùm coniunx carens gratia vno de quatuor modis dictis actum illum exercet: qa omnis actus, qui est meritorius habenti gratiã, est indifferens non habẽti. Non eñ est meritorius propter carentiã gratiæ, nec demeritorius propter carentiã culpæ, cui solù debeť pœna. 9 Quantũ ad scd'm de mortali videtur copula carnalis in coniugio esse peccatum
Art.2. Act' cõiugalis in. 6. casibus est mortalis. mortale in sex casibus. 10 Primus ꝓpter inordinationẽ intentionis efficientiæ libidinis: qñ limites matrimonij excedit: idem facturus cum quacũq; alia, dum tñ æquè pulchra: sed qa habitibus nõ demeremur, sed actibus. hoc est, qñ actu sic cogitat. 11 Secundus ratione abortus tẽpore conceptus, vel partus si probabiliter timetur: qa contra charitatẽ est,q̃ quis velit delectari cũ pernicie vitæ prolis: sed de hoc iterũ dicetur in sequenti Dist. 12 Tertius, ratione periculi infectionis tẽpore menstrui, tunc enim secundũ quosdã exigere scienter est mortale, sed reddere cũ dolore, & displicẽtia non: sed si mulier timeat scandalizare virũ, nè forte perpetuo habeat eam exosam, si reuelet ei fœditatẽ suã, non tenet̃ ei reuelare: sed si aliter non põt subterfugere, cũ dolore reddat, & ille non peccabit mortaliter, qa ignorat, nec ipsa quia dolens hoc tolerat. Vel dicendũ,q̃ non est mortale etiã scienter exigere: qa licet videatur esse contra charitatem,q̃ quis plus velit sui corporis voluptatẽ, quã alterius sanitatẽ, & qui tẽpore menstrui generat̃, quandoq; leprosus efficitur, qui sanus erat nasciturus, si vir generare distulisset: tũc sicut alibi dicitur: quem culpat alij, temet laudare necesse est: qa ille idem, qui naturam infectam accepit, non põt cõqueri, cùm meli° sit ei habêre, sic, quàm nõ habêre, & fortè pater posteà nõ generasset, vel non põt dici,q̃ eundẽ, qa non entibus nõ est vnitas.
Sco. Dist. 32. ad vlt. & Ri. ar. 3. q. 1. al. ar. 11. di. 32 Dur. cõ. 32. q. 1. ad. 2. 13 Quartus, in loco sacro si põt alius locus haberi: tũc enim non solũ petens peccat mortaliter, sed etiã reddẽs in loco sacro,q̃ est hæreticos imitari in suis conuẽticulis, qui ad se, vt proci indistinctè accedunt. 14 Si autem alius locus haberi non põt, non peccat. Alij dicũt,q̃ in loco sacro: puta, ecclesia, vel cœmeterio benedicto est pctm̃ sacrilegij, & mortale petere, vel reddere: qa recõciliari debent secundũ veriorẽ opinionẽ. Si autẽ propter necessitatẽ guerrarũ exire nõ possent hmõi loca magno tempore, tunc nõ peccant: sed si paruo tẽpore, tunc cõtinere debent tẽpore necessitatis, & tribulationis, sicut, & bruta, qñ sunt capta in foueã: & sic Noe, & filij eius, & omnia animalia in archa continuerũt. Sed istæ duæ Distinctiones nõ valent: qa si non põt alium locũ habêre, non debet propter hoc locũ sacrum polluere, cùm illud non sit necessitatis, sicut est facere vrinam. Siue ergò habeatur alius locus, siue non, cũ iniuria loci sacri certũ est,q̃ non licet petere: sed nec reddere tenetˇhomo id, qd' non põt sine irreuerẽtia loci sacri, qui & propter hoc indiget recociliari, quãtũ est ex natura facti: licet per accidens si est occultũ, non egeat: licet eñ iura antiqua non faciant mentionẽ nisi de pollutione per adulterium. de adulteris. c. Significasti. tamẽ iura noua dicũt de contaminatione sanguinis, & effusione seminis: vnde sicut effusio sanguinis contaminat, non solùm si fiat à priuato: imò etiã si à iudice, qui decapitat latronẽ, vel amputat auriculã in cœmeterio, qa facit, vbi non licet: & si faciat quod licet, sic etiã seminis effusio, siue à suo, siue ab extero polluit: vnde etiã si sanguis non cadat in terrã, idem est, ac si caderet: sicut non requiritˇ, q̃ semen fundat in terram, ex quo simile est de vtroq;: sed aliquis diceret, simile est quo ad aliquid, sed non quo ad omnia. 15 Quin
Casus facti. t° casus est, si mutat naturalẽ vsum i eũ, qui est cõtra naturam: vt qñ vas debitũ ptermittit, quod semper est peccatũ mortale, qa proles sequi non pot̃: vnde totaliter intentio naturæ frustrat̃. Alio modo quantũ ad situ, & tũc excusat̃, qñ dispositio coporis, vel infirmitas aliũ modũ non patitur. Dicunt ergo quidã, q̃ peccat mortaliter vir si cognoscat vxorẽ non cõsueto modo, etiã in vase naturali: si fiat causa maioris voluptatis quærẽdæ sic: si autẽ vxor pregnãs est, & timetur de suffocatione partus, & propter hoc non audet accedere ad eam ex parte anteriori, non peccat mortaliter ex alia parte accedẽs: dummodo vasculo muliebri non abutat̃ aliter, nec semen extra scienter effundat. Item si propter aliã mulieris infirmitatẽ hoc faciat. Qui autẽ ideò semen extrà fundit, nè habeat plures filios, quos nutrire non possit: detestabilẽ rem cũ filio Iudæ operatur. Gen. 38. Si autẽ ante completionẽ actus se retrahit, nec semen emittit eâdem intẽtione, nõ videt̃ mortaliter peccare, nisi ex hoc fortè mulier ad seminandũ prouocaret̃. Similiter si propter hoc omittit cognoscere vxorẽ, & ex cõmuni cõsensu, nec negat debitũ: non videt̃, q̃ peccet etiã venialiter, qa licet appeteret habere plures liberos, q̃ posit nutrire: nec ipse tenet̃ debitum petere, nec inchoatũ actum cõsummare, nisi vxore petente. Si ergò sit tanta innaturalitas, q̃ non posit sequi proles ex natura facti, siue qa abutitur vasculo muliebri, siue qa vir nubit in fœminã secundũ situm se supponendo, vt Dæmon succubus, mortale est: aliàs autem si loco debito scienter, & qũocunq; se agat aliter innaturaliter: si faciat hoc in casu, vbi naturaliter nõ peccaret: puta propter bonũ prolis, vel fidei, & necessitas infirmitatis alterius, vel impregnatio hoc requirit, nec patitur, q̃ aliter faciat, excusatur: sed in casu, vbi aliàs esset veniale, & necessitas non patiẽ modũ naturalẽ, non videt̃ naturale, sed est grauius veniale, qñ ab ista innaturalitate non se tẽperat ad tẽpus: qa secùs si esset peccatũ impedimentum. Si autẽ propter voluptatẽ sine necessitate immutat modum naturalẽ: licet nõ quo ad vas mortale est: qa non est vxor eius nisi ad actus naturales: aliter abutitur sacro coniugij, sicut qui peruerteret vsum, & ritũ alterius sacri sciẽter esset transgressor præcepti, non solũ in essentialibus, sed etiã in accidẽtalibus. Sed de quadã prẽgnante, quam vir cõtinere non valens Sodomiticè à tergo ꝓpter puerũ cognouit, cùm non fuisset fortè peius occidere puerũ, consultũ fuit, q̃ nullo modo permitteret se sic cognosci, sed priùs occidi, aũt illum adulterari, vel iumento humiliari: sed si aliter nollet continẽre, doceret eum cõmisceri secundũ situm longitudinis oppositum, & sic præseruatus est à peccato Sodomitico, & pro

Reprobatur opin.

Nota.

Cõtra illum tenent Alb. Mag. hîc ar. 2. & S. Th. in expositione textus.

pter necessitatẽ excusatur. 16 Sextus, qñ coniunx voluptatem præuenit,& prouocat eam manibus,vel cogitatione,vel vtendo calidis,& incẽtiuis, vt posit pluries cum vxore coire. 17 Sed notandum,ꝙ istud põt fieri tripliciter.Primò,sine omni pctõ:puta,si quis causa prolis generãdæ, vel fornicationis in vxore vel in se vitandæ,aut debiti reddẽdi: cùm aliàs sit impotẽs se prouocet vsu,vel potu calefactiuorũ,aut osculis,vel amplexib⁹,quibus etiã animalia se prouocant:vt vrsi,& colũbi: vel aliquibus aliis tactibus,in quibus nõ quærat propter se delectari: sed solũ ad actum illũ præparari nõ videtur peccatũ : qa licet iuuare naturã corporis ad obediendũ rectè rationi. Secũdo modo, vt sit potens cognoscere vxorem propter delectationẽ, quam tñ nollet cũ alia experiri:& tunc licet grauius peccet prẽueniẽdo tentationem, non tñ mortaliter, qa non quærit in hac ꝓuocatione delectari,sed solũ in actu coniugali: vnde videt idem specie,quod de fine.Tertiò,qñ in talibus prẽparatoriis propter se delectatur: vt si confricationibus impudicis mẽbra attrectando,sequatur pollutio,non est dubiũ,quod est mortale:qa omnis pollutio extraordinaria pctũ mortale est,q̃ vigilando procurat: sed in primo casu videtur etiam,ꝙ si tactibus innaturalibus se prouocet,qui aliter non posset:dum tñ nõ faciat hoc ꝓpter voluptatẽ: qa necessitas excusat: nõ peccat etiã venialiter, sicut nec is,q causa prolis,vel reddẽdo debitum cognoscit innaturaliter, qñ aliter non põt, dum tñ non prætermittat vas debitum.Nam si ipsa habeat morbum in illo mẽbro, sic ꝙ non posit ibi cognosci,nõ propter hoc põt alibi cognosci.Sed cognoscere innaturaliter,qñ aliter non põt propter voluptatẽ,non est mortale: dum tñ vas nõ omittat, sed est grauis veniale,sic & hîc: qa senex vel frigidus nõ potest coire,nisi se prouocet tali modo,quãuis voluptatem quærat,qa tñ nec cũ extranea faceret: grauiùs quidem peccat prẽueniẽdo,sed nõ mortaliter:si enim oscula,& amplexus ideò solũ sunt mortalia in solutis,qa ipse actus esset mortalis:ergò in coniugatis, in quibus actus non esset mortalis,nec incitatio ad ipsum est mortalis.

Actꝰ cõiugalis in.6.casibꝰ est veniale peccatũ.

18 Quantũ ad tertiũ de veniali sciendũ,ꝙ qñcunq; voluptas quæritur præter prædictos sex casus semper est veniale.In speciali autẽ pũt notari sex casus,in qbus actus coniugalis est tantũ veniale. Primus,quandocunq; præcedit aliqua deordinatio rationis:sed non tãta, sicut in prædictis sex casibus:puta petere tẽpore sacro,& si respectꝰ sit ad delectationẽ, grauis est culpa:si ad lubricũ,vel infirmitatẽ suam, cuius est sibi cõscius,vel cõscia veniale:tñ vix contingit,ꝙ in præcipuis diebus non sit graue peccatũ secundũ Bonauenturã. 19 Secundus, petere causa delectationis infra limites: tñ semper est veniale, sicut comedere propter voluptatẽ.Quod enim cibus ad salutem hominis,hoc coitus ad salutẽ generis. Augustinus.33.Di.in litera.c.1. 20 Tertius petere causa forni cationis vitandæ,sicut fuit dictũ in præcedenti quæstione,licet hac intentione contrahere non sit veniale.

Bona.di.32 art.3.q.2.& s.Th.di.32. ar.5.q.2.

21 Quartus,causa infirmitatis vitandę: quia quamuis vtrunq; seorsum liceat appetere, non tñ vnum propter alterũ,quia ista cauda non est istius vituli. 22 Quintus,si qñ incepit petere,vel reddere bona intẽtione,post eà mutet intentionem:ita,scilicet,ꝙ nunc vellet istam libidinem propter se,etiã si quidem actu hoc cogitet extra horam decisionis seminis, quia tunc non habet vsum rationis. 23 Sextus,quandocunq; aliud intẽdat,quàm ad quod ordinatur coniugiũ. s.vel ad prolẽ, vel ad reddendum debitũ. 24 Ad argumentũ in oppositũ est dicendum, ꝙ cùm vna circũstantia nõ sufficiat ad bonitatem actus, non ꝓtest ꝙ qualitercunq; quis vtatur re sua,ꝙ vsus semper sit bonus,nisi vbi concurrunt oẽs circunstantiæ:quæ debent inesse:hoc autẽ non est quando quis vtitur vxore sua solùm propter delectationem.

DISTINCTIO. 32. QVAESTIO. 1.

Circa. 32. Distinct. Quæruntur duo. Primò,de redditione debiti.Secundò,de voto coniugatorum.

De solutione carnalis debiti.

Thom. 4. Dist. 32. q. 1. art. 1.

QVANTVM ad primum quæritur, vtrum coniunx teneatur reddere debitũ petenti,& videtur,ꝙ non: quia nullus tenetur facere cõtra rationẽ rectam:sed actus ille absorbet omnẽ rationem. ergò &c. 2 Contrà Apostolus.Vir vxori debitũ reddat, & econuerso. 3 Respondeo, hîc sunt quatuor videnda. Primò,ꝙ coniunx tenetur reddere debitũ ex præcepto. Scundò, ꝙ ab isto præcepto excusatur in quibusdã casibus. Tertio,de tẽporibus,in quibus carnalis copula interdicitur coniugibus. Et quartò, de tempore nuptiarum. 4 Quantũ ad primũ tenendum est pro regula,ꝙ coniugi debitum petenti loco, & tẽpore debitis: imò & tempore sacro,reddendũ est quomodocũq; siue expressè siue interpretatiuè: qa non refert quomodò quis voluntatem suam exprimat verbis,an factis.ff.de leg.l.de quibus.Icet maximè infirmiori vasculo in hoc compatiendum sit,quia verecundiùs est mulieri petere. Item, quacunq; intẽtione,siue causa sobolis procreandæ, siue fornicationis vitandæ,siue etiã libidinis satiandæ, siue voluptatis habendę,nec hoc est reddere gladiũ furioso:sed magis nè incidãt in dãnabiles corruptelas, sicut i Theutonia vxor militis negãtis in vigilia Paschæ debitum,qa continuerat tota Quadragesima , fratrẽ eius impetiuit, & negantẽ,iugulauit,& reuersa ad virũ dixit,hoc tu fecisti,quia me facere coẽgisti.Alia autẽ supposuit se iumento. Vnde.7.Ethi.3.Cocupiscẽtiæ venereorũ quibusdam insanias faciunt, nisi dissuadendo cessare faciat ab exactione,quod tñ non cũ multa instantia.Et hoc nisi ante duos mẽses,& matrimoniũ non consummatũ,qñ licet intrare monasteriũ:huius autẽ ratio duplex assignatur. Prima talis est,Sicut seruus est in potestate dñi, sic vnus coniugũ in potestate alterius quo ad redditionẽ debiti, qa vir non habet potestatẽ corporis sui,sed mulier,vt dicitur.1.ad Cor.7. Sed seruus tenet ex necessitate præcepti dño suo reddere debitũ seruitutis: ergò vnus coniugum ex necessitate præcepti tenetur alteri reddere debitum.Secunda talis est,qa sicut est cõtra iustitiã alienum accipere inuito dño:ità contra iustitiã est alienũ petenti non reddere:nisi contra hoc legitima exceptio habeatur,sed primũ est pctũ mortale:ergò & secundũ:sed corpus vnius coniugũ est res alterius , quantũ ad actũ matrimonij,secundũ illud.1.ad Cor.7.Vir non habet potestatem corporis sui,sed mulier: ergò quicũq; coniugum negat alteri corpus suũ quo ad actũ matrimonij, peccat mortaliter, nisi habeat legitimam causam negandi.

Art.1. Reddere debitũ ois tpe, & loco,licet & teneri exactus.

Casus facti.

5 Quantũ ad secundum de excusatione sunt quatuor conclusiones. 6 Prima de lepra, qa leproso est debitũ reddendum, qa lepra non soluit matrimoniũ præcedẽs, sicut sponsalia,non obstãte,ꝙ filius generat leprosus:qa melius est sibi sic esse,q̃ non esse, nec alius ꝓhibetur vti iure suo, quãuis malũ alteri ex hoc proueniat tẽporale: maximè

Art.2. Leproso est debitũ reddendum.

maximè si timeat sibi periculũ spirituale: puta incidere in adulteriũ:qa leprosi propter interiorẽ calorem dicuntur multũ appetere actum illum : non tenetur tñ cohabitare in domo:quia magis inficeretur ex diutina cohabitatione,q̃ ex vna cõmixtione carnali: sed debet prope domum eius manẽre secundũ Alanum,& communẽ opinionẽ.Gaufridus verò cardinalis in summa dicit,ꝙ cõiugi leproso manenti separatim tenetur coniunx sanus cohabitare: sed manenti cõiter cũ leprosis non tenetur, extrà de coniug. lepro.c.2. & Numeri. 5.Eiiciant extra castra omnẽ leprosum. Sed prima opinio ꝓbabilio est: quia coniunx magis tenetur reddere debitũ, q̃ cohabitare,sed non tenetur reddere debitum,si ex hoc sibi immineat periculũ mortis,vel infirmitatis:ergò multo minùs cohabitare tenendum est:ꝙ nec reddere,nec cohabitare tenetur,hoc nisi supposito, ꝙ ex cohabitatione, vel redditione debiti nõ immineat sano periculũ infectionis: quo supposito loquunt iura,extrà de coniug. lepro.c.2. Vtrum autẽ ex redditione debiti immineat periculũ infectionis, quærendum esset à medicis,& credendum eis. Vnusquisq; enim in arte sua sapiens est.Eccle.38.hoc autem scire pertinet ad artẽ medicinæ,cuius est cõsiderare sanum,& ægrum. Dicunt autẽ medici,ꝙ viro accedenti ad mulierẽ leprosam,imminet probabiliter periculũ infectionis multo magis,q̃ mulieri,si cognoscatur à viro leproso: quod patet,qa maius periculũ lepræ imminet viro accedẽti ad mulierẽ leprosam,quã accedẽti ad cognitam à leproso : si ergò viro accedẽti ad mulierẽ cognitã à leproso imminet periculũ lepræ,vt ipsi dicunt:dato,ꝙ ipsamet mulier nõ efficiat leprosa:ergò multo magis imminet viro periculũ infectionis, si cognoscat mulierẽ leprosam,q̃ mulieri,si cognoscatur à viro leproso.Et illud non videt dubiũ, qñ mulier est infecta vltima specie lepræ.s.Leonina,in qua est tanta infectio,ꝙ partes corporis frustratim decidunt, ꝓpter quod nõ videt,ꝙ mulieri sic infectę teneat vir debitũ reddere:qa reddẽdo vix posset euadere periculũ lepræ. Si verò non est notabiliter infecta,tenet,& multo magis mulier viro:cùm ei minus periculũ immineat ex redditione debiti: nec ꝓpter hoc vir,& mulier quo ad redditionẽ debiti ad imparia iudicanẽ,qa semper iudicantur ad paria,qñ est par causa:hoc autẽ nõ est,vt dictũ est.quare &c. Quãuis autẽ hæc sunt probabiliter dicta,nõ sequit tñ,si cognoscẽs cognitã à leproso inficitur, ꝙ multo magis inficiat cognoscẽs leprosam: tñ quia fortè leprosus est ità infectus, ꝙ cõtagione pestifera plurimos inficit, non solùm immediatè,sed mediatè. Aliqñ verò mulier est de se ità parũ,ꝙ non inficit immediatè:& si aliqñ est sana formaliter:cognoscatur à tam infirmo: est magis leprosa effectiuè,q̃ mulier leprosa non cognita, quæ formaliter est leprosa,& non effectiuè: sicut aliquãdo nepos plus assimilat auo, q̃ patri medio. Vel dicendũ,ꝙ quãdo mulier aliàs sana cognita est à leproso, in loco eodẽ,in quo cognita est: matrix fortè ad magnum tẽpus infecta est: & virum ibi eam tangentem inficit,pluſquã si solã leprã haberet i facie, & cognosceretur tangens solũ inferiores partes,vbi notandum lepra dispersa est . 7 Secunda conclusio est de periculo personæ,quia non tenetur nisi salua consistentia subiecti: sicut natura primò retinet aliquid nutritiuè , & augmentatiuè gra subiecti,q̃ ministret generatiuè gra speciei:imminet autẽ ex multo coitu periculũ:vnde Philo. de longitudine,& breuitate vitæ.c.vlti.§.propter.dicit, ꝙ sperma amplius emissum deficcat,& senescit citò: propter quod mulus longioris vitę est equo,& asino,ex quibus genitus est:& fœmellæ masculis,si masculi sint coitui: ꝓpter quod passeres masculi breuiores vitæ sunt fœmellis.Si autẽ infirmus vel vulneratus esset,coitus mortalis sibi esse posset : vnde nec tunc reddere tenet. Et ex isto principio dicunt aliqui probabiliter, ꝙ si vir est fur incorrigibilis, propter quod vxor quotidie periclitatur cum eo ad mortẽ erga iustitiã, ꝙ põt fugere,& eam relinquere,nè moriatur cum eo: sicut & de naufragio cõmuni liceret ei soli cuadere,si posset,nec teneret cum eo ſpõte mergi. 8 Tertia cõclusio est de impotentia,propter quam aliquis excusatur : qa impossibiliũ secundũ iura nulla est obligatio,siue sit propter actum præcedentem, quod tñ in muliere locũ non habet , siue propter aliam causam:ità tñ ꝙ si propter culpã suam peccauit,reddendo se impotentẽ indiscreta afflictione,vel pœnitẽtia imputatur sibi,si propter hoc alius incidit in damnabilem corruptelã:vnde nec viro iniungẽda est tam grauis pœnitentia,ꝙ sit impotens reddere debitũ vxori iuuẽculæ, & feruenti:puta,ieiunia, & vigiliæ, quæ deficcant ſperma.Nam multũ vigilantes raro ſpermatizant,nec in somno meridiano,qui est tenuis,fit resolutio, nec ĩ somno solliciti de lectione, vel sermone, sed in somno profundo maximè auroræ in digestione completa, & hora sanguinis.Similiter & propter ieiunia minuitur:vnde raro in Quadragesima,& sine cœna.Retulit etiã medicus virũ quendã ad siccitatẽ phthisicè deductũ ex hoc, ꝙ post prandium statim consueuerat cognoscere vxorem. Nec econuerso consulendũ est vxori facere tam graues pœnitentias, vt reddatur deformis suo viro , vel sit in maciem,vel perniciem suæ prolis,vel impedimentũ conceptus:nec tñ tenetur vir vti calidis, vt sit potens:sed sufficit,ꝙ se non faciat impotentẽ. Ad hunc casum reducitur quãdocunq; non põt reddi sine peccato, ratiõe loci, vel voti, vel alia causa, qa tunc redditio est impossibilis de iure. 9 Quarta cõclusio est de fornicatione:qa fornicanti non tenet alius debitũ reddere:cùm dñs permittat ob hoc vxorem dimittere: nisi & ipse postmodũ fornicatus fuerit, aut debitũ perierit, & sic sibi reconciliauerit; vt dicit Papa de Lothario, & Teberga. Et ad istũ casum reducitur omne crimen , propter quod cõiunx perditus petendi debitũ:puta,si scienter filium alterius baptizet, vel teneat in baptismo,vel confirmatione: & de aliis,de quibus dicetur infrà: qa ex quo actor perdit ius petẽdi, reus habet ius non debẽdi,& negandi,& excipiẽdi.Item ad hunc casum reduci omne illud , per quod coniunx acquirit ius excipiẽdi: vt si de licentia eius fecit votum simplex,vel solenne, qa ex tunc non tenet. 10 Quantùm ad tertium de tẽporalibus, quibus cõiugibus contingit indicitur, sunt tres conclusiones. 11 Prima de tẽpore sacro, quia tẽpore sacro nõ licet petere debitum: puta tẽporibus processionũ, ieiuniorũ,festorũ. Exo.19. Ne appropinquetis vxoribus vestris, non tñ est peccatũ mortale,sed veniale nisi concomitaret contẽptus:ità etiam ꝙ propter tẽpus si Deus præcepisset, non abstinerẽt: quia circunstãtia nõ aggrauat in infinitũ: qa licet ecclesia posit actum illum interdicere ad tẽpus: imò in perpetuum propter illorũ delictum:tñ propter illud, quod est consilij,ipsa non vult laqueũ infirmis iniicere,vt pecent mortaliter,nisi à Septuagesima vsq; ad octauam Paschæ contineant: qui aliàs vix duobus diebus continẽt: quia quod est iuris diuini sine culpa, non vult ecclesia auferre. Alia ratio est,qa cognoscere vxorem non mutat ſpeciem. Furari enim tẽpore sacro non est sacrilegiũ:ſẽpe tñ est annexa irreuerentia,siue irreligio intẽperantię coniugatorũ tẽpore sacro voluptati vacantiũ:ex quo & graue veniale, & mortale ſæpe cõmittitur. Vnde primo Dialog.Grego.narrat de coniugata, quæ vitia carnis illecebris non abstinens in nocte : in crastino ad ecclesiã dedicandã cum reliquiis beati Sebastiani martyris veniens cum aliis,à Diabolo arrepta fuit,hoc tamen cogit,ꝙ

Examinatio dictorum Duran.

Alia instãtia cõtra Durã.

De periculo personæ,& subiecta tũc teneaturredere.

Opi.1.q̃ est s.T.q.1.art. 1.ad.4. & Sco.hîc.Ri. ar.4.q.2.

Opi.2.Gaufridi.

Du.hîc.q.1. Medicorum sententia.

Impotentia quõ excusat à redditione debiti.

Dictum medici.

Fornicatio quomodò excusat &c.

Art.3. Tpe sacro,& aliis quò illicitũ est petere debitũ.

Propter veniale pctũ i

terdum hõ à diabolo possidetur. illud fuerit mortale: quia etiam propter peccatũ veniale traditur quis Sathanæ, vt etiã propheta à leone occisus est. Nõn enim in animã potestatẽ accipit nisi ꝓpter mortale,sed in corpus sic. Reddere verò cũ displicentia tẽpore quantũcunq; sacro nullum pctũ est, quia debitum est:& necessariũ est, ex quo verbo ab actione cõpesci non potest. 12 Secũda conclusio est de tẽpore conceptus:de quo in parte dictũ est in præcedẽti Dist.quia semper est peccatũ petere debitũ vtriq; indifferẽter tempore conceptus,& partus,qa etiam bruta continent. Elephas enim ad impregnatã non accedit. Et quidẽ si ꝓbabiliter timetur de abortu tempore conceptus:qa matrix propter delectationẽ quandoq; aperit, & materia nondum perfectè coagulata dispergit,& effunditur:instante partu, nè puer opprimat, esset peccatũ quasi homicidij, & mortale scienter petere,vel reddere:aliàs non est peccatum reddere,sed veniale petere maximè mulieri:quia impregnatæ secundũ medicos magis appetunt coitum. Quòd aũt vsq; ad quadragesimũ, vel octuagesimũ diem mulier à viri thoro abstineat, sicut & à tẽplo abstinebat cerimoniale fuit: vnde hodie non ligat, sicut mulier in noua lege statim post partũ sine mortali posset ecclesiã intrare,nec debet prohiberi:si tñ ex veneratione voluerit abstinere deuotio eius nõ est improbãda:ità si statim post partũ alteruter petit debitũ, non est mortale,sed veniale: & indecens est, ꝙ non abstineat à consortio viri, quãdiu abstinet ab ingressu tẽpli. Primũ probat, de purificatione post partũ.c. 1. ergo post partũ in puerperio non est pctũ mortale, qa non timet de puero,nisi timeretur de ægritudine vxoris. Si autẽ ad impregnatã accedat, & præter spem opprimat puerperiũ animatũ fit irregularis: qa.s.dabat operã rei illicitæ: vnde & imputat sibi ad pœnã,quicqd sequit ex eo,vel ob id: ergò ad puerperam accedere erat ꝓhibitũ lege Mosaica. Et licet hodie ipsa non prohiberet templũ ingredi, quia & Hemorrhoissa tetigit fimbriã vestimẽti Christi:de purif.post partum.c.vno.& in Decre. Dist. 5. Ad eius concubitũ: nihilominus tñ ibidẽ prohibet vir accedere ad eam de honestate:non autẽ de necessitate:nisi adhuc esset infirma:& propter hoc esset ei periculũ mortis, vel aggrauationis infirmitatis. 13 Tertia cõclusio est de tẽpore mẽstruorũ quò rum:vbi præter id, quod dictum fuit in præcedẽti. q.distinguendũ est;qa si innaturalis, & accidẽtalis sit fluxus à quo mulier dicit Hemorrhoissa,non interdicit petitio, vel redditio : quia qñ est infirmitas perpetua, vel nimis diuturna, & periculosum esset cõiugatis aliquibus ꝓhibere: tunc etiã mulier concipere non põt secundũ quosdam: vnde non timetur proli: vnde tunc est veniale petere,cùm nõ sperẽtur ꝓles:imò nec veniale,si fiat ꝓpter fornicationẽ vitandam in se, vel in alio modo dicto in præcedẽti Dist. Si autẽ sit naturalis in mense,à quo mẽstruata dicit: adhuc non videt mortale scienter petere, & reddere:licet dicat Hieronymus super illud Isai. 64. Iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ:tunc concipiuntur mẽbris dãnati,cæci,claudi,leprosi:vt qa parentes non erubuerunt in cõclaui cõmisceri : eorum pctũ patẽnter,& apertè redarguat in paruulis. Et super illud Leui. 18. Ad mulierẽ, quæ patitur menstruũ non accedes. Aug. Necessariò vtriq; interim interdicit continẽtia. Vnde mulier si fine scandalo viri põt se excusare,debet subterfugere:aliter non peccat cùm dolore reddẽdo, secundum Bonauenturã,& Petrum. Sed dicunt,ꝙ exigere scienter est mortale, quod non videt: qa non est maior timor de infectione prolis tẽpore menstruorũ, q̃ tẽpore le præ: tunc autem petere non est mortale:ergò nec nunc. Nec valet solutio eorum:qa lepra est morbus cõtinuus: menstruum momẽtaneus:qa sic exponere se periculo generandi leprosum esset de se mortale:vbicũq; esset illud periculũ,esset idem peccatũ: & licet facere in suo, quod nocet in alieno,dum tũ hoc non intendatur,& sufficit,si cui,vel in paucis amici laboribus cõsulatur: vt alibi dicitur. Constat autẽ,ꝙ multũ præstat, qui dat materiam infectã, maximè qa non est certũ, vtrum tunc cõcipiat: & si cõcipiat,vtrum inficiatur:vnde dum tñ ille,qui petit, esset paratus nõ petere,si sciret id cõtingere, sufficit. Et præterea non quælibet mulier quolibet conceptu parit: & maximè si ipsa fuit priùs sterilis, licet non faciant anni,quod facit vna dies. Nec obstat Leuiti 20.Interficientur ambo,qa intelligit de coitu fornicario, nõ cõiugali: vnde si actus coniugalis esset de se mortalis tẽpore menstruorũ, sicut cognoscere innaturaliter, vel in loco sacro:sicut ibi non licet reddere,qa non est petitio debiti,sed exactio indebiti:sic nunq̃ liceret reddere debitum mulieri,quæ scit se menstruatã, quod tñ nullus dicit:& tñ ipsa non minus tenet ad bonũ prolis,q̃ vir. Epilogando ergò dicendũ est de menstruis,ꝙ non est mortale reddere,& scienter ex parte mulieris: nec per consequẽs ex parte viri,ex quo certior abstinere nõ vult. Secundò,nõ est peccatũ petere ignoranti infirmitatẽ. Tertiò, sciens infirmitatẽ:sed nescies monstrum solere generari,qñ nõ erat facturus,si sciret, etiã non peccat:maximè mortaliter:qa quod contingit præter spem ex aliquo, etiã si dat operam rei illicitæ non imputatur sibi ad culpã, nec ad pœnam,quæ dolũ requirit: licet imputet ad pœnã, quę respicit defectũ. Nam ebrius occidẽs,vel mutilans clericum est irregularis,nõ autẽ excõmunicatus, quãuis culpa sua inebriatus fuerit. Et sic etiã videtur dicendũ de furioso , quia si culpa sua incidit in furiam; irregularis est, sed non excõmunicatus, si sine culpa neutrum, nisi ex præcedẽti rancore continuato hoc accidisset: sicut in illo, qui consueuerat ambulare dormiendo, cũ contendisset de die cum clerico:nocte dormiẽs cum ense egressus occidit eum somnians se occidere eum:& rediens cũ euigilasset recoluit de somno, & inuenit ensem sanguinolentũ, & fugit, hîc irregularis est: quia licet non fuerit in culpa dormiẽdo: fuit tñ in culpa litigãdo, ex quo continuata phãtasiatione à vigilia ad somnum hoc contingit, sed non fuit excõmunicatus, qa iniectio violenta dolum requirit,sed irregularitas non,imò nec culpã: vnde facilius fit quis irregularis,q̃ teneat̃ lege Aquilia. Quartò, sciens non generari , vel probabiliter credens, vt quia sterilis, vel quia non consueuit tunc concipere: quia viri cognoscunt melius conditiones vxorũ,& econuerso per experientiã, similiter non peccat saltẽ mortaliter. Quintò,si credens, ꝙ probabiliter conceptura sit etiam monstrum,non peccat mortaliter,sicut in leprosa:in qua est maius periculũ,& in mẽstruata naturaliter. Circunstantia enim,quæ nõ mutat speciẽ, nunquã facit de veniali mortale. Circunstantia autẽ tẽporis nunquã facit aliam speciẽ: vnde cùm hoc non sit mortale:si sit nisi propter prolẽ,& est idem,& nõ maius periculũ in leprosa,q̃ in menstruosa, ergo &c. Quòd autẽ ibi haberet nimis continere: puta per totam vitã:hîc autẽ per paucos dies, non variat speciẽ luxuriæ: qa cognoscere quandocunq; eam,quæ paritura est monstrum semper,& cognoscere,nunc illam,quæ nũc paritura est monstrũ, non differt specie in genere moris. Et omnis causa quæ prohibet ad tempus accedere, qñ est temporalis, prohibet in perpetuum,qñ est perpetua:qa præcepta negatiua obligant semper,& ad semper:vnde si esset prohibitũ accedere ad paritũrã monstrum ad semper obligaret. Quãdo autem lex prohibet accedere ad menstruatã est iudiciale: vnde non ligat, vel loquitur nõ de sua, sed de alienа. Et aliud est scienter vti libidine in præiudiciũ prolis iam concepta, vbi pro certo, vel probabiliter timeretur: aliud ratione dubij, ꝙ rarò contingit aliquem prohibere vti iure suo. Nam rarò cõtingit,ꝙ tunc mulier tale quid concipiat. Nam sæpiùs non concipit. Consulendum est igitur mulieri:qa aut scit, vel probabiliter credit virum se exosam habiturum:& tunc non tenetur reuelare,sed reddit sine peccato: & ille propter ignorantiã non peccat, aut non . sed credit , ꝙ non propter hoc dimitteret eam cognoscere:& tunc etiã nõ debet dicere,nè eum grauiùs faciat peccare : sed adhuc vterq; excusatur à mortali: & hoc vxor potest perpẽdere ex aliis vicibus,quibus renuenti non acquieuit,aut neutrum,sed credit,ꝙ adulterabitur,vel peius faciet, & nec tunc non debet dicere, sed reddere,aut nihil horum,sed credit,ꝙ abstinebit:& tunc sibi dicat,ꝙ si audiẽs non acquiescat,reddens enim peccat, sed petens sic, non tñ mortaliter. 14 Quantũ ad quartũ articulũ de tẽpore nuptiarũ,sunt septem conclusiones. Prima, ꝙ tribus tẽporibus celebritas nuptiarum interdicta est.s. ab Aduentu vsq; ad octauã Epiphaniæ: à Septuagesima vsq; ad octa.Paschæ: tribus hebdomadis ante festum Ioannis i. Dñica ante ascensionẽ, vsq; ad octauam Pentecostes:vnde versus.

Aspiciens,veterem,circun,quasi,quis,benedicta.

Aspiciens,Dñica prima aduentus,cuius primũ responsorium incipit,Aspiciens. Veterem,octa.Epiphaniæ,cuius prima Antiphona in laudibus incipit, Veterem. Circun.Dñica in Septuagesima,cuius introitus incipit Circundederũt. Quasi,Dñica in Albis,cuius introitus,Quasi modò incipit. Quis,dies prima Rogationũ,cuius Euãgelium incipit, Quis ex vobis habebit amicum. Benedicta, Dñica Trinitatis in octa. Pentecostes,cuius introitus incipit Benedicta sit &c. 15 Secũda conclusio est, ꝙ prima duo tẽpora intelliguntur inclusiuè quo ad dies extremos: qa dies extremi pertinent ad tẽpus mediũ:vnde pari modo interdicuntur.Dñica tñ prima Aduentus pertinet ad tẽpus sequẽs,octaua Epiphanię ad tẽpus præcedens: similiter Dñica in Septuagesima pertinet ad tẽpus sequens non præcedens:octaua verò Paschæ ad præcedens:sed Dñica ante ascensionẽ pertinet ad tẽpus præcedens resurrectionis,qñ licet nuptias celebrare non ad tẽpus sequẽs: vnde à diebus tribus ante ascensionẽ prohibentur: item Pentecoste non habet octauã, sed octauas:vnde Dñica de Trinitate non est de tẽpore præteriti,sed de futuro:in quo non ꝓhibentur:vnde Dñica ante Ascensionẽ,& prima Dñica post Pentec.licet nuptias celebrare: & quidẽ in tertio tẽpore secundũ omnes non cõputatur Dñica ante Ascensionẽ: quia est tẽporis præcedentis:sed Dñica Trinitatis secundũ Host.sic aliàs de esset vnus dies de tribus septimanis:vnde not. de feriis. Capellanus.ꝙ violãt Canones, qui Dñicã ĩ Albis,& Trinitatis celebrant:quod non videtur ad minus de Dñica Trinitatis:qa ipsa,vt dictũ est,non pertinet ad tẽpus præcedens,sed ad sequẽs,quod nõ est interdictũ, nec obstat, ꝙ vna dies deest:quia minutiæ non cõputant̃ in scriptura:vnde in dict.c. Capellanus.sic dicit: vsq; post.7.diem festi Pentecostes:quod caret octauis, nuptiæ suspendantur in Dñica, quæ sequitur: & deinceps possunt nuptiæ licitæ celebrari. Aut ergò loquit̃ de Dominica, quæ est octaua dies Pentecostes, in qua fit festũ Trinitatis: & sic habetur propositũ: aut de Dñica, quæ est in quindena: & tunc per secundã septimanã post Penteco. non posset celebrari: ꝙ esset eas extremis interdicere quatuor septimanis,qd' nullus dicit:vnde quantũ est de iure nuptiæ possunt celebrari in die Trinitatis. Sed quia nuptiæ suspenduntur vsq; post.7.diem, qui est Sabbatũ, & durat vsq; ad Solis occasum secundũ vnam computationẽ,vel vsq; ad mediã noctẽ secundũ aliam: vel vsq; ad sequens mane secundũ aliam: inde est, ꝙ non à primis vesperis Trinitatis, licet nuptias contrahere:sed à principio noctis,vel à media nocte:vel sicut verius puto,nõ à primis vesperis Trinitatis,sed à mane ĩ antea. Et licet ità sit de iuris subtilitate:qa tñ consuetudo est optima legum interpres:ideò sequẽda est terræ cõsuetudo à prælatis diu scita,& dissimulata,siue de celebrãdo nuptias in diebus illis,siue de abstinẽdo. 16 Tertia cõclusio est,ꝙ festa secundũ nouam,& veterẽ legem à Vespera vsq; ĩ Vesperam celebrantur: tñ in Septuagesima officiũ sibi ꝓpriũ, quod abdicat cãtica lætitiæ non incipit in Vesperis, sed in Completorio,qñ primò intermittitur Alleluia: vnde vsq; ad Completoriũ exclusiuè licet cõtrahere : sed officium Aduentus propriũ perfectè incipit à Vesperis Sabbati præcedentis: vnde ex tunc non licet contrahere: in diebus verò vltimis non solũ Vesperæ: imò Completorium sunt de tẽpore præcedẽte per se loquẽdo: licet per accidens superueniente maiori festo nihil fiat de illo in Cõpletorio,vel solũ memoria in Vesperis: sicut apud illos,qui faciunt festum Trinitatis in octaua Pentecostes, perdit Vesperas,& Completoriũ. Similiter qñ celebre festum euenit in octaua Epiphaniæ,& octaua Paschæ:nec tñ propter hoc licet in illa Vespera:sed sicut dictũ est in secũda cõclusione in talibus cõsuetudo est seruãda. Vnde in multis terris etiã de nocte profunda in vigilia Aduentus, & Septuagesimæ nuptias faciunt : sed post mediam noctem si facerent,esset corruptela:qa à media nocte more Romano dies incipit:vt dicit.ff. de feriis.l.more. vnde sicut nulla cõsuetudo excusaret celebrare ĩ mane dici: sic nec post mediam noctem, si certũ esset: quia contra Canones sanctorũ Patrum est. 17 Quarta conclusio est,quid de nuptiis tunc ꝓhibeatur. Et quidẽ benedictio nuptialis est illis tẽporibus inter dicta:secundò festum conuiuij nuptialis propter lasciuias,quæ tunc fiunt:& pari ratione videt traductio solẽnis:quæ aliquãdo post nuptias fit de domo parentũ ad domum viri videtur interdici:in qua & multæ insolẽtiæ fiunt istis temporibus discordantes. 18 Quinta conclusio est,quid istis tẽporibus de nuptiis permittatur. Et quidẽ contrahere per verba de futuro non est prohibitũ, ergò est concessum. Item secundũ quosdã contrahere per verba de præsenti:sed illud non videtur,quia iste cõstractus non debet fieri clandestinè,sed in facie ecclesiæ:in facie autẽ ecclesiæ non videtur faciendũ, sicut nec benedictio nuptialis:redditio autẽ,vel petitio debiti quomodo sit licita,vel illicita,dictũ est in prima cõclusione tertij articuli. 19 Sexta cõclusio est,quomodò cõtrahẽtes nuptias istis tẽporibus puniantur. Et dicendũ,ꝙ debent separari ad tẽpus in pœnam:vt in eo puniãtur,in quo deliquerunt:sed si sit periculũ incontinẽtiæ,alia pœnitẽtia imponatur,& in ista dispensetur. Sacerdos verò,qui benedictionem istis tẽporibus dederit graui pœna,licet arbitraria puniendus est,nec ignorãtia excusat: qa debet scire ea quæ ad officiũ suum pertinent. 20 Septima conclusio est, ꝙ nec festum Omnium sanctorũ, nec Assumptionis Virginis, nec quodcunq; aliud tempus ieiuniorum,processionũ,festorum,nec annus post mortẽ viri interdicit: licet iure ciuili interdicat sub pœna infamiæ. extrà de secũdis nuptiis.c. vlti. sed tantũ interdicuntur tria tẽpora supradicta. Vnde aliis tẽporibus sacris esset peccatũ saltẽ veniale petere debitũ: sed non esset veniale,nec mortale contrahere, cùm nõ sit expressè prohibitum: sed his tribus tẽporibus esset mortale nuptias celebrare propter expressam prohibitionem : licet non esset mortale debitũ petere à coniuge priùs ritè benedicta.

21 Ad argumentũ est dicẽdũ,ꝙ aliud est priuare vsum rationis actualem, quod aliquãdo eligibile est secundũ rationem

Epilogatio prædictorũ de mẽstruis.

Ebrius ex culpa occidens clericũ,non est excõicatus sicut nec furiosus &c.

Circunstantia temporis non variat speciem in luxuria.

Cõsiliũ pro muliere mẽstruata.

Art.4. Triplex tempus nuptiarum.

In die Trinitatis licet celebrare nuptias: sed in hoc consuetudo loci seruanda est.

Nota.

Nota,quæ sunt ꝓhibita in tẽpore nuptiis interdicto.

Tẽpore conceptꝰ vtriq; coniugi ꝓhibitũ est petere debitum.

Tẽpus mẽstruorũ quò impedit. Rich. art.4. q.1.&.s.Th. ar.2.q.2.

Dñs Pet.de Tha. ar.3.q 3.&.f. bona art.3.q.1.

Improbatio opinionis.

rationem rectam, sicut somnus. Aliud est facere contra rationem rectam, siue contra eius dictamen, quod nunquam est faciendum. Actus autem ille licet de se priuet actum rationis: non tamen est cõtra dictamen rationis, cùm sit necessarius ad multiplicationem prolis.

QVAESTIO SECVNDA.

De obligatione redditionis debiti, & tempore nuptiarum.

Thom. 4. Dist. 32. q. 1. art. 4.

QVAERITVR secundò, vtrũ vnus coiunx sine licentia alterius posit vouere continentiam. Et videtur, q̃ sic, quia sicut impeditur redditio debiti per votum religionis: ità per votũ transmarinũ: sed vir sine consensu vxoris potest votũ transmarinũ emittere: ergo & religionem intrare: & ibidem continentiã vouere. 2 Et confirmatur ratio, quia votum Crucis potest mutari in votum religionis: ergò maritus post votum Crucis emissum sine cõsensu vxoris, põt illud licitè mutare in votum religionis. 3 Item, seruire Deo magis est debitum, q̃ seruire homini: sed vir põt impediri à debito reddendo vxori, propter seruitiũ hominis: puta, cũ temporalis dominus virũ ministeriis suis occupat: ergò multò fortiùs licet viro se subtrahere à debito reddendo vxori, vouẽdo se seruitio Christi, quod fit per religionis ingressum. 4 In cõtrarium est, quod dicitur. 1. ad Cor. 7. Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex communi consensu ad tempus, vt vacetis orationi. 5 Respõdeo, hîc sunt tria videnda, licet de his aliqualiter fuerit tractatum suprà Distinct. 27. Primò, quomodo vnus posit vouere continentiã alio inscio, vel inuito. Secũdo, quomodò de licentia alterius. Tertiò, quomodo qui votum illicitè emisit, mortuo alio, teneat ad votum. 6 Quantùm ad primum sunt tres conclusiones, secundũ q̃ coniunx dicitur triplex. 7 Primò, à prima desponsationis fide: qui propriè est sponsus, qñ matrimoniũ est initiatũ.

Spõsalibus cõtractis, licet vouere altero inuito.

8 De quo est prima cõclusio, q̃ post sponsalia licet vouere altero inuito, vel ignorante: sed tunc tenetur religionem intrare, si sit sponsa spræcisè sponsus autẽ, vel intrare, vel sacrũ ordinẽ suscipere, si non possit, aliàs intrare, nisi de licẽtia alterius vouerit, vel alter eum quitauerit, vel quitare velit: tenetur enim sponsalia implere, nisi habeat causam soluentẽ: votum autẽ simplex non assignat impedimentũ soluẽs: licet non possit matrimoniũ cõtrahere: vnde q̃ non põt ab illa promissione liberari, nisi vel alio quitãte, vel per votũ solẽne: inde est, q̃ ad illud tenetur: & sponsa, quę non põt aliter solẽnizare votum, quia non est capax ordinis, tenetur monachari. Sponsus etiã ad idem tenetur, si est irregularis, nec posit dispensationẽ impetrare: aliter sufficit alterũ, q̃ nullũ beneficiũ, nulla dignitas ipsum excusat, nisi sacrũ ordinẽ suscipiat, vel professionem faciat. 9 Secũdò dicitur verè, & propriè coniunx à verbis de præsenti, qñ est matrimonium ratum, sed non consummatũ: de quo est secunda conclusio de voto. s. post matrimoniũ ante consummationẽ: q̃ valet, sicut & intrare põt: sed tunc præcisè tenetur intrare religionẽ, siue sit vir, siue mulier, nisi cõiunx velit eũ dimittere sine debiti petitione, quia non potuit vouere in præiudiciũ alterius, & sic est illi obligatus sub condi tione. s. si non intret religionẽ: quod põt facere altero inuito, non autẽ ordinari: vnde q̃ tenetur votum implẽre: nec põt aliter implẽre coniuge debitum petente, nisi intrãdo, ideò tenetur intrare: in omni autẽ casu, in quo

Mrimonio contracto, licet vouere soléniter cõtinentiam.

Nota.

licet altero inuito, vel ignorante alio vouẽre, & tenet votum, licet magis de licentia alterius. 10 Sed contra istas duas conclusiones est, quia post votum simplex, aut vouens tenetur contrahere cum sponsa, vel coniugi reddere debitum, aut non. Si tenetur: ergò tenetur facere, quod non debet facere, quod est contradictio: aut nó tenet, sed per votum liberat. Et sic non tenetur intrare. 11 Et dicẽdum, q̃ secundũ Thomam sponsalia soluuntur per votum simplex sequens. Quod si verum esset, non teneretur religionẽ intrare, sed posset manere in sæculo continendo: sed quia iura arctant ad complendũ spõsalia, nisi in casibus expressis, inter quos iste non ponit: tutius videtur contrariũ. 12 Vnde dicendum ad argumentũ, q̃ per sponsalia de futuro sponsus obligatur ad matrimonium, & per verba de præsenti ad debitum reddendũ, nisi intret religionẽ precisè in secundo casu, vel nisi ordinetur, vel profiteatur in primo. Qũ autẽ posteà vouet continentiã votum non obligat ad impossibile iuris, sed solũ ad possibile: vnde q̃ per sponsalia, & matrimoniũ tenetur non cõtinere in sæculo, inde est, q̃ votũ non obligat ipsum ad ità continendum: sed vt illud possit in ordine sacro, vel religionis: vnde ex voto tenet intrare, vel profiteri, vt dictũ est, non autẽ continẽre extrà: vnde si non posset religionẽ intrare: q̃ nulla religio vellet eum recipere, nec ordinari, vt q̃ irregularis: tunc tenet contrahere cũ sponsa, & reddere debitũ coniugi, nec votũ frangeret: q̃ non potuit facere votũ de alieno, sed tm̃ de suo: vnde ista duo stant simul. s. q̃ sit obligatus contrahere, vel reddere sub condi tione sibi illicita. s. si manet in sæculo, & q̃ sit obligatus simpliciter ad nõ manendũ propter votũ. 13 Tertio, dicitur verè, & ppriè cõiunx à matrimonio rato, & consummato, de quo est. 3. conclusio: q̃ aut alter est fornicatus spũaliter, aut carnaliter: & tunc alius põt vouẽre simpliciter, vel soléniter, sicut placet: q̃ liberatus est per exceptionẽ à redditione debiti, secundũ illud, Frangen ti fidem, fides frangat eidem. de cõuer. cõiu. c. vlt. Si autẽ alter castus est, dicunt oẽs, q̃ non põt vouẽre de non reddendo: q̃ hoc est offerre sacrificiũ de rapina. Aliqui dicunt, q̃ nec de non petendo, q̃ redderet onerosum matrimoniũ: sed secundũ alios sic, q̃ petere est voluntatis. 14 Aliqui etiã dicũt, q̃ nec simpliciter vouẽre castitatẽ, vel continentiã, & temeritas est corrigẽda, non ꝓmissio soluẽda: dum tñ ante alteri⁹ ratificationẽ pœniteat, nec alio mortuo teneẽ, quia quod ab initio nullũ est, tractu tẽporis nõ cõualescit: vnde secùs est in illo, qui ante matrimoniũ vouit, qui nec petere põt, nec post aliud matrimoniũ cõtrahere sine pctõ mortali: verius tñ est q̃ quãis malefecerit vouẽdo continentiã: tenetur tñ seruare quantũ põt: puta, q̃ teneẽ non petere, & ea mortua non cõtrahere. ar. de cõuer. cõiu. c. qdã ītrauit. vbi dicit, q̃ ille, qui inuita vxore professus est, & redditus, ea mortua debet cõtinere, quia in sui præiudiciũ votũ tenuit, q̃uis vouẽre non debuerit. Et similiter est in proposito: q̃ q̃uis peccauerit quis vouendo: intantũ tñ debet votũ implẽre, sicut & iure teneẽ, inquantũ seruatũ non vergit in detrimentũ salutis æternæ. Vouẽre autẽ non petere debitum periculosum est, vbi ipse est iuuenis, & in igne vouet non ardere: vnde indiscretũ est, nec consulendũ est: & maximè si propter hoc alteri redderetur matrimoniũ onerosum: puta vxori suspectę, & verecundæ in petẽdo debitum: licet autẽ peccet vouendo non petere: si tñ vouit, teneẽ seruare, inquantũ põt sine hoc, q̃ reddet matrimoniũ onerosum: sicut mulier si vouerit dare eleemosynam de paraphernalib⁹, vbi vir est paup, peccat: cũ plus ei teneat, quã extraneo: tñ q̃ de suo fecit votũ, teneẽ votũ implẽre, quantũ põt sine pctõ. 15 Quantũ ad sęcũdum

Instantia.

Solutio.

Dist. 1. s. Th. hoc nõ repe rit, vt patet suprà di. 27 q. 2. ar. 3. sed tñ dicit, q̃ sunt dirimẽ da infrà dist. 38. q. 1. art. ru. 3. q. 2. ad 1. sed Rich. 27. ar. 3. q. 4 hoc habet vi de ipum dc. infrà di. 38. q. 3. ar. 5. cõ mento. 4. Verior solu.

Opi. 1. eth. 6 T. arti. 4. ad 3. & Alb. 4

Opi. 2. dic. ar. 2. q. 1. & du. q. 2. art. 1

Opi. Doc. Ia tius, & hoc Sco. hîc. q. 1

Articulus. 2.

dum articulũ de voto cõtinentię quod fit de licẽtia coiugis, sunt tres conclusiones. 16 Prima est dubia. s. de voto solẽni religionis, circa quod est duplex opi. quia dicũt quidã q̃ aliquid illicitũ est fieri quod tñ factũ tenet: sic in pposito: aliquid est obseruandũ dum vnus coniugum intrat religionẽ de licentia alteri⁹, quod si non obseruetur nihilominus tenet ingressus: in intrando enim obseruandũ est, q̃ ille de cuius licentia alter intrat religionem, aut est senex & nõ est ꝑsona suspecta de incõtinentia, & tunc potest manere in sęculo vouendo continentiam: aut est iuuenis & suspectus de incontinẽtia, & tunc nõ sufficit q̃ maneat in sęculo vouendo continentiam: sed debet intrare religionẽ: vt habetur extrà. de cõuer. coniu. c. cũ sis ꝑditus. & c. vxoratus. si tamẽ illud nõ obseruetur: & vnus de licentia alteri⁹ intret religionẽ et ꝑfiteatur: vere tenet votũ et obedientia siue professio: quod patet ex duobus. Primò quia si votũ nõ teneret: hoc esset quia teneretur debitũ aut reddere aut exigere: nõ exigere, q̃a illud nũq̃ est necessitatis: nec reddere, q̃a vxor dãdo licẽtiã priuauit se iure petẽdi. ergò iste nõ tenetur reddere petenti. ergò nullo modo est votũ eius irritum. Secundò, quia sicut vxor põt se priuare iure suo inuoluntariè peccãdo: ita volũtariè merendo. sed vxor fornicariè peccans priuat se iure suo, ita vt ex tũc liceat viro religionẽ intrare, vt supra dictũ est. ergò similiter cõtinere vouendo: & in hoc merẽdo potest se priuare iure suo, dando licentiã viro suo intrandi religionẽ et ꝑfitendi: & extunc non debet redire ad existentem in sęculo: quantũcunq; sit persona suspecta: sed potiꝰ existens in sęculo debet cõpelli mutare vitã vt viuat religiosè: vel cũ religiosis: vt habet expressè. 27. q. 2. Agathosa. &. 33. q. 5. Qui vxor. iura aũt q̃ dicunt, q̃ non sufficit sola licentia: nisi ille qui dat eam similiter conuertatur, si sit persona q̃ sine suspectione non possit manere in sęculo: determinãt quid debeat fieri, sed nõ irritant si secùs actum fuerit: nec fortè possent. Nec obstat quod dicitur extrà. de conuer. coniuga. c. 1. quia illa licentia fuit extorta: et mulier fuit decepta & iuris ignara. põt autẽ ius hoc determinare, q̃ sicut cõsensus coactus nõ sufficit ad matrimonium: ita licẽtia vi vel metu extorta non sufficiat ad hoc, vt mulier se priuet iure quod habet in virum. 17

Opi. duran. q. 2. articu. 2 ad verbum.

Opin. Doct.

Omissio autem illorum, quæ sunt de necessitate matrimonij impedit matrimonium contrahendum , & dirimit contractum,eo qp nullum est matrimonium , quando omittitur,id quod est de necessitate eius. 8 Secunda conclusio est de versibus,in quibus duo sunt,quæ impediunt matrimonium contrahendum ecclesię vetitum, necnon tempus feriatum. Impediunt fieri, permittunt facta teneri. Est autem vetitum ecclesiæ,ne clam, & sine bannis fiant matrimonia, extrà de clande.despon. Cùm inhibitio.& peccat mortaliter sponsus,vel maritus:si ante benedictionē nuptialem cognoscat sponsam,vel vxorem,in loco,vbi de consuetudine solēnitates istæ obseruantur.Idem est de redditione debiti. Ob has autē causas non dirimitur matrimonium , sed solùm ad tempus separantur,vt agant pœnitentiā,quia mandatū ecclesiæ contempserunt, extrà de matrimonio contracto contra inter.ec.per totū. & sic exponenda sunt omnia Decreta, quæ dicunt eos separādos. 9 Tertia cōclusio est,quomodò intelligatur matrimoniū esse contra vetitum, vel interdictum ecclesię.Vbi aduertendū est,qp interdictum dicitur ab interdicendo.i. prohibendo: vnde matrimonium contractū contra prohibitionem ecclesiæ dicitur esse contra interdictū. Hoc autē est duplex: vno modo, quia contra statutū iuris,& clandestinū:alio modo contra præceptum hominis ministris iuris,& ecclesiæ,& ille oportet,q̄ sit talis,qui possit matrimoniū dispensare,& si non iudicare,vt parochialis sacerdos. Ipse em̄ habet inquirere de impedimento,& inhibere de clandestina despon.c.vlt. Aut iudicare,& si non dispensare, vt officialis episcopi non sacerdos, qui solus benedicit nubentes, vel archidiaconus,aut abbas, qui hæc habent de consuetudine,vel priuilegio: nam nullus inferior episcopo iure suo,& communi est iudex in causa matrimonialitaut vtrumq;:vt epūs,vel superior ratione ordinis cum cura habet dispensare,ratione iurisdictionis habet iudicare. Sed inhibitio iuris semper habet iustā causam,& veram nam lex dicit,eò qp ratione constat, sed inhibitio hominis non semper. Nam medicina nō deficit,sed medicus non ius, sed iuris minister, qñq; excōicatus à iure semper est in peccato,& fortè mortali;non sic in excōmunicato ab hoie,claue errante,qui qñq; est sanctus. 10 Quarta cōclusio est de effectu huius prohibitionis. Vbi sciendum est,qp ista impediunt sic contrahi,qp est pctm̄ mortale cōtrahere contra inhibitionē ecclesiæ:nec potest contrahi sine peccato,nisi dispensatione eius, qui potest. Si autē fuerit contractū de facto ęporibus tribus interdictis tenet,quia licet Papa interdixerit, noluit tamen Papa propter hoc personas esse inhabiles. Sed quando contrahit ecclesię vetitum distinguit,aut est factum interdictum ab inferiore à Papa: qa etiā simplex curatus, sicut habet bāna facere,sic & vetare, licet non dispensare: qa extrà de clande.despō.cū inhibitio.permittitur sibi prohibitio,& non dispensatio: inde est, quod tunc est validum matrimoniū,qa nullus inferior Papa pōt personas inhabiles reddere:sed si sit factū à Papa,aut fuit simplex inhibitio,& tunc idē,quia non sunt propter hoc inhabiles, quoniam non hoc princeps sic vult : aut prohibuit decernens irritum,& inane,& tunc est nullum,quia per hoc reddit eos inhabiles. Plus enim est multos reddere inhabiles, quàm paucos:sed ipse prohibens matrimonium propter cognationem legalem, spiritualem, vel carnalem in gradu non prohibito lege diuina,& huiusmodi, reddit innumeros inhabiles , quia decreuit tale matrimonium irritum:ergo multo magis si constet de mente eius,quando enm tali Decreto interdicit duobus adinuicem,vel aliascontrahere. 11 Quantùm ad secundum articulum, scilicet, quomodò per crimen impeditur,nec dirimitur,sunt tres cōclusiones. 12 Prima de versibus communibus. Presbyterum,vxorem necans,nætiąue,patrinus. Incestus,raptor,solennis non sociantur. Ille,qui interficit presbyterum, extrà de pœnit.& remiss.Qui presbyterum.Secundò,qui propriam vxorem, 23.q.2.Admonere. & cap.interfectores. Tertiò,qui infidiando matrimonio propriū filium de sacro fonte suscepit, vt possit priuare coniugem carnali debito, & copia sui. 30.q.1.De eo autem. Quartò,incestus:quo quis scienter cum propinqua vxoris : & tunc perdit,petitionem debiti tenetur tamen reddere,nec potest contrahere cum adultera:quia affinis est,sed non debet cum altera,sed vterq; sine spe coniugij , econuerso vxor scienter cognita à propinquo viro perdit debiti exactionem, & spem coniugij:magister.24. Distin.c.penult. 32.q.7.Si quis viduam.c.qui dormierit. & cap.Cōcubuisti. Quintò,qui rapuit sponsam alterius. 17.q.2.statutum.Sextò, solenniter pœnitens tēpore pœnitentiæ. 33.q.2.de his antiqui. 13 Secunda conclusio est, de versibus Hosti. Nam Host.addit septimum crimen,dans alios versus;Incestus,raptus,sponsatę mors mulieris.Susceptus proprię sobolis:mors presbyteralis:Vel si pœniteat solēniter,aut monialem Accipiat,prohibent hæc coniugiū sociandē. Incestus:cum cōsanguinea carnali,vel affine;nec refert, vtrum sit incestus cum adulterio, vel sine, sed econuerso : adulterium non impedit sine incestu, nisi in tribus causis dicendis. Non autem legitur de incestu cum cognata legali,aut spirituali, sed de publicæ honestatis iustitia:sic.4.lib.sen.Distin.27.cap. antepenult.de eo,qui cognouit consanguineam vxoris.per totum. 32.q.7.Si quis viduam.cap.qui dormierit.cap.Concubuisti.Et intellige scienter,sicut adulterium conscientiam requirit. C.de diuor.l.vxor. Raptus,scilicet, vxoris alienæ. 32.q.2.statutum.secùs si solutam rapiat virginem, vel corruptam , quia tunc potest contrahere cum ea, si velit iure Cano.de raptoribus.cap.1.de adulte. cap.1.licet cōtrà iure ciuil.C.de raptoribus virgi.l.vna. Vxorem suam licet rapere. de raptoribus, cùm causam facit pro primo. 35.quæst.2. denique de puellis. Si autem placuit. Tertium crimen est, sponsatæ mors mulieris:puta,si quis interficit vxorem propriam: secùs si alienā. de vxoricidio. cap.1.33.q.2.Admonere.nisi fortè sit iuuenis,& de incontinentia timeatur.eo.q.interfectores. cap.in adolescentia. & hoc nisi in adulterio deprehensæ: tunc enim non est reus huius pœnæ. Distinct. trigesimaseptima,in fine:licet sit reus gehennæ: sed iure ciuili,licet patri occidere filiam cum adultero,& marito vxorem cum adultero secundum quosdam : quia præsumitur, quòd parcat adultero propter filiam;vxori timore adulterirsecùs

Art.2. Crimē multiplex impediens.

Quò intelligit matrimoniū esse cōtra interdictum ecclesiæ.

Effectus interdicti circa matrimonium.

iure nouo: quia nec ipsa est rea mortis, sed retruditur in monasterio. c. de adul. Auth. hîc iure nouo. Quartũ crimen est susceptus propriæ sobolis. 30. q. 1. de eo. Quintum crimen est mors presbyteralis, & quia iste peccat in matrimoniũ: quod per presbyterũ ministrat. Sextũ crimen, vel si pœniteat soleniter. Hugo tũ dicit, ꝙ imò ei licet, nisi sit ei spãliter iniunctu cõtinere: sed verius est, ꝙ quia talis habet lugêre non conuenit ei contrahere. 32. q. 2. de his antiqui, & sub regula ecclesiæ viuere dicunt. de pœni. Di. 5. contrariũ &c. & iudicãtur personæ ecclesiasticæ. 2. q. 1. Ad septimũ crimen, quod addit Host. aut monialem. s. accipiat in vxorẽ de facto post professionẽ: quia iniuriat matrimonio Christi. 27. q. 1. Hi igitur prohibent hîc coniugiũ sociandũ, sed non dirimũt post contractum: de eo, qui cognouit consanguineã vxoris transmissæ. 14 Tertia cõclusio est de istis criminibus in generali, quãuis autẽ ista crimina, & fortè aliqua alia impediant matrimoniũ contrahendũ, tamen si adolescentes sunt, & timetur de incõtinẽtia eorum: ecclesia debet eis concedere licentiã contrahendi. ar. 33. q. 2. Antiqui. &. c. in adolescentia. extrà de eo, qui eognouit cõsangui. vxo. Ex literis. Potest autẽ dispensare diœcesanus episcopus: sed dicunt quidã, ꝙ sufficit dispẽsatio proprij sacerdotis: imò hodie de consuetudine non petitur dispensatio. Vnde non est peccatũ mortale, si contrahant timore incontinentiæ art. 33. q. 2. in adolescẽtia. vbi dicitur, ꝙ soleniter pœnitens si timens incontinentiã iuuenilẽ copulam vxoris elegerit, videtur rem fecisse venialem: & in. c. antiqui. videtur dispensare Canon, si continêre non põt, redeat ad coniugiũ. Alia autẽ opinio est, ꝙ contrahere, vel debitũ petere, in his casibus videt mortale: quia peccatũ inobedientiæ nec videtur dispẽsare posse inferior episcopo: nisi quis dicat, ꝙ in Canonibus pœnitentialibus simplex curatus dispẽsat: quia illæ pœnitentiæ sunt hodie arbitrariæ. Non enim curatus tenetur iungere septennẽ pro quolibet mortali: sed illud non valet, quia duplex est Canon pœnitẽtialis: vnus, qui taxat pẽnã imponendã: in isto dispẽsat q̃cũq; põt à pẽtõ absoluere: qa tales secundu diuersitatẽ sunt imponẽdæ. alius qui infligit pœnã, & imponit non dicens imponẽdam, & in ista non nisi episcopus dispensat, & multo minùs sine dispensatione licet. Nec valet consuetudo, nisi cõstaret, ꝙ episcopi longo tẽpore hoc scientes dissimulassent, ꝙ esset dispensare. Igitur videtur peccare mortaliter, quasi contra statuta patrũ faciens, qui sine dispensatione contrahit. Nec obstat, culpam videtur fecisse venialẽ: quia verũ est quo ad ecclesiã, quæ nõ punit. Et ꝙ dicitur, si sit iuuenis intelligendũ cum dispẽsatione episcopi, nõ curati, vt no. de clãdesti. despon. vel cap. sede vacante. arg. glo. nè sede vacan. c. 2. quia põt ea, in quibus non præiudicat episcopo. Et est arg. ꝙ vicarius magistri ordinis, vel prouincialis mortui posit absoluere à pœna silentij, vel dispensare in ea: licet non posset dare licentiã loquẽdi, quia ea, quæ sunt dignitatis, vel ordinis, non transeunt ad vicariũ generalẽ: sed quæ sunt iurisdictionis, quę possunt cõmitti etiã illi, qui est inferioris ordinis, sicut est dispensare, & absoluere, transeunt etiam sicut alia. Nam magister ordinis cõmisit prouinciali Græcię, ꝙ vbiq; absoluere à pœna silẽtij: sed dare licentiã loquẽdi non secum comedenti non posset ipse alij cõmittere, vt ipse daret comedẽtibus secum, sicut magister: vnde adhæret ossibus suis. Si etiam esset vicarius generalis hominis, nisi specialiter exprimeretur, non intelligeretur illud cõmitti. de cõuer. in fide. c. 1. 15 Tertius articulus est de impedimentis matrimonij impedientibus, & dirimẽtibus. Vbi sunt tres cõclusiones. 16 Prima de versibus communibus, in quibus notant. 12. impedimẽta, quæ impediunt matrimonũ contrahendũ, & cũ hoc dirimunt matrimoniũ posteà contractũ. Error personæ, suprà Dis. 30, conditio seruitutis infrà Dis. 36. votũ. s. solẽne, infrà Distin. 38. Cognatio carnalis, infrà Di. 40. Spũalis legalis, infrà Dist. 42. Crimen triplex, infrà Dist. 35. Cultus disparitas, infrà Dist. 39. vis vel metus, suprà Dist. 29. Ordo sacer, infrà Di. 37. Ligamen, qñ cũ alia per verba de præsenti: qa tẽpore gratiæ nullus põt habêre plures vxores, suprà Dist. 33. Honestas publicę honestatis iustitia, infrà Dist. 41. Si sis affinis, infrà Dist. 41. Si fortè coire nequibis, frigiditate naturali, vel maleficio accidentali: de quibus hîc. 1. &. 2. c. Hęc sociãda vetant cõnubia, iuncta retractant, Supple, si præcedant, non si superueniãt. 17 Secunda conclusio est specialiter de criminibus, quę dirimunt. Sunt autem tria, quæ dirimmnt post contractum. Primum est cùm vxor machinatur in mortem viri, vt posteà contrahat cum adultero, vel econuerso. Ad quod tria requiruntur ad dirimendũ. s. adulterium. Secundò, actualis occisio. Tertiò, intentio contrahendi in occidẽdo. 30. q. 1. Si quis viuẽte, extrà de eo, qui duxit in matrimoniũ, quam polluit &c. Super hæc significasti veniens. Secundus casus est, si præstet fidem adulterę de contrahẽdo cũ ea post mortẽ viri, vel econuerso: sed sub nomine fidei etiã nuda promissio intelligit: sed tũc ista duo requirunt. s. pollutio, & promissio. 13. q. 1. Relatum. Tertius, qñ cum adultera cõtrahit de facto. Et hîc etiã duo requirunt. s. adulteriũ, & de facto matrimoniũ, extrà eo. ti. cũ haberet. &. c. Ex literarũ. &. c. Si quis vxorem. Item requiritur in his duobus casibus, ꝙ vterq, sciret impedimentũ: de concessione præben. c. 1. Nam altero ignorãte non dirimit, vt extrà eo. ti. propositũ. &. c. veniẽs. extrà de spon. cũ in Apostolica. sed nihilominus Bersabee fuit vera vxor Dauid, quia nondũ erat hoc statutũ ecclesiæ. 18 Tertia conclusio est de duobus dubiis circa prædicta, quæ impediunt, & dirimunt. Error quidem impedit, & dirimit, qa nihil tam contrarium, q̃ error, qui imperitiã detegit: vt dicit. ff. de iur. o. iu. l. No per errorem. 19 Sed hîc est notandũ, ꝙ error duplex non impedit, vt error qualitatis, quo credit virginẽ, quę corrupta est, & sanã, quæ leprosa est, sed imputet sibi, qui talẽ elegit &c. Secundo, error fortunæ diuitiarũ, & nobilitatis, nisi redũdet in errorẽ personæ: sed error personæ sic de iure naturali: cõditionis autẽ de iure positiuo, & sic posset Papa statuere de errore corruptiõis, vel lepræ, ꝙ dirimeret, & fortè expediret de virgine: qa multi fiunt bigami nolentes, qui futuri erant in ecclesia magistri, & similiter de lepra, qa habent vxores exosas, & fornicãtur &c. Sed non oportet statuere de errore qualitatis corruptionis propter bigamiã: qa si ecclesia indiget, poterit cũ bigamo dispẽsare: vnde non ꝓpter hoc oportet in materia matrimonij nouitatẽ facere. De lepra autẽ ignorata videretur rationabile. 20 Secundũ dubium est, cùm quis contraxit cũ secunda de facto nesciẽte, an ei debeat dicere. Et videtur consulendũ ei, ꝙ ei non dicat, nisi speraret, ꝙ dimitteret redire ad primam: quia si postq̃ dixerit ei ipsa scienter cohabitauerit ei carnaliter prima viuente: ex tunc etiã illa mortua non possunt matrimoniũ contrahere, qui possent si illa semper ignorasset: si etiam dicat ei, ipsa non tenẽt ei credere, cũ sit occultũ. Et nihilominus si non credat, posteà poterit esse inter eos matrimoniũ, quod non posset, si ipsa ei crediderit, & nihilominus per adulteriũ ab eo permiserit se pollui. 21 Ad argumenta in oppositũ: ad primum dicendũ quod nullus impeditur à matrimonio simpliciter, quin liceat cum aliqua contrahere, nisi habeat impedimentũ naturæ, vt frigidi: vel nisi assumpserit impedimentum voluntariè: vt qui vouet soleniter, aut ordinẽ sacrum suscipit: impedis autem

Nota.

Opin. glo. & c. si quis. 33. q. 2.

Impro.

Declarat qd possit vicarius ꝓuincialis.

Nota.

Art. 3. Errores impedientes, & dirimentes.

Dubi. 1.

Nota.

Resolutio.

Dubi. 2.

Ad argutia oppositum.

autẽ aliquis rationabiliter, vt non possit cõtrahere cum qualibet, sed cum determinata: & hoc modo sunt plura matrimoniorum impedimenta. 22 Ad secundum dicẽdũ, ꝙ illud qd' fit à Deo immediatè sine causis secũdis non põt impediri: quod autẽ est ab eo cooperãtibus causis secũdis, põt impediri multipliciter: & sic est de matrimonio, qd' licet à Deo sit institutum: completur tñ cooperatione secũdarũ causarũ, ꝓpter qd' multipl'r impedit.

QVAESTIO SECVNDA.

De impotentia ad actum coniugalem.

Thom. 4. Dist. 34. q. vnica. art. 2.

SECVNDO quærit, vtrũ impotẽtia ad actũ mrimonij impediat mrimoniũ: & videtur ꝙ non, qa mrimoniũ est perfectũ: dato ꝙ non sequaẽ actus mrimonialis, ergò illud, ꝙ solũ impedit actũ, non impedit mrimoniũ, sed impotẽtia, de qua loquimur, solũ respicit actũ: ergò nõ impedit matrimoniũ. 2 Prætereà, sicut impotẽtia impedit actũ mrimonij, ità volũtas continẽdi, sed volũtas cõtinẽdi non impedit matrimoniũ, vt patet in virgine, & Ioseph: ergo nec impotẽtia. 3 Contrà, qa nullus põtse obligare ad impossibile, sed per matrimoniũ obligaẽ quilibet coniugũ ad reddendũ alteri debitũ, & qui nõ possunt debitũ reddere non possunt se ad matrimoniũ obligare. 4 Ad idem quod dicit de frigi. & malefi. c. 1. ꝙ sicut puer, qui non põt reddere debitum nõ est aptus mrimonio, sic impotentes minimè apti ad cõtrahenda mrimonia reputanẽ. 5 Respondeo, hîc sunt tria videda. Primò, de impotẽtia ex parte viri, quæ vocaẽ frigiditas. Secũdò, ex parte mulieris, quę vocaẽ arctatio. Tertiò, ex parte vtriusq;, quæ vocatur maleficiũ.

Art. 1. Impotẽtia coẽũdi multiplex.

6 Quantũ ad primũ sunt q̃tuor cõclusiões. 7 Prima, ad euidentiã sequentiũ est, ꝙ impotentia coëundi est vitium animi, vel corporis, vel vtriusq;, quo quis impedit alij carnaliter cõmisceri. Species autẽ eius sunt duæ: qm̃ alia est naturalis ex causa intrinseca, vt frigiditas in viro, arctatio in muliere, defectus ætatis in vtroq; ante pubertatẽ. Alia accidẽtalis ex causa extrinseca, vt castratio, & maleficiũ, naturalis si sit tẽporalis, nõ impedit nisi ad tẽpus in puero: qa impuberes cõtrahere non possunt, siue vterq; sit impuber, siue alter. 30. q. 2. c. 1. extrà de frigi sedere. frigiditas autẽ impedit, si sit perpetua. 33. q. 1. c. 1. &. 2. extrà de frigi. & malefi. c. Laudabilẽ. Appellatione autẽ frigiditatis caliditas, & qd'cunq; perpetuo actũ impediẽs intelligit. Non autẽ si effectũ generationis tñ impediat, & nõ actũ: vnde vetuli cõtrahere possunt, q tñ generare nó possunt, nec est hoc in naturale cũ muli naturaliter sint steriles, qui tñ actum illũ actiuè, & pasiuè exercẽt: vñ nec ꝓpter sterilitatẽ mulierũ præcedentẽ, vel ignoratã dirimit, similiter ex parte viri. 8 Secũda conclusio est de castratis, & spadonibus, de quibus dicit lex, ꝙ castratus non põt cõtrahere: sed spado. glo. per castratos castè natos: per spadones, qui ab hominib' fiunt, qua si spato, alij ecõuerso: vnde videtur ꝙ tales si naturaliter vel accidẽtaliter impediunt non solũ ab effectu, sed etiã ab actu generationis si prẽcedat impedit cõtrahendũ, & dirimit post contractũ. Si autẽ non impedit actũ, sed effectũ tñ: vt in quibusdã quorũ virga erigit, & semẽ licet inualidũ emittit, valet matrimoniũ. Cõcupiscẽtia enim spadonis virginẽ defloraui. eccle. 20. Si autẽ virga tenditur sed semen non emittitur, defloraꝛe quidẽ põt, nec põt tamen matrimoniũ contrahere secundũ quosdã. 32. q. 7. His qui nec cõtrahitur affinitas: sed quãdo sectio sequitur matrimoniũ, & precedit cõsummationẽ, dicit quidam ꝙ soluit: quia magis morit carnalib' actibus, q̃ monachus, alij contra: sed de hoc dictũ est suprà. 27. Dist. Item qui non põt seminare in loco debito, non põt contrahere: quãuis reliqua & defloraꝛe posit: qa impotẽtia coëundi absolutè est, qñ quis non põt carnalẽ copulam exercere: nõ reputatur autẽ in iure carnalis copula sub sequuta, nisi fit consummata per seminationem ordinariam, extrà de spon. c. vlt. Vnde ille, qui omnẽ humorem etiam vrinæ emittebat per partẽ posteriorẽ, licet rigore membri defloraꝛet, non potuit contrahere. 9 Tertia conclusio est, de scientibus hoc impedimentũ: vbi est sciendũ, ꝙ ille qui sciuit in se in alio impotentiã non põt inuito alio discedere ꝓpter tale impedimentũ: deco qui duxit in ma. quã polluit. c. 1. &. c. Illa. Imputet autẽ sibi qui talẽ elegit. C. de spon. l. vl. Serò enim accusat mores, quos ducendo talẽ persoñã in matrimoniũ cõprobauit. ff. de adulte. Si vxor in fi. aliàs autẽ posset: puta si incontinenter viueret, aut aliàs inhoneste, vel vir malè eam tractaret, vel mulier ei venenũ pararet: non popter hoc tñ separenẽ quo ad vinculũ, qd' verè fuit, ex quo vterq; simpliciter cõsensit: sed quo ad cohabitationẽ, nec hoc etiã nisi in casu nisi aliàs possent separari: qa ex quo fuit verũ matrimoniũ, nisi ob fornicationẽ, vel timorẽ mortis, vel religionẽ quãdo non fuit cõsummatũ: & hoc fortè liceret suscipere sacros ordines impotẽti cognoscere, dum tñ prouideret mulieri in necessariis. Si autẽ ignoraꝛet etiã in seipso: vt si vir credebat non se impotentẽ, vel mulier non se arctã: qñ perpẽderint possunt etiã propriã impotentiã allegare, licet secũs in seruitute, quã seruus ad dirimendũ matrimonium nunquam potest allegare.

Casus facti.

Nota.

10 Quarta conclusio est, ꝙ qñ separantur propter frigiditatẽ viri, vxori datur licẽtia contrahẽdi: viro interdicitur si est impotẽs simpl'r: si autẽ est impotens respectu istius tm̃: qa. s. ista est virgo: si autẽ esset corrupta posset eam cognoscere, licentiandũ est cum corrupta, & nõ simpliciter est prohibendũ, qa non se debet effectus extendere vltra causam. Si ergò non est impotẽs nisi ad istam & potens ad illam, cum illa non debet prohiberi: sicut nec cũ nulla si esset potẽs ad oẽm. Si autẽ est impotẽs ad oẽm, sine spe coniugij manere deberet. Dico autẽ impotentẽ, non solùm qui non põt seminare: sed etiã qui non põt seminare in loco debito: sed solũ extraordinariè pol luere: qa non põt claustra reserare: quia illud est impossibile de iure: & qa illicitũ & contra naturã nullo modo faciendũ. 11 Quantũ ad secundũ de arctatiõe mulierisunt. 3. conclusiones. 12 Prima de opinione quorundã Iuristarũ, ꝙ si põt ei subueniri per incisionẽ sine periculo corporali, vel per assiduũ vsum cũ hoie nõ impedit, extrà de fri. c. Ex literis. ità ꝙ si separata à primo, & copulata secũdo per vsum eius fiat apta primo, redditur ei: si non qa non sunt consimilis cõplexionis, non: extrà. c. Fraternitatis. sed vltra tertiã vicẽ non est reddẽda primo: qa post primã sententiã nõ sunt ferẽdę nisi duę: cùm non liceat tertiò ꝓuocare. 2. q. 6. Si quis in quacũq;. Dicunt etiã quidã ꝙ nõ põt mulier cogi ad incisionẽ propter periculũ. 32. q. 7. Quod proposuisti: vnde dicunt, ꝙ nõ est matrimonium quãdiu sic inepta est: sed requiritur nouus cõsensus, vel cõtinuatio primi post incisionẽ, vel vsum sequẽtis viri: sed si nõ fuit matrimoniũ: videt mirũ quare reddit primo, cũ sed'm tenuerit: si autẽ fuit verum mrimoniũ nõ potuit nubere secũdo: vnde dicendum, ꝙ illud est de incisiõe, aliud de vsu: mrimoniũ eñ nõ impedit nisi ꝓpter impotentiã perpetuã: si autẽ mulier non potest fieri apta huic viro per vsum eius: sed solùm per vsum alterius: iudicatur perpetuum impedimentum: quia durante primo non licet sibi vti altero; & tunc

Art. 2. Ray. in summa ti. de impotẽtia coeundi, & idẽ gloss. §. 3. id hosti.

Frigiditas quomodo separat matrimonium.

Opi. glo. Ray. ibi.

& tunc contrahendo cum secundo deberet manêre cum eo: si nullo alio modo poterat fieri apta primo viro, sed si per incisionem potuit fieri apta primo,& non vltimo, adhuc est perpetuũ impedimentum, quare non cogitur.

Opi. s. Tho. Dis. 34. q. 1. art. 2. latiùs Io. P'c. in sũ. confes. ti. 16 q. 8. lib. 4.

13 Secũda conclusio est de opinione contraria, quę videtur verior, ꝙ si pōtei subueniri sine periculo per inci sionem, ꝙ cognoscatur ab isto, ꝙ siue velit, siue non, est impedimentũ temporale, nec dirimit, quia si hodie non vult cras potest velle: vnde voluntas, quæ non est perpetua, non facit perpetuum impedimentũ: similiter si per vsum istius hominis, de quo quæritur, pōt fieri cognoscibilis, tēporale est, nec dirimit. Si vero nec per incisionē, nec per vsum istius pōt fieri cognoscibilis ab isto: quamuis per vsum alterius posit fieri cognoscibilis isti, non est separanda, nec reddēda: etiam si per alium fuerit illi aptata, quia quandiu est iuncta non potest alius ea vti: & sic illud remediũ est impossibile de iure diuino, & positiuo, qa esset adulteriũ, vel fornicatio: vnde si primum matrimoniũ tenuit, secundũ fuit adulteriũ: si primũ fuit nullũ, secundũ fuit validũ: & sic non est primo reddenda. 14 Tertia conclusio est de effectu huius impedimenti, vbi sciendũ, ꝙ quādo propter arctationē separantur: si sic est arcta, ꝙ à nullo est cognoscibilis, ipsa manêre debet sine spe coniugij, viro licet ad vota alia conuolare: qñ verò sic est arcta, ꝙ licet nō sit cognoscibilis ab isto sene: est tamen cognoscibilis ab alio iuuene, & potẽte, licentianda est ad alium. Et dicitur incognoscibilis, qñ non potest intra eam naturaliter seminari, licet possit extraordinariè pollui. Absit enim propter tales turpitudines matrimoniũ concedi: qñ honesta, & naturalis cōmixtio est impossibilis: qñ verò separata alij cōmixta est, & ab illo cognita matrimonialiter, vel fornicariè, si est similis conditionis: qa ecclesia tunc fuit decepta: qa verisimile est, ꝙ per longum vsum fuisset sic aptata: tunc reddenda est primo, quia fuit impedimentũ temporale. Sed qñ sunt diuersæ cōditionis, vt qa primus est senex, & frigidus: secundus iuuenis, & calidus, non est ei redden da propter oppositā rationē, quāuis sit dubitatio de hoc vsu. Nam si non est aptāda per vsum alterius, qa esset fornicatio, multo minùs per vsum istius, qui non pōt perficere: qa est peccatum grauius extraordinaria pollutio, vtpote contra naturā. Et ad hoc pōt dici, ꝙ quāuis non possit perficere claustra pudoris totaliter frāgendo, pōt tñ seminando.

Art. 1. Declaratur posibilitas maleficiādi in. 5. casib°.

15 Quantũ ad tertium articulũ de maleficio sunt tres conclusiones. 16 Prima conclusio est de potestate maleficiādi, vbi notandum est, ꝙ Diabolus pōt impedire hominem Deo permittente multipliciter. Habet enim ex hoc, ꝙ est spiritus, potestatē super creaturam corporalē ad motum localē prohibendũ, vel faciendum: vnde potest corpora impedire nè sibi etiā mutuò appropinquent, vel directè, vel indirectè, interponēdo se inter eos in corpore assumpto: sicut accidit spōso, qui desponsauerat idolum, & nihilominus contraxit cum quadā iuuēcula, nec potuit eam cognoscere ꝓpter hoc. Secundo modo pōt hominē inflāmare ad actum illum, vel refrigerare ab actu illo, adhibendo occultè virtutes rerum, quas optimè nouit ad hoc validas. Tertiò, turbando imaginationē, & æstimationē, quæ reddit mulierem exosam, quia pōt imaginationē imprimere. Quartò, prohibendo directè rigorē membri, sicut & motũ localē cuiuscũq; organi. Quintò, prohibendo immissionē spirituum ad mẽbra, in quibus est virtus motiua, quasi intercludẽdo vias seminis, nè ad vasa generationis descendat, vel nè ab eis recedat, vel nè excidatur, vel nè emittatur, & multis aliis modis. Cùm autē faciunt mulieres sortilegia cum fabis, gallorũ testiculis, non est credendũ, ꝙ virtute illarũ rerum vir impotens reddatur, sed occulta virtute dæmonum illudente sortiarias per illa corporalia. Plus autē permittit Deus super hunc actũ, per quem primũ peccatũ transfundit, q̃ super alios humanos, sicut & super serpentes, qui magis incātationibus deseruiũt, q̃ alia animalia. Exemplũ autē de inflāmando ad illum actum habet in vita Basilij de virgine, quæ seruũ parentum cōcupiuit. Et de illo, qui idolum desponsauit, & spōsam cognoscere nō potuit. Idem est etiā de muliere: quia pōt imaginationē eius sic dementare, vt exosum habeat virum, ꝙ pro toto mundo non permitteret se cognosci. Item per motum localē corpore interposito, vel vase obstructo: pōt dæmon per maleficiũ impedire mulierem, licet virum pluribus modis: ideò vir sæpius maleficiatur, q̃ mulier, & magis permittit Deus in peccatores dæmones sæuire, quàm in iustos: vnde angelus dixit Thobiæ, In illos, qui libidini vacant &c. accepit dæmoniũ potestatem: licet aliqñ in iustos, sicut in Iob: propter quod debent facere confessionem, & hmòi, nè ferro manente in vulnere frustra sit malagma apponere.

Maleficia magis in viro, & in iustis, q̃ mulere, & bonis exercetur.

17 Secunda conclusio est, qñ per maleficium matrimoniũ dirimat. Et quidē si est perpetuũ, aliàs non. Sed iudicatur post triennium perpetuũ, nō quin à Deo posset dirimi, qa in hoc apparuit filij° Dei, vt destruat opera Diaboli, vel opere Diaboli, qui sanat ex hoc, ꝙ torquere cessat, vt patet in legẽ. sancti Bar. sed quia non posset tolli opere humano: qa non est potestas super terram &c. imò nec super cœlum post Deum, quæ Lucifero in naturalibus valeat cōparari, nec semper exorcismi liberant: qñq; quidem propter pctm: qñq; autē propter bonũ hominis, cui non expedit nubere: vnde nec Paulũ tertiò rogantē contra angelum Sathanæ Dñs exaudiuit: sed quod ad separationē est differentia inter frigidũ, & maleficiatũ regulariter: qa frigidus nullā pōt cognoscere: vnde manet sine spe cōiugij, sed mulieri datur licētia nubẽdi, vel ecōuerso, si ipsa sit arcta, & vir potens. In maleficiatis autē datur vtriq;: sed in casu potest esse ecōuerso. s. ꝙ aliquis est frigidus, & impotens ad vnā: puta virginē, quæ est potēs ad aliā: & tūc nullo modo debet alij defloràda exponi: sed datur licentia mulieri nubẽdi viro, & cōtrahendi cū corrupta secūdum quosdam: & econuerso, si mulier est sic arcta, ꝙ pōt cognosci à iuuene, sed non à sene, alij dissimili nubere pōt cùm separat: ecōuerso, qñq, aliquis maleficiatur ad oēm mulierē, & tunc nulli iungi pōt: si autē contraxerit, ad primā redire debet, si potēs est: vnde ad sciendũ si est potens semper sibi mutuo tenētur debitũ reddere, quan tuncũq; matrimoniu contraxerint.

Maleficiatus quòd dirimit matrimonium.

18 Tertia cōclusio est de probatione, vbi sciendũ est, ꝙ si velint cōmanere veri coniuges sunt, sicut Maria, & Ioseph. Si autē ambo proclamant, & euidētissimis signis impotētia probari pōt, non expectatur triennium, sed statim separantur. Si autē non sit euidēs, oportet ꝙ per triennium cōmorati iurent ambo, vir quidē, ꝙ studiosam operā dedit bona fide sine fraude, ꝙ eam cognosceret, & non potuit perficere: mulier autē, ꝙ per eam non stetit, nec fraudē adhibuit, quin vir eam cognosceret, sed non fecit. Sacrales autē iurabunt, ꝙ credunt eos verū iurasse: extrà de Purga. Cano. c. Inter solicitudines. De triennio isto, Auth. de nuptiis. §. per accusationē. Et interdicit matrimoniū impotenti, concedit potēti, si sit impotētia ad oēm. 33. q. 1. Requisisti, extrà de frigi. & malef. Fraternitatis. Si autē mulier dicit, ꝙ vir non pōt eam cognoscere, & vir assensit, ꝙ imo standū est viro, caput est mulieris. 4. lib. sen. Di. 34. c. 1. in fin. 33. q. 1. Si quis acceperit. nisi mulier probet contrariũ per aspectum corporis. extrà de spon. impuberum. Continebat. extrà de probationibus. proposuisti. Econtrà, si vir dicat se non posse cognoscere, & ipsa asserat contrariũ, viro nō ꝓbante ipsa absoluit. C. de ædendo. l.

Richardus artic. 2. q. 1. aliud cōfilij Alber. vide hîc artic. 4. q. 2.

Vir qũo teneat probare impotentiā coniugis & econuerso.

dó. l. Qui accusare. Sed videt qñ ipse allegat impotentiā mulieris, ꝙ ipsa teneat ostēdere se inspiciendā: quicunque enim asserit imprægnationē vir vel mulier vẽter inspici & custodiri debet. ff. de ven. inspi. l. 1. in prin. sicut argētarius etiā cōtra se rationes ędere debet: & tunc est pro muliere q̃ sciens se corruptā, quærit consiliũ diuertendi à viro impotēte. Et quidē si vir cōsentiret facile esset: quia cum septima manu se purgarent: sed marito inuito per inspectionē sui corporis non pōt obtinere cū sit corrupta: sed ex quo petit separari: videt ꝙ vir cui° im potentia allegat se ostēdere teneat. Si dicat ꝙ semp sed ius cōmune actori vel accusatori incūbit onus probādi, alio negāte. Dicendũ, ꝙ ī causa diuortij vir & mulier ad paria iudicanē: vñ sicut vir allegās mulierē arctā audit petēs eā inspici: sici ecōuerso mulier allegās virū eunuchatū auditur petēs aspectū corporis. Et idē etiā si dicat impotentiā eius respectu ei° posse ꝓbari. 19 Ad argumenta in oppo. Ad primũ, dicendũ, ꝙ impotētia ꝓpetua nō solũ impedit actũ sed obligationē, in q̃ cōsistit essential'r mrimoniũ sed'm quosdā: qa nullus pōt trāsferre in aliũ illud qd' nō habet, nec hre pōt. 20 Ad sed'm eodē modo est dicendũ, ꝙ volūtas continēdi impedit solũ actum, & nō obligationē, impotētia verò impedit vtrũq;.

DISTINCTIO. 35. QVAESTIO 1.

Circa Dist. 35. quæruntur duo. Primò vtrũ propter adulterium vnus coniugum possit alium dimittere. 2. suppositio, quòd sic, vtrum liceat celebrato diuortio cũ alio, vel alia contrahere.

Eodem turc vtitur vir & mulier.

Thom. hac eádem Dist. 4.

RGO primo quæritur, vtrũ ex causa fornicationis liceat coniugem dimittere. Et videt ꝙ nō, qa quos Deus coniunxit, homo non separet: sed adulterās non fuit minus à Deo coniunctus, q̃ castus: ergò nō est magis separādus. 3 Cōtrà, qui tenet adulteram stultus, & insipiens est. 4 Respōdeo, hîc sunt. 5. videnda. Primò, de potestate dimittendi. Secundò, de impossibilitate. Tertiò, de necessitate. Quartò, de authoritate. Quintò, de æqualitate, vel paritate. 5 Quantũ ad primũ, de potestate dimittendi vxorē propter fornicationē sunt quatuor cōclusiones. 6 Prima cōclusio est de fornicatiōe carnali naturali: qa etiā matrimonio consummato licet viro dimittere vxorē, ex causa fornicatiōis carnalis, vt oīa iura clamāt etiā iure politad correptionē eius, vel vitandā infamiā, & prolis incertitudinem: etiam si iurauerit non dimittere, vel non accusare: de iureiur. Quēadmodũ. qa vt alibi dicitur, Frangēti fidem fides frangat eidem: & hoc de fornicatione carnali: licet ergò nō liuore vindictæ, sicut nec iudex iniustè quod iustũ est exequēs, vel amore pecuniæ, vt lucretur dotē: sed zelo iustitiæ nè delictũ remaneat impunitum: & sicut alibi dicit, vt vni° pœna sit metus multorũ: sicut propter hoc repudiata est Regina Vasti, nè eius exēplo cæteræ vxores contemnerent maritos suos, Hester. 1.

Art. 1. Fornicante vxore carnali r licet marito dimittere cam.

For. spũal'r licet. & cætera.

7 Secũda cōclusio est, ꝙ idem est de spirituali. Et ratio huius est, qa ista est contra bonũ prolis prout finis eius est cultus Dei, & est cōtra bonũ sacri, & coniunctionem animorũ, sicut alia cōtra coniunctionē corporũ. Item intelligendũ est de spirituali fornicatione, vt si incidat in hæresim, Iudaismũ, vel gētilitatis errorē. 28. q. 1. Idololatria. extrà de diuor. Quæsiuit. sed ꝓpter carnalem semel commissam. Propter spũalem autē non, si se velit corrigere. Et est arg. ad matrimoniũ spũale: ꝙ Papa non deponitur propter hæresim, vel idololatriā si respiscat, nec pertinacia adiungat. 8 Tertia cōclusio est, ꝙ idem est de fornicatione innaturali, qa ꝓpter hanc venit ira Dei in filios diffidētiæ, de vita & hone. cle Ne cle. & Auth. Vt non luxur. cōtra naturā, coll. 6. hoc igitur extendit ad vitium Sodomiticum, & pollutionem extraordinariā cū alio vel cum alia cōmissam. Et idem dicunt quidē de omni peccato cōtra naturam ar. 32. q. 3. Meretrices: vbi dicit, ꝙ nomine Mœchiæ oīs illicitus cōcubitus, atq; illorum membrorum non legitimus vsus intelligi debet: tñ si alter agat cū altero in mẽbro innaturali, vel posteriori: vel polluit se ꝓpriis manibus, notat gl. ꝙ non possunt ꝓpter hoc se dimittere. 32. q. 7. Oīes trasactiones. maximè si vellet se corrigere: quia plus offendit qui potestatē sui corporis trāsfert in aliũ, quàm qui aliter abutitur non in aliũ transferēdo: tñ quia mœchia simpliciter est causa diuortij sufficiēs cū sit æqualiter: imo grauior mœchia in omni peccato cōtra naturā, q̃ in adulterio ꝓpriè dicto: ideò indistinctè est idē effectus. 9 Quarta conclusio est in suspicione, qa hoc etiā extenditur ad fornicationis suspitionem violentā: vt si fuit solus cū solamod° cū nuda in eodē lecto iacēs, loco & hora secretis & ad hoc cōmodis. 32. q. 1. dixit Dñs Euāg. ver. vbicũq;. extrà de ꝑsum. Literis tuæ. infrà terminatis. 10 Quantùm ad sed'm arti. s. de impossibilitate sunt septē conclusiones, secundũ septē casus, in quibus vxor nō pōt dimitti propter fornicationē 11 Primus, si & ipse fornicat° sit, qa paria delicta mutua cōpensatiōe tollunt. ff. so. mal. viro atq; vxore. 32. q. 5. per totũ extrà de diuor. sign. Et in ista. 35. Di. c. 2. si etiā vir fornicat° est occultè, illa manifestè, nō pōt eam sine pctō dimittere nec accusare: qa mulieri nō deficit ius excipiēdi: sed probatio. ff. de testa. tutel. l. duo sunt Titij: vnde indistinctè dicitur Distin. 32. q. 7. per totum, quia neuter potest alium dimittere, vel accusare si & ipse fornicatus est, probatur hoc de regularibus. c. veniens. & de conuer. coniug. c. vlt. Sed notandum est, ꝙ benè fit compensatio naturalis ad innaturalem, qa eiusdē generis sunt: sed non corporalis ad spiritualē, sed econuerso. Nemo enim cogendus est in periculum animæ suæ communicare infideli: sed nec prohibendus est ius suum ab infideli repetere, vel excommunicato: quāuis simpliciter debitum negandũ: quia vxor participando cum viro non incurrit, vnde adulter potest repellere hæreticum, non econuerso: quia hęresis est grauior fornicatione. 12 Notandum est etiā, ꝙ sicut alibi dicitur vltima mora nocet, & illa est quæ trahit ad se periculum: & ideò est ꝙ vtroq; fornicante ille qui corrigitur habet ius dimittendi incorrigibilem vel incorrectum, & non ecōuerso: quia iam non sunt paria delicta, correctũ & non correctum, cùm vnum adhuc sit delictũ & aliud desierit esse delictum. Si autem vterq; sit correctus, tunc sicut dicit lex pacta nouissima sunt seruanda: vnde sicut actor cui vltimo reus fecit pactum de petendo contra pactum de non petendo factum prius: replicare pōt de vltimo pacto: & si rursus faciat pactum contrarium, semper vltimũ seruandũ est: ita videtur ꝙ qui post quā fornicatus est ius perdit: qd' recuperat alio posteri° fornicante: & sic semp alternādo qui posterius fornicat perdit ius qd' habebat debitũ negādi, & dimittēdi. Qui ergò fornicādo prius ius petēdi perdiderat, ipsum recuperat alio posteā fornicāte: qa iste ius excipiendi perdit, et illo petēte iura matrimonialia si excipiat de fornicatione prima, alius replicabit de posteriore, & sic semper vltimo

Nota.

Idē licet ꝓpter forn. in naturalem. Alb. hîc art. 8. q. 1. & hugs. cap. mere trices. 32. q. 4. opi. do. & idem. s. Th. hîc art. 1. ad tertium.

De hoc ī gl. 11. q. 3. cap. Absit.

Art. 2. Casus. 7. in quo nō pōt dimitti ꝓpter fornic.

Notabile.

Nota de vtroq; fornicāte si alter corrigit potest dimittere vxorem.

vltimo fornicans succũbit, saltẽ añ sententiã Eccleſiæ. Vbi autẽ mulier est ignara vel expressa excusatur, quia adulteriũ dolum respicit. 13 Secundus casus est, propter crimẽ lenocinij si ipsemet vir eã prostituit: extra de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. Discretionem. vnde exceptio lenocinij repellit accusantem, anteq̃ nomẽ accusatæ sit receptũ inter eos. ff. so. ma. l. cum mulier, aliàs vterq; puniretur. ff. de adulterijs. l. 2. §. si publico. Ratio huius est, quia lenociniũ nõ minus crimen est q̃ adulterium, de ritu nup. Palam, imò peius. Et idem si sciuit & non prohibuit cũ potuit. Idem enim est scientem non prohibere cum possit delictum inferioris, & imperare, secus aũt si indirecte occasionem ei dediſſet, expellendo eam vel necessaria negando: quia non est ignoscendũ ei quæ prætextu paupertatis turpissimã vitã eligit, dicta, l. Papã, nisi eã expellendo hoc intendiſſet & voluiſſet: de diuor. c. ex literis. 14 Tertius casus est, si probabiliter credens propter longã absentiã virũ mortuũ alij nupserit, nisi scienter cognita fuerit à secũdo postq̃ primus venit. xxiiij. q. ij. Cum per bellicã. Ratio huius est, qa diuortiũ dolũ requirit. C. de diuor. l. vxor. 15 Quartus casus est, si cognita fuerit latẽter ab extraneo sub specie viri. 34. q. 3. In lectũ mariti supra. di. 30. c. 1. vbi hodie etiam excusaretur. &c. sicut excusatur de Lya Iacob, nõ sic aũt Olympias à Nathanabo, & etiã Paulina Amãdo: quia sub specie Dei nõ viri, sed fortè excusantur ibi voluntate virorũ. 16 Quintus casus, si fuerit vi oppressa. 32. q. ij. proposito, quod intelligo de vi absoluta. Nã sine metu, præcepto parentũ vel infantia consanguineorum, vel alia consimili causa fornicetur, etiã cũ aliquo contrahendo cum illo de facto nõ excusaretur. 32. q. 7. Oẽs canones, vnde non excusantur Micol & filia Ptolomæi. 1. Mach. xi. & vxor Sansonis. iud. 15. 17 Sextus casus, qñ recõciliauit eam scienter & sponte eã cognoscẽdo. Nam si ignoranter, aut coactus per Ecclesiã: sec. 33. q. i. c. 2, &. 3. C. de adulterijs. l. Crimen adulterij maritũ retentam in matrimonio vxorẽ inferre non posse, nõ tñ reconciliat qui non statim expellit, cũ nõ possit auctoritate propria. Et idem si ignoranter: quia nihil tam contrariũ consensui q̃ error qui imperitiã detegit: nec ignorans præsumitur ius suũ quitare: quia non cõsentiũt qui errãt, & nemo in necessitatibus liberalis existit: nõ tamen tenetur reddere debitũ ex quo cert⁹ est de iure suo &c. 18 Septimus casus est, qñ secundũ legem suam infidelitate repudiata adulterata fuit post repudiũ alij nubendo, extra de diuor. Gaudem⁹. §. vl. 19 Quantum ad tertiũ articulũ scilicet de necessitate expellẽdi, sunt septẽ cõclusiones. 20. Prima quidẽ de triplici correptione adulterij. Prima quidẽ correptio est verborum quæ est vtriusq;, sicut fraterna correctio: sed vir qui est caput increpare, & vxorẽ obsecrare habet secundũ illud non des mulieri potestatẽ aíę tuę, et mulier si primatũ &c. Exemplũ de Philippo magno qui cõtempsit cõsiliũ cõiugis suæ, sed Imperator de cõsilio cõiugis legẽ promulgat. Secunda correptio est verberũ et factorũ, & hic solũ est virorũ, licet cõcubina regis eũ cederet. 2. Esdrę. 4. & 2 Reg. 4. effœminati dñantur nobis. Tertia correctio est ejectio. Vbi sciendũ, q̃ vir nõ tenetur vxorem ejicere, qñ ipsa est corrigibilis: sed põt si vult, quia nulli facit iniuriam qui vtitur iure suo. Si aũt sit incorrigibilis tenetur dimittere. 21 Secunda cõclusio est, de distinctione quorundã circa pœnã ejectionis. Quia aut est occulta fornicatio, & tunc dimitti nõ debet propter scandalum, nè crimẽ occultũ prodere videatur secũdũ Petrũ de tharanthasia. Sed licet expellere nõ possit nisi ꝓbare possit, tamen ex quo certus est ius non deficit sed probatio: vñ quo ad thorum põt sẽ separare. Si aũt est fornicatio manifesta, aut nõ pœnitet, & tunc qui tenet adulterã stultꝰ est, & crimẽ lenocinij cõmittit. C. de adulterijs. l. 2. aut in spe, vel in re ostendit se pœnitere, & tunc potest retineri sine pctõ: quia licet viro renũciare iuri suo. & sic distinguit magister. 30. di. 5. potest etiã si vult dimittere: qa secũdũ iura pœnitẽtia nemo nocẽs esse desinit. 22 Tertia cõclusio est, de alia opinione q̃tum ad incorrigibilitatem. Quis enim incorrigibilis debeat expelli intelligo, quãdo melius corrigitur per hoc q̃ per aliud, & ipse confidit de sua continẽtia, Nam si per retentionem ipsa corrigitur à tanto, & si nõ à toto: cum per eiectionẽ ipsa sit cum pluribꝰ & pluries fornicatura, magis corrigit eã retinẽdo q̃ eijciendo: vnde si ꝓpter aliud nõ tenetur eijcere, nisi ad correctionẽ: ideo &c. Similiter si ipse diffidit se posse cõtinere, etiã si ipsa nõ magis cõtineat retẽta q̃ expulsa, adhuc ꝓpter se nõ ꝓter eã põt eã retinere. Et hoc magis est cõsulendum cum videamus propter diuortium adulterã prostitui, & illum qui prius erat innocens per adulterium pollui· 23 Quarta cõclusio est, recolligere ex prędictis quinq; casus quãdo nõ tenetur dimittere. Primus quãdo nõ tenetur dimittere licet possit. s. quãdo occultum est, quia cessat ratio de scandalo. Secundus, quando correcta est vel speratur de correctione. Tertius, quãdo incorrigibilẽ animo potest cõpescere includendo: et sic cohibendo nè exeat, & ꝙ nullus intret nisi ipse. Quartus, quando saltẽ plus cohibetur per hoc ꝙ retinetur, q̃ exposita q̃ eo ipso se prostituit. Quintus, qñ timet sibi de incontinẽtia: qa nõ tenetur vir plus corrigere vxorẽ q̃ dñs famulũ: sed dñs famulum vel seruum excõmunicatum non tenetur expellere: sed licite põt ab eo debitũ seruitiũ repetere, & tũ est minus debitũ dño, q̃ ab vxore viro. Sic igitur cũ detrimento iuris sui & periculo non tenetur expellere: sed quia hic timetur scandalum, et propter scandalum pharisęorũ non tenetur homo dimittere ius suũ, ideo prius debet exponere illis qui sciunt illã fornicatam, ꝙ nõ vt foueat illam in crimine: sed magis vt eam melius cohibeat iuxta se retinet, & vt eam impediat à peccato, & cũ hoc sit verisimile si quis ex hoc scandalizatur, non est scandalum pusillorum procedens ex ignorantia, vel infirmitate, sed pharisæorum ex malitia quod est continendũ. Si ergo potest retineri sine scandalo pusillorũ, & nõ potest dimittere sine periculo suo licite potest retinere. Auctoritates igiturq̃ dicũt ꝙ non licet eã retinere, loquũtur quãdo nõ põt sine scãdalo, vel qñ per hoc quod retinetur deterior efficitur, vel quando non propter suũ periculũ hoc facit. 24. Quinta cõclusio est de muliere, ꝙ nõ sic ipsa tenet dimittere virũ: quia nõ habet sic corrigere facto. Et est verisimile, ꝙ quãdoq, accedens ad vxorem, tanto minus accedit ad fornicariã: vnde omni illo casu quo licet viro adulteram retinere: multò magis cõuerso & plus, qa cum ipsa non habeat virũ corrigere facto, sed verbo, ipsa nõ tenetur eum dimittere, nisi quãdo nollet eam cognoscere nisi innaturaliter, tunc enim propter hanc fornicationem innaturalẽ tenetur eum dimittere quo ad thorũ sic ꝙ permittat prius se occĩdi q̃ consentiat sic se abuti. Item ꝓpter fornicationẽ spũalem si timet nè cohabitando ipsam peruertat, etiã quo ad domũ teneꝰ eũ dimittere, aliàs si nõ timeret de hoc ius suum petere nõ prohibetur: maximè propter periculũ incõtinentię. 25 Sexta cõclusio est de pœnitẽte, an possit iurare se nõ esse adulterã. Et dicendũ ꝙ sic secũdũ vnã opinionẽ. Dicũt enim quidã, ꝙ definit esse meretrix et adultera per pœnitẽtiã: vnde si iurat se non adulteratam periurat ex vi verborũ vbicunq;: si aũt iurat se nõ esse adulteram, si est certa de remissione: vt illa cui Dñs dixit, Nec ego te condemnabo, non perierat extra iudiciũ vbi nõ tenetur dicere veritatem

Opi. f. Tho. art. 2. expo. nitur.

Vix vxorẽ fornicatam in. 3. casibꝰ nõ tenẽri dimittere. Cõsiliũ bonũ.

Qñ vxorem tenet dimittere virũ & qñ non.

Opi. sco. dis. 35. q. 4. ar. 3.

veritatem: vt puta si sic iuret ad reconciliandũ virũ, qui habet eam suspectã: si autem sic iuraret in iudicio periuraret: qa ibi ad intentionẽ recipiẽtis iuramentũ respondere debet. Si autẽ non certificata iurat, vbicunq; periurat ratione dubij: qa scriptum est de propitiatu peccatorum noli esse sine metu: de purga. Cano. c. vlt. qa mentitur asserens dubiũ pro certo, & periuriũ est mendacium iuramento firmatũ. 26 Septima cõclusio est de eodẽ secundũ mitiorẽ opinionẽ quę talis est: quia sicut dictũ est ipsa non põt iurare se nõ esse adulteratã, nec secundo se immunem ab adulterio: sicut ille archiepiscopus volebat iurare se immunem à crimine sibi impositio: vt vbi dicitur: Sed põt iurare se non esse adulteram, qa adultera est habens voluntatẽ adulterij: vnde secundũ Aug. in litera: iam non põt vocari adultera, sicut curatus à lepra iam non est leprosus: ita quæ scit se pœnitère & ꝓponit abstinẽre non est adultera: etiã si sibi non esset culpa dimissa. Quod ergò dixit lex: Eum qui nocentẽ vocauit talem non teneri iniuria, qa peccata nocentiũ nota esse expedit, põt intelligi de illo qui dicit, Tu fecisti hoc, quod est verũ etiã post pœnitentiã: secùs de illo qui dicit: Tu es fur: qa licet fecerit furtũ: si tñ pœnitet iam nõ est fur: modò & vbi homo põt cœlare veritatẽ si dicat verbũ duplex, quod est verũ secundũ intentionẽ suam: licet sit falsum secundũ intentionẽ audientis: non est mendacium nec periuriũ, sicut ibi, Soluite templũ hoc, qd' erat verũ secundũ intentionẽ Christi, non Iudæorũ: & quod dixerunt Abraham & Isaac soror mea de vxore: sed si mulier in iudicio iuraret sic esset de periura: qa ibi secundũ intentionẽ aliorũ accipiꝰ iuramentũ, qd' refertur ad factũ non ad animũ quẽ nũc habet. 27 Quantũ ad quartũ arti. de authoritate dimittẽdi sunt sex conclusiones. Prima de dimisione quo ad thorũ, qa fornicantẽ occultè authoritate ꝓpria põt dimittere: aliàs sibi pręiudicaret si eam cognosceret scienter & sponte. Nam cognoscens adulteram coactus per ecclesiã vel ignarus sibi non præiudicat, quin possit eam repellere quando poterit probare. Dicunt autẽ quidã, ꝙ cognoscens coactus fit bigamus non autẽ ignarus, quia bigamia non plus respicit factũ q̃ irregularitas homicidij. In illa autẽ iudex sciens coactus officio, quãuis licitè condẽnans ad mortẽ fit irregularis: sed si quis licitè per ignorantiam occidit: putans operam rei licitæ debita diligentia adhibita præter intentionẽ non est irregularis: ergò licet licitè coactè cognoscens cõtrahat bigamiã, qa sciẽter facit: tñ si ignoranter faciat nõ cõtrahit bigamiã. Et dicendũ ꝙ non est simile, qa iusta ignorãtia ĩ irregularitate homicidij sem per excusat: non autẽ in bigamia, qa constat ꝙ ille qui à principio contrahit cũ corrupta quã credit virginẽ, cognoscendo eam fit bigamus. Cùm ergò pariter fiat bigamus retinens adulterã, & accipiens viduã, sicut hìc ignorantia non excusat, sic nec ibi. Et dicendũ est per eandẽ viam ad illã Decretalẽ, de cleri. exc. mi. c. apostolicè. vbi probabilis ignorãtia præseruat ab irregularitate: qa hìc est contrariũ in simili expressum, vt dictũ est. ergò &c.

28 Secunda conclusio est de dimisione, & ejectione, quantũ ad domũ, & cohabitationẽ. Vbi licet authoritate propria vbi est notorium. s. per sententiã: sed iam est ibi authoritas iudicis, & per cõfessionẽ factã in iure. Itẽ per facti euidentiã, quia nulla põt tergiuersatione cælari. Si autẽ est deprehensa in adulterio non ꝓpter hoc iudicaꝰ notoriũ quo ad hoc. Et ꝙ dicit lex. ff. de ritu nup. l. palam. §. penul. ꝙ deprãhensa in adulterio habeꝰ pro iudicata: verum est qñ est publicè deprãhensa, puta in lupanari, secùs si occultè. 29 Tertia cõclusio est, ꝙ si nõ possit probare põt sibi ius dicere: qa defectus probationis non est ex culpa suã, sicut debitorẽ fugientẽ licet accipere. Similiter si quis furatus est mihi. c. & non possum probare, non solũ possum tantundẽ de suo retinere: sed etiã occultè accipere: sicut Israẽlitę cõmodata ab Aegyptiis sine peccato asportauerunt: qñ enim iudiciscopia haberi nõ potest, aut propter defectũ iudicis, aut aduersarij, aut aliter sine culpa huius, iste potest sibi ius dicere, aliàs omnia bella essent iniusta. Nam vindicatio est etiam virtus subditi, & non solũ iudicis. 30 Quarta conclusio est de probatione. Vbi notandũ est, ꝙ sufficit violenta præsumptio. de præsump. c. literis. & põt detinere sacerdotẽ cum vxore deprãhensum inuitum vtrunq; simul sine excommunicatione per. 20. horas, vt vocet testes per quos possit probare adulteriũ. ff. de adulteriis. l. capite. sicut etiã exclamauerunt senes aduersus Susannam quam apprãhenderunt dicentes, ꝙ non potuerant cõprãhendere iuuenẽ, quia fortior ipsis erat: vnde dicebant se voluisse vtrunq; comprãhendere: & hìc licet manus iniicere sine excõicatione, de sen. excõ. Si verò. §. vl. 31 Quinta conclusio est de accusatione adulterę. Vbi sciendũ, ꝙ licet ante denuntiationẽ oporteat præcedere secretã admonitionẽ, non tamen ante accusationẽ, qa in omni processu vbi necessariò præcedit secreta admonitio, debet superfederi sequuta correctione: hoc autẽ non oportet in accusatione, respectu cuius secundũ iura nemo pœnitẽtia nocẽs esse desinit, aliàs nõ posset quis accusari nisi delictũ iteraret. Vnde etiã in foro conscientiæ non oportet ꝙ secreta correctio præcedat accusationẽ: & si præcesserit, etiã sequuta correctione poterit accusari, nè possit secretiùs correctus nõ innotescere cæteris, vt dicit Aug. in regula. Et si dicaꝰ, ꝙ vtilitas publica exigit puniri maleficia publica, vt qui sunt scandalizati de culpa ędificent de pœna. de pœ. & re. c. 1. neq; aũt occulta, quia hoc est prodere. Dicendũ ꝙ imò est vtile peccata nocentiũ esse nota & punita: & vnde iste vnus diffamaꝰ, multorũ salus, & incolumitas procuraꝰ. Vnde latrões in palam suspenduntꝰ etiã occulti, ex quo seruato iuris ordine conuincunꝰ, vt videant cæteri & terreanꝰ, etiã qui nescierunt eius delictũ 32 Sexta cõclusio est de causa, ꝓpter quã Ioseph voluit occultè dimittere Mariã: qa cùm oẽs sancti alij asserãt ꝙ non ꝓpter suspitionẽ adulterij: solus Aug. est contrà in sermone de annunciatione dicens in persona beatæ Virginis: Vir meus putauit ꝙ ex adulterio concepissem: vnde exponendũ est putauit. i. ad modum putãtis se habuit, vnde dictũ est sibi, Noli timere. i. noli despicere, qa reuerebatur, & timebat cohabitare tantæ sanctitati, non despiciebat quasi suspectã. 33 Quantùm ad quintũ articulũ de paritate & æqualitate coniugum in diuortio, sunt etiam. 6. cõclusiones. Prima de paritate quantũ ad. 5. extrinseca. Primò, quo ad primã potestatẽ, quia nõ refert vtrũ sui iuris an filius vel filiafamilias. Nam filiusfamilias potest inuito patre adulteram accusare. 26. q. 2. &. c. 2. quo ad ætatẽ. Nam minor. 25. annis potest sicut maior. Tertiò, quo ad conditionem. Nam seruus & ancilla. 4. quo ad desponsationem. Nam & spõsus potest accusare & repellere sponsam adulterã, sicut maritus vxorẽ, & plus quia põt cum alia contrahere, de iureiurã. c. Quemadmodũ. Quintò, quo ad tẽpus. Nam quousq; eam reconciliauerit põt eam dimittere, non obstante quinquẽnio nec alia præscriptione, nec quo ad Deum nec quo ad ecclesiã. 34 Secunda conclusio est de paritate & disparitate sexus, quo ad pœnam quintuplicẽ. Prima pœna est diuortiũ, respectu cuius vir & vxor ad paria oĩno iudicanꝰ sed'm ius diuinũ Euangelij & humanũ: secùs secundũ legem Moy. licet aliqua suspicio sit cõtra fœminã sufficiens, quæ non est cõtra marẽ vt dicit Magister. 35. Di. c. 1. Sed tẽpore legis Moysi nõ permittebat sic vxori: quia nõ fit viricidium

Quo ordine procedendũ est in accusatione adulterę.

Instantia.

Solutio.

Art. 4.

Authoritas dimittendi penes quem residet.

Nota.

Nemo in necessitatibꝰ liberalis est. Articulus. 3

Triplex correptio cõiugum.

Duꝝ. hic. q. 1. art. 3.

Art. 5.

Iosephsed'm oẽs doct. nõ habuit suspitionẽ adulterij de bea. Virgine.

Coniuges quo sunt pares in diuortio.

dium timebatur sicut vxoricidũ: sed iure ciuili quo ad diuortium ad paria iudicãtur. Secũdò, quo ad paria iudicantur quo ad lucrũ, & damnũ: quia vxor perdit dotem, & alius donationẽ propter nuptias. Tertiò, quo ad mortẽ naturalem lege Moysi, qua dicitur, vterq; moriatur: mœchus & adultera: sed hîc intellige in vxore violante thorum suum, & in viro violante thorũ alienum: aliàs non, vt si cognoscat quis vxorẽ proximè vterq; morietur. Si autẽ vir Bertæ cognoscat Ioannã solutam neuter occiditur, quia hîc non præiudicat proli: sed quia iudiciale erat: ideò hodie non ligat. Quartò, sunt dispares vir & vxor quo ad legẽ ciuilẽ: quia moritur, vir & mulier castigatur: sed intellige vt prius, de viro qui ad alienum thorum accedit, nõ qui suũ deserit. Sacrilegos enim nuptiarum, supple alienarũ, gladio feriri oportet. Quintò, quo ad monasteriũ quod inducitur vxori, non autẽ viro, de cõuer. cõiu. Ex literis. C. de adult. Auth. sed nouo.

Mulier adulterans simpliciter plus peccat q̃ vir

35 Tertia cõclusio est de paritate & disparitate quo ad culpam. Et quidẽ considerato bono fidei est par delictũ, item bono sacri: non autẽ cõsiderato bono plis in deserente thorũ propriũ: sed grauius peccat mulier: in accedente autẽ ad alienũ vir grauius peccat, qui agens est, & vxor patiens, & seducta ab alieno: vnde vxor ad alienũ diuertens peccat in fidẽ, non iste extraneus, sed in prolẽ eius plus peccat ille qui agit, q̃ mulier q̃patif. Vnde simpliciter plus peccat mulier per iniustitiam: sed plus vir per intemperantiã: vnde illa est iniustior deserens virũ, iste est immundior & intemperãtior, & incontinentior.

Vir in simplici fornicatione simpliciter plus peccat.

36 Quarta cõclusio est de paritate, & disparitate differenti in adulterio, & simplici fornicatione: quia licet in simplici fornicatione plus peccet vir qui plus abundat calore inflãmante: & ratione refrenãte quã mulier plus abundant humore, quę magis ductilis est passione: tñ in adulterio plus mulier: qa magis contra bonum prolis: vnde in animalibus plus zelant mares pro adulterio fœminarũ q̃ econuerso, & sic pertinet castigatio ad virum non econuerso: sicut leo, & ciconia animaduertunt in fœminas fornicantes, tñ in causa diuortij sunt pares.

37 Quinta conclusio est, ꝙ simpliciter, & absolutè videtur esse grauius pctũ viri quo ad temperantiã, vt dictũ est: sicut enim brutis non imputat in culpã: quia nullũ habent retractiuũ, sic minus mulieribus quæ minus habent de ratione, & plus iuris qui plus habẽt de ratione: quia qui minus habet de retractiuo etiã si minus habet de attractiuo, minus põt continere, q̃ qui plus habet de vtroq;: sicut aliquis per tẽperantiã infusam melius continet contra graues tentationes, q̃ habens acquisitã contra leues: vnde etiã viri perfecti quasi nihil reputant vehemẽtes motus carnis: quos imperfecti non possent sufferre sine consensu: vnde faciet cum tentatione prouentũ, & fortioribus fortiora martyria reseruauit, vt Laurẽtio, q̃ Sixto.

38 Sexta cõclusio est, ꝙ molestatũ à passionibus nõ oportet desperare de defectu habitus infusi, vel acquisiti: nam quod dicit philosophus, ꝙ temperatus non molestatur à passionibus: sed faciliter & delecta biliter, & promptè deuincit eas: sed continens molestatur, intelligitur de tẽperãtia acquisita & tẽtatione à carne, quæ duo solũ nouit philosophus, & non de tẽperantia infusa, & tentatione ab hoste, quæ duo philosophus non nouit: cõtingit enim qñq; habentẽ temperantiã acquisitam à dæmone ita grauiter tentari, sicut à carne nõ habentẽ aliquẽ habitum, quia põt inflãmare carnem & imaginationẽ per motionem specierũ & spiritũ, & materiæ si permittatur plusquã naturales motus insurgant: vnde Paulus dicebat: Datus est mihi angelus Sathanæ stimulus carnis meæ, qui me colaphizet propter quod &c. q̃is haberet habitũ virginitatis acquisitum, & infusum: nihilominus caro non à se: sed à dæmone instigata sic acriter impugnabat, sed dictũ est ei: Sufficit tibi gratia mea, quia habitus acquisitus sufficit ad domandũ omnem tentationẽ naturalẽ: sed non ad domandũ tentationẽ hostis, sed habitus gratuitus ad vtrunq;: & si non esset illa carnis quæ qñq; est sine imagine, qñq; cum ea: illa hostis quæ qñq; ex sola imaginatione est grauior omni alia: quæ tñ aliqñ etiã ad inflãmationem carnis descendit: & tunc fortior est: vt etiã carnis afflictio requiratur: sicut beatus Benedictus se proiecit in spinas &c.

39 Ad ar. dicendũ, ꝙ hõ non põt separare quos Deus cõiunxit, nisi authoritate Dei: sed propter fornicationem Deus dedit authoritatẽ separãdi quo ad thorũ. ideò &c.

QVAESTIO SECVNDA.

De viro ob for. dimittente vxorem, an posit &c.

Thom. 4. Distin. 35. q. vnica. art. 5.

SECVNDO queritur, vtrum dimittens vxorem ob fornicationẽ possit alteri nubere. Et videt ꝙ sic, qa non tenet coniũx coniugi per vinculũ matrimonij, nisi ad reddendũ debitũ & ad cohabitationem: sed per diuortium absoluitur coniunx innocens à forni catione quantũ ad vtrunq;: ergò absoluitur à tota obligatione matrimonij, & sic põt alteri nubere.

2 Item Matth. 19. dicit Dñs, Quicunq; dimiserit vxorẽ suã excepta causa fornicationis, & aliã duxerit, mœchatur: ergò saltem ꝓpter fornicationẽ licet vxorem dimittere, & alij nubere.

3 In contrariũ est, quod dicit Apostolus 1. ad Cor. 7. His qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dñs vxorẽ à viro non discedere, ꝙ si discesserit manẽre innuptã, aut viro suo reconciliari: idẽ intelligit de viro respectu vxoris secundũ Aug.

4 Respondeo, hîc sunt tria facienda. Primò, de contrahendo matrimoniũ. Secundò, de reconciliatione secundum diuersas opiniones. Tertiò, respondendũ est ad rationes contrarias.

5 Quantũ ad primum sunt tres conclusiones.

6 Prima, ꝙ vir dimittẽs vxorẽ suam propter fornicationem non põt cum alia cõtrahere: nec vxor dimittens virum propter eandẽ causam. Cuius ratio duplex est. Prima, qa in noua lege non licet vni viro habẽre plures vxores: sed illud sequeret si viro dimittẽdi vxorẽ liceret alterã ducere. ergo &c. probatio minoris.

Art. 1. Vir vxorem relinquens non põt alterã ducere, & econuerso.

7 Vinculũ matrimonij non soluitur per sententiam diuortij: dicit enim Aug. inter viuẽtes manet coniugale vinculũ: quod nec separatio, nec cũ altero iunctio põt auferre: vt habẽt 32. q. 7. vsq; adeò. &. c. 1. interueniẽte diuortio. Separatio enim matrimonij quantũ ad vinculũ non põt esse, nisi per præcedens impedimentũ, quod reddit sequens matrimoniũ nullũ: licet separatio quo ad cohabitationem, & thorum possit esse per fornicationẽ superuenientẽ, manente vinculo matrimonij, & hîc fit per diuortium.

8 Secunda ratio est talis. Diuortiũ introductũ est in fauorẽ innocentis, & odiũ nocẽtis: sed si per diuortium separaretur vinculũ matrimonij: tunc esset æquè, vel plus in fauorẽ nocentis sicut innocentis: ergò per diuortium non soluitur matrimonium. Probatio minoris. Si enim per diuortiũ solueret matrimoniũ, tũc sicut vir innocens posset aliã ducere: sic & mulier fornicans posset ducere alium virum, cùm nullũ obstaret ei aliud impedimentũ: & sic adulterari volẽtes haberent viam quærendi alia matrimonia: quod est inconueniens.

Sola fornicatio nõ est causa diuortij.

9 Secunda cõclusio est, ꝙ licet dñs non accipiat nisi causam fornicationis, si tñ vnus machinetur in mortẽ alterius, vel per

vel per venenũ vel per gladiũ, nõ teneẽ quis cũ periculo suo corporis cohabitare. ar. extrà de resti. spol. c. Literas. in fi. qa vbi est tãta sæuitia viri, ꝙ nõ põt securè per cautionem vxori ꝓuidere, nõ est sibi reddẽda. Et hoc patet ratione sic, qa maior obligatio est in mrimonio ad reddendũ debitũ, q̃ ad cohabitandũ, sed non tenẽt reddere debitũ vbi ꝓbabiliter ex redditione imminet sibi periculũ morbi, vel mortis: ergò multo minùs cũ tali periculo tenẽt cohabitare.

Non licet viro vxorẽ adulterãtem occidere.

10 Tertia cõclusio est, ꝙ non licet viro vxorẽ adulterã occidere, nec in ipso adulterio nec post ipsum: qa vxoris correctio, nõ exterminatio est sibi cõcessa, nec etiã licet sibi adulterũ occidere lege diuina: qa non habet iudiciariã potestatẽ in eum. Nam si aliàs esset iudex ad quẽ pertinet adulterã in illo loco punire, vbi pœna adulterij est mors, tunc fortè liceret, quamuis nec hoc etiã sit rationabile, qa hmõi iudicia non ex furore & vindicta sunt faciẽda, sed cum maturitate & consilio, factum est in iudicio proponendum, & sic mortis sententia proferẽda: sic enim pharisæi adduxerunt ad iudicium Christi mulierẽ in adulterio deprehensam, & non in adulterio occiderũt: & similiter senes adulterium Sannæ imponentes cõuocato populo corã omnibus causam sanguinis pertractabant.

Art. 2. Qñ vir põt vxorẽ reconciliare & qñ non.

11 Quantũ ad secundũ de reconciliatione, sciendũ est, ꝙ aut vxor correcta est de pctõ, aut manet incorrigibilis: si manet incorrigibilis viro nõ licet eã sibi reconciliare ea ratione qua nõ licebat eam nolentẽ à pctõ desistere retinere: si autẽ est correcta, põt eam vir sibi reconciliare, cũ, vt sæpe dictũ est, diuortium fit introductũ in fauorẽ innocẽtis. Vbi autẽ patet correctio vxoris licet viro renũciare iuri suo. In casu verò ĩ quo põt fieri reconciliatio, aut cõcordat vterq; in reconciliationẽ: & tunc debet fieri: aut vterq; discordat, & tũc nõ debet fieri: aut alter cõcordat & alter nõ: & tunc aut innocens petit sibi reconciliari nocentẽ, & tũc debet cogi innocens ad reconciliationẽ: cũ innocẽs per diuortiũ non amiserit ius qd' habet ĩ altero, aut nocẽs petit innocentẽ, & tũc non debet cogi: qa pœnitẽtia nõ tollit actionẽ. 34. q. 2. Admouẽre. & multo minus exceptionẽ, qa facilius intelligit factio q̃ exceptio. ar. ff. de sup. l. 1. §. quod autẽ. ff. de re iudi. l. inuito. §. cui damus.

12 Præterea, ꝙ vir dimittat vxorem adulterã lex est, vt. 32. q. 1. Dicit dñs. & ꝙ legis est in pœnitẽtia nõ deleẽ, sicut nec in baptismo. 26. Dis. vna tm̃. qd' enim pctm̃ nõ est, solui inter pctã credi nõ debet, vt. 26. Di. Deinde in fi. & in hoc omnes concordãt, aut nocẽs petit nocentẽ, vt mulier quæ prius erat fornicata, virũ, qui post diuortiũ est fornicatus, & tunc est quadruplex. Opi. Prima. Raymũdiin summa, qui dicit se credere ꝙ ecclesia ex officio suo debet cõpellere virũ ad vxorẽ suam recipiendũ ar. sumens ex eo quod habẽt, extrà de diuor. c. Ex literis.

Qõ pulchra an adulter postulatº ab adultera an debet sibi reddi. opin. Ray. ibi. lib. 4. tit. 22. 2. opin. dñi Gaufridi in summa titu. de diuortiis lib. 4.

13 Secunda opinio est Gaufridi qui tenet cõtrariũ in summa sua triplici ratione. Prima est, qa sniа benè lata nõ debet retractari, vt. 6. q. 4. Qd' semel benè definitũ est. sed sniа diuortij supponit inter tales ritè lata: ergò nõ debet retractari. Secũda ratio est, qa seruitus amissa nõ renascit secundum iura ciuilia. ff. de solu. l. Titiũ. §. arena. sed vxor fornicãs per sniam diuortij amisit seruitutẽ, quam habebat in corpore viri: ergò illa nõ renascitur ex crimine viri sequẽte. Tertia ratio, qa licet exceptio criminis tollat per replicationẽ crimínis, vt. 32. q. 6. per totũ. & extrà de diuor. significasti: exceptio tñ rei iudicatæ ꝓ sequẽs crimẽ non tollit: sed vir habet contra vxorẽ exceptionẽ rei iudicatæ: hæc ergò exceptio non tollit per sequentẽ fornicationẽ viri. Et respondet Gaufridus ad illam Decretalem. Ex literis. quia ibi non fuit facta separatio per sententiã, sed per ꝓuidentiã epi, vt interim inuestigaret an ex colludio mulieris cõfiteretur adulterium: vnde post-

3. Opinio.

ea detecto colludio reuocata est separatio.

4. Opinio.

Tertia opinio est tenentis mediã viam. s. ꝙ secundũ iudiciũ forense vir post diuortiũ fornicatus non debet cogi ad vxorẽ redire: sed secundũ iudiciũ conscientiæ tenetur redire ad eam correctã, nisi velit ad sacros ordines promoueri: qa tunc præiudicaret sibi cognoscẽdo vxorẽ prius fornicatam. Et hmõi ratio est, qa in hoc casu cessat tota causa diuortij: qa non cedit in fauorẽ viri, nec ad correctionem mulieris quæ iam sequuta est: sed potiùs exponit pericu lo incõtinẽtiæ.

14 Quarta opinio est, qñ nocens petit nocentẽ tunc in foro conscientiæ si fornicatus ante petat illum qui fornicatus est post debet sibi reddi, nisi velit intrare religionẽ, vel suscipere sacrũ ordinẽ. Si autẽ ille qui fornicatus est post, petat illum qui fornicatus est ante ꝓpter cuius culpã fuit matrimoniũ separatũ, non debet cogi reddere. Ratio primi est qa sciẽtia hominis non tollit ius diuinũ, quod est ꝙ fornicãs vltimo non potest repellere primũ: in quo enim alterũ iudicas, teipsum cõdemnas. Ratio secundi est, quia sicut peccatum nouissimum præiudicat, sic delictum vltimũ. Sed quia sancti vidẽt dicere, & etiã iura, ꝙ paria delicta mutua compensatione tolluntur, nec requirunt ꝙ vterq; simul fornicetur: rarò est ergò siue prius siue posterius non refert: sed bene refert quis est correptus & quis non, qa correptus põt petere non correctũ, & non pœnitentẽ, quãuis non econuerso: sed quãuis clarũ sit ꝙ non correctus non põt alium inuitũ petere: sed tñ dubiũ est quomodo correctº põt petere non correctũ, quia talis nõ debet teneri. Sed dicendũ est ꝙ imò secundũ Distinctionẽ datam in præcedẽti quæstione. In foro autẽ ecclesiæ videt distinguẽdum. qa aut sunt non correcti, & tunc ecclesia nõ debet sustinere adulteriũ, sed separatos cũ aliis adulterãtes debet ex officio suo cogere adinuicẽ reconciliari, etiã si ambo discordarẽt: ergò multo magis si vnus concordat, alius discordat. Si aũt qui post sententiã fornicatus est pœniteret, non propter hoc saltẽ iure actionis ad alium redire compellẽdus est. Melius tñ videt ꝙ sentẽtia hominis non tollit illud quod est iuris diuini, qa vbi vterq; fornicatus est siue ante sentẽtiã, siue post, siue vnus antè & alius pòst, quicũq; petat aliũ, qa eo ipso ꝙ petit aliũ videtur correctus, alius in foro cõscientiæ debet reconciliari, & iudicio ecclesiæ debet sibi reddi, nisi velit suscipere sacrum ordinem si est vir, vel intrare religionẽ non obstante distinctione de primo & vltimo, posita in præcedenti quæstione, qa sicut in matrimonio non cõsummato quilibet põt intrare religionẽ, quod ius nõ perdit fornicando cùm nõ sit scriptũ, sed tenẽt consummare nisi velit religionẽ intrare: ita vxore fornicãte matrimonio cõsummato, vir põt religionẽ intrare, vel vouẽre, vel sacrũ ordinem suscipere: quod si fecisset licet posteà fornicatus esset, certum est ꝙ redire non teneret, qa nec sibi liceret ex quo legitimè vouisset: similiter si anteq̃ hoc fecerit, cùm per alterius fornicationẽ fuerit sibi acquisitũ ius nõ reddendi, & vouẽdi, fornicãdo maximè post sententiã perdit ius nõ reddẽdi: sed nõ perdit ius vouẽdi: ita ꝙ alternatiuè sub disiunctione tenetur reddere, & redire vel sacrum ordinẽ suscipere, si est vir, vel religionem intrare, quod est cõe vtriq;.

Dubium. Resol. patet ibi. art. 3. 3. cõclusio.

Et ad hoc est de diuor. c. Ex literis. vbi licet vterq; priuatim fuerit iniuncta continẽtia: tñ eadẽ ratio est iuris diuini, ꝙ fornicans non posit alteri crimen obiicere. Et quos Deus cõiunxit, homo nõ sepa ret, nisi vt Deus separat. s. propter fornicationẽ alterius, non vtriusq;.

mitior sniа.

15 Quantũ ad tertium respondendum est ad tres rationes Gaufredi.

Art. 3. Respon. ad rões. 2. opi.

16 Ad primã quæ fuit supradicta opponẽdo. Secunda ꝙ sentẽtia lata non debet retractari. Dicendũ ꝙ ista ratio nõ ꝓbat quin innocens post sniam posit petere nocentẽ, quia seruitus quã

habet coniunx in corpore coniugis cùm sit de iure diuino non tolli, nisi per fornicationē quam solā ius diuinum excipit: ergò non fornicāti sua diuortij nō aufert seruitutem, sed ipsemet sibi aufert: per hoc q licētiat ad vouendū, quam tū licētiā re integra pōt reuocare: vnde cùm persistēdo vsq; ad sententiā videat dare licentiā, si ante votum emissum adultera repetat debet redire: sed post non: vnde & de monasterio extrahat eam nisi professionem fecerit, vel supple votū simplex emiserit. C. de adul. Auth. Sed nouo. Sed loquēdo de nocēte qui repetit nocentē, dicunt aliqui q obligatio non tollit: sed redditur inefficax ad agendū, qa obstat exceptio rei iudicatæ, quia obligatio ad thorū & cohabitationē non est aliud q̄ ipsum vinculū: sed istud improbatū fuit suprà Di. 31. quia matrimonio consummato professione legitimè facta, vel ordine sacro legitimè suscepto manet vinculū vsque ad mortē naturalē, nec tū manet obligatio ad ista: quia tunc esset quis simul & semel obligatus ad contraria. s. ad castè viuendū & continendū ex voto, & ad non castè viuendū: sed debitū reddendū ex vinculo & matrimonio: vnde licet secundū Iuristas dicat actio non tolli, sed exceptione elidi: tū secundū ius naturale & diuinū obligatio tollitur, qñ aliquis nō plus tenet, & sic est hic. Dicendū est ergo q seruitus amissa in se & in sua causa non renascit: sicut qñ domus quæ debebat seruitutē est ad aream redacta: tunc enim in se & in sua causa est extincta: vnde si reædificetur domus non debetur seruitus personalis, qa fortè secùs de reali. Et similiter si coniunx mortuus reuiuiscat non tenet reddere debitū, quia seruitus illa fuit extincta in se, & in sua causa: sed qū seruitus nō est extincta in sua causa: sed in se tantū per aliquod impedimentū, illo amoto pōt iterū ob illam cām seruitus prodire: & ita est hîc, quia vinculo manente semper manet causa obligationis: sed fornicatio superueniēs impedit hanc causationē vel efficientiā, quo impedimento amoto per alterius fornicationē per quam prior non pōt opponi vinculū causat obligationē: sicut prius, quē admodū remoto prohibente graue fertur deorsum sicut prius: & constat q illa ratio in hac materia locum non habet, qa per fornicationē sine sententia tollitur seruitus quo ad thorū, sicut per sententiā, qa authoritate ꝓpria semper pōt negare debitū, & tñ si postea ante sententiā fornicetur tenetur reddere, & sic seruitus hic amissa reuiuiscit. 17 Ad secundā quæ fuit prima dicendū, q qñ ecclesia inuenit se deceptā: licet sententia fuerit bene lata, qa secundū allegata retractat eam, sicut qñ ꝓpter impotentiā coëundi fuerunt separati, & postea inuenitur contrariū ꝓpter id qd' ex post facto apparet, ita & hîc q ecclesia supponebat, qa separati castè viuerent: ideo eos separauit vtriq; continentiā indicendo, quasi sub modo tacito vel cōditione tacita: quod si non faciant, decepta retractat sententiā, qa si vterq; publicè fornicaretur nō obstāte sententia ecclesia cogeret eos ad se redire. Itē si innocens petat nocentē post sententiā ante votū, debet sibi reddi nō obstāte sentētia: qa fauore eius lata intelligitur sub cōditione, nisi recōciliauerit vel nisi reuocauerit: & multo magis intelligit sub conditione si continua uerit. 18 Ad tertiā, q crimen non tollit exceptionem rei iudicatæ, dicendū q imò qa regula iuris est. ff. de diuer. & tēpora. prę. l. de accęs. q si vinco vincentē te multo fortius vinco te. Exceptio enim criminis q̄ est de iure diuino fortior est q̄ illa rei iudicatæ: quæ est de iure positiuo, qa si per falsos testes deprænderet lata sentētia pro diuortio vel ꝓ matrimonio, retrāctaretur & in foro conscientiæ quāuis esset lata sentētia pro diuortio, si nō interuenisset fornicatio teneret iste debitū reddere: qa quem Deus obligat homo nō liberat: & ecōuerso si sciret fornicationē quam probare non potuit non tenetur reddere: qa quem Deus liberat, homo non ligat ad reddendum. Si ergò fornicatio sequēs tollit exceptionē criminis, quæ fortior est, multo magis illā rei iudicatæ. Si dicatur q vna est maior altera, sed duæ simul pręponderant vni, non valet, qa vbi duo propter vnum vtrobiq; tantū vnum. Sentētia non habet robur nisi ꝓpter crimē quod verè supponitur: vnde quicquid repellit exceptionem criminis p cōsequēs repellit vtrūq;. 19 Ad argumenta in oppositū. Ad primū dicendū, q ꝑ diuortium soluitur obligatio quo ad thorū & habitationē, sed non soluitur vinculū matrimonij. 20 Ad secundū dicendum, q cōiter dicitur, q illa exceptio dñi, Matth. 19. refertur ad partē dicti. s. ad dimissionē vxoris non ad totū, sed istud non est benè clarū, quia excluſa altera parte exceptio nō habet locū: vt si dicatur, Quicunq; dimiserit vxorem, excepta causa fornicationis, mœchatur, falsum est, qa ex sola dimissione vxoris nullus mœchatus est, ni si intelligatur q mœchatur. i. facit eam mœchari: quia dat occasionem mœchandi. Potest tamen aliter dici, q illud veritatē habet in casu in quo Deus loquitur referendo exceptionē ad totum dictū, quia in repudio propter fornicationē in ve. le. adultera lapidabatur, q si seruaretur in no. le. sicut alicubi in Hispania fit: tunc liceret viro vxore repudiata alteram ducere, nec tamen plures haberet simul quia prima lapidaretur.

Ad argu. in oppo.

DISTINCTIO. 36. QVAESTIO 1.

CIrca Distin. 36. quæruntur duo. Primum est impedimentum seruitutis. Secundū de cōiugio seruorū.

Si pro extrema conditione valeat vxor separari à viro, & econuerso?

Thom. Distin. 35. 4.

PRIMO ergò quęrit, vtrum seruitus impediat matrimoniū, & videt q non, qa grauior cōditio in coniuge est lepra q̄ seruitus, sed lepra nō impedit: ergò nec seruitus. 3 Item ius positiuū non pōt præiudicare iuri naturali, sed matrimoniū est de iure naturali, seruitus de iure positiuo: ergò seruitus nō pōt præiudicare matrimonio. 4 In contrarium est q dicitur extrà de coniug. ser. q error conditionis impedit matrimonimm contrahendum, & dirimit iam contractum. 5 Respondeo, hîc sunt tria videnda, quia seruitus potest matrimonium prœcedere, & ei superuenire. Et ideò primò videndum est, quæ requirūtur ex parte proclamantis ad hoc q matrimonium dirimat propter seruitutem præcedentem. Secundò, quæ ex parte proclamat. Tertiò, de seruitute superueniente. 6 Quantū ad primum sunt tres conclusiones. 7 Prima, q cōditio. i. error seruitutis impedit matrimoniū contrahendū, & dirimit post cōtractū, qa non pōt liberè coire: vnde sicut metus impedit liberū consensum æquè impedit matrimonium: sicut vis q̄ impedit absolutū consensum, ita error conditionis quæ impedit liberū actum impedit æquèsi cut error frigiditatis quæ impedit absolutum actum. 8 Secūda cōclusio est, q aliter impedit error personę q̄ conditionis, qa ille ex natura matrimonij: vnde ecclesia non posset facere, quòd error personæ non impediret matrimoniū cùm desit consensus, sed error conditionis impedit

Art. 1. Error seruitutis impedit matrimonium cōtrahendum, & contractum

impedit ex statuto ecclesiæ: vnde ecclesia posset statuere q non impediret. Posset etiā statuere q error qualitatis vel fortunæ impediret. 9 Tertia cōclusio est, q ad hoc q seruitus dirimat matrimoniū, requirunt tria ex parte illius qui vult dirimere. Primū est libertas, quia seruus non pōt conqueri de ancilla, nec econuerso. Solū enim error deterioris cōditionis impedit, non error paris vel melioris: vnde requiritur q ex vna parte tū sit seruitus. Contrahūt enim duo serui verū matrimoniū, qa in Christo Iesu non est seruus neq; liber. i. nō est differētia inter seruū & liberū quo ad sacra nouæ legis, siue vterq; sciēs, siue vtriq; ignarꝰ suæ vel alterius cōditionis, vt si seruus superbus nollet cōtrahere nisi cū libera contrahēdo cū ancilla, quam credebat liberā, nihilominus esset verus maritus: sicut Burgensis nolens cōtrahere nisi cū nobili, & ecōuerso: si libera nollet cōtrahere nisi cum seruo, vt teneret primatū: qa error in meliori & deteriori æquali &c. Secundò, requiritur q ignorauerit seruitutē is qui proclamat, qa scienti dolus non infert: vnde oportet q sit liber, & ignarus seruitutis alterius. Tertiò, requiritur q ignorātia duret. Nam si postq̄ cognouit eius conditionem cōsensit verbo, vel facto petēdo debitū vel reddendo, sibi præiudicat. 29. q. 2. Si quis ingenuus. &. c. si fœmina ingenua. extrà de coniu. ser. Proposuit. Si igitur habet probabilē opinionē de seruitute alterius: ex tunc sibi præiudicat: secùs si leuem aut temerariā suspitionem, cui credi non debet, extrà de sen. excō. Inquisitioni. Cū etiā titubans pro ignorāte habēdus sit. C. de cōdi. Iūbi. I. vlt. Si autē mota quæstione ab ecclesia cōpellatur sed'm Tancr. in. c. ꝓponit. nō tenet reddere debitū, qa aut fornicaret, aut sibi præiudicaret si vxorio affectu eā cognosceret. 10 Quantū ad secundū de requisitis ex parte proclamantis sunt tres cōclusiones secundū tria quæ requirunt. 11 Prima q sit seruitus vera secundū Hosti. & propriè dicta: non autē error libertinæ conditionis vel ascriptitiæ vel originariæ: qa omnes tales veri liberi sunt, q̄uis ad quasdā operas plus cæteris teneantur, nec clericari aut monachari possunt, sicut notat Host. 22. q. 2. in principio. 12 Sed contra hoc est, quia iure ciuili æquè reprobat matrimoniū assciptitij, & serui. Auth. de nup. §. assciptos. col. 4. 13 Præterea, qa ad hoc homo contrahit matrimoniū, vt prouideat sibi de filiis legitimis ad cultum Dei, & ad hæreditatis successionē: vnde patres debent thesaurizare filiis. Quicquid autē sit de iure serui nostri tēporis ita arcētur de cōsuetudine ab ordinibus, sicut serui veri. Item bona eorū in morte qñq; occupentur iure peculij, & filij sunt eodē modo cōditionati: vnde multū deciperetur volens habēre liberos clericos, & hæredes qui contraheret cum illa quā credit liberam, & esset sic serua q filij non possent promoueri, nec ad hæreditatē patris alibi transire, nec ipsi matri succedere. Nec obstat, q etiā contrahens cū corrupta quem credit virginē fit bigamus & tū est verum matrimoniū: qa in matrimonio plus prouidetur liberis q̄ coniugi: qa est ꝓpter prolē principal'r. Requirit igit q si seruitus vera non tanta sicut iure ciuili: puta, q posit vendi vt bos, sed q eius conditio sit cōtra bona matrimonij, puta contra bonum prolis educandæ, quia successio non sperat vel non in totū: sed fiscus occupat totū vel partē, vel ad cultū Dei, qa non pōt fieri clericus, vel religiosus, & contra cohabitationē: qa est assciptus glebę, quia si vult ire ad alias partes vxor non potest sequi eum, cùm sit serua de corpore & hmōi. ideo &c. 14 Secunda conclusio est, q secundò requirit q sit seruitus continuata: vbi est sciendum, q quādo primo liber incipit scire seruitutem alterius: tunc in potestate eius est ratificare matrimonium: vnde si posteà scienter cognoscat eam intelligit consummatū, sed & simul audiat rumores de seruitute & matrimonio, quia posteà non consensit adhuc non est matrimonium: sed ex quo cessat causa, istud quod præcessit habet vim sponsaliorū, & tenet cum ea contrahere, q si contrahat cum alia tenet secundū, sed peccat, Alij verò dicunt, q ecclesia tandiu facit personā inhabilē q̄diu est serua, & non plus: vnde siue sciens siue ignorans cognoscat eam post manumissionē, quia affectu maritali hoc facit, nec est modò impedimentū ex parte alteriꝰ, id eò est verum matrimoniū: sed si post manumissionē nunquam eam cognouit: non est verum matrimoniū, quod non est nisi ex consensu vero, vel præsumpto post manumissionē, sed consensus expressus non est, nec etiam præsumptus ex sola cohabitatione in domo, sicut est ex cohabitatione thori. ideò &c. 15 Tertia cōclusio est, q tertiò requiritur, q sit seruitus ante decennium detecta propter duo. Primo, quia tanto tēpore videtur libertas præscripta: cùm etiā triennio seruus vt cæteræ res mobiles, & se mouētes possint vsucapi, & sic non est res continuata, & sic redit in secundū casum. Et de hoc habet de coniu. ser. c. penult. vbi dicitur in glo. q etiā quinquennium sufficit pro libertate. Secunda ratio est, qa tanto tēpore cum ea existēs videt nolle fuisse sine vxore: ita & si non esset vxor velle tū videt eam esse vxorē. Quod etiā videt mirabile, qa aut homo cognoscit eā affectu fornicario, & sic peccat, aut maritali, & tunc vult eam esse vxorē suam & sic consensit. Et dicendū q non consentiūt qui errant vñ vult esse si est libera: & quia credit q ita sit & per consequēs, q sit vxor sua si eam cognoscit; & pro hoc quidā iuraturus in ecclesia in qua in canonicū recipiebatur, q credebat se legitimū informauit conscientiā suam consilio cuiusdā, q posset hoc iurare quāuis parentes eius à principio fornicariè conuenissent, quia plusquā. 10. annis vsq, ad mortē steterunt quantū ad actum illum, sicut vir, & vxor, nunq̄ tamē in facie ecclesiæ nec aliter q sciatur vel scitum fuerit matrimoniū contrahentes, quia non est verisimile, q tāto tēpore steterūt q in matrimonium non cōsenserint, & q sic in fornicatione mori vellent. 16 Quantū ad tertium de seruitute superuenien te sunt quinq; conclusiones. 17 Prima, q non potest vxor se facere seruā insc io viro, vel ignorante iure diuino quo dicit Gen. 3. Sub viri potestate eris, & ipse dñabi tur tui: vnde potest irritare vota eius & personalia & realia, etiā non respiciētia debitū carnale. Secùs iure ciuili, & qa est socia & nō subiecta, imo sui iuris. Nam iure illo nō est potestas nisi patria vel dñica: vnde omes qui non sunt filiifamilias, aut sunt sui iuris & habentes curatorē vel tutorē: vnde maior. 20. annis pōt se venūdare in seruum, nec distinguit vtrū habeat curatorem vel non: & vtrū sit vir vel coniugata an soluta: vnde iure ciuili videt q vxor pōt se facere ancillā, sicut ecōuerso. Theologi tñ dicūt oppositū. Et siquidē illa subiectio quam scriptura ponit esset tantū iudicialis, abolita esset per Christum: & ius ciuile oppositū, quia naturalis est & moralis rationi rectæ concordās repetita in nouo Testamento. Ideò verius est quod dicūt Theologi. 18 Secūda conclusio est, q maritus pōt se seruum facere sicut caput, & omnino sui iuris vxore insc ia & inuita. Sed hîc est vnū dubium: qa per hoc minus liberè redderet debitū, sicut & non pōt vouēre de non petēdo, nè fiat onerosum secūdū quosdā, sed nō valet qa hîc teneat debitū reddere, etiam dño vetāte ex quo matrimoniū præcessit, & pōt petere etiā dño inhibēte. 19 Tertia cōclusio est, q qñ dicit q aliquis pōt se dare in seruuū intelligit. i. venūdare se ad pretiū participandū, aliàs donatio nō valēret, qa donatio excedēs quingētos solidos reputat immēsa iure ciuili, & quaten' est vltra eatenus nō est valida, qa si esset

Exemplum.

Art. 2. Improba. Opinio. Not. q̄ seruitus requirit ad impediēdum matrimonium.

Art. 3. Seruitus superueniens quo dirimit matrimonium.

Maritus pōt se vēdere in scia vxore.

Quo intelligit q̄ ho possit seipsum vendere.

res indiuisibilis fortè totũ vitiaret. C. de dona. l. si quis argentum. sed libertas inæstimabilis res est & indiuisibilis: vnde dare se seruũ est immẽsa donatio, & nõ valet. alia ratio est: qa serui aut nascunt ex ancillis nostris, aut manucapiũtur in bello, aut fiunt per hoc q̃ liber homo vẽdit se ad precium percipiendũ, nec est hic quartus modus quo liber fiat seruus iure ciuili: vnde per donationem suiipsius nullus fit seruus, licet seruus à dño possit dari alteri: sed tunc nõ fit de libero seruus, sed de seruo vnius fit seruus alterius. 20 Quarta conclusio est, q̃ ex hoc non præiudicat matrimonio quod nihil ipsi superueniens ipsum tollit, etiã si non esset consummatum, q̃uis per mortẽ spũalem solueret: quia. 3. c. huius Distinctionis dicit indistincte, q̃ seruitus superueniẽs nõ dirimit, nec distinguit vtrum sit consummatũ vel non: nec ipsa propter hoc fit serua, nec liber, qa partus sequit ventrem. Non ergò præiudicat vxori, qa non fit propter hoc ancilla etiã si taceat, qa phibẽre non põt etiã si sentiat, quia non cõsentit vt ipsa sit ancilla, sed vt maritus sit seruus: ad qd' non sequit ipsam esse ancillã, cũ seruus possit habẽre vxorẽ liberam. 21 Quinta cõclusio est, q̃ si alicubi sit cõsuetudo, q̃ cõtrahẽs cũ seruo fiat serua valet, nam sicut ius scriptũ potuit inuenire nouũ modũ seruitutis, sic ius nõ scriptũ: ita est vt mulier alterius terræ ligeꝛ eo ipso q̃ cõtrahit in terra tali cõsuetudine affecta: tum qa contrahẽdo sortit ferũ, tum qa vxor sequit' domiciliũ viri, sed si ignoraret eum seruũ, aut cõsuetudinẽ talem, non ligaꝛet, qa statuta ciuiũ non ligãt ignorãtes nec cõsuetudines, similter de cõsti. c. 1. & 2. lib. 6. 22 Ad argumenta in oppositũ ad primũ dicendũ, q̃ lepra non impedit matrimoniũ quantũ ad primũ actum suũ, quin leprosi possint sibi reddere debitũ & liberè, q̃uis aliqua grauamina inferat mrimonio quantũ ad duos act', non sic autẽ de seruitute vt dictũ est: & ideò minus impedit lepra q̃ seruit'. Ad sed'm dicendũ, q̃ in hoc ius positiuũ nõ contrariat iuri naturali, sed determinat ipsum: qa de iure naturali solũ est q̃ libet cõtrahere possit nõ habẽs naturale impedimentũ, sed quis cũ qua debeat cõtrahere determinat per ius positiuũ, per qd' rationabiliter determinat, vt non teneat contractus liberi cum ancilla, q̃ũ ignoratur conditio seruitutis propter dictas causas.

Ad argu. in oppo.

QVAESTIO SECVNDA.

De matrimonio contracto sine consensu &c.

Thom. vbi suprà. art. 2.

SECVNDO quæritur, vtrũ seruus possit cõtrahere matrimoniũ sine consensu dñi sui. Et arguit q̃ non, qa fauorabilior est obligatio qua homo obligat se Deo, q̃ illa qua vir obligat se vxori per matrimoniũ, sed seruus sine consensu dñi sui non põt se obligare Deo per votũ religionis, vel susceptionẽ sacri ordinis: ergò multo min' sine eius cõsensu põt se obligare per matrimoniũ. 2 Item nullus põt dare alteri qd' est alteri' sine cõsensu eius, sed seruus est res dñi: ergo non põt cõtrahere mrimoniũ, & dare potestatẽ sui corporis vxori sine cõsensu dñi. 3 In cõtrariũ est qd' dicit Gal. 3. q̃ in Christo Iesu nõ est seruus nec liber. & ideò ad susceptionem mrimonij qd' est sacrm Cristi non debet phiberi, nec seruꝰ nec liber vt allegat, extrà de cõiu. seruorũ. c. 1. 4 Respõdeo, hîc sunt tria videnda. Primò, de hoc qd' quæritur de cõiugio seruorũ. 5 Secũdò, de partu eorum. Tertiò, de carnali copula in casu dubij. 6 Quantùm ad primũ sunt tres cõclusiones. 7 Prima, q̃ seruus vel ancilla põt sciẽter matrimoniũ cõtrahere dño ignorãte & inuito, & est verum matrimoniũ, quia in Christo Iesu non est seruus nec liber, licet iure ciuili non sit verũ matrimoniũ sed cõtuberniũ, quia quo ad ius ciuile attinet seruꝰ pro mortuo reputat'. C. de inceſt. & inutilibus nup. l. cum ancillis. & non tenet obedire dño, phibente nubere, plus quã prohibẽte comedere, qa iure naturali homines liberi nascebant': vnde descẽdit maris & fœminę coniugatio: quã nos mrimoniũ appellamus. Non tenet etiã præcipiẽte dño nubere, sed põt castè viuere, aut cõtinentiam vouẽre, sicut fecit monachus captiuus: non tñ põt solenniter vouẽre per ordinem vel per religionẽ inuito dño cõtrahendo mrimoniũ spũale. 8 Secũda cõclusio est, q̃ licet dñs videat manumittere seruũ quẽ scienter non reclamãs permittit ordinari vel pfiteri: secus tñ est in mrimonio carnali, qa dñs sciens, & nõ cõtradicẽs non pter hoc manumittit, qa taciturnitas eius cuius cõtradictio nõ impedit nõ habet pro cõsensu, sed solũ tacitumitas eius cuius cõtradictio impedit, põt autẽ contradicere ad matrimoniũ carnale secundũ legem humanam non diuinã. ideò &c. sed põt contradicere ad matrimonium spũale secundũ vtranq; legem. Vnde q̃uis sciente, & non cõtradicẽte dño cõtrahat mrimoniũ, non fit liber iure diuino & Canonico, licet videat manumittiure ciuili, qd' in casu isto non tenet. Sed si sciente dño, & non cõtradicẽte ordinet, vel pfiteat liber efficit. 9 Tertia cõclusio est, q̃ dñs non debet vendere seruũ suum ad extraneas regiones, & est argumentũ pro pacto appositio à parẽtibus vel sponsa in cõtrahendo cum hoc vagabundo nè recedat, quod habet & mulier virũ tunc non tenetur sequi, sed phibẽre põt & ad eius instantiã excõicare si recedat sine iusta causa, vt Host. dicit. Et sic valet etiã profesio Carthusien. & sororũ quæ alligant' certo loco: & intelligit agi q̃ non emittant, extrà cellam vel clausuram. Nec ista conditio est cõtra bonum obedientiæ qua dico huic vade, & vadit &c. quia promittunt obedientiã secundum statuta, in quibus hoc continet nè exeant, & hoc nisi ex iusta causa: puta ad fundãdum domum nouam quæ aliàs nunquã fundaret', & sic religio non multiplicaret', aut etiam si domus illa destrueret', vel aliquod hmõi. 10 Quantũ ad secundũ articulũ de partu seruorum sunt quatuor conclusiones. 11 Prima, q̃ partus sequitur ventrem. Primò, sed'm legem diuinã. Exod. 21. Si dederit ei vxorem, supple de ancillis, & habuerit liberos remanebunt cum dño. Et idem supponit de filiis futuris: quia ancilla vernacula non fit libera septimo anno, sicut emptitia. Secũdò, lege humana idem. C. de rei ven. l. partus. nisi in seruis fisci. Tertiò, l. cano. de partis ex libero vente. c. vnico. & sufficit vno tẽpore, vel conceptus, vel partus, vel medio matrem fieri liberam. Instit. de ingenuis. §. 1. Item lege physica, quia mater est recipiens: quicquid autẽ recipitur in alio recipitꝰ per modũm recipientis. Dicunt etiã Iuristæ, q̃ quicquid plantat', seritur vel ædificatur, totũ solo cedit, radices sitñ ędit: vnde seminatũ in ventre mulieris si germinet sequitur conditionem terræ in qua seritur semen. Alicubi autẽ sequit conditionẽ patris secundũ consuetudinẽ, & hîc tenenda est de coniug. seruorũ. c. licet. Semper enim pro consuetudine præsumendũ est q̃ fuerit iustè introducta, maximè si præscripta à tẽpore à quo nõ extat memoria. Nam tunc non oportet allegare titulum, q̃ res est talis q̃ in ea potuit iustus titulus haberi. de pscri. c. 1. lib. 6. Quando autem est talis q̃ non, tunc non, vt in manu mortui quam laici vendicant sibi super clericos, quod est contra libertatem ecclesiæ: secùs in ea quam contra laicos, vt dicit in summa Hosti. de natis ex libero ventre in fi. 12 Secunda conclusio est de casu qui quærit iuxta præmissa de conditionatis manus mortuæ per consuetudinem:

Art. 1. Seruus põt contrahere matrimonium inuito domino.

Nota. Statutum Carthu. declaratur.

Art. 1. Partus sequitur ventrem

Reso. casus.

nem: vtrum possint debita soluere & legata facere, cùm patres & aui eius dixerint ante. 1. c. 60. annos dolosè cõsuetudinem inductã, dixi q̃ sic de debitis, quia cõtra rationẽ est, vt ibi non sit onus vbi est emolumentũ, sed de legatis secùs. Nam species furti est de alieno largiri. Et hoc potuit induci secundũ Host. de natis ex libero ventre. §. vlt. Nam per. 100. annos qui sunt vita hominis, dicitur esse tẽpus cuius memoria non extat in contrariũ, & sic thesaurus. 100. annorũ occupãti concedit. Nam nõ extat memoria de visu: licet extet de auditu alieno non proprio, qa parẽtes dixerũt non se aliter vidisse: sed aliter audiuisse. Sic eñ possemus dicere, q̃ extat memoria Adæ & de principio mundi: sed vbi est consuetudo, q̃ non possunt legare in morte, licet tamẽ dare in vita pro Deo: & licet amicis carnalibus illud quod in morte dare non posset si statim velit dominiũ trãsferre, etiã si toto tẽpore vitæ suæ vult fructũ habẽre: qa dare rem retento sibi vsufructu ad vitã est vera donatio inter viuos, & non donatio causa mortis, nec legatũ, quia istud est reuocabile ad placitũ, illud non. 13 Tertia conclusio est, q̃ patrem sequitur partus, & non matrem in honore & nobilitate: vnde consuetudo est in quibusdã ecclesiis q̃ non recipit in canonicũ, nisi nobilis q̃uis reprobetur. de præbendis. c. Venerabilis: Natus ergò ex nobili patre & ignobili matre est nobilis simpliciter, dum tñ mater esset libera. Si autẽ nascatur ex nobili & ancilla refert aut per concubinatũ: & tunc semper est ignobilis & seruus, qa dignitas viri non cõicatur concubinæ. Vnde in Cantic. centũ sexaginta sunt Reginæ, octuaginta concubinæ: vnde spurius Regis nõ est nobilior legitimo rustici, qa dãnatus coitus non dat dignitatẽ, & si valeret consuetudo de nobilitate in ecclesia Lugd. de nobili nõ canonicando spurius Regis indigeret duplici dispensatione. Si autẽ per matrimoniũ, aut est tale quod per ipsum fit libera, sicut cùm dñs contrahit cũ sua ancilla: vel dña cum seruo, licet enim iure ciuili vltimũ videat prohiberi. C. de mulieri. quę seruis ppriis &c. tñ de iure diuino est licitum, & tunc eripitur in libertatẽ. Non enim ancilla est socia, nec seruus dñs: vnde volendo esse sociam aut socium vult non esse ancillã aut seruum: & tunc est nobilis. Nam coruscant vxores radiis virorum, ignobilitas priuatiua vxoris participat nobilitatem viri, vnde vxor Regis fit Regina, & si priùs non esset. Si autem per hoc non fiat libera, filij erunt ignobiles. Nam ignobilitas positiua vxoris contraria est nobilitati viri, nec eam participat, sed impedit, nec ad filios descendere permittit. Natus ergò ex parente nobili, & ignobili potest iurare se illustrẽ ex vtroq; parente, si sic intelligatur q̃ pater sit nobilis origine, & mater aduentitie & participatione vel simpliciter se nobilem secundum illam Distinctionem. Sed si intentio illorum qui recipiunt iuramentum est, q̃ quilibet parentũ sit nobilis de se, tũc ille esset periurus si iuraret se nobilẽ ex vtroq, parente, quia iuramentum intelligitur secundũ intentionem recipientis. 14 Quarta conclusio est de carnali copula. Primò qui dem domino prohibente, quia si sine causa non auditur dñs: neminẽ enim sine causa audit prætor: si cum causa quia indiget seruitio, aut cõsensit in coniugiũ, tunc idẽ est: aut non cõsentit, tunc debet dño obedire non coniugi: cui non potuit se obligare nisi saluo iure alterius. Secundò, quid iuris in sciente, & quidẽ qui scit se seruum si credat alium scire se talem: aut q̃ affectuosè adeò diligit, q̃ etiã cõsentiret si sciret talẽ excusationẽ: aliàs si sciat non temerè matrimoniũ, fornicat' quòusq; alium certiorauerint de sua cõditione, in cuius potestate est matrimoniũ cõsummare. Tertiò, quid iuris de libero nescientẽ. Et quidẽ q̃diu credit coniugẽ liberã licet nollet consentire: si sciret tandiu excusat', vt Iacob. Filij autẽ erunt legitimi si fuerit in facie ecclesiæ cõtractũ. Quartò, con scientia remordente distinguit', de sen. excom. Inquisitioni. Vbi sciendũ, q̃ differunt scientia quæ habet euidentiam, & nõ est nisi verorũ, quã qui habet de impedimento nullo cogente: non põt petere aut reddere, quin aut sibi præiudicet si in ipso erat matrimoniũ ratificare, aut peccet si in ipso non erat ratificare, vel erat, sed non intendit ratificare. Secundò, q̃n habet conscientiã. i. firmã credulitatẽ, non refert vtrum leui aut probabili causa, qa etiam hæreticus qui leui argumento deuiat à fide ligatur cõscientia erronea: vnde etiã contra conscientiã erroneã nullus tenet' cuicunq; homini obedire q̃diu durat: quia qui facit contra conscientiã ædificat ad gehennam. Tertiò, q̃n habet scrupulũ conscientiæ. i. dubius est: & tunc si ex temeraria & leui causa: quia audiuit à paucis & leuibus debet deponere, quo deposito põt petere, & reddere, si ex pbabili põt reddere, qa in dubiis debet quis obedire prælato, sicut vasallus in dubio debet dñm iuuare, sed non petere, qa exponeret se periculo. & Aug. dicit, Tene certũ, & dimitte incertũ. Nõ petẽdo autẽ certum est q̃ non peccat: & hæc distinctio habet locũ in omnibus impedimentis quæ simpliciter impediunt matrimoniũ, vel actum eius quo ad personã, quæ habet notitiam: hæc enim persona secundũ prædictã Distinctionẽ vbi non vult matrimoniũ consummare faciat: aliàs sibi præiudicat & peccat. Quintò, quid iuris lite pendente. Host. dicit, q̃ etiã si sit certus ppter dubiũ euentũ põt petere & reddere affectu cõiugali cognoscẽdo, non vt liberam nec ancillam, sed vt cui quæstio statim mouet: vnde ppter primũ non peccat, ppter secundũ sibi nõ præiudicat, maximè si ab ecclesia vrgeat. Et Magister. 4. senten. Dist. 38. in fi. dicit, q̃ debet reddere si vrgetur: quod etiã videtur in gradibus humanalege prohibitis, & per consequẽs in impedimẽto seruitutis: in quibus ecclesia quę statuit q̃n vult, destruit, vel destituit, & dispẽsat. Non autem in gradibus lege diuina prohibitis, in quibus fortè ecclesia nihil põt. 15 Sed ista opinio quo ad primũ non valet: quia ecclesia q̃n præcipit reddi debitum lite pendẽte non intẽdit dispensando matrimoniũ facere, si non est: nam si intẽderet matrimoniũ facere, aut vsq; ad tẽpus sentẽtiæ: & hoc nihil est, aut simpl'r, & tunc posteà non dissolueret: si etiã hoc intenderet non posset facere, vt ille qui non est verus maritus fiat verus maritus contra voluntatẽ suam: vnde non refert siue quæstio moueatur, siue non, vt de resti. spol. Literas. sed distinguitur vt suprà proximè. 16 Quantũ ad tertium arti. posset esse quinta conclusio ad suppletionẽ præcedentis, quomodo dubius possit reddere debitũ: quia si est tale impedimentũ quod ipse ad libitum põt amouẽre: puta, quia liber nesciens cõtraxit cum ancilla si consentiat matrimonio, põt non solũ reddere, sed petere. Sed si est tale impedimentũ quod ipse non põt amouẽre: & non est certus, sed dubius, qa in dubiis homo tenet' obedire superiori, & Papa sic dicit. Excusat iussus Papæ præcipiẽtis dubiò reddere. Sed si Papa non dixisset, nõ deberet reddere vt videtur: quia nullus debet facere illud de quo dubitat: vtrum sit licitum vel illicitũ. Et si dicat' q̃ imò: quia Deus præcipit debitum reddere: dicendũ q̃ non est certũ, vtrum Deus præcipiat an prohibeat, imò est dubium, qa certum est, q̃ Deus præcipit reddere debitum vxori petenti: & q̃ Deus prohibet accedere ad non suam: & est etiam maius peccatũ cognoscere non suam q̃ negare debitum suæ: ergò quia dubium est an sit sua vel non sua, per consequẽs dubiũ est an sit phibitũ à Deo an præceptum: sed certũ est q̃ in hoc dubio præceptũ est à Papa per illã Decretalẽ. Inquisitioni. ergò &c. Vel posset etiã dici:

Nota. duplex sciẽtia, & qũo ea stãte hõ peccet

Opi. Host.

Impro.

Art. 3. Dubius qũo põt reddere debitũ idẽ. s. T. hîc tenet in expositione textus & c. Di. 41. ar. 5. q. 1. ad. 3.

Nota.

Partus sequitur prem in nobilitate.

Spurius Regis nõ est nobilior legitimo rustici.

dici: ꝙ circumſcripto præcepto Papæ idem etiã eſſet faciendũ, quia ſi aliquid ita ſit dubium ꝙ vna pars eſt certa, ꝙ eſt ſine pcto, alia eſt dubia an ſit pctm: debet tenêre certum & dimittere incertũ, qa qñcunq; pót ſe libera re à periculo peccati tenet: vnde manifeſta eſt ratio quare non debet petere, qa certum eſt ꝙ non petere eſt licitum: eſt autẽ dubiũ vtrum petere ſit pctm, ſed in reddendo non eſt ſic: qa vtrunq; eſt dubiũ, qa ſi eſt matrimonium negare eſt iniuſtitia, ſi non eſt, reddere eſt luxuria, ſed nõ eſt æqualiter dubiũ hinc & inde: qa præſumptio eſt pro matrimonio, quouſq; contrariũ probet: vnde reddere debet. Si autẽ eſſet æqualiter dubium hinc & inde: puta, ꝙ vna ſententia eſſet lata pro matrimonio, alia cõtrà, & neutra tranſiſſet in rem iudicatã adhuc, qa nullus debet ſpoliari re ſua ſine poſſeſsione: imò ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus, niſi probationes in contrariũ ſint in promptu: inde eſt ꝙ debet reddere debitũ, etiam ſi ſit gradus indiſpẽſabilis vt patris & filię, vel filij & matris, qñ petens eſt in poſſeſsione matrimonij, vel eſt ſpoliatus ſine iudicis authoritate. Sed cũ extraneo denunciare impedimentũ ſi probabiliter credatur anteq̃ plenè probetur, poſſet illis inuitis interdici carnale cõmercium, multo magis hoc videtur altero poſtulãte. Dicendum, ꝙ non eſt ſimile, quia maior eſt præſumptio fraudis contra alterum coniugem, q̃ contra extraneum. Vel dicendum verius, ꝙ ſicut extero nunciãti niſi ſaltẽ ſemiplenè probaret, offerens ſe ad plenum probaturum infra terminum cõpetentẽ non acquieſceretur, ſic nec hîc alteri coniugi, ſed ſi ſemiplenè ſtatim probet offerens ſe efficaciter probaturũ non cogetur reddere. 17 Ad argumenta in titulo quæſtionis ad primũ dicendũ, ꝙ per religionẽ & ordinis ſuſceptionẽ obligatur aliquis diuinis obſequiis quantũ ad totum tempus: ſed vir tenet̃ reddere debitũ vxori nõ ſemper, ſed congruis temporibus. Vel dicendũ ꝙ per religionẽ & ordinis ſuſceptionẽ ſubiicitur homo prælato, quantũ ad opera voluntaria naturalibus ſuperaddita, in quib⁹ obligatur dño ſuo: ſed per matrimonium non obligat̃ vir vxori: niſi quo ad opera naturalia in quib⁹ eſt liber, & ideò homo eſt ſimile hinc & inde: & ideo maius præiudicium fit dño ſi ſeruus ſine conſenſu eius ordinetur, vel religionem profiteatur, q̃ ſi cõtrahat matrimoniũ. 18 Ad ſecundũ dicendũ ꝙ ſeruus eſt res dñi: quantũ ad ea quæ naturalibus ſuperadduntur: ſed quantũ ad actus naturales qui ſunt neceſſarij, vel ad conſeruationẽ individui, vt comedere: vel ad cõſeruationẽ ſpeciei, vt cõtrahere matrimoniũ, non eſt res eius: & ideò transferre pót in alterũ ſine eius cõſenſu poteſtatẽ ſui corporis quantũ ad hoc. 19 Ad argumentum in oppoſitũ licet ſit ad verã concluſionẽ, dicendum ꝙ parũ valet, qa ſecundũ ſententiã Apoſtoli, ſeruus & liber non differunt quantũ ad ea quæ ſunt de neceſsitate ſalutis, ſed de ſuſceptione ſacramentorũ non loquitur. Nam & ſeruus non debet ordinare ſine licẽtia dñi, cum tñ ordo ſit verius ſacrm q̃ matrimonium, q̃uis ſi ordinetur de facto charactẽrem recipiat. Nos autẽ quærimus vtrum liceat ſeruo inuito dño matrimoniũ contrahere: & an contractũ teneat, & dicimus ꝙ licet & poteſt.

Ad.arg.prin

Ad.2.

DISTINCTIO. 37. QVAESTIO. 1.

Circa Diſtin. 37. quæruntur duo. Primò, vtrum ordo impediat matrimonium. Secundò, vtrum vxoricidium impediat.

In quo ordine nequeat fieri coniugium.

Thom. 4. hac eâdem Diſtinct.

PRIMO igitur quæriẽ, vtrum ſacer ordo impediat matrimoniũ & videt̃ ꝙ non, qa aut hoc eſſet ratione ordinis aut ratione voti annexi, aut ratione ſtatuti eccleſiaſtici. Non ratione ordinis, qa ſic omnis ordo impediret: quod non eſt verũ de minoribus ordinibus: vt habetur. 28. Diſt. De his. nec ratione voti annexi: qa tunc ordo & vota non eſſent duo impedimenta matrimonij, ſed vnum: nec ratione ſtatuti, qa matrimonium cõtractũ cõtra interdictũ eccleſiæ non dirimitur, & ſic ordo ſacer licet impediret matrimoniũ contrahendum, ſaltẽ non dirimeret poſt contractũ. 3 Item nihil impedit matrimoniũ, niſi qd' habet oppoſitionẽ ad matrimoniũ, ſed ordo nullam habet oppoſitionẽ ad matrimoniũ. ergò &c. Probatio minoris, qa ſicut virtus nõ opponit̃ virtuti, ſic nec ſacrm ſacro, vt videt̃, vtrũq; autẽ tã matrimoniũ q̃ ordo ſunt ſacrm. 4 In contrariũ eſt qd' dicit̃ in litera, & habetur. 22. Diſt. Placuit epiſcopos, preſbyteros, diaconos, ſubdiaconos ſecundum inſtitutaab vxorib⁹ abſtinere, qd' niſi fecerint ab eccleſiaſtico remoueantur officio. Cæteros verò clericos ad hoc non cogi.

Ratio Sco. prin. q. vni.

5 Reſpondeo, hîc ſunt tria videnda. Primò, de impedimento ordinis qui eſt ſacramentũ. Secundò, de impedimento ordinis qui eſt religio. Tertiò, inciditer de impedimento ætatis. 6 Quantùm ad primum ſunt quatuor concluſiones. 7 Prima de ordinibus non ſacris: quia ordo minor non impedit matrimonium cõtrahendum, nec dirimit, nec vſum eius de cõſuetudine cùm eti am coniugati dicant epiſtolas, quod etiã eſt abſurdum. Et licet contrahens cũ vnica & virgine retineat priuilegium clericale ſi tonſurã & veſtes deferat clericales, extrà de cleri. coniu. c. vnico. lib. 6. non tñ retinet beneficium eccleſiaſticũ nec recipere poteſt. Non refert autẽ vtrum vnum aut oĩes minores ordines habeat. Dicuntur autem minores ordines non ſacri, quorũ actus non eſt tangere aliquod ſacrum vt oſtiarius, exorciſta, lector, acolythus. 8 Secũda cõcluſio eſt de ordinibus ſacris, qui ſunt diaconatus, ſubdiaconatus, ſacerdotiũ, quorum quilibet impedit matrimoniũ contrahendũ, & dirimit poſt contractũ, nõ ratione voti annexi, ſed ſtatuti eccleſiæ, extrà. Qui clerici vel vouentes. c. Ex literarũ. ſed fit irregularis de facto cõtrahens. Non autẽ econuerſo matrimoniũ impedit ordinem, ſed vxoratus ſemper recipit charactẽrem: ſi autẽ vxore cõſentiente, recipit etiã executionem. 9 Tertia concluſio eſt, ꝙ ordinatus nunquã põt debitũ petere, ſed tenet̃ reddere petenti qua inuita vel ignorante ordinatus eſt, etiã ante cõſummationem, in quo minus habet ſolẽnitas ordinis q̃ religionis, ſi autem ea volẽte tenetur illa continere, qa manet vinculũ, nec põt nubere: non tamen tenet̃ religionẽ intrare, ſed nec expreſſe vouere: ſed ſufficit cõtinere. Vel dicendũ ꝙ qñ volẽte vxore ad ſacros ordines vir promouetur, ipſa tenetur vouere. Sed ſi ea non expreſſe conſentiente ſed ſciente, videt̃ ꝙ non tenet̃ vouẽre, ſed ſufficit continere, & ſic iura debẽt intelligi quæ hoc dicunt. 10 Quarta cõcluſio eſt, ꝙ apud Græcos ordo ſimiliter impedit contrahendũ, & dirimit poſteà contractũ, ſed nõ vſum prius cõtracti niſi ad horã miniſterij, ſicut olim tpe legis, nec vxor eius poſt mortẽ contrahere debet nec poteſt: vnde propter hæc duo in quib⁹ ſibi paraẽ preiudiciũ ſine eius cõſenſu ad ordines accedere non debet. 11 Quantũ ad ſecundũ articulũ de religione, ſunt tres cõcluſiones. 12 Prima ꝙ profeſsio facta in ordine approbato impedit matrimoniũ, & dirimit poſt contractum: quia mortuus eſt mundo, ſi tamen de facto contrahit fit irregularis,

Art. 1. Ordines nõ ſacri nõ impediunt matrimonium.

Ordines ſacri impe.

Art. 2. ꝓfeſsio quo impedit.

laris, ſed de hoc magis videbit̃ in ſequenti Diſt. de voto. 13 Secunda concluſio eſt, ꝙ ordo qui eſt reprobatus ſi fiat in eo profeſsio, quia ipſo iure eſt nulla: licet ratione voti ſimplicis impediat matrimoniũ contrahendũ: non tñ dirimit poſt contractũ, quia ſolenne votum quod dirimit non eſt, niſi vel ordinis ſacri, vel religionis approbatæ, vt dicit noua Decretalis. 14 Tertia concluſio eſt, ꝙ ſecundũ quoſdã continẽtia eſt annexa differenter ordini ſacro, & religioni ſiue ꝓfeſsioni, illi quidẽ ex ſtatuto, iſti ex voto: & hoc ſupponẽdo ꝙ ratione voti nullus obligat̃ niſi volens: qui autẽ ſacrum ordinẽ recipit, licet non intẽdat cõtinere, nec etiã ſe ad continentiã obligare, nihilominus tñ obligatur ad continentiã, & etiã in foro cõſcientiæ ſi contrahat nullũ eſt matrimoniũ, qa eccleſia benè põt facere inhabilẽ ad matrimoniũ ignorantẽ, & inuitum, ſicut ſeruũ vel frigidũ, & hmõi. Et per eandẽ rationẽ ſi ante annos diſcretionis aliquis ſacrum ordinem ſuſcipiat ad continentiã obligat̃, etiam ſi in cunis ordinaret̃: ſuppoſito tñ qui charactẽrem receperit, qa obligatur ſtatuto eccleſiæ non voto ſuo. Secùs autẽ eſt in illo qui profitet̃ religionẽ, qui ſolũ ratione voti obligatur: vnde ante annos diſcretionis non obligat̃, tñ poteſt etiã dici, ꝙ profeſsioni eſt annexa continẽtia ratione ſtatuti. Nam ſi quis profiteret̃ non intendens continẽre, nec etiã ſe ad continentiã obligare: dum tñ hoc nõ exprimeret & intẽderet fieri religioſus: nullũ eſſet matrimoniũ poſt contractũ. 15 Quantũ ad tertiũ de impedimento ætatis, ſunt tres cõcluſiones. 16 Prima, ꝙ matrimoniũ carnale nõ poteſt cõtrahi ante pubertatẽ. Eſt autẽ pubertas in maſculo. 14. annorũ: fœmina. 12. tñ ſi non diſtent pluſquã per ſex mẽſes, vel malitia ſuppleat ætatem, & poſsint carnaliter cõmiſceri tenet matrimonium contractũ, extrà de ſpon. impuberũ. c. Puberes. Cauſa autẽ quare plus requirit̃ in dein tẽpore maſculo, q̃ fœmina eſt, quia mulier citius eſt viripotẽs q̃ vir mulieris, & plura requiruntˢ ad agendũ q̃ ad patiendũ. In ſponſalibus autẽ eſt eadẽ ætas vtriuſq;. ſ. ſeptẽnij vt dictũ fuit. 27. Diſt. 17 Secunda concluſio eſt, ꝙ conſimilis ætas requirit̃ ad matrimoniũ ſpũale, quod eſt per profeſsionem. Impuberes enim nullã firmam obligationẽ & irrevocabilẽ facere poſſunt: vnde nec eorũ iuramenta ſunt firma ſecundũ leges, ſed ſolũ ſacra puberum: vnde pueres poſſunt profiteri, ſicut & matrimoniũ cõtrahere. Qd' autẽ dicit Tho. ante. 18. annũ eſſe nouã conſtitutionem de nõ profitẽdo, dico ꝙ non obſtat, quia reuocata eſt ex hoc ipſo ꝙ nõ eſt in. 6. vnde poſſunt ꝓfiteri qñ & cõtrahere. 18 Tertia concluſio eſt de hoc quod dicit Tho. in ſecunda ſecundæ. 88. q. ar. 9. ꝙ non põt profiteri ante pubertatẽ, licet ſit doli capax propter eccleſię ſtatutum: videt̃ ꝙ imò ſicut & cõtrahere matrimoniũ carnale: quia æqualiter vtrunq; matrimoniũ ante annos illos prohibetur, extrà de ſpon. impube. c. Puberes. vnde cùm benedictio nuptialis fiat per miniſtrũ eccleſiæ, & cadat ſub diſpenſationem eccleſiæ, ſicut & ſolẽnizatio religionis: cũ etiam eccleſia poſsit facere perſonas inhabiles ad contrahendum matrimoniũ carnale ſicut ſpirituale, & ſi nõ ratione ſui: tamen ratione fundamenti: qa pactio & conuentio in qua fundatur matrimoniũ ſubeſt ordinationi principum, & prælatorũ, videtur ſimile vtrobiq;, extrà eo. Continebat̃. 19 Ad argumenta in oppoſitum. Ad primum eſt dicendũ, ꝙ ordo ſacer impedit matrimoniũ contrahendũ, & dirimit iam contractũ non ratione ordinis abſolutè: ſed ratione qua ſacer ordo, & hoc diſpoſitivè, nec ratione voti adiuncti: qa ex nullo ſtatuto votum põt adiungi alicui facto, niſi vouens volũtariè conſentiat, etiã ſi verbo diceret & mẽte non conſentiret: qa votũ eſt merè volũtatis, ſed impedit contẽplatiuè ex ſtatuto eccleſiæ facientis ꝑſonas illegitimas ad cõtrahendũ, poſtq̃ ſacrũ ordinẽ receperũt. Et qd' dicit̃, ꝙ mr̃imoniũ cõtractũ cõtra interdictũ eccleſiæ nõ dirimit. Dicendũ eſt eccl'ia aliqua iterdicit ſimplici ꝓhibitiõe nè fiãt: ſed ſi facta fuerit nõ irritat, aliq̃ verò interdicit nõ ſolũ prohibẽdo nè fiãt, ſed ſtatuẽdo vt irritũ ſit & inane ſi cõtra ſtatutũ fiãt, & tũc nõ ſolũ prohibet̃ faciendũ, ſed irritat̃. Primo mõ interdicit mr̃imoniũ cõtrahi tpe feriato, & in in pluribus caſib⁹, ſed ſcd'o modo prohibet̃ in ſuſceptione ordinis. 20 Ad ſecundũ dicendũ, ꝙ matrimoniũ & eſt ſacrm ratione ſignificationis, & quo ad hoc non opponitur ordini, & eſt in officium naturæ ratione carnalis generationis, & quo ad hoc opponitur, id eſt, diſconuenit ordini ſacro propter rationes dictas.

Dur. hîc ad primum in Scot. in. 1. conclu.

Art. 3. Aetas quomodo impedit.

S. Th. ſuprà Di. 30. ar. 5. Ad. 2.

Ad arg. Sco.

QVAESTIO SECVNDA.

De *impedimento vxoricidij.*

Thom. 4. Diſt. 37. q. 2. art. 2.

QVAERITVR ſecũdò, vtrũ vxoricidiũ impediat matrimoniũ: & videtur ꝙ non, quia magis peccat qui occidit matrem, q̃ qui occidit vxorem, ſed primus non impedit à matrimonio, ergò nec ſecundus. Item occiſio vxoris non impedit matrimoniũ niſi ratione criminis, ſed occidere vxorem in adulterio deprẽhenſam non eſt crimen, vt probatur: ergò tale vxoricidium non debet impedire matrimoniũ. Probatio minoris: qa qui occidit vxorem actu in adulterio deprẽhenſam, nihil iniuſtum facit, nec contra perſonã quæ mortem meruit, nec contra iuſtitiam publicam, quia lex ciuilis permittit hoc. ergò &c. 2 In contrariũ eſt quod dicit̃. 33. q. 2. c. Interfectores ſuarum coniugum. vbi dicit̃, ꝙ tales habendi ſunt tanquã homicidæ, ac per hoc ad pœnitentiã redigẽdi penitus quibus coniugiũ totaliter denegatur. 3 Reſpõdeo, hîc ſunt tria videnda. Primò, an liceat viro occidere vxorem in adulterio deprẽhenſam. Secundò, an vxoricidiũ impediat matrimoniũ cum alia. Tertiò, de quibuſdam literalibus. 4 Quantũ ad primum ſunt tres cõcluſiones. 5 Prima, quod iure poli in foro conſcientiæ nullo modo licet viro propria authoritate interficere vxorem in adulterio deprehenſam, ſed licet viro moderatè caſtigare. Qui enim præeſt congregationi tantùm œconomicè, eam caſtigare & ab ea eiicere poteſt, ſed exterminare à politica cui non præeſt, non. Si autem occideret aut mutilaret congregationẽ etiam politicam damnificaret, cuius intereſt nè quis re ſua malè vtatur. 6 Secunda cõcluſio eſt, ꝙ iure ciuili olim licebat patrí occidere adulterũ cum filia, marito verò adulteram cum adultero, & non puniebantur: hæc autẽ, quia putauit lex ꝙ parceret pater adultero amore filiæ, quam uis alius filiam magis arrepto cultro de domo lanionis occiderit, quam iudex volebat corrumpere, caſtitatem filiæ vitæ eius præferens. ff. de or. iuris. l. 2. & putauit ꝙ maritus parceret vxori timore adulteri. 7 Tertia concluſio eſt, ꝙ vbi eſſet lex vel conſuetudo, ꝙ adultera accuſata occideretur, ſicut tẽpore legis Moyſi, quæ cùm ſit iudicialis non ligat, quia Dominus pepercit mulieri in adulterio deprẽhenſæ: vbi tamen eſſet lex talis, vir zelo iuſtitiæ accuſans non peccaret. 8 Quantùm ad ſecundum de impedimento vxoricidij ſunt tres concluſiones ſcd'm ꝙ aliqs põt vxorẽ tripliciter occidere. Vno modo perſequendo matrimoniũ, vt ſcilicet, contrahat cũ adultera, & illud impedit contrahendum, & dirimit poſt contractum: quãdo. ſ. machinatus eſt in mortẽ eius cum effe

Art. 2.

Art. 2.

ctu,vt cõtraheret cum illa,& idem est econuerso secundum Dist.habitam suprà Dist. 34.de criminibus tribus quæ dirimũt matrimoniũ: sed matrimoniũ Dauid cum Bersabee tenuit,quia nondum erat hoc impedimentum quod est per ecclesiam tempore gratiæ constitutum.

9 Secundò,occidit quis vxorem persequendo culpam, puta in vindictã adulterij, & istud impedit contrahendum,sed non dirimit post contractum, quia non est sic statutũ: hoc etiã faciliter cum iuuene ꝓpter periculum continẽtiæ dispẽsatur, quia iusto dolori in parte parcitur,ar.C.ad.l.Iu.de adul.l.Gracchus. 10 Tertiò, occidit quis vxorem persequẽdo naturam, vt quia eam exosam habet ꝓpter turpitudinẽ,vel aliũ defectum non culpabilem, & istud crimen impedit,& non dirimit, & istis duobus casibus similiter impeditur mulier contrahere, si venenũ dedit viro vel aliter mortẽ eius procurauit:licet non sit expressum nisi in primo casu,sed ad paria iudicantur, & est eadem ratio vtrobiq;. 11 Quantũ ad

Art.3. tertium de literalibus sunt tres conclusiones. 12 Prima,de vxoricidio,quia cùm plus peccet vxor in virum, quam adulter qui nullam fidelitatẽ sibi promisit, sicut non licet interficere vxorẽ adulterantẽ,sic nec adulterũ, quia iure diuino nulli licet gladiũ accipere propria autoritate. 13 Secunda conclusio est de hoc quod dicit in textu presbyteros,diaconos ab vxoribus abstinere,viuente ordinato non potest vxor si consenserit vel dissenserit alij nubere, quia vinculũ manet:sed si ea cõsentiente ordinatus fuit, ipsa etiam castitatẽ intelligitur vouẽre:ita ꝙ ipso mortuo nõ potest nubere,& si nupserit nullum est secundũ quosdam, quia viri solẽnizatione & sum votum solẽnizatur. 32.Di.c.seriatim. Similiter etiã si ipsa consentiẽte vir religionem ingrediatur, qui cum ea factus est vna caro non potest eo mortuo cõtrahere, cum quo intelligitur voluisse secundum Bonauen.

Glo.ord.ibi cũ aliis multis.

S.T.ĩ expositione text.

14 Tertia conclusio est de hoc quod ibi dicit, ꝙ ecclesia gladiũ non habet. 15 Contra Bernar.ad Eugeniũ Papam, probat ꝙ ecclesia habet vtrunq; gladium. Alioquin Petro dicente,Ecce gladij duo hîc,non dixisset Dominus satis est,sed nimis est. 16 Solutio, vtrunq; habet sed differenter vtitur:spirituali quidem per se: materiali autem per brachium sæculare, qui educi debet ad

Ad argu. in oppo. iussum Imperatoris, & nutum sacerdotis secundũ eum. 17 Ad argumenta in oppositum. Ad primũ dicendum ꝙ vxoricidium non impedit matrimoniũ solũ ratione criminis:sed quia est contra fœdus matrimonij, & quãuis occidere matrem sit grauius peccatũ,q̃ occidere vxorem:tamen occisio vxoris est magis contra fœdus matrimonij q̃ occisio matris, & ideò magis impedit matrimonium. 18 Ad

Ad.2. secundũ dicendũ,ꝙ occisio vxoris actu deprehẽsæ in adulterio,si fiat extra iudicium semper est peccatum & iniustũ,quia præiudicat personæ,& reipublicæ:personæ, quæ non debet mori nisi confessa,& conuicta in loco iudicij: præiudicat etiam publicæ iustitiæ ,quia non per publicum iudicem occiditur, & q̃is lex ciuilis hoc permittat,non tamen vt licitum,sed non infligit pœnam propter maximum incitamentum, illa etiam lex hodie est correcta.

DISTINCTIO. 38. QVÆSTIO 1.

Circa. 38. Dist. quæruntur sex. Primò, de voti definitione. Secundò,de diuisione. Tertiò,de voti obligatione. Quartò,de liberatione. Quintò,de voti comparatione. Sextò,de scandalo.

De voto.

Thom. 4. Dist. 38. art. 1.

PRIMO igitur quæritur, vtrũ benè definiatur votum à Magistro in litera dicente, ꝙ votum est &c.& videt ꝙ non,qa vnius rei vna est definitio tantũ: sed multæ aliæ de voto inueniuntur.ergò &c. 2 Cõtra est authoritas Magistri. 3 Respondeo,hic sunt sex videda,secundũ sex descriptiões q̃ dantur de voto. 4 Prima est Hugo. de. S.Victore dicentis, ꝙ votũ est spõsio animi voluntaria,& Deo facta pollicitatio:vnde votũ quasi volũtariè factũ,ex quo tres cõclusiones eliciuntur. 5 Prima,de votis mulierũ in partu vel in infirmitate, vel virorũ in quibuscunq; angustiis propriis,vel suorũ aut turbatione,si habuerunt intentionem obligandi se Deo,cogitãtes etiã de causa, quæ mouebat eos ad vouendum.s.in infirmitate,vel periculo,& de fine eo.s. de euasiõe periculi ꝓpter qd' euitandũ vouebãt:tenẽda sunt,licet tribulatiõe,& perturbatiõe sint emissa:vñ Israël seruauit votũ quo se astrixit instãte bel li piculo.Nume. 21.& ps Reddã tibi vota mea q̃ distinxerunt &c.Et locutũ est os meũ in tribulatione mea,ar. 17.q.4.Sũt q opes.nec fiũt hmõi vota sine deliberatiõe: ex quo vouẽtes sunt in sana mẽte.Idem est de iuramẽtis quæ nõ vergũt in deteriorem exitum.Deo,quia ei fit votum & ei redditur,extrà eo.Magne.§.1. Facta pollicitatio:qa si tantũ facere ꝓponeret nõ obligaretur,extrà eo. literaturã.Secùs si iam deliberasset & firmiter proposuisset promittẽdo corde,licet non ore,qa obligaret,quo ad Deũ.17.q.1.Quia bona. 6 Sed'a cõcl'io est de eo q me tu mortis vouet intrare religionẽ: obligat eũ si ꝓmittat Deo.Secùs autẽ si hõi mortẽ intentãti, vel si intrat metu mortis nõ habẽs animũ intrãdi quo ad eum.ff. Qd' metu causa.l.1.de regularib'.c. 1. vñ hîc minus est liberũ matrimoniũ spũale q̃ carnale, qa ibi met' annullat etiã illa tus ab alio q̃ cũ quo cõtrahit.Nec obstat.27.q.2.Cõsaldus.vbi dicit ꝙ ꝓsbyter q in infirmitate ꝓmisit se monachum fieri,potest nihilominus si vult beneficium retinẽre,quia ibi nõ negatur quin teneatur intrare,sed ꝙ non tenetur fieri monachus.s.per professionẽ,quia non constat ꝙ promiserit fieri monachus animo remanẽdi,& qa nouitius existens non perdit beneficium,sed retinet qd' ante professionẽ conferri non debet, inde est ꝙ si ante professionem exeat beneficiũ percipiet. 7 Tertia conclusio est,ꝙ promissio homini facta metu mortis suę,vel filij non obligat cum effectu, sed ꝓmissio facta Deo etiam metu mortis,sic quia Deus mortem iustè infert, nec tenetur non inferre nec intentatam ab alio propulsare: vnde sicut si promittit rem dare alicui vt me liberaret à morte in casu in quo non tenetur:puta medico obligaret, sic qui promittit Deo.ff.ꝙ met' causa.l.3.§.sed vim accipimus atrocem , & eam quæ aduersus bonos mores fit,non eam quam magistratus rectè intulit. Item.l.metum.§.fi.licet ibi si quo magis te de vi hostium vel latronum vel populi tuerer, vel liberarem aliquid à te accepero,vel te obligauero,non debẽr me hoc edicto teneri,nisi ego ipse hanc tibi vim submisi. Cæterum si alius submiserit vim nec me teneri non debẽre:ego enim opere potius meæ mercedẽ accepisse videor, vt patet in pugilibus qui pro aliis pugnant. In edicto enim ꝙ metus causa:nõ sufficit iustus metus ex parte ꝓmittẽtis vel dãtis,nisi etiã sit turpitudo ex parte recipiẽtis:quod est argumentũ, ꝙ aliquis nõ tenetur liberare pugnãdo facto aliquẽ ab alio aggressum ad mortẽ:aliàs turpiter reciperet pecuniã pro eo qd' facere tenet,vel debet gratis.ff.de condi.ob turpem causam.l.Item.§.penu.& vltimo.Deo ergò potest promitti pro liberatione à morte violenta, quia

Defi.1. voti fcd'm Hug. lib.de sacris per.2.

Vota in infirmitate facta quo obligant.

Nota.

quia illa ab alio infertur.Item pro liberatione à morte naturali:qa illa à Deo iustè sicut à magistratu. 8 Sed quia votum non est de quolibet,sed de bono:ideo est secunda diffinitio Iuristarũ,ꝙ votũ est alicuius boni cum deliberatione facta ꝓmissio.Dico aũt cum deliberatiõe quia subitũ nõ obligat ad peccatũ perfectum:nec ad bonum perfectũ:vñ est hic triplex cõclusio. 9 Prima de

Bũ potatus qnõ tenetur si vouerat. puero qui iratꝰ patri vel magistro vouet,vel iurat intrare religionẽ,vel de illo qui bene potatus ꝙ nõ tenet: qa quod calore iracundię fit pro nõ facto haberi debet,qd' verũ est si sic subito fit,ꝙ nõ per deliberationẽ à sentẽtia rationis,q̃ nõ requirit magnã morã tẽporis:sed quando sciens quid iurat vel vouet tenetur:nisi tñ cũ eo dispenseturratione minusplenę deliberationis: sicut etiã qui calore cõcupiscẽtiæ inflammatus , aut bene potatus nõ tñ perfecte ebrius iurat vxorẽ ducere:cõpellitur eã ducere nisi omnino ebrius esset. 10 Secunda de confirma

Ebrius peccat tpe ebrietatis. tione istius:quia sicut requiritur deliberatio ad votum, sic ad mortale peccatũ,& tamẽ licet iratus aut potaꝰ occidat hominẽ excusatur à tanto sed non à toto, quin sit mortale ex quo non sic fuit extra se quin sciret quid faceret,licet statim postea pœniteat & nollet fecisse , quia esset statim pœnitiuum bene arguit ꝙ nõ sit factum ex habitu:sed ꝙ non quid sit factum ex electione,licet passione turbante iudiciũ rationis. Illa igitur deliberatio temporis vel ætatis,quæ sufficeret ad obligandũ diabolo per mortale,sufficit ab obligandum Deo per votum.

De dubio isto vide opini.doc.in antho.2.pt. ti. 11.c.2. opi. s.t.2.2.q.88 ar.1.& ar. 3 &.q.189. arti.4. 11 Tertia conclusio est,de hoc quod dicit promissio. Nã votũ obligat non ante propositum, nisi in casu.s. qñ intrat religionem cum proposito remanendi,& Deo perpetuo famulandi quod æquipollet voto simplici: sed nõ solenni:de regularibus.c.consulti.vbi dicitur ꝙ tenetur saltem aliam religionem intrare.Sed quidam dicunt propositum: quia propositum annexũ voto licet obliget, vt cũ quis vouet intrare cũ proposito remanendi, licet non voluerit remanere,tamẽ quãdo id quod proponitur quãtũcunq; firmetur nõ promittitur nec promisso annectitur non ligatur.vñ decre.debet intelligi de illo qui intrat cũ voto.Sed quia decreta.loquitur indistincte dicẽs ꝙ qui intrat animo perpetuo abrenuntiãdi sæculo, non põt ad sæculũ redire: sed vel ad aliam religionem debet transire:ideo primo dicto magis videtur standum. 12 Tertia diffinitio est , ꝙ votũ est cõceptio boni propositi cũ deliberatione,q̃ quis ad aliquid faciendum vel nõ faciendũ Deo se obligat. Ex qua.3.conclusiones elici possent. 13 Prima,ꝙ obligatio voti fit Deo principaliter & finaliter,licet fiat in manu hominis:vñ si aliquis promittit alicui ꝙ intrabit religionem,non illi, sed Deo facta est obligatio.vnde Dei est retinere nõ illius, siue sit de religione, siue alius sicut aliqui sibi inuicẽ iurant aliquando,quia promissio in manu serui facta acquirit domino non seruo , & seruus nõ põt remittere,sed dñs.Oẽs autem sunt serui Dei,& sic per omnes põt actio Deo acquiri. 14 Secunda conclusio est,ꝙ si aliquis promisit intrare religionem ad requisitionem alicuius,illo nõ requirẽte intrare nõ tenet,sed illo mortuo videt ꝙ teneat, nisi ꝓ modũ cõditiõis dixerit. Si me requisierit &c. Sed si dixit ꝓmitto intrare quãdocũq; me requisieris,videt promissio in diem.vñ illo mortuo non plus habet dilationem,qa nõ expectatur requisitio. 15 Tertia conclusio est,ꝙ quia Deus intuetur cor,& sibi fit obligatio voti

Diffi.secundum hos. ideo non solũ per stipulationẽ sed per nudã promissionem et pollicitationẽ homo efficaciter obligat; imò etiã solã cordis promissione sine oris expressiõe. 16 Quarta diffinitio parũ differt ab ista q̃ talis est.Votũ est alicuius rei licitæ faciendę vel non faciendæ cum deliberatione animi Deo tacita pollicitatio:& hæc est Hosti.et ex hac etiã eliciũtur tres cõclusiões. 17 Prima quòd de re illicita non tenet votũ:vnde dicit licite:quia in turpi voto muta decretũ. 24.q.4.in malis. Et in talibus magis placent Deo transgressores q̃ obseruatores; etiam si interueniat iuramentũ,vt in auct.insteneutis,nullis non solũ sed filius patre:vt sed etiam si iusiurandũ detur sine periculo discedere, & in rubro et in nigro. coll. quinta. 18 Secunda,ꝙ votum non est de prẽsenti nec de prẽterito,sed de futuro faciẽdo vel nõ faciẽdo:qa oĩs ꝓmissio ad alterũ horũ reducit,& dare et nõ dare.ff.de prẽscrip. naturali.de nõ ob.l.4.§.cato. 19 Tertia cõclusio,ꝙ votũ debet fieri cum deliberatione:vnde dicit cũ deliberatione animi:quia votũ quod ex facilitate animi potiꝰ q̃ ex arbitrio discretiõis emittitur,nõ est obligatoriũ vsq; quaq,extra.e.c.Veniẽtis,de regularibus.c.Ad nrãm. de cõuer.cõiug.c,rarissimus. &.c. Veniens. 20 Quinta

Diffinitio. ꝙ secundũ magistrum in textu. diffinitio est magistri. Quòd votũ est testificatio quędã promissionis spõtaneæ q Deo et de his q̃ Dei sunt proprie fieri debet,ex quo etiã elici põt triplex cõclusio. 21 Prima,ꝙ castitas q̃ facit maximè esse ꝓximũ est Deo specialis,& ꝓpria materia voti:quia de his q̃ Dei sunt. Sed qa malũ non est materia voti:cũ malũ sit priuatio boni, videt ꝙ nõ valeat votũ quo aliqs vouet nõ cõtrahere matrimoniũ:qa cõtrahere mrĩmoniũ est quoddã bonũ,non cõtrahere aũt est priuatio boni, & sic malũ. 22 Et dicẽdũ, ꝙ priuatio boni q̃ includit maiꝰ bonũ est bona:sic

Aliqs licite vouet nõ cõtrahere mrĩmonium. est hic qa mrĩmoniũ habet actũ carnalẽ et distractionẽ mẽtis:& licet nõ cõtrahere mrĩmoniũ nõ includat vacare Deo,tñ secundũ cõmunem modũ loquẽdi in vouere non contrahere matrimonium,includitur disponi melius in Deũ,& non impediri à Deo impedimentis quæ matrimonium causant. 23 Secunda cõclusio est, ꝙ vouere etiam paupertatem est perfectum votum : quia est de his quæ Dei sunt : quia deus eam consulit verbo et tenuit facto,quia vouere paupertatem implicat amotionem impedimenti quod diuitiæ solent causare: sicut vouere abstinere, et omnia huiusmodi quæ vt videntur non exprimere nisi priuationem boni: implicant tamen priuationem mali illi bono incluso oppositam ; et sic quia priuatio mali habet priuationem boni :per consequens est materia iuramenti & voti. 24 Tertia conclusio , est ꝙ etiam propria materia voti est obedientia dicente Xpo, Abneget semetipsum, &c. Hęc autem tria Apostoli habuerunt nõ tamẽ proposito & facto: sed etiã voto q̃is scriptura nõ exprimat:sicut nec de beata virgine,quam tamẽ credimus virginitatẽ vouisse,imò etiã Apostoli videnꝰ habuisse votũ solene paupertatis : quia ad pedes eorũ oĩa ponebãtur,nec quisq̃; ꝓpriũ habebat. 25 Secunda diffinitio est magistralis. Votum est pro-

Diffinitio.2 missio melioris boni animi deliberatiõe firmata:ex qua eliciuntur.5.conclusiones. 26 Prima, ꝙ votum de non intrando religionem non valet: quia non est de meliori bono, sed de opposito. De hoc tamen sic dicit Hosti: nunquid valet votum si quis vouerit non intrare religionem? videtur ꝙ non , quia impeditur amplitudo charitatis & diuina inspiratio extrà de regularibus;licet. 26.q.2.Contrà,quia seruari potest sine damnatione, sicut et iuramentum. Item videtur Gratianus dicere,ꝙ qui iurauit clericatus tonsuram :vel religionis habitum non suscipere,non debet prohiberi seruare. 22.q.4.cap.vlt.61.distinct.c.2.Soluit autem dicẽs, ꝙ votũ tenetur seruare q̃is fuerit indiscretum : nisi sibi postea ad non contrarium inspiretur. Illectus ergò non intret 20.q.3. Constituit.de conuer.coniug. Dudum. Ex reuelatione secure intret.de diuorti. Gaudemus. Et hic distinct. probatur. 22.q.2. Beatus.16.q.1.in parochia. 27.q.2. Beata mater. de iureiur.cap.3.quid.

Improbatio opi. hoſ. ſolutio multipl. ad ar. hoſ.

27 Sed cõtra hoc eſt, quia nõ eſt votũ de re minꝰ bona: hæc autem eſt minus bona: quod autem non eſt votum non obligat vt votum. Item non eſt iuramentũ quãdo non eſt de re bona: ſed pura priuatio boni nihil habet boni. Nec obſtat, ꝙ poteſt ſeruari ſine detrimento &c. quia illud eſt verum quando habuit tres comites. Vel dicendum, ꝙ detrimẽtum ſalutis eſt non ſolũ quod interimit ſalutem: ſed quod impedit perfectionẽ ſalutis. Vel quando dicitur, ꝙ omne votũ & iuramentum eſt ſeruandum, quod ſeruatum non vergit in detrimentum ſalutis æternę: dicendum ꝙ verum eſt quando habuit materiam propriam: ſic non eſt hîc: vel ad minorem dicendum, ꝙ cum detrimentum & augmentum ſint oppoſita circa idem, priuatio vnius eſt poſitio alterius: vnde cum religio ſit in augmentum ſalutis æternę priuatio eius eſt in detrimentum eiuſdem. 28 Ad illud quod. 22.q.4. c.vlti. poteſt ibi negari Gratianus, ſicut ab omnibus negatur in illo quod immediate ibidẽ precedit. ſ. ꝙ ſi quis poſt votum ſimplex de caſtitate iurauit alicui ꝙ accipe ret eam in vxorem, ꝙ propter iuramentum poteſt eã accipere: quod omnes negant quia votum ſimplex perimit ſponſalia poſt contracta: quia iurauit rem illicitã. Qui cle. vel vouẽ. c. Rurſus. vel dicendum ꝙ magiſter ibi dicit, ꝙ non eſt cogendum frangere iuramentũ: ſed poteſt ſeruare ſi vult: nec tamen cogẽdus eſt etiã ſeruare, quaſi dicat: poteſt ſeruare ſi vult, & poteſt non ſeruare eſſet ſine diſpenſatione 29 Secunda concluſio eſt declarata iſtius, ꝙ quãdo per votum vel iuramentum excluditur directe & principaliter bonum aliquid conferẽs ad ſalutem, & non includitur aliquod bonum quod per ſe poſſet eſſe materia iuramenti, iuramẽtum nullũ eſt & nõ obligat: licet poſsit ſeruari cum ſalute: vt ſi quis iuret ſe non facturum aliquod bonum, niſi illud quod ſine peccato omitti nõ poteſt: ſimiliter dico de voto tanto magis quãto votum requirit materiã meliorẽ: quãdo autẽ iuramentũ principaliter includit aliquod bonũ quod poteſt eſſe materia iuramenti, licet illud bonũ excludat ex conſequenti meliora bona: tunc iuramẽtum ligat: vt ſi quis iuret matrimoniũ cõtrahere & cõſummare, quod cõtrariatur virginitati quod eſt maius bonũ. Similiter in voto ſi quis vouеat ſe intraturum & perſeueraturum in religione laxiori: licet ex hoc melior via precludatur: quia tamen religio promiſſa eſt ſufficiens materia voti reſpectu ſæculi cui pręeminet: licet non reſpectu aliarũ religionum valet. 30 Tertia cõcluſio eſt applicare ſupra dictã diſtinctionẽ ad. 3. caſus. Primo, ꝙ valet votũ & iuramẽtũ, ſi quis iuret intrare hanc religionẽ ſi quãintret: qa hic nõ principaliter excludũ alię ſed principaliter includit iſta: & ſi nõ pure tñ ſub cõditiõe. ſ. ſi velit aliquã intrare: ſed ſi ꝓmitteret ſe nullã aliã intraturũ, & nõ promitteret iſtam intrare: nec pure nec ſub conditione: non valeret, & peccaret vouens & inducens. Vnde dicit Tho. 5. quotlib. 27. q. ꝙ de re licita poteſt eſſe illicita obligatio: ſicut cum quis iurat non ieiunare: non dare elecmoſynam, non intrare religionẽ: quia per hoc homo ꝗtum in ſe eſt obfirmat ſe contra gratiã. ſ. ſ. q̃ facit hominẽ in corde ſuo aſcenſiones diſponere: huic etiam iuramento deeſt iudicium rationis, quia retrahit à maiori bono. Aliter eſſet probat: quia impedimentum ſpiritualis profectꝰ nõ ex Deo: ſed iuramẽtum quod eſt ſeruãdũ eſt ex Deo, ergo iuramentum nõ eſt ſeruandũ inꝗtum impedit ſpiritualem profectum. 31 Quarta cõcluſio eſt, ꝙ peccãt parentes inducentes filios quos mittunt ad ſæculi ſcholas ad iurandũ, vel vouendum ꝙ non intrabunt religionem: nec ibũt ad prædicatores et minores, nec ad audiẽdum ſermonem: vnde nec tenentur ſeruare. Et videtur grauius vouere malũ, q̃ frãgere votum bonum: ſicut iurare falſum q̃ frangere iuramentũ. Vt dicit Tho. 3. quolibet. q. 14. ꝙ ſi quis ex certa cauſa per aliquã horã impediret aliquẽ intrare religionem, poſſet aliquando excuſari à peccato: tamen ꝙ hoc impediat hominem nè vnq̃; poſsit religionẽ intrare: eſt ſpũi ſancto reſiſtere, quia pro poſitum intrandi religionem eſt à ſpũ ſancto. 19. q. 1. c. Duę: vnde Math. 23. vè vobis qui clauditis regnũ cœlorum ante homines: ipſi autẽ nõ intratis, nec ſinitis alios intrare: vnde non ſolũ parẽtibus, ſed aliis omnibus alios inducẽtibus ad iurandum, vel vouendum ſe non intraturos religionem eſt mortale. 32 Quinta concluſio ex præmiſſis oriẽs eſt dubia. ſ. vtrum mulier quę vouet nõ cõtrahere ſuo ribaldo: non quia intendat caſte viuere ligetur voto: videtur ꝙ nõ erat res bona de ſe, ſed priuatio boni, nec vt intendit. Alij tamen dicunt ꝙ ligatur: quia licet finis quẽ intendit ſit malus, tamẽ res vota eſt bona, & ſi nõ de ſe formaliter: tamẽ ex hoc ad quod de ſe & per ſe nata eſt ordinari: puta ad cogitandũ de Deo: licet iſta non ordinet. 33 Ad argumentum dicendũ eſt, ꝙ vniꝰ rei vna eſt diffinitio, verum eſt ſecundum vnam conſiderationem: ſed ſecundum diuerſas conſiderationes dãtur multæ deſcriptiones diuerſæ ſicut vnum et idem aliter diffinit logicus, phyſicus, medicus, & mathematicus.

Nota.

Caſus. 2.

Caſus pulcherrimus.

Nota. ẽt. ſ. t. quotlib. 12. q. 22. et. 2. 2 q. 185. ar. 2. ad. 3.

S. Tho.

Caſus. 3.

QVAESTIO SECVNDA.

De diuiſione voti.

Tho. vbi ſupra arti. 2.

SECVNDO queritur, de diuiſione voti. Et videtur ꝙ diuiſio magiſtri prima ſit mala. ſ. in votum commune & ſingulare: quia votum commune eſt neceſsitas: ſed quod eſt neceſsitatis nõ eſt liberum nec voluntarium, nec per conſequens votũ, ergo &c. 2 Contrà auctoritas magiſtri. 3 Reſpõdeo, dicendum, ꝙ cũ omnis diuiſio reducatur ad bimembrem primò & per ſe: ſic etiam votum prima diuiſione diuiditur in votum cõſequentiæ et neceſsitatis, & votum ſingulare & voluntatis. Videntur tamen. 12. eſſe diuiſiones voti. 4 Prima eſt legiſtarum: quia votũ aliud eſt perſonale vt continentiæ, aliud reale vt eleemoſynę, aliud mixtum pariter ex vtroq;: vt de religione: quia ingreſſi monaſteria ſe & ſua Deo dedicant: vnde iſtud eſt perfectius vtroq;, ſicut oblatio Nazarei omni ſacrificio: & oĩbus votis perfectior eſt religio: quia omne totum eſt maius ſua parte: & vt perſonale, quia totam perſonam: & vt reale quia omnia, vt Petrus obtulit plus q̃ Zacheus licet minꝰ in quãtitate. 5 Secũda, qa votũ aliud tẽporale vt abſtinẽtiæ certi tpis: vel cõtinẽtiæ, aliud ꝑpetuũ vt per ꝑpetuæ abſtinẽtiæ: ab aliquo: vel ꝑpetuæ cõtinẽtię vt in religiõe et ſacro ordĩe, & iſtud eſt ꝑfectiꝰ: qa bonũ quãto diuturnius tanto melius. 6 Tertia diuiſio eſt Hoſti. & Ray. quia votum aliud neceſsitatis, vt de his quę ſunt neceſſaria ad ſalutem: aliud voluntatis, vt de his q̃ ſunt ſupererogationis: inter quæ eſt talis differentia, ꝙ in votis neceſsitatis vnus poteſt alium ignorantem obligare, vt patrinus puerum. Tenetur enim baptizatus in pueritia ſeruare fidẽ & cogitur, ſicut baptizatus in adulta ætate. In votis autem voluntariis non: vnde quantũcunq; mater vouеat pro puero infirmo ꝙ ieiunet: non tenetur niſi cõſentiat cum habet ætatem legitimam: filius etiam quem pater puerũ in religiõe poſuit, niſi cum ad annos diſcretionis peruenerit ſponte conſenſerit poteſt exire: & ſic loquitur canon. 20. q. 1. &. 2. 7 Quarta diuiſio eſt voti

Diuiſiones voti duodecim.

eſt voti neceſsitatis, ĩ votũ primę neceſsitatis quod emittitur in Baptiſmo: & ſecũdę neceſsitatis quod emittitur in pœnitẽtia, q̃ facit pręterita mala plãgere & plãgenda iterum non committere: ſicut Baptiſmus præteritum infidelitatis errorẽ abiicere: ſed tamẽ nõ requiritur promiſsio in pœnitẽtia, ſicut in Baptiſ. ſed ſufficit propoſitum: nec eſt propriè votũ hîc & ibi. Votũ ergo neceſsitatis eſt eorũ ad quæ implẽda oĩs homo tenetur, ſine quibus non eſt ſalus: ſicut abrenũtiare diabolo & põpis eiꝰ, tenere fidẽ: ſeruare decalogũ, ad q̃ ſe obligat quilibet in Baptiſmo. de cõſe. di. 4. poſtea. 7. q. 1. Ecce non tamẽ qñ pro duobꝰ peccatis pœnitẽtia eſt iniungẽda. ſed pro vno tranſgreſsionis circũſtantia aggrauato. Guil. dicit ꝙ nec in pœnitẽtia: nec in Baptiſ. emittitur votũ, quia in illis eſt magis renũtiatio vitæ pręterite malæ, & profeſsio fidei, q̃ obligatio reſpectu futuræ: vnde in pœnitentia nõ eſt exigendum ſacramentũ: niſi in caſibus expreſsis. nec votum de nõ recidiuando vel promiſsio: ſed ſufficit habẽre propoſitum de cauendo à peccato in poſterũ. large tamẽ dicitur duplex votum neceſsitatis. ſ. neceſsitatis primę quod emittitur in Baptiſ. et ſecundæ quod emittitur in pœnitentia, & quõcunq; ſit certum eſt, ꝙ in eodẽ genere peccati plus peccat fidelis q̃ infidelis, et qui poſt pœnitẽtiã recidiuat: quia melius erat eis viam veritatis non agnoſcere, &c. 1. Pe. 2. votũ verò voluntatis eſt eius boni ad qd' añ votũ aliquis nõ tenet: ſed pervotũ aſtringitur: vt cõtinentiæ, abſtinẽtię & peregrinationis & huiuſmodi: de quibus pſal. vouete & reddite &c. vt primũ ad cõſilium. ſecundũ ad imperiũ referatur, extra. e. Magnę. Sicut vouere virginitatem eſt conſilium: non confirmari eſt pręceptũ. Vnde etiam imperator indicit vniuerſis caſtitatem q̃ ſola potẽs eſt cũ fiducia Deo aĩas pręſentare. Auc. de lenõibus. §. Sãcimus. coll. 2. non ꝙ ipſa ſufficiat ſine charitate. ſed ꝙ ſine ea nulla alia virtus ſufficit: vñ auc. quibus mo. na. efficiũtur ſui. §. illud quoq;. coll. 6. per quas corriguntur antiquæ leges quę concubinas concedebãt: vnde Augu. Fornicari hoĩbus nunq̃; licet. 88. di. fornicari nunq̃ licet. 32. q. 4. Nemo. quod verum eſt licet culpæ: quia ſemper eſt mortale peccatũ: ſed quandoq; licet licentia pœnę: quia Eccleſia non ſemper punit. 31. q. 1 hac ratione. 4. diſtinct. deniq, ibi. & ideo abſtinere aut ieiunare quandoq; eſt neceſsitaris, puta diebus quibus Eccleſia ieiunium indicit: ſed quicquid promittatur in Baptiſmo: tamen in pœnitentia nulla eſt promiſsio, niſi abſoluere ab iniectione in qua percuſſor iurat non percutere amplius, & in illa ab vſuris, in qua vſurarius cauet vel iurat reddere non autem abſtinere: & eſt periculum tales promiſsiones extorquere. de cohabi. cleri. & mu. c. Clericus in ſacris. 8 Quinta eſt diuiſio magiſtri in votum commune quod eſt neceſsarium: & ſingulare quod eſt voluntarium: vnde redit in tertiã diuiſionem: non tamen votum commune addit nouũ peccatum ſecundum doctores, ſed nouam deformitatẽ: ſed illud videtur implicare contradictionem: quia ſecundũ eoscircunſtantia aggrauans quę per ſe, non ex ſuppoſitione primi, importat deformitatem, mutat ſpeciem vel addit nouam peccati ſpeciem. Fractio autem voti ex ſe deformitatem habet: quia etiam in re ad quã quis alias non tenetur: vnde votum ſingulare facit de non peccato peccatum, ergo & commune mutat ſpeciem quod videtur concedendum, quando eſt expreſſum per modum proprię & ſingularis obligationis: vt ſi vouеat vel iuret non ampliusfornicari, non ſolum peccat peccato luxuriæ fornicando: ſed etiam peccato periurij vel fractionis voti. Sed qñ non eſt votũ proprium et expreſſum, ſed ſolum ritus ſuſceptionis ſacramenti, ſicut in baptiſmo: nõ videtur eſſe alia ſpecies peccati. 9 Sexta diuiſio eſt etiam magiſtri voti ſingularis: quia aliud ſimplex vel priuatum: aliud publicum vel ſolenne. Priuatum vel ſimplex dicitur etiam quod in publico fit, vel cum aliqua ſolennitate: ſicut in voto peregrinationis adhibetur ſolennitas per ſuſceptionem peræ et baculi benedicti à ſacerdote, vel per ſuſceptionem crucis in votũ terræ ſanctæ: dum tamen non fiat alia ſolennitas cum qua ſecundum modum Eccleſiæ dicitur votum ſolennizari, quæ eſt duplex tantum vt ſequetur. Et ſciendum ꝙ omne nõ ſolenne eſt ſimplex: etiam ſi publice fiat quia accidit ſibi, cum etiam ſolo corde poſsit fieri: ſed ſolenne nunq̃ ſolo corde nec furtiue ſed ſolenniter. Et horum aliud cõſiſtit in faciendo: vt ire ad ſanctũ Iacobum orare. Aliud in nõ faciẽdo: vt nõ contrahere mrĩmonium, de quo eſt dubium, vtrum qui ſic vouet poſt matrimoniũ cõtractũ poſsit debitum petere: quia ſi ſimpliciter vouiſſet caſtitatẽ nõ poſſet, & aliud videtur vouere nõ cõtrahere matrimonium, et aliud vouere caſtitatem: quia primus fornicando non frangit votum: ſed ſecundus ecõtrario videtur: quia vouẽdo vnũ vouet quod implicatur in illo. 10 Septima diuiſio eſt voti ſolẽnis: quia aliud ſolenni zatur per ſuſceptionem ſacri ordinis: aliud per profeſsionem approbatæ religionis: nec ſunt plures modi q̃tum ad poſt contractum matrimonium dirimendum. extra de voto et voti redem. c. Vno. li. 6. Inter quas ſolennitates talis eſt differentia: quia ſi quis profiteatur religionẽ quam non poteſt: nihilominus voto ſimplici ad continẽ tiam obligatur: qui autem ordinatur ab eo qui nec charactẽrem imprimere poteſt: puta quia non Epiſcopus nõ tenetur continere. Secus autem ſi ab eo qui ordinem dare poteſt, licet non executionem. 11 Quod autem dicitur in illa decrerali noua, ꝙ ſolennitas eſt per Eccleſiam introducta: videtur cõtrà, quia ordo eſt à Deo. 12 Solutio in voto ſolẽni eſt cõſiderare materiã. i. eſſentiam voti & formã. ſ. ſolẽnitatẽ. In ſolẽnitate aũt religiõis materia eſt a iure diuino vel naturali: quia ipſemet obligat ſe: ſed ſolẽnitas eſt ab Eccleſia: ecõuerſo autẽ in ordine ſacro: eſſentia voti eſt ab Eccleſia q̃ ipſã annectit ordini: etiam ſi non exprimatur ſolẽnitas à Deo: qa licet Eccleſia multa ſuperaddiderit, ſi tamẽ ſine illis fieret ſolũ id in quo character imprimitur ſolẽne eſſet. Et ideo profeſsio indebita obligat voto ſimplici: quia ipſemet ſe obligat Deo quod Eccleſia prohibere non potuit. ſed ordinatio indebita non obligat ſi character non imprimitur: quia nec per ſe: cum non promittat aliquid, nec per Eccleſiam quia ceſſante principali ceſſat acceſſoriũ. Inter ſolennizationem ergo per ſacrum ordinem et per profeſsionem eſt differentia: quia in ſuſceptione ſacri ordinis eſt votũ pręſumptum pręſumptione iuris, & de iure contra quã non admittitur probatio: vnde ſi quis non intendens viuere caſtè, nec ſe obligare nihilominus volens ſuſcipit ſubdiaconatũ: nihilominus obligatur ad continentiam vi ſtatuti & non voti: ſed quia hoc ſtatutum eſt quicũq; ſuſcipit ordinem pręſumitur conſentire in id quod eſt annexum ordini: & propter hoc dicetur eſſe votum cũ ſit magis ſtatutum: imò etiam ſi contrarium proteſtaretur: nihilominus obligaretur: ſed in profeſsione eſt verum votum & expreſſum: ſi eſt expreſſa, vel tacitum, ſi tacita. 13 Octaua diuiſio eſt de voto ſolẽnizato ꝑ profeſsionem: qa aliud per expreſſam q̃ fit verbis in capitulo ad modũ homagij, quibus aliquis ꝓmittit obedientiã vel conuerſionem morum ſecundum regulam approbatam: aliud per tacitam in ordine approbato: vnde per tria vota ſubſtantialia religionis in ſæculo emiſſa non dicitur quis votum emittere ſolẽne: q̃uis apud magnos dubium ſit vtrum liceat ad tria illa vota inducere in ſæculo remanentes. Expreſſa autem pręſentibus duabus partibus

S. t. hîc. q. 1. ar. 2. q. 1. ad 3. alb. hîc. articulo. 8. Impug. de hoc ſupra di. 16 q. 3. & ibi. ſ. t. allegatꝰ ſe defendit.

Reſpõ. doc.

Duplex votũ ſolenne.

Obiectio.

Solutio.

Nota.

S. t. quotlib. 3. q. 11. &. 13. &. 2. 2. q. vlti. ar. 9.

partibus conuentus, & maiore parte consentiente: aliter non debet fieri nec facta tenet. Tacita autem per tacitũ consensum de quo post dicetur. Est autem differentia inter professionẽ expressam, quæ potest fieri habitu non mutato: & tacitam quæ nõ. Nam si est idẽ habitus sæcularis & religionis: non profitetur per lapsum amni: si etiã est distinctus habitus nouitiorum à professis: adhuc nõ profitetur per lapsum temporis, nisi recipiat saltẽ triduo habitum professorum. argu. contra de testi. c. 2. vbi non potest testari quæ habitum non mutauerat: quia per annos plurimos in monasterio fuerat. 14 Solutio, illa fuerat expresse ꝓfessa, alias nõ fuisset in abbatissam ordinata de elec. Cũ causam. 15 Nona diuisio est de voto solẽnizato per professionẽ tacitã, quia illa fit dupliciter. vno modo per lapsum anni: cum quis pubes habitum religionis qui communis est nouitiis & professis, per annũ continuum gestauit: ex tunc religionẽ assumptam intelligitur professus: nisi ibi tanta indistinctio habitus habeatur, ꝙ non solum nouitij & professi: sed etiam alij cũ eis vitam cõmunem ducentes simili penitus habitu induuntur, sicut fortè apud illas moniales, quæ se dicunt quasi canonicas sęculares. Secùs in illo qui ante annos discretionis assumpsit habitum regularem: nisi per totũ annum sequentem pubertatem in monasterio remansérit spontaneus: extrà de regu. c. 1. li. 6. vbi requiritur distinctio regularis & sæcularis et etiam distinctio nouitij & professi. Dicunt aũt ꝙ quidam requiritur cum anno dies, fortè propter annos bisextiles vt sit vniformis professio nouitiorum in annis bisextilibus & communibus sed quia sumenda est ratio quæ pro religione facit: non videtur dies necessario superaddẽdus quo ad hoc ꝙ ille exire posit, nec vsq; legitur: sed respectu alterius qui eũ extrahere põt bene anno additur dies: vnde impuberẽ intrantem religionem potest extrahere pater vel tutor infrà annũ & diem. 20. q. 2. Puella. Circa quod etiã licet sit digressio est aduertendum, ꝙ pater vel tutor nõ debet propria auctoritate cũ violẽtia extrahere: sed auctoritate illius qui in monasterium habet auctoritatẽ: nec etiã magister filij familias, vel quicunq; alius custos hoc potest, quia ei qui est in potestate patris sanę mentis: nec tutor nec curator dari potest. Quòd de violentia dictũ est ad hoc pertinet, ꝙ licet pr̃ vel tutor posunt pupillũ iunitum disciplinare etiam cloricum: non tamẽ possunt eum corrigere aliis iniuriam inferendo: quod facerent si vel habitum disrumperent, vel vi de monasterio extraherent: quia iam erat in eius possessione. Alio modo fit per susceptionem habitus professi si ætatis aptæ sciẽs & voluntarius sic triduo perseueret: extrà de regu. c. Constitutionẽ. li. 6. ergo in ꝓfessione tacita per lapsum anni non requiritur dies, nisi in anno bisextili: quia tunc nõ est vltra hunc annũ: licet sit vltra alios. Item quando stetit per annum vbi est distinctio habitus inter sæcularẽ & nouitium & professos: licet non sit obligatus illi religioni: quia nec gessit se vt professus: tamen est obligat' religioni absolute: quia gessit se vt religiosus: vnde non poset contrahere. de regu. ca. Significatũ est. de cõuer. coniu. Ad apostolicã. 16 Decima diuisio est, ꝙ professio tacita per lapsum anni subdiuiditur: quia quædã est illius qui intrauit impubes: secunda eius qui intrauit iã pubes. Et impuberis illa duplex. Vna respectu patris, illa respectu sui. Si enim impubes patre vel tutore ignorãte vel inuito intrauit infra annum & diem, retrahi vel extrahi potest etiam inuitus à patre vel tutore: ꝙ si ab eis scientibus nõ fuerit ante annum et diem extractus: quãtum ad illos professus est etiam impubes existens: quia ipsum petere non possunt: sed quantum ad se quousq; fit pubes nullam professionem nec expressam nec tacitam facere potest, quæ valeat vt solennis: sed si professionem de facto factam in pupillari ætate factus pubes ratũ habeat expresse, vel de nouo profiteatur: vel professorum habitum per triduum portet, fit professus. Similiter vbi ante annum profiteri non est prohibitum fit professus. Item si per totum quintumdecimum annum remaneat, vbi non est habitus nouitiorũ distinctus ab habitu professorum, est tamen distinctus ab habitu sæcularium degentium: aliàs non. Si autem pubes intrauit & est distinctio habitus nouitij & professi, etiam si cum hoc sit indistinctio habitus sæcularium: sicut si essent canonici regulares et clerici sæculares cum eis in choro et refectorio, sicut ipsi in superpelliceis vtuntur, lapsu anni tacite profitetur. de regu. c. 1. Dico autem distinctio: vel materialis vt in panno, vel colore, aut huiusmodi: vel formalis vt per benedictionem, sicut ibi dicitur in fine.

Professio in religione fit dupliciter.

Opi. aliquorũ ꝙ requiritur ann°: cũ die ad professio.

17 Vndecima diuisio est, quia alia est professio mendicantium: alia non mẽdicantium. Est enim differentia inter religiones mendicantium et alias quoad professionem: quia in primis non põt fieri nec tacite nec expresse ante annum: in alijs sic: quod est, quia sunt arctiores: vñ ad eas licet aliunde transire non econuerso, & similiter ab aliis mendicantibus ad prędicatores vel minores. Nã ꝙ sunt arctiores argumentum est: quia olim in eis solis annus probatiõis requirebatur. Nam arctior dicitur religio non quæ maioris austeritatis, sed q̃ est perfectioris & maioris meriti: ꝓpter quod religioso licet migrare ad episcopatum, tanq̃ ad perfectiorem statum, & non adauersum: non autem ad sæculum vel heremum: dato ꝙ ibi austerius sit victurus. Item est differentia inter tacitam per lapsum anni & expressam ex vna parte, & tacitã per susceptionem habitus: quia duæ primę obligant illi religioni specialiter: alia verò generaliter religioni: ita. s. ꝙ ad sæculum redire non potest. Est etiam differẽtia inter expressam ex vna parte & tacitã ex alia: quia expressa potest fieri habitu non mutato: aliæ verò non. Hęc oĩa probantur. li. 6. de regula. c. 1. 2. & 3. Quòd autem distinctum est inter mendicantes & alios sciendum est, ꝙ illi soli reputantur religiosi mendicantes, quibus nõ habentibus reditus nec possessiones ex sua professione, incerta mendicitas victum prębet. secus de illis qui ex sua professione reditus et possessiones habent, vel habẽre possunt & nihilominus mendicant; & ante annum nusq̃ debet fieri ꝓfessio: sed ante facta tenet in aliis, non in istis. Quòd autem dictum est infra annum non posse fieri professionem in ordine mendicantium: verum est nisi in ordine fororum nostrarum, & minorissarum: quia non sunt mẽdicantes. Si autem concessa sunt eis omnia priuilegia fratrum ad hoc, non propter hoc habent hoc ipsum: cum illud non sit priuilegium: & quia hoc conuenit fratribus vt sunt mendicantes, in quo distinguuntur ab eis quæ habent reditus & possessiones. 18 Duodecima diuisio est, quia professio alia habet effectum quo ad religionem in qua fit specialiter. Alia verò quo ad religionem absolute et indifferenter: vnde vbi est indistinctio habitus nouitij & professi et sæcularis est dubitatio an lapsus anni faciat professionem. Et dicendum est ꝙ sic, quo ad religionẽ absolute: sed nõ quoad istam: quia tenetur manere in religione aliqua, sed non in illa: vnde si contrahit matrimonium est nullum: quia sicut se habet lapsus anni cum veste religionis, ad obligãdum isti religioni: sic lapsus anni cum veste religionis simpliciter distincta à veste sęculari: sed primum obligat huic religioni: vt quando est distinctio nouitij & professi: quia vestis professi est propriè vestis religionis illius, ergo secundum obligat religioni absolute. 19 Propterea nullus ꝙ censuram Ecclesiasticam compellitur manere in religione

Professio strũ mẽdicantiũ et nõ mẽdicãtium est diuersa. Nota quare alia qua religio dicitur altera arctior.

Médicantiũ ordines strum qui dicantur.

Lapsus anni facit ꝓfessionẽ tacitã ad religionẽ absolute etiam qñ est indistinctio habitus. &c. S. t. hîc. q. 1. arti. 3. q. 1. ad. 3.

ligione nisi reputetur ꝓfessus: sed indistictè qui vltra annum steterunt in religione sine expressa professione, coguntur regulam ordinis expresè profiteri & seruare: ergò præsumitur vouisse non solũ voto simplici, propter quod ecclesia non excõmunicat, sed solẽni tacito non expresso, de regula. c. Ex parte. Et si coguntur in claustro manere: ergò coguntur in matrimonio non manẽre: & sic nullum est matrimoniũ, quãdo iam puberes intrauerũt, & idem si impuberes si puberes facti, non tantũ vno anno, sed pluribus remanserunt. 20 Propterea cùm annus sit datus ad probandũ: eo ipso ꝙ per annũ stetit nec reprobauit sed remansit, videtur approbasse religionem ex quo habitum religionis & formam religiosi per annũ tenuit: sed non religionem illam, quia habitum professi qui est proprius religioni illi nõ suscepit: vnde illi religioni determinatè obligatus non est: vnde de regula c. 1. lib. 6. frustra fieret mentio de habitu indistincto, si idẽ iuris esset in habitu distincto. Hæc est ergò differẽtia quia vbi est habitus indistinctus: ibi lapsus anni obligat illi religioni determinatè, de regula. c. 1. libr. 6. vbi autem distinctus, obligat religioni in cõmuni, maximè si per plures annos sic stetit, de regul. Ex parte. Vnde qd' ibi dicitur regulam ordinis supple approbati, & non illius determinatè, quia promptum est iura iuribus concordare, verum est ꝙ in quibusdam locis est consuetudo, ꝙ in monasteriis nobiles puellæ nutriuntur multis annis, & vtuntur vestibus nouitiarum, non tamen est intentio profiteri nec probare, sed postquã fuerint benè instructæ eas maritare. Et hæc consuetudo ostendit, ꝙ non intendunt profiteri sed cõtrahere, sicut olim in templo nutriebantur puellæ virgines vsque ad annos nubiles. Vbi etiã esset consuetudo ꝙ de nouitiis passim: nunc istæ maritentur, nunc illæ profitentur, lapsus temporis, nunquam eas obligat, sed vbi nulla induitur nisi animo probandi, & profitendi si posit sustinere, & aliis placeat & in recipiendo hocipsum dicitur ei in cap. si sic recepta stet per annum integrum reputatur verè professa. Et si nunquã consensit, nihilominus vi statuti ecclesiæ est ligata. Et similiter qui intrat animo remanendi & Deo perperpetuo famulandi, & si non fit ligatus vi voti: quia non promisit sed solùm proposuit: est tamen ligatus vi statuti in religione aliqua viuere, de regul. Consulti. Vnde ꝙ hoc non sit vi voti apparet, ꝙ votum est promissio, & non intentio: & quia habebat propositum in ista remanendi: vnde si vi propositi maneret, tunc in ista remaneret nec ad laxiorem transire liceret. 21 Ad argumentum dicendum, ꝙ votum necessarium, non est votum nisi largè, vt dictum est.

Nota.

QVAESTIO TERTIA.

De obligatione voti & virtute.

Thom. 4. Dist. 38. q. 1. art. 3. q. 3.

QVAERITVR tertiò de voti obligatione & virtute, vtrum. s. votũ solenne dirimat matrimoniũ post contractũ. Et videtur ꝙ non, qa nõ minus obligat simplex q̃ solenne, sed illud nõ dirimit: ergò nec istud. 2 Cõtrà, per authoritatẽ in litera. 3 Respondeo, hîc videnda sunt quinq;. Primò, quis posit vouêre. Secũdò, de tẽpore implẽdi votum. Tertiò, de hærede voentis. Quartò, de obligatione voti ad pctm̃. Quintò, de hoc quod quærit. s. de efficacia voti ad matrimoniũ dirimendum. 4 Quantũ ad primum de subiecto voti sunt septẽ conclusiones. 5 Prima, ꝙ eps non põt vouêre si-

Quis posit emittere votum solẽne.

ne licentia Papæ religionẽ, vel longã peregrinationẽ: qa non põt renunciare & tenetur residere, sed cætera vota, sic. de voto. c. magnę. 6 Secunda cõclusio, ꝙ non põt vouêre longã peregrinationẽ clericus, supple astrictus ad residentiã ex officio vel beneficio, sicut nec debet se absentare sine licẽtia, de cleri. peregri. per totum: sed potest facere alia vota, sic & sine licẽtia intrare religionem archi. cur. & cæteri præter episcopũ. 7 Tertia conclusio, seruus non põt vouêre, nec reali voto, qa nihil habet, nec personali in præiudiciũ dñi, sicut esset religio, vel abstinentia nimis debilitans, sed contrà etiam sic inuito dño. 8 Quarta conclusio, filiusfamilias non põt vouêre voto reali, nisi de peculio castrensi vel quasi, sed de aduentitio quo ad proprietatẽ dare põt monasterio secundum Deum. Item põt vouêre voto personali. Vnde religionẽ profitẽdo se & per consequẽs sua Deo dedicat: sed libros sibi datos à patre, supponendo ꝙ solus Doctor & aduocatus habeat quasi castrense, non põt retinêre: sed põt pater reuocare vsq; ad ꝓfessionẽ: sed fortè non postea, sicut post emancipationẽ: tũ probabilius est vt tyro & armiger habeant castrense, sicut miles & scholaris quasi castrense, sicut aduocatus aut professor. ff. de sponsali. l. Oratio. sic etiã põt data sibi à patre pro bonis maternis iure pignoris retinere: licet iura probent pignus & hypothecam in tali casu: qa sicut in foro cõscientiæ põt compensari non liquidũ cum liquido ex quo certus est, licet non in exteriori propter naturalẽ æquitatẽ: sic etiam retinêre quod sine dolo suo de bonis debitoris ad se peruenerit, quousq; sibi satisfecerit. de cõdi. inde. si non sortem. 9 Idem sciendum. de regu. c. 1. & 2. sed de filiofamilias dicunt Legistæ ꝙ ex omnibus causis obligatur, præterquã ex mutuo & ex voto, sed sicut potest inuito patre contrahere matrimoniũ carnale, sic spirituale vouendo, vel profitendo religionẽ, nec propter hoc potest exhæredari. C. de epis. & cler. l. vltima. Et intrando religionem quicquid habet Deo dedicat. nec obstat, quòd non obligatur voto, quia verum est de voto quod fit reipublicæ, secùs est de voto quod fit Deo. Item de voto reali per se, secus de voto reali accessorio: tamen in hoc quòd filiusfamilias se Deo dedicat nõ dedicat res, nisi quas expressè & principaliter vouêre posset. 9 Quinta conclusio est, quòd de minore annis, quia si non habet vsum rationis non valet votum. Si autem habet vsum rationis sed impubes, pater quidem vel tutor omne votum eius personale vel abstinentiæ, vel religionis potest irritare: & similiter votum reale. Et idem est de minore. 25. annis habente curatorem, vel existente in potestate patris quo ad votum reale, quod pater & curator possunt irritare: sed quando pubes intrat religionem quod potest facere inuitis parentibus & curatoribus, eo ipso dedicat omnia bona sua, quæ nisi esset maior. 25. annis non posset alienare, nec possunt parentes, aut curatores bona retrahere, quæ possent si illa vouisset: quia non potest talia sine illis alienare, nisi seipsum alienando: quia quædam cum vniuersitate transeunt quæ aliàs non transirent. idem est si impubes intrauit nec persona eius retracta fuit, quia nec bona retrahi possunt. Si autẽ habens vsum rationis non habeat parentes aut tutorem, aut curatorem, & vouerat res suas nõ se Deo, licet in hominem non posit alienare: tamẽ videtur quòd in Deum posit nisi ꝙ si inueniatur læsus notabiliter aut deceptus potest restitui. 10 Sexta conclusio est de coniugatis, vir quidẽ quia caput est mulieris potest vouêre quicquid vult illa inscia vel inuita, præter votum continentiæ in quo est æqualis & seruus, & præter votum abstinentiæ quo redderetur impotens ad debitum reddendũ: vo tũ etiã peregrinationis longæ vel terræ sanctæ põt emittere,

Filiusfamilias quo põt vouêre & donare.

Maritus qd vult põt vouêre dem pta cõtinentia. T. suprà etiam Dist. 32. artic. 4,

ad.1.&. doc ibi.q.2.ad.1.prin.

tere,& crucem accipere:sed non debet si illa cõmode sequi non potest,& est periculum cõtinentiæ eius sicut dicit Tho.4.quotlibeto.q.11.quia nõ debet homo dimittere illud quod est necessitatis,pro eo quod est voluntatis. vxor verò nullũ votũ personale põt facere sine assensu viri,quin ille possit irritari: nisi q̃ dicit Hosti.q̃ si est comitissa,vel magna dña potest recipere crucẽ: quod nõ videtur nisi sic intelligendo,q̃ vadat per se vel per aliũ & q̃ ipsa habeat paraphernalia: de quibus põt facere qd' vult viro etiam inuito. de voto autem reali videtur q̃ intantũ potest facere votum in quantũ eleemosynã. de qua dictũ fuit suprà di.15. 11 Septima cõclusio est,q̃ non potest velle religiosus qui proprium velle nõ habet,nisi profitendo arctiorem religionem ad quod licentiam petere debet: sed negari non debet.ex quo videtur q̃licet intrare religionem laxiorem ei qui vouit intrare arctiorem:quia ex hoc non facit se impotentem ad implendum votum,cum ad hoc libere possit intrare arctiorem:et per cõsequens licet inducere ad ingressum laxioris obligatum arctiori. Cuius contrarium notat Tho.2.2.e.q.vlt.art.añ penulti.& extrà de regula.c.penul. Vbi dicitur q̃ non tenetur intrare arctiorem, sed imponẽda est ei pœnitentia de voto fracto. Ad quod dicendum est,q̃ ille qui est obligatus intrare & profiteri in arctiori non liberatur intrando latiorem, etiam cum proposito profitendi:sed ille qui est solum obligatus ad intrandũ & experiendum:non autem ad profitendũ vel remanendum in arctiore,licite potest intrare laxiorem cum proposito profitendi:& ad hoc induci potest: quia in voto perpetuo religionis iucluditur omne temporale: primũ autem temporale erit quo ad obligationem. vnde non est in mora,nec peccat ante professionẽ expressam: sicut ille qui erat obligatus ad manendũ in arctiore quousq; sit professus in laxiore semper est in mora, & in peccato mortali,supposito q̃ de facto posit exire & intrare arctiorem cum de iure posit: sed quilibet reputat religionem suam arctiorem:& sic format sibi conscientiam detrahendo omnes ad suam. Sed ponatur,aliquis promisit se intraturum determinatam religionem si aliquam religionem intraret, quæritur vtrum liceat talem inducere ad intrandum religionem laxiorem: quia de arctiori certũ est etiam si sine conditione laxiorem vouisset. Et dicunt quidam quod sic: quia illud votum non tenuit, sed peccauit sic promittẽdo,& peccauit qui eum sic promittere fecit: quia per hoc precludebat sibi via intrandi alias religiones,& sic non valet,sicut nec illud quo promitteret quis non intrare religionem. Sed sicut in alia materia dicitur, q̃ sententia quæ habet errorem intolerabilem expressum non valet. Valet autem illa que habet eundem errorem implicitum,sed occultum: sic videtur dicendum in voto & iuramẽto. Nam si quis iurat nõ intrare religionem,non valet:& tamen si iurat contrahere matrimonium & consummare valet iuramentum, & tenetur implere, licet per hoc idem sequatur quod per primum:quia illud quod iuratur per se bonum est: licet ex hoc sequatur priuatio maioris boni. Et ita dicendum est q̃ cum iuret rem licitam. s. intrare istam religionem & cum licita cõditione si. s. religionẽ intret: licet ex hoc sequatur priuatio melioris religionis: nihilomin9 valet iuramentum. De cõparatione aũt religionis penes perfectionem,videtur q̃ religio mendicantium quę hoc habet à sua professione:est arctior omni non mendicante: quia cũ in voto castitatis sint omnes æquales, in voto obediẽtiæ & paupertatis possent esse inæquales: q̃to ergo est arctior paupertas tanto essentialiter perfectior est religio. Similiter q̃to in perfectioribus est obedientia taxata:tanto religio arctior.i.perfectior. Quia ergo corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, et nullũ sacrificiũ est magis acceptum Deo q̃ zelus animarum,quia ad euã gelizãdũ & prędicãdũ fuit Christi religio instituta: inde est q̃ illa est perfectissima religio essentialiter: cuius obedientia est ad prædicandum essentialiter, principaliter & nominaliter institutа:ad quã ex omni alia licet trãsire: etiam si in paupertate,austeritate, & aliis cerimoniis excellat: quia hoc est perfectio et religio Christi, & si loculos habeat q̃ alia non habet. Religio aũt quæ prędicationem essentialiter non habet annexam, sed accidentaliter post institutionẽ sibi cõmissam: per accidens ad hãc perfectionem attingit: vnde per hoc eius essentia nullã perfectionem acquirit. 12 Quantum ad secundũ de tempore implendi votũ sunt tres cõclusiones. 13 Prima in generali: quia votũ aut fit pure,& tunc statim obligat: nec propter debitum: nec aliud differri debet: multo magis q̃ promissio facta homini,q̃ statim obligat tempore quod nõ põt locutione exprimi. de sol.l.Quod dicimus. Nec dico decẽ dierũ. ff. de cõsti. pla. l. Promissor Stichi. §.1. Si autem in diem: tunc illa die tenetur,nõ ante sed post diẽ sic: quia sunt duo arbitri præcepta. ff. de arbitris.l. Celsus. Si sub conditione: tunc non tenetur ante eius euẽtum,sed post eius euẽtum: nec in voto habetur impossibilis pro impleta,imò vitiat sicut in stipulationibus: nec turpis pro non adiecta: sed ea impleta votum quod turpe nõ est,implendum est. 14 Secũda cõclusio est,q̃ statim quando potest cõmode tenetur intrare, qui vouit religionem intrare: quia precepta affirmatiua quędam respiciunt id quod solum faciendum est, quod æquę bene in morte sicut in vita potest fieri,et illud sufficit semel ante mortem facere: nec tenetur homo q̃ cito potest nisi in necessitate,vel periculorum, vel si est tempus ad hoc statutum: sicut homo tenebatur ad Baptismũ & confessionẽ anteq̃ esset tempus statutũ, & sufficiebat semel in vita, quia Baptismus in morte & confessio tamẽ valet,sed habẽre in voto nõ tamẽ valet in morte quantũ in vita: quia q̃diu viuit in mortali,vel sine gratia mereri nõ põt: vnde ad Baptismum in voto & confessiõe in voto tenetur statim, quia recolit quãdo potest. Et similiter qui vouit intrare religionem tenetur ad statim quando potest: quia hoc fecit vt diu domino in hac vita seruiret nõ vt moriens intraret,quia illud parum esset. Est enim natura religionis vt vita hominis,& nõ tantũ mors Deo dedicetur: vnde q̃ cito cõmode potest debet intrare: qa qui vouit intrare residuum vitæ suæ Deo dedicat: sicut qui vouet certa die ex illa die tenetur: sicut si homo promisit contrahere cũ quadam, non sufficit contrahere semel ante mortem: quia ad hoc fit matrimoniũ vt simul conuiuant: si autem promisit dare pro Deo vel huiusmodi: hîc videretur q̃ sufficit ante mortem hoc facere semel nisi ratio alia pactũ reformet: quia qui promisit aliquid sine die: licet teneatur statim: non tamen ad statim: nec quando primò potest cõmode, nisi ab illo cui promisit requiratur,sed potest requiri q̃ cito cõmode potest solvere,& extunc est in mora. Cum autem dicat scriptura ex ore Dei prodiens. Si quid vouisti Deo non moreris reddere,ergo Deus interpellat in omni voto, & sicquotiens potest et recolit debet omne votum quod facit implere: quia quotiens ei Deus ad memoriam reducit ipsum votum,& possibilitatem & congruitatẽ pro nunc implendi ipsum interpellat & in mora constituit. 15 Tertia cõclusio est,q̃ propter debita vt scribendo, vel operãdo lucretur ad solvendum non debet remanere quia profitendo cedit bonis,& si non creditori tamen religioni: vt illa pro se satisfaciat quæ tenetur: vnde nec in religione teneꝫ operari manibus ad solvendum: sicut nec in sæculo teneretur si cessisset bonis. Si autem promisisset manib9 operari,

S.D.idẽ.a.2 quæst.188. ar.6.&.ad.3 quotlib.1.q 20.Antho.3 p.t.16.ca.4

Art.2.

Votum religiõis statim est implẽdẽ qñ cõmode fieri potest.

Nota.

Obligatus debitis ante dẽdo bonis potest intrare religionẽ.

Nota.

Reso.doct.

Religiõ mẽdicãtũ ẽ perfectior oi nõ mẽdicante.

Dubium incidens.

Nã religiõis qualis.

operari sicut propter hoc non prohiberet suscipere crucem,& sufficeret tunc tradere interesse vel bonis cedere, sic non obstante hoc posset religionẽ intrare,sed si bona sufficiunt debet illi solui interesse, aliàs inanis est actio creditoris, quã excludit inopia debitoris. Si enim obligato ad matrimoniũ imò etiam post matrimoniũ contractum licet intrare religionẽ,multo magis post oẽm aliam obligationẽ,imò etiã videret, q̃ nec ad interesse teneretur,sicut iura ad nihil restituendũ obligant coniugem,qui matrimonio non cõsummato intrat religionẽ altero inscio vel inuito,qui tũ in multis propter hoc sæpe damnificat. 16 Quantũ ad tertiũ de hærede sunt quinq; cõclusiones. 17 Prima, q̃ si est votũ tm̃ reale, vt fundãdi monasteriũ,vel dandi tantũ pro Deo,aut oblationẽ mittẽdi, aut tot armatos vltra mare, tunc hæres tenetur sicut in aliis debitis. 18 Secunda cõclusio est, q̃ si est tm̃ personale, vt ieiunare, & cõtinêre, vel crucis, vel ire vltra mare,hæres non tenetur nisi sponte se obligauerit,siue sit filius,siue sit extraneus,extrà eo.Licet. 19 Tertia cõclusio est,q̃ si vtrunq; est reale & personale & vtrunq; expressum,& tũc tenet ad reale, vt si vouit ire ad sanctũ Iacobũ,& offerre vnum equũ,hæres non tenetur ire sed equũ mittere. Similiter si fundare monasteriũ & intrare,non tenet intrare sed fundare. 20 Quarta cõclusio est,q̃ qñ votũ est personale & reale, sed personale est principaliter expressum,reale tacitũ, & accessorium, vt ire ad sanctum Iacobum, non tenetur hæres expensas quas ille fecisset eundo,stando,offerẽdo,redeundo dare,sicut nec ire:& si vouit intrare religionem, non tenetur bona dare,quia sublato principali submouetur accessorium. Similiter si susceperat defunctus crucem, non propter hoc teneretur hęres illuc mittere expensas, q̃s ille fact9 erat nisi ipse hoc ordinauerit. 21 Quinta conclusio est, q̃ personale intelligitur à persona sua non aliena: vnde si ipse voluit personas certas mittere vltra mare, reputatur votum reale, & ad illud hæres tenetur: sicut secundum ius ciuile tenetur implêre pollicitationem factam reipu. à prædecessore. 22 Quantùm ad quartũ articulum de obligatione voti ad peccatum,sunt septem conclusiones. 23 Prima,q̃ omnis voluntaria voti fractio est mortalis,quia reddere est necessitatis,& totiens quotiens frangit,dum tamen actus exterior & interior iteretur:secùs si exterior tantũ,quia peccatũ per se est in actu interiori: vnde qui vno actu vult mœchari & furari,vel plura furari, vnum peccatũ committit quo ad Deum, qui intuetur cor: sed plura si plura furetur, quo ad iudicium hominum, qui vident ea, quæ patent,& pluribus furti actionibus tenetur, & hoc in voto negatiuo quo quis vouet non bibere vinum: secùs in affirmatiuo:puta cùm quis vouet ieiunare. Tunc enim non quotiens comedit totiens peccat:sed solùm secunda vice: tertia autẽ & deinceps non: maximè si non in contemptũ,sed quasi non reputans sibi possibile plus illa die ieiunare,paratus ieiunare si non iam fregisset,& paratus ieiunare alia die integra pro illa: sed si in contemptum: puta vt non frustra fregerit idem facturus si non fregisset, nec intentione ex integro aliàs ieiunandi tunc secùs: maximè in voto singulari & secreto in quo non est scandalũ. Nam secùs esset de illo qui ieiunium ecclesiæ fregisset. Non enim propter hoc liceret ei extra horam consuetam comedere intentione alios redimendi in scandalum aliorum: sed de hoc plenius dictum est suprà Dist.15.q.1.de ieiunio. 24 Secunda conclusio est,q̃ votum quod impossibile est implêre de iure vel de facto, non obligat hactenus. Exemplũ de depauperato, qui vouit dare pecuniã:& corrupta,quæ vouit castitatẽ, quia qui dicit Deũ præcipere impossibile anathema est: & quãdo non est spes per naturã q̃ possibilitas redeat: ex toto liberatur: qñ autẽ est spes excusat,& non liberatur: quia inanis est actio quam excludit inopia debitoris:& non nulla: vnde si vergat ad pinguiorem fortunã tenetur. Difficultas enim prestationis nõ tollit obligationẽ, quia tũc semel extincta nõ reuiuiscit. ff. de verb.ob.l.2. 25 Tertia cõclusio est de religiosis,q̃ non frangunt votum veniẽdo cõtra omnia,qa non vouerũt regulam, sed conuersionẽ vel obedientiã secundũ regulã,q duo æqui parat Tho.1.quotlib.q.20.Quod non videtur.q.2.qui promittit obedientiã prelato sed'm regulã,nihil promittit purè,sed sub conditione tacita si ille præcipiat: vnde ad nullum præceptũ regulæ videt obligatus quousq; illud à prælato præcipiat: vnde tutior est modus ꝓfitendi quo promittit obediẽtia secundũ regulã, quam ille quo conuersio morum secundũ regulã, quia in isto secundo statim est obligatus ad regulã nullo alio precipiẽte, nisi fortè ipsamet regula habeat oppositũ. 26 Quarta cõclusio est, q̃ qui vouet non comedere carnes certa feria sine exceptione, si illa eueniat in die natalis Dñi tenet abstinere, extrà de obser. ieiu. c. 1. licet authoritate cpi posset sibi in diem aliã commutari. 27 Quinta conclusio est,q̃ qui vouit certa die non bibere vinũ, nihilominus celebrãdo debet ad absolutionẽ vinum non aquam infundere, qa hoc est ecclesiæ præceptũ & non solũ permissio,sicut comedere carnes in die natalis. Intelligitur autẽ in voto excipi ecclesiæ authoritas, de hoc nota extrà de cele.miss. Ex parte. Tamen quod dictũ est in præcedente cõclusione nõ concedit quibusdã: quia illa Decretalis loquit de feria sexta.q.d.secùs esset de alia feria. 28 Sexta cõclusio est, q̃ inuitus ordinatus peccat non cõtinẽdo si fuit volũtas licet coacta, & sic sine culpa,sed non sine causa cogit continere,sicut etiã si habeat vxorẽ infirmã quam nõ põt cognoscere. Si autẽ sic inuitus qui nec characterẽ suscepit, tunc nõ tenet, quia nec ratione voti: quia nõ consensit,nec statuti, qa non est ordinatus realiter,& de hoc notatur extrà de baptis. c. Maiores in glo. 29 Septima cõclusio est, q̃ nouitius semel protestans,q̃ non intẽdit profiteri per quãcunq; morã nõ obligatur manẽdo per annũ, licet non renouet protestationem: quia intelligitur perdurare,de baptis.c.maiores in fi. quod est verũ de toto anno illo in quo est facta protestatio,sed si post annũ integrũ à tẽpore protestãtis maneret sed'm anno integro videret sibi ꝑiudicare, nisi in capite cuiuslibet anni renouauerat protestationem. Cùm enim quilibet annus sit per se præiudicialis, quilibet requirit distinctã protestationẽ, sed non aliqua pars anni quæ per se non põt præiudicare. 30 Quantũ ad quintum articulũ de impedimento voti, sunt septẽ cõclusiones. 31 Prima, q̃ votũ solẽne impedit matrimonium contrahendum,& dirimit contractum: vnde post ipsum peccatur contrahendo,petendo, reddendo,semper: quia nullum est matrimonium: hîc autem intelligitur de solennizato per susceptionem ordinis sacri, & per professionem approbatæ religionis quantùm ad ipsum solennizantem. Item quando mr̃imonio consummato solẽnizat ꝑ ꝓfessionẽ cõiugis,vel etiã nõ cõsummato per susceptionẽ sacri ordinis alio in sęculo remanẽte cũ voto simplici: votũ simplex illius vna cũ voto solẽni alterius spãliter, qñ facti sunt vna caro impedit & dirimit: ita q̃ si mortuo cõiuge ordinato vel cõfesso post sęcularis cõtrahat, quæ solũ votũ simplex emisit, dirimit matrimoniũ. 32 Secũda cõclusio est de voto solẽni religionis, q̃ sicut spõsalia nulla al'r q̃ rõne cõsensus causant publicæ honestatis iustitiã, sic ꝓfessio nulla ꝓpter iuris prohibitionẽ ratione hui9 religionis, nõ rõne religionis absolutè dirimit matrimoniũ post contractũ, sicut si quis ꝓfitetur

S.Th.ibi sic nõ habet, & illa q ponit in impro. S. Tho. quæst ad verbũ.2. 2.q.86.ad 1.

Inuitè ordinatus tenet continêre.

Votũ solẽne impedit mr̃i miniũ cõtra hendum & contractum

Art.3. Quo tenet ad votum illius à quo habet hæreditatẽ.

Votũ cuius impletio facta est impossibilis non obligat.

Ad.4. Votum franges qualiter peccat.

Cæ.illum. retur ante annum in ordine mendicantiũ,de reg.c.Non solũ.lib.6.Sed illa Decre. Non solũ videt sibi cõtradicere,qa postq̃ inhibuit recipere ad ꝓfessionẽ permittit ad sæculũ redire infra annũ,nisi ꝓfessus fit tacitè vel expresè vel vitã voluerit mutare. 33 Solutio,Ante annum nullo modo põt ꝓfiteri, sic ꝙ huic religiõi obligeẽ quo ad forũ ecclesiæ:vnde qualitercũq; ꝓfessus ante annum põt aliam religionẽ intrare, etiã laxiorẽ quo ad iudiciũ ecclesię,sed quo ad hoc ꝙ religioni absolutè obligeẽ:põt ante annũ ꝓfiteri vel expresse ꝓmittẽdo obedientiã,vel tacitè susciꝑiẽdo per triduũ habitum professorũ,& tunc prohiberi põt ad secundũ redire, sed nó ad aliã religionẽ trãsire,de cõuer.cõiu. Quidã ex parte placet. Et quo ad iudiciũ Dei obligatus est huic religioni, sicut & si in sæculo vouisset intrare & remanêre in religione arctiore:vnde peccat intrãdo laxiorẽ: & ita videt ꝙ ꝓfesio facta ante annũ cõtra iuris ꝓhibitionẽ,sufficiat ad dirimẽdum matrimoniũ post contractũ,ex quo sic est ligatus ꝙ non põt ad sæculũ redire,sed ꝓfesio facta ante puberta tem non dirimeret: qa talis nulli religioni obligat. Facta verò in ordine reprobato dirimeret, qa causa prohibitionis q̃q; respicit ꝓfitentẽ, qui indifferẽter se habet ad oẽm religionẽ:& tunc ꝓfesio facta in vna religione non obligat ad aliquã,qa ita ꝓhibeẽ in alia sicut in ista, q̃q; aũt respicit ipsam religionẽ determinatè,ita ꝙ prohibetur ꝓfiteri istam non aliã: & tunc licet non obligeẽ isti:tñ obligaẽ alij,sicut in ꝓfessione ante annũ in ordinibus mendicantiũ,quæ nõ est prohibita in aliis ordinibus:& de facto in ordinibus reprobatis,quæ nõ est prohibita in approbatis. 34 Sed ar.cõtra.c.de voto. lib. 6.vbi non solennizatur ad matrimoniũ dirimendũ,nisi vel per ordinẽ,vel per ꝓfessionẽ factã alicui de religionibus per sedẽ Apostolicã approbatis. Sed põt dici,ꝙ eo ipso ꝙ fit expresè religiõi reprobatæ: fit tacitè alicui de religionibus approbatis, qa non põt in sæculo remanêre.Posset etiã aliter responderi ad Decretalẽ.Non solũ q̃ dictũ sit. ſ. ꝙ professus fuisset tacitè vel expresè in alia religione laxiore de qua ad istã transiret. Ratio aũt quare in istis ante annũ non valet facta professio est, ꝓpter earũ maiorẽ arctitudinẽ:sicut de quodã arcto monasterio statuit ꝙ ante. 18.annos non posit quis profiteri,de regul.c.Quia in insulis.Quod igit dicitur,ꝙ aut est professio nulla simplr aut valida , dicendũ ꝙ est nulla simpliciter:& tñ reddit personã inhabilẽ propter iuris statutum:sicut matrimoniũ nullũ reddit hominẽ inhabilem ad ordinẽ,ac si esset verũ,non ꝓpter sacrm̃ sed propter affectum. 35 Tertia cõclusio est,ꝙ professio tacita non habet locũ vbi non est expressa, ꝓpter quod Beguinæ,filiæ Dei,canonicæ sæculares licet habitũ mutauerint, & sic multis annis steterint:non sunt tacitè ꝓfessæ, quãuis obedientiã exhibeant magistræ vel abbatissæ, de ma. & obe.Dilecta.cùm propriũ habeant, nec vnq̃ secundũ regulam approbatã professionẽ faciunt expressam, quare nec tacitam: quare possunt contrahere nisi aliter vouerint,& semper tenet nec habẽt priuilegiũ. Si quis suadẽte Diabolo, plus q̃ laicus bigamus & literatus in choro cantans.Non enim habent ordinẽ ꝓpter sexum,nec religionẽ,nec vt professæ & nouitiæ,qa vbi nõ est professio nec probatio.Sed cõtra hoc quod dictũ est de Beguinabus videtur esse de regu.c. Vidua.sed ibi loquitur de cõgregatione velatarũ,quæ profiteri solent & sacrari, nec obstet. 36 Quarta conclusio est de voto simplici:quia votum simplex impedit contrahendũ, sed nõ dirimit cõtractum: vnde q̃cunq; & quotiẽscunq; cõtrahit peccat mortaliter.Item dirimit sponsalia,sicut solenne dirimit matrimonium:ita quòd post votũ simplex à se emissum qui scienter contrahit cum aliquo, quẽ sit simile votum

rumpitur cauil.

Nota.

Obiect.

Alia rñsio ad obiect.1.

Profesio tacita in quibus habet locum.

Nota ꝙ nũc dicit votum simplex spõ salia dirimere.

emisisse mortaliter peccat:sed pòst neuter tenetur matrimoniũ contrahere etiã manens in sæculo, qa sunt nulla spõsalia.ſ.vinculis enim eiusdẽ rationis: qa vel vtrunq; est simplex,vel vtrunq; est solẽne,primũ derogat secũdo. sed qñ vnum est fortius alio tunc fortius etiã posterius vincit primũ.Impedit etiã debiti petitionẽ secundũ oẽs, quia tñ tenetur seruare votũ castitatis quantũ põt. Secùs si esset emissum constãte matrimonio, qa nõ valeret non aũt impedit redditionẽ, nisi prima q̃ sola est volũtatis,qa põt intrare religionẽ. 37 Quinta cõclusio est, ꝙ qui contra votũ simplex cõtraxit matrimoniũ & non consummauit,si coniunx petat ab eo debitũ tenetur religionẽ intrare, qa sic & non aliter põt votũ implere sicut dictum fuit suprà.Dist.24. 38 Sed cõtrà, quia nemo tenetur ratione voti facere plus q̃ vouit: sed ipse nõ vouit intrare religionẽ,ergò nò tenetur: vnde licet nõ possit negare debitũ nisi religionẽ intrãdo:qa tñ introitum non vouit:non videt ꝙ ex voto teneatur religionẽ intrare: vnde si quis vouisset castitatẽ & cõpelleret eam violare,nisi intraret monasteriũ,non propter hoc teneretur intrare, nec peccaret si iusto metu cõtraheret matrimonium. 39 Et dicendũ ad hoc ꝙ si culpa sua contingeret,ꝙ non posset castè viuere in sæculo is qui vouit castitatem:tunc per accidens teneret religionẽ intrare:& ita videtur in eo qui culpã cõmisit contrahendo matrimonium post votum,qa in necessitate se ponit. 40 Sexta conclusio est de eo qui vouit nõ contrahere matrimonium absolutè,nihil cogitans de actu carnali, de quo quibusdã videtur,ꝙ licet contrahendo peccet non tñ petendo nec reddẽdo q̃cunq;,qa sub isto voto non cadit nisi quod est de essentia matrimonij, vt consensus per verba de præsenti , vel quod ordinat ad illud vt sponsalia: vnde contrahẽdo sponsalia frangeret votũ, licet non vouerit nisi non contrahere matrimoniũ. Aliud autẽ videtur de contrahẽtibus ad matrimoniũ. Certũ est enim,ꝙ si fornicaret ꝙ nõ esset fractor voti, qa non vouit castitatem absolutè: ergò multo minùs petendo debitum nè plus habeat luxuria q̃ castitas. Item magis consequẽs est ad matrimoniũ reddere debitũ q̃ petere: cùm illud consequaẽ necessariò,illud voluntariè, sed qui sic vouit põt reddere:ergò & petere. Item si iurat cõtrahere matrimoniũ,non ꝓpter hoc iurat consummare: imò non consummato matrimonio si negat debitũ non peierat.Item non tenetur abstinere ab actu nisi vt est consequẽs matrimoniũ: postquã ergò matrimoniũ factũ est sibi licitũ, & actus cùm cesset principale. 41 Contrà,plus tollit negatio q̃ ponat affirmatio: vnde licet iurando matrimonium non iuret actum,quia põt esse verum matrimonium & non erit actus:tñ abiurando matrimoniũ abiurat actum,qa non põt esse extra matrimoniũ, & iure matrimonij habet petere vel reddere debitũ, q̃tum põt seruare debet votum, nec est sublatũ votum quo ad principale,qa etiã illa mortua non debet aliã ducere. Vnde non videtur ꝙ posit petere, sed hoc illi insinuet nè expectet suã petitionẽ, & fiat ei matrimoniũ onerosum. Et illud videtur verius. 42 Vnde ad primũ posset dici,ꝙ non est simile de actu fornicatio qui non cõsequit matrimonium:& ideò in nullo cadit sub voto emisso de nõ contrahendo matrimonium,& de petitione debiti,quæ non fit nisi iure mariti vel matrimonij. 43 Ad secundum dicendum, ꝙ reddens debitũ excusaẽ, non quia non faciat contra votũ:sed quia necessariò facit cõtra votum. 44 Ad alia patet solutio per dicta. 45 Septima conclusio est,ꝙ ꝓfessio tacita dirimit sicut expressa, sed qcquid dictum sit in secunda quæstione,tñ Inno.notat de regularibus.c.Ex parte.Quòd vbi sunt distincti habitus q̃tuncũq; patet habitũ nouitiorũ etiã per. 30.annos,nõ in

Cas9s ſ quo tenet homo intrare religionem.

Obiect?

Solutio.

Impro.

Nota.

intelligit profiteri nec alligari ordini:sicut nec per sponsalia deuenitur ad matrimoniũ , nisi aliquid sequatur. de spon.impuberum. Ad dissoluendũ.imo etiã vbi habitus non est distinctus nisi expresè profiteatur: non videtur post annum esse irregularis, & inducit ad hoc dictũ c. Ex parte. Et refert abbas Montis maioris, extrà de regularibus .c. Consulti. quòd hunc intellectũ amplectitur curia,& dicit se vidisse literas curiæ super absolutione cuiusdã à monachatu,quæ fuit per.10.annos in religione beati Benedicti post lapsum legitimæ ætatis : sed nunquã gesserat se in corde nec in animo remanêre.Sed mihi videt probabilius quod suprà dictũ est. 46 Et ad ista posset dici, ꝙ professio tacita vbi est habitus distinctus non obligat illi religioni determinatè:sed alicui in determinatè: & per consequẽs dirimit matrimoniũ post contractũ,quãuis hoc sit dubium. 47 Ad argumentũ dicendũ,ꝙ licet simplex non minus obliget quo ad Deum per se: tamen per antecedẽs & per ecclesiæ statutum solenne plus obligat quo ad mundum.

Casus facti.

❧ QVAESTIO QVARTA.

De voti dissolutione, & dispensabilitate.

Thom. 4. *Dist.* 38. *q.* 1. *art.* 4.

QVARTO quæritur de voti dissolutione & liberatione , & in spãli vtrum ẽpus possit dispẽsare in voto religionis. Et videtur ꝙ sic:qa ipse põt dispensare in oñi voto tẽporali, nisi Crucis secundũ Inno. & Hosti.extrà de vo.c.2.&.c. Et multa.sed votũ religionis est tẽporale,nisi vouerit intrare & remanêre,vel animo remanendi.ergò &c. 2 Contrà,quia non potest dispensare in voto continentiæ,sed votũ religionis includit votum continẽtiæ & plus.ergò &c. 3 Respondeo, cùm liberetur quis à voto tripliciter. Primò per impletionem.Secundò,per irritationẽ.Tertiò,per dispẽsationem. Et his tribus votum dissoluatur: ideò hîc quatuor sunt videnda.Primò,de impletione. Secundò,de irritatione.Tertiò,de cõmutatione,& redemptione,& dispensatione in generali. Quartò,de dispẽsatione in speciali-

Art.1. 4 Quantùm ad primum sunt nouem conclusiones.

Implens votũ liberaſ. 5 Prima conclusio est,ꝙ quicũq; implet votum eo modo quo promisit liberatur: quia solutione eius quod debetur omnis obligatio tollit,vt dicitur Inst. quibus modo tol.ob. in principio. 6 Sed circa hoc est dubitatio de illo qui vouit intrare religionẽ,sic ꝙ ex voto non est obligatus ad remanendũ . Vtrum intrans animo exeundi non stãdi nec probandi impleat. 7 Et dicendum, ꝙ non, quia propositũ accidentale quo ad substantiam & efficaciam.ſ. sine quo potest esse votũ & meritorium nõ obligat: quãuis sit annexum voto, sicut in eo qui vouet ire ad sanctum Iacobum proponens peditare: quia peregrinatio est bona & meritoria: idem esset si sit accidentale quo ad substantiã,& essentiale quo ad efficaciam: sicut quis vouet ieiunare proponens cum deuotione sine qua non est acceptum ieiunium. ſ.cum tristitia sicut hypocritæ tristes : tamen est bonum & melius q̃ comestio: quia carnem macerat:aut sicut aliquis vouet ieiunare, proponens sine mortali illud peragere, sine quo non est meritorij,sed tñ liberatur simpliciter implẽdo sine istis annexis:sed qñ est essentiale quo ad substantiam, qñ sine eo nec illud esset votum,nec illud esset materia voti, tunc obligat votũ & ad id quod principaliter promittitur, & ad id quod ei annectitur . Obligaẽ enim vouens ad id sine quo votum non põt esse votũ: quia quicunq; vult aliquid, vult eo ipso implicitè omne id sine quo id esse non põt: vnde cùm nihil malum posit esse materia

Resolutio. Gode.quotlib.3.q.16.

Vouẽs intra re religionẽ cũproposito

voti & ingressus sine proposito remanendi vel experiendi, & cum proposito statim exeundi fit malus , nec ex se habeat rationem boni nisi ex experientia vel remanentia:inde est ꝙ quãdo vouet intrare saltem animo experiendi , propositũ annexũ est de eo quod est substantiale voto quo ad materiam & efficaciã: vnde ad vtrunq; obligatur.Et per hoc responderi põt ad.3. Decretales quæ adducuntur in contrariũ. Prima de sponsalibus. cõmissum,vbi ille qui iurauit cõtrahere matrimoniũ, & suspirat ad religionẽ:põt quidẽ cũ ea contrahere,& matrimonio non consummato religionẽ intrare,qd' faciens contrahet animo statim resiliendi & tñ liberaẽ à iuramento: quod tamen iurauerat contrahere animo consummandi,& vsq; ad mortem perseuerãdi. Secunda est de vsuris. c. Debitores. vbi ille qui iurauit soluere vsuras licet intendisset nõ repetere: põt tamen solutas repetere & liberatur à iuramento soluendo licet animo repetendi. Tertia est de voto.c.penult.vbi ille qui iurauit vel vouit intrare religionẽ si in ẽpm eligatur, põt religionẽ intrare, & nihilomin9 posteà ẽpatum acceptare,& sic implet votum intrando animo exeundi propter episcopatum.

exeũdi ĩtrãsic q̃o obligaẽ vide hîc

Ri.ar.8.q.3 &.S.T.2.2. q.vlt.art.4.

8 Dicendũ est ergò,ꝙ non est simile , quia illa faciẽdo humiliauit intentionẽ licitã, licet cõtrariã non quo ad substantiã rei quæ agebatur. Quòd enim qui contraxit matrimoniũ verũ intret religionẽ ante consummationẽ est licitũ & verũ. Et similiter ꝙ soluat vsuras & dominiũ trãsferat,& posteà repetat benè stant simul, aut ꝙ intret religionẽ,& fiat ẽps,sed ꝙ sit bonus ingressus, & sit cum animo exeundi non stãt simul,vel ꝙ sit ingressus promissus & cum animo exeundi , quia talis ingressus non cadit sub voto,sed solũ ille qui est cũ animo probandi vel perseuerãdi.ideò &c. 9 Secũda cõclusio est de illo qui vouit intrare:vtrum intrãdo animo remanẽdi posteà exeundo impleat votũ. Et dicendũ ꝙ si vouit intẽtione nõ remanendi,nisi sibi placeret:probando implet nec tenetur remanere,& idem est si simpliciter vouit intrare, qa tunc secundũ iuris intentionẽ videt obligatus. Si autem intentione remanẽdi tenet in illa vel alia remanere, qa licet propositũ per se non obliget:tñ cum alio obligat: vnde cũ plus teneaẽ ad religionẽ ex voto q̃ ex ingressu: cùm ingressus cũ proposito remanendi obliget ad remanendum in illa vel in alia: de regularibus. c. Consulti. multo magis votũ cum proposito remanendi. Sed secundum dicta in prima conclusione videtur,ꝙ is qui vouit intrare religionẽ animo remanẽdi non tenetur remanêre,quia sine hoc potuit esse votũ & meritoriũ, contrariũ dicit Hosti. in.c. de voto. & Thom. Vnde dico ꝙ si religio videtur sibi bona,& credit se posse sustinere:tenetur remanêre vel in ipsa vel in alia. Si autem sibi videtur,ꝙ non posset nec hanc nec aliam sustinere,non tenetur remanêre,sed põt ad secundũ redire: non tñ vt sæculariter viuat: quia cũ habuerit animũ remanendi tacitè intelligebatur ñ expediret,aliter non potuit vouêre. Similiter si sibi videtur expediẽtior alia religio põt ad eam transire:quia intelligitur nisi aliud magis expediat. Et in istis casibus dico , ꝙ illa intentio fuit essentialis voto etiam quo ad substantiã: quia sicut intrare & sine probatione exire, cũ sit malũ non põt cadere sub voto, sic etiam probare ꝙ bonum est & non tenêre, est malum nec vouibile: vnde quicunq, vouit intrare religionẽ sine animo remanendi tenetur tandiu remanêre quousq; sufficienter probauerit , quo non facto si exierit tenetur aliã saltem ad probandũ intrare. Si verò animò remanendi tunc tenetur in aliqua si potest remanere vsq; ad mortem.

Qui vouit intrare animo remanendi an votũ impleat.

S.T.vbi. suprà.

10 Ad secundũ dicendũ, ꝙ illa circunstãtia videtur in substantiã facti redundare cùm vouerit simpliciter intrare:& intrare non est bonũ nisi fiat animo ꝓbandi vel

An q vouit intrare religionē, & refutatus ab vna teneatur aliā ingredi S. T. 2.2.q. 88.art.3.ad 2.& hìc.i.a. 3.q.1.ad.6. imo iste do. cū.ſ.t.ſentit ſuprà Diſt. 27.q.3.ar.1 cōcluſio .3.

remanendi: inde eſt q̄ ſecundū intentionē quā habuit implēre debet: quia illa fuit quaſi ſpecifica & eſſentialis differētia determinans: ſecus autē eſt de aliis q̄ accidunt ipſi materiæ voti. 11 Tertia concluſio eſt ſuperius tacta de illo qui vouit intrare religionē: vtrum illa refutātē vel eadē reprobata teneat aliā intrare. Et ſiquidē erat obligatus ad religionē abſolutè, licet non intēdiſſet: niſi de iſta ea refutāte vel pereunte obligatus eſt ad aliā q̄ obligatio nō fuit certæ ſpeciei ſed generis: ſicut qui promittit dare equū, licet non intēdat emere alienū ſed dare ſuum: ſi oēs ſui pereant: nihilominus tenet dare aliū. Si autē non intēdebat ſe obligare niſi ad iſtam religionem præciſè, videt quibuſdā q̄ illa refutāte liberat⁹ eſt: quia per eum nō ſtat & ſibi impoſsibile factū eſt qd' vouit: & ſimpliciter ſi ipſa reprobet: niſi ſic q̄ profeſsi maneant in illa ſi volunt, vel ad aliā trāſeant. 12 Sed illud non videt, q̄a ille qui vouet certā religionē, q̄a cùm hoc nō ſtat vita ſæculi, per cōſequēs vouet dimittere ſæculum: vnde ſi iſtā religionē non pōt habēre, vel q̄a ipſa non vult, vel q̄a ꝓhibiti ſunt recipere ad ꝓfeſsionē: quia ratione voti impliciti quo abrenūciauit ſæculo tenetur nō redire ad ſæculū, videt per cōſequēs debēre in aliam religionē remanēre. 13 Quarta cōcluſio eſt, an is qui impedit votū impleri ab alio, tenetur votū implēre in ſe ipſo. Dicendū q̄ ſi licitè hoc facit, vt pater ꝓpter neceſsitatem, vel vt traheret ad meliorē religionē, vel propter ſuū profectū ſpūalē, vt tribun⁹ biēnio Martinū in ſæculo retinuit, non peccat nec tenetur ad aliquā emendā. Si autē illicitè, tūc nō ſufficit vt tantā inſtantiā faciat de reducēdo, quantā fecit in retrahendo: ſed æquiualentē, vel ſe loco ei⁹ reddere debet, ſicut cuius cōſilio furtū factū eſt aliàs nō fiendū: non liberat monēdo furem de reſtituēdo, ſed tenet de ſuo æquipollens reddere. Quicūq; enim opere vel cōſilio per ſe vel per aliū tulit alienum, vel alij debitū, vel dānificauit, tenetur ad reſtitutionem æquialentis. 14 Quinta cōcluſio eſt, q̄ profitēdo religionē approbatā eſt homo libetatus ab omni alio voto ſimplici, ſiue eſſet reale, ſiue perſonale, ſiue mixtū: q̄a etiā ſi vouiſſet arctiorē religionē liberat profitēdo laxiorem, de regularibus.c.pe.lib.6. Sed ſi erat votū reale, monaſterium tenet illud implēre quantùm bona valent ſi erat certæ eccleſiæ, vel religioni aliæ votū factum. Si autem vouerat dare pauperibus vel eccleſiæ abſolutè impleuit votum profitendo: q̄a ſua ſecum dedit pro Deo, & Deo & pauperib⁹: probat autē iſta cōcluſio, extrà de voto.c. Scripturæ. vbi dicit Reus voti aliquatenus non habetur qui tēporale obſequium in perpetuū noſcitur religionis obſeruantiā cōmutaſſe. Hoc autē eſt verū de voto ſimplici indiſtinctè ſiue ſit perpetuū, ſiue tēporale, ſiue particulare, ſiue totale, vt religionis: ſecùs de voto ſolenni ſacri ordinis, q̄a ad illud remanet obligatus profitens religionē: vt ſic duplicis voti reus habeatur ſi frangat caſtitatē. Item per epatum obligatus ſi profiteat ſine licentia Papæ non liberatur: quia habet alas ligatas: nec pōt volare ad ſolitudinē ſine licētia, de renun.c. Niſi cū pridem. Item obligatus voto ſolenni alteri religioni arctiori, vel æquali ſine licētia petita & obtēta de facto aliam profitēs non liberatur à peccato: ſed quādo de licentia prælati primæ profiteī laxiorem, vel petita & non obtenta profiteī arctiorē, vel etiā non petita licet fieri non debeat, facta tamen tenet & à prima liberatur. 15 Sexta cōcluſio eſt, q̄ ad liberationē à votis in ſæculo emiſſis nō eſt neceſsaria irritatio illius in cuius manu fit profeſsio, nec diſpenſatio eius, nec alterius: quia fit per ſolutionem & impletionē hæc liberatio, & non per irritationem, nec per cōmutationē, nec redemptionē: ſed eoipſo q̄ profitetur ab omni voto liberat: ſicut enim ſi quis obligatus alicui ex diuerſis cauſis fieret eius ſeruus ab omnibus liberareī: ita & qui voto Crucis, vel mille aliis Deo tenetur: profitendo fit ſeruus Dei dedicans corpus per votum caſtitatis: animā per votū obedientiæ, exteriora per votum paupertatis: & ideò cedens ſic bonis de omnibus bonis de quibus votū vouerat ſoluit Deo, quicquid pōt ſe ſeruū eius faciendo: vnde in nullo antiquo teneī. 16 Septima concluſio ſequi ex quinta & ſexta. ſ. q̄ profitens religionē approbatā liberatur ab omni debito pecuniario humano: quia ſi quis ex cōtractu vel quaſi, delicto vel quaſi eſt homini obligatus in aliquo quod in pecuniam conuerti pōt, & pecunia æſtimari, liberat eo ipſo q̄ fit ſeruus non hominis, nec potens habēre proprium: huius aut eſt religioſus. ideo &c. Vnde ſi promiſit ſcribere, vel aliquid artificio ſuo facere, non tenetur propriis manibus operari: ſed tenetur monaſterium ad æſtimationem quantū bona eius valent, non quantū perſona, quia remanet liber cùm poſsit fieri eꝰ: quod nō eſt de ſeruo propriè dicto, licet dñs cuius ſeruus prius erat obligatus teneat ſecundū æſtimationē ipſiuſmet ſerui: quia ſeruus æſtimari poteſt: libertas autē inæſtimabilis eſt: & ideò liber homo æſtimari non poteſt cuiuſmodi eſt religioſus, niſi quantū ad hoc q̄ nihil habēre poteſt proprium, nec per conſequēs ad aliquod huiuſmodi obligari: ſed ſi debeat facere reſtitutionē incertā, cū illa debeatur pauperibus authoritate eccleſiæ diſtribuenda: & ipſe authoritate eccleſiæ ſe & ſua dederit monaſterio: & per conſequēs pauperibus, quia bona eccleſiarū ſunt bona pauperū: videtur monaſteriū nō teneri ad reſtitutionem vlterius faciendā: ſicut teneret ſi eſſet reſtitutio certa ex ſe, vel per eccleſiā iam certificatā: puta q̄ eſſet applicata omnis incerta reſtitutio in ſubſidiū terræ ſanctę. Et hoc intelligo qñ de ſuo & ſuo nomine tenebat ad reſtitutionē incertā: ſecùs ſi in manibus ſuis tanquā executor haberet bona ſubiacētia reſtitutioni incertæ: q̄a illa deberet monaſterium authoritate ſuperioris vel alij diſtribuere vel ſibi retinēre, q̄a ſe & ſua nō aliena potuit dedicare. 17 Octaua cōcluſio eſt, q̄ profitens religionem approbatā à pœna peccato debita in foro Dei liberatur per hoc q̄ fit ſeruus Dei. Non enim eſt illi neceſsaria certa delicti ſatiſfactio qui totū vitæ tempus obedientiæ impēdit ſui conditoris, de pœ. Diſt. 1 §. his authoritatibus. Vnde dicit gloſ. de voto.c. ſcripturæ. Quòd intrandi monaſterium nō eſt pœnitētia imponēda pro peccato ante cōmiſſo. Sic enim remittitur Auſtulfo pœnitentia publica ſi monaſterium voluerit ingredi. 32.q.2. Admonēre. verſ. Ingredere monaſteriū. Et hoc propter continuationem pœnitētiæ & exercitij in quo ſemper debēt eſſe monachi. ar. 16.q.1. Nos autē. Si autē poſtquā monaſterium ingreſsi ſunt delinquunt benè ſubiiciunt pœnitentiæ & diſciplinæ abbatis, ſecundū loci regulā, de regularibus.c.vlt.& de ſen.excō. Cū illorū. 18 Nona cōcluſio eſt, q̄ profeſsio liberat à pœna debita in foro mūdi. Quidam autē dicunt oppoſitum, puta ſi homicida profiteatur religionem, q̄ non propter hoc ei parcitur quin per iudicem eccleſiaſticum degradatus exponatur iuſtitiæ ſæculari animaduerſione debita puniēdus in omni caſu, in quo poſt profeſsionem delinquēs degradaretur & iuſtitiæ ſæculari traderetur ſiue ſit hæreſis ſiue crimē læſæ maieſtatis ſiue aliud: ſed prima opinio eſt probabilior: quia cùm plus fieri religioſum q̄ ſimpliciter ad eccleſiam confugere: ſicut homicida confugiens ad eccleſiam non traditur iuſtitiæ ſæculari mutilandus vel occidendus: ſed eccleſia ſeruat ſibi vitam & membra, multo magis illi qui fit religioſus: quia non ſolùm de monaſterio non debet eiici, plus q̄ latro aliàs cōfugiens: imò etiam poſt profeſsionem extra monaſterium inuētus non debet

Opinio aliquorū videſuprà Di. 4. q.1.2.q.3.i fine.

Opi.do.profeſsio libe. ab oī pœna in foro mūdi.

Ad qd tenetur impediens ingreſſū religionis.

Nota gloſſam de apoſ.c.2.

Criminoſus ſi efficiat ſacerdos non debet degradari.

SEXTO quęritur de scandalo,vtrum sit peccatum. Et videtur ꝙ non,qa Christus scandalizauit pharisæos qui nunq̄ peccauit. 2 Contrà. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis &c. 3 Respōdeo, hic sunt tria vidēda. Primò,quid est scandalū. Secundò, quando est peccatum.Tertiò,quid propter ipsum dimittendum est, 4 Quantū ad primū sunt tres conclusiones.Prima,quid est scandalū,& vnde dicat. Vbi sciendū est ꝙ sicut dicit Hiero. exponens illud Mat. Scis ꝙ pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt:scandalū Græcè,nos ruinā vel offensionē, vel impactionē pedis possumus dicere. Obex enim quod alicui ponitur in via corporali cui impingēs disponit ad ruinā,dicit scandalū, similiter in processu viæ spūalis : illud quo quis disponit ad ruinā spūalem,dicit scandalū: tale autē est verbū vel factū minus rectū prębēs alteri occasionē ruinę. Et quia actus sumit rōnem ex obiecto: ideò ruina vel dispositio ad ruinā sequens ex alterius dicto vel facto,dicit scandalum,sed passiuum,primū verò actiuū. 5 Secunda conclusio est qūo distinguit scandalū actiuū à passiuo definitiuè & quidditatiuè. Vbi sciendū est, ꝙ dictū vel factum pōt esse alteri occasio peccandi. Vno modo per se: alio modo per accidēs, per se quidē qñ aliquis intendit suo mālo verbo vel facto aliū ad peccatū inducere;vel si ipse etiā hoc non intēdat:qñ ipsum verbū vel factum est tale,ꝙ de sui ratione est inductiuū ad pctm̄:vtpote cùm aliquis publicè facit pctm̄,vel aliquid quod habet similitudinē peccati: & tunc ille qui hoc facit dat alteri occasionē ruinæ,potiūsimè qñ hoc intendit, vnde vocatur scandalū actiuū. Per accidēs verò verbū vel factū vnius est alteri causa peccādi:qñ præter intentionē operātis,& conditionē operis aliquis malè dispositus inducitur ad pctm̄:puta cùm quis inuidet bonis aliorū, tunc ille,qui facit talē actum nō dat alteri occasionē peccādi,sed alter sumit scandalū:& ī hoc est scandalū passiuū sine actiuo: quia ille qui ratione agit non dat occasionē ruinæ, quā alter patitur. 6 Tertia cōclusio est,qūo cōcurrit in diuersis & qūo non, qa cōtingit qñq; ꝙ simul sit scandalū actiuum in vno,& passiuū in altero: puta cùm ad inductionē vni⁹ alter peccat:qñq; est actiuū sine passiuo: puta cū quis inducit aliū verbo vel facto ad peccandū, & ille nō cōsentit,qñq, verò est passiuū sine actiuo,vt iam dictū est,& sic patet primū. 7 Quantū ad secundū de pctō scandali,sunt tres cōclusiones.Prima,ꝙ scandalum passiuum nunq̄ est sine culpa scandalizati,nec actiuum sine culpa scandalizātis:passiuū tamen benè est sine culpa scandalizantis: & actiuū,sine culpa scandalizati.Primum patet, qa omnis ruina spiritualis est peccatū in eo qui ruit, sed scandalū passiuū est ruina scandalizati: ergò est pctm̄ in eo.Secundū patet , qa omne scandalū est pctm̄, vel habet speciem peccati. 8 Si sit pctm̄, habeo propositū,si non de se sit pctm̄, sed habet speciē peccati: vt comedere idoloticum coram infirmis debet dimitti ex charitate propter læsionē proximi, & qui non dimittit contra charitatē agit, sicut dicit Apostolus Rom.4 Si propter cibum frater tuus scandalizatur vel contristat, iam non secundū charitatē ambulas: ergò omne tale scandalum est pctm̄ in facientibus ipsum.Tertiū patet ex dictis in primo articulo,quia est scandalū actiuū sine passiuo,& econuerso. 9 Secūda cōclusio est, ꝙ passiuum nunquā est speciale pctm̄,nec actiuū nisi qñ est ex intentione inducendi ad peccandū.Tunc enim scandalizare proximū opponit directè actui charitatis,qui est ædificare proximū ex intētione verbo vel facto : vel secūdò, qñ præter intentionē scādalizat per bonā habens speciē mali.Tunc enim nō est pctm̄ nisi ex hoc ꝙ natū est inducere ad peccādū. 10 Tertia cōcl'o est, ꝙ passiuū qñq; est mortale qñq; veniale secundū illud in qd' ruit:& actiuum simil'r qñ nō est spāle pctm̄:sed qñ est speciale pctm̄, tunc non est mortale , nisi quando intendit ducere ad mortale:vel si non intēdit illud, facit quod de se natum est inducere ad mortale, siue sit mortale siue veniale, siue solùm habens speciem mali. 11 Quantùm ad tertium de dimittēdis propter scandalum,sunt quinq; conclusiones. Prima in generali , ꝙ id quod sine peccato mortali vel veniali omitti non pōt pro tunc omitti non debet,qa nullo casu nullo fine est venialiter etiam peccandum

Art.1. Scandalum definitur.

Scandalum actiuū quo differt à passiuo.

Art.2. Scandalum quo est cum culpa.

Art.3. Propter scādalū quo aliquid est omittendum

candum. Illud verò quod pro tunc sine omni pcto omitti pot, est omittendū ꝓpter scandalū pusillorū q̄diu durat: siue sit bonū corporale, qa plus homo debet diligere bonū animæ proximi q̄ bona tēporalia, q̄ si non pōt retinere, defendere, vel repetere sine scādalo pusillorū, debet contenere, sed ꝓpter scandalū pharisæorū nequaq̄, quia illud est contenendū. Per hoc possunt saluari versus Iuristarum:

Est veritas vitæ, doctrinæ, iustitiæq̄,

Primum semper habe, duo propter scandala linque.

Quia enim veritas vitæ nunquā sine peccato pōt omitti: ideò &c. Sed veritas iustitię & doctrinę aliquādo sic, sicut si ex prædicatione vel doctrina aliquid plus sequatur mali in scādalizatis pusillis, q̄ boni in ædificādis: interim omitti debet. Similiter si ex suspēsione Baronum tunc regnum in seditionē vertit, melior est omissio iustiæ q̄ executio. Tunc enim omitti debet, aliter non. ideo &c. 12 Secūda conclusio est, applicare hæc ad bona spūalia. Vbi sciendum, ꝙ quædā bona spūalia sunt de necessitate salutis, q̄ non possunt prætermitti sine pcto mortali, alia sunt supererogationis. Prima non debent dimitti propter quodcunq; scandalū, quia nullus debet peccare mortaliter, vt alius vitet quodcūq; pctū: qa secundū ordinē charitatis quilibet tenet plus sibi q̄ alteri, sed prima bona non possunt prætermitti sine peccato mortali. ergò &c. Circa verò alia bona vt est ingressus religionis, & quæcunq; alia q̄ non sunt de necessitate salutis, est distinguēdum de scandalo quod ex his oritur: quia aut procedit ex malitia vt cū aliqui dicunt se scandalizatos, & in aliis scandala suscitāt ad impediendū talia aliqua bona sine iusta causa, & tale est scandalū pharisæorum qui de doctrina Dñi scandalizabant. Mat. 15. & tale scandalum est contenendū exemplo Dñi, nec propter ipsum aliquod tale opus supererogationis dimittendum est, & tale est frequēter parentū carnaliū de ingressu religionis, de quo dicit Hiero. ad Heliodorū. Licet in limine pater iaceat, licet vbera quibus te lactauit mater ostendat, per calcatū perge patrē, per calcatā perge matrem, siccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus est in hac re esse crudelē. Quādoq, verò scandalum procedit ex infirmitate, vel ignorantia, quod docet Dñs vitare, Matt. 14. & Apostolus. 1. ad Cor. 8. Et ꝓpter tale scandalū vitandū bona spūalia q̄ non sunt de necessitate salutis, vel sunt occultanda vel sunt differenda ad tempus, quousq; ratione reddita alij instruantur, ꝙ non debent ex talibus scandalizari, sed potius ædificari. Si verò post reddita ratione & debitam instructionem adhuc scandalizātur, iam videtur ex malitia procedere & non ex ignorātia, & tunc nihil de prædictis est propter scandalū tale dimittendū. 13 Tertia conclusio est in speciali de bonis tēporalibus: an sint dimittenda ei qui vult ea accipere, vel non repetēda ab eo qui iam habet, propter scandalū ipsius vel alterius vitandū. Vbi similiter est distinguendū, ꝙ bona tēporalia aut sunt nostra, aut nobis cōmissa ad seruandū & dispensandū pro communitate, sicut bona ecclesiæ cōmittuntur prælatis, & rectoribus reipu. Si sunt dimissa ad conseruandum vel dispensandū: tunc propter nullū scandalū sunt dimittēda vsurpātibus: sed sunt repetēda saluis debitis circunstantiis, quæ debent in talibus obseruari: cuius ratio est: qa finalis custodia & dispēsatio talium incūbit his, quibus cōmissa est ex necessitate præcepti. Et ideò sicut præceptum non est omittendū propter scandalū, sic nec istud. Si autē sint nostra, tunc dicendū sicut prius, qa aut scandalum oritur ex malitia alicuius alienum volētis vsurpare detinere, & illud est paruipendendū, tum qa noceret bono cōmuni. Daretur enim malis occasio rapiendi aliena: tum qa nocent rapientibus qui iniustè rapiendo vel detinendo alienū peccarent. Vnde Greg. dicit in Moral. loquēs de rapiētibus aliena. Quidā seruata charitate prohibēdi sunt, non sola cura nè nostra subtrahāt: sed nè rapiētes non solù sua sed seipsos perdāt. Aut scandalum oritur ex ignorātia, & istud est scandalū pusillorū: & propter istud dimittēda sunt tēporalia ad tēpus, quousq; sedetur scandalū per admonitionē vel quencunq; alium modū. Si autē post sufficientē admonitionē & instructionē scandalū non sedat: perfectionis est sua dimittere, sed non necessitatis, & q̄q; non est perfectionis cū credit, ꝙ repetendo illud quod alius iniustè detinet, vel negando quod iniustè petit ille dirigatur ad cognitionem veritatis. 14 Quarta cōclusio est de indifferentibus: Vbi sciendum, ꝙ illa q̄ sunt indifferentia sicut comedere carnes vel abstinere: omnino dimittēda sunt quādiu durat scādalū pusillorū. Vnde Aug. in lib. de sermone Dñi in monte: Dandū est quod nec tibi nec alteri noceat: & cùm negaueris quod petit iudicāda est ei iustitia, & melius ei aliquid dabis cū petentē iniustè correxeris. Apostolus autē qui videt dicere. 1. ad Cor. 6. ꝙ petere sua in iudicio sit delictū: loquitur in casu in quo fideles de nouo cōuersi ad fidē trahebant se ad iudicia infideliū: qd' erat in periculū subuersionis fidei: pro eo ꝙ partes litigantes quærunt fauorē iudicis. Et Dñs qui dicit Matth. 15. Qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & palliū, loquit de cōsilio: vel si sit præceptū intelligendū est, vt dicit Aug. secundū præparationē animi, vt homo sit paratus talia facere si hoc expedit promotioni fidei & bonorū morum. 15 Quinta conclusio est de duabus instātiis cōtra ꝓdicta. Prima, qa Hiero. dicit dimittendū propter scandalū oīe quod pōt dimitti salua triplici veritate. s. vitæ, iustitiæ, & doctrinæ, sed vltra bona spiritualiter possunt dimitti salua hac triplici veritate: sicut adimpletio cōsiliorū, largitio eleemosynarū; alioquin semper peccarent qui ista bona prætermitterēt: ergo ista sunt propter scandalū dimittēda. Secūda instātia est. qa doctrina sacra, correctio fraterna, punire delicta, sunt quædam opera spūalia, & tñ sunt propter scandalū dimittēda. ergò &c. Minor patet de doctrina ꝙ sit dimittēda ꝓpter scandalū: qa Matt. 7. dicit, Nolite dare sanctū canibus, nec margaritas vestras spargere ante porcos, nè conuersi dirumpant vos. Correctio nem autē fraternā dicit Aug. dimittendā propter scādalum. 1. de ciuit. Dei. Et similiter punitio delictorū est dimittenda, vbi timet schisma, vt dicit Aug. contra Permenianum. 16 Sed istæ instātiæ parum valent. Ideò ad primam dicendū, ꝙ in veritate vitæ & doctrinæ & iustitiæ, non solū cōpræhendit id quod est de necessitate salutis, sed id quod permittit perfectius necessariū ad salutem, vt cōsilia & eleemosynæ: vnde talia non sunt ꝓpter scandalū dimittēda simpliciter, vel omittēda etiā ꝓpter scandalū pusillorū: sed occultāda vel differēda ad tēpus quousq, scandalū sedet, vel per legitimā excusationē sedari debeat. In casu autē in quo eleemosyna esset de necessitate dāda propter extremā indigentiā pauperis, vel ingressus religiōis debēre totaliter impediri. Et ideò debet eleemosyna vel ingressus religionis impediri vel differri. 17 Ad secundā dicendū, ꝙ doctrina spūalis cùm sit genus eleemosynæ, q̄ est opus misericordiæ ad subleuandum miseriā alterius non est dimittēda, qñ creditur ꝙ ex ea sequat spūalis ꝓfectus: qñ autē ex ea non sequit spūalis profectus, sed irritatio audiētis, iam nō est bonū spūale. Et ideò si tunc omittit propter scandalū audientis, non omittit aliquid quod pro tunc habeat rationē boni spūalis. Similiter dicendū est de correctiōe fraterna quæ ordinat ad correctionē fratris, quæ si non sequatur

tur: sed potius frater scandalizatur, dimittere eam nō est dimittere aliquid spūale. Eodem mō dicendū est de punitione peccatorū, qa pœnæ cùm sint medicinæ: ad cohibendū peccata intm̄ habent rationē boni, inquantū per eas pcta cohibent: si autē per eas pcta non cohibeantur: tunc inflictio pœnarū nō est bona, nec cōtinebitur sub iustitia. Et in hoc casu loquitur Aug. qñ. s. ex excōicatio ne sequitur periculū schismatis: tunc excōicationē ferre non pertinet ad veritatē iustitiæ. Ad arg. in opp. dicendum ꝙ Christus nunq̄ scādalizauit actiuè, licet illi scandalizati fuerint passiuè ex malitia non ex infirmitate.

Nota.

DISTINCTIO. 39. QVAESTIO 1.

De dispari cultu.

Thom. hac ipsa Dist. 4.

CIRCA. 39. Dist. quæritur de dispari cultu, vtrum impediat mrimoniū. Et videtur qd' nō, qa disparitas cultus erat in Moyse, & Ioseph ex vna parte, & vxoribus corū ex parte alia, & tñ fuit verum matrimoniū non fornicatio. ergò &c. 2 Contrà in litera. 3 Respondeo, nc sunt tria videda. Primò, de matrimonio inter fidelē & infidelem. Secundò, de matrimonio inter infideles. Tertiò, de aliis impedimentis.

Art. 1. Añ legē non licuit cōtrahere cū hoibus alterius cultus sic vi deretur tenere .s. Th. hîc arti. 1. ad. 1. Durā. hîc. q. 1. art. 2. Ri. ar. 1. q. 1

4 Quantū ad primū sunt tres cōclusiones. 5 Prima, de tēpore ante legem, vbi videtur multa ante legē inspirata patribus & reuelata, q̄ posteà fuerūt in lege scripta, sicut de circūcisione & pluralitate vxorū. Ita etiā nihil prohibet patriarchis quibus facta est terrę Chanaan promissio, inspiratū nè cum illis inirent cōnubia, nisi transirēt ad ipsorū ritū: vnde nec Abraham ꝓmisit ꝙ ibi Isaac vxorē duceret, nec Isaac Iacob. Iacob verò de Dyna consensit danda illis qui circuncidi volebāt, & secundū hoc Esau peccauit cōtrahens cum illis de terra Chanaan, qd' ideò contra voluntatē patris & matris erat, quasi reputarent fornicationē non verū matrimoniū. Quod autem arguitur de Moyse & Ioseph vel dispensatiuè hoc fecerunt, vel nō erant de Chananæis. Alij verò dicunt, ꝙ ante legem licuit. 6 Secunda conclusio est, ꝙ tēpore legis nō licebat cū Chananæis cōtrahere nec esse poterat, nisi trāsirent ad ritum eorū rasis vnguibus & capillis & huiusmodi: & sic Naason duxit Raab de Ierico: sed cum aliis licebat: sicut Booz Ruth Moabitidē duxit: & Hester nupsit Assuero. Primum autē matrimoniū Esdras separauit. 7 Tertia cōclusio est, ꝙ tēpore gratiæ baptizatus cum nō baptizata vel econtrà, quāuis catechumena non pōt inire matrimoniū, quod si fiat nullū est partim iure diuino: quia ante baptismū nullum est sacrm: vnde vinculū matrimonij tale quale esset post baptismū, ante baptismū esse non pōt. Cuius signum est, ꝙ matrimonium post baptismum celebratum & consummatū non pōt solui, propter quod dicitur ratum: sed ante baptismum sic: vnde dicit non ratum, quasi aliquod reale vinculum habet post, quod non antè. Et quia matrimoniū non claudicat si vinculum non fit in non baptizato: & per consequēs nec in baptizato: sed cùm hoc est statutū ecclesiæ sine quo licet nō esset sacrm, esset tñ verum matrimoniū: nunc autē non est reddente ecclesia tales personas inhabiles. Vbi autem vterq; est baptizatus, licet alter vel vterq, fit infidelis verū est matrimoniū: sed cōtrahere non debet quis cum infideli. Nihilominus hæreticus baptizatus sicut alia sacra vera confert & recipit, sic & istud. 8 Quantùm ad secundū de matrimonio infidelium, sunt etiam tres conclusiones. 9 Prima conclusio est, ꝙ prout est in officium naturæ est verū matrimoniū inter eos, in quibus est natura integra maximè quātùm ad causas essentiales, qa & consensus & expressio eius est in eis sicut in aliis: dum tñ sint personæ habiles secundum legem naturæ & diuinā. Nam in gradu ab ecclesia prohibito possunt cōtrahere: cùm ecclesia nō possit aut noluit in hoc his qui foris sunt legē imponere. Videretur autē alicui ꝙ si soli lege naturæ pater & mater à matrimonio excluduntur, ꝙ inter fideles non Iudeos nulla alia persona à matrimonio excluderet: quia præcepta quæ nō sunt moralia, nec de lege naturæ erant cerimonialia quę non ligabāt, nisi Iudæos qui se obligauerunt sicut de circuncisione: vnde dicendum, ꝙ oēs personæ lege diuina prohibitæ, lege naturę prohibētur. Sed Deo dispensante à principio humani generis & post diluuium vt multiplicaretur: licet fratri habēre sororē aliter multiplicari nō potuisset, sicut & de pluralitate vxorū fuit dispēsatū. 10 Sed a cōcio est quo cōuersus habeat cōmanēre cū nō cōuersa: qa si ille nō vult cohabitare sine cōtumelia creatoris, vel quin ipse pertrahat ad infidelitatē, iste nō debet cōmanēre: si aūt velit iste pōt cōmanēre si vult vel discedere si mauult sicut & cū altera pōt non cōmanēre, sed cōtinere vel religionē intrare: aut votū cōtinētiæ emittere: quo facto etiā si aliꝰ posteà cōuertat nō ei redderet. Rationē huius Doc. assignant, qa mortuus alicui vitæ liberat ab obligationibus illius vitæ: sicut religiosus mortuus mundo nō est obligatus ad vota promissa mundo. 11 Sed cōtra hoc arguunt quidam, qa baptizatus moritur culpæ & pœnæ, sed non obligationi q̄ nec est culpa nec pœna: vnde si deberet pecuniam deberet eam reddere & teneret: ergò cùm matrimoniū nō sit culpa, nec pœna, qa erat ante pctū, baptizatus tenetur reddere debitū coniugale. Et dicendū est ad hoc, ꝙ qa mortuus est infidelitati: inde est ꝙ non tenetur reddere debitū, quod posset ad infidelitatē perducere prolem inde conceptā: quia vnusquisq; parentū nititur prolem trahere ad sectam suam, sicut de beato Augu. habetur, ꝙ hortāte fideli matre vt baptizaretur contradicēte gentili patre baptisma eius dilatū est: ergò propter periculū prolis q̄ inde posset generari, & est educanda ad cultū Dei quod infidelis credit verisimiliter impedire, licet dimittere: sicut in casu ꝓpter seipsum, qñ nolet cohabitare nisi ad infidelitatē protrahendo: vnde qa hodie est maius periculū peruertēdi fidelē q̄ spes cōuertendi infidelē ex conuictu, non permittitur. 12 Tertia conclusio est, an liceat cōtrahere. Et dicendū ꝙ non illo nolēte cohabitare sine contumelia & periculo: aliter autē sic. Sed infideli diuertente, liberi apud conuersam sunt alendi nisi habeant vsum rationis, vt eligant quem sequi volunt: de cōtrahendo autē matrimonium sunt duo dubia. Primò, quo ad conuersum qñ soluatur. Quidā enim dicunt, ꝙ statim qñ non vult cohabitare si ne cōtumelia secundū illos versus: Spernas spernentem vel blasphemare volentē. Nam sunt absq; mora sic vincula rupta priora. Quòd autē si conuertat tenetur prius conuersus ante votū & matrimoniū, ipsam recipere, hoc est, qa licet habet vinculū solutū adhuc tñ retinet vinculum sponsaliorū, & sic tenet cōtrahere, vel qa blasphemia creatoris soluit si est perpetua, aliter non. Quando autē ante votū vel matrimoniū tollit perpetua non videtur. Alia opinio est, ꝙ non soluitur quousq; cōtrahat secundum matrimoniū. Posset enim imaginari, ꝙ in matrimonio infideliū non est aliquod reale vinculū dirimendum plus q̄ in sponsalibꝰ: cùm non sit sacrm aliqd' ante baptismum: vnde ante baptismum vtriusq; vel alterius

Nullum est mrimoniū si cōtrahant baptizatus & nō baptizatus.

Art. 2. Mrimoniū infideliū est verum.

Dubium.

Solutio.

Rō. s. T. a. 4.

Dur. hîc. q. 2. art. 2.

Defen. ratiōnē. S. Th.

1. Opinio. Vr esse Scot. art. 1. in sol. dubij. 2. Ri. ar. 2. q. 3

2. Opinio. S. Th. art. 5. ad. 3.

rius ex statuto ecclesiæ, pót illud mrimoniú solui, sicut sponsalia in multis casibus soluuntur, vel tolluntur statuto ecclesiæ. Vnde sicut per matrimoniú sequés soluuntur sponsalia præcedẽtia, sic per sequés matrimoniú tollitur præcedens non ratum sponsalibus comparatum.

Art.3. Resoluit quõ propter alia vitia vir pot vxorem dimittere.

13 Quantùm ad tertium an ꝓpter aliud possit cõiunx dimitti, sunt tres conclusiones. 14 Prima, ꝙ licet non sit fornicatio carnalis superueniẽs nec infidelis: si tã sit tale crimen ꝙ timet coiunx corpori suo, nec pót sibi securè aliter prouideri, licet dimittere, sicut vxor in cuius vtero vir per per sæuitiã trespueros occiderat: qa si non tenetur debitum reddere cum periculo corporis, multo minus cohabitare, de resti. spo. c. Ex transmissa. &. c. Literas. in fi. vbi dicitur ꝙ vxor non est reddẽda viro vbi timetur tanta sæuitia viri, ꝙ nulla cautione pót ei succurri securè. Vnde falsa est glosſ. de diuor. c. 2. ꝙ non est dimittenda vxor etiã si vitæ viri fuerit insidiata, nec hoc dicit Decretalis quam allegat: vnde & quædã alia de facto dicebat virum suum latrociniis deditum non posse corrigi, propter qd' & ipsa periclitabatur omni hora, de qua cõsultum est ꝙ dimitteret virum: quod generaliter verum est, ꝙ vbi cõiunx non pót aliter ꝓuidere securitati suæ vitę nisi coniugẽ dimittẽdo, non tenet ei debitum reddere, nec cohabitare cum periculo corporis sui.

Nota.

Casus facti.

15 Secunda conclusio est, ꝙ idem videtur qñ coniunx nó vult aliter cohabitare, nisi ꝓmittat eũ peccare & est incorrigibilis, & pertrahit ipsum ad crimen: ita ꝙ licet non cogatur peccare: tñ propter periculú suæ fragilitatis nè coniugalis societas ipsum pertrahat ad pctm: tenetur illud: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te: sicut in litera dicit. Si enim cum periculo corporis non tenet manêre, multo minùs cum periculo animæ. Et sicut non tenet propter infidelitatẽ: ita nec propter periculũ aliorú criminũ, licet ad nullu possit cogi. Et licet istud sit grauius q̃ alia, tñ minimũ periculum peccati mortalis præponderat maximo periculo corporis. Et licet in hoc sit dissimile q̃ inuito auferẽ vita corporis non animæ: tamen ita dissimilitudo ita tenet in crimine infidelitatis: sicut in alio, quia nullum pctm̃ cadit in inuitum. 16 Tertia cõclusio est, ꝙ propter alia crimina in quibus coniunx non timet probabiliter animæ suæ nec corpori, non debet derelinquere coniugem etiam si sit incorrigibilis: nisi sit fornicatio carnalis, in qua propter vnicum actum potest dimitti, aut spiritualis propter quem incorrigibilem potest dimittere: & sic intelligitur, de diuor. c. 2. 17 Argumentum in oppositum solutum est.

DISTINCTIO. 40. QVAESTIO. 1.

De cognatione carnali, & spirituali, & prius de carnali.

Thom. 4. Dist. 40. art. 3.

CIRCA. 40. Distinctionẽ quæritur de consanguinitate, vtrum impediat matrimoniũ? Et videtur ꝙ non, qa eorú quæ sunt magis consimilia conuenientior est coniunctio. Omne enim animal diligit suum simile: & omnis caro ad sibi similem coniungetur. Eccliast. 13. Sed consanguinei sunt propinquiores & similiores. ergo &c. 2 Itẽ nulla mulier potest esse propinquior viro q̃ Eua fuit Adæ, de cuius costa fuit formata, vt habetur Gene. 2. Sed Eua fuit coniuncta matrimonialiter: ergo & cæteræ possunt coniungi quantũcunq; propinquæ. Contrà, illud quod impedit bonũ prolis debet matrimoniu impedire: sed consanguinitas est hmôi, dicit enim Greg. in litera, experimento didicimus ex tali coniugo sobolẽ non posse succrescere: ergò consanguinitas impedit matrimoniũ. 3 Item Leuit. 18. dicitur Omnis homo ad proximam sui generis non accedat.

Art.1. Cõsanguinitatis definit.

4 Respondeo, hic sunt tria videnda. primò, quid sit consanguinitas, linea, & gradus. Secundò, de comparatione graduum. Tertiò, de prohibitione. 5 Quantũ ad primum sunt tres conclusiones. 6 Prima quid sit consanguinitas & vnde dicatur. Est autẽ consanguinitas vinculum personarũ ab eodẽ stirpe descendentiũ, carnali propagatione contractũ. Vbi sciendũ est, ꝙ consanguinitas est cacophaton, & dicitur melius consanguinitas, qa loquendum est vt plures. Vinculum, quia propinqui magis se diligunt q̃ se diligãt extranei affectu & effectu: vnde non bruta, quia homo est animal politicum. Ab eodem stipite, propinquo, aliàs omnes homines essent consanguinei: qa fecit ex vno hominũ genus. Carnali propagatione, vnde non inter angelos qui à Deo per creationem processerunt. Dicitur antè à cõitate sanguinis vel cõueniẽdo in sanguine magis q̃ in carne: qa sanguis est magis materia propinqua seminis: vnde sperma secundum medicos est sanguis purissimus, & multum coiens sanguinem pro semine emittit. Sed quod dictũ carnali propagatione excludit Euam à sanguinitate Adæ: quia miraculosa, & supernaturali propagatione, non autem Christũ à cognatione consanguineorum beata virginis, quia fuit carnalis propagatio ex parte matris: licet non ex parte patris. Diuiditur autẽ consanguinitas in agnationẽ & cognationẽ secundu Iuristas. ff. de gradi. Iurisconsultus. Hoc autẽ vinculu seu propinquitas: sicut & omnis amicitia fundat in cõicatione triplici. s. naturæ, curæ, & disciplinæ. Naturæ, qa oês consanguinei descendunt per carnis propagationẽ ab vno stipite, qui est cõmunis corũ parens. Curæ, qa cura parentu procedit ad filios, non solu immediatos, sed ad filios filiorũ quotquot videre possunt. Disciplinæ, qa proles sub parentũ potestate & subiectione esse debet.

Declaratio linearũ cõsanguinitatis.

7 Secũda conclusio est de linea consanguinitatis quid sit & qũo dicatur. Est autem ordinata collectio personarũ consanguinitate coniunctarũ, nec oportet addere, ab eodẽ stipite descendentium: qa hoc includit in consanguinitate. Et hoc est tripliciter secundũ tertiã habitudinẽ, quã habent consanguinei adinuicem. Vna est principiati ad principiũ, vt filij ad patrẽ, auum, proauum, & suprà. & secundũ hanc accipitur linea ascendentiũ. Alia est principij ad principiatum, vt patris ad filium, nepotem & pronepotẽ & infrà. Et secundũ hanc accipitur linea descendentiũ, quæ non est alia linea à linea ascendentiũ, sed aliter accepta secundũ aliũ, & aliũ modũ cõputandi, qa secundũ vnam fit acceptio ab inferiori ascendẽdo: secundũ aliã fit acceptio à superiori descẽdendo. Tertia est habitudo eorum quæ sunt ab vno principio: sicut fratrũ qui sunt ex vno patre & matre, & nepotum qui sunt ex duobus fratribus vel sororibus: & sic deinceps, & secundũ hanc accipitur linea transuersaliũ, quæ subdit in eam quæ est collateralis ascendentiũ in qua sunt auunculus, matertera, patruus &c. & causa quæ est collateralis descendentiũ in qua sunt frater, soror, nepos, & neptis ex filio vel filia.

Art.2. Cõputatio graduũ cõsanguinitatis.

8 Tertia conclusio est, quid est gradus. Est autẽ habitudo determinatæ distantiæ personę à persona: & est sciendum ꝙ linea & gradus sunt in affinitate secundũ habitudinem ad consanguinitatẽ, & non aliter. 9 Quantũ ad secundũ de graduum computatione, sunt tres conclusiones. 10 Prima de cõputatione cõmuni Iuristarum, quia illa Isidòri & cæteræ quæ ponuntur in litera non sunt

sunt in vsu. Computantur autẽ gradus consanguinitatis hoc modo. In linea enim ascendentium & descendentium cõputandæ sunt personæ mediæ inter illas de quibus quæritur, ꝙ si nulla sit media, tunc sunt in primo gradu, vt pater & filius descendẽdo, vel filius & pater ascendendo. Si verò sunt aliæ personæ medię computatis eis cum extremis, quot sunt personę vna minus, tot sunt gradus. Verbi gratia. Auus & nepos distant secundo gradu: qa sunt tres personæ: ꝓauus & ꝓnepos, quarto gradu, qa sunt quinq; personæ. Ratio huius est, qa cùm gradus sit certa distantia propinquitatis, gradus non pót esse eiusdem ad seipsum, sicut nec propinquitas: & ideò gradus semper supponit personã aliquã cui secunda addita faciat gradũ: & per eandẽ rationẽ tertia addita secundæ: & quarta tertiæ, & sic semper vt sit numerus graduũ iuxta numerũ personarũ vna excepta. Et hæc computatio graduũ in linea ascendentiũ & descendentiũ cõmunis est apud oês. In linea verò collaterali quæ non est eorũ quorum vnus descẽdit ab alio: sed eorũ qui descẽdunt à cõmuni principio aliter cõputanẽ gradus secundũ Canones, aliter secundũ leges, secundũ Canones enim computantur hoc modo. Videndũ est vtrum personæ de quibus quæriẽ æqualiter distent à cõmuni stipite: aut inæqualiter: si æqualiter quoto gradu qualibet earũ distet à cõmuni stipite: toto gradu distant inter se, verbi gratia, filij duorũ fratũ ita se habent ꝙ distant à cõi stipite secũdo gradu, secundũ lineã rectã: & in eodẽ gradu distant inter se secundũ lineã collateralẽ. Si autẽ inæqualiter: tunc quoto gradu remotior illarũ distat à cõi stipite: toto gradu distant inter se, verbi gratia sit Sor. nobis cõis parens vel stipes, & ego nepos secundũ vnã lineã: tu verò pronepos secundũ aliã: si quæriẽ quoto gradu ego disto à te, debet responderi ꝙ tertio, qa toto gradu tu quies remotior distas à cõmuni parẽte, à quo non disto nisi secũdo gradu. Secundũ verò leges aliter cõputanẽ gradus: qa secundũ eos duo fratres sunt in secundo gradu: filij duorũ fratrũ in quarto, nepotes corũ in sexto: & sic duplicanẽ gradus secundũ cõputationẽ legalẽ supra cõputationem Canonicã. Ratio diuersitatis est, quia leges attendunt descensum à cõi patre ex vtraq; parte, & quia quilibet filius distat à patre vno gradu: ideò dicunt distare inter se duobus gradibus. Canones verò non attendunt numerũ personarũ descendentiũ secundũ quantitatem descẽsus: quæ cùm sit vna in duobus fratribus respectu patris non dicunt distare inter se nisi vno gradu: & sic patet quod sit consanguinitas, quid gradus, quid linea & qũo cõputent. 11 Secunda cõclusio est, quę cõputatio sit rationabilior. Et quidẽ opinio Legistarũ videtur rationabilis. Primò, vt sit idẽ modus computandi in omni linea, qa vnũ & idem principiũ est rectæ & trãsuersalis. Nam filius, vt filius est principiũ lineæ descendentiũ, ipse idẽ vt frater principiũ transuersalis. Secundò, qa ꝓpter quod vnũquodq; tale & illud magis: cùm ergò ꝓpter stipitẽ latera sibi attineant: absurdũ videtur ꝙ non attineat quis plus stipiti q̃ alij lateri: cùm etiã secundũ distantiã localẽ ad cuius similitudinẽ omnis distantia & propinquitas est exẽplata, tñ distent extrema quantũ à medio distant ambo non solũ quantũ alterũ, & si inter. a. &. c. sit. b. mediũ: distans ab vtroq; palmo vno. a. &. c. distabũt duobus palmis. Cùm igitur ego distẽ à patre meo vno gradu, & tu frater meus alio, per consequens disto à te duobus. Sed opinio Canonistarum est rationabilior: qa absurdũ videt ponere secundũ gradũ sine primo, & tertium sine secũdo, quod tñ sequit secundum opinionẽ Legistarũ: qa non est dare aliquẽ qui sit in primo gradu lineæ transuersalis æqualis, sed primus in ea qui est frater est in secũdo, primus in trãsuersali in inferiori est in tertio. s. filius fratris: & primus in trãsuersali superiori est in tertio, sicut patruus: ideò Canonistę melius cõputant in transuersali ponẽtes. s. fratrẽ in primo gradu, filium fratris in secundo descendẽdo, nepotẽ in tertio, pronepotẽ in quarto: abnepotẽ in quinto &c. Ascendẽdo verò patruũ in secũdo, propatruũ in tertio, abpatruũ in quarto &c. Dilatando vero duorũ fratrum filios in secũdo, nepotes in tertio &c. Verbi gratia, in genealogia Adam per Seth & Caym. Item in genealogia Abrahę per Ismael & Isaac, vel in Isaac per Esau & Iacob: & in illa Noe per Sem Cham & Iaphet: de qua Theologi debent depingere arborẽ suam. Nec sequitur ꝙ non plus attineat ille propter quem intensiue, sed non plus extẽsiuè, sicut frater ex vtraq; parte plus attinet intensiuè q̃ frater ex altero tñ, non autẽ extẽsiuè.

Regulæ Iurist arũ quinq; de cõsanguinitate.

12 Tertia conclusio est de regulis Canonistarum quę sunt quinq;. 13 Prima regula, quòd per addita personæ per carnis propagationem, addit gradũ in linea ascendente & descendẽte: sed non mutat genus, secus in linea transuersali secundũ Canones, vt visum est. Secunda regula est. Quotquot sunt personæ computatis mediis & extremis vna dempta: tot sunt gradus in linea ascendentiũ & descendentiũ, & hoc patet ex prædictis. Tertia regula est. Quòd personæ æqualiter distãtes à cõmuni stipite toto gradu distat inter se, quoto quilibet ab illo, sicut dictũ est. Quarta regula est. Quòd in transuersalibus inæqualiter distãtibus à cõi stipite: quoto gradu remotior distat à stipite, toto gradu distant inter se. Quinta regula est. Quòd quoto gradu aliquis distat à cõi stipite: toto gradu distat ab omni ab illo stipite descẽdẽte vsq; ad æqualiter distantẽ: sed à plus distãte plus distat: qa tantũ quãtùm ille per quartã regulã. Omnes istæ regulæ expositæ sunt & tactæ in prima cõclusione.

Art.3. Enoch rediens tpe Antichristi non pót copulari cõiugio si militer nec Adam.

14 Quantũ ad tertium de prohibitione, sunt tres cõclusiones. 15 Prima de iure naturali, ꝙ consanguinitas secundũ lineã rectã ascendentiũ & descendentũ impedit matrimonium, sed plus filij cum patre, q̃ filię cum matre ꝓpter reuerentiã. Ex quo videt ꝙ in linea recta in infinitũ prohibeat matrimoniũ à Deo: vt si Adam hodie viueret nõ inueniret vxorem secundũ Legistas: vnde Enoch rediẽs tẽporibus Antichristi non poterit ducere vxorẽ: quia oês descendimus ab eo sicut à Noe, qa omnis generatio Caym diluuio periit. Ratio autẽ huius est, qa maior reuerentia debetur parentibus remotis q̃ propinquis: vnde vulgò pater non vocatur dñs, sed auus q̃diu viuit: & licet sit maior propinquitas: tñ maior reuerentia quæ plus attendi tur in illis. Nam cum filia fratris pótsecundũ leges contrahi, non cum amita quæ tñ non est propinquior: item cùm natura non redeat ad idem numero requireret etiã ꝙ mater distaret à filio multis gradibus, qa multis distat à stipite & à marito: vnde fuit incestus Loth cum filiabus. Nam & bruta hoc abhorrent, in aliis autẽ gradibus lineæ transuersalis concedebatur, vt fratris cum sorore.

Quæ ꝓsonæ iure diuino ꝓhibẽt nota nt rõ. s. T. hîc art. 3.

16 Secunda cõclusio est de prohibitione iuris diuini, qua prohibentur plures personæ, puta simul naturali fœdere cõmorantes quę numerant Leui. 18. & sunt. 12. ꝓmater, nouerca, soror, neptis, matertera, vxor patrui, nurus, vxor fratris non præmortui sine liberis, priuigna, filia priuigni vel priuignæ, soror vxoris, quæ in lege naturæ permittebatur: vt patuit in Lya & Rachel copulatis Iacob. Huius rationẽ Doctores assignant, qa matrimonium ordinatur ad represionẽ concupiscẽtiæ, sed cõcupiscẽtia non reprimitur: sed potius augetur si inter illas personas quas contingat in cãdem domo cõuersari esset concessa copula matrimonialis: quare lex diuina rationabiliter prohibet talem copulã.

Impug. Duhîc. q. 1. ar. 2

17 Sed cõtra hanc rationem quidam arguunt, quia matrimoniũ non ordinatur

natur ad represionem concupiscẽtiæ,nisi quatenus per actum matrimonij satisfiacit ei, vt non incitet vel minus incitet ad illicitã corruptelã: sed hoc modo æquè reprimitur concupiscẽtia per matrimonium contractũ inter quosdam extraneos. ergò &c. 18 Item nihil est dictũ ꝙ augeretur concupiscẽtia si carnalis copula esset licita interpersonas q̃ consueuerunt in eâdem domo manêre: quia per omne matrimoniũ obligant coniuges ad simul manendũ, etiã qui aliàs non cõmanerent: si autẽ cõmanêre simul est augmentũ cõcupiscẽtię, sequeret ꝙ per omne matrimoniũ augeretur concupiscentia. 19 Sed hoc non obstãte videtur bona illa ratio, qa cùm electio non sit nisi quid possibiliũ: eo ipso quod aliquid concupiscibile fit impossibile minuit concupiscẽtia, vel tollitur: vnde q̃diu cohabitantiũ virorũ & mulierũ posset esse matrimoniũ, concupiscentia non haberet frenum, sed postq̃ matrimoniũ fit impossibile cessat concupiscẽtia. 20 Tertia cõclusio est de ꝓhibitione iuris positiui Canonici, qa de illa iuris ciuilis nihil ad propositũ cùm circa sacra laici nihil possint: ergò iure nouo prohibitum est matrimoniũ in quarto gradu & infrà: in quinto autẽ & vltra permissum in linea transuersaliũ, de consang. & affi. Non debet. Et hoc solũ põt dispẽsare Papa nõ alius: quia non est permissum ẽpis, sicut in aliis. Eius enim est dispẽsare in iure qui est supra ius, vel cui est cõmissum à iure: vnde in gradu legis naturæ vel diuinæ ꝓhibito solus Deus dispẽsare põt, vel cui inspirauit: qui tñ non legitur dispensasse cũ quoq̃. Papa autẽ in his quæ sunt iuris positiui: puta in quarto gaadu & in tertio: imò etiã in sẽ'o q̃nq̃;: puta collateraliũ æqualiter: sicut ꝙ cõtrahãt duorũ fratrũ filij qd' lege Moysi & iure ciuili est permissum: tñ Greg. dicit. Experimẽto didicimus talẽ sobolem nõ posse succrescere: sed frequẽter primogeniti moriuntur: nec est sufficiens causa dispẽsationis augmentatio matrimonij, sed pax vel cõcordia vel aliquid hmõi. 21 Sed contrà, Thamar dixit fratri suo: Pete me à patre meo, & dabit me tibi: ergò Dauid potuit dispensare. Solutio, fortè Dauid fuit eius nutritius non pater naturalis, vel hoc dicens Thamar errabat. 22 Notandũ tñ, ꝙ frater ꝑris. i. patruus est quasi alter pater: & similiter fratres aui, proaui, abaui, & sic in infinitũ: qa oẽs parentũ loco sunt quibus paterna reuerẽtia exhibet: quæ repugnat societati maritali. Vnde quia propter hanc rationem in linea ascendentiũ & descendentiũ in infinitum nuptiæ prohibentur: inde est ꝙ inter quẽcunq; inferiorẽ & superiorẽ, cui vt ꝑri naturaliter honor defertur: puta qa frater patris, aui, proaui, abaui, & sic in infinitum, non põt contrahi. 23 Est tñ dubiũ vtrum Papa posset dispensare in gradu lege diuina, non naturali prohibito. Et siquidẽ prohibitio legis Mosaycæ esset purè iudicialis non moralis, hodie non ligaret, nisi quantũ est iure Canonico renouata, & sic in omnibus illis gradibus Papa posset dispẽsare. Sed ferè oẽs gradus lege diuina prohibiti, videnť prohibiti ratione naturali: quia omnes illas personas cohabitãtes est amicitia naturalis sine alio fœdere: vnde qa natura nihil facit frustra, vbi sunt mulieres aliæ ex quibus põt esse generatio, sicut ex istis: frustra matrimoniũ fit cum istis, qd' nõ est necesse, nec propter generationẽ, nec ꝓpter amicitiã: vnde probabilius est: ꝙ Papa non possit dispẽsare in illis. Et secũdum hoc diceret, ꝙ ante legem scriptã erat dispensatum à Deo vt cum eis cõtraheret, excepto primo gradu ascendentium & descendentiũ. Vnde Adam inspiratus dicendo, Relinquet homo patrem & matrẽ: cæteras personas videtur permisisse, quæ etiam iure naturali erant prohibitæ, sicut frater & soror de quibus dicitur. C. de epis. & cle. l. Cùm qui probabilẽ. ꝙ in his personis nihil sæui cri-

Solut. Doc.

Nota. Dubium.

minis fœdus naturale suspicari permittit: vnde possunt cohabitare clerici. 24 Ad primum argumentũ dicendum, ꝙ q̃uis similitudo propinquitatis valeat ad cõiunctionem: non tñ ad oẽm modum coniunctionis. Melius nanq; coniungit forma materiæ, q̃ materia materiæ, & forma formæ: sic similitudo propinquior q̃uis valeat ad coniunctionẽ naturalis amicitiæ, non tñ ad coniunctionem matrimonialẽ ad quam debet amicitia ad extraneos dilatari. 25 Ad secundũ dicendum, ꝙ Eua non attinebat Adæ in aliquo gradu consanguinitatis, quia nõ fuit formata ex eo per viam generationis, sed miraculosè: per quem modum potuit de costa formari equus vel mulus, sicut Eua: & non est simile de ea & aliis propinquis secundum gradum consanguinitatis.

Ad arg. prin

DISTINCTIO. 41. QVAESTIO. 1.

Circa. 41. Distinctionem quæruntur tria. Primò, de affinitate. Secundò, de publicæ honestatis iustitia. Tertiò, de illegitimitate.

De *gradibus affinitatis.*

Thom. 4. Dist. 41.

PRIMO igitur quæritur de affinitate, vtrũ impediat matrimonium. Et videtur ꝙ non, qa effectus non impedit suã causam: sed affinitas est effectus matrimonij. ergo &c. 3 Item secundum iura consanguinei succedunt in rebꝰ defuncti, sed vxor est res viri: ergo eo defuncto debent in ea succedere consanguinei. 4 Item vxor alicuius affinis est frater viri sui, sed eo mortuo debet eam accipere in vxorem secundum legem veterẽ, vt habeť Leui. 25. ergò affinitas non impedit matrimoniũ. 5 In contrariũ arguit, qa Leui. 18. dicit, Turpitudinẽ vxoris patris tui non discooperies, & turpitudinẽ matris tuæ non reuelabis: sed tales sunt tñ affines: ergò affinitas impedit matrimonium. 6 Item vir & vxor sunt vna caro, ergò qui attinet vni per consanguinitatẽ oportet ꝙ attineat alteri, quod fit ꝙ affinitatẽ: ergò sicut attinẽtia consanguinitatis impedit matrimoniũ, sic & attinentia per affinitatẽ. Et hæc est ratio Greg. 25. q. 5. c. Porrò. 7 Respondeo, hîc sunt quinque videnda. Primò, quid sit affinitas & vnde dicat. Secundò, qũo contrahatur. Tertiò, qũo genera affinitatis distinguantur. Quartò, qũo gradus in ea computẽtur. Quintò, qũo quarto gradu affinitatis matrimoniũ prohibeatur. 8 Quantũ ad primũ sunt tres cõclusiones. Art. 1.

9 Prima, vnde dicatur & quid sit. Dicitur autẽ affinitas, qa accedit ad fines. i. terminos vel cõtra dicta. Est autem affinitas attinẽtia vel ꝓpinquitas personarũ ex carnali copula prouenientes, omni carens parẽtela. Dico autem corporali licita vel illicita omni carẽs parẽtela per se, licet per accidens aliter esse possit, vt statim dicetur. Affinitatis rõ vñ sumit.

10 Secunda conclusio est de ratione affinitatis. Ratio autẽ huius propinquitatis hinc sumitur, quia super cõicationẽ naturalẽ fundat amicitia naturalis: cõicatio autem naturalis fit duobus modis, secundũ Philosophũ. 8. Ethic. Vno modo secundum carnis propagationẽ, secundum quem modũ vnꝰ est ab alio vel ambo à tertio. Alio modo per coniunctionẽ ordinatã ad carnis propagationem: quæ cõiunctio est per carnis copulã, vel per matrimonium: in quo est mutua obligatio coniugum ad carnalem

nalem copulã: propter quod ibîdem dicit Philosophus. Quòd amicitia viri ad vxorem est naturalis. Et ideò sicut per propagationẽ carnis causatur attinẽtia naturalis amicitiæ, quæ est consanguinitas: ita per carnalẽ copulã vel coniunctionẽ ad hoc ordinatã, vt est matrimonium causatur vinculũ naturalis amicitiæ, quod vocatur affinitas: dum homo vt prius dictum fuit æqualiter se habet ad consanguineos vxoris suæ sicut ad suos: eo modo quo vxor est aliquo modo vnum corpus cum viro: sed quia non simpliciter vnum cum eo, sed quasi ab extrinseco adiuncta: ideò quicunq; attinet viro attinet vxori in eodem gradu. Sed quia ab extrinseco adiuncta: ideò attinet ei alio genere attinẽtiæ, quia consanguinei viri sunt affines vxoris. 11 Tertia cõclusio est, ꝙ per accidẽs põt licitè & illicitè permiscẽri cõsanguinitas cõsanguinitati: affinitas affinitati: cõsanguinitas affinitati: vnde in incestu Loth, Moab, & Amõ fuerũt filij Loth, & ipse pater, & sic in primo gradu cõsiderato patre, sed consideratis matribus fuerunt nepotes ex duabus filiabus: & ipse auus: semper enim pater matris est auus maternus, filius filiæ nepos, cui accidit ꝙ cognouerit eas. Et in incestu Caroli magni cum sorore, ex quo genuit Rolandũ filium & nepotẽ, ipse pater & auunculus, quia frater matris, vt dicitur. Similiter affinitas cõsanguinitati in incestu Iudæ cum Thamar, & in omni licito matrimonio pater potest dici affinis filio: sicut quicunq; cognoscit matrẽ & econuerso, mater est affinis filio: qa quicunq; cognoscit à patre est affinis: licet propriè soleamꝰ vocare affines vitricum, qui est non pater, sed maritus, & nouercam quæ est vxor non mater: tñ si tota causa affinitatis est coniungi carnaliter consanguineo: pater qui cognoscit vxorẽ postquã fuit mater sit affinis filiis suis, sicut filiis eius ex alio marito. Exemplũ de omnibus in patre & filio qui duxerũt matrẽ & filiã: cũ mater esset in tertio gradu patri cũ dispẽsatione ex qua genuit filiam & filiũ: hîc enim est permixta affinitati quantũ ad personas cõtrahentes. Nam illa est nouerca mea inquantùm vxor patris mei, & ego priuignus suus inquantùm filius mariti. Item ipsa est socrus mea inquantũ mater vxoris meæ, & ego gener suus inquantũ maritus filiq̃. Similiter pater meus est vitricus vxoris meæ inquantũ est maritus matris eius, & ipsa priuigna eius inquantũ filia vxoris, itẽ socer eius, qa pater mariti, & ipsa nurus, qa vxor filij. Secundò est ibi permixta consanguinitas cõsanguinitati: qa illi sunt in primo gradu descendentium patri, inquantũ ab eo immediatè geniti: & sunt in quarto gradu trãsuersali inferiori, inquantũ filij consanguineæ in tertio gradu. Semper enim filius est in vlteriori gradu q̃ pater illi cui coniungit per patrẽ, nisi cũ fratre ꝓprio. Tertiò est ibi cõsanguinitas permixta affinitati: qa filius inde natus est frater vxoris primi filij ratione eius: qa ex eâdem matre frater. s. vterinus & est leuir eius, qa frater mariti, qa ex eodem patre, & filia: inde nata est soror primæ filiæ vterina & primi filij patruelis. Item prima filia est glos eius. i. vxor fratris, & primus filius posteà natus est frater & sororius. 12 Quantũ ad secundũ de diuersis generibus affinitatis, quæ in litera tanguntť, sunt tres conclusiones. 13 Prima, qũo multiplicentur. Vbi est sciendũ, ꝙ ꝓpter vnũquodq; tale & illud magis in æqui uocis: ergò vxor fratris mei est mihi in primo gradu & genere fratrissa: si mortuo fratre alius contrahat cũ ipsa adhuc ille alius magis attinet mihi q̃ vnus extraneus: qa fit vna caro cũ mea affine, & quæcunq; vni & eidem sunt eadẽ inter se, sunt eadẽ, & quæ religiosis adhærent religiosa sunt. Primus ergò maritus post fratrẽ meum est in secũdo gradu affinitatis, qa est vir fratrissæ meæ: & si ipsa acciperet secundũ vel tertiũ virum, oẽs qui immediatè iũgerentť ei, quæ est in primo genere essent mihi in secundo affinitatis, & in primo gradu sicut ipsa. Si autẽ secundus vel tertius vir eius qui attinet mihi in secũdo genere affinitatis, ipsa mortua contrahat cũ alia: adhuc ad illam plus naturaliter afficiar quæ fit vnum cum eo, qui factus est vnum cum fratre meo in eâdem vxore q̃ cum extranea, sic naturaliter est quodãmodo mihi coniuncta. Sed minus verũ est in tertio genere, & si illa ducat secundũ vel tertiũ virum, illi erunt mihi in quarto. Si verò illi aliã vxorem, illi erunt mihi in quinto, & sic deinceps. 14 Secunda cõclusio est de differentia prohibitionis inter ista genera. 15 Vbi sciendũ, ꝙ quartum & quintũ genus, & sic vltrà, nullã prohibitionẽ habebant: sed solũ tertiũ habebat prohibitionẽ minorem q̃ secundũ: qa solũ in primo & secũdo gradu: vnde vxor non potis fratris mei si cõtrahebat cũ alio & ille cũ alia, cum illa si cõtraxisset tenuisset matrimoniũ. Secundum verò genus in tertio, sed nõ in quarto &c. primũ vsq; ad septimum: qa semper eodẽ gradu quo consanguinitas: hodie verò remota sunt omnia genera affinitatis præter primum, extrà de cõsang. & affi. Non debet. nec illud vltra quartũ gradũ, vt posteà videbiť: vnde correcta sunt multa ĩ litera cõtẽta. 16 Tertia cõclio est incidens. ſ. ꝙ inter cognatos coniugũ nulla est affinitas. Nam socius socij mei non est socius meus: qa affinitas non causat affinitatem: vnde non sequitur, ꝙ sim affinis affinibus tuis si sum affinis tibi, vel cõsanguineis tuis: vnde secundus vir põt mortua vxore contrahere cũ consanguineis primi viri, qui est affinis vxori: similiter consanguinei viri possunt cõtrahere cum consanguineis vxoris. Sicut etiã non sequitur, sum consanguineus tuus: ergò omniũ consanguineorũ tuorũ: qa potest esse cognatio mea & tua ex parte matris, illorum autem ex parte patris. ideò &c.

Affinitas potest esse ĩ primo gradu cõsanguinitatis.

Ar. 2. Affinitas qũo multiplicatur.

Nota singularẽ coniunctionẽ affinitatis.

17 Quantũ ad tertium, qũo affinitas contrahatur sunt tres conclusiones. 18 Prima, ꝙ affinitas contrahitur dupliciter. Primò, per matrimoniũ & si carnalis copula non sequať secundũ quosdã. Alij verò dicunt, ꝙ nõ causatur nisi publicæ honestatis iustitia ante carnalẽ copulam. Secundò, per carnalẽ copulã qũocunq; exercitant licitè vel illicitè, secundũ naturã, & contra naturã: dum tñ semen viri in vase debito recipiat. 35. q. 3. Nec eam. extrà de eo qui cog. consan. vxo. suæ. Discretionem. &. c. Tuæ fraternitatis. Pollutio autẽ extraordinaria. i. qua semen viri non in debito vase recipitur, nõ causat affinitatem nisi fieret maritali affectu. Tunc enim ratione matrimonij nõ copulæ causat. 35. q. 3. Extraordinaria. extrà de eo qui cog. cõsang. vxo. suæ. Fraternitatis. qa talis nõ facit carnis vnitatẽ. Vnde q̃tuncũq; inuadat vel frãgat vasa pudoris, nisi in vase eius semen immittat, nõ cõtrahitur affinitas. Nec obstat extrà de spõ. c. Iuuenis. qa illud est ratione certi propter spõsalia, quæ post septennium ille approbauit, vel quia maritali affectu attentauit. Nam attentatio quæ fieret maritali affectu, maximè cum illa, cum qua posset matrimoniũ contrahi: causaret affinitatẽ ratione dubij: vnde si constaret de copula carnali, non esset credendũ: nisi in foro cõsciẽtiæ, ꝙ nõ fuisset seminis receptio, sed in foro conscientiæ crederet: vnde si in illo foro cõstet non fuisse seminis receptionẽ nec attentationẽ factã maritali affectu, nullũ vinculũ cõtractum est, sed ex his quæ in cõfessione nouit, non posset ipse in foro exteriori procedere ad pronunciandũ matrimoniũ tenêre, postquã esset probata carnalis copula: licet nõ seminis receptio quã nõ oportet ꝓbare, qa nõ est benè probabile. 19 Secũda conclusio est de hoc ꝙ dicunt Doctores, ꝙ requiriť seminũ cõmixtio. i. seminis viri receptio ad quod nata est sequi seminũ cõmixtio. i. seminis & menstrui: qa non oportet mulierẽ seminare ad concipien-

Art. 3. Opi. 1. S. T. artic. 2. q. 4. ad. 3. & Duquotli. 1. ar. 1. opi. 2. Ri. art. 1. q. 2. & Sco. li. 1. in prin. q.

Ad affinitatẽ reqriť seminum mixtio. ſ. Th. suprà & alij.

concipiendum prolem, aliàs beata Virgo non fuisset simul mater & Virgo: & per consequẽs nec ad affinitatem contrahendã: similiter ecouerso si sine carnali copula esset seminis receptio, causaretur affinitas: sicut aliqui dicunt de Antichristo, ꝙ nasceꝰ semine transfuso per Dæmonem incubum & succubũ, qa tali actu fit vna caro in prole. 20 Tertia cõclusio est, qũo distrahaꝫ, vel dissoluatur. Et quidẽ non per mortẽ eius cuius actu cõtracta est, sed per corruptionẽ subiecti, vt paternitas & hmói relationes quæ innascuntur ex actibus p̃teritis, sicut enim est pater, non qa generat sed qa genuit, qd' semper durabit, sic est affinis quis, qa consanguineus suus contraxit vel cognouit: & si resurgat frater meus licet nõ sit vir frater meæ: ipsa nihilominꝰ manet fratrissa, qa fuit vxor fratris meæ: ipsa nihilominꝰ manet fratrissa, qa fuit vxor licet non sit: vnde in patria erunt affinitates quæ fuerunt: licet non nubant nec nubantur, sicut & cosanguinitates, licet non nascãtur nec morianꝫ. 21 Quantùm ad quartum de cõputatione graduum, sunt tres conclusiones. 22 Prima exẽplificans de gradibus consanguinitatis secundũ tres lineas supradictas. Est igit̃ in arbore consanguinitatis linea recta ascendentiũ & descẽdentium, transuersalis superior inferior & æqualis. Primus gradus in linea recta ascendentiũ in quo sunt pater & mater. Secundus auus auia. Tertius proauus proauia. Quartus abauus abauia. Quintus atauus atauia. Sextus tritauus tritauia. Septimus tritaui & tritauiæ pater & mater. Octauus tritaui vel tritauiæ auus vel auia. Nonus tritaui vel tritauię proauus & proauia. Decimus tritaui vel tritauię abauus vel abauia. Vndecimus tritaui & tritauiæ atauus & atauia. Duodecimus tritaui & tritauiæ tritauus & tritauia. In linea descendentiũ. Primus filius & filia. Secundus nepos neptis. Tertius pronepos proneptis. Quartus abnepos abneptis. Quintus atnepos atneptis. Sextus trinepos trineptis. Septimus trinepotis & trineptis filius & filia. Octauus trinepotis & trineptis nepos & neptis. Nonus trinepotis trineptis ꝓnepos pro neptis. Decimus trinepotis trineptis abnepos abneptis. Vndecimus trinepotis trineptis atnepos atneptis. Duodecimus trinepotis trineptis trinepos trineptis. In linea verò transuersali inferiori. Secũdo gradu fratris & sororis filius & filia, qui vulgò nepos & neptis vocãtur. Tertio fratris & sororis nepos neptis. Quarto fratris & sororis pronepos proneptis. Quinto fratris & sororis abnepos abneptis. Sexto fratris & sororis atnepos atneptis. Septimo fratris & sororis trinepos trineptis. Octauo fratris & sororis trinepotis filius. Nono nepos. Decimo pronepos. Vndecimo abnepos. Duodecimo atnepos. Tredecimo trinepos. In linea verò transuersali superiori. Secundo gradu patruus. i. frater patris, amita soror patris, matertera soror matris, auunculus frater matris. Tertio gradu patruus magnus. i. frater aui, amita magna. i. soror aui, auunculus magnus. i. frater matris, matertera magna. i. soror eius. Quarto gradu propatruus, proamita, proauunculus, promatertera. i. frater & soror proaui & proauiæ, quos alij vocant patruus auunculus, amita materteræ maior. Quinto gradu abpatruus abauunculus abmatertera frater. s. & soror abaui & abauiæ, qui aliter patruus & auunculus amita matertera maxima. Sexto gradu abpatruus &c. Septimo tripatruus &c. Octauo tripatrui pater &c. Nono tripatrui auus &c. Decimo tripatrui proauus. Vndecimo tripatrui abauus &c. Duodecimo tripatrui atauus. Tredecimo tripatrui tritauus. Sed in linea æquali primus gradus frater & soror. Secundus filij duorum fratrũ. Tertius duorũ fratrũ nepotes. Quartus duorũ fratrũ pronepotes. Quintus duorum fratrum aut duarũ sororũ, aut fratris & sororis, abnepotes vel abneptes. Sextus duorũ fratrũ atnepotes vel atneptes, vel vnus atrinepos, alius atrineptis. Septimus duorũ fratrũ atrinepotes & atrineptes. Octauus duorũ fratrum trinepotis filius. Nonus eiusdem nepos. Decimus pronepos. Vndecimus abnepos. Duodecimus atrinepos. Tredecimus trinepos. Sunt autẽ plures gradus nominabiles in linea trãsuersali q̃ in linea recta, quia nomen primi gradus in linea recta, est nomen secundi in linea transuersali; habet linea transuersalis æquales gradus, sicut & superior & inferior: quia illi idem qui sunt inferiorum respectu superiorũ sunt æquales adinuicem. 23 Secunda conclusio est de arbore affinitatis secundũ lineam rectam. Primus vitricus & nouerca, id est coniuges parentum. secundus vitricus magnus & nouerca magna. i. coniuges aui & auiæ. Tertius prouitricus pronouerca coniuges proaui & proauiæ, abuitricus abnouerca, atriuitricus atrinouerca, triuitricus trinouerca trinouercę pater & mater, deinde horũ auus, proauus, abauus, atauus, tritauus. Descendendo autẽ priuignus & priuigna filij. s. vxoris qui coniunguntꝰ vitrico & nouercæ per suam consanguinitatẽ non illius: qa enim pater & mater sunt in primo gradu consanguinitatis filiis, & econuerso etiam coniuges parentũ sunt in primo gradu filiis coniugum, & econuerso. Item gener & nurus. s. cõiuges filiorũ sicut & ipsi filij. Secũdo gradu cõiuges nepotũ ex filiis & filiabus, sicut & ipsi nepotes qui possunt dici nurus minor & gener minor. Tertio cõiuges pronepotũ, pronurus & progener. Quarto coniuges abnepotũ abgener & abnurus. Quinto coniuges abnepotũ atnurus atgener. Sexto coniuges trinepotũ trigener trinurus. Septimo cõiuges filiorũ trinepotũ &c. In linea verò transuersali superiori secũdo gradu affinitatis sunt coniuges patrui, auunculi, amitæ, materteræ. Tertio cõiuges patrui magni &c. Quarto propatrui. Quinto abpatrui. Sexto atpatrui. Septimo tripatrui. In linea verò transuersali inferiori secundo gradu vir & vxor, filij & filiæ fratris. Tertio vxor nepotis, & vir neptis. Quarto vir & vxor pronepotis & proneptis, & deinceps. In linea verò transuersali media & equali quæ verius videtur habẽre plures gradus: licet aliqui dicant ꝙ non nisi vnum, primo gradu affinitatis sororius fratrissa. i. vir sororis, vxor fratris. Item leuir. i. frater viri, glos. i. soror viri. Nam leuitrices. i. duorũ fratrum vxores non sunt sibiipsis affines, nec vir sororis & vxor fratris, quia affinitas non causat affinitatẽ. Oportet enim ꝙ semper persona q̃ est causa affinitatis, sit consanguinea alteri illorũ de quorum affinitate quæritur. Per hoc enim fit aliquis affinis meus: qa ipse est consanguineꝰ vxoris vel cõcubinæ meæ, vel per hoc ꝙ ego sum consanguineus vxoris suæ vel concubinæ: maritus autẽ sororis meæ non est cõsanguineus meus, nec sororis, nec vxoris meæ quæ est extranea mihi & sibi: sed benè est affinis mihi quia maritus sororis meæ, & ego sibi, quia frater vxoris suæ. Vxor verò mea est benè affinis sororis meæ tanquã fratrissa, & illa illi tanq̃ glos. Sed tibi maritus sororis meæ non est affinis, nec tu illi, qa nec vxor tua est consanguinea eius, nec ego qui sum maritus eius sum consanguineus tuus: vnde sororius meus põt ducere potest mortẽ meam & sororis in vxorem meam. Sed in secundo genere affinitatis attinet, quia facta est vna caro cum affine eius in primo genere. s. mecũ qui eram frater vxoris eius: sed secundũ genus affinitatis & tertium non sunt in vsu. 24 Tertia conclusio est, qa quod dictum est in præcedenti distinctione de computatione à Legistis non videt̃ sufficiens, quia in linea recta sic est, ꝙ extrema plus distant in duplo ab inuicem q̃ à medio, sed in linea obliqua non oportet, sed æqualiter in linea circulari, & sic est in propinquitate rectæ lineæ. Nam nepos distat ab auo duplo quã filius à patre: & pronepos à proauo

No. qũo nascetur Anti-Christus.

Art. 4. Arbor cõsanguinitatis.

Arbor affinitatis.

proauo &c. sed in linea transuersali non plus quã remotior à medio, quia ibi est primò linea obliqua, quæ primò ascendit posteà descendit, nec est ibi propriè mediũ. Non enim pater generat vnum mediante alio, sicut nepotem mediante filio: imò non est mediũ inter duos fratres: per quod absurdum videtur vt distent nisi vno gradu, cùm non sint nisi duæ personæ: semper enim debent esse plures personæ q̃ gradus: vnde rationabilior est cõputatio Canonistarũ quã Legistarũ. Est etiam aduertendum, ꝙ linea trãsuersalis non facit diuersas lineas sicut rectas: aliàs transuersalis superior & inferior carerẽt primo gradu, & haberent secundũ & tertiũ & sic deinceps: quod est inconueniens, quia secundũ benè est sine tertio: vt in dualitate sed nunquam sine primo. Vnde est vna linea in qua primũ gradum tenet pater: secundum ascendendo patruus qui est frater patris, & secundũ descendendo filius fratris &c. quod tñ non videtur: qa patruus non attinet mihi per fratrẽ meum, sed per patrem. Potest enim vnigenitus habẽre patruũ & materteram: sicut Christus duas Marias: vnde transuersalẽ superiorem oportet esse sine primo gradu sui generis: & similiter trãsuersalẽ inferiorẽ, quia frater æqualis fratri. 25 Quantùm ad quintũ de prohibitione sunt tres cõclusiones.

Art. 5.

26 Prima, ꝙ matrimoniũ prohibet̃ in affinitate: eodem modo sicut in consanguinitate. i. vsq; ad quartum gradum in linea transuersali: sed perpetuò in linea recta ascendentium & descendentium. Vnde Iudæus de Sara, qui nunc est non posset cõtrahere cum Cethura suscita: nec Sarracænus qui de Agar cum Sara nec trinepotis trinepos cum vxore tritaui, quæ est trinouerca trinouercę: imò etiam in successionibus si tritaui atauus viueret vsq; quo videret trinepotẽ, qui est ei in vndecimo gradu & constaret: deberet præferri in eius successione vxori & fisco: sed vltra trigesimũ gradũ iura non deferunt successionẽ, quia rarò accidit, & leges adaptanꝫ ad ea quæ frequẽter fiunt. 27 Secũda conclusio est de dispensatione Papæ prohibita circa hoc. Vbi notandũ ꝙ in primo gradu affinitatis, sicut cõsanguinitatis dispẽsare nõ põt cùm sit contra ius naturale & diuinum: quia vxoribus patris exhibemus reuerentiã sicut & nostris parentibus. Item in linea transuersali primo gradu consanguinitatis, & affinitatis prohibetur matrimoniũ iure diuino: vnde nec Papa dispensare põt, quia etiã quodammodo est contra naturã: vnde in his nihil sæui criminis fœdus naturale suspicari permittit. C. de epis. & cle. l. Eum qui probabilẽ. Vnde etiã ante legem Mosaycam multiplicato genere humano ante diluuium, vel pòst, credun tur abstinuisse à sororibus & ab vxoribus fratrum, nisi ad suscitandũ semen fratri præmortuo sicut & tempore legis, sicut patet in Thamar & filiis Iudæ. Nec obstat de vxoribus Abrahę & Isaac quas vocauerunt sorores, quia scilicet, fuerunt cõsanguineæ vel cognatæ, sicut & Loth qui fuit filius fratris Abrahæ dictus est frater, nec etiam posset dispensare Papa in vxorem fratris mortui sine liberis: quia licet olim liceret: tamen dispẽsatiuè licebat: quæ dispẽsatio fiebat iure diuino non ab homine. Nam iure diuino communiter abstinebatur ab vxore fratris, sicut à sorore, sed in casu illo permittebatur. Vnde sicut Papa non potest dispensare in pluralitate vxorum, quãuis esset olim licita: quia licita erat ex Dei dispensatione prohibita iure cõmuni, sic nec in proposito. Item nec in secundo transuersalis superioris: vt cum amita & matertera, quia lege diuina prohibitum. 28 Tertia conclusio est de dispensatione Papæ concessa. Potest enim dispensare in secundo gradu lineæ inferioris, vt cum filia fratris, quia non erat prohibitum in scriptura. Item in secundo gradu vt duorum fratrum filij contrahant; aut tertio, vt ꝙ duorum fratrum nepotes: aut quarto, vt ꝙ duorum fratrum pronepotes &c. quæ sunt de iure positiuo. 29 Contrà, de Thamar quæ erat soror Amon in primo gradu, & dixit ei: Pete me à patre meo &c.

Papa ĩ qbus gradibus dispẽsare põt.

30 Solutio errabat, vel dicit ꝙ non erat soror vera, sed soror fratris ex alio latere: non quòd rex posset dispensare: quamuis tuncipse Dauid disponeret sacerdotium sicut Moyses & Salomon deposuit Abiatar: econuerso Ioiada disposuit Regnum. 31 Ad argumenta: ad primũ dicendum, ꝙ affinitas est effectus matrimonij præcedentis ex quo causatur, & illud non impedit sed sequens matrimonium cum affinibus contrahendum, quia fieret amicitiæ dilatãdæ præiudicium. 32 Ad secundum dicendum, quòd consanguinei succedũt in bonis viri sui, quæ sunt eius possessio: vxor autem non est possessio viri, sed magis est vna caro cum ipso, & ideò non est simile hinc & inde. 33 Ad tertium dicendum, quòd lex prohibuit nè frater acciperet vxorem fratris: Leui. 18. concessit tamen hoc dispensatiuè in casu in quo frater moriebatur sine liberis: vt viuus suscitaret semen fratris defuncti, nè nomen eius in progenie sua absque liberis remaneret.

Ad arg. prin

✠ QVAESTIO SECVNDA.

De publicæ honestatis iustitia.

Thom. 4. Dist. 41. q. 1. art. 1. q. 4.

SECVNDO quæritur de publicæ honestatis iustitia, vtrũ. s. ex spõsalibus contrahaꝫ aliquod vinculũ attinẽtiæ, quod possit matrimoniũ dirimere vel impedire? Et arguit̃ ꝙ non, qa ex causa dissolubili non pòt causari vinculũ perpetuũ, quia effectus nõ est potior sua causa, sed sponsalia sunt dissolubilia multis modis: vt patuit prius: ergò ex eis nõ põt causari aliquod vinculum attinentiæ, quod possit perpetuò matrimonium impedire. 2 Præterea sponsalia contrahuntur qñq, inter parentes pro pueris ante septennium: sed per talia non cõtrahitur aliquod vinculum attinentiæ: vt habetur extrà de spon. impub. c. Literas. &. c. Decesit. ergò ex aliis similiter non cõtrahitur aliquod vinculũ. 3 In contrariũ est ꝙ Alexander Papa prohibuit quandam mulierem coniũgi per matrimonium cuidam viro quia fratri suo erat despõsata: vt habetur extrà de spon. c. Ad audientiã. sed non esset hoc nisi per sponsalia causareturaliquod vinculũ attinẽtiæ. ergò &c. 4 Respondeo, hîc sunt tria videnda. Primò, quid circa hoc iura determinent. Secundò, de rationibus iuriũ. Tertiò, de quibusdam consequentibus. 5 Quantũ ad primum sunt tres conclusiones. 6 Prima de sponsalibus, ꝙ si sint legitimè cõtracta, ex eis causatur quoddã vinculũ attinentiæ simile affinitati, quod dicit publicæ honestatis iustitia quæ impedit matrimoniũ, sicut affinitas & cõsanguinitas secundũ eosdẽ gradus, & sic definitur. Publicæ honestatis iustitia est propinquitas ex spõsalibus prouenies, robur trahens ab institutione ecclesiæ propter eius honestatẽ. Ex quo patet ratio nominis & causa: quia. s. talis propinquitas est introducta ab ecclesia propter honestatem. Ratio honestatis est: qa spõsalia legitimè contracta quantũ ex ipsis est ordinantur sufficienter ad mrimonium, & non sicut per mrimoniũ cõtrahit̃ affinitas, sic & sponsalia contrahit̃ quoddã attinẽtiæ vinculũ quod affinitati simile est: deficiẽs tñ ab attinẽtia affinitatis: sicut sponsalia deficiunt à matrimonio, & hoc est publicæ honestatis iustitia. 7 Secunda cõclusio, ꝙ sponsalia quę

Art. 1. Publica honestatis iustitia definitur

propter defectũ consensus sunt nulla, vt infantũ, furioso rum, mẽte captorũ, non dico prodigorũ: qa in his q̃ pertinent ad personas, prodigi reputãtur mentis compotes: non causant publicæ honestatis iustitiã, extrà de spon. c. 1. lib. 6. 8 Tertia cõclusio est, q̃ q̃ũ sunt nulla aliter quã propter defectũ cõsensus: puta propter impedimentum cõsanguinitatis, affinitatis vel voti aut hmõi: tunc causant ac si essent valida, vt dicitur in dicta Decretali. Sed nunqd per matrimoniũ nullum ita impeditur sequens matrimoniũ, sicut per sponsalia, videt q̃ non, qa nunq̃ videt matrimoniũ causare affinitatẽ, nisi ipsum sit validũ & efficax, vel sequat copula carnalis: vnde cõstat, q̃ non est ibi affinitas sed nec publicæ honestatis, iustitia, quæ ex spõsalibus nõ matrimonio causat. Sed dicit Ray. q̃ per spõsalia per verba de præsenti vel de futuro, siue de iure siue de facto causatur publicę honestatis iustitia: & per cõsequẽs per matrimoniũ nullũ: nisi ex defectu cõsensus causat publicę honestatis iustitia. 9 Quã tùm ad secundũ de ratione diuersitatis, sunt tres opiniones. Prima, qa dicũt quidã, q̃ hoc est pro tanto: qa illud quod est principalissimũ in contrahendis sponsalibus, vel matrimonio est consensus: & ideò deficiente consensu sponsalia nullius sunt efficaciæ, nec in obligando ad contrahendũ, nec impediendo sequẽtem contractũ existente autẽ cõsensu, & concurrente quocũq; alio impedimento sponsalia nullius sunt efficaciæ in obligando ad contrahendũ propter impedimentũ concurrens: sunt tñ efficacia ad impediendũ sequẽtia sponsalia & matrimonium, inquantũ causant publicæ honestatis iustitiã propter concurrentẽ consensum. 10 Secũda opinio & ratio est, quia nunquã per sponsalia contrahitur publicè honestatis iustitia, nisi sint vera vel præsumpta. Iudiciũ enim ecclesiæ debet esse secundũ veritatẽ, vel secundum præsumptionẽ probabilẽ. Hanc enim ecclesia frequenter sequitur, vt habetur extrà. Qui filij sint legi. Cùm inter. Iudicantur enim filij legitimi nati de matrimonio contracto in facie ecclesiæ, & sic legitimè secundũ reputationem: quãquã non fuerint legitimi secundũ veritatem, propter impedimentũ à cõtrahẽtibus vel altero eorum ignoratũ. Constat autẽ q̃ spõsalia contracta nulla sunt secundũ veritatẽ: & secundũ quancũq; præsumptionem, q̃ cõtrahentes sunt tales q̃ cõstat q̃ cõsentire non possunt: q̃ autẽ sunt tales personæ q̃ possunt cõsentire: licet inter eas sit impedimentũ consanguinitatis vel affinitatis, vel qd'cunq; aliud: si illud ignorat tẽpore cõtractus ab vtroq;, vel ab altero, talia spõsalia licet nulla sint secundũ veritatẽ: sunt tñ alia secundũ præsumptionẽ: & ideò præstant impedimentũ: sequẽtibus sponsalibus vel mrimonio. Si autẽ cõstaret cõtrahẽtibus & illis corã quibus fit contractus, de impedimẽto propter quod sponsalia nulla sunt: vt si religiosus in habitu religionis daret alicui fidem de contrahẽdo cũ ipsa, vel consanguineus consanguineo in gradu in quo cõstat ipsi & omnib' assistentibus de impedimẽto: videt q̃ per talia spõsalia quæ secundũ veritatẽ non sunt aliquid, nec secundũ ecclesię præsumptionẽ præstet aliquod impedimentũ sequẽtibus spõsalibus vel mrimonio: & si præstaret non apparet ratio quare esset nisi sola volũtas statuentis. 11 Tertia opinio probabiliter est, q̃ vbi est nullitas patẽs vt si monachus in habitu cõtrahat, nihilominus tñ nascatur publicæ honestatis iustitia: qa indistinctè loquitur Decretalis & etiã exẽplificat, de reli. sed ipsi exponerent q̃n nascitur. Propter quod posset dici, q̃ quando cũq; spõsalia sunt nulla: solũ autẽ nulla ratione iuris positiui, q̃ tunc causant publicæ honestatis iustitiam: sed q̃n etiã de iure naturali sunt nulla: tunc nullum habent effectum: quia sicut vbi nulla est professio de iure positiuo, æquipollet tamen voto simplici: quia iure naturali obligatio naturalis oritur quãuis impedire non põt; sicut in cõtractibus rerũ quę nulla sunt iure ciuili: oritur tñ obligatio naturalis q̃ũq; habẽs aliquos iuris effectus: vbi verò nõ esset nec naturalis nec ciuilis, ibi nullũ parit effectum: sic in proposito q̃n sunt nulla ex defectu consensus: tunc non sunt sponsalia aliquo iure: & ideò nullum habent effectum, & eâdem ratione si essent nulla alio impedimento naturali. Sed quãdo iure naturali sunt vera sponsalia, sed solùm iure positiuo nulla: tunc habent effectũ istum: licet non habeant aliũ. Et si hæc distinctio est vera tunc quod dicit de spon. c. 1. lib. 6. De nullitate consanguinitatis & affinitatis: intelligendum est in gradu prohibito le. humana, non diuina: & similiter quod subditur: quãuis alia ratione intelligendum est positiua.

12 Sed cõtra istã Distinctionẽ est, q̃ ibidẽ dicit de nullitate propter frigiditatẽ, q̃ videt esse de naturali: qa qui naturaliter generare: nec actũ exercere põt natural'r cõtrahere prohibetur, sicut puer: vnde quia decretalis illa indistinctè loquit, ideò videtur indistinctè intelligẽda. 13 Quantũ ad tertiũ de consequẽtibus sunt tres cõclusiones. 14 Prima, q̃ Papa dispẽsare põt in omni gradu publicæ honestatis iustitiæ qui sumunt secundũ gradũ quo põt dicõsanguinitatis, non autẽ aliquis inferior qui non est sufficiens in pra ius. Quòd autẽ Papa possit, patet, qa non est prohibi tum lege naturali, sed nec diuina. Vnde Adonias petiuit in vxorem Abisaac Sunamitem virginẽ à patre relictam: quod non fecisset si fuisset affinis, qa in lege phibitum erat cõtrahere cũ nouerca: sed honestas nondũ erat introducta: qa robur trahens ex institutione ecclesiæ: vn de posset dispẽsari q̃ quis cõtraheret cum spõsa, vel vxore non cognita patris & fratris. 15 Secũda conclusio est, q̃ q̃n dicit q̃ sponsalia nulla propter defectũ consensus non causant honestatẽ: intelligendũ est ꝓpter defectum cõsensus apparẽtis: vt in pueris & furiosis, & conditionaliter cõsentiẽtibus. Secũs de nullis propter defectũ cõsensus latẽtis: qa intẽdebat decipere & corporalẽ copulam extorquere non cõtrahere: qa tantùm scandalũ esset de isto qui aliã duxit in vxorẽ, q̃ haberet eius cognatã, vel ipsa eius cognatũ sicut si verè cõtraxisset: eccl'ia autẽ instituẽdo hoc impedimentũ voluit euitare scandalum. Et est argumentũ q̃ cõtrahẽs cũ secũda, & intẽdens decipere nõ cõtrahere fiat bigamus. Nec obstat, extrà de biga. c. Debitũ, propter affectũ animi cum opere subsequto: qa ecclesia videt ea quæ patent: à qua est bigamia instituta in quantùm impedit ordines. Nec obstat q̃ facer dos prohibebatur ducere viduã & repudiatã: quia cùm esset cerimoniale non ligat, nisi quantùm est ab ecclesia institutũ. Nec obstat q̃ est renouatũ à Paulo dicẽte, Vnius vxoris virũ, qa plus põt Papa q̃ ipse: vnde in bigamia totaliter dispẽsare põt. Nec potest dici, q̃ lege Mosayca fuerit introductũ q̃ bigamia impediret ordinẽ sacrum, qui nondũ erat institutus. Quòd autẽ sponsalia volẽtis decipere causent honestatẽ apparet: quia ecclesia condemnabit ad matrimoniũ contrahendũ, & etiam confessor talem deceptorẽ. Cùm aũt ecclesia instituerit hoc impedimentũ: videt q̃ omnia sponsalia quæ ecclesia iudicat vera, causent verã publicæ honestatis iustitiã. 16 Tertia cõclusio est, qui debeant admitti ad accusandũ & testificandũ, q̃n agitur ad diuortium & matrimoniũ separandum & dirimendũ propter consanguinitatẽ & affinitatem, & publicæ honestatis iustitiam vel aliter. Vbi est sciendũ, q̃ in omni casu ad accusationẽ & testificationẽ illi vident magis idonei qui melius sciunt veritatẽ: sed veritatẽ impedimenti consanguinitatis & affinitatis melius sciunt cõsanguinei q̃ extranei: qa vnusquisq; suam genealogiam tam ex testibus & ex chartis, quàm ex recitatione

Art. 2. 1. opi. q̃ videtur. S. T. hîc ar. 1. q. 4. ad tertium,

2. Opiñ. dñi Du. hîc. q. 2

3. op. Doct.

tatione maiorum scire laborat: ergò tales in testes sunt maximè admittẽdi. Et hæc ratio tangit extrà. Qui ma. ac cu. pos. c. Videt nobis. Veruntñ in defectu cõsanguineorum extranei admittunt cum iuramẽto tñ, q̃ pro tempore denũciationis, q̃ fiebat in ecclesia præsentes nõ erant, aut legitima causa impediti denunciationẽ nescierunt: aut postea didicerũt sicut habet expressè in illo. c. Cum tua. Si autẽ accusaretur matrimoniũ pro altero impedimento, tunc extranei admittendi essent. Q̃n autẽ accusaretur matrimoniũ ex eo q̃ dicitur non fuisse contractũ: tunc parẽtes & cõsanguinei sunt repellẽdi tanquã suspecti: nisi ex parte illius qui est inferior dignitate & diuitiis: de quib' probabiliter æstimari potest, q̃ libẽter matrimonium vellent stare. 17 Ad primum argumentũ dicendũ, q̃ sponsalia causant vinculũ quod impedit matrimoniũ & dirimit: non ratione sui sed ratione eius ad q̃d' ordinat. s. ratione mrimonij: sicut affinitas q̃ causat ex matrimonio impedit matrimoniũ sequẽs & dirimit. Vel põt dici, q̃ istud impedimentũ causat ex spõsalibus: non secundũ se sed ex adiũcto perpetuo statuto ecclesię. 18 Ad alia argumẽta patet respõsio ex prædictis. Si autem quærat quo pũblicæ honestatis iustitia ex ecclesiæ institutione, vel aliàs cõsanguinitas vel affinitas in gradu à sola ecclesia prohibito posit impedire matrimoniũ quod est de iure diuino & naturali. Dicendũ, q̃ licet matrimoniũ sit de lege naturæ, quia tñ eius materia est hõ scd'm q̃ est pars cõmunitatis ad actus corporales: in quibus subiicitur homini rectori cõitatis: inde est q̃ homo põt facere personã inhabilẽ: non sic aũt in aliis quorum materia nõ est homo, vt sic, sed vel vt homo absolutè, vel vt pars cõmunitatis respectu diuinorum, vt in ordine: vnde in illis non potest Papa facere inhabilem.

Ad argu. in oppositum.

Dubium bonum.

Resolutio.

Papa solu pũblicæ honestatis iustitiæ qui sumunt secundũ gradũ quo põt dicõsanguinitatis, non autẽ aliquis inferior qui non est sufficiens in pra ius. Quòd autẽ Papa possit, patet, qa non est prohibitum lege naturali, sed nec diuina. Vnde Adonias petiuit in vxorem Abisaac Sunamitem virginẽ à patre relictam: quod non fecisset si fuisset affinis, qa in lege phibitum erat cõtrahere cũ nouerca: sed honestas nondũ erat introducta: qa robur trahens ex institutione ecclesiæ: vn de posset dispẽsari q̃ quis cõtraheret cum spõsa, vel vxore non cognita patris & fratris. 15 Secũda conclusio est, q̃ q̃n dicit q̃ sponsalia nulla propter defectũ consensus non causant honestatẽ: intelligendũ est ꝓpter defectum cõsensus apparẽtis: vt in pueris & furiosis, & conditionaliter cõsentiẽtibus. Secũs de nullis propter defectũ cõsensus latẽtis: qa intẽdebat decipere & corporalẽ copulam extorquere non cõtrahere: qa tantùm scandalũ esset de isto qui aliã duxit in vxorẽ, q̃ haberet eius cognatã, vel ipsa eius cognatũ sicut si verè cõtraxisset: eccl'ia autẽ instituẽdo hoc impedimentũ voluit euitare scandalum. Et est argumentũ q̃ cõtrahẽs cũ secũda, & intẽdens decipere nõ cõtrahere fiat bigamus. Nec obstat, extrà de biga. c. Debitũ, propter affectũ animi cum opere subsequto: qa ecclesia videt ea quæ patent: à qua est bigamia instituta in quantùm impedit ordines. Nec obstat q̃ facer dos prohibebatur ducere viduã & repudiatã: quia cùm esset cerimoniale non ligat, nisi quantùm est ab ecclesia institutũ. Nec obstat q̃ est renouatũ à Paulo dicẽte, Vnius vxoris virũ, qa plus põt Papa q̃ ipse: vnde in bigamia totaliter dispẽsare põt. Nec potest dici, q̃ lege Mosayca fuerit introductũ q̃ bigamia impediret ordinẽ sacrum, qui nondũ erat institutus. Quòd autẽ sponsalia volẽtis decipere causent honestatẽ apparet: quia ecclesia condemnabit ad matrimoniũ contrahendũ, & etiam confessor talem deceptorẽ. Cùm aũt ecclesia instituerit hoc impedimentũ: videt q̃ omnia sponsalia quæ ecclesia iudicat vera, causent verã publicæ honestatis iustitiã. 16 Tertia cõclusio est, qui debeant admitti ad accusandũ & testificandũ, q̃n agitur ad diuortium & matrimoniũ separandum & dirimendũ propter consanguinitatẽ & affinitatem, & publicæ honestatis iustitiam vel aliter. Vbi est sciendũ, q̃ in omni casu ad accusationẽ & testificationẽ illi vident magis idonei qui melius sciunt veritatẽ: sed veritatẽ impedimenti consanguinitatis & affinitatis melius sciunt cõsanguinei q̃ extranei: qa vnusquisq; suam genealogiam tam ex testibus & ex chartis, quàm ex recitatione maiorum scire laborat: ergò tales in testes sunt maximè admittẽdi. Et hæc ratio tangit extrà. Qui ma. accu. pos. c. Videt nobis. Veruntñ in defectu cõsanguineorum extranei admittunt cum iuramẽto tñ, q̃ pro tempore denũciationis, q̃ fiebat in ecclesia præsentes nõ erant, aut legitima causa impediti denunciationẽ nescierunt: aut postea didicerũt sicut habet expressè in illo. c. Cum tua. Si autẽ accusaretur matrimoniũ pro altero impedimento, tunc extranei admittendi essent. Q̃n autẽ accusaretur matrimoniũ ex eo q̃ dicitur non fuisse contractũ: tunc parẽtes & cõsanguinei sunt repellẽdi tanquã suspecti: nisi ex parte illius qui est inferior dignitate & diuitiis: de quib' probabiliter æstimari potest, q̃ libẽter matrimonium vellent stare. 17 Ad primum argumentũ dicendũ, q̃ sponsalia causant vinculũ quod impedit matrimoniũ & dirimit: non ratione sui sed ratione eius ad q̃d' ordinat. s. ratione mrimonij: sicut affinitas q̃ causat ex matrimonio impedit matrimoniũ sequẽs & dirimit. Vel põt dici, q̃ istud impedimentũ causat ex spõsalibus: non secundũ se sed ex adiũcto perpetuo statuto ecclesię. 18 Ad alia argumẽta patet respõsio ex prædictis. Si autem quærat quo pũblicæ honestatis iustitia ex ecclesiæ institutione, vel aliàs cõsanguinitas vel affinitas in gradu à sola ecclesia prohibito posit impedire matrimoniũ quod est de iure diuino & naturali. Dicendũ, q̃ licet matrimoniũ sit de lege naturæ, quia tñ eius materia est hõ scd'm q̃ est pars cõmunitatis ad actus corporales: in quibus subiicitur homini rectori cõitatis: inde est q̃ homo põt facere personã inhabilẽ: non sic aũt in aliis quorum materia nõ est homo, vt sic, sed vel vt homo absolutè, vel vt pars cõmunitatis respectu diuinorum, vt in ordine: vnde in illis non potest Papa facere inhabilem.

Opi. Du. hîc q. 3. ar. 1.

Resolu. Doct.

Casus facti singularis.

Mri si iurat filium non esse legitimum non ei creditur.

Art. 2. Legitimatio fit mlʼtis modis quos etiam approbat Doc. s. t. hîc. ar. 3. q. 3 Dur. supra.

QVAESTIO TERTIA.

De illegitimitate.

Thom. vbi suprà art. 3.

QVAERITVR tertio de illegitimitate, vtrum. s. aliqua ꝓles sit illegitima. Et videtur q̃ non, qa humanũ iudiciũ debet conformari diuino, sed Deus iudicat omnem prolẽ legitimã ad successionẽ æternã: dũmodo non sectet vitia parentũ: ergò & hoies debẽt eam legitimam reputare ad successionẽ temporalẽ. 2 Item filius nõ debet puniri pro peccato patris. Eze. 18. Sed il legitimus cõcubitus est pctũ parentũ: ergò ꝓpter illum non debet proles illegitima reputari. 3 Item quantũ distat illegitimus à legitimo tñ est econuerso, sed legitimus non põt illegitimari: ergò nec illegitimus legitimari: sed nati de illegitimo concubitu aliquãdo legitimantur, ergò nõ sunt illegitimi. 4 In contrariũ arguit: qa qualis est causa talẽ producit effectũ: sed concubitus est causa prolis: ergò ex illegitimo concubitu est illegitima proles. 5 Respondeo, hîc sunt tria videnda. Primò, qui filij sunt legitimi, & qui non. Secundò, de legitimatione iuris scripti. Tertiò, de legitimatione per hominem.

Art. 1. 6 Quantũ ad primũ sunt tres conclusiones. 7 Prima de diuisione quadrimẽbri Iuristarũ dicentium, q̃ quatuor sunt genera filiorũ: quidã enim sunt legitimi & nõ naturales, vt adoptiui & arrogati: de quibus posteà dicetur. Alij sunt legitimi & naturales, vt illi qui nascunt de legitimis matrimoniis, qui sunt legitimi secundum rem vel secundũ ecclesiæ approbationẽ, & contrahentiũ reputationẽ, vel vtriusq;, vel saltẽ alteri'. Alioquin si vterque sciat impedimentũ, vel si ignorãtes impedimentum clandestinè pertrahant, proles illegitima nat habens exc[illegible]cusationẽ ex parentũ ignorãtia. Pro [illegible] quo [illegible] primum arg. Qui filij sint legitimi. c. Cùm hic Io. &. c. Ex tenore. & quibusdã aliis capitulis. 8 Quãtùm ad secundũ argumentũ probatur in eo. titu. c. Cassam. de spon. clande. Cùm inhibitio. Alij sunt natura sed non legitimi: vt qui nascũtur ex concubinis indutato affectu retentis, non qui ex meretricibus public & scortis: & hi succedũt parẽtibus ab intestato vna cũ matribus in duabus vnciis, hoc est in sexta parte. Alijs nec sunt naturales, nec sunt legitimi, vt illi qui nascũtur ex adulterio, vel incestu qui dicuntur spurij. Rat. autẽ quare tales dicunt illegitimi est, qa legitimũ à legi dicitur. Lex autẽ excusans totaliter concubitum est sola lex matrimonij, quã non naturalis dictat: scriptura diuina cõfirmat, & lex humana approbat, & illi qui nascuntur præter legem matrimonij oẽs dicũtur illegitimi. Et præter hoc illi qui nascũntur de adulterio vel incestu in naturales dicunt, qa ratio naturalis talẽ concubitum damnat. 9 Secunda cõclusio est de natis ex legitimo matrimonio quo ad vinculũ: soluto quo ad thorum per sacrum ordinẽ vel religionis ingressum: dicunt autẽ quidam istos esse quo ad spiritualia legitimos, quo ad ciuilia, illegitimos: alij dicunt q̃ per eandem rationem illegitimi sunt qui nascuntur ex matrimonio legitimo quo ad vinculum: soluto tamen quo ad thorum & cohabitationem per solenne votũ: vt quando vir & vxor pari voto ingrediunt religionẽ & profitẽtur: si tales postea genarent filiũ, illegitimus est, quia lex matrimonij ratione cuius proles dicit legitima, est illa quã ponit Apostolus. 1. ad. Cor. 7. s. q̃ vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier & econuerso: sed hæc lex soluitur ab vtroq; per votum solẽne ab vtroq; emissum: ergò proles quæ posteà nascitur est illegitima: quia præter legẽ matrimonij nata. Potest tamen dici eos esse simpliciter legitimos, quo ad omnia simpliciter: quia cùm indistinctè legitimi censeantur qui nascuntur ex matrimonio legitimo: etiã si illegitimè nascantur: puta cum peccato veniali propter voluntatẽ: aut cum mortali propter effrenatã libidinem vel cõtra votũ simplex: ita & in proposito cùm remaneãt veri coniuges legitimi filij sunt, licet cum peccato inde nascantur parentũ. Vnde Genebaldus Laudunensis episcopus neptem sancti Remigij vxorẽ habuit, qui se causa religionis mutuò absoluerunt: post quod tamen votũ solenne ex ea filium occultè genuit, qui ob hoc vocatus est latro, & tamen ei in episcopatũ successit, nec inuenit q̃ Papa dispensauerit. 10 Tertia conclusio est de probatione legitimitatis, quia filius est quẽ nuptiæ demonstrant. Vnde cum constante matrimonio natus sit coniugibus simul habitantibus, etiam si mater contrarium iuret, pro legitimo habendus est: nec ipse tenetur credere matri viuenti vel morienti oppositũ ei dicenti: quia vbi cunq; testis duo contraria deponit, plus statur dicto primo quã secundo, quia periurus est deuiando à primo: vnde quem semel habuit pro filio non plus potest habẽre pro non filio. Sed si natus esset constante matrimonio, patre prius absente per duodecim menses spurius iudicatur. Nam de illa quæ parit vndecimo mense post mortem viri, adhuc iura præsumũt q̃ sit legitimus, & pari ratione de nato post absentiam viri viuentis. 11 Quantùm ad secundũ de legitimatione iuris, sunt tres cõclusiones. 12 Prima de legitimatione iuris ciuilis in sex casibus. Primus modus secundũ iura ciuilia est, q̃n pater filium naturalem ex concubina susceptum tradit curię ciuitatis suæ, vel ciuitatis metropolitanę, & fit officialis in ea, qd' fit propter honorẽ curię. Secundus est quãdo pater filiã naturalẽ iungit officiali curiæ suæ

ar.2.& Alb. Mag.ar.11

No.opi.I. singulari

De legitima tione iuris.

…is vel mestis potis. Tertius c… filius naturalis …ciipsum curiæ deficiēte prole legitim… a. Nam a… …n liceret se offerre, quāuis patri liceret offe…re ium. Quartus est, si deficiēte prole legitima pater cū …n concu …bina offerat pro eo legitimādo preces principi … & prin …ceps eas admittat. Quintus est qñ pater in suo testamen to solenniter facto cum voce naturālē legitimā. Sextus est si pater in instrumēto publico, vel propria mānu con fecto habente subscriptionē trium testium fidedignorū dixerit eum filiū legitimū: & in hoc casu si pater hoc te stimoniū perhibuit vni ex filiis naturalib⁹, sufficit aliis ad legitimationē. Et de his habent expressè iura ciuilia in variis locis. Sed istud non tenet hodie propter duo. Primò, qa non sunt leges canonizatæ. In rebus enim nō ecclesiasticis nec spūalibus ligant leges Imperatorū, nisi sint per papā reprobatæ, aliās non: qā leges nō designan tur sacros Canones imitari. Sed in ecclesiasticis & spūa libus non habent efficaciā, nisi sint per Canones appro batæ, quāuis aliās sint rationabiles & honestæ, sicut de rebus ecclesiē non alienandis. & de hæreticis. Nullæ le ges valent nisi quantū sunt per canones approbatæ: eti am si non essent specialiter reprobatæ. Vnde cùm causa matrimonialis & legitimationis sit ecclesiastica, nec inci dēter etiā pertineat ad iudiciū sæculare: ergò quicquid de legitimatione leges cauent non valet, nisi inquantū est per Papam approbatū. Non sunt autē alicubi illi sex modi per Canones approbatæ. 13 Prætercà illi modi recesserunt ab aula, quia nec in curiis Imperatorū, nec ciuitatum, nec principum tenēt: imò visum est ꝙ in spu riis de domo Regis ita volebat Rex habēre successionē sicut in aliis: ergò propter dedicationē curiæ Imperato ris, non reputat eos legitimatos. 14 Secunda cōclusio est de legitimatione propria iuris, quę est per ingressum religionis qui eos legitimat quantū ad omnes ordines, & nullā dignitatē propriè dictā: vt ꝙ sit prælatus per ele ctionē, de filiis presbyterorū. c. 1. Nam curā animarū iu re ordinario siue per electionē, siue per cōmissionē ha bēre non pōt. Et quod aliqui dicūt, ꝙ cū spurio religio so episcopus pōt dispensare ad curā & abbatiā, non legi. Similiter ꝙ posit ex hoc succedere, vel ordo pro eo qui succederet, si ipse esset legitimus. C. de sac. san. eccl. Deo nobis. non legi nec credo: qa hoc est stricti iuris: vnde si est legitimatus quo ad ordines non propter hoc quo ad successionē, intelligitur autē ingressus cum effectu. s. per professionē tacitā vel expressam. 15 Tertia conclusio est de legitimatione communi iuri Canonico & Ciuili. Vnde est tertius modus vtriusq; iuris quādo concubina ex qua prius habiti sunt filij ducitur in matrimonium. Per sequens enim matrimonium filij prius suscepti ex il la fiunt legitimi quo ad omnia: si tempore conceptionis poterat esse vxor legitima; quāuis aliàs meretrix cōmu nis siue mediatè siue immediatè ducta fuerit, aliter nun quam. Vbi vertitur quæstio Dominicalis Bartholomæi, supposito ꝙ primogenitus legitimus debeat habēre re gnum: quis debeat habēre an primogenitus naturalis ex concubina ante mortem ducta in cōiugem, an secun do genitus semper legitimus. Et quāuis multa dicta sint pro & contrà: tamen istud videtur verius, ꝙ si ius primo genituræ sit tale ꝙ cedat ante mortē patris, vt quia præ moriens transmittat ius succedēdi in regno patri ad ne potes excluso secundo genito: tunc non sufficit concur rere primogenituram & legitimitatē ante mortem, nisi istud ius nascendo acquiratur: vnde cùm secundo geni tus nascendo hoc ius acquisierit: quia ante se alium legi timum non habuit: legitimatio sequens legitimum ius quæsitum non tollitur. Si autem ius primogenituræ est talis naturæ quòd ante mortem patris non cedit; quia tempore mortis verum est dicere istum primogenitum & legitimū, videtur quòd debeat præferri. 16 Quan- Art.3. tùm ad tertium de legitimatione hominis, sunt tres con clusiones. 17 Prima de legitimatione episcopi. Et qui dem quantū ad episcopum certum est, quòd potest legi timare quantùm ad minores ordines, & simplicia bene ficia, id est, quæ non sunt curæ animarum nec dignita tes, de fil. presbyter. c. 1. Hoc autem intelligendum est de subditis, quia non subditum nemo potest soluere vel absoluere, sicut nec ligare: vnde cùm legitimare sit à pœ na iuris absoluere, nullus potest non subditum legiti mare, propter quod non subdito spurio episcopus non potest dare beneficium, nec minorum ordinum exequu tionē, nisi prius à suo episcopo fuerit legitimatus, quod si factum fuerit: tunc potest à quocunque beneficiari, seu ordinari cum literis dimissoriis, sicut & legitimus. vnde si episcopus scienter subdito suo illegitimo confe rat ordines vel beneficium, eo ipso dispensare videtur. Nullus autem prælatus Papa inferior potest legitimare ad successionem hæreditatis, quia non est ei permissum. Ad sequentia autem videtur legitimatus ex quo est ad antecedentia: vnde quia Canonici maximè cathedra lium ecclesiarum in iudices impetrantur, videtur ꝙ & si aliàs illegitimi esse nō possent: quia de hoc sunt opiniones: tamen eo ipso ꝙ Canonici sunt, in iudices sicut & cæteri impetrari possunt, quia non debet cui quod ma ius est licet, quod minus est non licere. 18 Secunda conclusio est de legitimatione Papæ: quia Papa certum est ꝙ ad omnem ordinem, beneficiū, & dignitatem eccle siasticam legitimare potest: quia ad hoc legitimare non est aliud quā impedimenta iuris Canonici amouēre si bi, & à pœnis Canonum quibus ligatus est ipsum absol uere: sed Papa pōt ab omni pœna Canonis absoluere, & omne positiuum impedimentū amouēre. ergò &c. Papa Verba Dur. ergò legitimat, & ad actus sæculares, & ad actus spiritua vbi supra. les, & ad successionē hæreditariam in terra sibi subdita. 19 Sed vtrum hæc legitimatio valeat quo ad successio nem in terris Papæ non subditis, dubium est. Quidam enim dicunt quod ex quo aliquis legitimatur à Papa in spiritualibus, videtur legitimatus per cōsequentiam quandā & in tēporalibus, nè sit absurdum & quasi mon struosum: vt legitimatus ad spiritualia, illegitimatus ad temporalia censeatur, multa enim per consequentiam obtinentur. Et hanc opi. tenet Goffredus in summa sua & concordat cum illa Decretali, Per venerabilem, Alij dicunt, quòd in terris non subditis temporali iurisdi ctioni Papæ legitimatio facta per eum nō valet quo ad successionem, quæ esset præiudicialis legitimatio hære di: licet valeat quo ad actus spirituales & dignitates sæ culares: & hoc de facto tenuit in Regno Franciæ: quia primogenitus comitissæ Flandriæ legitimatus per Pa pam: non successit in comitatu, sed alius minor qui erat legitimus. Verius autem videtur quòd in terra ecclesiæ non subdita temporaliter, Papa potest legitimare quan- Resolu. Do tùm ad officia publica, in quibus nulli paratur præiudi verior. cium: vt quòd sit iudex ordinarius vel delegatus, ad quod nō requiritur quòd sit dominus temporaliū, cùm hoc non sit ius suum temporale alicui auferre. Item e tiam ad hoc ꝙ succedat in bonis temporalibus in terris laicorum non sibi subiectis: dato ꝙ non habeat domi nium tale quale Imperator; quia si iste non perdit suc cessionem nisi per hoc quod est illegitimus, aut illegi timitas ista positiua est & humana: vt quia parentes con traxerunt in gradu per solum statutū ecclesiæ prohibi to, vel alio impedimento purè positiuo, & istud est merè Canonicum: quia ius ciuile non potest facere personas inhabiles ad matrimoniū; sed omne impedimentū à iu re Cano-

re Canonico impositum Papa potest amouēre. ergò &c. Si dicatur ꝙ Papa potuit amouēre à principio non ex post facto: Dicendum ꝙ imò, non ꝙ ipse faciat ꝙ fuerit natus de legitimo matrimonio, qui non fuit: sed qa non repellitur à successione nisi per hoc ꝙ censetur illegiti mus, ille conditor legis qui iudicat eum illegitimum po test iudicare legitimum. Si autem sit illegitimus lege di uina vel naturali: idem est per id quod factum est mo dò: quia cùm non priuetur per hoc est natus illegitimè: quia tunc à quocunq; legitimatus priuaret: sed per hoc ꝙ nunc iudicatur illegitimus, ecclesia cuius est iudica re an sit illegitimus: etiam ad hoc ꝙ succedat, ipsa po test eum facere haberi pro legitimo: si aliquis hoc posit facere: nō ꝙ quicūq; potest iudicare de legitimitate pos sit legitimare: sed supposito ꝙ aliquis posit legitimare qui non potest de legitimitate cognoscere: puta Impera tor, multo magis ille qui potest de legitimitate cognosce re: & iura punientia illegitimitatem tollere, potest eam efficere: hoc autem intelligendum est respectu iuris quærendi, vt quando filius legitimatur patre viuente: quādo etiam cōstat de mente Papæ, qui exprimit ad suc cessionem, ad omnia ipsum legitimat & restituit. Nam si exprimit aliqua ad quæ legitimat, nō ꝓpter hoc ad alia intelligitur legitimare: nisi quando sunt minora & non sunt in alterius præiudiciū: sicut si legitimat ad dignita tes, per consequēs ꝙ posit esse conseruator vel huiusmo di: sed non propter hoc ꝙ parentibus succedat: etiam si simpliciter & quo ad omia legitimaretur, nisi successio nem exprimeret: adhuc intelligeret saluo iure alterius, & per cōsequens non extenderetur ad successionem. Si autem quæratur de iure quæsito: vt puta de legitiman do filium post mortem patris ad succedendum illi, quan do legitimo est iam ius acquisitū: aliud est, quia hīc ob stat non solùm impedimentum iuris positiui dicentis, ipsum non debēre succedere: sed impedimentū iuris na turalis dicentis, rem iustè quæsitam sine culpa & facto suo non debere perdēre: quod nō potest facere Papa ni si sit dñs temporalium, in casu in quo princeps hoc pos set. 20 Tertia conclusio est de legitimatione princi pis sæcularis. Vbi de principe sæculari est sciendum, ꝙ non potest legitimare ad aliquid spirituale, nec plus tol lere vinculum illegitimitatis quo ad spiritualia, quàm absoluere ab excōicatione: quia non pōt directè amouē re impedimentū ecclesiasticū, nisi iudex ecclesiasticus: potest tamen legitimare omnē suum subditū quicunque in tēporalibus non habet superiorē dñm temporalē, siue sit Imperator, siue Rex Franciæ, siue alius: quia ex quo in temporalibus non habet superiorem respectu tempo ralium: potest ipse pœnas tēporales suorū subditorū sta tuere, vel destituere sicut vult, nec alius eis non superior potest subditis imponere pœnas, nisi quantū ille appro bat, secundū illud: Tu quis es, qui iudicas seruum alie num? Si ergò lex ciuilis dicit spurium nō succedere vel Nota. non iudicare, non ligat spurium Franciæ, nisi quantùm placet Regi Franciæ. Vnde quantū ad hoc potest legiti mare. i. quantū ad hanc pœnam non imputare illegiti mitatē: & hoc simpliciter respectu iuris quærēdi, vel pro pter vniuersalitatē dñij: sed non respectu iuris iā acqui siti, licet in casu in quo potest vni auferre & alteri da re. Potest tñ princeps seruum facere ingenuum: non so lùm ad actus ciuiles, sed spirituales non directè sed indi rectè: quia quamuis solo iure Canonico caueatur, ꝙ ser uus non promoueatur dño inuito: non tamen propter hoc aufertur potestas dño manumittendi seruum, quo facto cessat ꝓhibitio: ita cùm Imperator posit dare ius annulorū aureorū, & restituere naturalibus, ꝙ est facere ingenuum propter vniuersale dominiū seruum cuiusli- bet priuati, & per consequens monasterij in tēporalibus enim subiecti: sic factus liber poterit religionē intrare, & fieri clericꝰ domino inuito: quia impedimentū illud quod est ciuile: pōt Imperator ponere & deponere: sed facere legitimum & illegitimum non est principis: vnde non est simile. 21 Ad argumenta ad primum dicen- Ad argu. in dum, ꝙ ius humanū debet conformari diuino vbi locū oppositum. habet similitudo: quod nō est in proposito: qa omnis il legitimus habet exordiū legitimum quo ad animā: cùm omnis anima à Deo fit per creationē, & ideò legitimus est ad successionē æternam si legitimè viuat. Sed ex par te corporis habet illegitimum exordium, propter quod quo ad tēporalia illegitimus est censendus. 22 Ad se- Ad secundū cundū dicendū, ꝙ filius non punit peccato patris pœna æterna, nec pœna tēporali q̄ sit pœna sensus, nec pœna damni quod subtrahat sibi aliquid habitum. In hoc tñ punit filius pro patre: qa aliquid nō est ei debitū quod aliàs fuisset sibi debitū, sicut declaratū fuit in. 2. lib. cùm ageretur de peccato originali, & sic filius illegitimus ex peccato patris duplex damnū incurrit. Vnum quia non admittit ad officia & dignitates, q̄ requirunt quandam claritatē & dignitatē in his qui hoc exercēt. Aliud quia non succedit, aut non plenariè in hæreditate paterna: si cut filius legitimus posset succedere. 23 Ad aliud di- Dubium. cendū est, ꝙ iura proniora sunt ad absoluendū q̄ ad con demnandum: & ideò illegitimus potest de gratia legiti mari, sed legitimus non illegitimatur. 24 Si autē quæ ratur vtrum illegitimus confirmatus vel positus in di- Solutio. gnitate ab illo, qui non potuit cum illo ad illam dispen sare: vel si potuit non tñ dispensauit nec dispensare vo luit, quia nescit teneatur resignare. Dicendum ꝙ sic nec facit fructus suos tanquam malē fidei possessor: & si sciretur deberet deponi, sicut abbas Māchus fraudulen ter promotus, extrà de cor. viti. c. penult. non tamen te netur se prodere publico: sed tenetur resignare in manu eius qui potest recipere, dicēdo sibi occultè causam, quā tamen non tenetur ei dicere, nisi fortè ille nollet aliter recipere: & hoc nisi posit obtinēre dispensationem ab illo, qui à principio potuit dispensare.

DISTINCTIO. 42. QVAESTIO 1.

Circa. 42. Dist. quæruntur tria: Primò, de cognatione. Secūdò, de diuortiis. Tertiò, de secundis nuptiis.

De spirituali cognatione.

Thom. 4. Dist. 42. q. 1. & 2.

DE primò quæritur, vtrum cognatio spiritualis & legalis quæ est adoptatio impediat matrimonium contrahendum, & dirimat post contractum. Et videtur ꝙ non, quia sicut alibi dicitur, ciuilis ratio ciuilia iura tollere potest, naturalia non æquè. Vnde capitis diminutio aliquā tollit cognationē illam. s. quæ est de iure ciuili: sed non cognationēquæ est de iu re naturali, qa iura sanguinis tolli vel mutari non pos sunt, sed matrimoniū est naturale, vt dictū fuit. 27. Dist. cognatio vera spūalis & legalis sunt de iure positiuo hu mano. ergò &c. 3 Contrà, extrà de cogna. spir. & lega. per totū. 4 Respondeo, tria sunt hīc videda. Primò, de cognatione spūali. Secundò, de legali. Tertiò, de eo qui cogno. consang. vxoris suæ. 5 Quantū ad primū sunt Art. 1.

septem conclusiones. 6 Prima quid sit spiritualis cognatio,& vnde dicatur. Est autē propinquitas personarum prouenies ex sacramēti datione, vel ad id tentione:supple vel vnione ad dantē vel tenentē robur trahēs ex ecclesiæ institutione & ex sacramenti datione, etiam sine solennitate, sicut inundatione, licet quidā contrà. Plus enim cōtrahitur per essentiam sacramenti q̄ per solennitatē:cùm solenniras non causet impedimentū dirimens: ergò cùm catechismus solus causet cognationem: multo magis sola mundatio. Vel ad id tentione:non sufficit rūdēre sed tenere:nec oportet respondēre, qa nō qū adulti baptizanī: sed ipsimet per se respōdēt,& tñ habēt patrinos. Vel vnione ad dantē vel tenentē:qa vir & vxor postquā sunt carnaliter vniti cōicant sibi actiones non passiones. Ambos compatres facit actio nunquā passio. Ratio est,qa relatio nō innascitur ex relatione,nec fundatur super relationē, sed ex reali actione & super eam: vnde qñ coniūx solū intētionaliter patiť,qa.s.suus filius baptizať non causatur ex hoc relatio ad coniugē trāsiēs, aut qñ realiter agit:sed illa nō est cognita: sed solū spūali vinculo colligata:quia ex relatione vxoria non causatur cognatio:qa primo casu causaret ex relatiuo, secūdo casu fundaret in relatione. De concubina idē dicit Tho. quia vbi est eadem ratio ibi idem ius, quia qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur: sicut adhærens vxori. Sed contrà, qa non inuenitur prohibitū nisi de cōiuge. ergò de cōcubina est cōcessum,nec est eadem ratio:quia vnitas carnis est causa sine qua non, non propter quam: sicut bigamia q̄ non causať ex nuptiis sine carnali copula:nō tñ ex carnali copula sine eis, Robur trahens ex ecclesiæ institutione:vnde Papa pōt in omni spūali cognatione dispēsare,sicut in publicæ honestatis iustitia: non autē episcopus,nisi quantū est ei fortè specialiter cōmissum:sicut fortè q̄ suscipiēs insidiosè filiū suum, vel vxor posšit debitū petere, aliās ea mortua cōtrahere:qa in criminibus, quæ impediunt & non dirimunt ipse pōt dispēsare. Sed nō videtur q̄ posšit dispēsare,vt licèat contrahere cōtra cognationē orientē ex catechismo:& multo minùs ex sacramentis. Dicitur autē cognatio spūalis, qa à spūalibus causatur. De concubina autē videť verius, q̄ non sic fornicarij cōicant sibi actiones sicut coniuges:qa in illis non est vinculū carnale & ad tēpus: hìc autem spūale & carnale:vnde sunt magis vnum:vnde & in cōputatione graduū pater & mater vna persona reputantur: quāuis autē esse duos in carne vna æqualiter sit in fornicatione:tñ hìc vbi quæritur de cognatione spūali aliquid debet facere vinculū spūale. 7 Secūda conclusio est, ex qua causa cōtrahať & ex quibus sacramentis. Primo,ex baptismo. Secūdò,ex cōfirmatione, qa ista duo spiritualiter sunt quasi natiuitas ex vtero & in vtero. Tertiò,ex catechismo etiā in quo exorcismus intelligitur. Quartò,ex pœnitētia,nō quidē simpliciter.i. quātùm ad oēs suas species:sed inter dantē & suscipientē secundum Canones antiquos, qui præcipiunt æqualiter abstinēre à filia pœnitētiali & baptismali:propter quod filia pœnitētialis est filia tantū habens secreti familiaritatē quod reuelat extraneo, quod nec patri nec matri reuelaret: nullū autē aliud sacrīm nec eucharistia nec aliud hoc facit. Sed benè verū est,q̄ per catechismū cognatio spiritualis cōtrahiť per quam contrahendū matrimonium impeditur. Per illā autē contractionem matrimonij post contractū minimè separatur. Itē ex baptismo & cōfirmatione oritur impediens matrimoniū contrahendum,& dirimēs post cōtractū, extrà eo.c.1.li.6. Ex aliis autē sacris vel sacralibus nequaq̄,nec ad impediendum, nec ad dirimendū: q̄uis ad pœnitētialē suam accedere sit pctū tantū, sicut ad fillā per baptismū, vt hìc.c.5. Ex datione igitur aliorū sacrorum cognatio spūalis nequaquā oritur,quæ mrimoniū impediat vel dissoluat, extrà eo. c.vlt.lib.6. 8 Tertia cōclusio est, quis impediat à cognatione spūali cōtrahēda. Non baptizat° quidē prohibetur nisi in necessitate dare vel tenere ad baptismū: quod si fecerit dicit Thomas q̄ non cōtrahit:qa est pars spūalis vitæ:nec ad ecclesiā pertinet iudicare de his quę foris sunt. Guillelmus cōtrà:vnde si Iudęus baptizat vel tenet,cōuersus non pōt eam ducere nec matrē eius. Secundò, prohibetur non cōfirmatus tenēre cōfirmandum: quia debet esse fortior,nec etiā mulier secundū quosdā, si tñ teneat contrahit cognatio,de cōse. Dist.4. De baptismo. Item prohibitū est abbatibus & monachis de baptismo suscipere filios,& cōmatres habēre. 16.q.1. Placuit comi. de cōse. Dist.4. Non liceat. Idē credit Ray. de canonicis regularibus & aliis religiosis. arg. extrà de postu. c. Ex parte. vbi dicit q̄ prohibitio facta monachis extendi tur ad canonicos regulares. Dico autē,q̄ si non licet leuare nec baptizare; quia prohibitū est cōmatres habere nè sint mulieribus familiares: fierent autē eis cōmatres magis baptizando q̄ tenēdo, de cōse. Dist.4. Monachi. Si autē prohibent hoc facere,multo magis nubentes benedicere,quanto illud sacrīm est carnalius & connubia reconciliare. Dico autē nisi ex iniuncto officio hoc habeant:sicut religiosi curati baptizant & benedicūt nubentes. Episcopi autē cōfirmāt,& Remigius baptizauit Clodouęum:vel nisi in necessitate quādo quilibet tenetur. Item prohibentur plures simul tenēre vnum, extrà eo.c. vlt.lib.6. Item vir & vxor prohibentur tenēre eundē, vt hìc,c.1. De hoc autē quod dictū est in principio non baptizatum tenentē:non contrahere, pōt distingui, vt nullo modo baptizatus non contrahat, qa non pōt esse quis cognatus in vita quam nullo modo participat, sicut nō est de tribu aliqua Iudæorū qui nō est de genere eorum sed catechismus est iam baptizatus baptismo Flaminis: & in vita spūali quasi in vtero natus,& sic non ex vtero, ergò est iam cognatus: ergò sicut puer adhuc ī vtero existens licet non agnoscat consanguineus parentū anteq̄ animet anima rationali: qa inter bruta nō est cōsanguinitas: & embryo prius viuit vita plātæ: tñ postquā est verus homo iam agnoscit: vñ si mulier primò pariat abortiuum prius tñ animatū, secundò editus nō videtur esse primogenitus sed secūdo: licet quo ad aliqua non videť peperisse filiū q̄ edidit mortuū: qa qui in vtero est p̄ nato reputatur: cū de eius vtilitate agit. 9 Quarta cōclusio est de prima specie cognationis spūalis. Ad cuius euidentiā est sciendū, q̄ spēs cognationis spūalis sunt tres. Prima, paternitas, vel maternitas,& filiatio spūalis sed'm quā suscipiēs sacrīm diciť filiol° vel filiola: dans autē vel tenēs patrinus vel matrina, de qua. 30 q.1. De eo q̄ interrogastis. 33.q.2. Si quis cum matre spūali. Dicūt autē quidā, q̄ aliud est de inundāte paruulū ad succursum: aliud de solēnitate baptizāte maximè cū Decretalis extrà eo.c.vltra. loquatur de sacerdote baptizante. & dicit Ray. q̄ esset Papa cōsulendus de separādo mrimoniū, qū laicus vel in minoribus ordinibus cōstitutus cōtraxit cū illa quā sic inundauit, sed videť idē: qa plus est baptizare in necessitate q̄ solus tenēre cū solēnitate. 10 Præterea verū sacrīm est baptismus in necessitate sicut cū solennitate. Præteà vterq; est verus baptism°, & simpl'r dicit Decretalis noua, q̄ inter baptizantē & baptizatū contrahitur. Itē suscipere dicit qui tenet ad baptismū, vel leuat de sacro fonte: qa si non tangat ipsum baptizatū: sed simulet se tāgere respōdens cū aliis, abrenuncias Sathanæ, vis baptizari:& nominās ipsum puerū non efficit patrinus nisi tāgat ipsum, vel tenēdo dū baptizatur, vel cōfirmatur vel leuando de sacro forte: licet respondeat ad omnia

Defi. cognatio. spūalis.

Cognatio spūalis transit ad vxorē etiā ad cōcubinā secundum. S. Th. S. To. hîc a. 3.q.2.

Impro.

Nota.

Quis impediatur nè cōtrahat cog. spi. S.T. hic. art. 3.q.1.ad.3. Hug. 30.q.1.c. peruenit. Opi. 2. Guil. glos. Ray. eo. tit. super verb. marti.

Triplex cognationis species explicatur. Du. hic.q.1 &. S. Th. q.1.ar.1.

omnia:si autē teneat & non respondeat cum aliis patrinis:intēdens tñ facere quod faciunt veri patrini, contrahitur cognatio, qa non credo q̄ respōsio patrinorū sit de substātia rei. Quāuis autē non plures q̄ vnus vir & vna mulier accedere debeāt ad suscipiendū de bap. si tñ plures accesserint, spūalis cognatio inde contrahit matrimonia impediens cōtrahentia, & dirimēs post cōtracta. Nō autē inter baptizatū & confirmatū & patrē baptizantis & cōfirmantis vel tenentis: quia non transit à filio in patrem actio sed passio. Pater enim baptizati vel cōfirmati fit cōpater, non autē pater baptizātis vel confirmātis fit cognatus, qa non habet gradus nec ramos hęc cognatio: ille autē esset auus spūalis. Similiter nec inter baptizantem, confirmantē, & tenentē, & filiā baptizāti, cōfirmanti, qa non habet gradus. Nec obstat q̄ trāsit à patre in filium: qa verū est à patre dante sacrīm vel ad id tenente: non autē à patre suscipiēte: qa tunc ille esset nepos vel neptis spūalis, & sic haberet gradus contra naturā suam. Nec obstat q̄ trāsit à viro in vxorē, qa verū est de actione non passione, licet nō inueniat de passione, qua quis suscipit sacrīm, qa ista non cōicatur sed solū de passione qua parēs sustinet dari sacrīm filio suo, vel ipsum ad hoc teneri. Cōtrahitur autē directè ad personas iam dictas: indirectè autē ad cōiuges dātis sacrīm, vel ad illud tenentis postquā facti sunt vna cano & non antè: qa cōicant sibi actiones & non passiones. Vnde passio qua quis in propria persona suscipit sacrīm, illa ascēdit non descēdit nec in latus se extēdit, qa trāsit ad parētes non ad filios, nec fratres, nec cōiugem. Passio verò qua quis patitur filium suū sacrīm recipere, quod nō ad patrē se extēdit nec iugem, vel fratrē, nec ad patrē ascēdit, nec ad aliū filium descendit. Actio autē qua quis dicat sacrīm nō ascendit ad patrē, nec se extēdit ad fratrē, sed descēdit ad oēs filios & extendit se ad coniugē postquàm facti sunt vna caro.

Notabile. 11 Notandū autē, q̄ tres species cognationis non sunt specialissimæ sed subalternæ, qa alterius ratiōis est illa qua contrahit ad vnū & ad alium: vnde actiua cognatio cōicatur cū passiua. 12 Præterea species contrahitur inter quinq; personas. s. suscipientē sacrīm ex vna parte & dantem, & tenentem, & vxorem dantis & tenentis ex alia, & idem est de catechismo quo ad impediendū: vnde vnus homo pōt habere per se duodecim parētes spūales. s. sex patrinos & sex matrinas: vt si fuerit baptizatus in patella, & tētus à cōiugatis & carnaliter copulatis, & postmodū in ecclesia catechizatus & tentus à cōiugatis: & tertio cōfirmatus & tentus à coniugatis: vt apud Græcos vbi presbyteri & epi habent vxores. Iste habet primum patrinū baptizātem: secundū tenentē, tertiū catechizantē, quartū tenentē, quintū confirmantē, sextum tenentē. Item primò matrinā vxoris baptizātis. Secūdò tenentis, tertiò catechizantis, quartò leuātis, quinto confirmantis. Sextò tenētis. Sed per accidēs pōt habēre plures, non ex parte dantiū sacrīm, qa ille est vnus, nec vxoris: qa simul nullus pōt habēre plures, & ad illam solā extendit quæ est vxor tēpore sacri, sed ex parte tenentium qui licet non debeāt esse plures: si tñ fuerint ad omnes contrahit solo numero differēs: qa oēs per eandē rationem attinent, item ex parte catechizantiū q̄ possunt multiplicari. Nam in primitiua ecclesia vnus catechizabat: alius exorcizabat, & ad vtrunq; fortè est cognatio impediens licet non dirimēs. Si autē cōcubinæ cōmunicaret actio, sicut & cōiugi, esse possent. 18. parētes spūales aut etiā multo plures: qa sex personæ q̄ concurrūt ad duo sacra & tertiū sacrale cum vxoribus suis, de facto possunt habēre quilibet concubinā & plures, qa quilibet posset habēre plures. 13 Quinta cōclusio est de secūda specie cognationis spiritualis. Nam secūda spēs est cōpatrinitas vel cōmaternitas quę attēdit inter spirituale patrē pueri & carnalē: & directa quidē cōtrahit inter patrem & matrē naturales suscipiētes sacrīm ex vna parte, & dantem sacrīm vel ad id tenentē ex alia. 30.q.1.c.vl. in fi. extrà eo. Veniēs. Secūdò inter parētes carnales suscipiētis sacrīm & coniugē dantis & ad id tenētis, postquā effecti sunt vna caro: non autē inter dantē vel tenentē & cōiugem parētis suscipiētis, qa cōicant sibi actiones non passiones. 30.q.4. Scisciťat. &.c. Si quis ex vno. extrà eo. Martius. Non autē cōtrahit inter plures dantes sacrīm vel ad id tenētes ad inuicē. Dantes enim non possunt esse plures etiā de facto: qa si plures baptizarent vel cōfirmarēt vnū, nihil ageretur, sed tenētes possunt esse plures, licet non debeāt: sed tñ inter eos ad inuicē non cōtrahit, quia non inuenit. Ad hoc enim q̄ aliqui sint cōpatres exigitur, q̄ alter sit pater spūalis, & alter pater carnalis scd'm Guil. & pari ratione inter baptizantē & cōfirmantē eundem, non est cōpaternitas: vnde nec inter plures tenētes nec inter baptizantē & cōfirmantē, nec inter tenentē in baptismo & tenentē in cōfirmatiōe, qa vnus semper erit cōpater spūalis alter carnalis, nec fallit regula talis, nec inter dantē & tenentē, sicut nec inter patrē & matrē: sed tñ hìc non nō refert vtrū filius suscipiēs sacrīm sit legitimus vel non. Transiit enim à filio in patrē & patrē etiā illegitimos: sed non trāsit à coniuge in coniugē nisi legitimum. Ex quo patet qūo posšit quis habere plures compatres vel cōmatres, qa nemo prohibeť cōmatrē vxoris habere, nisi sit cōmater sua, sed cōmatrē suā, siue sit facta cōmater propter se, siue ꝓpter aliud prohibetur habere. Vnde versus:

Quæ mihi vel cuius mea natum fonte leuauit:
Hæc mea commater, fieri mea non valet vxor.
Sed mea dicatur quæ carne mea sociatur.
Si qua meæ natum non ex me fonte leuauit,
Hanc post facta meæ non inde vetabor habere.

Homo pōt habere. 12. parentes spirituales.

14 Sexta cōclusio est de tertia specie cognationis spūalis. Nam tertia species diciť fraternitas spualis, q̄ contrahitur inter filiolū & filiolā, & filium vel filiā spūalem suscipientē sacrīm ex vna parte, & filios naturales dantis sacramentū vel ad id tenentis, siue fuerit susceptus antè siue pòst: non autē inter fratres suscipiētis sacrīm & filios dantis vel ad id tenētis: qñcunq; susceptos. 30.q.3. Sine quibus. extrà eo.c.1.&.c. Tua nos. Item non inter filium spūalem & alios filios spūales. Alioquin baptizati ab eodem sacerdote vel cōfirmati ab eodem epo non possent contrahere, & sic posset impediri tota vna parochia, vel vnus epatus. Similiter nec inter filios spūales & adoptiuos: quia oportet q̄ ex vna parte sit spūalitas & ex alia carnalitas: qa talis spūalitas non trāsit in tertiā personā sicut nec excōicatio: secundū autē istam speciē q̄ est fraternitas per se loquēdo pōt quis attinere sex personis. s. filio vel filiæ baptizātis tenētis: catechizātis tenētis, confirmantis tenētis. Et similiter filio exorcizantis si diuiderentur, non autē filiis coniugū quibus paternitas cōicatur. Nō enim sum frater spūalis filiæ vxoris patrini mei, quā aliunde suscepit nè transeat in tertiā personā: quia illi nihil carnaliter attinēt illi qui mihi dedit sacramentum vel me tenuit, sed solū per affinitatē: oportet autē q̄ omnis spūalis cognatio fundeť super carnalē ꝓpinquitatē, nec filiis adoptiuis, quia sicut cōpatrū vnus semper erit spūalis alter carnalis, ita & hìc, nec filiis spūalibus, vt alibi, nec fratrū filij spūales ad filios dantis sacrīm: quia vnus confratrū semper erit spiritualis alter carnalis, nec fallit regula talis. 15 Septima cōclusio est, qñ per cognationē spūalem matrimoniū dirimat. Et quidē si præcedit secundū oēs tres spēs præcedētes dirimit post contractū, extra eod. c.1. lib.6. Si autē sequit nunquā soluit

vinculum nec actum sine necessitate,vel ignorãtia probabili. Sed si industria vel malitia perdit ius petendi,& postea erit sine spe coniugij, vt hîc secũdo & tertio.c. Si autẽ ignorantia iuris percipiẽ, quia non nocet in dãnis vitandis: hîc autẽ qui nõ vult perdere debiti petitionẽ certat de dãno,& non leuare filium suũ solo iure positiuo est prohibitũ. 16 Quantũ ad secundũ de cognatione legali quæ est adoptio, sunt septem conclusiones.

Art. 2.

17 Prima quid est cognatio legalis. Est aũt propinquitas ex adoptione prouenies. Adoptio autẽ est extraneę personæ in filiũ vel nepotẽ & deinceps,legitima assumptio. Secũda descriptio tangit causam intentionis sic.

18 Adoptio est legalis actio ad solatiũ eorum inuenta: qui liberos habẽre non poterãt penè naturam imitans. Tertia descriptio exponit primã. Adoptio est legitimus actus per quem quis efficitur,vel reputatur,vel habet filius,qui filius non est. Ratio autẽ vtriusq; istorum hinc sumitur, qa ars imitatur naturã,& supplet eius defectũ. Et ideò sicut per generationẽ naturalẽ aliquis producit filium:ita per ius positiuũ quod est ars ęqui & boni,põt sibi aliquis assumere in filiũ, ad suppliendũ defectũ filij naturalis,& talis assumptio vocatur adoptio: ꝓpter qd' dicitur assumptio extraneæ personæ in filiũ &c. qa qui adoptatur nõ est talis secundũ rem, in qualẽ adoptatur secundũ iuris fictionẽ:sicut etiã ex naturali generatione causatur propinquitas cõsanguinitatis,sic ex tali iuris fictione causatur propinquitas legalis. 19 Secũda conclusio est de diuisione adoptionis. Sunt autem duæ species adoptionis. Vna imperfecta per quã non trãsfertur adoptatus in potestatẽ adoptãtis,& hęc vocatur simplex adoptio.Alia perfecta per quã transfert adoptatus in potestatem adoptantis: & hæc vocatur arrogatio:qa is qui adoptat arrogatur.i.interrogatur an velit eum quem adoptat suum filiũ aut filiã esse,& ille vel illa interrogat, an id fieri patiatur. 20 Differũt autẽ in quatuor.Primò, quia non põt arrogari nisi qui est sui iuris, sed adoptatur qui est alieni. Secũdò,qa arrogatus transit, vt dictũ est,in potestatẽ arrogãtis: sed adoptatus non trãsit in potestatẽ adoptãtis. Tertiò,qa arrogatus habet de necessitate legitimã in bonis arrogatoris: vnde siue emancipet siue non,debet ei quartã bonorũ suorũ relinquere vel legitimã suam. Adoptatus verò non habet in bonis adoptantis legitimã: vnde non tenet ei aliquid relinquere, si tñ ab instato moritur adoptator succedit & adoptat⁹. Quartò,quia arrogatio nõ fit nisi authoritate principis: sed adoptio fit authoritate cuiuslibet magistratus cõpetentis.Vnde versus:

Arrogo qui suus est,& habet meus esse necesse.
Patris adopto suum nec patris desinit esse.
Est hæres primus,firmanteq; principe firmus.

Item arrogatio requirit verbũ expressum vtriusq;:vnde infans non potest arrogari,sed adoptari tñ. ff.de adopti.l.1.&.2. Item res arrogati liberi, & omnia transeunt in potestatẽ arrogatoris.ff.eo.si pater.non autẽ adoptantis nisi esset auus maternus vel paternus. 21 Tertia conclusio est,quis possit adoptare.Vbi sciẽdum,ꝙ istud edictum est prohibitoriũ : vnde põt adoptare & arrogare,nisi qui prohibet.Prohibeat enim primò ratione ætatis.Minor enim natu maiorẽ adoptare non põt,quia pro monstro haberet ꝙ filius foret maior patre. Insti.de adoptio.§. Si minorẽ. imò plena pubertate debet adoptans præcedere adoptatũ.i.18.annis. Arrogare autẽ non põt minor sexagenario,nisi causa cognita:quia magis debet dare operã procreationi filiorũ: sed adoptare põt dummodo plena pubertate excedat,vt dictũ est. Secundò,ratione impotẽtiæ naturalis, qui enim frigidus est à natura ita ꝙ nunquã generare potuerit,nec actum exercere, non põt adoptare : qui verò accidentaliter castratus est põt:qui autẽ põt actum generationis exercere,licet non possit generare:vt qa sterilis est,nihilomin⁹ põt adoptare:imo ꝓpter talẽ maximè adoptio est inuenta. Tertiò, ratione sexus, mulier quæ nec naturales filios habet in propria potestate, nec adoptare, nec arrogare põt, nisi à principe hoc sibi concedat in solatiũ liberorũ amissorũ causa reipu.in bello. Quartò, ratione patriæ potestatis. Qui enim non est sui iuris, nec adoptare, nec arrogare põt, quia qui in aliena potestate est,alium in sua habẽre non põt. Cæteri autẽ tam coniugati q̃ non possunt adoptare & arrogare indifferenter,vir & mulier & adoptari & arrogari. 22 Quarta cõclusio est qualiter adoptio dissoluatur. Soluitur autẽ sex modis. Primò, morte naturali arrogantis & adoptãtis. ff. eo. Si pater. Secundò, morte ciuili qñ in metallũ damnat⁹,vel in insulã deportatur.Secùs si ad tps relegẽt,qa iste retinet liberos in sua potestate.Insti.qui.modis ius pa.po.sol.l.Cum authoritate.§.Pœnæ. Tertiò,propter delictũ qñ contrahit incestuosas nuptias.Auth.de incest.nup.§.Scimus. Quartò, soluitur dignitate,vt si filius fiat patritius vel epꝰ,qa per hoc tollit patria potestas etiã naturalis.Auth.cõstitutio qua dignitatibus liberat filius à patria potestate. col.6. Quintò,soluitur per sententiã, qa si feratur sentẽtia contra patrem filiũ petentẽ secundu veritatẽ remanet in potestate patris si prius erat: tñ ex quo non est appellatum sententia facit ius,& habẽt pro emãcipato.ff.de cõdi.inde.l. Iulianus. Sextò, per emancipationẽ per quã tollit patria potestas. Est enim emancipatio patriæ potestatis relaxatio facta corã iudice cõpetente dicta: eo quod extra manum.i.potestatẽ patris filius ponit.Insti.qui.modius pa.po.sol.§.Præterea.emãcipatio autẽ filij naturalis & legitimi regulariter nõ fit nisi vtroq; consentiẽte: vnde & est actus volũtariæ iurisdictionis, tñ pater cogitur filium suum emãcipare in tribus casibus:si filiũ suum male afficit verberibus cõtra pietatẽ. Secũdus, si compellit filiã suam in corpus suũ peccare. C. de epi.audi.l.si Lenones.Tertius,si agnouerit legatũ sibi relictũ sub cõditione emancipãdi filiũ. Arrogator autẽ impuberis cogitur eum emãcipare in quarto casu.ff.si pubes factus probat ꝙ sibi arrogatio nõ expediat. Probatur tertiò casus. ff.de condi.& de.l. si cui. 23 Quinta cõclusio est de effectu adoptionis qui est quintũplex. Primus, ꝙ adoptatus trãsit in patriam potestatẽ adoptantis,quod est verũ cum iure qñ est arrogatio. Item qñ est facta adoptio ab auo paterno vel materno, vel aliquo superiore in recta linea,vt proauo abauo &c. Secùs de collateralib⁹,vt patruo & auunculo, & de extraneis. C.de adopt.l. cùm in adoptiuis. Secundus effectus est successio: qa arrogatus & adoptatus à persona cõiuncta ab intestato succedũt, sicut naturales & legitimi filij:& habent querelã inofficiosi testamenti si sine causa sunt exhæredati. Arrogatus etiã habet quartã si emancipat: & fortè idem est de adoptato à coniuncta persona,qui quasi assimilat arrogato, sed adoptatus à persona extranea nihil habet nisi ꝙ ab intestato succedit, sicut naturalis& legitimus. Tertius effect⁹ est alimentũ, qa q̃diu durat adoptio ipsum quem in filiũ recipit, q̃uis extraneũ egentem alere debet:sicut faceret filiũ naturalẽ licet emancipatũ. Nec sequitur,nõ tenetur eum hæredẽ instituere:ergò nec alere,qa in morte finit adoptio : sed in vita durat ante emãcipationem: vnde deriſoria esset adoptio in filium si in nullo vt filius teneretur.Et ecõuerso filius tenet patri ad alimentasi indiget.ff.de alimẽ.libe.à parẽ.præstan.per totũ.Quartus effectus est,ꝙ pater indigens põt eum vendere, sicut põt filium naturalẽ necessitate famis vrgẽte.C.de pa.qui fi. dis.l.vlt. Nec obstat quod in Esdra & Neemia reprehenduntur

duntur qui filios proximorũ emebant in seruos & ancillas:quia emere erat peccatũ illis,sicut ad vsuram mutuare qui tenebantur indigẽtibus gratis mutuare: sed vendentibus non erat pctũ, sicut nec ad vsuram accipientibus. Quintus effectus est causare cognationẽ, de quo statim sequitur. 24 Sexta cõclusio est,qũo cognatio legalis impediat & dirimat matrimoniũ. Vbi est sciendũ ꝙ triplex est legalis cognatio. Prima est quasi linea descendentiũ quæ cõtrahitur inter patrem adoptantẽ & filium adoptatũ & filium filij, & sic deinceps. Secũda est quasi collateralis inter filium naturalẽ & adoptiuũ.Tertia est per modũ affinitatis,quæ est inter patrẽ adoptantem & vxorem filij adoptati, vel econuerso inter filium adoptatũ & vxorẽ patris adoptãtis:prima habet prohibitionem perpetuã de matrimonio cõtrahendo. ff.de ritu nuptiarũ.l.Quãdo.similiter infrà.ff.de ritu nupt.l.Adoptiuus, respon. primo. Secũda verò habet prohibitionẽ quãdiu manet adoptio: vnde mortuo patre vel emancipato filio possunt adinuicem contrahere, vt extrà de cogna.lega.c.Si qua. Ratio autẽ horum est,quia prima & tertia prohibitio est propter reuerentiã quam debet habere adoptatus,& vxor eius ad adoptantẽ & ad vxorem eius:& cũ hæc sit perpetua, perpetuò impedit matrimonium. Secunda verò prohibitio est propter interpretatiuam filiationem,quæ prouenit ex adoptione:& ideò ea durante durat, & cessante cessat: legalis autem cognatio non solũ impedit matrimoniũ contrahendũ,sed dirimit iam contractũ.20.q.3.c.Ita dilige. 25 Septima cõclusio est, qũo impediat & dirimat secundũ Canones. Vbi sciendum, ꝙ cognatio & affinitas legalis impedit & dirimit,non quia sic est de iure ciuili:sed quia approbatum est de iure Canonico in vno casu expresse,in aliis tacitè: quia magis prohibetur matrimoniũ in linea recta q̃ in transuersali: vnde cùm Decretalis innuat ꝙ fraternitas legalis,quæ est inter filium adoptiuum & filios carnalis adoptãtis, quãdiu durat & non plus impedit & dirimit matrimoniũ : multo magis idem intelligendũ est in cognatione legali rectæ lineæ,ꝙ. ſ.adoptans non possit cõtrahere cum adoptata nec eius filia nec vxore adoptati: nec econuerso adoptatus cum vxore adoptãtis adoptione etiam soluta:si sit adoptio propriè dicta,& multo magis arrogatio, quæ est adoptio perfecta sicut leges volunt,nec etiã plus extendẽda est prohibitio illa q̃ ius ciuile extendat: vnde duorum fratrum adoptiuorum filij possunt contrahere iure Canonico sicut iure ciuili: etiã duorum fratrum filij naturales, qui tamen iure Canonico non possunt. Illos ergò solo casu & omni illo cognatio legalis impedit & dirimit, quo cauetur iure ciuili & non aliter:quia in hoc dicuntur venerandę leges Romanæ,vt in dicto. c.Ita dilige.

Art. 3.

26 Quantùm ad tertium de cognoscente consanguineam vxoris,sunt septem conclusiones. 27 Prima de illo qui cognouit consanguineam sponsæ suæ:quia sponsalia soluta sunt, nec potest vltrà habẽre sponsam illam in coniugem obstante affinitate contracta, nec econuerso illam quam cognouit obstante publicæ honestatis iustitia,nisi Papa dispensante: sed potest ducere tertiam episcopo dispensante pœnitentia sibi de incestu imposita. 28 Secunda conclusio est de illo qui cognouit consanguineam vxoris matrimonio consummato scienter, quia matrimoniũ non dissoluitur,sed tenetur reddere debitum petenti. Non autem potest petere, nisi secum propter incontinentiæ difficultatem per episcopum dispensetur. 29 Tertia conclusio est de illo qui cognouit consanguineam vxoris matrimonio non consummato. De quo videtur ꝙ cùm possit religionem intrando debitum negare,ꝙ teneatur intrare nè committat incestum cognoscendo,scilicet, affinem suam.Nam matrimonio cõsummato ab incestu reddendo excusatur : quia necessitatur non habens viam negandi: sed sicut matrimonio consummato potest episcopus cum eo dispẽsare in petendo,sic matrimonio non consummato potest episcopus cum eo dispensare in reddendo in sæculo remanendo Si autẽ cum hoc velit petere,duplex dispensatio necessaria est.Et secundũ hanc Distinctionem possunt intelligi iura , quæ videntur indistinctè loqui de eo qui cognouit consanguineam vxoris per totum. 30 Quarta conclusio est, ꝙ si ambo coniuges confiteantur in præiudicium matrimonij affinitatẽ vel consanguinitatẽ præcessisse,non crederetur, quãuis rumor viciniæ acclamare videretur:nisi per testes legitimos comprobetur:aliàs multotiens adinuicem colluderent coniugati, extrà de eo qui cognouit consanguineam vxor. c. Super eo. & multo minùs extraneo crederetur,extrà eo.c.de illo.& hoc in foro iudiciali in quo ecclesia non iudicat de occultis,de electio. c. Significasti. despon.impub. c.Attestationes.35.q.6.Si duo.33.q.1. Requisisti. 31 Quinta conclusio, ꝙ idem est in matrimonio spirituali , quia si monialis confitetur se contraxisse & cognitã fuisse à sæculari ante professionẽ, vel monachus cum sæculari econuerso ad dissoluendũ matrimonium spirituale,pari ratione esset eis credendũ:qa frequenter possent cùm vellent colludere:illi specialiter quorum vnus amore alterius captus apostatat à religione:& hoc nisi aliter testibus vel verisimili præsumptione confirmetur:sicut extrà de rapto.c.penult. vbi creditur moniali dicenti ꝙ antequã intraret fuerat cognita à marito: quia ibi constabat de matrimonio ante contracto,& de traductione in domum, & inspecta, fuit inuenta corrupta,& præsumitur ꝙ ab illo. 32 Sexta conclusio, ꝙ vbi agitur solũ ad separationẽ mutuæ seruitutis, quæ est in cohabitando vel carnali copula confessioni eorum statur, quia illorũ solùm præiudiciũ agitur, nec per hoc poterũt ad alia consortia transire:& ab hoc possunt se mutuo consensu absoluere,de diuor.c.Ex literis. de adul.c.Intelleximus.31.q.1.Lotharius.Et idem fortè si confiterentur gradum diuina lege prohibitum maximè si esset scandalum in populo,de diuor.c. Porrò.in fin. quamuis si peterent licentiam contrahendi non esset eis danda, nisi aliter probaretur : quia etiã vicinia & rurales faciliter concitantur ad clamorem sine iusta causa:vnde vanæ voces populi non sunt audiẽdæ. 33 Septima conclusio est,ꝙ cognoscere cognatam suam legalem vel spiritualem,vel ad quam est publicæ honestatis iustitia, non est propterea incestus , quia incestus nõ est nisi cum vera cognata vel affine. Sed Papa vel Imperator non potest facere ꝙ sit cognatus vel affinis qui non est,qa illa sunt iura sanguinis quæ mutari non possunt. Sed licet non sit incestus, est tamen speciale peccatũ inobedientiæ ad ecclesiam. Item pari ratione non est incestus nisi in gradu ꝓhibito lege naturæ à qua est sola consanguinitas vel affinitas vera. Et hoc est argumentũ pro opinione quæ negat aliqua esse simoniaca, quia prohibita. 34 Ad argumentum dicendum, quòd licet matrimonium sit de iure naturali quantùm ad inclinationem & finem:tamen determinatio est iure positiuo & diuino:vnde ab vtroque potest regulari in permissione & prohibitione.

Cognoscere cognatã ad quam pub. ho. iustitia est si est incestus.

❧ QVAESTIO SECVNDA.

De diuortiis & matrimonij accusatione.

Thom. vbi suprà.

SECVNDO quæritur de diuortiis,vtrũ .s.liceat agere vel accusare ad diuortium celebrandũ. Et videt q̃ non per illud qd' habetur Matth. 19. Quos Deus cõiunxit homo non separet: sed matrimonium est a Deo coniunctũ,vt ibidem dicit:ergo homo non debet cooperari aliquo modo ad diuortium. 2 Contrà, extrà de diuor. ferè per totũ. 3 Respõdeo,hìc sunt videnda tria.Primò,de petitione cõiugis ad matrimoniũ. Secundò,ecõuerso de accusatione ad matrimoniũ. Tertiò, de diuortio in se. 4 Quantũ ad primũ sunt septẽ conclusiones. Prima,q̃ pro matrimonio q̃ñq; agitur petitorio q̃ñq; possessorio.Petitorio sicut quãdo mulier dicit,q̃ alius ipsam desponsauit per verba de præsenti, seu ipsam subarrauit,vel in eam cõsensit sicut in vxorem: & ipsa in eum, & q̃ ipse eam renuit tenẽre in vxorẽ: vnde petit ipsum in maritũ sibi adiudicari & ipsum compelli, vt sibi tanq̃ vxori adhæreat: & eam maritali affectione pertractet,vel alleget q̃ sponsalibus per verba de præsenti inter ipsos cõtractis ipse post eã carnaliter cognouit: vnde &c.Primũ probatur de spon.c.1.c.Ex parte.c. Veniens Maritata. sed probatur de spon. c.Is qui fidem.de testi.c.Ex tenore. Quãdoq, autẽ agitur possessorio, vt si dicat mulier, q̃ cũ vir cum ea matrimoniũ legitimè contraxerit:& candẽ in domũ suam sicut vxorẽ tractauerit, propria temeritate ãse abiecit,& quasi possessione sacramentalis vinculi seu sacramẽti spoliauit:vnde petit ipsa virum suũ sibi restitui,& se in eandẽ quasi possessionem reduci,in qua erat anteq̃ abiecisset eandem,de diuor.c. Porrò.de resti.spoli.Ex cõsequutione.&.c.Ex trãsmissa.

Art.1. Declaratur petitio cõiugis ad matrimonium.

5 Secunda cõclusio est de differẽtia inter ista duo iudicia. Est enim differẽtia inter istos duos modos agendi, qa si mulier agat petitorio põt maritus excipere contra ipsam de consanguinitate,vel quouisalio iusto impedimento, de cogna.spũali.c.vlt.de ordi. cog. c.1. Secùs si agat possessorio, qa tunc regulariter non obstante exceptione aliqua fit restitutio,nisi in sex casibus.Primus q̃ñ allegatur legitimũ impedimentũ:& cũ hoc tanta viri sæuitia:qui odio capitali sequit mulierẽ q̃ nulla ei cautione mederi põt.Tunc enim mulier sequestranda est:non reddẽda viro possessorio agẽti,de resti.spol.c.Ex trãsmissa.c.Literas.§.vlt.Secundus q̃ñ obiicitur cõsanguinitas in gradu lege diuina prohibito : & cùm probatiões sunt paratæ,vbi differt restitutio quo ad carnis copulam:sed fit quantũ ad alia,de rest.spo.c.Literas.§.Propterea.Tertius,q̃ñ opponitur hæresis,vel q̃ non cohabitat sine contumelia creatoris,de diuor.c.Gaudem⁹.Quartus,q̃ñ dicit se virginẽ cum proposito religionẽ intrandi:maximè si mulier est & timeret de defloratione : sed tunc tps taxandũ est sibi infra quod intret religionẽ, vel ad matrimoniũ redeat,de cõuersi. coniugatorum. c.Ex publico. Quintus, si opponat exceptio rei iudicatæ à qua non extitit appellatum,de senten. & re iudicata. c. Lator. &.c. Tenor. Sextus,si opponat adulteriũ, extrà de diuortiis. Significasti. 6 Tertia cõclusio est , q̃ mulier non põt petere restitutionem si spõte propria recesit: qa non est spoliatio sine violẽtia:vis autẽ voléti non infertur:quia omne violentũ est inuoluntariũ:nisi tunc demũ q̃ñ rediens nõ admittit per meritũ. ff.de acquirẽda possessione. l.Clàm possidẽre.&.l.Qui ad nundinas. Et pari ratione non põt vir restitutione petere vxoris quã sponte expulit: nisi postq̃ requisita redire noluerit, qa vltima mora nocet.ff.de peri.& cõmo.rei vendi. l.Illud. 7 Quarta conclusio est de expensis factis à muliere extra domum, qa vir pro oneribus matrimonij habet dotẽ:vnde à tẽpore cõtracti matrimonij intùs & extrà debet vxori facere expẽsas iuxta quantitatẽ dotis.ff.fami.herciscũd.Si maritus ,puidere in necessariis.

Vxori expulsæ tenet maritus ,puidere in necessariis.

ritus.imò etiã si dotẽ non habet, vel perdidit culpa sua tenetur ei necessaria prouidère secundũ facultates suas, imò vir maritus si dissipat bona sua vergens ad inopiã etiã constante matrimonio recuperat mulier dotẽ.C.de iure dotium.l.Vbi.Sed quando mulier spõte recesit nõ recuperat expẽsas,nisi à tẽpore quo rediens non est admissa,& hoc nisi opponatur de adulterio:qa adulterę nihil tenetur præstare,nisi ipsa replicet de simili.Dico autem q̃ spõte vagante non tenet ad expensas, sed solũ q̃ñ iusta de causa: puta propter nimiã viri sæuitiam vel aliquid huiusmodi. 8 Quinta cõclusio est de probatione:qa libello porrecto in petitorio vel possessorio,ambo iurabunt stare mãdatis ecclesiæ, & de veritate dicenda, & de calũnia. Si ergò ambo cõfiteantur contẽta in libello vera esse,præcipietur eis q̃ cohabitẽt vt coniuges nisi aliud canonicum obsistat: debet autẽ vnus cõfiteri præsente altero: aliàs confessio non obesset, nec aduocatus debet respõdere ad factũ:sed principale qui si dubitauerit probabiliter inducias impetrabit,nè cogatur anceps periurij subire. Si verò confitens matrimoniũ excipiat de adulterio repetẽtis eum,& ille vel illa confitẽt contra se turpitudinẽ suam omnino eis creditur,de diuor.c.Ex literis.Si verò reus negauerit,actori incumbit probatio, quo non probante reus, & si nihil præstiterit obtinebit, de iureiu.c.Mulieri.C.de æden.l.Qui accusare. 9 Sexta conclusio est de cautione , qa cùm mulier probabiliter sibi timet de sæuitia viri anteq̃ sibi restituat, præstare debet iuratoriã cautionẽ q̃ in omnibus eam tractabit sicut vir debet tractare vxorẽ:nec lædet eam,nec in perso sa,nec in rebus, nec in aliquo modo eam dehonestabit: salua correctione maritali & honesta,& hanc cautionem præstabit vir per propriũ iuramentũ. 32.q.1.De benedicto.secundũ formam. 35.q.5.Ab isto in anteà &c. Sed si mulier non confidit de iuramẽto viri præstabit cautionem fideiussoriã, vel pignoratitiam sub pœna, de restit. spo.c.Ex trãsmissa.&.c.Literas.quia illa pœna infligenda est quæ magis timetur & cauetur.32.q.5.Prodest:

10 Septima cõclusio est, q̃ ad matrimoniũ coniungendum nullus suo nomine agere põt,nisi alter coniugum, nec propinquus,nec extraneus, nisi habẽs speciale mandatum: sed benè põt iudici demãdari vel denunciari, si aliqui coniuges seorsum stent in adulterio, vt ex officio suo retineat eos, sicut de quolibet peccato põt quilibet denunciare illi qui põt prodesse & non obesse:imò tenetur : qa vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo saluo ordine correctionis fraternæ. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus &c. 11 Quantũ ad secundũ de accusatione matrimonij,sunt septem conclusiones. 12 Prima,quis ad accusationẽ matrimonij admittat.Vbi scien dum est si agatur ad matrimonij vinculũ dissoluendũ,& impedimentũ perpetuũ quod opponitur non est peccato subiectum: puta qa agitur de frigiditate, arctatione, maleficio & hmõi:ad hoc soli coniuges admittuntur: cũ aliorum non interfit de hoc agere:imò inuitis extraneis vel etiã propinquis possunt simul morari,de frigid.Consultationi:dũmodo castè viuant. 32.q.5. Quòd Deo patri,aliàs de offi.ordi.c.1.Secùdo,q̃ñ propter errorem petitur diuortiũ soli coniuges admittũtur,de coniugi. seruo.Proposuit.3. idem q̃ñ agitur solũ ad thori separationem. Sed q̃ñ tale impedimentũ allegatur quod peccato subiacet,qa nullũ est matrimoniũ,nec sine pctõ possunt cõmisceri,sicut est cõsanguinitas vel aliquid hmõi,tunc actio popularis est & accusatio publica. Quilibet extraneus admittitur,de cogna.spũali. Tua nos.sed dum aliquis de cõsanguinitate superest extranei repelluntur: & consanguinei cæteris præferuntur.35.q.6. Consanguineos.de sen.& re iudi.c. Tenor.& hoc tam in accusatione q̃ in

Art.2.

ne q̃ in testificatione : quia testes qui melius veritatem sciunt,sunt cæteris præferẽdi.ff.de testi.Domi.Tales eñ melius laborant in scienda genealogia q̃ extranei:in defectum autẽ talium etiã vicini bonæ famæ admittũtur, de cogna.spũali.Tua nos. Fama etiã crebrescẽte, est etiã extraneus admittendus.Vir autẽ & vxor ex cõmuni causa ad accusationẽ proprij matrimonij admittũtur,de diuor.c. Porrò. & in aliis multis, quicũq; autẽ admittitur nulla tẽporis exceptione repellitur, quia in criminibus non habet locum præscriptio. 13 Secunda conclusio est de libello accusationis.Debet enim dicere cum tales de facto vir & vxor cohabitent:ego talis consanguineus eorũ in tali gradu accuso eorũ matrimoniũ , dicens esse eorũ in tali gradu cõsanguinitatis vel affinitatis:quod offero me legitimè probaturũ:vnde peto pronunciari matrimoniũ ipsorũ à principio fuisse nullum: & eos abinuicem separari.Si quis ergò de cõsanguineis velit matrimoniũ defendere admittetur: sed principaliter cõiuges,quibus tñ etiã cõtradicẽtibus ad defensionẽ extraneus debet admitti:quia possent adinuicem colludere: supposito falsũ accusatore vt haberent licentiã,aliàs contrahendi.Qui filij sunt legitimi.c.1. &.c.Perlatũ. Defensor ergò apparens poterit repellere accusatorem ante li.conte.Non post.de spon.impu.Ad dissoluẽdum. defensore non comparẽte iudex inquiret de plano: & si impedimentũ probatur sententiã diuortij feret ex officio suo:quod põt etiam facere nullo accusatore apparente orta infamia:sed semper citandi sunt quos res tangit, & publicandũ , an aliquis accusare vel defendere velit, de diuor.c.Porrò.cum similibus. 14 Tertia cõclusio est de exceptionibus contra accusatorẽ.Primò,põt obiici q̃ est extraneus & aliquis de genere superest bonæ famæ.Secũdò,q̃ excõicatus,de exceptione.c.Exceptionũ. Tertiò,q̃ non publicè accusat sed clàm porrigit libellũ. Quartò,q̃ gratia turpis quæstus volens ab altero pecuniam extorq̃re,vel mercede ab aliquo conductus. Quintò,q̃ nuncius alterius coniugũ, vel aliàs malo zelo motus aut probabiliter suspectus. Sextò, quia periurus vel infamis.Septimò,quia sciuit quãdo matrimoniũ contractum fuit, & tunc etiã impedimentũ sciuit & tacuit: vel infra tẽpus ab ecclesia assignatũ inter bãna nihil proposuit:& tunc repellitur nisi fortè probaret q̃ denũciatio ad ipsum non peruenit,vt quia absens vel infirmus, vel si iurat q̃ posteà impedimentũ dicit, nec ad hoc ex malitia procedit. 15 Quarta conclusio est de exceptionibus contra denunciatorẽ:quia secundũ Hosti. vbicunq; propter suspitionẽ aliquis repellitur ab accusando matrimoniũ:pari ratione à denũciando,de accusationibus c.Cùm oporteat.Sed iudex ex officio põt inquirere infamia præcedente, de diuor.c. Porrò. qui etiã officio suo debet repellere accusatorẽ denunciatorẽ testem si est notorius excõmunicatus,sacrilegus, vsurarius, fornicator, de testibus.c.Testium.de accusatoribus.c.1. 16 Quinta conclusio est,qui testes requirant in accusatione matrimonij.Et quidem bonę opinionis non suspecti omni exceptione maiores,de cõsangui. & affinitate.c.1.& qui non põt esse accusator,nec testis.Hìc etiam parentes admittunt pro filiis,& contrà qui aliàs essent suspecti. Debet etiam testis iuratus deponere, nec potest quis sibi iuramentũ remittere in hac causa. 17 Sexta conclusio de secreta admonitione vel denũciatione, quia sicut ad accusationẽ matrimonij non oportet q̃ cõcomitetur inscriptio:sic etiã denunciationẽ non oportet q̃ præcedat secreta admonitio: qa non licet eis propria authoritate discedere qui publicè in faciem ecclesiæ contraxerunt. 18 Septima cõclusio est,q̃ in dubio semper pro matrimonio iudicatur: qa tutius est aliquos cõtra statuta hominum dimittere copulatos, q̃ legitimè coniunctos contra statuta dñi separare,de testi.licet.in fin. 19 Quan Art.3. tùm ad tertiũ de diuor. quod principaliter quærebatur, Definitio sunt septem cõclusiones. 20 Prima,quid sit diuortiũ, diuortij de- & vnde dicatur. Est autẽ inter virũ & vxorem legitimè claratur. facta separatio:legitimè,qa quos Deus coniunxit homo non separet. Sed non dicitur homo illos separare quos pœna damnat,quos reatus accusat,quos maleficium arctat.33.q.2. Quos Deus. dicitur autẽ diuortiũ à diuersitate mensium, vel quia hi qui matrimoniũ distrahunt in diuersas partes eunt. ff. de diuor.l.1. 21 Secunda cõclusio, q̃ diuortiũ est duplex. Vnum quo ad vinculũ matrimonij:vt propter aliquod impedimentũ præcedẽs quod dirimit matrimoniũ iam contractũ. Aliud quo ad thorum:sicut propter fornicationẽ vbi etiam fit quo ad domum,& habitationẽ. 22 Tertia conclusio est de lucro & dãno in diuortio propter adulteriũ: quia ille propter cuius adulteriũ diuortiũ celebratur: si sit vir,tenetũ restituere dotẽ & perdit donationẽ ,ppter nupsias, econuerso vxor perdit dotẽ. 23 Quarta conclusio est, q̃ si vxor erat filiafamilias.i.in potestate patris constituta,& dos erat profectitia. ſ. de bonis patris profecta, vel aliàs quomodocũq; dos erat ad patrem recasura:pater nõ perdit eam ,ppter delictũ filiæ : qa non debet pater portare iniquitatẽ filiæ: si verò non erat recasura ad patrẽ q̃is profecta esset, qa ea mortua eam rehabiturus non erat: tunc maritus eam lucratur, & sic intelligit Hostiẽ. C.de adult.l.vlt.ad finem.extrà de diuor.Consensu. §.si verò causam. 24 Quinta conclusio est,q̃ñ dos erat reditura ad patrẽ, qa pater eã perdit q̃diu filia adultera viuit sicut etiã non potuisset eam repetere ipsa nõ adulterante:nec debet ipse ex delicto filię lucrari:sed tenebit eam vir viuente adultera:post cuius mortẽ patri reddetur,sicut si prælatus ecclesiæ coniurat feloniam q̃diu ipse viuit,ecclesia feudum perdit,quod ipso mortuo recuperat nè delictũ personæ redũdet in damnũ ecclesiæ. 10.collatione.de vsu feudorum. de capel.contradi.reg.§.si clericus vel episcopus. 25 Sexta cõclusio est corollaria ex his: q̃ si vir cõmittit crimen læsæ maiestatis : propter q̃ bona eius confiscentur & ipse nudus exulet:vxor perdit dotem & omnia quãdiu maritus viuit, nè per eius delictum lucretur quod prius non habebat: interim tamen fiscus prouidère debet sibi necessaria loco viri: sed viro mortuo rehabebit integrè dotẽ & dotarium suum, vt dicunt de consuetudine. 26 Septima cõclusio est,q̃ causa diuortij põt agi indifferẽter per se & per procuratorẽ q̃is propter crimen adulterij agatur, quia ciuiliter agitur:debet autẽ agi coram iudice ecclesiastico,quia merè spiritualis est. 27 Ad argumentũ dicendũ , q̃ q̃ñ agit ad separationẽ quo ad vinculũ,Deus illos non cõiunxit quorum matrimoniũ nullũ fuit, quando autẽ agitur ad separationem quo ad thorum propter adulteriũ,illud fit authoritate Dei.

QVAESTIO TERTIA.

De secundis nuptiis.

Thom. 4. Dist. 42. q. 3.

QVAERITVR tertiò de secũdis nuptiis, an sint licitæ . Et videt q̃ non ad minus infra annum, quia secundum leges licet mulier non teneat portare vestes luctus: tenetur tñ non nubere infra tempora luctus,quæ sunt annus à morte mariti. 2 Contra,Decretalis quæ contra hoc dicit per Apostolum, q̃ mortuo viro nu-

ro nubat in Domino. 3 Respondeo,hîc videnda sunt tria.Primò,quod principaliter quæritur de secundis nuptiis.Secundò,de donationibus inter virum & vxorem. Tertio,de dote. 4 Quantù ad primù sunt septem conclusiones. 5 Prima de hoc quod est hîc licitum vel illicitù, qa simpliciter & absolutè licitæ sunt nuptiæ secundæ & tertiæ,qñ constat primù virù esse mortuù sine post humo:sed q̃diu dubium est de morte non debet nubere: item si dubium sit sibi,an sit prægnans de primo non debet nubere quousq, sit certa q̃ nõ est prægnans,si vel est prægnans non est periculũ de partu,nec de incertitudine parentis, aliàs contra charitatẽ patris & prolis facit, aliàs verò mortuo viro nubat in Dño. 6 Secũda conclusio est de benedictione quantũ ad ius scriptũ: quia si semel fuerit benedicta solẽniter ex tunc benedici nõ debet:siue primũ matrimoniũ fuerit nullũ siue non:econuerso autẽ si primũ matrimoniũ verum fuit, & benedictione caruit secundũ benedici poterit. Si etiam vnicus contrahentiũ fuerit benedictus,super vtranq; secũda benedictio prohibetur secundũ Host. 7 Tertia cõclusio de consuetudine cõtraria in quibusdã locis, an excusẽt contrahentes & sacerdotes benedicẽtes: videtur autẽ q̃ in omnibus quæ sunt mala solũ: qa prohibita iure positiuo q̃ consuetudo excusẽt nisi esset à iure reprobata:qa consuetudo derogat legi,nec requiritur q̃ sit à principe scita:qa locorũ & personarũ consuetudines & statuta cũ sint facti & in facto consistant, põt probabiliter ignorare, extrà de consti.c.1.libr.6. Quia enim non omnibus vbiq; eadem cõueniunt: non est mirũ si lex generalis q̃ cõmuniter est rationabilis alicubi sit iniqua:vnde particulares cõsuetudines rationabiles & perscriptæ sunt seruandæ:sed qa princeps subditis põt legem imponere:potest aliquid statuere, cõtraria consuetudine non obstante:& tunc non excusaret nisi fortè esset populus qui simiLiter haberet potestatẽ legis condẽdę vt princeps,qa par in parem non habet imperiũ,& sic excusantur in Frãcia, quia non est cõsuetudo à iure reprobata:q̃uis Hosti.videatur sentire contrariũ. 8 Quarta conclusio de pœna sacerdotis secũdas nuptias benedicẽtis,quia nisi consuetudo excusẽt vt dictum est, suspensus est,& ad sedem apostolicã est mittẽdus,extrà de secũdis nuptiis.c.1. Dico autẽ suspensus primo per hominẽ,non q̃ sit ipso iure suspẽsus. 9 Quinta cõclusio de pœna mulieris conuolantis ad secundas nuptias quo ad tutelã:qa perdit tutelam filiorum primi mariti siue nubat infra annum siue põst,de iure ciuili scripto & de consuetudine in foro ecclesiastico,quãuis de consuetudine laicorũ alicubi eam non perdat. 10 Sexta conclusio , de pœnis legalibus vbi sciendũ , q̃ mulier infra annũ nubens erat infamis & multas alias pœnas patiebaꝫ, & licet Decretalis extrà de secundis nupt.c. Cùm secundũ Apostolũ. solam pœnam infamiæ expresse sibi remittat:quia tñ aliàs nõ approbat nec circa matrimoniũ aliquid à iure ciuili statutum tenet,nisi quantũ est à iure Canonico approbatum. ideò mulier secundò nubens nullã pœnã legalem incurrit. 11 Septima cõclusio est de gratia, qa mulier secundò nubens lucrabitur legatũ sibi relictũ sub cõditione viduitatis fauore mrimonij: dũ tñ hoc faceret post tẽpora luctus.i.annũ:sed qa iura Canonica & diuina plus fauent viduitati q̃ matrimonio:ideo dicendũ,q̃ si mulier contra cõditiones legati nubat ,legatũ perdit. 12 Ad argumentũ dicendum, q̃ non nubit in Dño si nubit in præiudicium prolis,vel quo ad vitam, vt qñ est periculum abortus,vel quo ad hæreditatẽ,vt quãdo dubitatur de incertitudine ꝓlis,aliàs si est vera q̃ non est prægnãs

Art.1. Nuptiæ secũ dę sut licitæ

Art.2. Donationes

statim potest. 13 Quantũ ad secundũ sunt septem conclusiones. 14 Prima,q̃ donatio propter nuptias est illa quæ fit à virò mulieri cõstante matrimonio, vel antè solum contẽplatione nuptiarũ modo quo à muliere vel nomine eius datur dos, vel promittitur quæ sine matrimonio esse non potest. Dicitur autẽ spõsalitia largitas,q̃ nisi matrimoniũ sequatur,vel si separaꝫ:vt dos ab vxore sic illa à marito repetatur,& si pactũ apponatur de dote lucrãda à marito si mulier præmoriatur,eo ipso videtur appositum ex parte viri de donatione propter nuptias. 15 Secunda conclusio est de differentia eius ad dotem constante matrimonio, quia dos non pertinet ad mulierem quantũ ad administrationẽ: quæ tñ habet dominiũ saltem in spe & ad quam redit. Sed vir habet administrationem donationis propter nuptias,sicut & dotis. Vnde non datur nisi vt ad eam mulier recurrat, si dos per virũ alienaretur, vel vt eam lucretur si de hoc pactum apponatur. 16 Tertia conclusio est de consuetudine etiam Gallicana qua illud dotalitiũ vocatur,in quo viro mortuo vxor habet vsumfructũ quãdiu viuit, siue conuolet ad secunda vota,siue non: nec põt illud alienare in præiudiciũ vxoris,sicut nec dotẽ, nec propter delictum viri ipsa perdit dotariũ suum plusquã dotem. 17 Quarta cõclusio est de quęstibus:& quidẽ de consuetudine Gallicana, omnia quæ vir & vxor constante matrimonio ac quirũt sunt cõmunia : & soluto matrimonio inter ipsos vel hæredes eorũ æqualiter diuidunt, cum onere suo,id est debitis interim contractis: data tñ optione mulieri & eius hæredibus, vtrum sit contenta dote sua & dotalitiis nihil habendo de conquæstibus, nec soluendo de debitis: an velit recuperata dote simpliciter & assignato dotalitio ad vitam cum hoc impartiri in conquæstibus & debitis. 18 Quinta conclusio est de differentia inter virum & vxorem, qa vir superueniens in bonis vxoris paraphernalibus , vel dote nihil lucraꝫ nisi ex pacto, vel nisi habeat liberos nomine quorũ succedit in vtroq;: vxor autẽ etiam sine liberis lucratur dotalitiũ ad vitam de cõsuetudine, quia non sic inuenit secundũ virum, sicut vir secundã vxorem, propter quod magis fauet mulieribus, q̃ viris. 16 Sexta conclusio est de donationibus inter virum & vxorem ꝓhibitis. De iure enim constante mrimonio nõ possunt ibi donare nè mutuo amore se expolient : sed donatio inter eos facta confirmatur donante præmoriente: sicut etiã donatio patris facta filiofamilias nõ valet: sed cõfirmaꝫ si præmoriaꝫ antequã reuocet. Sed si iuramentum interueniat iure Canonico contra iuramentũ suum venire non põt. Si autẽ det aliquid causa mortis vel post mortẽ, valet,nisi q̃ consuetudo alicubi cauet, vt nec sic vnus dare possit alteri, nisi ecõuerso æqualiter sibi detur ab altero: vt puta q̃ superstes in bonis alterius habeat vsumfructum. 20 Septima cõclusio est de donationibus in concubinã quæ valent regulariter:qa quod meretrici datur repeti non potest:qa si turpiter facit in eo quod facit: nõ tñ in eo qd̃ recipit,de condi.ob turp.causam. l.3.§.sed q̃ meretrici. Fallit in milite. C.pe donationibus inter virũ & vxorẽ. l.si ancillam. Idem dicit Hosti. in clerico & aduocato,q̃ etiã meretricibus dare non possunt,licet quotidie dent. Sed cùm ius Canonicũ non irritet hanc donationẽ, ius ciuile etiã si exprimeret nihil in fauorem clericorũ statuere põt. Vnde si dent rem ecclesiæ q̃ sua non est: certũ est q̃ nihil actum est,sed si dent fructus ex ecclesia percptos dominiũ transferũt,& repetere nõ possunt. Sed fortè de suo patrimonio si habẽt vnde reddere tenentur:quia non ad hoc,sed propter pauperes aurũ habet ecclesia:vnde hîc habet locum condictio ob causam.Tali enim pacto tacitè fructus eis dant,vt necessariis retentis reliqua ecclesiæ seruent:aliàs pauperibus erogent. Religiosi verò qui propriũ non habent,nihil meretricibus dare possunt,nec

inter virũ & mulierẽ declarantur.

Cõsuetudo Gallicana i his quid valeat.

Art.3. sunt, nec illæ possunt datũ à talib⁹ retinere. 21 Quantùm ad tertiũ de dote,sunt septem cõclusiones. 22 Prima,q̃ vir fructus rei pro dote obligatę non tenetur computare in sortẽ,propter onera matrimonij q̃ sustinet,nec est vsura. 23 Secũda conclusio est, q̃ constãte matrimonio mulier dotẽ põt repetere viro in insulã deportato,cuius affectionẽ mulier non mutauit,& idem videtur viro de Regno bãnito. C. de iure dotũ.l.vbi. &.l.in reb⁹. 24 Tertia cõclusio, q̃ etiã constante matrimonio peti põt viro vergente ad inopiã: non propter paupertatem æris:qa tunc sub tali cautione quã præstare põt cõmittẽda & dimittẽda est dos: sed ꝓpter paupertatẽ mentis,vt qñ incipit esse prodigus & dilapidator:qa tũc cautio parum valeret,& sic intelligitur dicta lex.vbi. & in rebus.

Vir est dñs rei dotalis.

25 Quarta cõclusio est, q̃ vir licet sit dñs rei dotalis:illam tñ alienare non põt etiã vxore cõsentiẽte: nisi interueniat iuramentũ,cõtra quod nulli venire licet propter quodcũq; damnũ. 26 Quinta cõclusio est,ad quẽ pertinet cõmodũ & incõmodũ. Et quidẽ dotis fructus semper facit suos maritus cõstante matrimonio, qñ sustinet onera matrimonij,nec hos vnquã reddere tenetur: sed augmẽtũ & decremẽtũ & periculũ dotis perẽptionis pertinet ad vxorẽ,si dos nõ fuit æstimata:vbi autẽ fuerit æstimata:tunc commodũ & incõmodũ pertinent ad virum. Partus autẽ ancillarũ & iumentorũ non cõputantur in fructus,sed eos cum matribus habet vir restituere.

27 Sexta conclusio, q̃ mulier propter adulteriũ dotem perdit: sicut ecõuerso vir donationem propter nuptias. Quia verò de dotibus & aliis pertinẽtibus ad matrimonium multa in iure ciuili cauta sunt, non necessariũ est illa scribere : qa in foro cõscientiæ & ecclesiæ ad quam ista pertinẽt,non tenent,nisi quantũ iure Canonico approbantur. 28 Septima cõclusio est, q̃ si celebrato diuortio propter adulteriũ mulieris, & dote viro adiudicata mulier probet matrimoniũ fuisse nullũ:& per consequens non fuisse dotẽ nec adulteriũ: nihilominus non reuerabit dotem suã secundũ Host.arg.l.quæ dicit,q̃ sicut donatio facta inter virũ & vxorẽ non valet qã matrimoniũ tenet:sic valet qñ matrimoniũ fuit tantũ de facto:& non tenuit de iure,nè melior sit cõditio delinquẽtis quã non delinquẽtis.ff.de dona. inter virum & vxorem.l.3.§.1. Quãuis enim matrimonium putatiuum sit, tamen quia nomen matronæ assumpsit adulteriũ commisit:& de adulterio poterit accusari:quia nec matrimonium nec etiam speciem matrimonij permittitur violare.ff.de adul.l.si vxor.in principio. §.1. 29 Argumentum solutum fuit in primo articulo huius quæstionis.

DISTINCTIO. 43. QVAESTIO.1.

Circa. 43. Dist. quæruntur quatuor. Primò, an resurrectio sit futura. Secundò, an corruptum per naturam posśit idem numero reparari. Tertiò,an per Deum annihilatum posśit reparari. Quartò, an resurrectio futura sit in instanti.

De resurrectionis & iudicij conditione.

Thom. 4.Dist. 43.

PRIMO igitur quæritur, vtrum resurrectio omnium hominũ sit futura. Et videtur q̃ non:quia non ponit futura resurrectio,nisi propter remunerationẽ bonorũ & punitionẽ malorũ : sicut videtur Apostolus innuere,1.ad Cor.11.dicens,Si tantũ in hac vita in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus: sed absq; resurrectione potest esse præmiatio bonorũ,& punitio malorũ:ergò non oportet propter hoc ponere futurã resurrectionẽ mortuorũ. Assumptum probatur,na eadẽ ratio videtur de punitione aliquorum malorũ & otium , sed quædã mala puniũtur tantũ in anima absq; corpore ; sic peccata illorũ quæ sunt in purgatorio, vbi sunt animæ sine corporibus: ergò videt q̃ illo modo possunt omnia alia mala sufficienter puniri,& bona similiter remunerari. 3 Contrà,q̃ dicitur Iob.19. Scio, quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. E. Apostolus.1. ad.Cor.15.probat resurrectionẽ futuram. 4 Respondeo,tria sunt hîc videda. Primò,q̃ resurrectio quam ponit fides, & prout ponit eam fides: est posśibilis. Secũdò, q̃ resurrectio omniũ hominum est futura. Tertiò,q̃ non erit naturalis , sed supernaturalis. 5 Primũ patet tripliciter.Primò sic,quia secundum q̃ habet.8.Meta. non est quærenda causa siue ratio quare ex materia & forma fiat vnum præter agens,quod introducit formã in materia:ex hoc sic arguitur,Manentibus principiis essentialibus rei corruptæ.(materia & forma eisdem secundũ numerũ,& agente quod põt ea vnire posśibile est rem corruptam eandem numero reparari:sed corrupto homine remanent principia essentialia eius eadem quæ prius.(materia & forma, & Deus quí põt illa vnire: ergò homo corruptus põt idem secundũ numerum reparari. Maior patet, qa sicut corruptio cõpositi est per separationẽ suarum partium,siue post corruptionẽ partes remanant,siue non: ita etiã eius reparatio est per hoc, q̃ partes eius adinuicem reuniunt,quæ si sint vt prius eædẽ,& compositum erit idem quod prius. Minor similiter patet, quia corrupto homine remanet materia, q̃ est ingenita & incorruptibilis, sicut dicit i fine primi Physicorũ, remanet etiã anima rationalis, q̃ supponit incorruptibilis & esse substãtialis forma hominis, Deus etiã põt illa vnire: qa põt omne illud quod non implicat contradictionẽ: formam autẽ vniri materiæ non implicat aliquã contradictionẽ:imo habet magnam aptitudinẽ,cùm forma sit de se nata perficere materiã , & materia sit de se nata perfici à forma. quare &c. 6 Sed contra istam rationẽ instat sic,qa non est eadẽres numero, vbi non est idem esse numero,sed homo reparatus & prius existẽs non habet idẽ esse numero:ergò non est idẽ homo numero. Maior patet de se,sed minor probaꝫ, qa sicut generatio est à non esse ad esse:ita corruptio est ab esse in non esse:sed in generatione non esse tollit & esse acquiritur:ergò in corruptione esse tolliꝫ & non esse acquiritur:sed esse hominis corrupti non reparaꝫ idẽ secundũ numerũ,vel saltẽ præcedens ratio hoc non probat:qa non dicit aliquid idem numero redire,nisi per hoc q̃ partes eius remanent.quare &c. 7 Sed ad hoc dicendũ, q̃ hæc instãtia non concludit,siue esse sit additũ super essentiã,siue sit vnum cũ essentia. Si enim sit additũ essentiæ,non cõpetit essentiæ esse nisi ratione formæ. Per materiã enim cõpositũ non habet aliquod esse actuale de quo loquimur:sed tantùm posse esse:ita vt materia primò recipiat formã,& mediante forma esse actu: sic q̃ forma est immediatũ receptiuũ ipsius esse,& ratio recipiendi ipsi materiæ: & hoc modo corrupto homine nõ corrumpit esse, sed remanet in anima reparata, & idem redit anima reunita. Et quod dicit contra hoc , q̃ per corruptionẽ esse amittitur verum est: non tñ vt omnino non sit,sed vt non sit esse cõpositi qd̃ corrumpit. Quòd si dicaꝫ,q̃ oportet ipsum omnino corrumpi ita vt non sit:sicut in generatione oportet esse acquiri ita vt de nouo sit,dicendũ q̃ non valet:qa secundũ Philosophũ. 12. mẽta. causæ formales non præexistunt generato

Art.1. Posśibilitas resurrectionis subtiliter declaratur secundum Du.hîc.q.1.

Instantia.

Solutio pulchra.

generato, forma enim q̃ est terminus generationis nullo modo præexistit generationi aut generato, post corruptionẽ tñ nihil prohibet aliquã formam remanêre vt ibidem dicitur: & idem est de esse cõsequente forma: & sic patet, q̃ nõ oportet esse hominẽ simpliciter corrũpi corruptione hominis. Sed dico etiã q̃ corrũpet nec iterare tur idem esse numero q̃ nõ propter hoc sequeret, q̃ non rediret idem homo numero: qa secundũ hanc viam esse non pertinet ad essentiã, sed est aliquid posterius consequens eam: & ido facta variatione in esse non oportet necessario fieri eam in essentia: si autẽ esse sit idem cum essentia, tunc per resurrectionẽ redibit idem esse numero per ratiõ prius factã: qa esse vel est idem cum materia vel cum forma, vel cũ cõposito: sed quicqd istorum detur habeꝛ propositũ: qa tam materia q̃ forma hominis remanet compositũ, etiã redit idem ꝓpter identitatẽ partium, quare & esse si sit idem cũ composito. 8 Quamuis autẽ hæc sint subtiliter dicta, tñ põt instari contra solutionẽ datam ad instantiã sic: qa non sicut quãtitas eucharistiæ separata secum trahit figurã, qua mediãte ipsa inerat substãtiæ, non sic inquã est in proposito: qa illorũ quæ insunt homini per animã quædã habent animam, sicut principiũ & subiectũ propriũ vt potẽtiæ abstractę: quæ non sunt coniuncti: & has secum trahit anima, nec cum corpore corrũpunt: sed aliæ sunt q̃ se habent ad animam sicut ad principiũ: sed nõ sicut ad solũ & propriũ subiectũ: cùm sint potẽtiæ cõiuncti, vt oẽs potẽtiæ organicæ: quæ q̃uis insint corpori mediãte anima: qa corpus non est natũ nisi inquantũ est viuũ & animatũ anima sensitiua: nihilominus in morte corrũpunt, & nõ cũ anima separant: nisi in radice: ergò cùm esse existere & subsistere non sit propriũ animæ sed cõpositi & suppositi licet sit ab anima: non tñ cum ea separaꝛ sed corrumpitur sicut cõpositũ, & cætera cõpositi & coniuncti. 9 Contra secundã solutionẽ est, qa si esse differt ab essentia formæ & materiæ: non propter hoc sequit, q̃ differat ab essentia suppositi de cuius ratione est subsistere: propter q̃ humanitas in Christo nõ est suppositũ, qa non subsistit: licet habeat alia q̃ sunt de essentia: vnde si humanitas à diuinitate separaretur esset eadẽ humanitas & essentia q̃ prius: sed nõ idem suppositum quod prius, qa non idem subsistere: nos autẽ non quærimus vtrũ eadem hũanitas, sed vtrũ idem homo numero resurgat de suppositõ intẽdentes de cuius essentia est ipsum subsistere. 10 Contra tertiã solutionẽ est, qa licet vt dictũ est esse nõ sit idẽ cũ essentia materiæ & formę, nihilominus põt esse idem cum essentia suppositi: nec est verũ q̃ cõpositũ nõ includat aliud re à partibꝰ: qa si homo esset anima & corpus, & nihil aliud: tũc senarius esset bis tria formaliter, & nõ tantũ semel sex, quod negaꝛ. 5. Meta. Ex quo etiã aliqui volunt ostẽdere, qũo potest extẽdi siue hoc q̃ forma vel materia primò extẽdatur: qa compositũ substãtiæ subsistentis tria includit, materiã & formã partis & formã totius: quasi cõpletissimã, & ipsum esse: vnde cũ ens dicaꝛ ab actu essendi secundũ Aui. nõ erit idem ens nisi habeat idem esse, & si haberet eandẽ essentiam. 11 Posset ergò sic dici quarto, q̃ suppositа differentia esse ab esse materiæ & formæ, qa si ab eis non differat: instantia nulla est, qa licet agẽs vnũ posit habêre diuersum numero effectũ: tñ effectiuũ cũ forma etiam in diuersis receptiuis habet vnũ effectũ formalem suæ naturæ, relicta etiã si diuersis illud cõicet, sicut forma nutriti esse vnum cõicat materiæ præexistẽti & materiæ alimẽti aduenięti: & quãtitas vnu esse extẽsum substantiæ, & qualitati: vnde cùm esse sit effectus formalis formæ, maximè qñ est vna numero: materiæ vnus effectus qui est esse numero cõicaꝛ: quare suppositа eadẽ forma & materia: sequitur idẽ esse indifferẽs cùm sit effectus formalis: si autẽ in Christo humanitas non habet suũ esse est supernaturale, & sibi relicta haberet illud & assumpta perderet, & secundò dereliꝛta idem nũero haberet, sicut quãtitas altaris habet idẽ esse numero. 12 Secunda rõ principalis talis est. Qui põt maius põt & minus, in his saltẽ in quibus minus includitur in maiori; sed maius est principia hominis producere & producta vnire: q̃ supponere ipsa producta & ipsa vnire solũ, hoc enim includit in primo, sed Deus potuit principia essentialia hominis ꝓducere & producta vnire, sicut fecit in prima rerũ creatione: ergò fortiori ratione põt principia essentialis hominis iam producta & manentia vnire: quod est hominẽ iam corruptũ reparare 13 Sed cõtra hìc diceret aliqs, qa videmus q̃ agens naturale põt producere formã & producẽdo vnire: quã tñ productã & præexistentem non põt vnire materiæ: si enim est aliqua forma substantialis vel accidẽtalis separata à materia virtute diuina: agẽs naturale non posset eam vnire materiæ: ergò dato q̃ Deus posit principia producere & producendo vnire: non sequitur tñ q̃ ponit ea producta & præexistẽtia vnire, non adinuicem.
14 Et dicendũ ad hoc, q̃ non est simile de Deo & agente naturali, qa Deus habet virtutẽ super formam, siue sit in materia siue sit separata: agens verò naturale non habet virtutẽ super formã à materia separatã, qa oĩs agentis naturalis actio est circa materiam: & ideò ad ea quæ sunt à materia separata nullo modo attingit. 15 Ex quo põt sic argui, nullus põt facere vnionẽ aliquorũ, cuius virtus & actio non attingit ambo extrema vnionis: sed virtus & actio agentis naturalis non attingit formã à materia separatã ex natura propria: vt anima humana sine virtute diuina: vt aliæ formæ materiales substantiales vel accidẽtales: virtus autẽ & actio diuina æqualiter se extẽdunt ad formã separatã & non separatã: ergò virtus diuina põt vnire formã separatã præexistentẽ: nõ autem virtus naturalis agẽtis. Quãdo ergò dictũ est prius, q̃ maius est producere & producta vnire, q̃ solùm vnire præexistentia: verũ est respectu agẽtis cuius virtus se extendit æqualiter ad formã separatã sicut nõ separatam: tunc enim vnũ includit in altero sicut minus in maiori.
16 Sed adhuc huic rationi põt sic instari non obstante hac declaratione: qa maior, videl falsa. Natura enim põt aliquis producere & productũ vnire, quod separatũ manens sibi subditũ non põt reunire, sicut natura producit quantitatẽ & productã vnit substantiæ panis: qua conuersa natura põt attingere adhuc quantitatẽ illã separatam à substãtia alterãdo & corrũpendo: & ex ea aliquid generãdo, & tñ ipsa non põt alicui substãtiæ vnire: nec illi quæ est cõuersa: qa ipsam non põt attingere propter quod ibi cessat obiectio: nec alij cuicunq; qa accidẽtia non migrant: ergò aliquid põt producere & productum vnire: quod tñ non ipsa ipsum separatũ eidem vel alteri vnire licet posit vt prius ipsum attingere. 17 Solutio, licet posit ipsum attingere, non tñ alterũ cui fuit vnitũ. Item si põt aliam substantiam attingere: non tñ cui accidens natũ sit vniri. Anima autẽ q̃ nata est subsistere, nata est etiã vniri maximè corpori cui fuit vnita: sed accidens sicut non est natũ subsistere, sic de subsistente non est natũ inhærere, vel inhærendo vniri, nisi fortè illi cui prius infuit vel inhæsit &c. 18 Tertia ratio principalis est ista, non est difficilius animã intellectiuã reunire corpori postquã est separata, q̃ si fuisset per se existẽs corpus: qa non minorẽ ordinẽ nec minorẽ inclinationẽ habet ad corpus anima, quæ iam fuit corpori vnita: q̃ si nunquã fuisset corpori vnita: sed Deus potuit animã intellectiuã producere per se existentẽ anteq̃ fuisset corpori vnita: & post corpori vnire: hoc em̃ sensit Aug. de anima primi

Examinatio opin. Dur.

Rñsio Doct

Solutio.1. ad cõclu.

3. Rõ. Dur. suprà.

ma primi hominis. s. q̃ fuit producta cum angelis: ex sexto die in formatione hominis corporis vnita: ergò multo fortius põt Deus animã à corpore separatam corpori reunire, quod est hominẽ corruptũ reparare per resurrectionem: patet ergò q̃ si in homine nõ sit alia forma substantialis præter animam intellectiuã: & illa sit incorruptibilis: q̃ Deus põt ipsum corruptũ eundẽ numero reparare: & idem esset si in homine esset forma corporeitatis ingenerabilis & incorruptibilis, vt quidã posuerunt.

Declaratio Doct. 19 Sed hæc ratio habet instantiã: quia non est æquè facile vniri formã materiæ habenti proprias dispositiones sicut contrarias: siue igitur anima sit creata ante corpus siue cum corpore ipsum vniri corpori organico pro vitam habenti: cùm hæc sit propria dispositio non est impossibile: sed reuniri cadaueri vel puerì habẽti dispositionẽ oppositã non est possibile. 20 Sed hæc instantia non valet, qa in limo terræ & costa Adæ ita erant dispositiones cõtrariæ, sicut in cadauere, & hmõi erunt illa corpora & nõ qualia in vtero matris qñ anima infundi tur: & eodẽ instanti quo forma terræ vel costa fuit corrupta anima fuit introducta, sicut in instanti quo forma cinerũ amouebiꝭ anima rationalis reunietur. ideò &c.

Art. 2. Resurrectio de facto futura: probaꝰ 21 Quantùm ad secundũ dicendũ est, q̃ resurrectio est futura secundũ fidẽ: resurrectio inquã omniũ qui non resurrexerunt in vitã immortalem: quãuis resurrexerint in vitam mortalẽ: quod dico propter aliquos de quibus dubitatur. Probatur autẽ illa cõclusio primò per articulum fidei in symbolo Apostolorũ, Carnis resurrectionẽ, Vitam æternam, Amen. Et in symbolo Niceno, Expecto resurrectionẽ mortuorum, & vitam futuri sæculi. Et per symbolum Athanasij, Ad cuius aduentũ oĩes homines

Ratio.1. resurgere habent &c. 22 Persuaderi etiã hæc conclusio sic põt. Primò, ex ordine naturæ sic. Nõ decet authorem naturæ potissimã inter creaturas relinquere imperfectam quo ad inclinationẽ naturæ: sed anima rationalis est vna de nobilissimis & potissimis creaturis: vtpote ad imaginẽ Dei facta: ergò non decet eam perpetuò remanêre imperfectã quo ad inclinationẽ naturæ: maneret autẽ imperfecta si semper esset à corpore separata: cũ naturaliter appetat vniri corpori, sicut forma materiæ: ergò decet autorẽ naturę cã corpori reunire, qd' fiet ĩ resurrectione. 23 Secundò, idem patet ex ordine diuinæ iustitię: decet enim diuinã iustitiã, vt ille qui meruit præmiꝛtur: & ille qui demeruit puniaꝛ: sed meritũ & demeritũ licet principaliter consistat in actibus ipsius animæ: tñ hoc cooperatur totũ compositũ, qa actiones sunt suppositorũ: ad hoc etiã cooperantur virtutes quæ sunt totius cõpositi, vt sensus, fantasia, & hmõi, sine quibus non sunt intelligere nec velle, & per cõsequẽs nec meritum, nec demeritum: solus etiã status in corpore est status merendi & demerẽdi: qa post mortẽ nullum est meritum aut demeritũ: ergò decet diuinã iustitiam: vt homo præmiꝛ vel puniaꝛ non solũ in anima: sed in toto cõposito, quod non põt esse nisi per resurrectionẽ. 24 Sed

Ratio.2.

Contra.1. rationem. prima ratio habet instantiã: quia dæmon est perfectior creatura q̃ anima: & habet naturalẽ inclinationẽ ad beatitudinẽ supernaturalẽ: vel si non: qa eam non cognoscit naturaliter, tñ ad naturalẽ quã cognoscit & qnam semel habuit: qa naturale desideriũ in eo est in quo naturalia remanserunt integra, sed beatitudo naturalis non est in eis sicut in pueris in limbo: quã non cõpatiꝭ summa miseria quã habent: ergò maior est falsa. Si dicaꝛ, q̃ hoc est propter pœnã: tunc saltẽ in pœnis ratio ista deficit: vt .s. non rehabeant corpora, quæ malè amauerũt: sicut nec dæmon beatitudinẽ quam malè amauit: plus enim spiritus amat naturaliter beatitudinẽ q̃ corpus: quia põt appetere separari à corpore: non autẽ à beatitudine. Si dicatur q̃ in eis non est naturale desiderium ad beatitudinem, sicut nec ipsa beatitudo naturalis, non valet, quia naturalia quæ pertinẽt ad potentias remanserunt in eis integra, & primi actus naturales. Sed illi actus in quibꝰ beatitudo cõsistit, quæ dicit naturalis, non qa insit à natura: sed qa est acquisibilis per naturã: licet fuerit creata cum natura per gratiã gratis datam, ab illa exciderũt & non est in eis: sicut enim Adam creatus fuit in beatitudine naturali: quam tũ per pœnã perdidit, non tũ desiderium ad eam: sic & dæmon creatus fuit in beatitudine quam tñ erat acquisiturus per vnum actum & eam perdidit. ideò &c. 25 Quantũ ad tertium est, q̃ resurrectio non erit naturalis: quãuis posit dici via ad naturam: quia est via ad formã quæ potissimè dicitur natura. Quòd autẽ simpliciter non sit naturalis patet: tum quia non est à principio actiuo naturali, tum quia non est secundũ modum & ordinem naturalem. ideò &c.

Art. 3. Resurrectio non erit simpliciter naturalis. Obiectio. 26 Sed contra istud est, quia si prima ratio addita ad primũ articulũ esset bona: tunc posset dici q̃ resurrectio fieret sola virtute naturæ: nec requireꝛet ad eam aliqua actio Dei præter illã qua cõseruat Deus res in esse, quia maior est inclinatio formæ ad materiã q̃ inclinatio corporis naturalis ad locũ suum, sed corpus naturale extrà locum suum existens: puta graue existens sursum ad hoc q̃ descẽdat deorsum non requirit aliquod per se mouẽs sed solũ remouẽs prohibens vt apparet. 8. Physi. quia ad naturã grauis cõseruatã in esse per se sequit talis motus remoto prohibente: ergò similiter ad hoc q̃ forma separata à materia, vt anima, reuniatur materiæ: nõ requiritur aliquod vniens effectiuè, & per se quod noua actionẽ vniat ipsam materiæ: sed sufficit conseruatio naturæ eius ad quã sequitur talis vnio naturaliter remotis à natura dispositionibus contrariis: quæ prohibebãt vnionẽ isti autẽ remouent in generatione singulorũ hominũ: ergò videt q̃ in resurrectione singulorum hominũ animæ quæ erant separatæ naturaliter materiæ vniantur.

Duran. vbi suprà ad secundũ instãtiam. 1. rationis. 27 Ad hoc autẽ quidã dicunt, concedendo totũ processum rationis vsq; ad illud quod dicitur, q̃ in generatione singulorũ hominũ remouentẽa quæ impediunt animam separatam vniri materię: hoc enim non est verum, licet enim materia prima secundũ se nata sit recipere omnem formam: non tñ prout subest virtuti talis motoris, id est, virtuti formatiuæ quæ est in semine: sic enim disponit solũ ad susceptionẽ animę creatę: qa in actionibus naturalibus semper disponitur materia ad formam nondum existentẽ, sed de nouo producendã. Cursus eũ naturæ hoc habet, q̃ forma quæ est terminus generationis vel cuiuslibet actionis naturalis: non præexistit generationi vel actioni naturali vt habeꝛ. 12. Metap. Item si per agens naturale disponereꝰ materia ad susceptionẽ animæ separatæ qua ratione disponeretur ad vnam: eãdem ratione ad quãlibet: nõ est dicendũ q̃ ad quãlibet: quia qua ratione reciperetur vna, eãdem ratione recipe rentur omnes, quod non est posibile: ergò ad nullam.

Impug. Doctoris. 28 Sed videt q̃ nec prima solutio nec secũda valeant: quia ratio arguit ex hoc q̃ dispositiones cõtrariæ remouẽtur, quod est verũ: qa fit resolutio vsq; ad materiã primam: & nõ arguit ex hoc q̃ sit disposita ad istam formã: & quia ad hoc q̃ corpus naturale moueatur ad suum locum non requiritur disponens, nec dispositio superaddita, sed solũ remouẽs prohibens: & remotio prohibẽtis: maximè secundũ istos qui dicũt, q̃ in resurrectione non præcedit organizatio, nec aliqua dispositio inducta: sed sola collectio puluerũ & destructio formę ipsorũ vsq; ad materiã primã, quod põt fieri per naturã. Prima solutio deficit: qa quod agens naturale non disponat ad formã præexistentẽ, sed solũ producendã: patet esse falsum: qa in nu-

Dur. q. 4. art. 1.

in nutritione vis nutritiua disponit nutrimentũ,ad hoc ꝙ vniat animę nutriti prędisposito. Et similiter si aia est vbiq, vel nusquã secũdũ eos: oportet ꝙ fiat realiter prę-sens corpori cui reuniet. Si ergo in instãti quo fiet resur rectio esset fœtus dispositus vltimate eiusdẽ materię nu mero,quã prius saltẽ tũc naturaliter reuniret sicut prius fuerat. Quod aũt dicit,ꝙ causę formales nõ prędisposito generato,verũ est vbi est generatio totaliter noua & cõ pleta: aliter secus vt in nutritione dictũ est,& motu au gmenti & decrementi: & intẽsionis & remissionis secũdũ eos. Secũda etiã solutio nõ valet:quia cũ anima sepa rata habeat inclinationẽ naturalẽ ad materiã in qua fuit: & nõ ad aliã: indeest ꝙ sicut remouere prohibẽs à corpo re naturali facit ipsum tẽdere ad locũ propriũ:& non ad aliũ.sic & hic nudare materiã forma: nõ est ipsum dispo nere indifferẽter ad omnẽ animã separatã,sed ad illã so lam q̃ in ea fuit. Sed verũ est ꝙ si plures animę separatę fuissent in illa materia:sicut & fuerũt multæ formæ corrupte:tũc apparẽs esset solutio. Sed istud aut non est aut raro est:& tunc diceret aliquis ꝙ ad primo habitã inclinaretur. Potest ergo respõderi ad instãtia, ꝙ nõ est simile de mobili ad locũ quod habet formã, ad quã nat' est sequi motus siue per se mouente:& de materia prima ad eius appetitũ nulla gñatio nata est sequi: nisi adhibito per se generante:nec est simile de inclinatione animę ad materiã,& corporis naturalis ad suũ locũ: quia si illa ac cipiatur habitualiter pro natura animę,q̃ est imperfecta extra totũ propter quod appetit reuniri sicut perfici: ad istũ tn̄ appetitũ nõ sequitur vnio nisi alio per se disponẽ te,sicut anima nutriti nõ vnit materię alimenti: nisi per alterationẽ ipsius alimẽti quę est à vi ipsius animę coniunctę: sed nulla talis est in anima separata,ideo.&c. Si verò appetitus ad corpus accipitur motus & desiderium voluntatis:licet ad velle angeli sequatur motus localis: nõ tn̄ motus qui sit gñatio nec nutritio: nec huiusmodi: ad velle autẽ animę nec motus localis sequitur: nec per consequens vnio ad corpus quæ esset quędam regñatio: sed grauitas & leuitas sunt quędã qualitates additę sub stãtiæ,ad quas natus est sequi naturaliter talis motus: vñ non est simile. 29 Ad argumentũ in oppositũ est di cẽdũ,ꝙ finalis & cõpleta remuneratio & punitio malo rum:nõ potest esse in anima solũ:sed in toto cõposito. Et qđ arguitur de illis qui sunt in purgatorio q puniuntur solũ in anima: dicẽdũ,ꝙ illi nõ merentur finalẽ punitio nem cũ non sint dãnati simpliciter: sed saluandi: puniũ turtn̄ secundum quid, quatenus sunt debitores alicuius pœnę citra finalem dãnatorũ simpliciter,qui punientur in anima & corpore.

Vera solu.

QVAESTIO SECVNDA.

De corpore an tale idem numero posit naturaliter redire.

QVAERITVR secũdo vtrũ aliquid corruptũ possit per naturã idẽ numero repa rari. Et arguitur ꝙ sic. Nã negatio illa quę succedit corruptionẽ rei est eiusdem rõnis cũ negatione:quę præcedit rei productio nem:sed illa negatio q̃ præcedit gñationem rei nõ impe dit eius productionẽ. Ergo nec illa quę sequitur impedit quin eadẽ res producatur. Item variato posteriori non oportet variari priùs:sed veritas rei prior est q̃ eius per manentia:& permanentia posterior est, veritate rei. Ergo variatio in permanẽtia:seu in cõtinuatione durationis, quæ est per mediã corruptionẽ inter generationẽ rei & eius reparationẽ non impedit eius vnitatẽ. 2 In con trariũ est quod dicit philosophus secũdo de generatiõe; quia quorũ substãtia deperit non possunt eadẽ numero redire,saltẽ virtute naturæ de qua loquitur philosoph⁹. 3 Rñdeo,hîc sunt tria faciẽda:quia primò, recitabitur quędã opinio singularis cũ suis motiuis. Secũdo: ponet aliorũ reprobatio ꝓbabilis. Tertio inquiretur de dictis vtriusq;. 4 Quantũ ad primũ dicunt quidã,ꝙ natura seu agens naturale põt rem corruptã eandẽ numero re parare:& ratiões istius opiniõis sunt illæ quæ tactæ sunt in arguẽdo.& præter istas duæ aliæ. 5 Prima talis est. Manente eadẽ materia vel subiecto:& eodẽ agente secũ dum numerũ oportet effectũ esse eundẽ secundũ nume rũ:sed idem agẽs numero quod prius produxit aliquam formã,& idẽ subiectũ quod prius eã recepit eadẽ nume ro possunt remanere post corruptionẽ rei: & concurrere ad actionẽ. ergo per talẽ actionẽ potest idẽ numero redi re. Maior patet per philosophũ. 8. physi. qui dicit, ꝙ di uersitas effectus reducitur in diuersitatem causæ efficiẽ tis:vel materiæ. ergo vbi nulla diuersitas ex parte mate rię: vel agẽtis ibi nulla põt esse diuersitas in effectu. Mi nor etiã manifesta est:quia lumine causato in aere à so le,& corrupto per interpositionem alicuius opaci remanet idem sol & idem aer. ergo. 6 Secunda ratio est ta lis. Ponamus aliquẽ effectũ factibilẽ in tribus signis tem poris. a. b. c. cõstat ꝙ idẽ numero effectus est in a.& in.c. sed existẽtia eius tã in a. q̃ in.c. nõ depẽdet ab existentia eius in. b. ergo qd' fieret in a.& nõ in b. adhuc posset esse idẽ nũero in.c. hoc autẽ nõ esset nisi corruptũ posset idẽ nũero reparari. ergo &c. Et respõdẽt isti ad auctoritatem philosophi, secundo de generatione: ꝙ intentio philo sophi est,ꝙ ea quorum substantia non deperit redeunt eadem numero: sicut sol est idem numero in qualibet cir culatione: sed ea quorũ substãtia deperit non est necesse eadem numero redire: sed nõ intendit ꝙ nõ sit possibile. Et in tantũ procedũt isti,ꝙ nõ solũ dicũt eandẽ formam numero posse reparari per actionẽ naturæ in aliis ab ho mine,sed etiã in hoîe,dicẽtes ꝙ formã corporis organici quã ponũt in homine aliã ab anima intellectiua: potest natura vel agens naturale eandẽ numero reparare. Nam agens potest approximari eidem passo numero: vt prius & interruptio non plus impedit reparationẽ eiusdem in numero hîc q̃ in aliis. Dicunt tn̄ ꝙ natura nõ põt eodem modo eadẽ numero reparare quo Deus reparabit in re surrectione. Nã natura producendo formas in materia vtitur determinato processu: vñ septimo Metaphy. dicit philosophus ꝙ ex aceto nõ fit vinu immediate, licet ecõ uerso ex vino fiat immediate acetũ. In resurrectione aũt non obseruabitur talis processus,sed subito actione diui na resurgent corpora sub quacunq; forma inuenta fue rint. Addunt autẽ quod licet natura possit formã corpo ris organici reparare eandẽ secundũ numerũ: tũ nõ põt esse causa effectiua vnionis animę cũ corpore. Quod pro bant: quia illa causa esset vel corpus: vel anima. Corpus nõ vt de se patet: nec anima: quia causa æquiuoca simpli citer nobilior est suo effectu, vt dicit Augustin⁹ in libro. 83. quæstionũ. 82. q. &. 12. super gene. ad literã: & Auic. 6. metaphy. suæ. ca. 3. sed hõ est perfectius ens: q̃ anima: quia totũ est perfectius sua parte, ergo anima nõ est cau sa effectiua hominis: esset autẽ si ipsa esset effectiua istius vnionis: quære &c. Item. secundo physicorum dicit phi losophus, ꝙ forma & efficiens non coincidunt in idem secundum numerum, sed anima est forma hominis. ergo non potest esse causa efficiens ipsius. 7 Quantũ ad se cũdum est sciendũ, ꝙ quidã dicunt hanc opinionẽ nõ esse cõsonam philosophiæ nec veritati. Philosophiæ nõ cõsonat: quia expressa intentio philosophi est, ꝙ illa quo rũ substãtia est corruptibilis nõ reiteratur eadẽ secundũ numerum

Articul⁹. 1. Opi. 1. Sco. hic. q. 3. ar. 1. Richar. ar. 3 q. 1. & aurco li.

Rõ. 2.

Opi. 2. duũ.

numerum, sed solũ secundũ speciem: vnde dicit sic, Quo rum quidẽ igitur substãtia incorruptibilis mota, mani festum est qm̃ numero eadẽ erunt. Motus enim sequit̃, ꝙ mouet̃, quorũ autẽ non sed corruptibilis, necesse est spe cie, numero autẽ non reiterari. Item nec veritati concor dat, quia q̃ aliquid depẽdet ab alio per se, & de necessi tate multiplicato eo necessariò ipsum oportet multipli cari, sed forma producta per se & ex necessitate depẽdet à sua ꝓductione: imò est idẽ secundũ aliquos quo dato magis haberet propositũ. s. ꝙ plurificata actione necesse est formã productã multiplicari. Constat autẽ ꝙ alia a ctio secundũ numerũ est illa per quã res primò produci tur, & illa per quã secũdò reparat: ergò & forma quę est terminus primæ productionis est alia secundũ numerũ ab illa q̃ est terminus secundæ. Quod autẽ illæ actiones Ratio. 6. sint duæ & nõ vna patet, qa quælibet earũ vel est motus vel mutatio sequẽs motum: sed motus qui sunt in diuer sis tẽporibus, & mutationes sequẽtes tales motus sunt ex necessitate diuersi motus, & mutationes quantũ est de cursu naturæ de qua nunc loquimur, & cõmunis doctri na Philosophi hoc habet ꝙ vnitas tẽporis requirit ad vni tatem motus & actionis. quare &c. Sequit igitur conclu sio principalis, ꝙ natura nõ põt eadẽ numero reparare. Qd' autẽ dicunt ꝙ natura põt reparare formã corporis organici in hoîe eandẽ nũero q̃ prius fuit: & tn̄ non põt esse causa vnionis animę cum tali corpore: non vr̃ verũ, quia agẽs quod põt in dispositionẽ materiæ q̃ est neces sitas ad animã introducendã, põt vt videt dici causa effi ciẽs hominis vel effectiua. Et hoc patet statim, qa secun dũ Phi. 2. Phy. homo gñat hoîem & Sol, & tn̄ nõ faciũt in materia hois nisi dispositionẽ q̃ est necessitas ad aîam: ꝙ quam homo est hõ, sed per te natura seu agens naturale põt reparare formã corporis organici eandẽ numero q̃ fuit prius, quæ quantũ est ex natura sua est dispositio ne cessitans ad animã posterius sicut prius: ergò sicut agẽs naturale dicit̃ generare hoîem, & esse causa primę vnio nis animę cũ corpore, eodẽ modo põt dici causa vnionis secũdæ, nec valet quod dicit̃, ꝙ nulla dispositio necessita tis est in materia ad faciendũ vnionẽ animę cũ corpore, quia efficientia illa non est à dispositione effectiuè sed à Deo agente, vel liberè, vt ponunt Theologi: vel ex neces sitate vt ponũt Philosophi. Illud enim non impedit pro positum nostrũ, quia sufficit nobis quod agens naturale eodẽ modo sit causa secundæ vnionis sicut primæ, & tan tùm infallibiliter cõcludit argumentũ, nec dicim⁹ ꝙ cor pus sit causa istius vnionis nec anima sicut isti arguũt: sed agens quod reparat vt dicunt eandẽ formã corporis Ad rationes Scoti. organici. 8 Ad rationes eorũ respondendũ est. Ad pri mam ꝙ agente & materia seu subiecto manẽtibus eisdẽ secundum numerũ oportet effectum esse eundem secun dum numerũ. Dicendũ, ꝙ non est verum, quia si vnitas agentis & materiæ siue subiecti sufficit ad vnitatẽ effe ctus: tunc sequeretur ꝙ eadem numero circulatio cœli quæ fuit heri esset hodie & cras & sic semper, quia idem numero cœlum manet & eadem numero intelligentia mouens: hoc autẽ est absurdum, ipsi etiam sibiipsis con tradicunt, quia in alio dicunt, ꝙ si in aliquo instanti ap propinquaret ignis generaret hunc ignem, & si in alio instanti appropinquaret ignis alius eidẽ ligno generas set illũ eundẽ ignem numero: ergò secundũ eos diuersi tas agentiũ secundũ numerũ non causat diuersitatẽ effe ctus numeralẽ: quare nec identitas identitatem: igitur supposito eodẽ subiecto & eodem agente secundũ nume rum non necesse est effectum esse eundẽ secundũ nume rum. Quòd autẽ dicit Phil. in. 8. Meta. ꝙ diuersitas effe ctus est ex diuersitate agentis & materiæ: intelligendum est de diuersitate specifica, sicut Phil. exẽplificat de arca & de lecto, quæ fiunt ex ligno propter aliã formã existen tem in mente artificis q̃ mouet ad vtrunq;: vnde plura litas materialis effectum, non cadit sub illa regula.

9 Ad argumentũ dicendũ, ꝙ vnitas & entitas effectus existẽtis in tribus signis tẽporis depẽdet per se à suo con seruante, & ab actione per quam conseruatur quæ actio interrũpitur si effectus sit in secũdo signo, & non in pri mo vel econuerso: actio autẽ interrupta & maximè natu ralis non põt per naturã eadẽ numero redire, quare nec terminus actionis. Alij tn̄ dicunt cõtra hoc, ꝙ non opor tet si motus vel actio non sit eadem numero, ꝙ terminus non sit idem numero, qa duo motus differentes secundũ speciem, vt motus circularis & motus rectus possunt es se ad eundẽ locum numero, vt patet ex. 7. Phy. Item Au gu. 3. de Trin. c. 9. dicit ꝙ generatio vnica & æquiuoca possunt ad idẽ terminari. Aliqua enim sunt quę possunt generari ex putrefactione & nihilominus ex propagatio ne. Item in proposito resurrectio & propagatio naturalis ad idem numero terminanturi & tamen sunt diuersę actiones differẽtes secundũ speciem, & ideò non sequit numeratio vel actio nõ est vna, ergò non est vna forma. 10 Ad primum istorũ respõnsum fuit prius, & similiter ad tertiũ ꝙ non est simile de actionibus quarũ quælibet producit terminũ actionis vt sit: & de actionibus quarũ neutra vel saltem altera non producit terminũ actionis vt sit, sed vt sit in hoc, uel aliud in ipso: pluralitas etiam primarum actionũ necessariò ponit pluralitatem termi norum: non autẽ pluralitas secunda quarũ sunt duo mo tus locales. s. generatio & resurrectio. 11 Ad secundũ dicendũ, ꝙ non fuit intẽtio Augustini, ꝙ productũ per propagationem & posteà corruptũ posit idem numero reparari per putrefactionẽ vel econuerso: nec propaga tio & putrefactio posit cõcurrere ad idem numero pro ducendũ, ita ꝙ per quãlibet actionẽ producat totũ, quæ sunt impossibilia, sed voluit dicere ꝙ aliqua sunt quæ se cundũ suam speciem possunt per propagationẽ produci vel per putrefactionẽ quod nõ esset cõtra propositũ no strum. 12 Quantũ ad tertiũ de veritate præmissorũ. Primò, ad authoritatẽ Philosophi nõ valet respõsio alio rum, quia aut ipsi intelligunt quod est possibile per na turam, sed nunq̃ contingit vel raro, aut ipsi intelligunt ꝙ frequenter vel semper cõtingit. Si secũdo modo mani festum est contra intentionẽ Philosophi, quia si illud cõ tingit: semper. s. idem numero reparari: ergò est necesse & non solũ possibile, quia sempiterna sunt necessaria. Si autẽ cõtingit frequenter & raro oppositũ: tunc Philoso phus debuit dicere magis ꝙ redeunt q̃ ꝙ non redeunt: quia quod est raro & per accidẽs non cadit sub arte, sed illud quod frequẽter est ponendũ à Physico. Si autẽ in telligit primo modo. s. ꝙ est possibile: sed raro vel nunq̃ contingit, falsum est, qa virtutes naturales agunt vt fre quenter vel vt semper. Si ergò virtus naturæ est ad idem numero reparandũ ergò vel frequenter vel semper idem numero reparat: & si cùm natura agit de necessitate na turæ illud quod potest quantũ & quãdo potest: per con sequens natura cœlestis quæ superioribus agit, vt sem per quandocũq; in superioribus ageret semper idem nu mero ageret. Et sic eadem erit numero circulatio hodie quæ heri, etiam si fuisset interrupta quod omnes dicunt etiam Deo esse impossibile: & eadẽ eclipsis numero sem per redibit, & illuminatio aëris & stellarũ semper eadẽ numero redibit ex quo natura illuminãtis & illumina bilis hoc potest. Ratio quam posteà tangit in quæstione tertia replicabitur. Processum autẽ primæ opinionis bẽ destruit cui potest addi, ꝙ sequeret si organizatio pos set eadem numero fieri per naturam quod & per conse quens resurrectio fieret per naturam, sicut generatio ho

minis,quia posibile est ꝙ illo instanti quo erit resurrectio generalis,fœtus in ventre matris virtute naturæ sit vltimate dispositus: & tunc redibit eadē anima numero si fuit eadē materia numero,quod est posibile qñ menstruū ex carnibus humanis vel ex embryone fuit: tunc enim nihil minꝰ faceret homo ad resurrectionē q̄ nunc ad generationē. Tertiū nō valet,qa sicut Sol generat homine ꝙuiuocè licet nobiliorē se, sic & anima faceret: & sicut forma nutriri facit se in materiā alimēti immediatè,secundū eū qui dicit potentiā nō differre ab essentia, non obstāte ꝙ agens & forma nō coincidūt,qa illud intelligit ꝙ idem non facit seipsum esse simpl'r cùm prius non esset: non autē quin forma præexistēs posit se cōicare corpori cui prius se nō cōicabat. 13 Ad primam rationē corū de agēte & patiēte,nō videt valēre de identitate & diuersitate, quia si diuersa agentia producunt vnum effectū non propter hoc sequit econuerso ꝙ vnū plura & diuersa, qa eīm in diuinis Pater & Filius Spirāt vnum:sed non propter hoc Filius duos:nec in creaturis videmus necesse cū ad vnum effectū concurrant quatuor causæ,ꝙ quælibet earū faciat plures effectus,imò necesse est cōtrariū. Solutio autē alia licet sit benè ad mentem Philosophi,tn̄ à simili potest argui,ꝙ sicut diuersitas specifica effectus nunq̄ est nisi ex diuersitate agentis vel patientis specifica:sic nec naturalis nisi ex numerali propter quod potest dici, quòd idem manens idem & eodem modo se habēs specie idē facit specie, siue illud esse specificū sit secundū substantiā,vel secundū accidēs absolutū vel relatū,quod tn̄ concurrit necessariò ad agendum sicut idē approximatū agit, non approximatū non agit,cū agere & non agere differant plus q̄ genere, inter agens tn̄ & patiens non est differētia in his: nisi in habitudine propinquitatis & distātiæ. Et similiter quia approximare nunc & prius non est idem numero sicut nec motus localis cuiꝰ est terminus, ita nec effectus eius nūc & prius est idem numero. Secùs autem quia in Deo vbi nulla est variatio per hoc quòd causat nunc & prius.

14 Ad secundā rationē de tribus signis, non valet solutio sua,vt dicēt in sequēti quæstione. Sed dicendū,ꝙ existentia hodierna vt sit eadem cum antehesterna dependet ab hesterna, non simpliciter nec respectu Dei, sed secundū quid,& respectu creaturæ,quæ creatura cōseruando aīn heri & cessando cōseruare heri,si hodie recipit cōseruare, non eodē mō se habet nunc sicut prius, mutata de otio in actum,qa omne genus creatum refert realiter ad passum quod Deo non conuenit: imò si propter hoc creatura agit aliud nunc q̄ prius necessario, qa aliter se habet nunc q̄ prius & non eodē modo per oppositū sem per se habens nunc sicut prius:si de necessitate naturæ egerunt semper egerunt eundē effectū quē prius, nisi effectū repugnarūt stare sicut motui,vel quia agit vt vult, facit hoc qñ vult, & non qñ non vult. 15 Ad authoritatē non valet respōsio per illud quod dictū est primò, qa diceret aliquis ꝙ sicut duæ generationes æquiuocæ non necessario terminātur ad effectū æquiuocū,sed vniuocum:vt vnus per putrefactionē generatus seminando alium generat vtiq; suæ speciei ex fœmella: simili modo per putrefactionē generata, qñ autē masculus & fœmella sunt vnius speciei genitū est eis vniuocū: q̄uis æquiuoce cum eis genitū, sicut Adam & Eua aliter producti genuerunt filios eiusdē rationis. Quod autē ab equo & asino generetur burdo vel mulus est, quia coeunt cum fœmellis alterius speciei: vnde aliter duæ generationes numero differētes terminant ad genita differētia numero. Sed qa ista ratio cōcluderet,ꝙ nec Deus posset hoc,dicendū ꝙ per naturā possunt duæ generationes terminari ad idem productū, qñ terminus per primā est productus: & per secundā non productus,sed cōicatus:sicut generatio & nutritio ad idē. Qñ verò per vtrāq; terminus producit per naturā sunt duo ꝓducta, sicut & duæ productiones:sed respectu Dei nō oportet qui pōt multiplicare media ad vnū extremū. Nec obstat de generatione vniuoca, qa diceret aliquis ꝙ illæ generationes sunt vniuocæ extrinsecæ. Equus enim creatus & generatus sunt vnius rōnis. Et per cōsequēs generatio & creatio sed'm ꝙ intrinsecè cōsideratæ: qa spēm accipiūt à termino ad quē:sed extrinsecè ꝓut dicit vniuoca q̄ est ab agēte vniꝰ rōnis,& æquiuoca q̄ ab alio sunt æquiuocè, sic eīm & ois generatio i qua cōcurrit agēs naturale vniuersale & particulare eiusdē rōnis habet rōnem ꝙuocè & vniuocè extrinsecè:nā intrinsecè est vna ꝙ essentiā. 16 Sed sciendum est cōtra primā rōnem superiꝰ positā,ꝙ non sequit: est idē nūero agēs & materia:ergò idē effectꝰ, qa si idē hō per eandā viā vadat & redeat,nō est ꝓpter hoc eadē itio, nec eadē ambulatio,qa valet habēre nouā mercedē & iustē. Similiter si dicat,ambulatio nō est res manēs sed successiua,dicendū ꝙ motus ita est effectus sicut res permanēs:vñ si ad vnitatē agētis & materiæ sequit vnitas effectus, ita tenebit in motu sicut in re ꝓmanēte. 17 Prætereà si qs eadē pēna in eadē tabula rescribat literā deletam,vel in eadē cera nūero, nō ꝓpter hoc est eadē litera nec figura numero q̄ prius. 18 Præterea idē agens puta Sol generauit non coagente agēte particulari nisi forte continēte,puta vermes in terra,nec ꝓpter hoc resuscitauit eundē vermem numero:sic etiā si vxor nutriretur carnibꝰ solis filiorū suorū cognita à patre eorū regeneraret eosdē numero,qa agens idē numero qui prius, Deus, homo,Sol, idem patiens eadē materia numero menstruum,quod est falsum. ideò &c. 19 Ad rationes principales dicunt quidā ad primā,ꝙ negatio præcedēs productionē rei & sequēs sunt eiusdē ratiōis quantū est de natura negationis, & secundū hoc neuter impedit productionē rei:sed sequēs negatio nō quatenus negatio solū, sed quatenꝰ interrūpēs entitatē rei ꝓexistētis facit ꝙ productio sequēs non est eadē cū ꝓcedēte, ꝓpter qd' nec res producta pōt esse eadē: hoc autē nō facit negatio præcedens. 20 Sed ista solutio nō valet,qa cōcluderet ꝙ nec Deus posset idē numero reparare & cōtra solutionē suā est,qa negatio ꝓcedens tollit oēm entitatē rei: non autē est plus entitatē rei interrūpere ad tps aliqd' ꝓcedens & ad tps supponere, q̄ ipsam ad omne tps ꝓcedens negare: quāto eīm aliquid plus distat ab entitate tāto minus pōt fieri ens:vndesi non obstāte ꝙ res nunq̄ habuit esse eadē nūero pōt ꝓduci, multo magis si semel habuit: dū tn̄ hoc ei non repugnet,nec agēti,igitur qñ taliseꝑ ꝙ nō pōt pluries fumi,sed tn̄ semel: tunc similiter res illa pōt fieri tn̄ semel non pluries,vt motus,qa fieri terminat ad esse cui repugnat pluries,vel sæpius esse & fieri. Idem est qñ repugnat pluries agenti vt creaturæ. Nam sicut alicui creaturæ repugnat pluries agere vnum effectum specie vt corruptibili,quæ fatigat, & tandē deficit sicut animalia cessant generare, sic repugnat toti creaturæ eundem effectum numero sæpius agere: qa omnis creatura aliter se habet postquā egit q̄ antè: vnde non pōt agere sicut antè in omnibꝰ & per oīa etiā si aliàs nō sit ex parte effectus repugnantia. Nec est dicendū,ꝙ nō sit defectꝰ ex parte effectus nec agētis,sed ipsius actionis, quia vbi est actio simplex sine motu & mutatione nihil ei repugnat,nisi quod repugnāt principio, vel termino: motui autem & mutationi aliquid repugnat ex se, quod neutri extremo repugnat, vt simultas vel aliquid huiusmodi.

21 Ad secundum dicunt illi idem per interemptionem minoris, quia permanentia rei non est posterior eius vnitate: imo verò magis est prior, quia permanentia non est nisi entitas rel. Rem enim permanēre non est aliud q̄ rem esse, & rem tantū permanēre tantū esse. Sic ergò entitas est aliquo modo prior vnitas: qa vnitas super entitatē addit indiuisionē, sic permanentia quæ est eadē cum entitate est prior vnitate:& ideò variatio permanentiæ variat vnitatē. 22 Sed hoc non videt benè dictum.f.ꝙ permanentia propriè dicta sit prior vnitate: quia posterius nunq̄ est sine priori:est autē instans tēporis habēs vnitatē:vnde & dicit indiuisibile: nō tn̄ habet permanentiā,nec dicit permanēs aut stans sicut nūc qui, aut æternitatis sed dicit nunc fluēs,& diuidunt successiua cōtra permanētia:vñ motꝰ habet vnitatē q nō habet permanētiā, ꝓut ꝓmanētia dicit durationē simul existentē. Itē nūc tpis habet vnitatē & nō permanētiā ꝓut dicit durationē verā quę nō est in instāti:sicut enim punctus nō est q̄titas nec momētū motꝰ,sed terminꝰ,sic nūc nō est duratio,sed terminus durationis: vnde quæ solo instāti durant, esse vnū habent,& esse permanens non habent. 23 Dicendū est ergò ad argm̄,licet virtute diuina possit prius manēre variato posteriore: tn̄ sed'm naturā sem per necesse est variato posteriore variari prius: sicut motio accidentium magis facta abiicit à substantia, & sic naturaliter variata rei permanentia licet posteriore:variatur vnitas,licet respectu Dei non sit semper necesse.

Impug.

Verior solu.

QVAESTIO TERTIA.

De *annihilato,an Deus posit idem numero reparare.*

Ratio.1. QVAERITVR tertiò, vtrum illud cuius essentia periit totaliter per annihilationem, vel in parte per cotruptionem, vt sunt oīa corporalia sub homine posit virtute diuina idem numero reparari. Et arguitur quòd sic, quia cui nō repugnat esse nunc & prius,ei non repugnat fieri nūc & prius,quia fieri ordinatur ad esse: sed angelo vel lapidi non repugnat esse nunc & prius,ergò nec fieri nunc & prius: hoc autē non potest esse sine media annihilatione & corruptione: ergò Deus pōt angelum annullatū vel lapidem corruptū eundem secundum numerū reparare. 2 Item si mundus esset annihilatus Deus posset saltem eundē secundum speciem reparare: sed reparādo eundem mūdum secundum speciem necessariò repararet aliquā partē eius eandē secundū numerū. ergò &c. Probatio minoris, quia aliquæ species sunt in quibus non pōt esse nisi vnicū indiuiduū,vt in angelis: illas ergò oportet reparare secundum idem indiuiduū quod præcesit. 3 Item sicut se habet locatum ad locū,ita tēporale ad tempus,sed Deus potest facere ꝙ corpus locale sit in locis distantibus, dato ꝙ non sit in loco medio:vt patet de corpore existente in cœlo & sacramēto altaris: ergò similiter pōt facere ꝙ res tēporalis sit in diuersis tēporibus distantibus,dato,ꝙ non sit in tēpore medio: hoc autem non posset fieri nisi per reparationem rei corruptæ. ergò &c. 4 Item agēs manens idem secundū se & secundū omnia quæ concurrunt ad actionē qualitercūq; potest idem numero facere:sed suppositō ꝙ mundus sit nunc annihilatus,& quæcunq; pars ipsius:Deus esset idem quiprius erat antequā mundum faceret, vel aliquid in mūdo: & eodē modo se haberet in se & in omnibus concurrētibus ad actionem qualitercunq;:quia nihil cōcurreret ad productionē cuiuscunq; rei:nisi Deus in quo nulla potest esse varietas: ergò Deus posset facere vel reparare eundem mundum quem fecit prius, vel aliquā partē eius si esset annihilata. 5 Item probatur idē per Aug. 22.de ciuitate Dei, vbi dicit,ꝙ si illa materia de qua homo factus est dedisset omnino in nihil & non mansisset in illis naturæ latentibꝰ,adhuc Deus posset eundē nūero reparare. 6 Item si illud quod corruptum est non potest idem numero reparari, sequitur ꝙ omnia accidētia quæ fuerunt & non remanent in anima separata, sint alia secundū numerū in homine resurgente:hoc autē est inconueniens saltem de propria passione. Non enim videt posibile ꝙ idem subiectum numero habeat vicissim aliam & aliam passionem numero. quare &c. 7 In contrarium arguitur,quia non minoris virtutis est Deus respectu successiuorum q̄ respectu permanentiū: sed Deus non potest reparare successiua corrupta:ita vt sint eadē secundū numerum,vt cōmuniter ponitur. Non enim posset eūdem numero motum reparare. ergò nec permanētia. 8 Respondeo,sicut tactum est in vltimo argumēto:entiū quędam sunt permanentia, vt angelus, bos, lapis: quædam transeuntia vel successiua,vt tempus, motus,& illa quæ ad motum & tempus pertinēt:vt sunt omnia quæ secundum naturam non possunt secundū idem pluries fumi. Primò igitur inquiretur de successiuis siue transeuntibus,an posint eadem secundū numerū reparari. Secundò,de permanentibus. 9 Quantū ad primū est cōmunis opinio,ꝙ successiua non possunt eadē numero reparari, cuius ratio assignatur duplex. 10 Prima, illud quod ad sui vnitatē essentialē requirit continuationem durationis non pōt esse idem interrupta duratione: sed omne successiuū vt motus & tempus requirit ad sui vnitatem essentialem continuationem durationis,quia sua vnitas est sua continuitas: ergò interrupta sua durationе non potest esse idem numero. 11 Secunda ratio talis est,ponatur ꝙ aliquis moueat ab.a.in.c. per.b.si motus pōt idem secundū numerū reparari sequet,ꝙ qñ mobile motū est ab.a.vsq; ad.b.& deinde mouet ab. a.in.c. ꝙ tunc posset primus motus quo mouebat ab.a. in.b.reparari hoc autē est imposibile:quia tunc idē moueret simul diuersis motibus eiusdē speciei: & iterū plures partes eiusdē motus essent simūl quorū vtrunq; est imposibile:ergò imposibile est eundū motū numero reparari. 12 Has autē rationes quidā impugnāt dicētes,ꝙ quicquid sit de conclusione: tn̄ rationes istæ sunt solubiles. Cùm enim primò dicit, ꝙ omne successiuum ad sui vnitatem essentialem requirit continuitatē:eo ꝙ sua vnitas est continuitas,dicunt ꝙ cōtinuitas quæ requirit ad vnitatem motus nō est cōtinuitas eius cum alio motu,quia sine hac quilibet motus est vnus in se: nec est continuitas eiusdē motꝰ ad seipsum,qa idem nō cōtinuat sibiipsi: sed est continuitas partiū concurrentiū ad eundē motū. Sola igitur interruptio huic cōtinuitati cōtraria soluit vnitatē motus: nunc autē ita est ꝙ interruptio quæ esset inter primū motū & eius reparationē non solueret illā cōtinuitatē, nec esset ei cōtraria. Ponimus enim ꝙ sicut prima vice partes motus fuerūt cōtinuatæ:ita & in eius reparatione.Interruptio ergò quæ poneretur solū argueret ꝙ motus primò existens & postea reparatus non essent duo motus cōtinuati constituētes per suā continuationem vnum tertiū motum:sed non argueret quin esset idē motus primò existēs& postea reparatꝰ. Quod autē primò assumitur,ꝙ motus requirit ad sui vnitatē continuitatem essendi, dicunt ꝙ continuitas essendi quā requirit motus non est ꝙ sit continuè & semper,alioquin nunquā terminaretur: sed est ꝙ cōtinuè duret quādiu est: & hoc potest poni dato ꝙ motus corruptus idem numero repararetur: quia tam prima vice q̄ secunda ponitur ꝙ eius duratio esset cōtinua successione partiū suarū continua. Dicunt etiā ꝙ secūda ratio clarè deficit: qa cū dicitur ꝙ si Deus posset reparare eundē motū secundū numerum,tunc prima pars motus q̄ trāsit ab.a. in. b. posset reparari dū adhuc secūda pars duraret.s.a.b.in.c. Dicendum,ꝙ

Ratio.2.

Ratio.3.

Ratio.4.

Ratio.5.

Ad.argu.in oppo.

Durā.ad.1. princi.

Impug.

Ad.2.in op. Durā. ad.2. principale.

Ratio.6.

Rō.1.in cōtrarium.

Decisio.q.

S.Th.quotlib.4.q.5.

Ratio.2.

Duran. hīc q.3.art.1.

dum, ꝙ non est verum ꝙ etiam patet in permanẽtibus. Si enim ponamus ꝙ Deus posset reparare albedinẽ corruptã in aliquo cui succesisset nigredo opposita, vel alia albedo numero differẽs ad primã: tũ non diceremus ꝙ Deus posset reparare eandẽ albedinẽ stante nigredine in eodem subiecto, vel alia albedine numero differente. Non enim possunt opposita simul in eodem subiecto esse, nec duo accidẽtia solo numero differẽtia. Simul in proposito prima pars motus nõ põt reparari manẽte tertia: sed nullũ argm̃ est. Non põt hoc modo repararier: ergò nullo modo, imò est fallacia consequẽtis procedendo a destructione inferioris ad destructionẽ superioris. Aliquid enim implicat cõtradictionẽ vno modo quod non implicat alio modo. 13 Et ideò eandẽ conclusionem ipsi nituntr aliter ꝓbare præmittẽtes qũo successiua vel transeuntia different à permanẽtibus: ex quibus arguunt ad propositũ. Prima differentia est, ꝙ res permanens duratione sua non interrupta põt pluries sumi secundũ se totam & secundum quãlibet partẽ sui, vt hõ vel lapis: successiua verò & generaliter oĩa trãseuntia nõ possunt pluries sumi secundũ se nec secũdũ aliquid sui durationẽ sua nõ interrupta: vtrũ autẽ ea interrupta possint iterato sumi inquiretur: qa hæc quæstio quærit. Nunc autẽ sumamus absq, petitiõe illud qd' de se clarũ est inducendo in oĩbus. 14 Secũda dria est, ꝙ res permanẽtes sunt res ꝓpriæ & simpl'r, vt hõ, lapis, albedo, nigredo, & sic de cæteris. Res autẽ successiuę nõ sunt res ꝓprię & simpl'r: sed solũ quędã rerũ habitudines, vel quędã reales modi essendi, cuius ratio est, qa illud qd' aduenies alicui non reddit ipsum magis cõpositũ q̃ prius nõ est res ꝓpriè & simpliciter: sed talia sunt oĩa transeũtia & successiua, vt motus & tps & hmõi: non eĩm cœlũ est magis cõpositũ q̃ si staret, qa motus ad locũ nihil variat circa rem vt dicit 8. Phy. & idem est de motu ad formã, quantũ est præcisè de natura motus, qa nullã cõpositionẽ ponit secundũ se circa subiectũ præter illã quæ est formæ terminãtis motum, vt est res permanẽs. Ex prima differẽtia arguunt sic minus est rem iam existentẽ conseruare nè corrũpatur q̃ corruptũ reparare: sed in successiuis & trãseũtibus Deus non põt rem cõseruare nè corrũpat: ergò fortiori ratiõe nec põt corruptũ reparare: maior videtur manifesta sed minor ꝓbatur: qa si aliquod successiuũ vel trãsiens posset cõseruari dum est in esse corrũpereť: tunc pluries põt sumi, & sic esset permanẽs & nõ trãsiens. 15 Sed diceret aliquis quod de ratione trãseuntis est quod non possit pluries sumi continuè & non interrupta sua durationẽ: qa tunc esset stans & non trãsiens: sed nihil prohibet quin pluries possit sumi ea interrupta, nec propter hoc erit stans: sed qualibet vice erit fluens & transiens ꝓpter quod maior videtur falsa: qa magis videt cõtra rationẽ successiui vel transeuntis ꝙ possit permanẽre nè corrumpatur, q̃ ꝙ possit reparari postq̃ corruptũ est. 16 Sed illud non valet, quia si idem successiuũ, puta idem motus numero potest reparari: verum esset dicere ꝙ mobile subiectum esset bis motũ realiter: illud autẽ non dicetur ratione numerationis subiecti, qa illud est vnũ: nec rãtione numerationis spatij: quod similiter est vnum: ergò oportet ꝙ sit ratione numerationis motus vel durationis eius aut mensuræ extrinsecæ: si ratione numerationis motus habetur propositum: quia omnis realis numerus est pluriũ realiter: & ita motus ꝑcedens & sequẽs non essent vnus motus realiter: sed plures qd' esset nostrum propositũ. 17 Si dicatur ꝙ hoc est propter numerationẽ durationis, in idem redit: qa duratio motus non est aliud q̃ motus: & ideò si vnum numeratur realiter & reliquũ, nec ratione mensuræ extrinsecæ, vel cuiuslibet alterius extrinseci, quia Deus posset facere ꝙ esset solùm motus primi mobilis, & illum posset interrumpere & iterato reparare: & esset verũ dicere ꝙ cœlum esset realiter bis motum, non per numerationẽ alicuius mensuræ extrinsecæ: quia nulla esset, nec propter numerationem subiecti vel spatij aut mouentis: ergò per numerationem motus vel durationis, quod idem est. 18 Item eundem motum posse reparari vel simpliciter est possibile vel simpliciter impossibile, si possibile simpliciter: ergò erit possibile virtute naturæ. Probatio, qa quando cunq; aliquis effectus est simpliciter possibilis, & causa est æquè potẽs nunc & prius: ex tali causa põt idem effectus produci nunc sicut prius: si ergò reparatio eiusdem motus sit effectus simpliciter possibilis: ergò causa naturalis q̃ primò facit & eo corrupto remanet æquè potens sicut prius: posset illũ motũ eundẽ secundũ numerũ reparare: hoc autẽ est falsum: relinquitur ergò ꝙ reparatio eiusdẽ motus secundũ numerũ est effectus simpl'r impossibilis, talis autẽ effectus subterfugit oẽm causam: ergò per nullã virtutẽ põt motus idẽ nũero reparari. 19 Itẽ si motus posset idẽ numero reparari, codẽ modo posset & tẽpus: & sic dies q̃ præteriit posset statim reparari, & non solũ semel sed semper, & ita totus decursus tẽporis, esto ꝙ duraret in infinitũ: non esset realiter nisi vnus dies, imò vna breuissima hora vel breuissima pars vnius horæ: qa idem argumentum põt fieri de hora vel de parte horæ sicut de tota die, q̃ omnia sunt absurda. quare &c. 20 Ex secũda differẽtia sic arguiť, licet idem subiectũ possit esse successiuè sub oppositis formis vel habitudinib', impossibiletũ est & contradictionẽ implicat, ꝙ oppositarũ formarum & habitudinũ vna sit alia, nec simul nec successiuè, sicut possibile est ꝙ eadem aqua primò sit calida & posteà frigida, vel ꝙ idem homo sedeat & posteà stet: sed impossibile est ꝙ caliditas sit frigiditas, vel ꝙ sedẽre sit stare: sed si idem successiuũ vel transiens posset reparari: sequereť ꝙ vna habitudo esset alia: ergò impossibile est ꝙ idem successiuũ vel transiẽs repareť. Minor probať, qa sicut dictũ fuit successiua nõ sunt propriè res, sed habitudines rerum, sicut motus essentialiter est successio vel habitudo successionis mobilis in loco, & per eandẽ rationem partes motus sunt essentialiter partes successionis: partes autẽ successionis sunt prius & posterius vel potiꝰ prioritas & posterioritas, ita ꝙ quãdo dicitur ꝙ vna pars motꝰ est prior, & alia posterior, nõ est prædicatio denominatiua alicuius habitudinis additæ ad partes motus, sed est essentialis, qa partes motus sunt essentialiter habitudo ipsa prioritatis & posterioritatis existẽtiæ mobilis secundũ aliã & aliam partẽ in loco, sicut motus est essentialiter successio eius per totũ locum: si ergò pars motus quæ præteriit posset eadem numero reparari, tunc haberet habitudo prioritatis efficereť habitudo posterioritatis, quod est impossibile vt dictũ fuit. Patet ergò ꝙ successiua vel tempus & motus non possunt eadem numero reparari.

Qpi. Durã.

Opinio Doctia ad primam rationem non valet, quia ille motus non defen. ratio-
est vnius cuius partes non copulantur ad aliquẽ vnum nes. S. Th. &
cõmunem terminum, cùm ista sit definitio continui, sed Gode.
motus secundũ naturam interrupti, propter hoc solùm
partes non copulant ad vnum, quia est interruptus, nec
alia ratio: ergò si motus qui fuit ante heri & non heri, reparetur hodie ꝓpter interruptionẽ diei hesternæ, nulla
pars hodierni cum parte antè hesterni copulabiť ad terminũ cõmunem: ergò impossibile est ꝙ isti duo motus
sint vnum quorũ omnes partes adinuicem sunt discontinuatæ. Ad instantiã secundæ rationis posset dici, ꝙ
non est simile, qa non est contrarietas inter duas partes
eiusdem motus, sicut inter album & nigrũ, cùm illę duę
sint motus vnus numero & specie: istæ autẽ duæ formæ
numero

numero & specie differentes, nec essentiales partes alicuius vnius numero. Et similiter duo accidẽtia permanentia esse simul plus repugnat q̃ duo successiua in eodem subiecto, quia illa nullo alio distinguũtur nisi subiecto: hîc autẽ non solũ subiecto sed tẽpore & termino. 5. Physicorum. Sed secundũ veritatem non valet, quia prima pars motus puta ab. a. in. b. & secunda à. b. in. c. cõtrariantur, quia moueri ad aliquid & ab aliquo cõtradicũt: vnde cõtradictio maior esset idem mobile simul moueri ad. a. & ab. a. q̃ esse album & nigrũ, & tñ primũ contingeret si durante secunda parte motus, reformaretur prima. Similiter q̃ uis illud sit verũ, tñ si durante secunda parte motus prima repararer, non esset tẽpus quo distinguerẽtur, qa essent simul tẽpore. Si autẽ termino distinguerẽtur, tunc sequereť ꝙ simul & semel terminus pariciparer magis & minus, quod est impossibile. 22 Possent etiã impugnari aliquæ rationes corũ, quia ad suam rationẽ ipsimet benè instant nec soluũt ad instantiã, sed cõtra arguunt adducẽtes nouã rationẽ ad cõclusionẽ, & põt instãtia sic conformari. Pluseũ videť aliquid de nouo producere quod nunquã habuit esse, q̃ illud qd' aliquod esse habuit illo perdito reparať. Si ergo plus est aliquid corruptũ reparare q̃ existẽs ne corrũpaťcõseruare, similiter maius est illud qd' nunq̃ fuit producere q̃ ꝓductum cõseruare, sed motũ qui nunq̃ fuit Deus de nouo potuit ꝓducere, ergò multo magis productũ nè flueret & desineret cõseruare, cõsequẽs est falsum, ergò & antecedens. Et sic ratio benè cõcludit ꝙ motus non põt post quã fuit reparari: ita cõcludit ꝙ anteq̃ non fuit nõ potuit produci. Propter quod est dicendũ ꝙ maior est vera ex parte agentis, qa non est minoris virtutis producere & reparare q̃ productũ conseruare: sed ex parte effectus sunt aliqui quibꝰ repugnat cõseruari eodẽ modo nũc & prius sicut successiua, non autẽ produci: & ideò possunt produci ad essendũ, non autẽ cõseruari in essendo. Item talibus repugnat reparari in idẽtitate numerali, qa cùm sit faciliusesse paruo tẽpore q̃ multo: & omne in se indiuisum sit fortius diuiso, illud quod non põt nisi semel fumi dũ est in suo esse cũ suis partibus: multo minus aliâs, & si nõ post motus sic esse in isto die vnus vt pars prior sit posterior multo minus per dies diuisus. 23 Ad secundã rationẽ potest instari, qa ex sola numeratione habitionis vel habitudinis põt dici aliqd bis habitum sine hoc ꝙ habens vel habitũ sit multiplicatũ, sicut corpus Christi humanũ fuit in resurrectione bis animatũ vel viuũ sine binario corporũ & animarũ ex sola habitudine corũ adinuicem multiplicata, ita & in proposito.

24 Item si vltima sphæra moueret nihil esset ibi habẽs nisi cœlum, nec habitum nisi motus, nec vbi, nec aliquis terminus: & tñ sic diceret bis motus si eius motus interrumperer, sicut alia corpora q̃ mouenť ad vbi & locũ. Ratio tertia tangeť in sequẽti quæstione. 25 Quarta benè concludit, nisi ꝙ est petitio principij, qa cùm continuitas sit tota causa vnitatis in omni successiuo & motu & tempore, nullus dixerit tẽpus posse reparari qui negaret de motu. Sed si dicať ꝙ post diẽ iudicij erit vna dies nihil ad propositũ, quia loquimur de die quæ est motus cœli, tunc autẽ non erit. Sed aliquis diceret ꝙ nullũ est inconueniens si sit idem dies numero heri & hodie, sicut non est inconueniens si est idem asinus germani suscitatus & mortuus: & oculus perditus & restitutus.

26 Ad quintum videť ꝙ supponat multa falsa in prologo suo. Primò ꝙ res permanentes sunt res propriè & simpliciter dictæ, qa hoc est contra eum, quia relatio est res permanẽs quæ tñ est habitudo, & per consequẽs non res propriè & simpliciter secundũ eum, & secundũ eum sequentia sex prædicamenta non sunt res sed habitudines quorum tamen situs, habitus, & vbi, possunt habẽre esse permanens quod est contra suam Distinctionẽ. Secũdò, quia cùm motus sit actus entis in potentia, & ex actu & potentia propriè dictis fit cõpositio propriè & vera: videtur ꝙ omnis motus cum suo mobili faciat cõpositionem veram. Nec obstat quod dicit, ꝙ non veniat ad aliquid circa subiectũ: qa verũ est de motu ad vbi nisi per accidens in mobili corporali quod per motum calefit: motus autẽ ad formam per se variat aliquid circa subiectũ quantũ ad accidẽtalia: sed quantũ ad substantiã non nisi per accidens inquantũ generatio & corruptio sunt termini alterationis extrinseci. Tertiò, ꝙ continuitas successiua quæ per essentiam est motus non est habitudo, sicut nec cõtinuitas manens, vt linea, superficies, corpus, quia simul istæ species quantitatis ponuntur in prædicamentis: & sicut diuisibilitas in ea quæ insunt est ratio omnis quantitatis, ita continuitas omnis quãtitatis continuæ tam permanentis quàm successiuæ: differentia autem diuisa alicuius prædicamenti non videť esse species alterius, cùm prædicamenta sint impermixta: vnde cùm continuitas & prioritas sint differentiæ quãtitatis: quia prima diuidit contra discretã. Secũda contra permanentem, videť ꝙ ista non sint essentialiter habitudines quæ sunt de genere relationis. 27 Tertij adducunt tres ali- Opinio. 3.
as rationes, quæ etiam videnť solubiles ꝙ idem numerò successiuo non põt reparari. Primò, qa sicut continuitas est de ratione lineæ: sic de ratione tẽporis: sed Deus non Ratio. 1.
põt facere ꝙ linea discontinua fit vna, qa cùm numerus causetur ex diuisione cõtinui, contradictio est ꝙ fit continuum actu diuisum & non sit ibi numerus, & sic esset vnum & non vnũ, sed multa: ergò similiter ex quo est motus interruptus non est vnus. 28 Sed contra istam ra- Ratio. 2.
tionẽ est, qa sicut Deus nõ põt facere ꝙ duæ lineæ simul existentes actu diuisæ sint vna: sic etiã non põt facere ꝙ duo motus simul existẽtes discõtinuati sint vnus, nec de hoc est quæstio: sed sicut põt facere ꝙ linea annihilata eadẽ repararetur & habebit eandẽ numero continuitatem quam prius, non obstante discontinuitate tẽporis q̃ fuit media, sic & motũ qui fuit cũ sua cõtinuitate reparabit: non obstãte ꝙ sua cõtinuitas fuerit interrupta: sicut & cõtinuitas lineę fuit annihilata. 29 Secũda ratio est, ꝙ Deus non põt facere speciẽ generis alicuius simul cũ speciebus oppositis: sicut nõ posset facere aliqd' animal quod simul esset rationale & irrationale: aut colorẽ simul albũ & nigrũ, licet de Socrate q fuit animal rationale posset facere irrõnale, aut de nigro albũ, tñ nõ posset facere ꝙ esset vnũ idẽ numero totàl'r quod prius fuit rõnale & nũc est irrõnale: sed ꝑsens ꝑteritũ & futurum sunt driæ ꝑ se & essentiales in motu & tpe, ergò nõ põt facere de ꝑterito pñs: vt. ſ. qd' est ꝑteritũ idẽ numero sit pñs. 30 Sed ista ratio nõ videť valêre si motus est Solutio.
aliqua alia res à tpe, qa licet nõ possit fieri de ꝑterito pñs: sic nec de albedine nigredo si tñ hoc est verũ: tñ sicut subiectũ qd' est albũ fit nigrũ, sic videť ꝙ motus qui erat subiectũ tpis ꝑteriti fiat subiectũ tpis præsentis vel futuri: imò plꝰ videť ꝙ de vno cõtrario fiat aliud formaliter, qa nõ est maior incõpossibilitas inter cõtraria propriè dicta: puta albedinẽ & nigredinẽ q̃ iter formas substantiales distinctas ꝑ drias oppositas: puta, animatũ & inanimatũ, sed Deus põt subito facere de trũco vitulũ, & de nõ vino vinũ, & econuerso: ergò de albedine nigredinem, sed ibi est subiectũ cõmune qd' remanet, & forma cedit formæ, nõ vna fit alia. ideò &c. 31 Tertia rõ est Ratio. 3.
qa cõtradictio est ꝙ idẽ sibiipsi succedat: cũ autẽ posterius succedat priori facere de motu ꝑterito præsentẽ, est facere ꝙ vnũ & idẽ & secundũ idẽ sit prius & posteriꝰ & sibiipsi succedat: imò ꝙ sit & nõ sit: qa qd' ꝑteriit, nõ est,

& quod est,non præteriit. 32 Sed hîc fortè dicerẽt, ꝙ Deus non posset facere quin præteritũ sit præteritũ:sed ipsum quod est præteritũ posset resumere,vt & fuerit præteritũ & nihilominꝰ sit præsens & futurũ. Si enim Deus cœlũ dum mouetur annihilaret & postea repararet nihil ꝓhibet vt videt, ꝙ cum eadẽ numero latione qua prius mouebat ipsum repararet.ideò &c.Et ideò videt standũ
Art.2. in rationibus primæ opinionis & cõis. 33 Quantùm
Dur.suprà ad secundũ arti.principalẽ de permanẽtibus, Primò po-
art.1. netur opinio ꝓbabilis cũ suis motiuis. Secundò ponen tur respõsiones eorũ ad ratiões factas in principio. &.3. inquirẽ de his. 34 Dicunt ergò quidã ꝙ salua reuerentia potẽtiæ diuinę cui subest omne possibile:videt ꝙ nullũ permanẽs corruptũ potest idem numero reparari quod põt probari sex rationibꝰ.Primò sic.Non plus põt
1.Ratio. Deus agens per voluntatẽ q̃ si ageret ex necessitate naturæ,sed si ageret ex necessitate naturæ nõ posset eandẽ rem numero corruptã reparare: ergò nec agens per volũ tatem:maior patet ꝙ respicit potentiã. Eandem enim po tentiã supponimus in Deo si ageret ex necessitate natu ræ:quam habet agens per voluntatẽ:voluntas autẽ non addit nec auget potentiã: imò quicquid põt per solã po tentiã sed per voluntatẽ habet ꝙ potẽtia secundũ formã volũtatis exeat in actum:vnde per voluntatẽ non habet nisi libertatẽ vtẽdi potentia, quã nõ haberet si ageret ex necessitate naturæ:vnde Philosophi qui posuerunt Deũ agere ex necessitate naturæ posuerũt in eo tantã potentiam:sicut nos ponimus.s.infinitã:minor declarat, qa si Deus ageret ex necessitate naturæ licet ageret per potẽ tiam infinitã: ageret tũ modo aliquorũ agentiũ naturalium: propter quod licet posset producere perfectiorem effectũ q̃ alia,non posset tñ reparare corruptũ, sicut nec alia. Et cõfirmat,qa pater in diuinis generat filiũ ex necessitate naturæ:& ab omnibꝰ cõcedit, ꝙ si generatio di uina interrũperet & iteraret ꝙ esset generatio alia & ali us filius:& si hoc esset in Deo respectu diuinorũ fortiori
2.Ratio. ratione esset in eo respectu creaturarũ. 35 Secunda ta lis est , agens naturale non potest reparare idem secun dum numerum: ergò nec Deus: antecedens supponitur ex præcedẽti quæstione. Probatio cõsequẽtiæ,qa si agẽs naturale non posit reparare idẽ secundũ numerũ & De us posit:hoc erit vel propter differentiam virtutis agen tis,vel ꝓpter differẽtem modum agendi. Ex parte enim termini non põt esse differentia:cùm ponatur idem ter minus respectu vtriusq; agentis,& actionis:non propter differentẽ modum agendi,vt pote ,quia Deus agat sine motu & mutatione: natura verò non quia in reparatio ne rei quo ad formã corruptã à quocũq; fiat est vera mu tatio:qa subiectũ se habet aliter nunc q̃ prius. s.materia recipiẽtis formam quæ fuit prius spoliata: vnde si lumi ne corrupto Deus repararet ipsum, esset vera mutatio si cut si Sol repararet ipsum.Item ꝙ si aliquid rei remane at idem numero magis videt facere ad hoc: ꝙ illud cui us erat pars posit redire idem numero q̃ si nihil rema neret: quia plus est reparare vtranq; partẽ quã alteram tantùm: sed in motu & mutatione rei corruptæ aliquid remanet,scilicet, materia vel subiectum, in annullatio ne autem angeli nihil remanet:ergò facilius videtur es se ꝙ res corrupta repararetur per motũ & mutationem, q̃ res annihilata per creationẽ vel recreationẽ:ergò mo dus agendi per motum & mutationẽ non impedit agens naturale plus quã diuinum: quin posit idem numero reparare. Item nec propter differentem virtutẽ agentis: vtpote quia Deus agit infinita virtute:agens verò natu rale finita:quia effectus finitus qui secundũ speciem po test produci à virtute finita: nunquã exigit infinitatem virtutis in causa sua, nisi ꝓpter modũ quo producitur: puta si producat per creationẽ vel alio modo, qui crea turæ non competit: sed omnis forma naturalis in rebus generalibus & corruptibilibus excepta anima rationa li est quidã effectus finitus,qui secundũ speciẽ suam põt produci & producitur à virtute finita: ergò nunquã re quirit in producẽte virtutem infinitã: nisi producat per creationem vel tali modo qui creaturæ non cõpetat:sed eius productio in secũda productione: etiã si fiat à Deo est per veram mutationem:sicut si fieret à creatura vt sta tim dictum est:ergò reparatio rei corruptæ non necessa riò requirit virtutẽ infinitam. Differentia igitur virtu tis infinitæ in agente non põt esse causa quare Deus pos sit reparare idem numero , non autẽ natura. Quid ergò est in causa,quare natura non posit: absq; dubio videt esse illud quod tangit Philosophus. 2.de generatione.s. ꝙ idem manens idem,semper natum est facere idem: ad hoc autem ꝙ agens faciat idem numero: oportet ꝙ ma neat idem in se quo ad virtutem & idem in habitudine ad passum vel productũ quo ad actionẽ: cum autẽ actio naturę interrũpitur non manet eadẽ habitudo agentis ad passum vel productũ,nec eadẽ habitudo reparari po test: vt prius probatũ est: & ideò non põt reparari idem vt prius probatũ est: & ideò non põt reparari idem pro ductum secundũ numerum: istud etiã inuenitur in Deo per comparationem ad ea quorum substantia deperit in toto vel in parte : qa actio Dei in creaturã interrũpit:& ideò non manet eadẽ habitudo Dei agentis ad creaturã pro prima rei productione & eius reparatione:& hęc ratio cõmunis est ad ea quæ sunt successiua & permanen tia. 36 Tertia ratio talis est, idẽ locus acquiritur plu 3.Ratio.
ribus motibus localibus, sed eadem forma secundũ na turam non acquiritꝰ pluribus actionibus, & causa est, qa motus non terminat ad locũ vt fit,sed vt mobile sit in lo co:& ideò nõ oportet locũ variari sc̃d'm se variato motu ad locũ, sed oportet variari naturaliter formã variata a ctione per quã forma acquiritur. Ex hoc põt sic argui,si eadem forma numero sit in materia pluribꝰ actionibus: oportet ꝙ vtraq; actio vel saltẽ altera terminetur ad for mam,nõ vt sit simpliciter,sed vt sit in materia vel subie cto:& ꝓpter hoc ad eãdẽ formã terminat generatio hoꝭ & eius resurrectio,qa vel vtraq; actio vel saltẽ altera ter minat ad animã,non vt sit simpliciter:sed vt sit in mate ria,sed in his quorũ substãtia deperit:vtraq;,actio.s.pro ductionis & reparationis terminat ad formã,vt sit:& nõ solũ vt sit in hoc.s.in materia vel subiecto:ergò impossi bile est ꝙ hæc duæ actiones terminentur ad eandem for mam. 37 Quarta ratio talis est , quia si Deus crearet 4.Ratio.
angelũ,& postea annihilaret & deinde repararet:verum esset dicere ꝙ angelus fuit bis realiter non remuneratio ne agentis: puta Dei qui vnus est nec cuiusc̃q; extriuse ci ab angelo:qa si Deus nihil fecisset nisi angelũ quẽ an nihilatũ postea reparasset: adhuc esset verũ dicere ꝙ an gelus bis fuisset quod non posset verificari, nisi numera 5.Ratio.
tione angeli vel durationẽ eius quod idẽ est. 38 Po test autẽ addi. 5.ratio quæ fuit tacta in præcedẽti arti.s. ꝙ eandẽ formã puta idẽ lumen reparari: aut est possibi le simpliciter, aut impossibile simpliciter: & deducat vt prius : videt ergò ꝙ ea quorũ substantia deperit in toto vel in parte:nõ possunt eadem numero reparari, siue sint Probatio au
successiua siue permanẽtia:& hoc expresse dicit.F.Tho. thoritate
vt dicunt.4.lib.Di.44.arti.2.in solutione tertij argumẽ S.Thom.
ti:quod fuit tale:vnus homo non est plura animalia:ergò si nõ est idẽ animal nõ est idẽ homo numero, sed vbi non est idem sensus non est idẽ animal;qa animal defini tur ꝑ sensum primũ.s.tactũ; sensus autẽ nõ manet in aia separata; ergò nõ põt idẽ nũero resumi. Ad qd'rñdet ꝙ illa ratio cõcludit optimè cõtra illos q ponũt aiam sensiti uam;&

uam,& rationalẽ diuersas in homine:qa secũdũ hoc ani ma sensitiua esset in hoĩe corruptibilis:sicut ĩ aliis aĩali bus:vnde in resurrectione nõ esset eadẽ anima sensitiua nec idẽ animal,nec idẽ homo. Si autẽ ponamus ꝙ secun dum substãtiã eadẽ anima sit rationalis & sensitiua: nul las ex hoc angustias patiemur : quia animal definit per sensum qui est anima sensitiua: sicut per formã essentia lem licet per sensum qui est potẽtia cognoscat eius defi nitio: aĩa autẽ sensitiua q̃tũ ad essentiã manet sicut & ra tionalis,cũ sit idem.Hæc sunt verba eius,ex quibus cla rè patet ꝙ intentio eius est:ꝙ ea quorũ substantia in ali quo deperit non possunt eadẽ secundũ numerũ reparari.Idem dicit in eodẽ.4. Di.12.q.1.ar.2.q.4.in corpore solutionis & in vltima part.q.77.ar.5. idẽ per oĩa dicit. Hæc autẽ pars fuit opus eius vltimũ & finale,vt apparet
Ratio.6. ex eius incõpletione. 39 Sextã rationẽ alibi addunt, quia multiplicato eo à quo per se totaliter depẽdet effe ctus: multiplicat effectus:sed productũ dependet à pro ductione: ergò impossibile est esse vnum productum &
Solutiones duas productiones. 40 Deinde secũdò isti respõdent
rationum in ad rationes in oppositũ superius tactas. 41 Ad primũ
principio fa dicendũ, ꝙ cuilibet rei repugnat esse nunc & prius cum
ctarum. media interruptione suæ entitatis, licet permanentibus non repugnet esse nunc & prius absq; interruptione suę entitatis,fieri autẽ nunc & prius respicit esse nunc & pri us,non absolutè: sed cum interruptione entitatis quod enim fit prius nõ fuit secundũ aliquod tẽpus, & ideò re pugnat eidem rei ꝙ fiat prius & posteà. 42 Ad secun dum dicendũ, ꝙ species angeli posset reparari absq; repa ratione eiusdẽ indiuidui. Et quod dicitur ꝙ in vna spe cie angeli non põt esse nisi vnũ suppositum vel in vnum indiuiduum põt dici ꝙ imò,vel põt dici ꝙ in vna specie non possunt simul esse plures angeli, possunt tñ esse suc
Ad.3. cessiuè. Ad tertiũ dicunt ꝙ non est simile de esse in tẽpo re & esse in loco:quia esse in tẽpore vt nunc largè accipi mus est solũ secundũ coexistentiã. s. ꝙ res est dum tẽpus est,siue mensuretur tempore siue non:& ideò tẽpori vel parti tẽporis nihil potest deesse nisi amittẽdo suum esse: quo amisso res non potest eadem reparari:semper autem amittitur nisi semper res sit: quia tempus semper est,esse autem in loco non est esse q̃ locus est:sed est habẽre ali quam habitudinẽ ad locũ vel cõmensurationẽ quod est idem quod esse in loco localiter vel secundũ alium ordi nem,vt est de corpore Christi quod est sub hostia sacra menti:prout in præcedẽtibus terminatũ est.Cùm igitur corpus absq; amissione proprij esse possit commensurari alicui loco,& habere aliquam habitudinem ad locum distantem absq; simili habitudine ad medium: ideò idẽ corpus potest esse in locis distantibus absq; hoc, ꝙ sit in
Ad.4. loco medio. Ad quartũ dicunt, ꝙ licet annihilato mun do nunc,Deus idem esset in se qui prius:non tñ haberet eandem habitudinẽ extrinsecã ad res creatas quam ha buit antequã mundus fieret:qa & si tunc nihil erat sicut & nunc nihil esset annihilato mũdo, & in hoc videatur esse eadem habitudo nũc & prius: tñ non est eadem pro pter interruptionẽ mediam,in qua.s.Deus res creauit & creatas conseruauit. Item non probat ꝙ sicut ante crea tionem mundi nihil fecit manente illa habitudine: ita annihilato mundo nunc nihil faceret manente eãdem habitudine,quod non est ad propositũ eorum, sed ad op positũ. Si autẽ intelligat ꝙ eadẽ habitudo esset extrinse ca in reparando nunc,quæ fuit in creando negandũ est propter interruptionẽ. 43 Ad quintũ de authoritate
Ad.5. Aug. dicunt ꝙ materia secundũ se nullam habet actua lem vnitatẽ nec pluralitatẽ, sicut de se nullam habet a ctualem entitatẽ, & ideò materia de se non põt dici esse vna cum alia materia vel diuersa ab ea: sed omnem vni tatem & pluralitatẽ quam habet à forma:vt magis infrà patebit. Et ideò si annullata esset materia hominis & De us ipsam repararet:ipsa secundũ se non põt dici eadẽ cũ præcedẽte:nec tñ posset dici alia ratione formæ, cui vni retur: quia eidẽ animæ secundũ numerũ vniret materia reparata & illa quæ prius fuit. 44 Ad sextũ dicendũ, Ad.6.
ꝙ si propria passio non differt realiter à subiecto : tunc subiectum successiuè nunquã sub diuersis erit propriis passionibus: quia si reparetur idem subiectum secundũ numerũ puta idẽ homo reparabitur eadem passio. Si ve rò passio differat realiter à subiecto & maximè re abso luta: tunc passio corrupta non poterit reparari eadẽ se cundũ numerum sed alia: nec est inconueniens ꝙ idem subiectum vicissim sit sub diuersis passionibus solo nu mero differentibus, maximè virtute diuina,vt in hoc ca su. 45 Inquirẽdo autẽ de istis videtur primò ꝙ ratio- Inquirit Do
nes eorũ sint solubiles.Vnde ad primũ dicendũ ꝙ maior ctor de veri
est vera.s.Deum non plus posse propter hoc ꝙ agit libe tate dictorũ
rè q̃ si ageret necessariò, q̃uis aliqui dicãt ꝙ minus:quia Dur.
si ageret necessariò produxisset mundũ ab æterno si tñ esset producibilis: imò nisi ab æterno produxisset nun quã produxisset:quia idem manẽs idem &c.sed si liberè
non potuit vt dicunt,sed minor est falsa. Ad probationẽ Ad.1.
dicendũ, ꝙ licet Deus ageret tunc sicut creaturæ quo ad modum: non tamen quo ad virtutem : quia posset pro ducere angelum & cœlum quod nulla creatura potest, etiam si de necessitate ageret:ita & si de necessitate age ret: ita & si de necessitate ageret, non sequitur quod nõ posset idem numero reparare per hoc quòd creatura non potest. 46 Ad aliud de filio dicendũ est per inter emptionem: quia si per impossibile generatio diuina in terrumperetur & rediret,esset eadem numero & idem fi lius, quia vnumquodcunq; agitur, sicut aptum natum est agi: vnde illud quod nõ est natum esse nisi vnum nu mero,nõ potest multiplicari: propter quod si non manet ret:prior generatio vel spiratio rediret eadem, quia hu iusmodi nõ sunt nata ibi multiplicari. Sic eñ Deus ge nerat Deum,sicut persona personam. Quòd autẽ genitũ debet distingui à genitore: facit ibi numerum personæ genitæ & generantis, non autẽ Dei geniti & gignentis: sed sunt vnus Deus genitus & gignens, nõ vna persona, quia personalitas nata est multipliciter, non diuinitas.
47 Ad secundum concedenda est prima pars processus Ad.2.
sed ad secundã est dicendum, ꝙ sicut asinus producibi lis virtute finita non potest creari nisi virtute infinita, quia iste modus repugnat virtuti finitæ: sic dico produ cere eundem effectum specie,cum priori non repugnat: sed producere eundem numero cum corrupto repugnat virtuti creatæ: vnde ad illud quod tertiò dicitur concedendum,ꝙ diuersa habitudo hoc facit, quia quãuis ha bitudo etiã realis non sit per se principium actionis: ta men illa est causa sine qua non actionis,qa agẽs approxi matum agit,elongatum non agit:cùm tamen esse propè, & longe sint puræ habitudines: vnde quia omne creatũ realiter refertur ad suum passum: quia potentia passiua refertur ad actiuam coordinatam : inde est quòd aliter se habet quod agit vel egit,quàm antequam egisset: pro pter quod alium effectum producit q̃ prius : Deus autẽ semper eodem modo se habens realiter solũ se habet di uersimodè secundũ rationem ꝙ nihil variat: aliàs si di uersitas habitudinis impedire effectum esse vnum cum anima in resurrectionem habeat aliam habitudinem, q̃ prius, qa corrupto corpore conseruabatur per se à Deo: nunc autẽ in corpore esset alia anima, & per consequẽs non fieret idem homo. Et licet in hoc sit dissimile: quia ibi est effectus formalis hûc effectiuus: tñ illa propositio idem manens idem; ita tenet in causa formali sicut in

agente,& plus,qa varietas & vnitas causæ formalis multo magis variat vel vnit effectū,q̃ illa quę est causæ agẽtis. Quòd ergò iste asinus non generat eundem asinum numero quẽ ille,etiã si eadem esset materia numero:põt reduci in diuersitatem materialẽ generantiũ. Quòd autem asinus secundò generãs etiã si esset eadem materia numero non generat eundem quem prius,est: quia non candẽ habitudinẽ habet ad materiã nunc quam prius, quia illa quam prius habuit corrupta est:hæc aũt noua est. Sicut ergò approximatus agit, nõ approximatus nõ agit: sic approximatus vna vice generat vnum,approximatus alia vice generat alium. In Deo autẽ non est differens approximatio nisi pura ratione,vnde nõ est simile. Alia causa dicetur infrà Dist.proxima.q.2. 48 Ad tertiam rationẽ dicendũ est per interemptionẽ, quia diuersæ actiones productiuè possunt esse ad eundẽ terminum:& non solũ secundũ eum intensio & remissio,& diuersæ intẽtiones & remissiones possunt esse ad vnũ terminũ realem,quæ sunt ad hoc non ꝙ terminus sit:sed ꝙ magis vel minus sit:imò actiones quæ sunt ad hoc ꝙ terminus sit,quia ꝙ actio & motus differant à termino patet,qa actio est in prædicamẽto actionis,& motus in prædicamẽto quãtitatis:termini autẽ eorũ extrà,imò qñ est augmentũ vel decrementũ continuũ:ibi est duplex quãtitas differẽs specie.s.manens & fluens, vel manens & fluxus. Aliter nõ possunt esse diuersi motus reales intensio & remissio, nisi terminus differret re: quia quæcũq, vni & eidem sunt eadẽ,inter se sunt eadẽ: ergò motus intensionis & remissionis augmenti & decrementi possunt esse diuersi;siue diuersi diuersitate termini, siue diuersitate temporũ, qa differunt ab ipsis terminis. Non est autẽ ratio quare motus vel actio productiua magis sit idẽ cũ suo termino, q̃ de actione alteratiua: ergò non oportet producta esse distincta propter distinctionẽ productionum. Vnde aliquis diceret ꝙ qñ plura agentia concurrunt ad vnum effectũ: sunt ibi plures productiones siue actio sit in agente siue in patiẽte, si actio est esse ab hoc: quia tunc actiones sunt ab his.Et si dicatur non est simile,qa ibi si essent plures actiones esset tamen vna passio, sed qñ bis producitur res ibi est duplex produci,non valet : quia in generatione & resurrectione est duplex pati & recipere,quia materia bis passa est,& bis recipit formam : potest ergò aliquid pluries recipi & pluries dari etiam non corruptũ:sed benè verũ est ꝙ non põt bis produci nisi sit corruptũ:sed si semel est corruptũ poterit iterum produci : nec oportebit distingui productũ primò à producto secundò propter distinctionẽ productionis, quia productio differt re vel saltẽ reali habitudine à producto. 49 Ad quartũ dicendũ,ꝙ angelus esset bis creatus non numero creati vel creantis,sed numero creationis: sicut intensum & remissum esset bis motũ, etiã si in mũdo nihil aliud esset numero motus, & bis passum numero passionis, & non alterius. 50 Ad quintũ dicendum, ꝙ idem numero reparari est possibile simpliciter: & tñ est impossibile naturę:quia quãuis natura agentis & subiecti sint æquè potentia sicut prius, ex quo sequit ꝙ æquè perfectũ effectum possunt sicut prius: non tñ se habent eodem modo numeraliter adinuicẽ sicut prius: sed solum modo eodem specie: & ideo in eundem effectum specie possunt nõ numero: licet autẽ materia non eodem modo se habeat ad Deum postquã habuit formã quàm prius,quando eandem à Deo recipiebat: Deus tamen eodem modo se habet semper ad omnia. Et vlterius Deus ex parte obiecti nullam habitudinem requirit: vnde sicut sine subiecto potest producere effectum , sic sine hoc ꝙ subiectũ habeat eandẽ habitudinem põt eundem effectum imprimere. 51 Ad sextum dicendum, quòd minor est falsa simpliciter, quia effectus dependet ex actione & agente quæ sunt duo distincta supposito, ex agente & patiente quæ similiter sunt distincta, & ex agente vniuersali & particulari, & ex masculo & fœmina fœtus: & tamen non oportet multiplicari effectum. Si dicatur quòd instantiæ currunt de illis quorũ quodlibet per se non est causa sufficiens & quę sunt mediata: sed productio producti est id à quo dependet productum immediatè:& à quo solo perfectè,quia posita productione ponitur productum omni alio circunscripto: dicendum ꝙ verum est : sed propter hoc positis duabus productionibus successiuè, per quarum primam productum fuit corruptum ante secundam:non oportet secundam ad aliud productum terminari : cùm enim productio ponsit terminari ad omne possibile produci,& istud corruptum sit possibile produci sicut prius , quia non est magis elongatum ab entitate per annullationẽ, quã ante creationem : ergò si ante erat possibile produci: & nunc est possibile:sed quãdiu durat productum non est possibile produci distincta productione,non quia distet ab entitate,sed quia habet entitatẽ productam: & quod producitur de nouo non est antequã producatur. Deinde videtur ꝙ solutiones eorum ad primas rationes possint impediri. Nam ad primam rationem de esse & fieri solutio data non valet: quia licet sit petitio principij in ratione:quicunq, enim negaret idem posse reparari, diceret idem non posse esse nunc & prius cum interruptione sicut fieri nunc & prius : tamen illud in quo se fundant falsum est.s.non posse fieri nisi quod prius secundũ nullum tẽpus fuit,cuius contrariũ dicũt in æternitate. Quod enim aliqñ factum est aliqñ fiebat: si autem non põt fieri nisi qd' non est aut non sic est: ergò quod nunquã non fuit & nunquã aliter fuit,fieri non põt: si ergò angelus,aut cœlũ ab æterno fuit nunquã fuit,qñ non esset aliter esset,& sic fieri non potuit. Dicendũ ꝙ fieri de nouo benè importat quod dictũ est:sed fieri vel produci absolutè nequaquã: vnde filius semper generatur: quia semper accipit esse non aliud nec perfectius, sed idem æquè perfectũ:& similiter angelus & cœlũ continuè accipiendo esse continuè à Deo producuntur cõtinuè dante eis esse : ergò alicui repugnat fieri cui non repugnat esse, sed necesse est esse,vt Deo: sed cui conuenit esse per productionẽ illi ita conuenit esse sicut produci,& econuerso: igit cùm nulla permanẽtia repugnet esse pluries, ita nec produci pluries:& ideò quod habebit esse pluries cõtinuè:habebit productionẽ vnam continuã, quod autẽ habebit esse discontinuatũ habebit productionem discontinuã: & sicut continuata productio potest habere vnum esse continuatum, sic discontinuata & interrupta productio poterit habẽre vnum productum discontinuatum & interruptum. 52 Solutio prima ad secundum videbitur in secundo , sed secunda solutio non videtur valẽre , quia si impossibile est esse angelos plures in eadem specie simul,ita & successiuè,quia quod est impossibile simpliciter, est impossibile absolutè , non pro hoc & illo tẽpore. Nec obstat ꝙ impossibile est esse duo contraria simul in eodem,sed possibile est non simul. Et similiter duo accidentia simul per naturã, quia hoc non est impossibile simpliciter,sed secundũ quid ratione subiecti.s. simpliciter enim possibile est esse duo contraria, imò necesse est si vnum contrariorum est in natura & reliquum:& similiter in multiplicabilibus numero simpliciter possibile est esse illa simul , sed secundũ quid non, nam respectu eiusdem subiecti non est possibile ista illi simul inesse. Sed in proposito duo angeli non habent eidem subiecto inesse, nec sibi repugnant vt contraria, nec habent distingui subiecto vt accidẽtia.ergò si simul esse

Ad.3.

Actiones diuersę finiuntur ad eundem terminum.

Ad.4.

Ad.5.

Ad.6.

Inualidatõ lutiões Du.

Nota.

Fieri aliquã do importat nouitatẽ essendi,aliquando non.

Virtutes diuina duo angeli nec sit

nec successiuè possunt esse in eadẽ specie.

esse non possunt:hoc non est nisi propter repugnantiam naturę speciei. & sic nec simul nec successiue possunt esse plures etiam diuina virtute. sicut nec corpora cœlestia quæ si possent in eadem specie multiplicari cũ hoc esset melius:deus hoc fecisset : licet istud vltimum male concludat: quia Deus non vult plus corporalia multiplicare:quamuis similiter videretur esse magis multiplicare melius esse.

Impug. 4.so.dur.

53 Ad tertiũ nõ valet respõsio, quia verũ est ꝙ diuersa habitudo realis bene facit ad diuersitatẽ effectus:sed nõ diuersa habitudo rõnis. Deus autem qui non refertur realiter ad creaturã post creationẽ sicut nec ante:per hoc ꝙ creauit nõ se habet aliter quã ante. vnde quia idem eodẽ modo se habẽs agit idem si necessario agat,vel potest agere idem si libere agat illud idem numero quod produxit quando creauit: potest producere recreando : quia non est diuersitas ex parte Dei vnquã: nec ex parte obiecti.quia ponitur annihilatũ sicut prius fuit nihil.ex quo apparet quare Deus non potest producere productione distincta illud idem quod semel produxit quãdiu illud durat: quia aliter se habet res quãdo est, & quãdo non est,nam quando est repugnat ei produci productione differente à sua cõseruatione.quando verò nõ est nõ sibi repugnat: sed ita nata est produci postq̃ est annullata sicut ante,quia non potest per annullationem fieri minus quã nihil: erat autem nihil anteq̃ crearetur & nihilominus erat producibilis : ergo & nunc.

Motus in vacuo necessario est successiuus.

54 Ad quartum quod ponit tertium verũ est ꝙ non est simile:& est bene verum ꝙ corpus non potest fieri in diuersis locis extremis,sine hoc ꝙ transeat per medium vel imaginatum si est vacuũ, vel reale si est spatiũ: nec illud potest esse in instãti etiam in vacuo quicquid dicat philosophus sed per annullationem & reparationem posset corpus existens Romæ annullari & idem numero reparari Parisiis non transeundo per medium,sed istud non posset esse in instanti. Annullatio quidem & reparatio fierent diuersis instantibus in quibus caderet tẽpus medium.Non enim posset reparari idem numero illo tempore quo annullaretur:quia simul esset & nõ esset, sicut ergo corpus etiã localiter posset esse successiue in diuersis locis extremis:sine hoc ꝙ medio tempore & in medio spatio per annullationem & reparationem:inter quę tñ oporteret cadere tẽpus mediũ: ita & interruptio esse rei per corruptionẽ potest fieri ꝙ res fuerit ante heri: & non heri:sed sit hodie.

Improba. 5.solu. duĩ.

55 Ad quintum de Aug.de materia non valet solutio;quia potest annullari materia sub forma existẽs ipsa forma retenta maxime si forma est subsistẽs:vt anima rationalis.Si ergo põt reparari sub anima eadẽ numero:quãuis à forma habeat ꝙ sit eadem:tamen à forma non habet essentiam suã potẽtialem:sua autem essentia possibilis est quædam vera entitas: & sic cũ ipsa quæ prius fuit annullata:nunc sit verũ ens licet imperfectũ:& sic hoc est à forma:hoc nõ est effectiue:sed formaliter:verũ est dicere ꝙ in isto homine perierat aliquid qđ idẽ numero reparatũ est:& si materia quæ facta est nihil põt reparari : multo magis forma corrupta quæ non est annullata:sed in potentiã materiæ reuersa. Considerandum etiã est ꝙ fundamentũ ipsorum ita cõcludit de materia sicut de forma:quia quando materia annullata reparatur est vera productio,& creatio: siue reparetur sub eadẽ forma numero siue sub alia: & tamen secundũ eos erit idem productũ numero siue sub alia siue sub eãdem forma numero reparetur.ego potest esse vnum productũ cũ pluralitate productionũ.

Improba. 5. solu.

56 De.6.bene oñdit per miraculum esse possibile subiectũ idem numero manere passione propria naturaliter variata:quãuis secũdũ naturã sit impossibile. Sed videt incõueniens ꝙ in sanctis resurgẽtibus nihil sit idẽ numero, nisi anima & materia prima:quia si propter hoc est eadem materia numero:vt præmietur in eo in quo meruit:cum per plures potẽtias organicas meruit,decet omnes redire,maximè cũ aureola meritũ illud respiciat:& cũ dicat Iob,Non solũ quem visurus sum ego ipse:& non alius:quod ad substantiã refertur:sed etiã in carne mea.caro autẽ dixit cõplexionẽ accidentalem,& oculi mei cõspecturi sunt.qui importãt non solum substantiam:sed potentiam visiuam,& etiam dispositionẽ organi : videtur absurdum ꝙ non sit in eis aliqua potentia sensitiua eadem numero quæ prius.

De ens permanens corruptum potest reparare

57 Et ideo videtur dicendum secũdũ cõmunem opinionem,ꝙ Deus permanẽs annullatum , vel corruptum potest idẽ numero reparare: quia nõ prohibetur ex parte annullatiõis:cũ de nihilo omnia fecerit Deus: nec ex parte temporis cuius interruptio faciat diuersitatẽ:quia tempus est mensura extrinseca:vel ipsum annullatũ erat æuiternũ.

Obiectio.

58 Sed opponitur contra hoc,primò, quia motus est idem re cũ suo termino : puta dealbatio cũ albedine.si ergo albedo eadem numero potest reparari; & dealbatio.

Rñ. aliorũ.

59 Quidam respondent ꝙ sunt vnã forma, sed alia & alia vnitas,sicut si vna linea diuidatur in duas nihil est de essentia in duab⁹ quod prius nõ esset in vna: nec duæ sunt lõgiores quã vna sola : quia duo puncta q̃ sunt addita si essent infinita nõ facerent aliquid maius: & tñ sunt duę quę prius erãt vna tantũ,sic & in proposito.Ex quo aliqui dicũt ꝙ numerus est aliquid vltra cõtinuũ: quia non est plus de entitate nec de dimensione quam prius: & tamen est ibi plus de quantitate discreta quàm prius: quia est numerus, & plus de vnitate quàm prius:hoc tamẽ dubitationem habet,quia res se habet ad vnitatẽ sicut ad entitatẽ, nec possunt habere aliã, & aliã vnitatem quę habent eandem entitatẽ,vel altera vnitas esset nõ ens.Vnde potest dici ꝙ motus materialiter quidem est idem cũ termino:sed formaliter & realiter differunt,cum sit per se species quantitatis. Cessat enim formaliter motus habita perfectione formę,si autẽ esset idẽ cũ forma simul corrumperẽtur,nec vnius perfectio esset destructio alterius. Quare autẽ Deus possit magis reparare idem numero quã natura,est quia Deus nõ prę̃supponit aliquã potentiã passiuã ex qua agat,natura autem sic nõ solũ potẽtiam quæ est materia prima:sed proximã quę est per quãtitatem & qualitatẽ,quia non quod licet fit ex quolibet,sed determinatũ ex determinato: & licet natura resoluat vsq̃ ad materiã primam inducit tamen formam secundum exigentiam dispositionũ præcedentium,ille autem nõ sunt eædem numero in prima generatione & secunda. Vel potest dici,ꝙ sicut Deus pater eãdem formã numero quã habet potest cõmunicare generando & spirando,sic potest in alio eandẽ numero reparare.sed naturale agens sicut nunquã cõmunicat eandẽ formam numero sed specie , sic nec reparat, quia agens magis generat sibi simile vel nunquã quã alteri. nec intendit assimilari patiẽs patienti eidẽ vel alteri, sed omne patiens intendit assimilari sibi,esset autem maior vnitas patientis ad patiens quã ad agens si forma bis producta esset vna numero,cum semper differat numero à forma producente. Sed hîc est instantia de nutritione in qua nutritum cõmunicat eandẽ formã numero aliquẽto : sed hoc non est producẽdo. in gñatione etiã æquiuoca agẽs plus assimilat sua passa inter se quã sibi. 60 Ad id verò quo dictũ est,ꝙ forma corrupta cedit in eandem potentiã numero,verum est remotam,sed non proximam.

Alia solu.

61 Ad argumẽtum dicẽdum ꝙ nõ est simile de successiuis & permanẽtibus, vt dictũ est in corpore quæstionis.

❧QVAESTIO QVARTA.

De resurrectione mortuorum.

Thom.4.Dist.43.art.3.quæst.3.

QVAERITVR quarto vtrũ resurrectio mortuorũ fiat in instanti vel in tempore: & videtur ꝙ in tẽpore: primò per auctoritatem beati Aug. 2. de ciui. Dei. c. 19. vbi dicit, ꝙ mortui transituri sunt ad immortalitatem mira celeritate, sed iste transitus erit per resurrectionẽ. celeritas autem non est nisi in tempore: sicut & velocitas. ergo resurrectio fiet in tẽpore. Itẽ plures actiones inter se ordinem habẽtes non possunt esse simul. sed in resurrectione erunt plures actiones inter se ordinem habentes. s. collectio puluerum: formatio corporũ: & animatio eorũ. ergo non poterit esse simul in eodẽ instanti. 2 In cõtrariũ est quod dicit apostolus primæ ad Corin. 15. ꝙ mortui resurgent in momento & in ictu oculi. & Aug. dicit ibi suprà: ꝙ in ipso temporis puncto rapiẽtur obuiã Christo in aera. 3 Respõdeo hic sunt tria vidẽda. primo, ostendetur & secũdũ veritatem resurrectio ꝙ cuiuslibet sit futura in instanti. secũdo inquiretur de quibusdã instantiis circa hoc. Tertiò an resurrectio omniũ sit in eodẽ instanti. 4 Quantũ ad primũ est aduertendum ꝙ sicut dicit Damas. lib. 4. c. vltimo, resurrectio est eius quod cecidit iterata surrectio. in morte autẽ est triplex casus. Cadit enim cõpositu per separationẽ animę à corpore. cadit etiã corpus inquãtũ soluitur in elemẽta. cadit etiã materia inquantũ resoluitur corpus per hoc ꝙ diuiditur in diuersas partes: & dispergitur. & ideo in resurrectione oportebit esse triplicem resurrectionem. Prima est collectio partiũ seu puluerũ dispersorũ. Secunda erit formatio corporũ. Tertia erit animatio corũ vel ecõuerso. Quãtum ad animationem & formationẽ. Primũ istorũ fiet per angelos & successiue. Quod fiat per angelos apparet Mat. 24. vbi dicitur. ꝙ Christus mittet angelos suos cum tuba & voce magna: & congregabũt electos eius à quatuor vẽtis cœli. & loquitur ibi de resurrectione, & hoc fiet rationabiliter: quia corporalia administrari debent per spiritualia in his in quibus eorũ operatio potest adhiberi. Quod autem fiat successiue & in tempore probatur: quia omnis motus localis causat' à virtute creata est in tempore necessario, sed collectio partiũ seu puluerũ per angelos fit per motũ localem ipsorũ puluerum seu partiũ. fit etiã per virtutẽ creatã: quia per virtutem angelicã: ergo. &c. De formatione autem & organizatione ex pulueribus non potest dici ꝙ fiat ministerio angelorũ, quia sicut dictum fuit in. 2. lib. Angelus nõ potest immediate introducere formã in materia corporali: sed solũ potest coniungere actiua passiuis. sed in resurrectione angelus nõ potest facere cõiunctionem aliquorũ, ex quorũ actione possit corpus humanum organizari & formari. ergo ad formationem & organizationẽ corporũ in resurrectione angeli nihil penitus facient. minor declaratur: quia formatio & organizatio humani corporis per actiua & passiua naturalia fit mediantibus determinatis instrumẽtis & determinatis mediis: puta mediante semine & determinato loco: puta: in matrice: & determinato modo: quia semen primò est molle postea durũ, vt dicitur. 2. phy. quorũ nullũ est in reparatione corporum resurgentiũ. quare. &c. Item quãuis aliqua organizatio humani corporis præcedat in naturali generatione hominis introductionem animæ rationalis: non tamẽ illa quæ manet cũ anima nunq̃ est nisi cũ anima, sed sequit introductionem animæ saltem ordine naturæ: licet non ordine temporis: quia anima nunquã est nisi in corpore organizato: sed prima organizatio corporis non erit in resurrectione: sed tantũ secunda: ergo illa ordine naturæ sequitur animationem: quãuis simul sit tẽpore: erit ergo ab eodem à quo & animatio: sed animatio nõ potest esse nisi à solo Deo: ergo nec illa organizatio. Erit ergo etiã in instãti: quia omnis successio est ex resistentia passi ad agens. Quando enim agens nihil resistentiæ habet ad passum: sed est summe dispositũ ad receptionẽ: tunc forma in instãti introducit. vt patet de lumine in aere: sed in creatura nulla põt esse resistentia ad Deũ: sed est summa obedientia vt fiat in ea & ex ea quicquid Deus vult fieri. ergo omnia talia fiũt subito & in instãti: nisi Deus ordine suæ sapientiæ propter aliquã causam velit talia fieri successiue: quod non habet locũ in proposito. ergo tam organizatio quã animatio fient in resurrectione immediate à Deo, & subito nõ in tẽpore. 5 Quantum ad secundũ, primò ponentur duæ instantiæ cõmunes. Secũdo ponentur solutiones quorũdam. Et tertio, impugnatio solutionũ ab aliis. 4. solutio aliquorũ. &. 5. inquiret de illis. 6 Quantũ ad primũ arguitur contra dicta dupliciter. 7 Primo, quia impossibile est motum localem fieri in instãti: sed si organizatio corporũ in resurrectione subito fieret, motus localis fieret in instanti. ergo ista organizatio nõ fiet subito. Maior supponitur: sed minor probatur: quia pulueres ex qbus formabitur corpus vel erunt minoris quãtitatis: vel maioris quã corpus formãdum: aut æqualis. Si maioris quãtitatis & corpus formetur ex eis subito sequetur ꝙ aliquid de loco puluerũ remanebit vacuũ: aut ad illud mouebit aliqua pars aeris circunstantis in instanti, vacuum autem non potest esse. ergo iste motus erit in instanti. Sit autẽ sit minoris quãtitatis quã corpus formandum idem sequatur, quia corpus formatũ subito occupabit maiorem locũ: sed homo non poterit esse nisi subito cedat ei aliqua pars aeris circunstantis: cessio autem illa non poterit fieri subito: nisi quia pars illa aeris quę dicit cedere subito mouebitur de loco suo. & sic idem ꝙ prius. Si autem æqualis: idem sequetur: quia organizatum aliter mouebitur quã partes de quibus formabitur: sed in formatione noua necesse est esse nouum ordinem & nouã positionem partiũ. s. subiecti secũdum dextrum & sinistrum: ante & retro. Si ergo corpus formabitur subito: noua positio partiũ fiet subito: sed talis nõ potest fieri nisi cũ locali cessione corporis circunstantis. ergo motus localis esset in instanti. 8 Secundo instatur contra illud quod dictum est. s. ꝙ animatio fiet subito & in eodem instanti quo & organizatio. quia animatio est quædam mutatio: sed termini mutationis qui sunt habitus & priuatio secundũ philosophũ. 7. &. 5. phy. nõ possunt esse simul tempore in eodẽ subiecto. ergo animationem præcessit tempore in corpore organizato, quod subiicitur animæ priuatio actualis existentiæ: & ipsius animæ: & sic animatio corporis: & eius organizatio non fuerunt simul. 9 Quantum ad secundum est sciendum, ꝙ ad ista respondent quidã sic dicentes ad primum: ꝙ motus localis potest diuina virtute fieri in instanti, licẽt hoc non possit virtute naturæ: illa autẽ cessio qua localiter cedens pars aeris corpori resurgẽti fiet virtute diuina, nã sicut motũ corpus ab aliquo expellit aliud de loco suo & cogit ipsum moueri. & tamẽ corpus expulsum proprie non mouetur à corpore expellente, sed à motore eius: ita in proposito Deus formans corpus maius quã sint pulueres ex quibus formatur: formando tale corpus expellet partes aeris circunstantis de locis suis in instãti. 10 Ad secundũ dicunt, ꝙ illa actio non erit mutatio: quia omnis inductio formę in passum quam non præcedit ipsum passum tempore non est mutatio, sed est passio de genere passionis. Quòd non sit mutatio patet: quia omnis mutatio vt dictu est, est inter terminos oppositos qui non compatiũtur se in eodem subiecto pro eodem instanti. ergo vbi est vera mutatio oportet

Articulus. 1 Triplex erit resurrectio i resurgentib⁹

Ad. 1.

Instantia. 1.

Ad. 2.

Instantia. 2.

Ad. 1. Rñ. Sco. hic. q. 5 art. 2.

Ad. 2.

tet terminum à quo præexistere in subiecto ante introductionem termini ad quem: si ergo subiectum non præexistit non esset mutatio, erit tamen passio ꝙ omnis receptio passio quedam est. 11 Quantũ ad tertium est sciẽdum, ꝙ quidam impugnant probabiliter has solutiones: quia quod primò dicitur ꝙ motus localis potest fieri in instanti virtute diuina: non est verum: quia simile est de alteratione per quã forma educitur de esse imperfecto ad esse perfectum per medios gradus: & de motu locali per quem mobile quacunq; virtute moueatur pertrãsit de extremo in extremũ per mediũ. sed talis alteratio nõ põt fieri in instanti. sed necessario fit in tempore. Ergo & oĩs motus localis. maior patet: quia magis videt ꝙ talis alteratio possit fieri in instãti quàm aliquis motus localis. videmus enim in genere alterationum, ꝙ aliqua potest fieri in instanti etiam per naturam, vt illuminatio aeris: sed nullum motũ localem videmus fieri in instanti etiam per naturam, ergo quãtum est ex genere eorum magis repugnat motui locali fieri in instanti quàm alterationi. in speciali autem ponitur similis causa vtrobiq;: quia ponitur ꝙ nõ sit processus ab extremo in extremũ nisi per mediũ, quia nõ est possibile talẽ alterationẽ esse in instãti: impossibile est motũ aliquẽ localẽ fieri in instãti: & hęc fuit maior: minor similiter probatur: quia si talis alteratio posset fieri in instãti: sequeret ꝙ subiectũ alterationis esset magis & minus perfectũ secũdũ eandẽ formã vel speciẽ, quia in eodem instãti esset sub forma secũdum gradũ mediũ: & secundũ gradũ perfectum. istud autẽ est impossibile: quia tunc idem posset simul esse magis & minus calidum, & magis & minus album: quod est impossibile: quia magis & minus habẽt oppositionem & incõpossibilitatẽ: cũ possint esse termini motus seu mutatiõis. Itẽ si motus localis posset fieri in instãti sequeretur ꝙ mobile simul esset in medio & in termino. Si enim prius esset in medio quàm in termino iam non esset motus in instanti: sed in tempore: quia prius & posterius durationẽ necessario requirunt tempus: sed idem corpus simul esse in diuersis locis localiter est impossibile quacũq; virtute: vt inferius patebit. ergo impossibile est ꝙ mobile sit simul in medio & in termino, & per consequens ꝙ motus localis fiat in instanti. 12 Secunda etiam responsio ad secundã instantiam vt dicunt: nõ valet: licet enim posset esse aliqua passio seu receptio quæ non sit vera mutatio: tñ animatio quæ erit in resurrectione erit vera mutatio: quia subiectum aliter se habebit tunc quã prius: materia enim in qua recipietur anima fuit prius immediate sub forma puluerum: nõ enim vt isti imaginãtur præcedet formatio corporis naturaliter animationem: imo animatio præcedet naturaliter formationem. Si enim formatio corporis præcederet animationẽ: præcederet eã vt dispositio materiæ in fieri solũ vel indispositio media in esse. Non põt dici ꝙ præcedat vt dispositio solũ in fieri: quia illa non manet cum forma, sed talis formatio vt isti dicunt in eodem instanti est cũ anima. ergo simul esset & non esset. Item Deus in agẽdo non indiget dispositione in fieri: quia potest quamlibet formam introducere in materiam immediate post quancunq; aliã. non est enim limitatus ad agendum per determinata media: sicut agentia naturalia. Cùm igitur animatio fiat virtute diuina: patet ꝙ non requirit aliquam dispositionem in fieri præcedentem. Nec potest dici, ꝙ formatio corporis sit dispositio in esse & ꝙ præcedat animationem: quia omnis dispositio in esse sequitur formam substantialem quæ immediate perficit materiam, & prius ordine naturæ quã quęcũq; alia perfectio. 13 Quãtũ ad quartũ est sciendum, ꝙ isti idem respondẽt aliter ad prædictas instantias. vnde dicunt ad primam, ꝙ non oportet ponere motum localem fieri in instanti: dato ꝙ organizatio fiat in instanti. quia cùm collectio puluerũ fiat prius tẽpore ministerio angelorum, potest Deus facere ꝙ pulueres ex quibus corpora formabuntur sint eiusdem quantitatis & figuræ cum corporibus formandis: & tunc argumentum non habebit locum: quia corpus formatũ occupabit præcisè illum locum quem pulueres occupabant. vel dato ꝙ corpus formãdum sit maioris quantitatis quàm pulueres: potest dici, ꝙ Deus potest annihilare partem aeris circunstantis quãtum sufficit pro occupatione corporis formandi. & istud est conuenientius dicere quàm ponere motum localem fieri in instanti: quia illud est possibile secundum omnes: motum autẽ localem fieri in instanti est simpliciter impossibile: similiter si corpus formandũ sit minoris quantitatis: melius esset & possibilius ꝙ locus ad modicum tempus maneret vacuus, quã ꝙ partes aeris vicini illuc mouentur in instanti. Deus enim potest facere vacuum prout vacuum dicit vltimum continentis non habentis actu aliquod corpus contentum: sicut posset omnia annullare quæ sunt infra cœlum cœlo remanente in sua figura. Posset etiam dici secundum aliquos, ꝙ rarefactio & condensatio cùm sint alterationes possunt fieri in instanti: ad rarefactionem autem sequitur maior quantitas quæ secundum istos de nouo generatur: & sic per cõdensationem sequitur minor quæ similiter de nouo generatur: & sic per solam rarefactionem aut condensationem potest occupare aer maiorem aut minorem locum: & sic cedere alteri vel implere locũ alterius: & non per motũ localem. 14 Ad secundam instantiam patet responsio: quia non ponunt ꝙ organizatio præcedat tempore vel natura animationem: sed econuerso animatio ordine naturæ præcedit organizationem: & subiectum eius est sola materia quæ pri⁹ fuit sub forma puluerum, & postea efficitur sub anima & sic est ibi vera mutatio. 15 Quantum ad quintum confitendo cum aliis ꝙ resurrectio fiet in instanti quo ad organizationem & animationem: non collectionẽ puluerum, sed tempore imperceptibili. Ad instãtiam de organizatione dicendum, ꝙ quando corpus est maius formandum non oportet ponere annullationem, quando minus non vacuum, quia ista sunt monstra in natura: nec per rarefactionẽ vt ipse dicit, ꝙ illa potest fieri in instanti: cum philosophus videatur velle ꝙ illa semper est cũ motu locali vel sui subiecti: vel continentis: & iterum: quia secundum istũ alteratio per quam subiectum fit magis & minus tale nõ potest esse in instanti: sed huiusmodi est cõdensatio & rarefactio: quia quando de raro fit densum: hoc est quia fit minus rarũ: & ecõuerso de denso fit rarũ per hoc ꝙ fit minus densum, qđ est per intẽsionẽ & remissionem: nõ ergo est in natura rarefactiõis & cõdensationis ꝙ fiant subito pluſq̃ quęcunq; alia alteratio: quãuis Deus subito possit de densissimo facere rarissimũ, sicut de albissimo nigerrimum. Potest igitur poni quod istud sit per generationẽ & corruptionẽ: quia si corpus formandũ est maius corpore cinerũ: tũc corrũpũtur cineres & tantũ de aere quãtũ debet occupari & cõuertẽtur omnia in materiã humani corporis, in quo aĩa infusa gñabitur organizatio & quãtitas debita subito. si autẽ sit corpus futurũ minus: tunc de cineribus tantũ cõuertetur in corpus humanũ quantũ est necessariũ: superfluũ autem in aerẽ conuertetur: & vtrũq; per gñationẽ & corruptionẽ. Si verò corpus formãdũ fit futurũ æquale, nihilominus angulariter ꝓpter positionem alicubi erit maius: alicubi min⁹ lateraliter: & ibi fiet partialiter: sicut fieret totaliter si ex omni parte esset maius vel minus. vbi autẽ æquale, ibi æqualiter cõuertentur cineres: & conuersio & generatio: & corruptio sic fient

Impug. dñi Duran. q. 4. arti. 1. contra Sco.

Impro. 2. solutionis.

Responsio propria.

Durã. ad. 1.

Rñ. do. ad. 1 instantiam.

Nota.

sic fient ꝙ corrũpendum resoluetur vsq; ad materiã primam,& forma substantialis sibi vnietur si est anima, vel cõmunicabitur si est illa aeris. formę verò accidẽtales in composito generantur de potentia compositi eductæ.

Ad.2. 16 Ad secundã autem instantiã, quãdo dicunt organizationem sequi animationem non solum in esse: sed in fieri: videtur contra philosophum qui dicit, ꝙ actus actiuorum sunt in patiente & disposito, & quod dicit illam quæ est in fieri non manere: dicendũ ꝙ etiam illa dispositio quæ est cũ anima infunditur & manet illa in esse se quitur formã: & in fieri ex parte agentis si ex parte materiæ econuerso, nihilominus & ipse potest sustineri: quia cũ materia sit indifferẽs ad omnem formã ex parte eius: nulla dispositio requiritur respectu cuiuscũq; formę, sed solum ꝙ sit nudata omni forma: quia per essentiã est disposita ad omnem formã, quam agẽs potest inducere: vñ

Articulus. 1 Duran. vbi supra. art. 2. tota indigentia est ex parte agentis finiti. 17 Quantũ ad tertiũ principale an resurrectio omniũ corporũ sit futura in eodẽ instãti, dicunt quidam ꝙ non: sed prius resurgent illi qui fuerunt mortui, quã illi qui in aduentu Christi inuenientur viui, & nihilominus morientur vt resurgãt: sicut prius dictũ fuit, & hoc oportet ponere maximè propter auctoritatẽ scripturæ cui cõcordãt ea quæ dicta sunt prius. Dicit enim apostolus ad Thessa. 4. ꝙ mortui qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos qui viuimus qui relinquimur simul rapiemur cũ illis in nu-

Ratio. 1. bibus obuiam Christo in aera. Ex quo patet ꝙ quando mortui iam resuscitati obuiabunt Christo in aera: tunc simul rapientur illi qui viui inuenientur: sed illi vt dictũ est in ipso raptu morientur, & deinde resuscitabuntur. ergo posterius resuscitabuntur quã primi, quia cum primis resuscitatis adhuc vixerũt vita mortali. Ad hoc etiã

Ratio. 2. cogunt verba auctoritatis. Dicitur enim ꝙ illi qui prius mortui sunt resurgent primi, hoc autem non potest intelligi de primitate dignitatis: quia multi qui in aduentu Christi inuenientur viui erunt maioris meriti, & maioris dignitatis apud Deum, quã aliqui eorum qui prius fuerunt mortui, nec de primitate naturæ, quia inter individua eiusdẽ speciei non est ordo naturæ, oportet ergo ꝙ intelligatur de primitate temporis sicut dictũ est, ꝙ iam aliis resuscitatis illi qui in aduentu Christi inuenientur viui, cũ illis rapientur adhuc viuentes vita mortali: ac deinde morientur, & postea resuscitabuntur. Sed probabilius videtur, ꝙ imo omnes simul in ictu oculi in nouissima tuba resurgent. 18 Et ad primum dicendum, ꝙ morientur in raptu: quia rapti & parum in morte detenti & propeillum raptum, quod autem propè est nihil de esse videtur. secundo physicorum. 19 Et ad secundũ dicendũ, ꝙ mortui qui insunt Christo, id est, in fide formata Christi mortui resurgent primi primitate dignitatis: quia in resurrectione vitæ respectu malorum qui resurgent in resurrectionem iudicii: vnde dicit, mortui qui in Christo sunt resurgẽt primi: deinde nos simul rapiemur &c. non dicit, Deinde nos moriemur vel resur-

Ad. 1? Opi. doct. & verior. Ad. 2. gemus: sed post resurrectionẽ oẽs rapiemur &c. 20 Ad

Ad argu. in oppo. argumenta in oppositum. Ad primum dicendũ, ꝙ celeritas illa de qua loquitur beatus August. est intelligenda quo ad collectionem puluerum, quæ fiet ministerio angelorum in tẽpore: sed breuissimo, vt oculis hominũ merito sit admirabilis. vel si intelligatur de organizatione & animatione: tunc nomen celeritatis large accipitur, pro eo ꝙ fit subito vel in instanti. 21 Ad secũdũ dicendum, ꝙ plures actiones quarũ quælibet est instantanea nec hñt oppositũ ad inuicẽ, possunt esse in eodẽ instanti. tales autẽ erũt organizatio corporũ & animatio eorũ in resurrectiõe: collectio autem puluerũ fiet in tempore: & præcedet tam organizationẽ quam animationem.

DISTINCTIO. 44. QVAESTIO. 1.

Circa. 44. Distinctio. quæruntur Septem. Primum de conditione resurgentium in communi: quartum de Quatuor dotibus corporis glorificati. Sextum de pœna damnatorum quo ad animas. Septimum quo ad corpora.

De ætate & statura resurgentium.

Thom. 4. Distin. 43. q. 1. per totam.

QVANTVM ad primum quæritur vtrum ad hoc ꝙ idem homo numero resurgat, requiratur ꝙ corpus eius formetur ex eisdẽ pulueribus in quos fuit resolutum, vel vt quidã quærunt: supposito ꝙ corpus Petri, & corpus Pauli remanerent post mortem non incinerata, & in resurrectione anima Petri fieret in corpore Pauli, & anima Pauli in corpore Petri: vtrũesset idem numero Petrus qui fuit prius: & idem numero Paulus: & arguitur ꝙ non: quia quæ differunt secundũ materiam differũt numero vt habetur. 5. meta. sed facta ista suppositione: Petrus post resurrectionẽ differret à seipso ante resurrectionem secundũ materiã: ergo non esset idẽ numero. 3 Item identitas totius dependet ex identitate partium, sed si anima Petri fieret in corpore Pauli: compositum ex his nõ haberet easdem partes essentiales quas habebat Petrus ante resurrectionem: quia saltẽ nõ haberet eandem materiã. ergo non esset idem compositũ quod prius 4 In contrariũ est, quia quãdo duo habẽt eandẽ habitudinẽ ad tertiũ, quicquid causatur ex cõiunctione vnius cũ illo, causatur, ex coniunctione alterius cũ eodem: sed corpus Petri & corpus Pauli habẽt omnino eãdem habitudinem ad animã Petri: vt probabitur. ergo si ex coniunctione illorũ vnus illorum cum anima Petri resultat idẽ Petrus vt prius: videtur ꝙ similiter fiat ex coniunctione alterius. Probatio minoris: quia corp' Petri & corpus Pauli non habent aliquã habitudinẽ ad animã, vel quancunq, aliã formã nisi mediante resolutione in materiã primã: qua facta vtriusq; cum sit pura potentia passiua nullũ actũ sibi determinans: æqualiter est in potentia ad omnem formã: & habet æqualem habitudinem. 5 Respondeo, hic sunt tria videnda. Primò, de resurgentium identitate quo ad substantiam. Secundò, de integritate quo ad quantitatem. Tertiò, de conformitate vel formositate quo ad qualitatem. 6 Quantũ ad primũ dicunt omnes, ꝙ eritidem numero substantialiter quo ad formã & materiã. sed de hoc dubitatur: supposito ꝙ in homine sit tantum vna forma substãtialis: si anima Petri fieret in materia prima quæ fuit in corpore Pauli vtrũ esset idem Petrus qui fuit prius. 7 Et dicũt quidam probabiliter ꝙ cuiuscunq; materiæ vniatur in resurrectione: ex quo est eadem forma secundum numerum: per consequens erit idem Petrus secundũ numerũ: quod probatur dupliciter. Primò ex natura materiæ: sic secũdũ Arist. 7. meta. materia secũdũ se, nec est quid nec quãtũ, nec quale, nec aliud p̃dicamentorũ. nec tñ est nihil nec negatio nec priuatio: sed tamẽ est pura potentia susceptiua formarũ corporaliũ & priuationũ. Et idem dicit beatus August. 12. confessi. ꝙ materia nec est corpus nec est forma, nec aliquid de se formatũ, & sic est prope nihil, & tamẽ non est nihil: sed tamen est aliquid informe receptiuũ omniũ formarum. Et cõmentator etiã in de sub-

Ad. 1. 1. Opinio du. hic. q. 1. art. 1. si anima Petri vniret materiæ Pauli esset idẽ Petrus.

de substantia orbis dicit: ꝙ materia substantiatur per posse. ex quo patet ꝙ ad intrinsecam naturam materię nulla actualitas omnino pertinet, sed pura potentialitas ad recipiendum quãcunq; actualitatem in materia

Ratio. 1. possibilem. Ex hoc sic arguitur. Quando aliquid nullam diuersitatem habet ex se: sed omnem quam habet vel habere potest trahit ex alio: non solum effectiue, sed formaliter: tale debet iudicari idem vel diuersum ex alio: sed materia prima in se ex se nullã habet diuersitatem ad aliam materiam, sed omnem quam habet vel habere potest trahit ex alio. s. ex forma sibi indita & ex dante formam ex vno formaliter: & ex alio effectiue. ergo materia debet iudicari eadem vel diuersa solum ex forma sibi indita. existẽte ergo eadem forma omnis materia sibi vnita nunc & prius debet iudicari eadem: si autem hoc & compositum. maior de se manifesta est: minor probatur ex natura materiæ: quæ est ꝙ materia sit pura potentia, vt statim dictum est. quia ex quo materia est pura potentia de se non habet aliquod esse, sed solum posse esse: sed totum suum esse est à forma: & per consequens identitas & diuersitas: cũ ab eodem habeat quodlibet esse & esse vnum in se, & diuersum ab alio: materia ergo cum de se nullam habeat entitatem sed solum potentiam ad entitatem: ex se non habet aliquã diuersitatem, sed solum potentiam ad diuersitatem. Et hoc est quod dicit cõmentator super. 2. meta. ꝙ in fundamento naturæ nihil est distinctum: vocat aũt fundamẽtum naturæ materiam primã: & sic patet minor, sequitur ergo cõclusio. 8 Secun-

Ratio. 2. da ratio talis est. Nisi tota vnitas materię & cõpositi esset à forma: tunc animal quod nutritur post conuersionem alimenti, non esset simpliciter idem quod prius etiã quo ad essentiam: consequens est falsum: ergo & antecedens, cõsequentis falsitas apparet per Damas. lib. 4. c. 5. vbi dicit, ꝙ panis & vinũ & aqua in corpus & sanguinem comedentis trasmutãtur, nec tũ fit aliud corpus quã prius. & idẽ videtur sentire Arist. primo de generatiõe. Est etiã ad hoc rõ: quia si aãl est aliud essentialiter post nutrimẽtum quã ante: aut esset aliud secundũ totũ aut secundũ partem solũ. Nõ secundũ se totũ, vt de se patet. tũc enim in omni nutritione esset noua gñatio: quod est falsum, nec secundũ partẽ quia aut secundũ formã aut secundũ materiã: non secundũ formam. quia vt dicitur primo de gñatione in hoc differt nutritio à gñatione. quia in nutritione nõ accipit materia nouã formam quæ prius nõ fuit, sed fit hoc solũ sub forma quę prius extitit. in gñatione autẽ materia accipit nouã formã quę omnino nõ fuit: nec secundũ materiã: quia aut secũdũ totã aut secũdũ partẽ nõ secundũ totã: quia materia aãlis præexistẽs nõ tota simul abiicitur & alia tota noua inducitur, vt de se patet: nec secundũ partẽ: quia materia uõ habet de se partẽ & partẽ in essentia sua circũscripta partialitate quã titatiua: de qua nõ loquimur. ergo idẽ aãl penitus quo ad substãtiã in toto & parte est ante nutritionẽ & post: & sic patet falsitas cõsequẽtis. Probatio consequẽtię: quia per nutritionẽ forma animalis fit de nouo in materia alimẽti: q̃si de se haberet aliq̃ vnitatẽ præter illã quã habet à forma: tũc materia post nutritionẽ differret a materia aã nutritionẽ, sicut differt totũ à pte & per cõsequẽs esset aliud aliter saltẽ in pte. patet ergo ꝙ materia de se nullã habet idẽtitatẽ aut diuersitatẽ nisi quã habet à forma. & sic manẽte eãdẽ forma erit eadẽ materia vñcunq; veniat & ꝙ cõsequẽs idẽ cõpositũ. 9 Alii cõiter dñt ꝙ si aãl Pe-

2. opinio. Opi. cõis directe priori opi. opposita. tri nõ vniret materię quã hic habuit: sed illi quã Paulus habuit: nõ esset idẽ hõ numero simpliciter: quia variato vno de illis q̃ sunt necessitate ad vnitatẽ cõpositi variat cõpositũ, sed sic est hic, ergo &c. maior ab oĩbus cõcedit. **Probatio minoris quo ad istã partẽ ꝙ vnitas cõpositi de-** pẽdet nõ ex sola forma, sed ex forma simul & materia. qa ab illo habet aliqd vnitatẽ à quo entitatem, sed cõpositũ habet entitatẽ essentialẽ non à sola forma, sed à forma & materia: alias tota entitas & essentia hoĩs esset in aĩa separata. ergo & vnitatẽ essentialẽ. 10 Itẽ ꝓbatio ꝙ materia nõ sit vna vnitate suę essentię q̃ est potẽtia à forma: quia vnũ cõuertit cũ ente. vñ sicut in materia est triplex entitas: sic & triplex vnitas. Est enim primo materia potẽtia quędã à solo Deo effectiue, & à nullo alio quocũq;. Scdò participat à forma esse actuale. Tertiò à quantitate esse extẽsum. Primò debet vnitas potẽtialis substãtialis. Scdò vnitas substãtialis ęqualis. tertio vnitas accidẽtalis q̃ est prici. nũeri: modo ista vltima numerat nũero quãtitatis: cuius effectꝰ est formalis, ita ꝙ illi q dicũt ꝙ in augmẽto tota quãtitas præexistẽs corrũpitur & noua gñratur: nõ possunt saluare ꝙ sit idẽ quãtũ puer & senex: licet sit idẽ homo. Et similiter in corpore Christi viuo & mortuo & resuscitato nõ esset eadẽ quãtitas nũero, nõ esset idẽ quã tum numero, sed quãtũ ad secũdũ est vnitas actualis substãtialis à forma substãtiali. vnde ista est tota forma substantialis & sola, sicut prima à forma accidentali. tertia est vnitas potẽtialis quã habet à se, nõ ab alio formaliter: sicut nec entitatẽ. verbi gratia. in gñrato & corrupto est vna materia numero, numerositate essentiali posibili, nõ actuali nec accidẽtali. 11 Hanc rõnem alii deducũt aliter dicentes sic, ab eodẽ habet aliquid entitatem & vnitatẽ in se & distinctionẽ ab alio. sed materia habet entitatẽ essentialẽ: nõ à forma nec per formã: licet non sine forma. ergo habet vnitatẽ in se & distinctionẽ ab alio nõ à forma nec per formam. non ergo materia habet totam vnitatem & distinctionem à forma: sicut supponebat prior ratio. Probatio minoris tripliciter patet, quia materia est ingenerabilis & incorruptibilis: vt dicitur primo physicorũ. sed nulla entitas quæ sit in materia per formã & à forma est ingenerabilis & incorruptibilis: cùm per generationem acquiratur & per corruptionẽ amittitur ergo. &c. 12 Item realis compositio est ad minus duorum realiter differentiũ. sed materia & forma faciunt cõpositionem essentialem vel realem vnitatem. ergo sunt duo realiter distincta, quod non esset nisi materia secundum se haberet aliquã realem vnitatem prꝫterillam quã habet à forma. 13 Item subiectũ manet idẽ sub vtroq; termino transmutationis. sed materia est subiectũ transmutationis quæ est à forma in formã. ergo eadem est materia sub diuersis formis, quod non posset esse si materia haberet totam vnitatem suã à forma. Sed ad ista respon- Durã. vbi supra. art. 2. dent primi dicentes, ꝙ cũ materia de se sit in pura potentia ad esse ex tali entitate competit ei duplex distinctio: vna qua distinguitur à puro nõ ente per hoc quòd ipsa est aliquo modo ens. alia qua distinguitur ab actu per hoc ꝙ ipsa est potẽtia, de qua duplici distinctione procedit ratio: quæ probat ꝙ materia habet aliquã vnitatẽ & entitatem in se per quã est ingenita & incorruptibilis: & alia à forma realiter & subiectum trasmutationis quę est à forma in formam: & ad hoc sufficit entitas posibilis solum & vnitas proportionaliter ei correspondens, sed de hac nõ loquimur: quia solum quærimus de distinctione materiæ à materia & eius vnitate: talem autẽ distinctionem impossibile est inuenire in materia secũdũ se, cũ oĩs materia scdm se sit tm̃ pura potẽtia, & p hoc vna nõ pot distingui ab alia secũdũ cõem rõnem potẽtiæ: cũ in hoc cõueniat: itẽ nec scdm numeralẽ distinctionẽ potentiæ à potẽtia: quia numerus eorũ quę sunt vnius rõnis supponit actualitatem eorũ siue entitatẽ actualem eorum quę numerãtur si actu sunt plura: si autem solum possunt esse & nõdũ sunt: possunt quidẽ plura esse scdm numerũ sed nondũ sunt: cũ igitur materia nõ habeat aliq̃ entitatem actualem

actualem ſecundū ſe,ſed omnē quā habet:habet per formam & à forma:conſequens eſt ꝙ ſecundū ſe non poteſt habere aliquē numerū quo diſtinguatur actu ab alia. Si autē aliquis diceret ꝙ tota diſtinctio numeralis eſt quidem per formā vel à forma,ſed ſolū quantū ad fieri:non autē quantū ad conſeruari,ac per hoc materia quę facta eſt per formam diuerſa numero à quacunq; alia materia ſemper remanet alia:nec recipit aliam vnitatem numeralem ſub quacunq; forma fiat de nouo:ſed ſemper retinet præexiſtētem:& ſic nō oportet ꝙ materia quæ fit ſub aliqua forma ſit eadē numero cū omni materia quę priꝰ fuit ſub eadem. Dicendū ꝙ nō valet:quia licet in cauſis efficientibus aliquid poſſet eſſe cauſa in fieri & nō in cōſeruari:in cauſis tñ formalibus non. Nihil enim pōt eſſe albū ſine albedine. Cū igitur forma ſit cauſa vnitatis & entitatis materiæ per quā vna diſtinguitur ab alia non efficiens,ſed formalis:impoſsibile eſt talem diſtinctionē fieri vel conſeruari ſine forma. Patet ergo ꝙ remanente eādēforma ſecundū numerū quęcūq; materia aduenias, & vndecunq; eſt idem hō ſecūdū numerū,propter hoc,ꝙ tota vnitas actualis cuiuſcūq; rei eſt à forma. Et ſecundū iſtā viā(vt dicūt)euadūtur multę difficultates quæ ſunt circa materiam reſurrectionis:ſicut eſt illa de coſta Adæ de qua formatū eſt corpus mulieris:vt dicitur Gen. 2. & illa qua quæritur ſi aliquis homo nutritur ex carnibus alterius hominis:& de ſuperfluo alimēti generetur alius homo in quo iſtorum talia reſurgant. Secūdum enim ea quæ dicta ſunt prius non differt quantū ad vnitatem numeralem reſurgentis,in quo talis materia reſurgat: cum ipſa de ſe nullam vnitatem vel pluralitatem habeat: ſed omnia iſta competunt ei per formā quæ ſi eadem eſt:totum cōpoſitum erit idem. Per hoc autem vt dicunt apparet reſponſio ad principalia argumenta queſtionis:quia ſecundū hanc poſitionem non ſolū ſaluamus idētitatem formę,ſed etiam materiæ modo quo dictum eſt. 14 Sed ſuſtinēdo rationes poſſet dici,ꝙ materia quę eſt ſub vna forma diſtinguitur eſſentialiter ab illa quæ eſt ſub alia. Ex quo aūt ſemel diſtincta eſt,per quaſcunq; formas trāſeat diſtincta remanet,ſi redeat ad eandem formam. Vnde ſi anima Petri vniatur materię Pauli quæ remanſit in oſſibus vel reliquiis Pauli propter vnitatem formę bene materia formæ quæ nunc eſt Petri habet eādem actualitatem numero quam materia olim Petri habuit, ſed loquendo de eſſentia materiæ in ſe non eſt idipſum quod illa eſt:nec quod illa fuit:quia materia quæ fuit Petri ſecundū ſuā entitatem potentialem aut corrupta eſt aut remanſit. Non poteſt dici ꝙ ſit corrupta:quia eſt incorruptibilis. Et præterea ſi eſſet corrupta materia ſuccedens non eſſet illa:quia ens non eſt non ens. Si autem non eſt corrupta ſed ſua forma oſſis, vel reliquiarū eius non poteſt dici ꝙ materia ſuccedens ſit idipſum,quod eſt materia præcedens cū diſtinguantur formis,nec ꝙ ſit aliquid quod illa fuit:quia ipſa eſt idipſum ꝙ fuit:quia nunquā corrupta fuit:propter quod reſtat ꝙ iſta materia eſt materia Petri:illa autem nō eſt materia Petri,ſed fuit: quia non informatur nunc anima Petri:ſed prius propter qđ Petrus non eſt ille qui fuit: quia non habet partem eſſentialem quā prius habuit:ſed habet quam nunq̄ habuit.

Reſpō. doc. pro opi. cōi.

So. rōnū primæ opinionis Duran.

15 Si quis ergo velit ſuſtinere ſecūdā opinionem quia cōmunior eſt:poteſt dicere ad primam rationem primæ opinionis,ꝙ materia habet diuerſitatem à forma modo quo dictū eſt: quia ſicut quantitas ſi migraret de ſubiecto in ſubiectū daret idem eſſe quantum diuerſis quæ tamen haberet diuerſa eſſe ſubſtantialia:ecōuerſo autem ſi vnū ſubiectū tranſiret de quantitate in quantitatē haberet diuerſa eſſe quanta:& vnū eſſe ſubſtātiale quod conuertitur cū ente,ſed quę ſimul habent vnā quantitatem ſunt vna ſubſtantia perfecta:quæ ſimul duas diuerſæ,ſic eſt de materia reſpectu formæ:quia trāſiens de forma in formā retinet vnitatem eſſentialem potentialē recipiens diuerſas actuales:vnde ſunt duæ vnitates in compoſito, quāuis non ſit niſi vna forma, & hoc eſt ſignum ꝙ hanc vnitatem nō habet materia à cōpoſito:alias nō eſſet niſi vna vnitas materiæ & formæ: ſicut vnitas numeralis in vno quanto non eſt niſi vna omniū vna quantitate affectu. Vlterius ſi forma migraret de materia in materiam, daret idē eſſe actuale materiis habētibus diuerſam eſſentiam:ſed quando actu duæ formæ informant materiam faciunt ipſam diſtinctam : & quando vnā formā multas materias facit oēs vnam actu. Quòd autem materia non ſit quid vel quale vel quantum &c. verū eſt actu ſed potentia ſic eſt quid quod nō aliud:quia eſt in genere ſubſtantiæ: & inde eſt ꝙ primò actuatur per quid & nō per quale & quantum &c. 16 Ad ſecundum poteſt dici ꝙ nutrimētū mutatur ſubſtātialiter,quia nutritio mutatio ſubſtātialis nō accidētalis:vnde alimentū nutrit in quātū quid:quia ex nō ſubſtātiis nō fit ſubſtantia,nec ex nō quantis quantū. ergo cùm nutritio ſit propter reſtaurationem deperditi ſubſtātia deperditur & reſtauratur: nō autem tota nec pars quæ eſt forma; nec pars quæ eſt materia:ſed pars partis: aliter tamen deperditur & aliter reſtauratur. Nam cùm ex reſolutione mixti contingat alia generari,quod non eſt ſine materia:poteſt dici ꝙ illa materia quę per deperditionem & conſumptionem humidi à calido conſumitur, eſt alia numero actualiter ab illa qua remanet:quia diſtinguitur per formā eius quod inde generatur:materia verò quæ additur cum ſit eadem forma non diſtinguitur ab illa cui additur : & ſic etiam additione fit mutatio ſecundum partem eſſentialem materialem non actualem,ſed potentialem: quia facta additione eſt potentia facta in toto ad maiorem quātitatem per augmentum quæ prius non erat. Quando autē dicitur ſi materia haberet de ſe vnitatem retineret eandem, dicendū ꝙ materia vnitatem eſſentialem habet deſe & à ſe:ſed omnis diſtinctio eſt per actū: vnde non diſtinguitur vna materia ab alia: niſi quando eſt ſub alia forma: propter quod illa quæ addit ſub eadem forma nullo modo diſtinguitur:ſed illa quę ſeparatur diſtinguitur,quia fit ſub alia forma ſiue ſeparetur quanta ꝙ magis videtur ſiue non quanta per hoc ꝙ eſt ſub quantitate,quando actio primò eam attingit. 17 Quantum ad ſecundum de integritate ſunt tres concluſiones. Prima ꝙ aliqua poſſunt pertingere ad integritatem tripliciter: primo modo tanꝯ ea ſine quibus nō poteſt eſſe homo nec humana natura:ſic forma & materia ex quorū coniunctione reſultat natura humana præciſe:nec aliud includunt in ratione ſua. Secundo modo tanꝯ ea quæ pertinēt ad eſſentiam hoīs ſeu naturę humanę: ſed tamē ſine eis poteſt eſſe homo:quia præter naturā humanam includūt aliquid aliud:verbi gratia,pes & manus & quędam conſimilia mēbra pertinent ad eſſentiam hominis: ſine quibus tamen. ſ. ſine pede & ſine manu pōt eſſe homo:ꝙ pro tanto eſt quia pes & manus non includunt ſolum id quod pertinet ad eſſentiam hominis,ſed aliquid additū. ſ. talem quantitatem & talem figuram ſine quibus non vocaretur manus vel pes. Tertio modo pertinent aliqua ad integritatem naturæ hominis non intrinſece aliquo modo,ſed purè extrinſecè:quia ſecundum curſum communem naturæ natura non ſeruaretur niſi illis adiunctis:ſi quid autem aliud dicatur pertinere ad integritatem hominis,illud eſt pure accidentale pertinens ad ornatum ſolum vel aliquid cōſimile:vt capilli & huiuſmodi. Si ergo loquamur de his quę pertinent ad integritatē naturæ primo modo dicendū eſt,ꝙ talia non reſurgent, ſed ex

Ad. 2. Duā.

Ar. 3.

ſed ex eorum reunione reſurget homo:& hoc ſtatim probatur:ꝙ ſicut allegatum fuit prius ex dicto Damaſ. reſurrectio eſt eius quod cecidit iterata ſurrectio : ſed per mortem ſolus homo qui moritur cadit forma. ſ. anima intellectiua remanet integra,& materia prima quorum qālibet eſt ingñabile, & incorruptibile. nō ergo cadūt. ergo ſolus hō reſurget ex vnione formæ cū materia,quæ cōſtituunt præciſe eſſentiā hoīs:& ſic reſurget integraliter primo modo,ſed nō ex reſurrectione taliū partiū ſed ex ſola reunione earū. Si autē loquamur de his quę pertinent ad integritatem hoīs. 2. modo, Ad hoc dicēdū eſt, quilibet hō reſurget integraliter,hoc eſt,cū oīnibus mēbris. quod ſic patet,quia effectus nō deficit à ſua integritate,niſi propter debilitatē virtutis actiuę,vel propter indiſpoſitionē materiæ,ſed reſurrectio fiet virtute diuina cui ſubeſt quando voluerit poſſe, nec reſpectu eius pōt eſſe aliqua indiſpoſitio materię quā non poſsit prolibito tollere. ergo oēs reſurgentes reſurgēt cū mēbrorū diſpoſitione & integritate. Et confirmatur,quia nō minus facit virtus diuina in finali reparatione hūanę naturæ quātū ad ea quæ ad naturā pertinēt: quā fecit in prima inſtitutione naturę:ſi eñ Dei perfecta ſunt opera in principio: vt dicitur Gene. 1. fortiori rōne debent eſſe perfecta in fine quantum ad ea que præciſe ad naturā pertinent:qđ pro tāto dicitur,quia à principio creauit Deus homines non ſolum quātum ad illa quæ ad naturā pertinent,ſed addit quædam gratuita quæ competūt ſolis bonis: quia tales. i. bonos fecit eos Deus: ſed reſuſcitabit tam bonos quam malos:& ideo in omnibus reparabit ea quæ ſunt naturæ, in qua omnes & boni & mali cōmunicant : ſed non reparabit in omnibus ea quæ ſunt gratię, ſed ſolum in electis,ſed in prima inſtitutione naturę creauit Deus homines in prædicta integritate. ergo in reſurrectione reparabit eos in cōſimili. per idem patet ꝙ reparabūtur in integritate eorum quæ. 3. &. 4. modo pertinent ad integritatem hominis. 18 Secūda cōcluſio eſt de humoribus:quia eſt triplex humor in homine:quidā recedendo à perfectione indiuidui. vel quia eſt in via corruptionis,& à natura abiicitur tanꝯ ſimpliciter ſuperfluū:ſicut vrina,ſanies,ſudor,& huiuſmodi:vel quia à natura ordinatur ad generationem ſeu ad conſeruationē ſpeciei in aliquo indiuiduo:ſiue per actū generatiue ſicut ſemen: ſiue per actū nutritiue ſicut lac:& nullus taliū humorū reſurget:quia poſt reſurrectionē nō erit ſtatus quo vnū indiuiduū generetur vel foueatur ſeu nutriatur ab alio: ſed ſolum quo vnuſquiſq, ſuſtentetur in ſeipſo. Alia eſt humiditas quę nondū peruenit ad vltimā perfectionem quam natura operatur in indiuiduo,ſed eſt ordinata ad illā:hoc eſt,quia non eſt conuerſa in vnitatem humanæ naturæ,ſed eſt in via cōuerſionis,& hæc eſt duplex:quia quædā eſt quę habet formā determinatam:hoc eſt ſecundum ſe non exiſtentem in via vt tranſmutetur ad aliam formā: vt ſanguis, & alii tres humores qui continentur inter corporis partes,& iſti reſurgēt,quod patet quia reſurrectio noſtra cōformis eſt reſurrectioni Chriſti,ſed in Chriſto poſt reſurrectionē fuit ſanguis:alioquin nō trāſſubſtantiaretur nunc vinū in ſanguinē Chriſti in ſacramento altaris,& eadem ratione ſunt & fuerunt in eo alii humores. ergo & in nobis erunt. Alia verò eſt humiditas in via traſeundi de via humoris ad formā mēbri: & talis non reſurget: quia poſt ſurrectionē ſingulæ partes corporis ſic ſtabilientur vt vna non tranſeat in aliam: quia ceſſauit tēpus generationis & corruptionis. 19 Tertia cōcluſio eſt, de identitate humorū. Vbi quidam dicunt, quod illud qđ dictū eſt de huiuſmodi humoribus nō eſt intelligendum ſic,ꝙ huiuſmodi humores prius corrupti redeant in idem numero,ſed ſolum in idem ſpecie. Si vero ſanguis & cæteri humores qui fuerunt in Chriſto nō fuerunt in triduo mortis corrupti quod nec oportuit:cū huiuſmodi humores non informenturanima rationali: tunc non reſurrexerunt in Chriſto iidem humores ſecūdum numerum,imo non ſurrexerunt: quia non fuerunt corrupti ſed fuerunt reaſſumpti. Omnia autem hæc ab omnibus conceduntur:præterquā de humoribus [illegible]inci palibus quos dicunt quidam reſurgere eoſdem ſpecie tā tum ,nō numero in nobis:quia reputāt impoſsibile corruptum idem numero reparari,hoc autē videtur inconueniens. ſ. ꝙ martyres nō habeant illū ſanguinem quem pro Chriſto fuderunt:nec caput quod pro Chriſto perdiderunt:& ſic de aliis membris: quia ſecundū eos membra humana prēter ſubſtātialem formam accidentalem includunt quam dicunt non redire eandē numero quia corrupta eſt. Videretur autem alicui ꝙ forma quādo corrumpitur:quia non annihilatur cedit in potentiam,non autem naturalem:quia idem non eſt ſimul in actu naturali & potentia naturali : cùm autem ſemel educta eſt in actum naturalem deſiit eſſe in potentia naturali:quādo autem corrupta eſt non rediit in potentiam naturalem: quia potētia naturalis corrupta nō reparatur:ergo ceſſit in potentiam obiectiualem de qua natura educere non poteſt,ſed Deus:& hæc eſt vna cauſa quare formam corruptam Deus nō natura reparare poteſt: quāuis aliquis diceret ꝙ corrumpendo annihilatur: nec eſt incōueniēs ꝙ natura annihilet quæ de nihilo producere nō poteſt: quia ſpecies in ſacramēto altaris natura corrumpere poteſt,qua corruptione facta annihilarentur, niſi Deus naturam ſuppleret. Deus igitur poteſt eam reducere ſiue cedat in potentiam obiectiualem ſiue in nihil : ſed natura non. De humoribus autem Chriſti,verum eſt vt dicunt, ꝙ ſanguinem ſuum in circunciſione & paſſione fuſum potuit à corruptione præſeruare,& incorruptum reſumere: quia eſt alia forma hominis & ſanguinis : & tunc eſſet idem ſanguis numero qui fuit effuſus in ſacramento, ſed ſiue iſto modo,ſiue per reſurrectionem eiuſdem numero : valde eſſet inconueniens ꝙ non eſſet ſanguis pro nobis fuſus,ſicut et corpus pro nobis traditum: quia ſacramentum non efficit niſi quod ſignificat : ibi autem verba ſonant ꝙ intendebat de ſanguine effundendo nō alio:& ideo &c. 20 Quantum ad tertium de deformitate ſciendum eſt, deformitas in corpore poteſt contingere tripliciter. Vno modo ex defectu alicuius cōueniētis, ſicut mutilatos vel mancos dicimus deformes : vel gnanos: primos ex defectu membri conuenientis: ſecundos ex defectu debitæ quantitatis. ſecundo modo contingit deformitas ex appoſitione alicuius diſconuenientis,vt eſt membrum ſuperfluum:vt eſt ſextus digitus, vel macula ſuperueniens oculo. vel alia ſuperfluitas in alio membro. Tertio modo ex indebita partium diſpoſitione vt in claudis & luſcis & huiuſmodi. Quantum ad primū modum quæſtio partim ſoluta eſt in præcedēti quæſtione. ſ. quātum ad deformitatem quæ conuenit ex defectu cuiuſcunq; mēbri: quia oſtenſum eſt ꝙ omnes reſurgent cum integritate membrorum. Sed quantum ad deformitatem quæ contingit ex defectu debitæ quantitatis, dicēdum eſt ꝙ omnes reſurgent in debita quantitate,ad illā ſcilicet ad quam natura vniuſcuiuſq; non errans nata eſt producere in termino augmenti : & hoc patet ratione & auctoritate . Ratio quæ tacta fuit prius : quia ſicut Deus à principio naturam humanam quo ad naturalia inſtituit: ita & in reſurrectione eam reparabit: ſed à principio inſtituit naturam in debita quantitate in vtroq; ſexu,viro , ſcilicet & muliere : ergo in iſto ſtatu eam reparabit. Et quia natura humana à debita quātitate deficit dupliciter;vno modo:quia nondū eam cōſecuta

Examinatio verborū Durandi.

Natura pōt annihilare.

Nota de ſanguine Chriſi.

Articulus. 3 deformitas triplex quō amoucbit in reſurrectio.

Nota ad quā quantitatem reſurget homo.

Durā. hic. q. 2. ad. 2. principale.

secuta est vt in pueris. Alio modo: quia iã ab ea recessit, vt in senibus: in sola enim iuuenili ætate habetur status perfectionis & in quantitate & in vigore: ideo in illa cõditione reparabitur in resurrectione. Auctoritas etiã est ad hoc Ephe. 4. vbi dicit apostolus loquens de resurgentibus. Donec occurramus omnes in virũ perfectũ in mẽsura [illegible]tatis plenitudinis Christi, sed Christus resurrexit in perfecta quãtitate quã habuit in ætate iuuenili quæ circa. 30. annos incipit: vt Aug. dicit, ergo & alii in simili ætate resurgẽt, & in tali quãtitate quã habuerunt vel habuissent si ad illã ætatem peruenissent & nõ incidisset error naturæ. Nec propter hoc est intelligẽdũ, ꝙ post resurrectionẽ oẽs futuri sint eiusdẽ quãtitatis: quia nõ oẽs in ætate iuuenili ad eãdem quantitatẽ perueniunt etiã natura nõ errante: sed quidã ad minorẽ, quidã ad maiorem secundũ diuersitatẽ humidi extẽsibilis per calidũ & calidi extendẽtis humidũ. De deformitatibus autem cõtingẽtibus, Secundo, & Tertio modo soluit quẽstionem beatus Augustinus in Enchiridio. c. 72. quo ad electos dicẽs, sic resurgẽt sanctorũ corpora sine vllo vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione. Sed de reprobis dimittit cã insolutã in. 74. c. dicens. Vtrũ sanè impii cum vitiis & deformitatibus corporũ resurgant in requirẽdo laborare quid opus est? Nec enim fatigare nos debet incerta eorũ habitudo: quorũ erit certa & sempiterna damnatio. Sed apud modernos doctores est duplex mod⁹ dicendi. Vnus mod⁹ est ꝙ reprobi resurgent cũ deformitatibus quas hic habuerũt: quod probãt dupliciter. Primò, quia deformitates tolluntur à corporibus beatorũ ex diuina gratia, sed dãnatis nulla fiet gratia: ergo nõ tollentur deformitates quas hic habuerunt. Secũdò, quia sicut sancti resurgẽt ad altimã fœlicitatẽ, sic dãnati ad vltimã miseriã: sed sanctis nihil auferetur qđ pertineat ad eorũ fœlicitatem, sed potius superaddetur. ergo dãnatis similiter nihil auferetur quod pertineat ad eorũ miseriã, sed potius superaddetur: huius autẽ deformitates ad aliquã miseriã pertinẽt. ergo &c. 21 Alius modus est probabilior, scilicet ꝙ huiusmodi deformitates tollẽtur omnino non solũ ab electis sed etiã à dãnatis, quod apparet sic, Si huiusmodi deformitates remouerẽtur in beatis & nõ in dãnatis: hoc esset solũ vt cederet ad eorũ pœnam, vt tangit secundum argumentũ aliorũ: sed propter hoc nõ remaneret vt probabitur. ergo &c. Assumpta probantur: quia pœna debet respõdere culpæ: cõtingit autẽ frequẽter ꝙ de duobus damnatis ille qui paucior a peccata habet & minus grauia: subiectus est pluribus deformitatibus quã alius qui irretitus est pluribus peccatis secũdũ numerũ, & grauioribus secũdum qualitatem: & quãdoq; maximus peccator nullis deformitatibus est subiectus. ergo si in pœnam peccati cũ huiusmodi deformitatibus resurgunt damnãdi: sequitur ꝙ maior pœna tenebit illũ qui minus peccauit & minor illum qui plus peccauit: quod non est cõueniẽs. ergo &c. Propter quod rationabilius est dicere, ꝙ tam boni quã mali resurgent sine aliqua deformitate. Nec rationes aliorũ cogũt: quod enim primò dicitur, ꝙ damnatis nulla fiet gratia: dicendũ est ꝙ imò graria gratis data. constat enim ꝙ erunt incorruptibiles nõ per naturã, sed per gratiã: & eodem modo ab eis tollentur deformitates per gratiam gratis datam. Nec hoc erit in prçiudiciũ iustitiæ: quia puniẽtur quantum puniri debebunt: sed per hoc apparebit ꝙ non solum in remuneratione bonorũ, sed etiã in punitione malorum concurrent iustitia & misericordia. 22 Ad secundum dicendũ, ꝙ non est simile de bonis & de malis: quia bonum potest esse integrũ, sed non malum: vt dicitur. iiij. Ethicorũ: & ideo fœlicitas sanctorum tanꝝ bonum perfectum excludet omnem miseriã, sed miseria damnatorum non excludet omnem perfectionem, maximè illam quæ pertinet ad conditionẽ naturæ. 23 Ad argumenta in oppositum duo prima principalia concedimus. Ad. ar. prin.

24 Ad argumentum in oppositum respondent qui illi sunt contrariæ opinionis dicentes ꝙ nihil probat. Cùm enim dicitur ꝙ aliquando aliqua duo habent aliquã habitudinem ad tertiũ, quicquid causatur ex cõiunctione vnius illorũ cum tertio, illud idem causatur ex coniunctione alterius cũ ipso: dicendum ꝙ non est verum, nisi illa duo habeant eandem habitudinem ad tertiũ secũdũ numerũ: quia si habeãt aliã & aliam habitudinem secundum numerum ex coniunctione cuiuslibet illorum cum tertio, fiet quidẽ simile sed non idẽ nũero, sic autẽ est in multis: & ideo ꝓpositio nõ est vera de virtute sermonis.

Opi. 1.

Opi. s. Tho. hîc. q. 3. a. 1. q. 1. & Alber. hîc a. 10. rationabilior.

Ad. 1.

Ad. 2.

QVAESTIO SECVNDA.

De *dote impaßibilitatis.*

Thom. 4. Distin. 44. q. 2.

QVAERITVR consequẽterde dote impassibilitatis: vtrũ corpora gloriosa futura sint impassibilia per aliq̃ formã sibi inhærentẽ. Et videt ꝙ sic: quia gloria corporis correspõdet gloriæ aiæ: sed gloria aiæ est per aliquã formã sibi inhærẽtẽ. ergo & gloria corporis. s. impassibilitas & cæterę dotes. Maior patet, minor declaratur: quia tam visio quã fruitio sunt per formas inhærentes. s. per ipsas operationes manentes in operante, & per lumen gloriæ & charitatem, mediantibus quibus prædictæ operationes eliciũtur. 2 Item perfectior est impassibilitas corporũ glorioſorum quã fuisset impassibilitas tẽpore innocẽtię: sed impassibilitas status innocẽtię fuit per aliquã formã inhærentem. ergo impassibilitas corporum in statu gloriæ erit per aliquã formã inhærentem. Minor probatur: quia impassibilitas in statu innocentię fuit per iustitiã originalem, quæ fuit vt videtur aliquis habitus vel aliqua forma positiua. 3 Item verior est potentia qua aliquid potest non pati quàm potẽtia qua aliquid potest pati: vt patet ex. 5. Metaphys. sed potentia qua aliquid potest pati est aliquod positiuum inhærens. ergo à fortiori ratione potentia qua aliquid potest non pati. sed corpora gloriosa si sunt futura impassibilia hoc erit per potentiã qua possunt nõ pati. ergo illa erit aliquid positiuũ & inhærens. 4 Item, sicut bonis hominibus promittitur æqualitas angelorũ quo ad animam: iuxta quod dicitur Matth. xxij. Erunt sicut angeli dei in cœlis: sic eis promittitur quo ad corpus æqualitas vel similitudo cum corporibus cœlestibus: iuxta illud quod dicitur Matt. xiij. Fulgebunt iusti sicut sol. &c. sed impassibilitas corporũ cœlestiũ est per aliquã formã eis inhærentem. s. ex hoc ꝙ forma terminat totum appetitũ materię. ergo impassibilitas corporũ glorioſorum, & per aliquam formam eis inhęrentem. 5 In contrarium arguitur: quia effectus priuatiuus nõ requirit nisi causam priuatiuam: sed esse impassibile est quidã effectus priuatiuus. ergo non requirit nisi causam priuatiuã, non ergo oportet ꝙ corpora gloriosa sint impassibilia per aliquã formã inhęrentem. 6 Item aut beati possunt scire quã tum ignis sit calidus aut non. Si dicatur ꝙ non, Contra, quia videtur imperfectius ꝙ sensus non cognoscat in patria quod cognoscit in via. oportet igitur ꝙ tactus beatorum immutetur vel possit immutari à calore ignis secundum suã excellẽtiã, quod non potest esse sine vera passione. ergo nullo modo erunt impassibilia, nec per habitũ, nec per priuationẽ, nec aliter. 7 Respondẽo: hîc sunt tria

tria videnda. Primò, quomodo corpora gloriosa sint impassibilia, & quomodo non. Secundò, quid est causa impassibilitatis. Tertiò, per qd sunt impassibilia. 8 Quãtum ad primũ qua passione sint passibilia & qua nõ est sciendũ, ꝙ cũm passibilitas & passio sibi correspondeãt, vt potentia & actus, sicut passio dicitur dupliciter sic & passibilitas. Passio autem accipitur vno modo large pro receptione formæ quantumcunq; conuenientis naturæ rei: secundo modo accipitur magis stricte pro amissione formæ cõuenientis secundũ naturã, & receptionem formæ disconuenientis & cõtrariæ secundũ naturã. Et simili modo passibilitas dicitur dupliciter pro potẽtia susceptiua primæ passionis aut secundę. Loquendo de passione vel passibilitate primo modo, dicta corpora sanctorum post resurrectionem non erũt impassibilia. Primò, quia in corporibus glorificatis erit vsus sensuum, sed talis vsus non potest fieri sine receptione speciei sensibilis. ergo in beatis erit passio quę est receptio formæ conuenientis. Secundò, quia corpora glorioſa assimilabuntur corporibus cœlestib⁹ quæ sunt incorruptibilia per naturam: sed corporibus cœlestibus nõ repugnat passio, quæ est receptio formæ conuenientis, & perficientis, sicut videmus esse de luna quæ illuminatur à sole, & cæteris planetis & stellis, vt innuitur in libro de proprietatibus elementorum. ergo corporibus glorioſis non repugnat passio quæ est receptio formæ conuenientis. Si autẽ loquamur de passione & passibilitate quæ attenditur secundũ abiectionem formæ conuenientis, & receptionem disconuenientis sic sunt impassibilia: quia cùm in eis ponatur quod est perfectionis & remoueatur quod est imperfectionis, ipsa erunt passibilia passione quæ est salus & perfectio: non illa quæ magis facta abiicit à substãtia: vt dicitur secũdo de anima. 9 Quantũ ad secũdũ de causa impassibilitatis, Primò quęretur per qđ aliquid est passibile passione ꝓprie dicta: & ex hoc videbitur quomodo aliquid est impassibile, quia priuatio cognoscitur per habitum. Dicunt ergo quidam ꝙ ex hoc aliquid dicitur passibile proprie vt nunc loquimur: quia potest trãsmutari à dispositione sibi conueniente secundũ naturã ad dispositionẽ innaturalem vel cõtrariã naturæ: posse autem transmutari contingit alicui per solum principium passiuum vel per potentiã passiuam: sicut patet per diffinitionẽ quæ datur de potẽtia passiua quinto Metaphy. scilicet ꝙ potentia passiua est principium transmutandi ab altero. ergo esse passibile conuenit alicui per solam potẽtiam passiuam: hæc autem potentia passiua non est potentia solius materiæ: quia illud quod indifferẽter se habet ad omnẽ formã nec vna est sibi magis cõnaturalis quã alia, nõ est principiũ ꝙ aliquid sit passibile passione proprie dicta, sed materia prima quantũ est de se indifferenter se habet ad omnẽ formam, nec vna est sibi magis cõnaturalis quã alia. ergo materia secundũ se nõ est principiũ passionis propriè dictę. Maior declaratur: quia nos loquimur de passione per quam abiicitur forma conueniens: & ideo illud quod indifferenter se habet ad omnẽ formam, ita ꝙ vna non est sibi magis conueniens quàm alia, nõ potest esse causa talis passibilitatis vel passionis. Minor similiter manifesta est: quia materia prima nõ determinat sibi aliquã formã substantialem: sed indifferenter se habet ad omnes: & per cõsequẽs nõ determinat sibi accidentalẽ: cùm determinatio formarũ accidentaliũ sit ratione substãtialiũ: quare. &c. Restat ergo ꝙ illud principium sit cõpositũ ex materia & forma, cui ratione formę cõueniens est aliqua qualitas, alia verò disconueniẽs: & tamẽ quia est in potentia ad vtrũq; potest transmutari de qualitate cõueniente ad disconuenientem. Et sic patet qualiter aliquid dicitur passibile passione proprie dicta: quia à potentia passiua qua aliquid est receptiuũ dispõnũ diuersarũ quarũ vna conueniẽs est naturæ talia verò disconueniens. Impassibile autẽ dicitur aliquid dupliciter: vel proprie & simpliciter per priuationẽ principij passiui: vel large per solum impedimentũ actualis passionis. Et primũ impassibile dicitur simpliciter & absolute, quia negat oẽm passibilitatem: secundũ autẽ nõ dicitur impassibile simpliciter, cũ nõ neget omnẽ passibilitatem absolute, sed solũ ex suppositione: quia ſtãte impedimento verũ est dicere, ꝙ talis non põt pati, sicut in actibus dicimus ꝙ Socra. dũ currit: non potest nõ currere, licet absolute posset nõ currere. Sed cõtra hoc est: qa si pricipiũ patiendi est cõpositũ ex materia & forma cũ istud idem sit subiectũ vel suppositum quod patitur: nõ erit magis simplex principiũ patiendi quã ipsum quod patitur, qđ tamen videretur, si [illegible]at ex parte potentiæ actiuæ non diceretur totũ cõpositũ potẽtia actiua sed qualitas, sed id est actiuũ. Et dicendum ꝙ non est simile, quia ex parte agẽtis nõ sunt sic duo, vnũ abiiciendo aliud immittẽdo, sicut ex parte potentiæ passiuæ: imò cũ agens non corrũpat nisi vt generet: illud est principiũ agendi quo se cõmunicat quod est virtus sola. Vel põt dici ꝙ principium patiendi totale est: idipsum quod patitur. s. subiectũ ex materia & forma cõueniente. s. accidentali & per quã est cõueniẽs. s. formæ substãtiali: sed principiũ patiẽdi partiale est bene simplicius quã suppositũ patiens: quia ad passionẽ proprie dictã cõcurrũt quatuor. s. abiectio & receptio: & huiusmodi principũ & ratio passiua est sola materia quæ est in potẽtia ad vtrũq;, passiuũ verò cõpositũ ex materia & forma substãtiali. &c. Itẽ cõueniẽtia & disconueniẽtia & hmõi principiũ, & ratio est forma substãtialis cui hęc forma accidẽtalis est cõueniens: alia disconueniens. ergo, &c. 10 Quantũ ad tertiũ per quid sunt impassibilia: patet ex dictis ꝙ si sint impassibilia: hoc erit ꝙ priuationem principij passiui, vel per impedimentũ passionis. Primo modo dixerunt aliqui, ꝙ corpora glorioſa erunt impassibilia: quia in eis nõ erũt qualitates elementorum actiuæ & passiuæ, quæ sunt in corporibus mixtis causa actionis & passionis. Credebant enim ꝙ post resurrectionẽ corpora humana essent mixta ex elementis manentibus in eis secundũ substantias suas, non secũdum qualitates actiuas & passiuas. Sed istud non est verũ: primò, quantũ ad hoc quod dicunt ꝙ elementa manẽt secũdum substantias suas in quocunq; mixto, quia quælibet pars mixti est mixta, vt habetur primo de generatione. si ergo elementa manent in mixto secundum formas suas substãtiales: sequereꝝ ꝙ in qualibet parte materiæ mixti esset forma cuiuslibet elementi, quod est impossibile: cũ plures formæ substantiales specificæ sint incõpossibiles in eadem parte. 11 Secũdò, deficit hæc opinio in hoc ꝙ ponit ꝙ qualitates elementorũ nõ remanent in corporibus glorioſis: quia gloria non tollit ea quæ sunt de perfectione naturæ: sed qualitates elemẽtorum sunt de perfectione mixti saltem accidentali. ergo non tolluntur in gloria vel per gloriam. 12 Tertiò, deficit in hoc ꝙ ponit ꝙ qualitates elemẽtares in mixto sunt causa actionis & passionis: eo ꝙ agãt in se inuicẽ: istud aũt nõ est verũ, sicut probatũ est prius: & ideo de hoc nihil plus dicetur ad præsens. 13 Item elementa manebunt secũdũ suas qualitates: & tamen nõ alterabuntur nec patientur mutuo alterũ ab altero: quia cũ post resurrectionẽ cesset motus cœli, oporteret ꝙ illud quod semel ab altero pateret semper ab altero pateretur: & sic prędẽte passione finaliter sequeretur corruptio, qđ non est verũ: ergo impassibilitas elemẽtorũ: & fortiori ratione corporũ resurgentiũ nõ erit ꝓpter carentiã qualitatũ elemẽtorũ. 14 Quato, quia dato ꝙ hæc omnia essent vera non sufficerent ad

Ad. 1. Corpora erũt impassibilia ꝓprie nõ aũt largo modo. &c.

Ar. 2. Duran. hic. q. 4. ar. 1.

Obiect. doc.

Solutio.

Ar. 3. Opiniãtis.

Impugna. 1.

Impugn. 2.

Impugn. 3.

Impugn. 4.

propositum ostẽdere: quia ex hoc solum dicitur aliquid
passibile: quia habet principiũ passiuũ quod potest trãs-
mutari de qualitate cõueniẽte secundũ naturã ad disco
uenientem. Sed dato ꝙ in mixto nõ essent qualitates ele
mentares, esset tamen ibi subiectũ susceptibile earũ. ergo
adhuc esset vere passibile passione illa ab extrinseco. Re
stat ergo ꝙ corpora glorioſa nõ erũt impassibilia simpli-
citer & absolute per priuationẽ principij passiui: cũ natu
ra corporũ glorioſorũ sit futura eadẽ quæ prius, sed erũt
impassibilia per aliquid præstans impedimentũ actualis
1.opinio. S.T.q.2.ar. 1.q.1. passionis nẽ fiat. 15 Quid autẽ sit illud vtrũ sit forma
aliqua inhærẽs vel sola virtus diuina, duplex est opinio.
Quidã enim dicunt ꝙ talis impassibilitas erit per formã
inexistẽtem, qđ probatur dupliciter. Primò, quia aĩa nõ
potest habere super corpus aliquod dominiũ nec plus q̃
prius nisi corp⁹ sit mutatum: sed anima post resurrectio-
nem habebit perfectũ dominiũ super corp⁹ suũ: ita vt in
corpus nihil possit accedere præter volũtatẽ animę, alio
quin anima nõ esset perfecte beata. ergo corpus erit mu-
tatũ: sed mutatio terminatur ad aliquã formã, ergo cor-
pus glorioſum per aliquã formam quã habebit reddetur
impassibile. Secũdo probatur per auctoritatẽ Augu. ad
Dioscorũ, qui dicit ꝙ in corporibus glorioſis erit perpe-
tua sanitas & incorruptiõis virgor: sed sanitas est per ali
quã formã inhærentẽ. ergo & vigor & impassibilitas san
ctorũ erit per aliquã formã resistẽtẽ actioni cõtrarij cu-
iuslibet, sicut durũ suo mõ resistit diuidẽti. 16 Alius
2.opinio, Durã. vbi supra. ar. 2. modus dicendi est, ꝙ impassibilitas corporũ glorioſorũ
non erit per aliquã formã inhærentem: sed solũ per diui
nam virtutẽ assistentem beatis, & prohibẽtem actionem
cuiuslibet extrinsece inferentis passionẽ. Et confirmatur
Ratio.1. hæc triplici ratione. 17 Prima est ꝙ sicut statui beato-
rum repugnat passio cõtra naturã: sic motus localis con
tra voluntatem, innaturalis enim importat violẽtiam &
displicentiam in cognoscẽtibus, sed ꝙ corpora beata nõ
possint moueri contra voluntatem nõ conuenit eis per
aliquã virtutẽ inhærentẽ. ergo idem sentiendũ est de pas
sione quæ est cõtra naturam. Probatio minoris. Si enim
esset in corporibus beatis per aliquã virtutẽ intrinsecã,
ꝙ non possent ab alio moueri contra voluntatẽ, oporte-
ret ꝙ in quocunq; beato esset tanta virtus in resistendo
quãta esset in quocunq, alio in impellẽdo: istud autem
nõ est verũ, quia secundũ hoc oporteret in minimo btõ
ad hoc ꝙ nõ posset moueri cõtra voluntatẽ esse tãta vir
tutẽ quãta est in quocunq; homine vel angelo: alioquin
si non esset tanta posset moueri ab aliis cõtra voluntatẽ:
pone autem in minimo beato æqualẽ virtutẽ cũ omni-
bus aliis tã hominib⁹ quãangelis inconueniens est, cũm
secundũ naturã angeli excedant homines: & secũdũ glo
riã sint gradus tã in hominib⁹ quã in angelis. 18 Secũ
da ratio talis est. Passibilitas proprie dicta & corrupti-
bilitas sibi correspõdẽt. ergo impassibilitas & incorrupti-
bilitas: sed incorruptibilitas beatorũ nõ erit per aliquã vir
tutẽ inhærentẽ vt ꝓbabitur. ergo nec impassibilitas. pro
batio minoris: quia effect⁹ cõmunis requirit causam cõ-
munẽ, sed incorruptibilitas post resurrectionẽ erit cõis
bonis & malis. ergo inerit eis per causam cõmunẽ: sed in
malis incorruptibilitas nõ erit per aliquã formã inhærẽ
tem. ergo nec in bonis. Quod autẽ in malis nõ sit incor-
ruptibilitas per formã inhærentẽ probat ex dictis illorũ
qui tenẽt præcedentẽ opinionẽ. hoc enim expresse cõce-
dunt. & per rationẽ: quia cũ passio ꝓprie dicta sit via ad
corruptionem, vt dicitur secundo de gnatione: si aliqua
forma prohiberet corruptionẽ in dãnatis prohiberet & pas-
sionem: quia ad vtrũq, se extenderet virtus eius nec
ageret libere vt vnũ prohiberet: aliũ permitteret: cũ igi-
tur in dãnatorũ corporibus non prohibeatur passio pro
prie dicta, patet ꝙ nõ prohibebitur corruptibilitas per
aliquã formã inhærentem. 19 Tertiò patet idem per Ratio.3.
Augustinũ in epistola ad consentiñ. vbi dicit sic. sicut ab
igne fornacis Chaldęorũ abstulit Deus virtutẽ cõburen
di quãtũ ad aliquid: quia. s. corpora puerorũ illæsa serua
ta sunt, sed mansit quãtum ad aliquid, quia ille ignis cõ
burebat ligna ita auferet ab hoibus corruptionem, & di
mittet eis naturã modo prędicto. s. impediẽdo excessum
actionis, & præseruando ab omni nociuo extrinseco. Ex
quo patet intentio August. est quòd incorruptibilitas &
impassibilitas erũt in corporibus beatorũ per hoc ꝙ vir-
tus diuina beatis assistens impediet actionem cuiuslibet
extrinseci inferentis corruptionem. Secundũ hanc opi-
nionẽ potest respõderi ad rationes in oppositũ. 20 Ad Ad rationes
primũ cum dicitur, ꝙ corporis gloria correspondet glo- pricipales in
riæ animæ: dicendũ ꝙ verum est quãtum ad hoc ꝙ cor- oppoſi.
pus glorificabitur prout est animæ cõueniens, pro statu
illo quo corpus perficitur ab anima beata: sed nõ oporꝛ
tet ꝙ perfectiones animæ & corporis correspondeant si-
bi quo ad numerũ & quo ad modũ, sed perficietur vnum
quodq; prout congruit suæ naturæ. Naturæ autẽ animę
quæ de se est incorruptibilis & impassibilis nõ congruit
ꝙ perficiatur per ablationem talium vel cõsimilium de-
fectuũ, quia de natura sua caret talibus defectibus: sed
perficietur collectione donorum supercœlestiũ, corpus
autem quod de natura sua subiacet corruptibilitati &
passionabilitati indiget perfici ablatione istorum defe-
ctuum, & ꝙ hoc potest fieri per solam virtutem diuinam
assistentem beatis ad nutum: ideo nõ oportet ꝙ fiat per
formã inhærentẽ. 21 Ad secundũ dicẽdũ: ꝙ impassibi Ad.2.
litas status innocẽtiæ nõ erat per aliquã formã inhæren-
tem: quia iustitia originalis de qua arguebatur nõ erat
aliqua forma inhærens: quia vel erat rectitudo volunta Nota.
tis ad Deũ, quæ non perficit corpus: vel erat obiecta vi-
riũ sensitiuarũ ad rationẽ per quã nõ apparet ꝙ ex hoc
corpus redderetur impassibile. præseruabat ergo homo
in statu innocẽtiæ à passione & corruptione: partim per
ꝓpriã scientiã qua prædit⁹ erat per quã cauere poterat à
nociuis: partim vero per diuinã ꝓuidẽtiã ꝓuidẽtem nẽ
ex improuiso aliqđ nociuũ hoiem læderet. 22 Ad ter Ad.3.
tiũ dicẽdũ, ꝙ nobilior est potẽtia qua aliquid potest nõ
pati quã illa qua aliquid potest pati: & vtraq; est aliqd
positiuũ inhærẽs si sumatur proportionabiliter quia: si-
cut potentia qua aliquid potest pati est potentia, qua
aliquid transmutabile transmutari potest à dispositione
cõueniẽti secundũ naturã ad dispositionẽ cõtrariam: sic
potentia qua potest non pati aliquid si sit per priuatio-
nem potẽtię passiuę est aliquid positiuũ & nobilius po-
tentia passiua: nõ quantũ ad formalẽ rõnem priuatiõis,
sed quãtum ad fundamẽtum quod vocamus potentiam
non patiẽdi, sicut dicimus angelũ immortalẽ vel impassi
bilẽ: quia est talis naturæ ꝙ nõ habet in se potentiã passi
uã per quã possit sic transmutari, nec talẽ potentiã secũ
cõpatitur: nec dubiũ est ꝙ natura angeli est positiua &
potior & perfectior quacunq; potentia passiua: sed isto
modo corpora glorioſa nõ erunt impassibilia. s. per pri-
uationẽ principij passiui, sed solũ per impedimentũ pas-
sionis nẽ actualiter inferatur: & adhuc illud impediens
est nobilius quã sit potẽtia passiua in corporibus, sed nõ
oportet ꝙ sit inhærẽs, quia passio impediri põt nõ solũ ꝙ
indispositionẽ patientis, sed per oẽ extrinsecũ qđ põt im
pedire, vel resistere agenti, vel suspendere eius actionem.
23 Ad quartũ dicẽdũ: ꝙ corpora glorioſa assimilanꝫ cor Ad.4.
porib⁹ cœlestib⁹ in incorruptiõe & impassibilitate quo
ad effectũ: sed nõ quo ad cãm illi⁹ effect⁹: qa in corporib⁹
cœlestib⁹ est incorruptibilitas & impassibilitas per natu
ram, in alijs autẽ erit per gram: & ideo impassibilitas & in
corruptibilitas

corruptibilitas corporũ cœlestiũ inest eis ex eo ꝙ natu-
ra eorum caret principiis corruptibilitatis & passibilita
tis: sed corpora glorioſa non sic erunt impassibilia sed so
lum per impedimentũ actualis passionis, quod nõ opor-
tebit esse per aliquã formam & naturã in eis subiectiue
Ad rões. s. T. existentem: quia poterit fieri per solam diuinam prouꝛ
dentiam eis continue assistentem. 24 Tenendo autẽ
hanc opinionem potest respõderi ad rationẽ opinionis
oppositę. 25 Ad primã cùm dicitur ꝙ post resurrectio
nem corpus erit subiectũ animæ aliter tunc quam nunc
verum est: sed non oportet ꝙ sit per nouã formã inhæren
tem, sed sufficit ꝙ sit per diuinã prouidentiã assistẽtem,
quæ prohibebit ꝙ illa quæ immutant corpus ad corru-
ptionem non fiat tunc sicut nunc, & ita aliter se habebit
Ad. 2. corpus ad animã tunc quã nunc. 26 Ad secundũ dicẽ
dũ: ꝙ illa perpetua sanitas & vigor in corporibus resur-
gentium poterit esse per solã prohibitionem, vel impedi-
mentum cuiuscunq; intrinseci corruptibilitatis vel pas-
sionem inferentis. Secũdum autem vtranq; opinionem
responsum est ad duo argumenta in oppositum facta ar
guẽdo principaliter ad quęstionẽ, quia vnũ eorum pro-
bat ꝙ corpora glorioſa non erunt impassibilia passione
proprie dicta: alius verò probat ꝙ dato ꝙ sint impassibi-
lia, illud tamen non erit per aliquã causam positiuã nec
inhęrentẽ nec assistentem: quorũ vtrũq; negatur in qua
libet dictarũ opinionum. 27 Dicendum est igitur ad
primũ, cũ dicitur effectus priuatiuus nõ requirit causam
positiuam: verũ est formalẽ: imò nullã talem causam ha-
bet sed necesse est ꝙ habeat causam positiuã tam efficien
tem quã fundamentalẽ. Nunquã enim aliquid habet ra
tionem causæ nisi sit positiuũ: sed causa positiua influit
in effectũ positiuũ, & sic causat ipsum: sed effectũ priua-
tiuum nõ causat influendo directe, sed per subtractionẽ
influẽtiæ proprię vt esset de Deo si res annihilaret: & de
nauta si inter pericula maris nauem non regeret, vel im
pediendo influentiã alterius: sicut obstaculum positum
in fenestra causat tenebrã impediendo illuminationem
solis: & eodẽ modo terra interposita inter solem & lunã
causat eclipsim: similiter impassibilitas nõ potest alicui
conuenire, nisi per naturã quã sequitur priuatio princi-
piorũ: mediantibus quibus ineſt alicui passibilitas: vel
per naturã impedientẽ passionem quæ ab aliquo posset
inferri: & vtroq, modo impassibilitas est à causa positi-
Ad. 2. ua vel inhærente vel assistente. 28 Ad secundũ dicen
dum: ꝙ beati nunquã scient per experiẽtiã in se quid est
malum, nec illud pertinebit ad imperfectionẽ: alioquin
Deus esset valde imperfectus qui nunquã sciuit malum
per experientiã in seipso. Experientia enim quatenus im
portat cognitionẽ importat perfectionẽ: & sic est in Deo
& sic erit in beatis: sed quatenus importat passionem nõ
erit in eis. Si quis vult tenere primã opinionẽ potest eam
confirmare: quia videtur probabile ꝙ impassibilitas sit
per aliquid positiuũ ex parte animæ qua ipsa ita plene
dominatur corpori vt à sua subiectione nõ possit eripi,
nec sibi auferri. sicut enim in originali iustitia anima erat
subiecta Deo: & sibi corpus: ita in gloria multo magis.
propter quod sicut habitus habet quib⁹ perfectius Deo
subditur: sic & habitus probabile est ꝙ habeat quibus cõ
ueniẽtius præsit corpori: non quibus corpori alligetur
nec corrumpatur sicut aliæ formæ: quia ipse est incorru-
ptibilis nec iste est vt ipsa iungatur corpori: quia nihil
cadit medium: sed magis consequitur vnionem illam: siꝛ
ue sit in essentia animæ respectu corporis, sicut gratia re
spectu Dei: siue in potentia intellectus siue voluntatis,
vt contra voluntatẽ nihil in corpore patiatur quod esset
pœna: siue ille habitus sit vna de dotib⁹ animæ, siue gra
tia magis perfecta siue aliquid aliud. Itẽ in corpore hoc
etiã poni põt, vt sicut per sanitatẽ naturalẽ est subiectũ
magis animæ, sic etiã per talem habitũ qui sanitas & vi-
gor dicitur: quia vnũ quodq; agitur secundũ ꝙ natũ est
agi. vnde cum corpus sit natum retineri ab anima certa
periodo qualitatibus quibusdã: nihil est inconueniens
superinfundere qualitatem per quã ibi perpetuo tenea
tur. Et si dicatur ꝙ illæ qualitates sunt, ꝓpter interiorẽ
consumptionem in mixtis: nõ est verũ, imò etiam in sim-
plicibus quæ non possunt corrũpi ab intra: sed tantum
ab extra, sunt qualitates quibus defendũt se à corruptio
ne violẽta, nè ergo perfectio corporum inferiorum quæ
non solum diuina protectione: sed à se defendũtur illis
desit: sic & hîc sicut beati licet diuina protectiõe possint
à peccato præseruari quod lædit animam: tamẽ & intra
se habẽt aliquid quo se possunt præseruare: sic & quãuis
diuina virtus æque sine forma inhærente possit corpus
præseruare à contrario: tamen ad nobilitatem eorũ per-
tinet nõ subiici alij corpori à quo non solũ non patian-
tur: sed nec possint pati. vnde tũc non poterũt nec à lu-
ce cœlesti alterari, nec à calore vel frigore: & hoc ꝓpter
se. 29 Propterea aliter fuit corpus Christi incorrupti-
bile in triduo: aliter post resurrectionem, sed in triduo
erat incorruptibile per virtutem assistentem solum. ergo
post resurrectionem per inhærentẽ. 30 Præterea quã-
do Christus assumpsit similitudines dotium ambulãdo
super aquas & huiusmodi: nõ propter hoc habuit dotes,
sed tunc habuit virtutẽ assistentem. ergo dotes dicũt ali-
quid intrinsecũ inexistens positiuũ, vnde apostol⁹ dicit,
Oportet induere incorruptionẽ: & ꝙ immutabimur, &
multa huiusmodi quæ notãt qualitates informantes. Po
test autem secũdũ hoc respõderi ad tres rationes cõtra-
riæ opinionis. 31 Ad primũ dicẽdum, ꝙ nõ est simile Ad arg. Du.
de motu locali qui est à fortiori virtute, & nõ est ad cor-
ruptionem per se: vnde dos impassibilitatis nõ per se ab
illa passione præseruat: & de alia passione quæ immedia
te fit à solo corpore, cui est absurdũ subiectũ esse corpus
glorioſum. Nec videtur incredibile vel impossibile pone Corp⁹ glorio
re in corpore humano glorioſo nobiliorẽ & fortiorẽ vir- sum habet
tutem omni alia quæ in corpore quocunq;, sicut nobilio fortiorẽ vir-
rem & perfectiorẽ claritatẽ quã in sole: ꝓpter quod si est tutẽ quacun
in eo qualitas per quã possit resistere intensissimo calo- q; alia in cor
ri & frigori & incisioni, sicut & per duritiã Adamas ferro pore nõ glo-
& calibi resistit: nullũ impossibile est etiã de motu locali rioſo.
si est in eo qualitas per quã à nullo corpore possit impel
li: nec ꝓpter hoc erit immoderatę virtutis si transcendit
virtute alterius corporis ignobilioris. Respectu autẽ an-
geli nõ oportet: quia nec corpus natũ est esse virtuosius
angelo nec etiã anima. ergo nè patiatur à spũ est per diui
nam ꝓtectionem, nè à corpore per propriã qualitatẽ. Di- Alia solu. digna notatu.
ceret etiã aliquis ꝙ aduersus spiritũ etiam resisti posset
per qualitatem, & aduersus oẽs per virtutem in corpore
vel in anima, quia multo maior virtus requiritur ad agẽ
dum quã ad resistendũ: quia natura agendo se multipli-
cat & cõseruat in simili tantũ, sed resistẽdo cõseruat se in
seipsa ad qđ natura habet maiorem inclinationẽ, vt qui-
busdã videtur. vnde quãuis imperfectissim⁹ calor fit per
fectior maximo frigore, quia scãm totã speciem excedit:
nihilominus tamẽ magnũ frigus resistit paruo calori. Et
quãuis minimus angelus habeat nobiliorẽ virtutem gra
uitate terræ: nõ tamen ꝓpter hoc posset mouere totã ter
rã, ita & si virtus esset in corpore glorioſo, vel anima ad
resistendũ mortui angeli: non ꝓpter hoc esset nobilior
simpliciter virtute angeli: nõ tamen oportet ponere vir-
tutem per quã resisteret oĩbus angelis simul, sicut nec
per quã resisteret Deo, hoc est enim impossibile nec est
necesse. In illis ergo in quibus illa virtus nõ sufficit diui-
na virtus subuenit: in quibus autem illa posset sufficere:

Ad.2.Durã. dignitatẽ corporis & animæ decet eam habere. 32 Ad secundã rationẽ est dicendũ: ꝙ non est simile in corpore dãnatorũ & beatorũ, cũ ibi nihil supernaturale pertinẽs ad gratiã & dignitatẽ debeat poni sicut hic. Et prẽterea, cũ ibi sit passibilitas sine corruptione hic verò neutrũ: non oportet ꝙ sit eadẽ cã vbi est tam differẽs effectus: de

Ad.3. causa tñ illa videbitur post. 33 Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ diuina virtus assistẽs nõ excludit cũ hoc formã intrinsecã

Ad argu. in contrarium. inhærentem. 34 Ad primũ principale in cõtrarium secundũ secundã opinionem potest dici, ꝙ effectus priuatiuus non habet causam formalem & mediatam intrinsecam: sed bene potest habere causam positiuam ad quam sequitur quæ erit forma subiecti, sicut calorẽ inordinatum sequitur priuatio sanitatis, vel duriciem ceræ sequitur infiguratio: & sic est in proposito.

QVAESTIO TERTIA.

De dote subtilitatis.

Thom. 4. Distin. 44. quæst. 2. ar. 2.

Ratio.1. TERTIO quæritur de dote subtilitatis, vtrum virtute diuina corpus gloriosum possit esse cum alio corpore glorioso. Et arguitur ꝙ nõ: quia æqualiter videtur posse fieri ꝙ vnũ corpus sit simul circũscriptiue in diuersis locis: & ꝙ duo corpora sint simul in eodẽ loco: sed primũ non potest fieri quacunq; virtute, vt cõmuniter ponitur. ergo nec secundũ. 2 Item Boe. lib. de Trinitate dicit ꝙ si animo cuncta accidẽtia à corporibus seorsum: tñ locus est cũctis diuersis quẽ vnũ fingere nullo modo possum: sed illud nõ est possibile quacũq; virtute ꝙ nullo modo põt cõcipi mente: tale eñ videt implicare cõditionẽ. ergo videtur ꝙ nulla virtute duo corpora possint simul esse. 3 Itẽ sicut se habẽt duo accidẽtia eiusdẽ speciei ad idẽ subiectum: sic duo corpora ad locũ: sed duo accidẽtia eiusdẽ speciei nõ possunt simul esse in eodem subiecto. ergo nec duo corpora in eodẽ loco. Minor ꝓbatur: qa duo accidentia eiusdẽ speciei vel sint æqualis gradus vel inæqualis: puta, quia vnũ est intẽsius altero, si sint inæqualis grad' impossibile est ꝙ sint simul in eodem subiecto: alioquin idẽ subiectũ posset esse simul magis albũ: & minus albũ qđ videtur implicare cõtradictionẽ, & iterũ termini motus seu mutationis scdm alteratiõnẽ intẽsionis, & remissionis. quare. &c. Si verò sint eiusdẽ gradus idem sequitur: quia subiectũ nõ est in potẽtia ad aliquã formã nisi mediãte motu, sed subiectũ aliquã formã non põt mutari ad similẽ eiusdẽ gradus priore manente, quia idẽ nõ põt simul esse tale formaliter in actu, & tale in potentia, sed istud sequeretur si subiectũ habẽs

Ratio. 1. in oppos. formã posset mutari ad cõsimilẽ. ergo. &c. 4 In cõtrarium arguitur: quia sicut se habẽt duæ naturæ completæ quarũ quælibet nata est cõstituere propriũ suppositũ ad vnitatẽ suppositi, sic se habẽt duo corpora quorũ quodlibet natũ est occupare locũ ad vnitatẽ loci: sed plures tales naturæ possunt esse in eodẽ supposito, saltem virtute diuina, sicut fuit in Christo. ergo duo corpora possunt

Ratio.2. esse simul virtute diuina. 5 Ad idẽ est qđ dicit Damas. lib. 4. c. vlt. vbi dicit ꝙ corp' gloriosum erit spũale, quale fuit corp' Dñi post resurrectionẽ clausis ianuis pertransiens. 6 Respõdeo, hîc sunt tria videnda. Primò, quid est

Ar. primus. Du. hîc. q. 5. dos subtilitatis. Secundò, vtrũ per eã vel per naturã duo corpora possũt esse simul. Tertiò, an virtute diuina duo corpora simul sint vel possint esse. 7 Quantum ad primum dicunt quidam, ꝙ subtile in corporibus secundũ

Declaratio pulchra qd subtile dicat generalem rationẽ opponitur ei quod est esse grossum: & vtrum istorum reperitur in corporibus tam ratione quantitatis quã ratione qualitatis. Ratione enim quãtitatis illud dicitur subtile quod est paruũ secundũ latitudinem & profunditatem: dato ꝙ sit magnũ secundũ longitudinẽ: grossum verò dicitur quod est magnũ secundũ latitudinẽ & ꝓfunditatẽ. Ratione verò qualitatis dicit aliquid subtile quod est rarũ & peruium: vt aer. grossum verò qđ est densum & opacũ: vt terra. In subtili autem & grosso quocunq; istorum modorũ accepto hoc est cõe ꝙ subtile est facile penetratiuũ alteri', subtile quidẽ scdm quãtitatẽ ꝓpter figurã acutã quã habet, si nõ sit latũ nec ꝓfundũ dato ꝙ sit longũ, vt stylus vel acus: talis eñ figura est diuisiua & facile penetratiua. Subtile autẽ secũdũ qualitatẽ est facile penetratiuũ ꝓpter diuersitatẽ suarũ partiũ in partes paruas: poros aliorũ corporũ subintrantes: vt aer, aqua, & huiusmodi: & propter hanc cõditionẽ nomen subtilitatis tractũ est ad potẽtias cognitiuas. Ille enim dicitur habere acutum visum qui penetrare põt ad videndũ parua vel longinqua, quę alij nõ videt: & subtilẽ intellectũ qui penetrat ad cognitionẽ occultorũ. Iuxta etiã hũc modũ substãtiæ spũales dicũtur subtiles: quia maximè elongãtur à grossicie corporali qualitercũq; accipiatur, & maximè penetrãt ad cognoscendũ intima rerũ. Occasione autẽ istorũ fuerunt duo errores circa dotẽ subtilitatis corporũ glorioſorum. Vnus quorundã dicentium ꝙ post resurrectionẽ corpus vertetur in spiritũ, occasionẽ sumentiũ ex dicto apostoli, primę ad Corint. xv. Seminatur corp' animale surget spirituale. Et hic error primò cõuincitur eo ꝙ fortè nõ est possibile quacũq; virtute corpus conuerti in spiritũ. Secũdò, quia si esset possibile & sic fieret: tunc homo nõ resurgeret: quia homo dicit: quid cõpositum ex anima & corpore & nõ alterũ solum. Nec motiuũ est sufficiẽs: quia ficut dicit apostolus, ꝙ corp' spirituale resurget, ita dicit ꝙ seminatur anima le, sed nunc corpus non dicitur animale: quia cõuersum sit in animã. ergo nec tũc dicetur spũale quia cõuersum in spiritũ. Aliusꝛ error fuit aliorũ dicentiũ, ꝙ post resurrectionẽ corpora beatorum erũt subtilia: quia erũt rara ad modũ aeris. Quod patet esse erroneũ: quia talia corpora nõ sunt palpabilia: corpus aũt Christi post resurrectionẽ fuit palpabile. vnde dixit discipulis, palpate & videte. &c. Item veritas humani corporis requirit carnes & ossa. sed carnes & ossa non compatiuntur talem raritatem. & ideo hic error damnatus est à Gregor. vt patet. ix. Moralium. 8 Dicendum est igitur aliter, ꝙ corpus post resurrectionẽ erit plene subiectũ animæ vel spiritui: cõparatur autem anima ad corpus tripliciter. Primò, quãtum ad esse: quia anima est actus & forma corporis. Secũdò, quãtum ad operationes quibus anima vtitur corpore vt subiecto, sicut sunt operationes sensitiuæ. Tertiò, quãtũ ad motũ localem. Anima enim non solum est actus corporis sed aliquo modo motor: prima ergo subiectio corporis ad animã quantũ ad esse pertinet ad dotem impassibilitatis, ratione cuius nihil potest accidere in corpore quod sit ad separationem corporis ab anima. Sed perfecta subiectio corporis, ad animam vt ad motorẽ, pertinet ad agilitatem vt postea dicetur. Perfecta verò subiectio eius ad animam quo ad operationes cognoscitiuas & appetitiuas videtur pertinere ad subtilitatem: & hæc subiectio potest intelligi vel quantum ad operationes sensitiuas præcisè, vt nihil sit in corpore quo puritas talium operatio impediatur: sicut nunc fit in nobis propter grossiciem & impuritatem spirituũ deseruientium operationibus sensitiuis. Omnis enim talis impuritas segregabitur à corporibus glorioſis. Vel potest intelligi talis subiectio propter obedientiam perfectam quam tunc habebunt vires sensitiuæ ad rationem, quæ obedientia non est

non est modo quando caro cõcupiscit aduersus spiritũ: & ob hoc corpus dicitur animale ab animalitate: quia motus animales magis sunt in nobis secũdum impetum sensualitatis, quã secundũ dictamen rationis. Sed tunc dicetur corpus spirituale: quia omnes tales motus erunt plene subiecti spiritui: quãuis quidam intelligant ꝙ corpus dicitur nunc animale quia indiget cibis: tunc verò spirituale quia cibis non indigebit: quod quamuis sit verum videtur tamen magis pertinere ad impassibilitatem & incorruptibilitatem quàm ad subtilitatem. Quocunq; autem dictorum modorum accipiatur subtilitas, non videtur necessarium ꝙ dicat aliquã qualitatem supernaturalem inhærẽtem corporibus glorioſis: quia subtilitas primo modo accepta. s. pro puritate operationum sensitiuarum potest esse per solam puritatem humorũ, & spirituũ deseruientiũ operationibus sensitiuis. Secundo modo accepta potest esse per diuinam prudentiam assistentem. Nec apparet vnde vel quomodo possit esse per aliquam qualitatem inhærentem, quia actus cuiuscunq; qualitatis siue naturalis siue supernaturalis nõ est liber sed necessarius: & ideo ad idẽ semp inclinat, sed obedientia viriũ sensitiuarũ ad intellectũ non potest esse secundum inclinationem ad idem: quia quandoq; secundũ rectam rationem aliquid est appetendum, quandoq; verò oppositum: ideo. &c. Et quãuis secundũ hanc viam subtilitas non sit aliqua forma habitualis, sicut nec impassibilitas: potest tamen dici dos: quia dos sponsæ ex qua nomen istud tractum est, consistit nõ solum in illis quæ sponsam ornant & circunstant quasi intrinsecè: sed etiã in his quę assistunt extrinsecè: vt si ad tuitionẽ eius daretur ei certa custodia militũ. Sic igitur secundũ omnes dos subtilitatis est ad subiiciẽdũ corpus animæ ad operationes organicas sensitiuas, vt remota omni grossicie & ineptitudine ad eas sensitiuæ potentiæ rationi obediãt, & ad operationes suas purius exercendas virtuosiores fiant. 9 Sed quicquid isti dicunt videtur probabilius, ꝙ sit aliquid positiuum existens in ipsis potẽtiis per modum habitus: quia gratia perficit naturã sicut ipsa nata est perfici: potẽtiæ autẽ animæ inferiores natæ sunt perfici ad suas operationes & ad obediendũ rationi per habitus naturales naturaliter acquisibiles. igitur ad hoc ꝙ ista fiant perfectius cõueniens est infundi habitus supernaturales: & siue sint vni' siue plures dotis vnius nomine designãtur propter vnitatem finis in generali. Et quidem ab appetitu sensitiuo & memoratiua est probabile in quibus ex frequentia actuum solent habitus generari naturaliter, sed de potẽtiis apprẽhẽsiuis sensuũ exteriorum & aliquorũ interiorũ in quibus nulli habitus naturaliter acquiruntur non cõcludit ratio, sed potius oppositum, nisi dicamus ꝙ ideo in eis naturales habitus non ponuntur, quia non experimur ex frequentia actuũ eas perfici plusquã primo actu. quia si possent pari ratione haberent habitus sicut aliæ: quia ergo est dubium ꝙ per gloriã perficientur earum operationes & delectationes perfectiores sequentur: probabile est ꝙ hoc fiat per habitus qui & facit operationem connaturaliorem: & per cõsequẽs promptiorem faciliorẽ & delectabiliorẽ. Et ideo argumenta eorũ non concludunt. 10 Vnde ad primũ dicendũ, ꝙ non concludit de appetitiuis in quibus quãto natura est perfectior tanto plus concupiscunt aduersus spiritum: tamen nec in aliis concludit: quia sicut intellectus quantũcunq; depuratis phantasmatibus & potentiis subseruientibus indiget habitu ad perfectius operandum: & voluntas ad obediendum, quãuis organa vel ob grossiciem sui vel spirituũ nõ patiantur: quia organũ non habet: nec per consequens spiritu vtitur: & obiectũ eius est spirituale: ita est in ꝓposito, si dicatur ꝙ hoc est quia intellectus non potest intendi cum sit æuiternus. ideo aliter põt perfici. s. extrinsece qui non potest intrinsece: nõ valet: quia hoc esset imperfectionis in intellectu perfici posse solũ extrinsece: cum tanto sit nobilior perfectio quanto intimior. Si ergo potẽtiæ organicæ possunt intendi, & verisimile sit eas intendi maxime in statu illo perfectissimo: imò etiã in dãnatis vt maiorem pœnã sentiant: nihilominus potentiæ sensitiuę cũ tota intensione sua non habent maiorem perfectionẽ in suo genere quã intellectus per naturam in vltimo sui existens, propter quod si illi nõ intensibili necessarius est habitus ad vltimam perfectionem respectu suæ operationis: pari ratione & potentiis sensitiuis quarũ operatio tunc summe est perficienda. 11 Ad secundũ dicendũ, ꝙ illa ratio pro

Ad.2. bat nõ posse esse aliquem habitũ in appetitu sensitiuo: quod est contra cõmunem opi. propter quod dicendũ, ꝙ determinaret ad vnum non materialiter sed formaliter: redderet enim potentiã bene mobilẽ à ratione: vt obediret rationi in appetendo & refugiẽdio cũ tali & tali modo. Sic enim habitus virtuosus inclinat non ad aliquid appetẽdum, vel fugiendũ: quia non est ad operari absolute: sed ad sic appetendum. i. prout recta ratio dictabit: quia appetitus superior mouet inferiorem, sicut sphæra superior mouet inferiorẽ: vt dicit tertio de anima, vnde sicut inferior sphęra nata est obedire superiori ad omnẽ motum illius, puta primi mobilis & secundi & non ad vnum tantum, sed ad omnem illum quo illa mouetur: sic habitus perficit appetitum sensitiuũ ad omne imperium rationis, sicut & sanitas disponit corpus totum, vt sit bene obediens animæ, non ad hanc vel illam sed oẽm operationem: & nihilominus huius sunt quædam qualitates naturales non potentiæ rationales, quæ sunt ad

Ad.2. vtrumlibet. ideo. &c. 12 Quantum ad secundum de simultate corporum sunt tres conclusiones. 13 Prima, ꝙ duo corpora nõ possunt esse simul in eodem loco per naturam quancunq; localiter: cuius ratio est: quia illud quod naturam consequitur de necessitate naturę: nõ solum quantum ad aptitudinem sed quo ad actum: nõ potest immutari per naturam: v cæcũ videre: mortuũ resurgere: virginem parere, & huiusmodi: sic autẽ est duo corpora esse simul, quia ad hoc sequeretur partes quãtitatis non distingui situ, quod tñ cõsequitur naturã quãti, nõ sicut frigiditas aquã à qua potest separari per violẽtiam agentis creati: sed sicut esse risibilem cõsequitur hoiem: & huiusmodi accidẽtia inseparabilia. 14 Secunda cõclusio est, ꝙ corp' glorioſum nõ potest simul esse cũ alio corpore per dotem subtilitatis solã si dos subtilitatis sit solum aliqua qualitas naturalis vel supernaturalis superaddita: quod probatur sic, Illud quod non tollit à corpore glorioſo quantitatem eius nec actum eius impedit, nõ tollit quin corp' glorioſum necessario expellat aliud de loco: & sic non poterit esse simul cum alio: sed dos subtilitatis est huiusmodi. ergo &c. Maior patet, quia id quod facit distare corpus à corpore secũdũ locũ & situm est sola quantitas. vnde quarto physicorũ dicit philosophus, Quod si à corpore circunscribãtur oẽs passiones & qualitates adhuc occuparet locũ: nec posset esse simul cũ alio sed necessario distaret secũdũ locũ. Ex parte ergo quãtitatis est distantia corporũ quãtũ ad locũ: quod ergo non tollet quantitatẽ nec eius operationẽ nõ tollit, quin corpus vnũ expellat aliud de loco suo. Minor probatur. s. ꝙ nulla qualitas tollat à corpore glorioſo quãtitatem suã nec eius vsum. de quãtitate patet: quia si tolleretur corpus maneret indiuisibile: itẽ non haberet qualitates sensibiles, quæ requirunt quantitatem pro immediato subiecto: quę sunt absurda: nec tollit actum eius: quia id qđ nullam habitudinem habet ad locũ, nisi mediante quã-

Dd 3 titate

Secũdũ Duran. dos subtilitatis nõ est aliqd positiuum.

Opi. docto. Dos subti. est in potentiis per modũ habitus.

Ad.1.Durã.

Nota.

Duo corpora nõ possũt in eodẽ loco esse per naturam.

Nec per dotem subtilitatis.

titate non tollit habitudinem quantitatis ad locum, sed potius accipit ex ea habitudinem: sed omnis qualitas est huiusmodi. ergo. &c. 15 Tertia conclusio est, de ferro ignito & vino & pane: quia in ferro ignito non sunt simul ignis & ferrũ, cuius ratio est: quia forma ignis non cõpatitur in materia quã perficit tantã densitatẽ quãta requirit materia ferri. nec forma ferri cõpatitur tantam raritatem quantã requirit forma ignis: quid ergo dicendum cũ ferrũ ignitur. Vtiq; ignitio ferri non est nisi vehemens alteratio à qualitatibus ignis ratione cuius potest aliud ignire: & sic vbi ferrum est non est ignis, sed ardor vel cauma: si quæ tamen sunt porositates in ferro nihil prohibet quin ibi sit ignis verus generatus, vel in materia aeris prius ibi existẽtis, vel in subtilibus partibus quæ resoluũtur à ferro. De pane autem intincto vel imbibito in vino vel aqua: dicendũ est ꝙ vbi est porositas, ibi solũ est vinũ vel sola aqua: vbi autem panis solidus nihilominus humectatus, ibi est solus panis alterat⁹ tamen à qualitatibus vini vel aquæ, quorum substantia corrupta est: & sic nunq̃ est ferrum simul & ignis, nec panis & vinũ. 16 Quãtum ad tertiũ de virtute diuina est duplex modus dicẽdi. Primus cõmunior est & magis concors dictis scripturę quantũ ad superficiem literæ. s. ꝙ quæcunq; plura corpora possunt esse simul virtute diuina. Et illud probatur primò quantũ ad cõclusionem: & secũdò datur mod⁹ possibilitatis. Primũ probatur ex multis. 17 Primò, quia Christus natus est clauso matris vtero: remansit enim virgo post partũ: sed illud non potuit esse nisi corpus Christi nascendo simul esset cum corpore matris. ideo. &c. 18 Secũdò, quia ponit Christum resurrexisse clauso sepulchro: quod similiter nõ potuit esse: nisi esset corp⁹ Christi simul cũ lapidibus sepulchri, & sic idẽ qđ prius. 19 Tertio, quia Christ⁹ intrauit post resurrectionem ad discipulos ianuis clausis, vt habetur Io. 20. quare. &c. 20 Quartò, quia corpus cœleste nõ potest diuidi saltẽ quãtũ ad substãtiã sphærarũ. vñ dicitur Iob. 37. ꝙ cœli solidissimi quasi ære fusi sunt. ergo si corpus glorioſum nõ posset simul esse cũ alio corpore nũquã corpus Christi ascẽdisset ad cœlũ empyreũ: nec corpora sanctorũ post resurrectionem illuc ascenderent: quod est erroneũ. 21 Quintò, corpus non impeditur esse simul cũ alio corpore nisi ratione quantitatis, vt patet exprædicti articulo, sed ex virtute diuina fit ꝙ in sacramẽto altaris corpus Christi simul est cũ quantitate panis. ergo eadem ratione posset fieri ꝙ esset simul cum substantia panis: & sic duo corpora essent simul. 22 Modus autem quo hoc ponitur est talis. Quantitas enim per quã corpus cõparatur ad locũ habet duo facere. s. reddere corpus quãtũ & occupare locũ. Et primũ est actus eius quasi formalis: secũdũ est actus eius quasi efficientis. Ex quo potest tripliciter argui. 23 Primò sic: sicut se habet calor ad calefaciendũ: sic quãtitas ad occupandum locũ: sed virtute diuina potest fieri ꝙ calor præsens calefactibili non calefaciat ipsum: vt factũ fuit in in fornace Babylonis respectu trium puerorũ. ergo cadẽ virtute potest fieri ꝙ quantitas præsens loco non occupet locũ: & sic alia quantitas poterit simul esse cum ipsa. 24 Secundò sic. Virtute diuina potest fieri ꝙ prius maneat amoto posteriori: cùm hoc nõ implicet aliquã contradictionẽ seu repugnantiam intellectuũ: sed dare esse quãtũ subiecto: per prius cõuenit quãtitati quã occupare locũ, quia ille est actus formalis qui simul est cum forma in subiecto, alius autem est actus eius vt efficiẽtis respectu alterius qui frequenter est tẽpore posterior. ergo virtute diuina potest fieri ꝙ corpus remaneat quãtũ: & non occupet locũ. & sic idẽ ꝙ prius. 25 Tertiò sic. Non videtur ꝙ duo corpora impediantur esse in eodem loco nisi quia non apparet per quid distinguerẽtur, sed illud nõ impedit: quia corpora suis quãtitatibus distinguuntur nõ per loca, quãuis per distinctionẽ locorum appareat seu manifestetur distinctio corporum, dato etiam ꝙ corpora distinguerentur per loca, Deus tamen potest facere per se quod potest facere mediantibus causis secundis. & ita potest distinguere corpora & distinctionem eorũ seruare absq; distinctione locorũ. quare. &c. 26 Secundus modus dicendi est huic cõtrarius. s. ꝙ nulla virtute potest fieri ꝙ duo corpora sint simul in eodem loco proprio: siue ꝙ sint distincta secũdum situm, quod declaratur sic: sicut acceptũ fuit prius corpus nõ impedire esse simul cũ alio corpore, nisi ratione quãtitatis: quia nihil potest ꝓhibere quin corpus possit esse simul cũ alio corpore in eodem loco, nisi illud per quod vnum corpus requirit distinctũ situm ab alio: nihil enim est impedimẽtũ identitatis nisi quod est causa diuersitatis: sed sola quãtitas est illud per qđ vnũ corpus requirit distinctũ situm ab alio. ergo sola quãtitas secũdũ naturã impedit simultatẽ pluriũ corporũ in eodẽ loco. Hoc supposito probatur, ꝙ duo corpora ex hoc ꝙ habẽt duas quãtitates nõ possunt esse simul in eodẽ loco: quia duo corpora nõ possunt esse simul in eodẽ loco, nisi partes sint indistinctæ secũm positionẽ: sed hoc est impossibile. ergo impossibile est ꝙ duo corpora possint esse simul in eodẽ loco. Vtraq; præmissarũ probat̃. Maior sic, qa si duo corpora habẽt suas distinctas positione: tunc cui applicatur vna nõ põt applicari alia quæ distat ab ea secũdũ positionẽ. alioquin distaret & nõ distaret. si igitur omnes partes vnius corporis distẽt positione ab omnibus partibus alterius corporis, vt fit quando applicatur sibi secundũ contractum suorũ vltimorum: impossibile est ꝙ sit in eodem loco proprio. Si enim essent in eodem loco proprio, necesse esset vt non distarent positione suarũ partium: & hæc fuit maior. Probatio minoris: quia non minus necesse est duo corpora distingui adinuicem positione: quã duas partes eiusdẽ corporis: sed partes eiusdem corporis quantitatiue necessario distinguũtur positione: hoc enim est de ratione intrinseca & formali quantitatis, ꝙ habeat partem extra partem vel partem iuxta partẽ, nec potest fieri quacunq; virtute ꝙ quantitas non habeat distinctionem partium, cùm hæc sit eius formalis essentialis ratio. ergo fortiori ratione duo corpora distinguũtur positione. Mi. huius ratio iam patet: sed probatio maior. quia actualis diuisio partium quantitatis non tribuit partibus diuisis ꝙ possint esse simul: sed vna quantitas efficitur duæ sola diuisione: igitur si ante diuisionem partes quantitatis non poterant esse simul, quin distarent ad se inuicem secundum positionem. videtur ꝙ nec post diuisionẽ. Et iterũ duæ quantitates inter se diuisæ possunt vniri & fieri partes vnius quantitatis continuæ constituæ ex ipsis. sicut econuerso partes vnitæ possunt diuidi ad se & esse distinctæ quantitates: propter quod videtur omnino esse idem iudicium de quantitatibus inter se diuisis ꝙ distẽt positione, sicut de partibus eiusdem quantitatis inter se indiuisis: ita ꝙ si partes quantitatis indiuisæ distent positione necessario: ita vt oppositum implicet contradictionem sicut ꝓbatum est: videtur ꝙ sit idem iudiciũ de quantitatibus diuersorum corporũ. Secundò probatur idem sic: si duo corpora possunt esse simul ita ꝙ quãtitates eorũ essent indistinctæ secũdũ positionem: per eandẽ rationẽ partes eiusdẽ quãtitatis possent super se replicari: ita vt essent indistinctæ secũdũ positionem: & iterum possent replicari, vt tota replicatio fieret sup minimãvnã partẽ illius quantitatis, ita v t ab ea oẽs partes aliæ essent indistinctæ scãm positionẽ: hoc aũt videtur impossibile: quia tunc maximũ corpus posset cõtineri à minimo loco per

Art. 3. Opi. s. T. cõmunishic. q. 2. ar. 2. q. 3. &. 4. quotli. 1. q. 22.

Probatio multiplex ꝙ exempla.

Declaratur opi.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Opi. 2. Dunhic. q. 6.

Declaratio opi.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

per replicationẽ partis super partẽ, & posset totus vnus magnus mons transire per modicũ foramen vnius acus, nõ mutata quãtitate sua quod nõ videtur possibile. Nã per eãdem rationẽ totũ cœlũ nihil amittens de sua quãtitate posset cõtineri in modica bursa. Item, sicut partes quantitatis successiuæ: vt sunt tempus & motus habent ordinem durationis: sic partes permanentis habent ordinem positionis: sed nulla virtute põt fieri ꝙ partes quantitatis successiuę vt motus & tẽporis sint simul durationẽ: cùm de rõe earũ sint prius & posteri⁹ secũdũ durationẽ. ergo nulla virtute potest fieri ꝙ partes quãtitatis permanentis sint simul positione: hoc autẽ fieret si duæ quantitates possent simul fieri in eodẽ loco: quia per eandẽ rationẽ duæ partes quãtitatis, cũ quęlibet pars quãtitatis sit quantitas. quare. &c. Qui autem vellet hanc viã tenere posset respondere ad rationes alterius positionis, quæ ostendunt ꝙ sit possibile duo corpora esse simul. 27 Ad primũ dicendũ, ꝙ nõ est simile de calefactione respectu caloris & de occupatione respectu quantitatis, quia per calefactionem fit aliqua natura in calefacto. s. calor qui virtute diuina potest impediri nè fiat, cõseruando qualitatem oppositam propter quod calidũ præsens calefactibili potest virtute diuina impediri nè calefaciat: sed ad occupare non sequitur aliqua natura absoluta ex præsentia locati ad locum vel econuerso, sed ex hoc solo occupatur locus à locato quod locatum habet infra locũ distantiam suarũ partium: cùm igitur hoc sit essentiale locato prout est quãtum, sicut prius probatũ est impossibile est ꝙ locatum sit in loco & ꝙ non occupet ipsum locũ, ac per consequẽs sit incõpossibile alteri sic occupãti. 28 Ad secundũ dicendũ, ꝙ Deus potest facere ꝙ corpus sit quantum & ꝙ non occupet locum: quia potest facere corpus sine loco, sed supposito ꝙ corp⁹ sit in loco. Nõ potest fieri ꝙ nõ occupet locum: quia non est prius imò nec aliud realiter est quantum esse in loco quàm occupare locum: quia occupare locum est habere in loco partes positione distinctas, & distantes à se inuicem: & ab omni alia quantitate: & istud non est aliud quã esse quãtum vt declaratum fuit prius: nec in proposito facit difficultatem corpus continens aliud in quo contentũ dicitur esse sicut in loco: quia si duo corpora ponerentur esse in loco continenti, & postea corpus continens tota liter annullaretur, non propter hoc præcedentia corpora desinerent simul esse: quia quamuis illa simultas non esset secundũ locum esset tamen secũdum positionẽ partium, quæ semper est incõposibilis quantitati: cũ distantia partium quantitatis sit essentialiter intrinseca quantitati. 29 Ad tertium dicendũ, ꝙ Deus potest seruare distinctionẽ corporũ sine distinctione locorũ: quia potest facere plura corpora quorum neutrũ sit in loco, nõ potest tamen facere ꝙ duo quanta sint distincta, & ꝙ partes eorũ sint positione indistinctæ: cùm hoc sit contra rationem intrinsecã quantitatis. & quia hoc sequitur si ponerẽtur plura corpora esse in eodem loco: ideo illud nõ est possibile. 30 Ad formam rationis dicendũ, ꝙ non prohibẽtur plura corpora esse in eodem loco: quia locus sit causa distinctionis corporum: sed quia distinctio corporum requirit distinctam positionem eorum quam nõ cõpatitur vnitas loci. Rationes etiã quæ videtur probare cõclusionem, & videntur sumi ex dictis sacræ scripturæ, & ex illis quę cõiter tenet ecclesia possent euadi hoc modo. Cũ enim dicitur ꝙ beata virgo mansit virgo post partum sicut ante: concedendum est sicut verissimum. Fuit enim virgo non solum ex carentia experientiæ delectationis carnalis: per quam solam experientiam virginitas amittitur propriè: sed etiam per integritatẽ membri corporalis: nec tamẽ ꝓpter hoc in natiuitate Christi fuerunt duo corpora simul. s. corpus Christi cũ corpore matris: quia est alius modus possibilis. s. ꝙ virtute diuina fuerit facta dilatatio neruorum & meatuũ vrinaliũ non ruptio aliqua vel fractio, sicut secundũ Auguſt. 14. de ciuitate Dei, factum fuisset in omnibus mulieribus si status innocẽtiæ durasset: quia tunc peperissent sine dolore, qui nunc est pœna peccati secundũ sententiã Dñi, Gene. 3. & proles nata fuisset per dilatationem mẽbrorũ vrinaliũ, & non per fractionẽ vel diuisionem quę nõ potest esse in sentiẽtibus sine dolore. Et hanc viam videtur tenere Gregorius Nicenus & Ambrosius super illo verbo Lucæ. 2. Omne masculinum. &c. Ibi enim dicit Gregorius Nicenus sic, hac autem lege decretum in solo incarnato Deo singulariter & ab aliis indifferẽter impleri videtur. Ipse nanq; solus ineffabiliter conceptus ac incõprehensibiliter editus aperuit vterum virginalẽ, non ante à cõnubio reseratum seruans, & post partum mirabilem inuiolabiliter signaculum castitatis. Et Ambro. ibidem dicit. Non enim rursus coitus vuluæ virginalis secreta reserauit, sed immaculatum semen inuiolabiliter vtero spiritus sanctus infudit. Et subdit quod pertinet ad propositum dicens. Qui ergo vuluã sanctificauit alienam vt nasceretur propheta: hìc est qui aperuit matris suæ vuluam vt immaculatus exiret. 31 Ad secundum dicendum, ꝙ ex nullo textu sacræ scripturæ habetur ꝙ Christ⁹ resurrexerit clauso sepulchro: & ideo assertio cõtraria nõ præiudicat fidei nec scripturæ: quia si ex dictis aliquorũ sanctorum habeatur ꝙ resurrexit clauso sepulchro acccipiẽdum est pro opinione. Et si hoc dictũ esset approbatum: tunc respondendum esset sicut in responsione tertij argumenti statim dicetur. 32 Ad tertium cùm dicitur, ꝙ Christus post resurrectionem intrauit ad discipulos clausis ianuis, absolute: dicendum est hoc esse verum. s. ꝙ cùm fores essent clausæ venit Iesus, sed non dicitur ꝙ intrauit per ianuas clausas. Cùm enim corpus glorioſum possit moueri per aerem sicut per terram: & Christus virtute diuina potuit corpus suũ ostendere vel occultare: prout voluit potuit intrare ad discipulos per fenestram vel per quencunq; alium locum, & tunc primum se ostendere quando fuit coram discipulis. & sic venèrit ianuis clausis sed nõ per ianuas clausas: & si per ianuas intrauit potuerũt & subito aperiri & subito claudi, ita vt apertio & clausio lateret discipulos: & quia res dicitur fieri quando innotescit, ideo dicũtur fuisse clause: quia apertio earum nulli apparuit. Et hoc modo posset dici resurrexisse sepulchro clauso si illud alicubi legeretur: vel posset dici, ꝙ Christus ratione qua Deus habuit in potestate sua corpus & figurã corporis: ita ꝙ potuit figuram corporis mutare in figurã angustam, & sic intrare per quancunq; rimam ianuarum eis remanentibus clausis. & quamuis aliqui dicant hoc non fuisse conueniens, nullus tamen dicit ꝙ fuerit impossibile Christo inquantum Deus: conuenientius autem videtur ponere modum qui ab omnibus conceditur possibilis: quàm ponere illum qui ab aliquibus impossibilis reputatur. 33 Ad quartum dicendum, ꝙ siue ponatur cœlum diuisibile per naturam, siue virtute diuina, nõ oportet ponere ꝙ corpus Christi in ascensu fuisse simul cum corporibus sphærarum, sed ꝙ cesserũt corpori Christi. Et si dicatur ꝙ omne diuisibile est corruptibile: dicendum ꝙ non oportet: quia diuisio non arguit corruptibilitatem in illis in quibus est: sed addit facilitatem: quia corruptibile diuisum in plures partes facilius corrumpitur, quàm si esset integrum: quia singulæ partes minus possunt resistere corrumpenti quàm totum integrum: diuisio tamen non dat eis corruptibilitatem, sed supponit: quod patet: quia si esset quãtum mathematicũ per se subsistens

Ratio. 1.

Ad argu. pri mę opiniõis

Ad. 2.

Ad. 3.

Ad rõnes. s. t. in corpore articuli adductas.

Ad. 2ª

Nota.

Solutio. 2ª

Sco. d. 49. q. ar. 3ª

Ad. 4ª

Ad. 3ª

Nota. sistens,tale quantũcunq; diuideretur non corrũperetur. Non enim corrumperetur à suo contrario: quia quantitas contrarium nõ habet, nec corruptione subiecti quia subiectum non habet vt ponitur:nec diuisione ad minima, quia tale quantum secundum se est diuisibile in infinitum : nec est possibile peruenire ad minimum nec coniunctum toti nec separatum à toto:patet ergo ꝙ diuisio non arguit corruptibilitatem saltem illa quæ fieret virtute diuina: nec cœli dicuntur solidissimi : quin possint virtute diuina diuidi & præbere transitum corporibus gloriosis ad cœlum empyreũ: sed dicuntur solidissimi,quia naturaliter sunt incorruptibiles. 34 Ad quintum dicendũ:ꝙ corpus Christi prout spectat ad genus substantiæ est verè in sacramẽto altaris:nec illud est contra dicta nisi datur ꝙ in eodem sacramento sit quantitas corporis Christi:quia sola quantitas impedit coexistentiam plurium corporum in eodem loco:sicut autem fuit ostensum prius nõ est necesse ꝙ quantitas corporis Christi sit in hoc sacramento: nec ex vi conuersionis, vt omnes concedunt:nec ex cõcomitantia aliqua quamuis vnũ ab altero non sit distinctum:vt pleni⁹ fuit superius declaratum. 35 Verũtamen quãuis iste modus sit secundũ humanã rationem satis probabilis:quia tamẽ oppositum cõius tenetur:& illa quæ dicta sunt de natiuitate Christi & ingressu eius ad discipulos post resurrectionem,& egressu de sepulchro:& ascẽsu ad cœlos aliter intelliguntur à cõmunitate quã exposita sint : ideo tutius est tenere alium modũ,quãuis sit valde difficile respõdere ad rationes positionis in contrariũ:nec ad præsens patet responsio ad rationes positionis.In talibus tamen est melius captiuare intellectum suum quã præsumptuose aliquid asserere contra cõmune dictum: etiam si non sit expresse cõtra scripturã.Sed respõdeo ad rationes principales:sicut cõmuniter respõdetur. 36 Ad primũ dicendum,ꝙ nõ est simile de existẽtia vnius corporis simul in pluribus locis,& de existentia plurium corporum simul in eodem loco.Primũ esse expresse implicat cõtradictionem:quia illud quod est circunscriptiue in distantibus locis oportet ꝙ sit distinctũ distinctione locorũ:qa quicquid est circũscriptiue in aliquo loco:totũ cõtinetur ab ipso , ita ꝙ nihil contenti est circunscriptiue extra continentẽ:propter quod illa quæ sunt in distinctis locis circũscriptiue necessario distincta sunt:est autẽ cõtra rationem vnius ꝙ sit distinctum:& ideo si vnũ corpus esset in pluribus locis circũscriptiue esset vnũ & nõ vnũ:seu indistinctũ,& distinctũ quod implicat cõtradictionẽ. Sed ponere plura corpora simul in eodem loco solũ videtur repugnare distinctioni eorũ:nõ repugnat autẽ quia prima distinctio corporũ nõ est per loca,sed per seipsa : vel per quãtitates suas:& ita potest virtute diuina cõseruari non obstãte vnitate loci. 37 Ad secundũ potest dici,ꝙ nõ põt per imaginationẽ fingi ꝙ in vno loco sint plura corpora:quia imaginatio nõ trãscẽdit quãtũ:& ideo per imaginationẽ semper accipiũtur plura quãta vt finita & distincta:sed intellectus qui est altior imaginatione põt concipere:quia licet quãtũ in se habeat partes positione distinctas:tñ cõparando vnũ quãtũ alteri:nõ oportet ꝙ sic distinguãtur adeo ꝙ vnũ expellat aliud in eodẽ loco vel situ:cũ ille sit actus secũdus quãtitatis à quo quãtitas potest virtute diuina priuari. 38 Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ non est simile de duobus accidentibus respectu vnius subiecti & de duobus corporibus respectu vnius loci:qa accidentia se habẽt informatiue ad subiectũ : corpora autẽ se habẽt ad locũ extrinsecũ. Item fortè quãuis duo accidẽtia absoluta non possunt esse in eodẽ subiecto vt duæ albedines:tamen ab aliquibus ponitur ꝙ duo accidẽtia respectiua possunt esse in vno subiecto:sicut i vno patre duæ paternitates respectu duorũ filiorũ:nec est dubiũ quin in duobus subiectis sint duo accidẽtia respectiua per cõparationem ad vnũ: sicut in duodus filiis sunt duę filiationes per cõparationẽ ad vnũ prẽm. Et istud vt potest sufficere ad ꝓpositũ:quia vbi vel esse in loco dicit respectũ corporis ad locũ:propter qđ nihil ꝓhibet quin duo corpora simul habeãt duo vbi,respectu eiusdẽ loci. 39 Ratio in oppositũ quãuis sit ad cõclusionẽ cõem tñ solui põt : quia nõ est simile de duabus cõpletis naturis respectu vnius suppositi, & de duob⁹ corporib⁹ respectu vnius loci:quia natura cõstituit suppositũ ratione modi essendi in se:qui cũ nõ sit de intrinseca rõne naturæ põt ab ea separari:& tũc talis natura nõ cõstituit suppositũ, sed alia à qua nõ separabitur modus,& tunc erũt plures naturæ in eodem ſuppoſito.Sed occupare locũ cõuenit quãto,ratione eius ꝙ est de intrinseca ratiõe quãti.ſ. ex eo ꝙ habet partes distãtes ꝓpter ꝙ illud nõ põt à quãto separari:nec per consequẽs põt separari ab eo ꝙ nõ occupet locũ in quo est. 40 Ad auctoritatẽ Dañ.esset dicendum,sicut ad dictũ Euangelii quod allegat.Si quis autẽ velit tenere cõem opinionẽ põt sic cõfirmare,ꝙ duo corpora esse simul in eodem loco est posſibile diuina virtute tanꝙ nõ implicãs contradictionẽ: quia res potest esse sine eo quod nõ est de ratione suæ essentiæ nec sui esse: cũ ad esse rei nihil plus includatur:& si ponatur res cũ essentia & esse omni alio circũscripto: nulla cõtradictio est rem sic esse.Nã ponere rem sine sua essentia:vt hoiem sine aĩa vel corpore bene est contradictio:& similiter ponere rẽ sine eo à quo habet existere,& si nõ essentiã sicut materiam,sine forma. Sed quãtitas non includit in sua essentia nec in suo esse formaliter & essentialiter situm: nec per cõsequẽs distinctionẽ situs seu positiõis quæ est posterior:quia coordinationes ꝑdicamẽtorũ sunt impermixtæ.vñ,cũ situs seu positio sit aliud prędicamẽtum distinctũ à quãtitate,siue differat vt res siue vt modus à re saltẽ rõne formali differt & qdditatiue,& si nõ est de rõe suæ essentiæ:nec per cõsequẽs sui esse cũ nihil cadat mediũ inter essentiã & esse:nec esse vnius prædicamẽti deserit suã essentiã,vt trãseat ad aliã.ergo Deus potest facere quãtitatẽ sine hoc ꝙ partes sint situ distinctę quod solũ impedit simultatẽ corporũ in loco:ideo &c. 41 Hanc autem opinionẽ sustinendo põt respõderi ad tres rationes opinionis cõtrariæ. 42 Ad primã dicẽdũ, ꝙ ma. est vera:& minor est falsa.ad probationẽ posset negari minor apparenter sicut in sequẽti argumẽto dicetur:sed sc cũdum veritatem minor est falsa: quia sicut probatũ est vna ratione,nõ est de ratione formali quantitatis ꝙ partes ei⁹ situ distinguãtur:quod etiã patet.secũdò sic.Illud nõ est de ratiõe alicuius qđ est extra cõpletã eius definitionẽ:quia põt res esse posita sua diffinitione omni alio circũscripto:sed cõpleta diffinitio quãtitatis est ꝙ quantũ est diuisibile in ea quę in sunt.ꝓpter qđ esse partibile & habere partes est cõpleta rõ quãtitatis. Quod aũt istę partes sint distinctę situ vel loco hoc accidit.Ponatur ergo per posſibile vel per impoſsibile, ꝙ aliqd habeat partes & illę nõ distinguãtur situ.quæro vtrũ illæ sint quãtitas vel nõ.Si dicis ꝙ nõ,ergo habeo diffinitionẽ & nõ diffinitũ.Si autẽ dicis ꝙ sic:ergo esse partẽ extra partem non est de essentia quãtitatis.Si dicatur ꝙ species abundat à genere,& quantitas cõtinua vt est quãtitas nõ includit nisi solũ partibilitatẽ: sed vt est cõtinua determinat partibilitatẽ cũ situ:potest dici, ꝙ si determinaret sibi sitũ nõ tamen propter hoc determinationem situs vel distinctionẽ.Nã punctus est vnitas posita & tamen duo pũcta quę sunt in extremitatib⁹ duarũ linearũ cõtiguarũ habẽt vnũmet sitũ,& nihilominus sunt vere pũcta & vere posita & situata:& ita etiã oẽs partes quantitatis quæ

Ad argu. in titulo. q. facta.

Opini. doct.

Ad. 2.

Ad rationẽ in oppositũ.

Proba. doct. pro cõi opi.

Ad rationes Durã. in corpore articu.

quæ essent in eodẽ loco essent situatę seu positæ,sed non situ nec positione distinctæ:hoc tñ non est verũ,qa nunquam vnũ prædicamentũ est differentia specifica alterius, licet species relationũ innotescant aliqñ per species aliorũ. 5. Meta. Sed aptitudo ad hoc benè põt dici essentialis, & specificans quantitatẽ continuam permanentem. Permanentia, ergò videtur esse differentia quantitatis continuæ respectu successiuę & non situs. Si autem dicatur continuũ est cuius partes copulant ad aliquem vnum cõmunem terminũ,qui supponit distantiã partium extremarum à media,dicendũ ꝙ non est verum. Magis enim copularẽtur termino cõmuni si ab illo non distarent , nec per consequens adinuicem q̃ per hoc ꝙ distant: sicut prius dicebatur ꝙ si esset partibile partibus non distantibus esset vera quantitas, & quia nihil est in genere quod non sit in specie, aliqua eius oporteret ꝙ esset in aliqua specie. Si autẽ non esset in specie quantitatis continuæ permanentis in nulla alia esse posset: non enim indiscreta quæ supponit continuam nec in successiua , cùm successio simultatem excludat : ergò esset in specie continuæ permanẽtis,& sic ei accidit quo ad essentiam habẽre in partibus distinctionem situs.

Ad. 2. Solutio apparens. 43 Ad secundò posset dici per interemptionẽ maioris, quia non sequitur si partes quantitatũ diuisarum possunt esse indistinctæ , ꝙ propter hoc partes quantitatis eiusdem, quia etiã naturaliter partes superficiei continentis & contentæ sunt situ cõiunctæ,& immediatæ,nõ distantes,quia locus & locatũ sunt simul: & tñ partes superficici alterius inter se sunt situ distinctæ,& sic falso assumebatur in primo argumẽto:ꝙ maior distinctio requiritur in partibus quantitatis diuisæ quã indiuisæ:& ratio huius posset dari,qa cõtradictio est ꝙ aliqua sint distincta & plura inter se:& tñ careant omni causa distinctionis:quãtitas autẽ inquantũ accidens habet numeraliter distingui subiecto,sed præter hoc inquantũ tale accidẽs distinguitur situ, quod ei cõpetit etiã si non haberet subiectũ.Quãdo autẽ sunt quãtitates diuersorũ corporum:si sint indistinctæ situ adhuc remanent distinctę simpliciter subiectis, & ad effectum sufficit altera causarum quarum quælibet est sufficiens. Sed in eadẽ quantitate indiuisa confusa distinctione situs , non remanet distinctio subiecti , quia est idem subiectum: nec potest dici ꝙ distinguatur distinctis partibus subiecti:cùm magis econuerso hæc distinctio insit subiecto ab ipsa quantitate: vnde Deus qui potest facere duo corpora esse in eodem loco qñ sunt physica,nõ posset ibi facere duo corpora mathematica quia non distinguunt subiecto,quod est verũ nisi faceret secundũ miraculũ quod est sibi possibile, quia illam distinctionẽ quam habent accidentia à subiectis potest eis dare & conseruare sine subiectis: sicut duas albedines separatas posset facere: propter qđ etiã aliquibus videt ꝙ posset facere duo accidentia solo numero differẽtia in eadẽ parte subiecti, quantũ ad hoc saltem ꝙ defectus distinctionis non impediret,sed benè aliud impediret. Sed ista solutio non est bona vt videbitur in sequenti argumento:vnde stando est in solutione primi argumenti, concedẽdo,ꝙ idem sit de replicatione eiusdem quantitatis super seipsam &c.nec sequetur impoſsibile, quia sancti dicunt, ꝙ Deus põt facere camelũ per foramen acus transire: ꝙ fortè non esset per cõpressionẽ in minimã figurã salua vita eius quę non pateretur ossiũ cõfractionẽ,sed per hoc ꝙ partes seinuicẽ subintrarent, vt ita dixerim sublata ab eis distinctiõe situs præter minimam & minorẽ, foramen acus vt posset trãsire. Si enim secundũ corpora distincta integra & incorrupta vnire põt in vno loco: multo magis diuersas partes eiusdẽ corporis: puta manus & pedes. 44 Ad tertium dici potest, vt bis replicatum est concedendo maiorem, ꝙ diuersæ partes diuersorũ motuum possunt esse simul tempore & ipsi toti motus, siue in eodẽ subiecto differentes specie,vt idem homo simul currit & calefit,siue in diuersis:vt duo simul currunt sed non diuersæ partes eiusdem motus, & similiter diuersorũ corporum quantitates simul: sed non eiusdẽ quantitatis diuersæ partes propter rationem tactam in secundo argumento. Sed istud non valet propter rationẽ ipsorum quæ benè probat in primo argumento, ꝙ quãtitas diuisa non minus requirit distinctionẽ q̃ indiuisa. Dicendũ est ergò ad exempla de diuersis superficiebus & motibus quæ sunt simul plusquam diuersæ partes eiusdem,ꝙ hoc non est propter diuersitatẽ subiectorũ vt dicebatur in solutione secundi argumenti.Sed propter hoc ꝙ comparantur adinuicem non vt quanta, sed indiuisibilia & termini quantitatis: quia superficies est indiuisibilis secundũ profunditatẽ: vnde superficies continens concaua & contenta connexa sunt simul secundũ profunditatẽ, secundũ quam nõ sunt partes sed termini diuersarũ quantitatũ:sed superficies conuexa continentis & similiter conuexa contenti non sunt magis simul q̃ si essent eiusdem quantitatis: imò tantũ nec plus nec minus distant abinuicem: & similiter de motibus concurrẽtibus: quia concurrũt adinuicem sicut & duæ lineæ coniungerẽtur secundũ latitudinem si vna poneret iuxta aliam. Per idem enim esset, ac si duo puncta ponerẽtur simul, quæ non faciũt aliqd maius, motus enim habet partes quę sunt prius & posterius & non vnum iuxta aliud. Si autem ponerẽtur duo motus diuersi quorũ vnus esset prior alius posterior: sic non posset esse magis simul duratione q̃ partes eiusdem motus. Dicendũ est ergò ꝙ sicut impoſsibile est esse duas quãtitates diuersas & indistinctas situ,sic impoſsibile est de diuersis partibus eiusdem quantitatis. 45 Et ad rationẽ quæ tacta est cõtra hoc in solutione secũdi argumenti,dicendũ est ꝙ posita causa formali in habentibus materiã Deus põt supplere oẽm aliam causalitatẽ: licet ergò dicat ꝙ partes quãtitatis differant subiecto & situ: vtraq; tñ est differẽtia extrinseca & nõ essentialis,ꝙ tam subiectũ q̃ situs sunt extrà essentiã quãtitatis: vnde vna pars quãtitatis differt ab alia formaliter intrinsecè seipsa cùm sit forma. Actus enim seipso formaliter distinguit à quocũq; distinguat:propter quod si partes eiusdẽ quantitatis habẽtis subiectũ suum, vel nullũ super se replicatæ fiant situ indistinctæ, sublata distinctione effectiua, vel materiali subiecti & sublata distinctione accidentali & extrinseca situs Deo conseruante effectiuè, remanet eis formalis & essentialis, & intrinseca distinctio quam habent à seipsis formaliter, sicut sublatis quantitatibus duorum hominum sublata esset distinctio numeralis accidentalis exterior qua erant duo quanta : sed remaneret alia qua essent duo homines & multi multitudine substantiali ab vno quod conuertitur cum ente.Propter quod dicendum est ad argumentũ ꝙ minor est vera,sed maior falsa,quia non sic se habent partes quãtitatis permanẽtis ad positionẽ,sicut partes successiuę ad successionem: qa successio est differẽtia specifica & essentialis motus & tẽporis:vnde non põtficri motus sine successione: plus q̃ homo sine ratione: sed positio non est differentia quãtitatis cùm sit aliud prædicamentũ: sed est benè propria passio eius à qua Deus potest separare subiectũ sicut prius à posteriori : sed habẽre partes eiusdẽ rationis est propria quidditas quantitatis & nihil plus:non autẽ habẽre partes absolutè:cùm hoc habeat substantia composita:ergò quantitas manens per essentiã suam est aptanata habẽre situm: & per se primo modo habet aptitudinem ad distinctionẽ situs,qa cùm ꝓpria passio fluat im-

Verior solu.

Solutio apparens.

Nota.

mediatè à principiis essentialibus subiecti: potest dici q̃ per essentiã est aptum natũ ad illam, sed actualis inhærentia pertinet ad secundũ modum perfectibilitatis. 46 Pos-
Improbatio solu. Du. ad authoritates. sunt etiã impediri solutiones ad authoritates. Primò, de natiuitate Christi nõ valet dilatio illa, q̃a nõ est de mente sanctorũ, qui dicunt hortum conclusum semper fuisse beatũ vterum. Quòd alij dicũt eum aperuisse: exponendum est sicut dicitur Infernũ aperuisse, habet enim clauem Dauid qui aperit &c. Quia enim homo nõ exit de domo clausa nisi aperiat ostium, & de Inferno nullus exire poterat. Christus autẽ inde exiuit & alios extraxit & exire inde fecit: ꝓpter hoc dicitur q̃ Infernũ aperuit, non q̃ eius ingressum fregerit nec dilatauerit: ita Christus quia de matre exiuit dicitur vterũ aperuisse: q̃a sine apertione nullus filius exit: & sic ad modũ aperientis exeundo se habuit, non q̃ dilatauerit, q̃a talis apertio etiã sine fractione clausioni opponitur & non fractioni. Sancti autẽ dicunt non solũ clausum pudoris signaculũ, sed & ipsum vterũ & portã in domo dñi clausam, & q̃ porta clausa erat principi & nõ aperietur, & dñs intrat & exit per eam, & multa hmõi. 47 Ad aliud de sepulchro dicendũ per interemptionẽ: vnde refert Comestor vocem auditã, sic potuit Christus clauso prodire sepulchro, & licet nõ sit articulus fidei, tñ si recipiẽ authoritas: non est ad mentem illorũ exponere q̃ subito apertũ sit & subito clausum: imò intelligũt q̃ ante omnẽ apertionẽ exiuit. 48 De ianuis clausis certũ est q̃ per fenestras potuit ingredi, sed non sic intelligunt sancti, & licet nõ sit impossibile Deo etiã immortale in minimã figurã redigere, tñ non conuenit corpori mortali qd' sine fractione ossium videẽ nõ posse fieri. Et multo magis illud dicere debuerunt in natiuitate Christi. Nam quantitas formicæ sufficit ad magnitudinẽ corporis animati primùm anima rationali: vnde cùm salua virginitate menstruus cruor, & vrina exeunt, potuit sic corpus Christi ab ipso comprimi vt & sine fractione & dilatatiõe exiret & viuus homo remaneret. 49 De. 4. s. de cœlo verũ dicunt, quòd Deus ipsum in mille partes posset diuidere, nec per hoc corrumperetur: sed non videtur probabile maximè de cœlo Empyreo, q̃ sicut cedit aër auibus volãtibus, sic illud sanctorũ corporibus innumerabilibus & huc atq; illuc discurrentibus, quia sicut scintillæ in harundineto discurrent. 50 De quinto autẽ dicendũ est, quod licet quantitas Christi sit in altari, tñ non est ibi localiter: vnde non est multum ad propositum. 51 Ad argumenta principalia in oppositum solutum est.

QVAESTIO QVARTA.

De *dote agilitatis.*

Thom. 4. Dist. 44. q. 2. art. 2.

QVARTO quæritur de dote agilitatis, an corpus gloriosum moueat in instanti ratione suæ agilitatis de loco ad locum. Et videt q̃ sic, quia oĩe quod mouetur, aut mouetur in tẽpore, aut mouet in instanti sed corpora gloriosa post resurrectionẽ non mouebũtur in tẽpore: ergò mouebũtur in instanti. Minor probatur, quia tunc tẽpus non erit, eo q̃ motus cœli cessabit. ideò
Ratio.2. &c. 2 Item illud quod mouetur æquè citò ad propinquum sicut ad distans, non mouet in tẽpore, sed corpus gloriosum mouebitur æquè citò ad propinquũ sicut ad
Ratio.3. distans: vnde Aug. dicit in quæstionibus de resurrectione q̃ corpus gloriosum vtraq; interualla pari celeritate pertingeret. ergò &c. 3 Item Aug. 22. de ciuitate Dei dicit, q̃ vbicũq; voluerit spũs ibi erit corpus, sed motus voluntatis secundũ quem vult spũs alicubi esse est in instanti: ergò & corpus gloriosum mouebitur in instanti.
In oppoñ. 4 In contrarium arguitur, q̃a vnum corpus non põt esse simul in pluribus locis, vt dictũ fuit Quæstione præcedente, sed si motus localis corporis glorioſi esset in instãti, tunc corpus gloriosum simul esset in pluribus locis. s. in qualibet parte medij & in termino: ergò impossibile est q̃ corpus gloriosum moueat in instanti. 5 Respondeo circa istam quæstionẽ videnda sunt tria. Primũ est, an glorioſa corpora sint futura agilia. Secundum est, an q̃nq; moueanẽ de loco ad locum, & quali modo. Tertiũ est, an motus possit fieri in instanti, an necessariò fiat in tempore. 6 Quantùm ad primũ sciendũ est, q̃ in homine est duplex motus vnus secundũ naturam elementi
Art.1. Durã. hic ad verbũ. q. 7. mot' hois à volũtate, & ab elemẽto prædomini te differun tripliciter. prædominãtis, quo mouet naturaliter deorsum sicut cætera grauia. Alius est motus cuius principiũ est anima & est progressiuus. Et est triplex differẽtia inter istos motus, vna est ex parte principiorũ. Nam principiũ primi motus est à parte corporis & nullo modo à parte animæ, nam si corpus esset sine anima nihilominus moueret tali motu si esset sursum & non esset aliquod detinens: sed principiũ secundi motus est aliqua pars corporis nõ vt est corporis, sed vt est animati: vnde talis motus non cõpeteret corpori sine anima. Secunda differẽtia est, q̃a primus motus est ad determinatũ vbi & vniformiter, quia sequitur formã naturalẽ. Secundus motus est ad diuersa vbi & difformiter, q̃a sequit apprehensionẽ quæ põt variari secundum diuersa appetibilia: & ideò homo vel animal põt motũ variare ad diuersa vbi & diuersimodè, tardè, vel velociter. Tertia differẽtia est, q̃ homo vel animal põt sistere motum progressiuũ per cognitionẽ qua informatur imaginatiua hominis vel animal, sed non alium qui est ex natura elemẽti prædominãtis. Si enim homo esset sursum nec esset retinens, necessariò caderet, nec cadẽs posset sistere motũ sui casus. Et ex hoc ad propositum agilitas dicit habilitatẽ in corpore ad faciliter mouendum secundũ motũ localẽ, non quidẽ secundum motum quo animal mouet secundũ naturam elementi prædominãtis, quia sic corpus mortuũ esset agilius q̃ viuum, q̃a tanq̃ ponderosius citius mouet deorsum q̃ corpus viuum: & tñ nullus dicit corpus mortuũ agile. Item agilitas videtur cõditio mouentis seipsum: sola autẽ animata mouent se & solũ secundũ motum progressiuum: propter quod agilitas est facultas in corpore ad faciliter se mouendũ & prõptè motu progressiuo. Hanc autẽ agilitatẽ rationabile est ponere in corporibꝰ beatorũ, quia sicut dictum fuit prius in beatis corpus plenè erit subiectum spiritui: spiritus autẽ siue anima cõparatur ad corpus non solùm vt forma, sed vt motor: & ideò debet esse subiectum non solũ vt formali perfectioni, sed etiam vt motori: propter quod sicut corpus per impassibilitatem plenè subiicitur animæ vt formę, vel perfectioni: sic per agilitatem plenè subiicitur ei vt motori, adeò vt prõptè & faciliter sine fatigatione celerrimè moueat secundum imperium voluntatis. Per quid autẽ sit ista agilitas, non est omninò clarũ, videtur tñ q̃ sit per ablationẽ grauitatis à corporibus beatorũ, quod patet primò per authori-
Quæstio bo tatem Aug. 22. de ciuitate Dei, qui dicit, q̃ omnipotens na propter Deus auferet à beatis pondus grauitatis. Et arguitur per qd agilitas rationem, quia talis agilitas vel erit per ablationem gra est in beatis. uitatis vel per collationem alicuius qualitatis. Si per ablationem grauitatis solũ habetur propositũ. Si dicitur q̃ q̃ Dur. tenes per collationẽ nouæ qualitatis, aut illa qualitas inclina q̃ dos agilibit ad motũ aut solũ faciet q̃ grauitas nõ impediet, aut tatis non est retardabit motũ processiuũ beatorum. Si inclinabit ad quid positi motum: tunc inclinabit ad determinatũ motum & determinatum

minatum locum & necessariò, quia inclinabit per modum naturæ & non secundũ apprehensionem, cùm non ponat qualitas appetitiua vel cognoscitiua: & tunc beati non possent moueri in contrariũ nisi cũ difficultate: quod est inconueniens: si autẽ qualitas solùm faceret q̃ inclinatio grauitatis non impediret alium motum, cùm melius sit facere aliqua per pauciora q̃ per plura: melius est dicere q̃ grauitas auferatur, & per consequẽs inclinatio grauitatis q̃ ponatur aliqua qualitas quæ grauitatem non tollat: sed inclinationẽ eius impediat. Et confirmatur hoc, quia fatigatio & tarditas in motu progressiuo contingit ex duabus causis. Vna est propter resolutionem membrorũ seu organorũ deseruientiũ motui ex qua debilitãtur. Alia est quia motus ꝓgressiuus non est secundum naturalẽ inclinationem corporis. Ille enim est ad deorsum ratione grauitatis. Prima autem istarum causarum tolletur à corpore glorioso per impassibilitatem ratione cuius organa motus nullam patientur resolutionem nec per consequẽs debilitatẽ. Secunda autem tolletur per agilitatẽ non aliter q̃ per sublationẽ grauitatis, nec ex hoc deperibit aliquid à corporibus gloriosis ad suam perfectionẽ, quia grauitas non sic est de necessitate corporũ vt sunt aliqua membra quæ in patria nullam habent vsum, sicut nec grauitas, nec est necessaria corporibus nisi vt per eam moueantur ad loca naturalia in quibus conseruantur, tali autem conseruatione non indigebũt. quare &c. Et igitur dos agilitatis ad hoc vt corpus summè obediat animæ vt motori, quantùm ad motum localem & progressiuum sine omni difficultate & fatigatione: vnde assument pennas vt aquilæ, current & non laborabunt. 7 Sed quamuis sit probabile
Opinio Docto. quod dictum est, potest tamen sustineri q̃ hæc obedientia sit non per amotionem grauitatis, sed per appositionem qualitatis quæ impediat resistentiam grauitatis respectu aliorum motuum ad deorsum, & habilitet ad motum deorsum plus q̃ grauitas: velocius enim moueretur corpus glorioſum imperio animæ à cœlo ad terrã quàm corpus graue cæteris paribus & hoc non esset propter inclinationem grauitatis: ergò propter aliquid aliud. Si dicatur q̃ hoc esset propter diuinam virtutem assistentem prohibentem nè medium resistat corpori glorioso, tantũ quantùm faceret non glorioso, non sufficit, quia gratia perficit naturam secundũ modum eius: cùm ergò sit natum reddi benè mobile ab anima per aliquod intrinsecum: puta spiritus & bonas dispositiones in neruis & musculis: ergò probabile est q̃ per intrinsecum positiuum faciat sic mobile agile. Erunt enim homines pares angelis habentes per gratiam impassibilitatẽ quod illi per naturam, & similiter per agilitatem & subtilitatem: sicut ergò corpus est subiectum angelo ad motum localem non per solam Dei virtutem prohibentem resistentiam, vel amouentem qualitatem inclinantem ad contrarium: sed per intrinsecam naturam, sicut & graue obedit naturæ superiori ad supplendum vacuum manente sua grauitate, quia per intrinsecam naturam est sibi hoc inditum: sic per gratiam intrinsecam erit corpus humanum obediens spiritui ad motum sine amotione
Ad.1.Durã. grauitatis. 8 Ad argumenta quæ sunt contra hoc est respondendum. 9 Ad primum de authoritate Augustini dicendum, q̃ Deus auferet pondus à corporibus beatis non quo ad essentiam, sed quo ad impedimẽtum: sicut dicitur q̃ caro & sanguis regnum Dei non possi-
Ad.2. dent quo ad culpam, sed quo ad naturam. 10 Ad secundum dicendum, q̃ dos agilitatis impediet nè grauitas resistat motui. Cui aliàs est nata resistere & cum hoc habilitabit corpus ad motum: ita q̃ grauitas proderit ad motum deorsum, & non obeſit ad aliquem alium, licet eius prodesse ad motum sit parui momenti respectu velocitatis quam habebit ex dote agilitatis. Corpus enim mathematicum licet non haberet aliquam resistentiam ad aliquem motum: non tamen ita esset mobile sursum sicut leue, nec deorsum sicut graue. 11 Præterea non est corpus naturale quod non habet inclinationem ad motum: sed corpus gloriosum erit corpus naturale licet cum hoc habeat gloriam: ergò sic perficietur sua natura q̃ habebit intẽ inclinationẽ ad motũ Quod dicitur quòd inclinaret ad vnam partem non est verũ: imò sicut cœlum est natum moueri ad omnem partem æqualiter, quia est natum moueri ab angelo ad nutum: propter quod ita mouetur ab oriente in occidens sicut econuerso: & planetæ in epicyclis & excentricis: ita corpus glorioſum ita in vacuo sicut in pleno & ad omnem differentiam positionis per totem agilitatis, quæ facit ipsum mobile determinatè ad imperium spiritus & non ad aliud. Quòd dicitur q̃ frustra fit per plura &c. dico q̃ melius est naturæ aliquid addere, quàm eam destruere, nec amotio grauitatis daret mobilitatem licet tolleret impedimentum. 12 Ad tertium dicendum, q̃ ma-
Ad confirm. gis videtur naturale corpori humano esse graue, quàm habẽre pedes vel manus, quia non est natura hominis sine grauitate, sicut est sine manu & pede, quia sicut natura aquæ & terræ est esse grauia, sic natura mixti est in motu sequi elementum prædominans in quantitate: & natura hominis est q̃ elementa grauia dominẽtur in eo secundum quantitatem: ergò sicut est natura hominis componi ex quatuor elementis, sic & habẽre grauitatem à prædominio grauium. 13 Quod dicitur secũdò de conseruatione post diem iudicij: dicendum q̃ similiter non est timor corruptibilitatis in elementis, nihilominꝰ tamen erunt in eis grauitas & leuitas quia consequũtur naturas, ita & hîc. 14 Quantũ ad secundũ, tenendum
Art.2. est q̃ corpora glorioſa quãdoq; mouebunt localiter qd' etiam de ipso Christo credibile est, quia virtus procedẽs in actum exercitum & potẽtia perfectior apparet quã si non exiret in actum: actus enim manifestat virtutẽ. Cũ igitur in beatis sit virtus motiua perfecta ex parte animæ & summa habilitas ex parte corporis rationabile est q̃ quãdoq; demonstraretur per effectum: & ita probabile est q̃ beati quãdoq; mouebuntur motu processiuo, quia solũ apparet esse in nobis causatus ab anima per apprehensionem & appetitum, & exercitus per motionem determinatarum partium corporis quæ organicè huic motui deseruiunt. 15 Vtrum autem competat eius alius
Quæstio incidens. motus quo moueatur corpus ab anima non organicè. i. non pars post partem sicut nunc fit, sed totum simul ex æquo sicut nunc graue descendit deorsum & leue ascendit sursum, videtur quibusdã q̃ sic: quod probant, quia in anima est virtus sic mouendi actiuè, & in corpore est virtus passiua optimè dispositа vt mouebatur: ergò talis motus erit vel esse poterit in corporibus gloriosis. Consequentia patet, quia posito sufficienti motiuo & mobili sufficienter disposito sequitur motus, vel saltem potest sequi. Antecedens declaratur quantũ ad duas partes eius. Primè, q̃ in anima sit virtus motiua talis, quia inconueniens videt q̃ anima separata non possit se mouere ad vbi conueniens sibi, sed talis motus animæ separatæ non sit organicè: ergò in anima separata est virtus ad mouendũ non organicè, nec istud repugnat suæ perfectioni, quia angeli qui sunt perfectiores animalibus separatis mouentur de loco ad locũ & non organicè. Item ex parte corporis videtur esse cõueniens dispositio ad talem motũ. Nam corpora beatorũ secundũ omnem partẽ sui sunt simpliciter & immediatè subiecta animę & spiritui: & ideò possunt simul secundũ omnẽ partẽ sui immediatè

Dos agilitatis inclinabit ad omnẽ differẽtiam positionis.

Corpora gloriosa mouebuntur.

diatè ab anima moueri,& non vna pars mediante alia.

Responsio Dñi Duran. 16 Istud autē videtur merè fictitium,& est impossibile ponendo ꝙ in homine non sit alia forma præter rationalem, quia secundū hoc pars essentialis hominis quæ distinguitur ab anima est sola materia: cùm ergò mouens & motum primò sint aliud & aliud : quia nihil à seipso mouetur primò sequeretur ꝙ sicut anima esset mouens tali motu , sic materia prima esset primò mota ab ipsa: quod est impossibile,quia omnē motū oportet esse actu ens. Si verò sit in homine alia forma præter animam per quam corpus sit actu corpus,adhuc talis motus videtur fictio, quia secundū istos in anima post resurrectionem non erit alia virtus ad mouendū præter illam quam habuit dum esset in corpore corruptibili,& quam retinuit separata,sed constat ꝙ omnis virtus motiua quam nunc habet anima est motiua corporis solū vno modo. i. organicè: propter quod & natura dedit sibi partes organicas determinatas ad hunc motū,& differentes secundū differentiam motus,sicut sunt aliæ partes in animalibus gressibilibus & aliæ in auibus : ad alium autē motū qui est totius corporis secundū se totum,nullam dispositionem dedit propter quod videt fictitiū, ꝙ virtus animæ se extendat aliquo modo ad illum motum. Nec valent rationes quas ipsi adducunt. Cùm enim dicunt, ꝙ inconueniens est ꝙ anima separata non moueat se de loco ad locum, absq; dubio incōueniēs est secundū omnem Philosophiā ꝙ aliquid moueat localiter nisi corpus: & si ab aliquibus Theologis ponatur anima separata moueri vt angelus: motus hinc inde dicitur simpliciter æquiuocè, & ex talibus non pōt sumi efficax argumentū. Item dato ꝙ anima haberet talem virtutem mouendi se: non tū se queretur ꝙ haberet talem virtutē ad mouendū corpus secundū talem motum. Sicut enim pro nunc & pro tunc corpus viuificabit ab aīa, ꝙ tū vna pars per prius q̄ alia: quia omnes aliæ mediante corde : sic & multo amplius corpus mouebitur ab anima non secundū omnes partes primò & ex æquo sed secundū vnam mediante alia sicut ipsa dispositio organorū hoc ostendit. 17 Quāuis autem ista reprobatio sit apparens, tñ videt ꝙ opinio sit vera in conclusione licet falsa in ratione. Falsum enim esse videtur ꝙ anima sit nata se mouēre ad omnem locum sibi conuenientē, quia secundū naturā nullus locus est sibi conueniēs nec disconueniens. Itē quod dicunt nullam virtutem addi corpori nec animæ,& tū sic differēter mouere est fictitium, quia idem manēs, idem natum est facere & pati idem : vnde ꝙ anima non variata quo ad potentiā actiuam mouēdi, nec corpus quo ad passiuam moueatur ab illa nouo modo, nō est probabile. Sed conclusio videtur vera, quia q̄uis posset moueri organicè & progressiuè sicut modò: nihilominus tñ & totum simul poterit moueri: vt leue sursum & graue deorsum, sicut & angelus mouet corpus assumptum & non assumptum, quāuis non sit vsq; quaq; simile, quia nec cœlum posset mouēre nisi circulariter. Cùm enim dicit scriptura, Ferebatur in cœlum, videt ꝙ pedetētim quasi per gradus scalæ ascēderet: non ꝙ in aëre vestigia figere nō posset qui etiam mortalis super mare ibat, quia vel non graue erat corpus vel non impediebat : sed ideò quia non videt ꝙ mouēdo vnā tibiam post aliam sicut fit currendo posset corpus gloriosum ita citò mouēre sicut dicitur esse mobile. Non enim sic cōputando passus suos posset tēpore imperceptibili descēdere de cœlo vel ascendere: sicut ergò angelus Dñi portauit Abacuch & reportauit, & Spiritus Dñi rapuit Philippū: mouentur q̄ volunt progressiuè, & quēadmodū scintillæ in arundineto discurrunt.

Resolutio Doctoris.

Ad. 1. Dur. 18 Et ad tria argumēta quæ cōtra hoc fiunt est respondendum. Ad primū, ꝙ materia prima erit mota per se, dicendum ꝙ non: sed anima secundū ꝙ est intellectiua & volitiua erit per se mouens & totū corpus erit per se motum & primò,& anima per accidens: ita ꝙ cōpositū erit & motum & mouens natū subsistere. i. anima, nec oportet distingui subiecto partem mouētem & motam, quia voluntas imprimit affectionē appetitui sensitiuo à qua non distat subiecto, & sic potest imprimere toti corpori simul motū localē. 19 Ad secundū dicendū, ꝙ ad motum progressiuū quia fit modo determinato natura dedit organa determinata, quibus carent planetæ & stellæ non habentes illam virtutē. 3. de Anima. &. 2. de Cœlo. sed motus totus simul non est hmōi, ideò determinata organa ad hoc non requirit. 20 Ad. 3. dicendū, ꝙ in resurrectione natura perficiet positiuè per additionem perfectionis, & priuatiuè per amotionē imperfectionis. Sicut ergò nunc vna pars viuificatur mediāte alia, ita & tunc, quia hoc est perfectionis & melius, sed moueri vnā partem post aliam sicut modò, impediret velocitatē motus illius : vnde sine hac imperfectione poterit esse motus. 21 Quantū ad. 3. de tēpore motus corporum gloriosorū dicendū est, ꝙ motus corporū gloriosorū non erit in instanti sed in tēpore : quia omnis motus qui est de extremo in extremū per mediū, necessariò est in tēpore, sed oīis motus corporū gloriosorū est hmōi. ergò &c. Maior patet, qa ratio medij est ꝙ prius attingatur à mobili, q̄ extremum vt patet ex. 5. Physic. prius autē & posterius non sunt nisi in tēpore. Minor probat, quia nulla virt' creata pōt immutare cursum naturæ: sed cursus naturę est in motu locali ꝙ sit de extremo in extremum per mediū : virtus autē motiua corporū gloriosorū erit creata. s. virtus animę: quare necesse est ꝙ ille motus fiat in tempore. Est igitur cōmunis opinio ꝙ non in instanti mouebuntur, sed in tēpore imperceptibili quando volunt & morosè prout volent. 22 Sed contra hoc est, qa nihil resistit corpori glorioso, aliàs affligeretur: sed propter nullam resistentiam si esset in vacuo motus esset in non tēpore, vt probatur. 4. Physic. ergò & hîc. 23 Dicendum ꝙ natura motus impedit vt dictum est: non autem resistentia medij, quia mediū in nullo resistit, quia nec cedit, quia esset velocissimus ille motus, sed Dei virtute transeunt per medium simul existētes do in eodē loco semper cum spatio sibi æquali æquè citò per densum sicut per rarum. 24 De argumento autē Philosophi dicendum ꝙ secundū eum est bona demonstratio: quia in vacuo non pōt esse motus proiectorū, quibus pro immediatè mouente respondet mediū quod ibi deficit , & sic oporteret ꝙ manus continuè portaret,& sic non proiiceret. Item motus naturalis grauiū & leuium esse non potest, quia graue non prohibitū & non habens resistentiā est deorsum, nec dico moueretur deorsum, quia quādiu mouetur deorsum tandiu impeditur non moueri sed esse deorsum: non pōt autē graue impediri secundū Philosophū nisi à corpore medio , qa secundū eum nec Deus nec angelus posset facere sistere lapidē in medio vacuo. Si ergò esset vacuum inter cœlū & terrā ponere lapidē moueri in tēpore ad terrā secundū eum est cōtradictio, quia si quāto minus mediū resistit tanto citius est deorsum: ergò quando nihil impedit statim est deorsum. Dicere enim ꝙ graue distet à centro & non dare sibi aliqd' impediens vel resistens, est dicere ꝙ ipsum sit extra centrum non violenter: & per consequēs naturaliter quod est contradictio : & secundū hoc procedit demonstratio Philosophi: sed si esset vacuū inter cœlum & terrā, Deus vel angelus, vel homo posset tenēre lapidem in medio,& lapis nulla virtute posset ferri de cœlo ad terrā nisi in tēpore, quia sublato aëre de medio, cœlum licet non esset distans à terra per aliquod mediū reale: tū secundū veritatem

Ad. 2.

Ad. 3.

Ad. 3. Motꝰ corporū sanctorū necessario erit in tēpore. Du. suprà.

Cauillum Docto.

Ruptio cauilli.

Arg. Philos. 4. Physic. exponitur.

tatem non esset magis propinquum q̄ antè : & tanta requireretur ad mensurādum extrema per vacuum , sicut per reale spatium,& circunscripta resistentia medij sola distantia faceret requiri tempus maius vel minus secundum quòd maior vel minor esset. 25 Ad argumenta in oppositum: ad primum dicendum, ꝙ post resurrectionem non erit tempus quod sit passio motus primi mobilis: erit tamen tempus quod est mora continua & successiua motuum qui tunc fient. 26 Ad secundum dicendum , quòd corpus glorioſum non æquè citò attinget corpus distans sicut propinquum, & quod dicit Augu. quod erit par celeritas : intelligendum est quantùm ad hoc quòd erit quasi imperceptibilis vnus respectu alterius propter nimiam celeritatem motus , propter quam aliqui dixerunt, quòd talis motus fiet in instanti, & fiet quasi in tempore imperceptibili. 27 Ad tertiū dicendum, ꝙ illud quod modicum est nihil deesse videtur: vt dicitur. 2. Physi. & dicimus statim aliquid esse factū q̄n factum est post modicum , & sic per hunc modum dicit Augu. ꝙ vbi spiritus voluerit statim corpus erit, quia statim post. Item voluntas beatorum erit ordinata nec volent se esse alicubi pro aliquo instanti, pro quo non possint ibi esse: & ideò quodcunq; distans determinabit vo luntas, in illo erit ibi corpus.

Ad arg. in oppo.

Ad. 2.

Ad. 3.

QVAESTIO QVINTA.

De *dote claritatis.*

Thom. 4. Dist. 44. q. 2. art. 4.

VINTO quæritur de dote claritatis. Vtrum corpora glorioſa habeant claritatem. Et arguitur ꝙ non, quia lux & color requirunt in corpore contrarias dispositiones, quia lux requirit corpus perspicuum non terminatū per opacum: color autē requirit perspicuum terminatū, vt patet ex libro de sensu & sensato, sed constat ꝙ corpora glorioſa erunt colorata cùm color pertineat ad pulchritudinē corporis: ergò non erūt clara seu lucentia. 2 Item corpus lucidum non est perspicuum visui, sed occultat quod est post se, vt patet de corporibus astrorum, & de igne apud nos, sed corpora glorioſa erunt peruia visui. Dicit enim Grego. 18. Moraliū exponēs illud Iob. 28. Non adæquabitur ei aurū aut vitrum, quod patebit corporalibus oculis, ipsa etiam interior harmonia : ergò vt videtur illa corpora non erunt lucentia. 3 Item corpus clarum seu lucens præsens visui ex necessitate videtur, sed corpus Christi erat tunc glorioſum præsens visui discipulorū euntiū in Emaus, & non fuit visum clarū seu lucens. ideò &c. 4 In contrarium est scriptura in quāpluribus locis. Dicitur enim Sap. 3. ꝙ fulgebunt iusti tanquā scintillæ &c. Et Matth. 19. Fulgebunt iusti sicut Sol &c. 1. Corin. 15. Stella differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum.

Ratio. 1.

Ratio. 3.

5 Respondeo , ad cuidentiam quæstionis tria sunt videnda. Primò, de claritate corporum glorioſorū. Secundò, de colore & peruietate. Tertiò, de sufficientia dotiū.

6 Quantùm ad primum est aduertendū, ꝙ nomen claritatis quantū ad primā sui impositionē importat proprietatē luminis sicut & suum oppositū. s. obscuritas importat conditionem seu proprietatē oppositā contrariè vel priuatiuè lumini: sed quia mediante lumine perficitur in nobis potissima cognitio sensitiua exterior quā habemus, scilicet, visiua per quam res nobis potissimè manifestantur: & cuius nomen transfertur ad omnes alias cognitiones, per quas nobis aliqua veritas manifestatur: ideò nomen claritatis transfertur ad omnem manifestationem veritatis: vnde omnem veritatem nobis manifestam dicimus esse claram , & per cōsequēs omne qd' est sui bene manifestatiuū dicimus esse clarum. Et secūdum hoc potest dici, ꝙ claritas dupliciter erit in corporibus glorioſis. Primo, secundum vltimum modum scilicet , inquantū clarum dicitur illud quod seipsum manifestat tanquā habens puritatē naturæ speciei suæ. Sic enim corpora glorioſa erunt clara, quia qualitates eorū maximè ad visum pertinētes, vt color & figura erunt purissimæ nihil impuritatis habētes admixtum,& hoc nullus negat. Sed quantū ad primum modum potest dici, ꝙ claritas erit in corporibus glorioſis dupliciter: vno modo sicut est claritas in corporibus benè tersis & politis, & ex incidentia radiorum Solis vel alterius corporis luminosi: quæ claritas est valdè magna si corpus sit valdè politum & tersum, vt vitrum vel argentum vel aliquid huiusmodi. Constat autē ꝙ corpora glorioſa erunt multùm polita & tersa propter quod ex incidētia Solis vel aliorum luminarium fulgebunt maxima claritate, nec adhuc est aliqua dubitatio. Secundo modo ponitur à quibusdam claritas in corporibus glorioſis dicentibus, ꝙ sicut lux est intrinseca qualitas Solis vel alterius corporis luminosi, sic claritas est intrinseca qualitas corporis glorioſi: & istud est difficilius ad intelligendum: primo, quia talis claritas non videtur ponenda in corporibus glorioſis propter hoc ꝙ magis delectet visum aspicientium : quia nos experimur ꝙ maior delectatio est pulchritudinē coloris & figurę hominis aspiciendo, quā claritatem Solis, etiam si aspectus inde non læderetur. Secundò, quia difficile est vidēre qūo color & lux intensa qualis secundum hanc opinionem ponitur in beatis (ponitur enim æqualis luci Solis) posit stare cum colore: nihilominus propter hoc non est negandū: quin Deus posit dare talem claritatem corporibus glorioſis: cuius ratio est, quia illa quæ secundū naturam possunt stare simul vtroq, vel altero existente in gradu remisso suæ speciei, possunt virtute diuina simul esse vtroq; existente in gradu suæ speciei intensissimo: sed lux & color per naturā sunt simul in eodē subiecto vtroq; vel altero, saltem existente in gradu remisso suæ speciei: ergò virtute diuina possunt esse simul vtroq, existēte i gradu suæ speciei intēsissimo. Maior patet, qa illa quæ sunt diuersarū specierum & cōpatiunt se in aliquo gradu non habent formalem oppositionē, qa formalis oppositio seruatur in toto ambitu speciei: quę autē non habent formalē oppositionē possunt secundū totum ambitū speciei simul esse virtute diuina , qa in nullo implicatur contradictio loquendo de formis diuersarum specierū. Minor similiter declaratur, qa in noctilucis stant color & lux vt apparet ad sensum, & sic videtur ꝙ virtute diuina corpora glorioſa possunt esse colorata & lucentia. Erunt ergò corpora glorioſa lucida non solū per refulgentiā Solis, vel alterius luminaris incidentē super illa tersa & politissima plus q̄ vitrum: sed per intrinsecam inhærentiā lucis manentis impresę: aliàs non lucerent nisi prędente alio illuminante vt Sol, cōtra illud, Ciuitas illa non eget Sole nec Luna. 7 Ad rationē de delectatiōe, dicendū est ꝙ per interemptionē, quia pulchritudinē candoris lucis delectabilis admirabitur oculus suppositō ꝙ non lædat sed confortet plus q̄ quēcunq; coloré seu figuram , quia delectatio causatur ex coniunctione conuenientis cum conuenienti . Nihil autē est conuenientius potentiæ, q̄ suum primarium obiectum: primū autem obiectum visus non est figura quæ est sensibile non proprīū, sed commune: nec color sed lux, qa primū in vnoquoq; genere est causa aliorū: videt autē color per lucē & nō econuerso yñ nō pōt videri color sine luce: & ideo dulce lumē & delectabile

Impug.

Opi. s. T. hîc q. 2. art. 4. q. 1. tēet ꝙ dos claritatis est qualitas impu. Dur.

Verba Doc.

Ad rationē Durand.

lectabile est oculis videre Solem, plus q̃ aliquē colorem.

Ar.2. 8 Quantū ad secundū de colore & peruietate eorum sunt tres conclusiones. Prima, ꝙ non solùm erunt fulgida & lucētia, imò colorata pulcherrimis coloribus & viuacissimis, & lux cum hoc inerit perfectissima & vtrunque simul videbitur, quia quicquid pulchritudinis & nobilitatis est in aliis excellenter debet in eis esse: constat autē ꝙ lux est decor totius mundi, color etiā est pulchritudo omnis mixti terminati, vnde vtrunq; erit ibi.

9 Secunda conclusio est, ꝙ non solū erunt lucida & colorata: imo cùm hoc erunt peruia non propter poros tantùm, quia licet sint ibi futura foramina oris, aurium, & hmōi, quæ pertinent ad perfectionē naturæ: tñ pori per quos sudor exit, & hmōi non erunt quia perfectio non erit: hoc autem est imperfectionis: vnde cœli solidissimi quasi æreⁱ fusi sunt sine poris quod est perfectiōis in eis, igitur erunt corpora peruia sicut vitrū, vt dicit Greg. & Apoc. penul. Ciuitas illa comparatur vitro mundo, non vtiq; quo ad fragilitatē, sed quo ad puritatē & peruietatem. 10 Tertia conclusio est, de posibilitate simultatis lucis radiosę & peruietatis. Vbi notandum, ꝙ non est difficile quō cum ista peruietate luceant, vt aër, sed quō fulgeant aut radios emittāt: hoc enim cùm sit perfectionis in luminaribus non est eis negandū: vnde & corpus Christi vocat Lucerna in Apoc. Lucerna eius est Agnus: & ibi sunt duo magna luminaria corpus eius & matris suæ: cæteri verò erunt sicut stellæ propter quæ non indigent luminaribus. Videmus autem in corporibus lucere & illuminare simul sola corpora opaca: vt stella quæ est densior pars sui orbis: non autē trāsparentia: vt ignis in sphæra sua est peruius siue diaphanus: propter quod nō impedit videre cœlū & stellas, sed in materia aliena est opacus: vñ impedit videre parietē posteriorē in camino, & in sphęra lucet & non illuminat, in aliena autē materia puta in flāma illuminat. Et dicendū, ꝙ opacitas non est causa illuminandi, qa quāto forma perfectior est tanto magis se multiplicat: vnde si esset ita perfecta lux in diaphano sicut in opaco ita illuminaret sicut opacū, sed respectu naturæ posibile est ꝙ opacum sit magis natum habere in gradu perfecto lucē, q̃ diaphanum in cœlestibus quāuis econuerso sit hīc in quibusdam, licet etiā de igne dictum sit idem. Sed Deus sicut potest facere perfectū colorē & lucē in eodē subiecto, quæ respectu naturæ requirunt diuersas dispositiones & contrarias, sic & hoc in corporibus sanctorū peruiis facit lucem intensissimā & per consequens radiatiuā. 11 Quantū ad tertium de sufficientia dotiū dicendū, ꝙ gratia perficit naturam secundum modū eius, sicut ergò corporis natura constat ex quatuor elementis & humoribus, sic & eius gloria ex quatuor integratur: vnde quia finis debet esse nobilior his quæ sunt ad finem, & excellētius cōtinere bonitates illorū & perfectiones. Corpora autē sanctorū sunt finis omnium corporū: ideò debent habere perfectiones aliorum. Cùm igitur corpus humanū, & sit corpus, & sit corpus animatum: animatum autem differat ab inanimato motu & sensu: inde est ꝙ quia in corporibus inanimatis perfectionis est in corpore, quia propter longè distare à Deo fiunt entia corruptibilia: & lux est purissima qualitatum propter quę duo corpora cœlestia eminēt: ita corpus glorioſum debet habere dotem impasibilitatis propter primū, & dotem claritatis propter secundū. In animatis autē animalia propter sensum eminent plantis, & inter illa quæ plures habent sensus & perspicatiores. Itē inter ipsa quæ habent motū progresiuū sunt perfectiora: & sic corpus inquantū animatum habet dotē subtilitatis, per quam redditur ad oīes operationes sensitiuas paratissimū, vt visu excedat lyncem & aquilam & sic de aliis, & per dotem agilitatis aquilis & vento velociores sint, secundū illud, volauit super pennas ventorum &c.

12 Ad argumenta ad primum dicendū, ꝙ color & lux non requirunt necessario oppositas dispositiōes in subiecto absolutè: sed per comparationē ad causam naturalem effectiuā, quæ non pōt causare colorē vel lucem in subiecto, nisi mediantibus aliis quæ respectu coloris & lucis ponunt cōtrarias dispositiones: claritas autem quę erit in corporibus glorioſis non erit à causa naturali: sed immediatè à Deo: & ideò nō requirit in subiecto dispositionem colori cōtrariā, & si quis quærat quid istorum videbitur in corpore glorioſo lux vel color, Dicendum est ꝙ vtrunq; simul. Quòd enim ista non simul videantur in nocte lucis causa est, qa de die qñ color corū videtur lux seu claritas eorum quę minima est non apparet propter præsentiā maioris claritatis. s. solis: de nocte verò videtur corū lux & non color, quia color non percipitur nisi medium sufficiēter illuminetur. Est enim color motiuus secundū actū lucidi, vt dicit. 2. de Anima. Lux autē taliū non sufficit ad illuminandū mediū: sic vt color eorum videatur, quāuis sufficiat ad immutandū visum quo ad seipsum & mediū. 13 Ad secundū dicunt quidam, ꝙ corpora beatorum possunt esse peruia respectu oculi beati ꝓpter poros subtilissimos in eis existentes, qui propter efficaciam oculi glorificati sufficiunt ad manifestandū interiora corporis quantū oportet. Et nihilominus cum hac peruietate optimè stat ꝙ sint colorata seu lucentia. Sed non benè apparet quō possint esse simul peruia secundū totum, vt vitrum, & lucentia sicut Sol: sed visa est posibilitas huius in tertia conclusione 2. arti. ideò &c. 14 Ad tertiū dicunt quidā, ꝙ corpus clarum seu lucens præsens visui benè dispositio necessario videt: nisi virtute diuina impediat actio visibilis in visu: sed quia beatis ad nutū assistet diuina virtus: ideò beati non ex se sed & ex diuina virtute assistēte possunt facere, ꝙ claritas corū præsens visui non immutet ipsum nec apparet quō hoc posset fieri esse corpus glorioſum virtute animæ, qa non est in potestate virtutis creatæ suspendere actionē naturalem actiui in passiuū approximatum & dispositū, sicut nō est in potestate hominis vel angeli ꝙ ignis appositus stuppæ nō cōburat ipsam, & similiter non videtur ꝙ sit in potestate animæ quantumcunq; glorificatę, ꝙ corpus suū si sit lucēs & clarū & præsens visui nō immutet ipsum, quāuis hoc posit fieri virtute diuina: non est dubiū virtute Dei assistēte impediri posse nè videatur qñ volunt. 15 Sed si posit ei dare virtus per quā non patiantur ab illis à quibus aliàs habent pati: sic & nè agant in quibus aliàs habent agere. Si enim datur animæ vt membra quæ contra voluntatē eius solent moueri non moueantur nisi eius imperio: pari ratione ꝙ color corporis sui vel lux non posit movere medium, nisi ad suum beneplacitum, potest ei conferri: licet ille motus respiciat animā, vt est sensitiua vel vegetatiua: iste autē de quo quæritur respiciat eam, vt est forma corporeitatis vel mixti: quia per dotes vtroq; momo perficitur corpus in comparatione ad eam.

Ad arg.ti, q. In beatis color & lux simul videbūtur.

Ad. 2. Dur. vbi suprà ad 2. prin. Improba. Ad. 3. Durā.

Respon. Doctoris.

Quō cōpos sibile est ꝙ corpus sit lucidū & peruium.

Ad.3.

QVAESTIO SEXTA.

De *passione corporum damnatorum.*

Thom. 4. *Dist.* 44. *q.* 3. *art.* 1. *&* 2.

QVAERITVR sextò quantū ad damnatos, vtrū corpora damnatorū post resurrectionem patiantur ab igne passione propriè dicta: & videtur ꝙ non, quia nullum incorruptibile est passibile passione propriè

priè dicta; sed corpora damnatorū post resurrectionem erunt incorruptibilia: ergò non erunt passibilia passione propriè dicta. Maior patet per Philosophum, qa passio magis facta abiicit à substantia. 6. Topicorū: & tandem inducit corruptionē propter quod omne passibile finaliter est corruptibile: minor ꝓbatur per illud quod habetur. Apoc. 9. In diebus illis quærent homines mortem & non inuenient eam: & desiderabunt mori & fugiet mors ab eis. 2 Item sublato eo quod est principium omnis realis actionis, remouet omnis realis actio: sed post resurrectionē cessabit motus cœli qui est principium omnis realis actionis, quare & omnis realis passio. maior de se patet, sed minor probat, quia sicut se habet motus cordis in animali ad alios motus in animali: ita se habet motus cœli ad alios motᵘ inferiores: sed motu cordis cessante necessariò cessat omnis motus animalis: ergò motu cœli cessante cessabunt omnes motus inferiores. minor illius pro simili clara est: sed maior patet per Philosophū. 8. Physicorū in principio, & per Rabbi Moysen qui comparat motū cœli motui cordis. 3 Itē omnis causa vniuoca reducit ad æquiuocam: alioquin posset esse processus in infinitū cùm inter vniuoca non sit ordo per se: sed actio & passio quæ inuenitur in istis inferioribus est secundū vniuocationem, sicut cùm calidum calefacit aliud: quia forma agētis & terminus actionis sunt eiusdē speciei: ergò oportet ꝙ reducatur in causam æquiuocā non nisi in motū cœli vt videtur: ergò eo cessante cessabit talis actio & passio, sed non ponitur alia in damnatis, ergò &c. 4 Item contrariū arguitur, quia sicut corpus cooperatur ad meritum: ita cooperatur ad demeritū: sed in bonis in quibus corpus cooperatum est ad meritū, corpus glorificatur & non solùm anima: ergò in malis in quibᵘ corpus fuit cooperatū ad demeritū, punietur non solū quo ad animā, sed quo ad corpus, hoc autē non fieret si corpus esset impasibile. ergò &c. 5 Respondeo, ad huius quæstionis euidentiā tria sunt videnda. Primò, de igne inferni. Secūdò, de loco. Tertiò, de pœna quo ad corpora. 6 Quantū ad primum dicendū est, ꝙ quāuis non posit conuinci infallibiliter per scripturā vel per creaturā ignem inferni esse corporeum: est tamen hoc tenendum authoritate Gregorij. 4. Dial. dicentis, Ignem corporeū esse non ambigas in quo certum est damnatorū corpora cruciari. Secundo, hoc tenendū est ratione probabili, quia pœna damnatorū debet proportionabiliter correspondère præmio beatorū: sed beati non solū præmiabunt in anima, sed etiā in corpore: ergò mali nō solū punient in anima sed ī corpore: sed ille ignis nisi esset corporalis non affligeret corpora damnatorū. Item ex quo ignis necessario ponit per authoritatem scripturę, qui cruciabit dānatos conuenientius est ponere ipsum esse eiusdē speciei cū igne nostro cùm talis ignis habeat ex se corpus sensitiuū affligere: q̃ fingere nouum ignem & nouam afflictionem, & hac de causa confitetur Augustinus ignem quo affliguntur corpora dānatorū esse corporeū: & nō obstat ꝙ dicit Dam. lib. 4. c. vlt. tradetur Diabolus & dęmones eius & homo eius. s. Antichristus & impij peccatores in ignem æternū non materialē qualis est apud nos, sed qualē vtiq; nouit Deus: quia fortè Damas. hæsitauit an ignis inferni esset corporeus, & ita fatetur se nescire qualis sit. Vel potest dici, ꝙ non negat simpliciter illū esse materialē: sed ꝙ non est materialis sicut ille qui est apud nos, quia non lucet nec indiget fomētis sicut ignis noster, quāuis sit eiusdē speciei quo ad substantiā, sicut ignis in sua sphæra non nutritur: qui inferius indiget nutriri. Licet autē sit corpus nihilominus diuersimodè affliget: vnde Grego. 4. Dial. Vnus quidē est gehennæ ignis: sed non vno modo omnes cruciat peccatores, vniuscuiusq; enim quantùm exigit culpa tantū sentiet de pœna: qa sicut corpora beatorum erunt differentis glorię secundum differentiā meritorum: sic corpora damnatorū erunt magis vel minùs passibilia respectu pœnæ, & vnus & idem ignis æqualiter agens quantùm est ex parte sua, inæqualiter affliget corpora damnatorū propter diuersam passibilitatem eorum. Vel sicut alij dicunt, ignis ille non solùm aget ex virtute naturæ suæ: sed vt instrumentum diuinæ iustitiæ propter quod actum eius modificabitur à principali agente, vt plus crucientur qui plus peccauerunt.

Ratio.2.

Ratio.3.

In cōtrariū.

Ad. 1. ignis inferni est corporalis.

7 Quantùm ad. 3. de loco inferni consimiliter dicendum est, ꝙ non potest sciri per certitudinē vbi sit: vt patet per Aug. in litera, & per Greg. 4. Dial. Dicit enim de hac re temerè definire nihil audeo. Quidam tamen dicunt infernum esse in superficie terræ ex parte oppositā nostræ habitabili, quam partē vocant orbem tristem, & hoc videtur sensisse Isidō. qui dicit, ꝙ Sol & Luna post resurrectionem in ordine quo creati sunt stabunt nè impij in tormentis positi fruantur luce eorum, quæ ratio nulla esset si infernus esset infra terram, quia cùm terra sit opaca vbicūq; staret Sol & Luna impossibile esset lumen eorum ad infernum pertingere. Ista tamen opinio non tenetur communiter, quin potiùs creditur ꝙ ex opposito nostræ habitabilis non sit nisi aqua, quæ secundū naturam circularē ambit tetram, nisi quantùm ex prouidentia diuina nostra habitabilis est aquis discooperta propter vitam hominū, & aliorum animaliū respirantiū conseruandam. Vnde cōmuniter tenetur ꝙ infernus est intra terrā, cui alludit dictum scripturæ in pluribus locis. Dicitur enim Isai. 14. Infernus subtus conturbatus est in occursum tui. Item articulus dicit, ꝙ Christus descendit ad inferna, quem quasi exponens Apostolus ad Ephe. 3. dicit de Christo quid est ꝙ ascendit nisi quia descendit primum ad inferiores partes terræ: hoc est ad Infernum? in quo insinuatur infernum esse infra terram. Ipsum etiam nomen hoc sonat inferus vel infernus, quia inferiùs iacet. Persuadetur etiā probabili ratione: quia sicut se habent grauitas & leuitas in corporibus, sic lætitia & tristitia in spiritualibus: lętitia em̄ & tristitia sunt quasi pondus in spiritualibus & inclinatio, sed per grauitatem corpora tendunt deorsum: per leuitatem verò sursum: ergò locus conueniens similiter spiritibus existentibus in perpetua lætitia maximè resumptis corporibus debet esse sursum: locus autem conueniens spiritibus existentibus in perpetua tristitia debet esse deorsum? beati autem nunc & post resurrectionem erunt in perpetua lætitia: damnati verò in perpetua miseria & tristitia: propter quod sicut locus conueniens beatorum erit sursum in cœlo: sic locus damnatorū erit deorsum in profundo terræ: & istum locum communiter vocamus infernum. Hanc persuasionem tangit beatus Augustinus super Gene. ad literam. Ned obstat quòd ipsemet Augustinus dicit. 12. super Gene. ad literam, Spiritualem arbitror esse locum ad quē defertur anima post mortem non corporalem: quia Augustinus loquitur de anima separata quæ non exigit necessariò locum corporalem. Nam Deus potuit tam angelos, quàm animas producere ante mūdum corporeum: & sic si semper remaneret anima: ita quòd nunquam corpori reuniretur, non oporteret ad eius punitionem assignare locum corporalem. Vel potest dici, quòd locus ille ad quem animæ deferuntur post mortem: dicitur ab Augustino non esse corporeus, non quidem secundum se, sed ratione continentiæ: quia anima in eo corporaliter non existit. vel dicendum est secundum alios, quòd Augustinus loquitur non determinando sed opinando, quamuis verba eius

Art.2. De loco inferni. Opin.

Improb. Ex opposito terræ nostrę habitabilis nō est nisi aqua

Infernus est intra terram Proba. pulchra.

ba eius videantur sonare assertionem. 8 Quantùm ad tertium quod principalius quæritur sciendum est, quòd quæstio ista apud fideles non est dubia quantùm ad conclusionem, quia fides tenet ꝙ damnati grauissimè affligentur non solũ in anima sed in corpore: & non solùm vna pœna sensibili sed pluribus, secundum illud Iob.24. Trãsibunt ab aquis niuium ad calorẽ nimium: de modo autẽ passiõis est diuersitas. Et circa hoc sic proceditur, quia primò ponetur vna Distinctio de passione alia à supradicta saltem quo ad verba, & deinde ponentur diuersæ opiniones circa modũ patiendi. 9 Quantùm ad primum dicitur sic, ꝙ cùm pati sit quoddã recipere: duplex est modus passionis secundũ ꝙ aliqd in aliquo põt dupliciter recipi. Vno modo materialiter secundum esse naturale, sicut calor ignis recipitur in aëre vel in ligno, & secundũ hunc modũ receptionis est vnus modus passionis qui dicitur passio. Alio modo recipit aliquid in aliquo secundũ modum intentionalẽ: sicut similitudo coloris recipit in aëre vel in oculo, & secundum hunc modum receptionis est alius modus passionis qui vocatur passio animę. 10 Hac Distinctione suppositа sciendũ est, ꝙ duplex modus dicendi est circa passionẽ damnatorũ. Vnus est, corpora damnatorũ patient passione animali non reali, qua aliquid transmutatur à sua naturali dispositione: vnde non calefient ab igne sed solũ intentionaliter immutabunt recipiendo eius similitudinem, & quia appræhendent eum vt nociuum, ideò affligentur. Corpora verò gloriosa quãuis recipient similitudinem eius: non tñ erunt passibilia, qa nihil recipient per modum afflictiui vel læsiui. Ratio autem per quam probant ꝙ corpora damnatorũ non immutabuntur ab igne naturali immutatione, sed solũ spũali, est ista, quia primum alterans in cuius virtute omnia alia alterantia agunt, quasi ab ipso mota, est corpus cœleste per motum suum, sed motus cœli cessabit post resurrectionem: ergò tunc cessabit omnis actio naturalis corporũ inferiorum ab inuicem: ita & nullum possit alterum transmutare à sua naturali dispositione. Sed quia cessante motu cœli adhuc aër à Sole illuminabitur, & differentiã colorum ad visum deferet: ideò remanebit passio animalis quæ consistit in receptione specierũ sensibilũ, per quam solũ affliguntur corpora damnatorũ, quia sensibile non solũ natum est delectare vel affligere sensum, secundũ ꝙ agit actione naturæ confortando vel corrũpendo organũ: sed etiã secundũ ꝙ agit actione spũali seu intentionali: quia qñ sensibile est in debita proportione ad sentientẽ delectat: ecõuerso autẽ se habet in superabundãtia & defectu: vnde & colores medij & voces consonãtes sunt delectabiles, & inconsonantes offendũt auditũ. 11 Contra modum istum arguitur ab aliis. Primò cõtra conclusionem quæ ponitur, & secundò contra causam, qnæ assignatur. Cõtra conclusionẽ arguit primò sic, Illud qd' nihil reale abiicit sed solũ ponit illud quod est naturæ conueniens: non affligit nec inducit verã passionẽ quæ sit verè afflictiua, sed per immutationẽ spiritualẽ nihil reale abiicitur sed solũ ponitur id quod est naturæ conueniens, qa talis receptio est perfectio sensuum: ergò per talem immutationẽ nihil affligitur, nec talis receptio est passio verè afflictiua. Vtraq; præmissarum de se patet.

12 Secũdò sic, Per illud quod est cõmune beatis & damnatis non põt poni afflictio damnatorũ: sed immutatio spiritualis sensũ à sensibilibus est cõmunis beatis & dãnatis: ergò per illã non põt fieri afflictio damnatorũ. Maior patet, quia posita causa cõmuni ponitur effectus cõmunis: & ideò si causa afflictiõis esset similiter in beatis & dãnatis, sequeret ꝙ afflictio similiter esset eis cõmunis, quod non est verũ. Minor verò similiter dẽ se patet, quia sensus beatorũ similiter immutabuntur à sensibilibus sicut sensus damnatorũ. Alioquin non cognoscerẽt sensibilia quæ dãnati cognoscũt, quod est incõueniens. Si autẽ dicat sicut tactũ est, ꝙ beati appræhendent ignẽ seu immutabunt ab ipso sicut dãnati, non tñ appræhendent ipsum vt nociuum sibi vel lęsiuũ qũo dãnati ipsum appræhendent. 13 Contrà, qa aut ille igniscrit in corporibus damnatorũ læsiuus aut non: si non & tu dicis ꝙ appræhendent eum vt læsiuũ: ergò ista apprẽhensio erit falsa: & sic non affligentur secundũ veritatẽ ab igne, sed solũ ex sua falsa apprẽhensione seu existimatione: quod est inconueniens. Et iterũ, vnde inerit dãnatis hæc falsa existimatio ꝙ iudicẽt ignem eis nociuũ, si in veritate nõ sit eis nociuus. Non põt dici ꝙ à Deo, quia Deus nulli immittit falsum iudiciũ, sicut nec peruersum appetitũ, nec ex seipsis, quia dãnati post resurrectionẽ erunt ęquè perfecti seu perfectiores sicut nũc sunt: & ideò sicut nũc possunt rectè iudicare de igne vtrum sit eis nociuus vel non, ita tunc poterunt vt videtur. Et iterũ, quicquid sit de aliis sensibus aliorũ sensũ maximè visus: ꝙ possunt immutare sensum intentionaliter sine reali & naturali immutatione quod non omnes cõcedunt: sensibilia tamen tactus & maximè calor non videtur immutare sensum tactus nisi naturali immutatione, vel saltem non sine causa. Calor enim non videt causare in medio vel in organo nisi calorẽ: vel si causet aliud non tñ sine calore propter quod non benè apparet qũo calor ignis possit sensum tactus immutare spũaliter & non naturaliter. Si verò ille ignis sit verè eis læsiuus: habetur propositũ. s. ꝙ damnati affligunt vera passione naturali illata ab igne: quod patet sic: Obiectum tempore vel natura præcedit actum potẽtiæ, sed ignis vt verè lasiuus imò vt actu lædens est obiectum actualis appræhensionis, uel actualis afflictionis sequẽtis. In dãnatis ergò prius tẽpore vel saltem natura ignis lædit corpora damnatorũ, q̃ apprẽhendatur & q̃ sequatur dolor in eis: sed illa læsio ex quo prędcedit omnẽ immutationẽ spiritualẽ nõ põt esse nisi per immutationẽ realẽ & naturalẽ. quare &c. Sic igitur patet ꝙ dolor sensibilis vel qualisponit in dãnatis non potest causari per solã immutationẽ spiritualẽ seu intentionalẽ. Et ꝙ dicitur ꝙ sensibilia proportionata delectant, improportionata verò offendunt dato ꝙ non immutẽt immutatione naturali, vt colores & soni nõ valet: quia quãuis tristitia possit causari ex omnibus illis quæ nobis nolentibus accidunt, vt dicit beatus Aug. 14. de ciuitate Dei, dolor tñ sensibilis secundũ eundẽ non est nisi ex læsione carnis prouenięns. Prædicta igitur sensibilia quantũcunq; improportionata causare possent tristitiã seu displicentiã, sed dolorẽ sensibilẽ nihil põt causare nisi quod immutat corpus realiter. 14 Contra rationem etiã quã isti assignãt arguit. Dicunt enim, ꝙ quia cœlũ per motum suum est primũ alterans: ideò cessante motu cœli cessabit omnis alteratio. Istud enim non põt tenẽri saltem Parisiis, cùm sit articulus condemnatus. Dicit enim articulus ꝙ dicere ꝙ cessante motu cœli si ignis esset iuxta stuppam non cõbureret eam, error. Item ratio videtur repugnare positioni, quia primũ alterãs est causa omnis alterationis, & non cuiusdã tantũ. Si ergò per cessationẽ motus cœli tanquã primi alterãtis cessent aliæ alterationes: potest dici ꝙ oẽs cessient non quædã & quędam non, quod est contra eos qui dicunt ꝙ cessabit omnis actio naturalis non autẽ intẽtionalis. Ista etiã distinctio alterationũ seu passionũ est satis dubia: quia omnis alteratio quam facit sensibile in mediũ vel in sensum, videtur esse naturalis & realis. Naturalis quidẽ est, quia est ex principiis naturalibus & naturaliter agentibus. Realis verò, quia per eam fit vera & realis forma in

Opi.1.s.t.q.3.ar.1.q.2.&.3.& pe.d'tha. ꝓblem.2.ar.3.q.ponit etiãrationẽ. idẽ tenet Alber. Mag. hîc arti. 34. Ratio. S.T.

Rãsio. s.T. 2 hîc. q. 3. art. 2. q. 1. ad. 2. Art. 3. Dur. hîc. q. 10.

Opi. 2. Hér. Gã. quotli. 11. q. 8. Aur hîc & Scot. 49. q. 13. verba ista sunt Dur. vbi. suprà. ar. 2.

Ratio. 2.

Impu. rationis. S. Tho.

Cõtra Dist.

susceptiuo, quæ habet totum suum esse, circunscripta omni operatione animæ. Verùm qa immutatio taliũ sensibilium non corrumpit aliquid per se: sed solùm illa quę est à sensibilibus tactus, quia consistẽtia corporis per se dependet ex qualitatibus tãgibilibus & nõ ex aliis sensibilibus: ideò immutatiões qualitatũ tangibiliũ possunt per se pertinêre ad corruptionẽ corporis: non autẽ illæ quæ fiũt ab aliis, propter hoc tñ non debet dici ꝙ immutatio quæ fit à qualitatibus tangibilibus sit realis & naturalis: illa verò quæ fit ab aliis sensibilibus non sit realis & naturalis sed solũ intentionalis. Omnes enim sunt reales & naturales & æqualiter dependent à primò alterante: & ideò si immutatio aliorum sensibilium puta coloris & soni põt esse cessante motu cœli: eãdem rationem poterit esse immutatio naturalis secundũ qualitates tangibiles. 15 Prætereà nullo modo videtur ꝙ cœlũ ratione sui motꝰ localis sit causa alicuius alterationis, nec illius quæ est ab illo immediatè nec cuiuscũq; alterius. Primò, qa principiũ quo alterans alterat naturaliter est aliqua qualitas alterantis siue vniuoca cum termino alterationis siue æquiuoca: sed motus localis non est aliqua qualitas corporis cœlestis nec aliqua forma absoluta: ergò non põt esse principiũ seu ratio alicuius alterationis. Maior patet, qa sola forma põt esse principiũ quo aliquid agit, illa autẽ respectu alterationis non põt esse forma substãtialis, vt patet per Aristo. lib. de sensu & sensato: nec quãtitas, qa illa nullius actionis est principiũ: imò abstrahit ab omni actione & passione: nec relatio, vt patet ex. 5. Physi. relinquit ergò ꝙ sit aliqua qualitas: & sic patet. Minor de se est manifesta: & nihilominus habetur. 4. Physic. vbi dicitur ꝙ motus localis nihil variat in cœlo: & ideò solus ille motus ei attribuit. 16 Secundò, qa impossibile est quod aliqd habẽs principiũ agendi æquę perfectũ vt prius, & passum æquè dispositum vt prius non posit agere sicut prius, sed cessante motu cœli ignis remanebit ita calidus sicut prius, & stuppa æquè disposita vt calefiat sicut prius: ergò eis approximatis nec cessariò ignis cõburet stuppã sicut prius. Et eodem modo cũ corpora dãnatorũ sint verè passibilia, carẽt enim dote impassibilitatis quã habẽt corpora beatorũ, potuerunt verè calefieri & immutari ab igne sicut nũc immutantur. Cessatio ergò motus cœli non impediet verã & naturalẽ alterationẽ corporũ: quia motus eius ead eam nõ requirit quãuis requirat ad alterationẽ generationis & corruptionis & aliarũ mutationũ: per hoc ꝙ adducit alterans. s. Solem & alia astra respectu diuersarum partium terræ, quæ sui præsentia agunt vbi prius non agebant, & propter absentiã suam non agunt vbi prius agebant. 17 Dicunt igitur alij, ꝙ corpora damnatorum verè patientur ab igne per veram & naturalem alteratio nem calefactionis, quæ tunc esse poterit vt probatũ est: nihilominus tamen nunquã corrumpentur virtute diuina faciente, ꝙ alteratio talis præcisè maneat in limitibus suis, ita ꝙ ad eam non sequatur corruptio. Et ꝙ hoc sit possibile, probatur sic, quia quandocunq; duæ actiones sunt diuersæ, & ad diuersos terminos virtute diuina potest fieri ꝙ vna sit sine alia & maximè prior sine posteriore: sed alteratio & corruptio formæ substantialis in materia sunt duæ actiones habentes diuersos terminos. Nam terminus alterationis est qualitas: terminus verò corruptionis est priuatio formæ substantialis: alteratio etiam est prævia corporum: ergò virtute diuina potest fieri quòd sit vera alteratio, & non sequatur corruptio: sic fiet in pœna damnatorum vt perpetua vita naturæ sit eis ad perpetuam durationẽ pœnæ. 18 Ad primũ argumentum principale in oppositũ, patet responsio ex hoc quod statim dictum est. 19 Ad secundum dicendum est, per interpretationem minoris, quia motus cœli per se non est principium alicuius actionis realis, sed requiritur ad alterationem actionum: puta generationis & corruptionis, quia adducit & abducit generans, vt dicitur in fine. 2. de Generatione. Et quia in tali alteratione stat consistentia mundi secundum distinctionem quam videmus: ideò motus cœli comparatur motui cordis in animali, & non propter hoc quòd motus cœli sit per se causa alicuius actionis, quia nec motus cordis talem causalitatem habet. 20 Ad tertium dicendum, ꝙ causa æquiuoca ad quam actiones inferiores reducuntur: non est motus cœli, sed ipsum cœlum cuius actio non totaliter cessabit cessante eius motu. Nam si cessaret totaliter fortè nihil corporale saltem mixtum stare posset, siue remanêre naturaliter loquendo, & si remaneret hoc non esset per naturam sed per miraculum: & tunc sicut haberet naturam quam prius, & non à cœlo posset agere & pati sicut prius non obstante cessatione totali influentiæ cœli, quæ non requiritur ad actiones inferiorum nisi qa conseruat virtutes eorum. 21 Si quis autem vult sustinêre primam opinionem potest sic arguere contra secundam, quæ ponit corpora affligenda per passionem naturæ non animæ à Deo corruptionem impediente, quia calor immissus aut differt specie à calore naturali, aut non. Si differt specie ergò non sentitur à sensu ciudẽ rationis: sicut à visu non perciperetur claritas gloriosa si differret à luce cõmuni. Si autẽ sensus illum calorẽ non perciperet nec appetitus doleret. Si autem eiusdem speciei cum calore cõmuni: per cõsequens est eiusdẽ speciei cum calore mixti & naturalis corporis humani: nam sicut grauitas quam contrahit corpus humanum est eiusdem speciei cum grauitate elementorum grauium, à quorum prædominio secundũ quantitatem eam trahit: sic & calor quam trahit ab elemẽtis leuibus prædominantibus secundũ virtutẽ est eiusdem speciei cum eis: duo autẽ accidentia eiusdẽ speciei non sunt in eodem subiecto, vt calor febrilis non est alius numero à calore naturali cũ sit idem specie, quia eodẽ sensu percipitur & est in eodẽ subiecto: vnde qñ febricitãs est in calore non est aliud q̃ calor naturalis innaturaliter & immoderatè & improportionabiliter intensus: similiter qñ hæreticus cõburiẽ non est alius calor q̃ corporis intẽsus cũ quęlibet pars mixti sit mixta & per cõsequẽs calida: sicut si tepidũ calefiat nõ est caloris immissio sed intẽsio suppositi ꝙ tepiditas sit eiusdẽ speciei cũ calore: hoc autem est incõueniẽs ponere in corpore dãnatorũ. s. ꝙ habeat febrẽ continuã: & ꝙ naturalis calor eorũ ponat extra naturã suam in quibus naturalia debẽt manêre integra: & sicut mẽbra ita & quatuor humores in debita proportione perpetuò cõseruari. 22 Tenẽdo autẽ istam opinionẽ põt respõderi ad. 5. rationes factas cõtra cõclusionem. 23 Ad primã qua dicitur passio nõ affligit q̃ non abiicit sed perficit. Solutio, verũ est per se vel de se: sed ratione suę causæ sic qa posita remota: sicut manente luce in Luna, annullato Sole ipsa illuminaret aërem: ignis autẽ mediante calore impresso causat sensationem & illa mediante dolore, qñ est calor immoderatus. Supposito ergò ꝙ calor impressus desit si tamẽ adsit illa sensatio quã solet causare calor immoderatus: sequit̃ idem effectus, sicut Sol solet illuminando calefacere & calefaciendo generare. Si ergò profundum terræ non illuminat, quia opacum non est illuminabile: illud tñ calefacit & calefaciẽdo generat mineralia in visceribus terrę: ita calor ignis qui calefaciendo solet sensum immutare, & per hoc appetitũ contristare si non calefaciat sed immediatè sentire faciat æqualiter affliget. Quòd autẽ afflictio immediatè causẽt à sensatione non à calefactione

Doctores suprà inducti.

Ad arg. adti. q. facta.

Ad. 3.

Opi. & verba doc. sustinentis opi. S. Thom.

No. qũo cauſat afflictio

apparet: quia appetitus animalis à nullo mouetur nisi mediante appræhensione. Et quod Deus posit facere sensationē sine calefactione probabitur in quinto argumento: sed ꝙ ignis hoc posit diuina virtute apparet, qa vtrunq; est in virtute ignis licet ordine quodā: vnde sicut dispositione subiecti præcedente lucem Solis Sol facit secundū effectum, & tertiū sine primo æqualem in visceribus terræ generando mineralia: pari modo virtute diuina vel ordinatione impediente primū effectū ignis qui est calefacere: nihilominus habebit secundū qui est sensum immutare, & tertium qui est dolor appetitus.

Art. 2. Quòd ignis btis nō nocebit, sed benè malis subtiliter deducitur.

24 Ad secundum dicendū, cùm dicitur ꝙ est cōmune damnatis & beatis, nō est causa afflictionis dānatis. Rebtis spondeo, verum est nisi per aliquod adiunctum vel amotum ex altera parte. Potest enim effectus alicuius causæ impediri dupliciter. Vno modo propter agens contrarium. Alio modo propter dispositionē cōtrariam. Vnde ignis qui combusit Chaldæos non combusit pueros: sed eorum vincula, & contristauit Chaldæos & lætificauit pueros: hoc autē non fuit quia non esset calor eiusdem rationis, vel quia non fuerit perceptio caloris hinc & inde: sed qa natura ignis quæ est cōburere fuit impedita in pueris à Deo, non in ministris Regis propter eorum sæuitiā, in illis propter eorum innocentiā: ita & hîc corpus beati positū in igne non minus sentiret tactu calorem ignis immoderatū q̄ corpus damnati: sed non sequeretur afflictio in iusto Deo impediente propter eius innocentiā, quæ sequeretur in altero propter suam naturam Deo non impedīte, sed permittēte ꝓpter culpā. Secundo modo propter contrariā dispositionē: sicut ad calefactionē ceræ sequitur rarefactio: qa natura calefactionis est rarefacere subiectum non contrario modo dispositum: sed in quo non sequit rarefactio sed condensatio propter cōtrariā dispositionē, ita & in damnatis sensatio immoderati caloris sequitur afflictio naturaliter, qa non est ibi dos impassibilitatis qui impediat formaliter, sed non sic in beatis propter dotem impedientem.

Ad. 3. 25 Ad tertium dicendū, qñ dicitur ꝙ appræhendēt vero vel falso &c. Potest solui dupliciter. Primo, non propter diuersimodè appræhendere sed propter diuersimodè recipere. Nam corpus beati recipit sensationē non vt læsiuā: sed vt lætificatiuā Deo impediente vel dispositione sibi inhærente: corpus verò damnati vt læsiuam Deo non impediente nec dote qua carēt, ita ꝙ prius est afflictio & læsio q̄ appræhendant, & sic non affliguntur nec læduntur per hoc ꝙ iudicant se lædi vel affligi. Vel potest dici secundò, ꝙ beatus si manum poneret in igne iudicaret ignem læsiuum aptitudine non lædentē aut læsurum actu, & sic nec timet nec dolet. Scit enim ꝙ nec lædit nec lædet ꝓpter alterā de causis dictis vel vtranq;. Tactus autē damnati percipit calorem ignis coniuncti nō sibi impressi, & iudicat quòd lædet ipsum semper in futurum, & ideò semper horret & timet respectu futuri. Item ad istam sensationem sequitur posterius natura, sed simul tempore afflictio vel dolor. 26 Tertiò appræhenditur & vt lędens actu, vel læsionem ipsam veram & sic non est falsum iudicium, nec obiectum est post actū sed antè: sicut etiam homo prius dolet q̄ percipiat se dolēre: non tamen prius dolet q̄ percipiat materialiter illud quod est causa doloris: in quo tū non oportet ꝙ iudicet ipsum esse causam doloris quousq; experiatur.

Ad. 4. 27 Ad quartū cùm dicitur, ꝙ tactus nō est sine naturali immutatione &c. dicendū est, ꝙ ista ratio est cōtra eos qa tunc sensus corporis glorificati non perciperet id à quo non pōt calefieri: vnde dicendū est, ꝙ oīs sensatio fit per mutationē intentionalē per se & formaliter etiā in sensu tactus: qa manifestū est quicquid sit de specie caloris ꝙ sentire calorem non est calefieri: sed quidā sensus cum immutatione spūali habent etiā naturalē & substātialem vel præcedentē sicut olfactus: quia odor nō defertur ad organum nisi cum quadā fumali euaporatione, vel sequentē, sicut gustabile per nutritiuā corrumpit: sed prius gustatur: auditus verò cū motu locali immutatur à sono quem tū aliquādo deserit, & vbi cessat motus localis species soni vltra transit: sicut species odoris vltra euaporationem, vt Cōmentator dicit fœtorem cadauerum de vltra mare vultures sensibile vsq; ad quem locū non potuit quæcunq; resolutio se extendere. Similiter multi dicunt corpora sanctorū sine resolutione odorāda per solā immutationē spiritualē, ita & hîc quāuis per naturā calor non immutet tactū sine calefactione: super naturaliter tamen sic: imò quādoq; naturaliter, sicut cessante posteriore quādoq; durat prius, sicut quādoq; etiā durat posterius in actionibus & effectibus priori sublato: sic cursus naturæ est nutriri primò, augeri secūdò, generare tertiò: naturale autē est ꝙ cessantibus duobus vltimis manet primum: sicut animalia semper nutriūtur: non semper autē augmentantur, sed qñ deficit augmentum quod est secundū pōt esse generatio: sic & hîc calor pōt ad sentiendū immutare, qñ non potest ad calefacien-
dum. Ad quintū cùm dicitur dolor sensibilis non est ni- Ad. 5.
si ex læsione carnis proueniens, verum est secundū cursum naturę, sed Deus pōt aliter facere, quia læsio carnis quæ est calefactio non est causa formalis doloris sensibilis, cùm dolor sensibilis non posit esse nisi in appetitu: calor autem est in elemento & mixto & in animato: ergò non est effectus formalis eius qui nunquā potest subtrahi à sua causa. Vbicunq; enim est calor, ibi est calēre: licet non vbicunq; est, sit rarescere vel hmōi, qui sunt effectus differentes & non formales. Item nō est causa materialis quare appetitus non sit natus informari dolore nisi disponatur per calefacere, quia propriū susceptibile non recipitur mediante extraneo & cōmuni: vnde cùm propriū susceptiuū visionis sit potentia visiua: cōmune autē speciei quæ est in aëre sicut in oculo: malè dicit ꝙ species disponat oculum passiuè ad visionē, sicut lux disponit ad speciem passiuè & receptiuè secundū quosdā: quāuis alij hoc negent. Et similiter si in organo tactus recipiatur calor non est dispositio passiua ad recipiendum dolorem, maximè cùm cognitio cadat media: & qa ille calor non est noua qualitas addita sed naturalis intensa: Deus autē pōt facere effectum sine causa formali & materiali: ideo virtute Dei dici pōt esse dolor sensibilis sine alia læsione carnis. 28 Si quis autē vellet sustinere rationē positionis, ꝙ cessationis passionis maximè sit causa efficiens cessatio motus cœli, potest responderi ad quinq; argumenta contraria. 29 Ad primum de articulo dici potest, ꝙ error est dicere ꝙ cessante motu cœli ignis non combureret stuppam etiam virtute diuina, quasi ignis aliquid posit in virtute motus cœli qd' non potest in virtute Dei, & sic intendebant illi qui contra argumentū de igne inferni probabāt, ꝙ cessante motu cœli ignis nullo modo posset affligere: sed docere ꝙ ignis non posit hoc per naturā suam: non est erroneum sicut nec dicere virginem non posse parere per naturam suam: dum tū non dicatur ꝙ nec etiā per virtutem diuinam: quia etiā non iudicat erroneū ꝙ aliqui dicūt, nullam creaturā posse effectum aliquē producere, sed Deū omnia agere: & creaturā esse solū causam sine qua Deus non vult agere, & non causam agentē vel dantē esse, sed solūm transmutantē: vt Auicē. ponēs oīes formas ab extrinseco. 30 Ad secundū cessante prima causa oīs alte- Ad. 2.
rationis cessat oīs alteratio, sicut cessante actione Dei cessaret oīs actio. Solutio, cœlum est primum agens respectu

Defenditur ratio. f. Th. Exponitur ar. Parisien.

spectu omnis actionis corpore sed differenter, quia actionis quæ est motus vt alteratio propriè dicta, & quæ per se est terminus motus cœlum est causa per suum motū: vnde quia motus localis cœli per se est primus motus, & primum est causa aliorum: inde est ꝙ illo motu cessante cessaret omnis motus naturalis, non autē motus violentus vel progressiuus, vel quo angelus mouet corpus qui non sic habent ordinem ad illum, sed illarum actionum quæ non sunt motus, nec per se sed per accidēs termini motus: cœlum est causa per simplicem influxum suæ lucis siue magis alterius virtutis, talis autē est immutatio spūalis. Vnde durante illuminatione poterit esse visio,
Nota. quæ nullā aliam immutationē requirit: hanc autē non requirūt alij sensus: aliàs non haberent operationes suas in tenebris, quod falsum est. Sed sicut visibile nō nisi in virtute lucis cœli à quo est omne lumē immutat visum, sic & in cœlo est aliqua virt' in cuius virtute sensibilia alia immutāt intētionaliter, quæ virtus agit nō per motum sicut nec lumen. Nam ꝙ influxus Lunę sit confluxus & refluxus maris, non est per lumen suum secundū quosdā, quia etiā in defectu lucis habet hunc effectū: & nō erit post diē iudicij qñ erit lux Lunæ sicut lux Solis: licet posset dici, ꝙ illud erit propter aliā dispositionē maris quę ambiet ex omni parte terrā: vnde tunc erit tanta profunditas aquę vt radius nō pertingat vsq; ad profundum: propter quod in profundissimo mari non est falsedo: radio Solis non potēte penetrare vsq, ad profundū: ad eleuandū vaporē terræ cuius admixtio est causa salsedinis. Nam ꝙ dispositio diuersa sit, causa patet, quia propter hoc mare Mediterraneū non habet fluxum nec refluxum. Nec illa solutio bona est, qa aqua erit ita limpida & perspicua ꝙ superficiē terræ illuminabūt Sol & Luna: sed vtrum est ꝙ ex superficie terræ solidatę nullus vapor resoluetur, qui sit causa salsedinis vel fluxus sicut nunc: tñ quicquid sit de hoc, non est Luna per lucē causa omnium, sed etiā per aliā virtutē, quia cùm nulla substantia destituatur sua propria operatiōe: corpora cœlestia quæ aliqñ destituūtur lumine habēt aliam virtutē à lumine. Sicut ergò illuminatio non dependet à motu cœli: sicut nec influentia aliarū virtutū quæ respicit actiones, quæ nō sunt motus sed simplices mutationes, & quę sunt salus & perfectio. 31 Sed tunc videtur ꝙ cessante motu cœli nō possit esse aliqua sensatio alia à visu: cùm oēs aliæ sint cum motu naturali ꝙ est vel corruptio vel alteratio, vel motus localis, sicut etiā cessabit generatio & corruptio, quæ non sunt motus sed per se termini motus. 32 Et dicendū, ꝙ non est simile, qa generationi & corruptioni per se debetur motus, non solùm propter agens: sed ꝓpter hoc ꝙ oportet contrarias dispositiones expellere & proprias inducere, oīs autē sensus est immediatè dispositus ad sensationē, quæ non habet contrariū in sensu: & ideò sensationi accidit ꝙ ipsa sit termin' motus ex defectu agentis vel alia causa, propter qd' sine motu erunt istę immutationes. 33 Ad tertiū cùm dicit, ꝙ
Ad. 3. distinctio nulla, quia oīs immutatio naturalis &c. Dicēdum ꝙ considerādo de quibus arguit pōt dici, ꝙ immutatio intentionalis est immutatio naturalis vera & realis, sicut alia: imò magis naturalis, quia perficit naturā: illa destruit: & magis realis, qa nobilior res est sensatio qualitatis q̄ ipsa qualitas, sed distinguitur passio animæ à passiōe naturæ eo modo quo. 2. de Anima, forma quæ est anima distinguit à forma quæ est natura, quæ est terminata ad vnū, illa autē non. Vnde vocatur passio naturæ quæ est rei non inquantū est animata: sed inquantùm habet aliquā conditionē etiā cōpetentē inanimatis passio verò animæ quę est propria animatorū: sicut calefieri est cōmune animatis & inanimatis, sed sentire ca-
lorem est propriū animatorū, propter quod illa est passio naturæ, hæc animæ. Dicitur autē passio hæc natura- Motus animalis & intentionalis quomodo differunt.
lis, & illa animalis, vel propter hoc quia natura est principium motus & quietis: vnde illa quæ est per motū vocatur naturalis: quæ autē per simplicem & instantaneā mutationē animalis, vel qa illa est destructiua naturæ, ista saluatiua animę: sed dicitur intētionalis non realis, qa non est illa res quę sentitur sed eius similitudo, quia lapis nō est in anima sed species lapidis: quę tamen species est vera res siue differat ab actu siue non. 34 Ad quartum cùm dicitur, ꝙ non sit in cœlo ratio agendi, quia qualitas &c. dicendum, quod sicut quantitas non est ratio nec principiū calefaciendi: est tamen causa sine qua non: vnde calor separatus non est natus calefacere, sic licet motus localis non sit virtus cœli qua agit, nec etiam per ipsum acquiratur virtus cœlo, sicut aliquid ex motu locali calefacit, & sic potest calefacere: est tamen causa sine qua non cœlo: respectu alterationis motuum propriè dictorum inferius, & illorum qui per se sunt terminus motuum horum: ita quòd sicut cor non viuificaret nisi moueretur: & cessante motu cordis cessaret eius viuificatio, quamuis non per motum viuificet ita in cœlo. Et quidem non oportet dicere quòd si ignis non motus non calefaciat, quòd similiter cœlum faceret, quia cùm sit corpus quintæ essentiæ potest in agendo diuersificari sicut in essendo, vt sicut habet aliam naturam ad essendum: sic aliam naturam ad motum: vt, scilicet, non posit mouēre nisi motum: vt non solùm ad diuersitatē actionis eius requiratur motus, sed etiā propter substantiam actionis quod patet manifestè in motu primi mobilis. Constat enim ꝙ ille motus non est frustra, aut igitur motus ille est propter actionem illius mobilis aut alterius: quia cum non sit propter esse vel conseruari, oportet ꝙ sit propter operari ipsiusmet cœli Crystallini vel alterius, quia non potest dici ꝙ hoc sit propter hoc, ꝙ ali quando elongetur à terra vel ei appropinquet, sicut est de planetis quorum sphæræ vel circuli sunt excentrici, quia illa sphæra est concentrica: nec propter aliquam suarum partium elongandam vel approximandā, quia omnes sunt vniformes: vnde tantū valet pars dextera sicut sinistra: vnde cùm non requiratur propter diuersitatem operationis: ergò propter substantiam. Si dicatur ꝙ motus eius est propter diuersitatem operationum non eius sed cœlorum stellatorum: vt puta ad hunc finem ꝙ firmamentum duos motus habeat, quia angelus qui mouet immediatè cœlum Crystallinum & mediante eo firmamentum motu raptus: multo magis posset mouēre firmamentum motu illo immediatè: & nihilominus moueretur motu alio ab alio motore sicut nunc: ergò motus eius non solùm est propter differenter agere sed propter agere. 35 Ad quintū cùm dicitur, ꝙ æquè perfectum Ad. 5.
&c. Solutio. Sicut elemēta & mixta quod ād esse dependent ab esse cœli: & extra eius continentiam non sunt nata conseruari, sicut nec generari: sic eorum operatio dependet ab operatione cœli: vnde cùm operatio cœli quæ est ad motum supponat motum, nullum agens inferius est benè dispositum ad mouēre nec patiens ad moueri, nisi supposito motu cœli sine quo non est actio illa cœli à qua dependent motus inferiorum. 36 Argumenta ad quęstionem fuerunt soluta. ideò &c.

QVAESTIO SEPTIMA.

De passione spirituum damnatorum.

Thom. 4. Dist. 44. q. 3. art. 3.

QVAERITVR septimò & vltimò, vtrũ animæ damnatorũ ante resumptionem corporum patiantur ab igne corporeo. Et arguitur ꝙ non, qa nullũ corpus potest immediatè pati passione propriè dicta à spiritu: ergò nullus spiritus põt immediatè pati passione propriè dicta à corpore, quasi nec ab igne. Consequentia patet, quia corpus magis est natum pati à spiritu q̃ spiritus à corpore. Probatio antecedentis, quia passio propriè dicta fit per ablationẽ qualitatis conuenientis, & introductionẽ qualitatis disconuenientis, vt patet ex præcedenti quæstione: sed nullus spũs põt aliquã formam seu qualitatẽ immediatè causare in aliqd' corpus, vt ostẽsum fuit in. 2. lib. ergò nullũ corpus põt pati à spiritu passione non solũ propriè dicta: sed nec quacunq; passione, cùm omnis passio sit acceptio alicuius formæ.

Ratio.1.

Ratio.2.

2 Item Aug. 22. super Gen. ad literã dicit, & ponitur in litera ꝙ nõ sunt corporalia sed corporalibus similia, qui bus animę exutę corporibus afficiunt: siue benè siue malè, sed dicunt affici dolore seu tristitia; ergò illud non fit ab igne inferni, qui est corpus vel corporeus vt dictum fuit. 3 Itẽ secundũ eundẽ in eodẽ. Agens nobilius est patiẽte, sed nullũ corpus nobili' est spũ: ergò nullus spũs potest pati à corpore, sed anima tam separata q̃ angelus spũs sunt: ignis autẽ inferni est corporeus vt patuit: ergò nec angelus põt pati ab igne inferni. 4 Item corpus non agit in distans nullo mediante propinquo, sed tam animæ separatæ q̃ dæmones sunt quãdoq; extra locum inferni circa nos, cùm qñq; nobis appareant, nec tñ sunt sine pœna sibi debita, quia sicut gloria beatorũ nunquã interrũpitur, sic nec pœna damnatorũ: nec tñ videmus ꝙ omnia intermedia ab igne inferni patiãtur: ergò non oportet ꝙ pœnæ quas patiuntur dæmones vel animæ separatæ sint ab igne.

Ratio.3.

Ratio.4.

In oppositum arg.

5 In contrariũ est quod dicitur Luc. 16. De diuitis epulonis anima, qui dixit se cruciari in flãma. & Matt. 17. dicit, Ite maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. 6 Ad idem est quod dicit Aug. 21. de ciuitate Dei. Adhærebunt spiritus licet incorporei corporeis ignibus cruciandi, accipientes ab ignibus pœnam non dantes ignibus vitam.

1. Opinio Durã. hîc. q. 11. anima separata aliter ab igne pati tur aliter dæmon. proba. 1. dicti.

7 Respondeo, supposito secundũ fidem, ꝙ dæmones & animæ damnatorũ patiantur ab igne inferni. Inquirendus est modus secundũ quinq; opi. modernorũ. 8 Prima opinio dicit, ꝙ aliter patit̃ anima separata ab igne corporeo, aliter dæmon. Cuius ratio est qa ignis inferni nõ ponit corporeus, nisi qa afflictiuus corporũ damnatorũ post resurrectionẽ. Si enim post mortẽ præmiaret vel puniretur solũ in anima & nullo modo in corpore, nullus ignem inferni posuisset corporũ, sed adhæsissent oẽs illi rationi quam prius fecimus, qualisligna, talis flãma &c. Propter resumptionẽ enim corporũ ponit Aug. vt habet in litera. Et Greg. 4. Dialo. dicit illũ ignẽ corporeũ esse, congruũ est, vt spũs qui ad pœnã corporibus reuniẽtur quales sunt animæ damnatorũ, aliter ab igne corporeo patiantur, aliter dæmon qui nunq̃ corpori vnit̃ vt forma, hi quidẽ secundũ veritatẽ, ille autẽ secundũ adaptationem. Primũ patet sic. Sicut se habent spes & delectatio ad bonũ, sic se habent timor & tristitia ad malũ, sicut enim delectatio est de bono præsenti spes de futuro: sic tristitia est de malo præsenti, timor verò de futuro, sed secundum quantitatem delectationis quæ æstimatur es se de bono præsenti præcedit gaudiũ de ipso futuro: ergò secundũ quantitatẽ tristitiæ quæ æstimatur de malo cùm præsens fuerit procedit dolor timoris de ipso futuro: & hinc est ꝙ adiudicati morti ex cõsideratione futuræ mortis, mortẽ incurrũt qñq;: cùm igitur animæ dãnatorum sciant infallibiliter ꝙ resumptis corporibus igne cruciabunt̃ per veram immissionẽ, ex ipsa cõsideratione ignis nociui futuri verissimè cruciantur mentaliter: & hoc qdẽ plus vel minus scd'm ꝙ maiori vel minori afflictiõi corporali sciũt se resũptis corporib⁹ adiudicãdos. Et confirmatur hoc, quia pœna reproborũ per oppositũ se habet ad præmiũ beatorũ: sed præmium beatorũ ante resumptionẽ corporũ consistit in gaudio rei de diuina visione, & in gaudio spei de corporis glorificatione: ergò pœna reproborũ consistit in vehementi tristitia de amissione visionis diuinæ, & vehementi timore de afflictione futura cũ suo corpore. Sic igitur patet ꝙ animæ damnatorum quæ corporibus reunientur ad pœnam patiuntur ab igne corporeo secundũ veritatẽ: quia ille ignis ante resurrectionẽ verè timorem & horrorem & per consequens tristitiam animæ ingerit, quæ post resurrectionem corpora cum animabus verè exuret. Secundũ patet .s. ꝙ spũs angelic⁹ qui nunquã vnitur corpori, vt forma affligitur per quandã similitudinẽ & adaptationẽ. Spiritualis enim tristitia & delectatio cùm sint ignotæ multitudini; oportet ꝙ per delectationes & tristitias corporales figuraliter exprimantur, & sic cùm summus dolor sensibilis sit ille qui est ab igne cùm sit maximè actiuus, tristitia & dolor spiritualis in angelis propter suam vehementiam si non esset ab igne secundũ rem, diceretur tũ ab igne secundũ quandã similitudinẽ & adaptationẽ. Et hoc probari põt dupliciter, primò, qa afflictio dæmonum sumenda est per oppositũ ad gaudiũ spirituũ beatorum vel delectationẽ: tota autẽ delectatio beatorũ spirituum & iocunditas est in consequutione sui finis, & non in aliqua re corporali: & si aliqua de corũ delectatione dicantur quæ videantur ad corporalẽ delectationẽ pertinere: sicut ꝙ reficiant̃ aut rideant, debent per similitudinem intelligi: ergò afflictio dæmonũ consistit in tristitia quã habent de separatione à fine in quo summè proficerentur & delectarent̃ si attingerent: & non in aliqua re corporali: sed si quid de corũ afflictiõe dicit ꝙ in corporalẽ punitionẽ sonare videat̃: debet intelligi per quãdam adaptationẽ & similitudinẽ: sicut ꝙ igne ardeant vel ꝙ fœtoribus affligãtur. 9 Item pœna debet respondêre culpæ, sed culpa dæmonũ non fuit cum aliqua delectatione sumpta ex rebus corporalibus, sed inordinata complacẽtia sui cum interpretatiuo contemptu Dei: ergò Pœna eorum debet esse in tristitia: quam in carẽtia visionis diuinæ incurrunt propter contemptũ Dei in dilectionẽ sui. Hæc autem pœna grauissima est & maior quacunq; pœna sensibili: sicut & delectatio à qua excludit maxima est: vnde dicit Aug. & habet̃. 4. Sententiarũ. Dist. 46. Alienari à regno Dei, carêre multitudine dulcedinis Dei tam grandis pœna est vt nulla possint eis tormenta quæ nouimus cõparari. Et Chryso. in Matth. Ponamus ante oculos quanti doloris est excludi & proiici à regno cœlorum, quia videtur mihi ipsa grauior gehenna. Item multi gehennam horrent: ego verò casum illius gloriæ multo maiorem esse arbitror. Item & si multas gehennas ponat quis, nihil tale dicet quale excludi à gloria: & odio haberi à Christo. Nobis autẽ contrariũ videtur propter tria. Primò, quia sensibilia sunt nobis magis nota. Secundò, quia delectationes sensibiles cùm sint passiones appetitus sensitiui: sunt cum aliqua corporis transmutatione: & ideò fortius sentiuntur. Tertiò, quia delectationes corporales appetunt̃ tanq̃ medicinæ contra tristitias corporales, quibus superueniẽtibus magis sentiũtur & acceptant̃: non sic autẽ est de delectationibus spiritualibus, & tamen simpliciter sunt maiores: vnde homines à maximis delectationibus abstinent & maximas tristitias corporales sustinent nè perdant honorem qui est quoddã intelligibile. Dignus enim honore regio prius vellet quãcunq; pœnam sensibilem extra mortem, & quandoq; mortẽ sustinêre q̃ honorem amittere. Propter vehementiã igitur pœnæ quam habent de amissione visionis diuinæ dicuntur per quandam similitudinem pati ab igne.

Cõfirmatio.

Proba.2.

Nota qũo secundũ Durã. dæmones patiũtur ab igne.

Dubiũ pertinens.

10 Hìc autẽ occurrit quædam dubitatio, quia si carentia visionis diuinę pœna est quæ præcipuè dæmones affligunturt: cùm decedentes in originali visione diuina careant: sequeretur ꝙ peccato originali debetur maxima pœna, & par pœnę quę debetur dæmonibus pro peccato actuali, quod est incõueniens, quia pœna decedentium in solo originali est mitissima secundũ Augustinũ & alios sanctos. 11 Et dicendum ad hoc, ꝙ sicut bonum non delectat nisi cognitũ: sic malum non affligit nisi cognitũ: decedentes autem in solo originali nullam cognitionẽ habuerunt, nec habêre poterunt de beatitudine: cùm fidem non habuerint nec sacramentum fidei susceperint, nec ad eam cognoscendam se extendat cognitio naturalis; & ideò de eius carentia non tristantur: dæmones verò qui gratiã habuerunt & fidem sine qua impossibile fuit eos gratiã habêre, cognitionem habent de illo fine quem suo demerito amiserunt: & ideò summè de hoc tristantur. 12 Et si dicatur vlterius ꝙ decedentes in originali saltem in iudicio & post iudicium habebunt de beatitudine aliquam cognitionem: quia vt infrà dicetur omnes cognoscent iudicium Dei iustum esse quo ad pœnas damnatorum, & præmia beatorum: & quantũ ad meritum & demeritum vtrorunq;: & ideò ipsi scient quare ipsi ad beatitudinem sanctorum non admittantur. 13 Dicendum, ꝙ tales cognoscent, ꝙ boni qui per baptismũ vel per proprium meritum cum gratia Christi meruerunt: habebunt pro præmio aliquod donũ à Deo & aliquã cognitionem & amorem maiorem q̃ fit illa quæ potest haberi ex natura libus: & de se scient ꝙ ad illud præmium nõ pertingent: quia scient se non fuisse baptizatos, nec Christi gratiam percepisse: non oportet tamen ꝙ sciant se illo dono esse priuatos propter culpam originalem: & ideò non dolebunt, quia in eis non erit aliqua obliquitas voluntatis ita vt irrationabiliter doleant de quocũq;. Irrationabiliter autem dolerent de carentia visionis diuinæ si solùm cognoscant ꝙ ad eam non admittuntur, qa non fuerunt participes gratiæ Christi, nec per baptismũ, nec per proprium meritũ. Si ergò cognoscerent ꝙ ab ea deficerent propter demeritũ primorũ parentũ, fortè de hoc possent rationabiliter dolere, non oportet tũ ꝙ hoc sciant vt dictum fuit in. 2. lib. Patet ergò ꝙ dæmones affligũtur ab igne per quandã similitudinẽ & adaptationẽ: animæ verò damnatorũ per veram tristitiã quam concipiunt de hoc ꝙ sciunt se resumptis corporibus in illo igne ęterna liter cruciandas. De animabus verò quæ dicunt esse in Purgatorio quæ corporibus quidẽ in resurrectione vnientur, sed non ad pœnã, quia post resurrectionẽ Purgatorium non erit, idem tenendũ est. s. ꝙ affligant̃ per hoc ꝙ retardant̃ à diuina visione, quædã plus, quędã minus. Sicut enim pœnale est ab ea excludi, sic pœnale est ab ea retardari, & tanto plus quãto ab illa plus retardãtur, & plus illæ quę à maiori gloria retardant̃. Item sicut grauitas & leuitas inclinant ad locum naturalẽ, sic finalis charitas ad beatitudinẽ, sed si in graui impedito à loco naturali esset cognitio, pœnale esset impediri à loco suo: ergò similiter est pœnale animæ separatæ existenti in charitate & cognoscenti se propter culpã prius cõmissam, & pœnam ei debitam à beatitudine retardari. Propter vehementiam ergò huius pœnæ possunt secundum quandã similitudinẽ & adaptationem dici pati ab igne, & huic cõsonat dictum Apostoli ad Corin. 3. saluus erit sic tamẽ quasi per ignem, in quo innuitur similitudo & adaptatio. 14 Sed diceret aliquis, Animæ sanctorum patrum qui præcesserunt aduentum Christi retardabantur à visione Dei & tũ erant in charitate, nec affligebantur sicut ponimus animas in Purgatorio affligi, quod tũ oportuisset si dictus modus esset verus. 15 Et dicendum ad hoc, ꝙ ante aduentum Christi non erat tempus perueniendi ad visionẽ diuinæ essentiæ: cùm non esset solutum debitũ naturæ quod in morte Christi solutum est: nunc autẽ post mortẽ Christi est tẽpus perueniendi ad eam, nisi propria culpa vel obligatio ad pœnam impediat: & ideò non peruenire nũc est pœnale, prius autem non fuit, & ponit exemplũ: Quod enim filius Regis ad regnũ non perueniat viuente patre non est ei pœnale, quia nondũ est tempus ꝙ perueniat: sed si mortuo patre impediat ad tẽpus nè ad regnum perueniat valde dolorosum est ei, & hoc scd'm plus & minus scd'm quantitatẽ impediměti. Patet igitur primus modus qualiter animę damnatorũ & animæ quæ sunt in Purgatorio affligi dicuntur ab igne inferni corporeo existẽte. Sed in ista opinione sunt tria dubia. 16 Primũ est, quia ponit differentiã & dissimilitudinẽ inter animas & dæmones, quia isti affliguntur timore resumẽdi corpora non illi, & hoc verum est: sed addunt rationes quę sonãt ꝙ dęmones nõ habent pœnas, nisi dolorẽ carentiæ visionis Dei propter suum pctũ, & sic non patiũtur ab igne, quod non videtur. 17 Vnde ad primũ cùm dr̃, ꝙ pœna dæmonũ est per oppositũ ad gloriã angelorũ: dicendũ, ꝙ Deus est omnis boni bonum, propter quod creatura purè spũalis perfectissimè põt beatificari Deum videndo, & summè delectari sola fruitione Dei, sed priuatio boni diuini in se non est summũ & totum malum. Nam priuatio cuiuscunq; boni est aliquod malũ, maximè boni naturaliter desiderati. Vnde cũ creatura rõnalis naturaliter desideret beatitudinẽ naturalẽ & supernaturalẽ, quã vtranq; habet spirit⁹ videʒ Deũ, qa neutra suarũ beatitudinũ dependet à corpore, & si beatitudo naturalis est præesse corpori illud habet post resurrectionẽ. Sed priuatus beatitudine supernaturali nisi priuaretur naturali quam etiam naturaliter appetit: non esset plenè miser, sicut pueri in Limbo: vnde dæmones ad perfectã miseriam debẽt priuari beatitudine supernaturali: itẽ naturali quæ est in sui contemplatione & prælatione creaturæ corporalis, quæ est qñ subiiciunt̃ creaturæ corporali, quia maxima pœna est dño superbo ꝙ fiat seruus serui sui.

Cauillũ.

Ruptio cauilli.

Examinat Doctor opini. Dur.

Dubium. 1. in op. Du. ꝙ dæmões nõ tantũ ꝓpter carentiã diuinæ visiõis affliguntur.

18 Ad. 2. cùm dr̃, ꝙ pœna correspondet culpę &c. dicendum, ꝙ pœna nõ semper correspõdet culpę quo ad identitatẽ subiecti vel instrumẽti, qa peccãtes sola anima puniuntur in corpore, & peccãtes non per ignem puniunt̃ per ignem, sed secundũ quantitatẽ culpæ debet esse quãtitas pœnæ. Posset etiã dici, ꝙ quia angelus peccauit per superbiã, quia superbit de propria excellentia & de hoc ꝙ erat prælatus aliis angelis, & etiã creaturæ corporali etiam supremæ: ideò debuit puniri vt subiiceretur angelo etiã minimo & infimo & corpori infimo puta terræ, vt scilicet affligeretur in centro. 19 Ad tertiũ cùm dicitur, maxima pœna debet sufficere: sed maxima est separari per peccatum proprium à Deò, quia sciunt se perdidisse maximum bonũ. ideò &c. Dicendũ ꝙ dubium est quod sancti dicunt, quia non priuatio maximi boni est maximè afflictiua, sed priuatio maximè desiderati: videtur autẽ beatitudo naturalis magis desiderata q̃ supernaturalis, quia illud quod est naturale & de necessitate naturæ est maximè intensum, & non illud quod est libe rè volitum. Dato autẽ ꝙ illa esset maxima pœna tamen cùm quędã alia est adhuc maior. Aliàs frustra hõ puniretur in anima & corpore. 20 Secundũ dubium est quo ad differentiam inter animas purgandorum & damnan

Beatitudo naturalꝫ magis appetit, quã supernaturalis.

Dubiũ. 2. in opi. Dur.

Aiæ in Purgatorio solũ patientur secundũ Dur. qa tardãtur à beatitudine.

Obiectio.

Solutio.

Epilogatio prædictorũ.

Aiæ in Purgatorio solũ patientur secundũ Dur. qa tardãtur à beatitudine.

dorum:vbi videtur falsum ꝙ dicunt,ꝙ tanto magis affli guntur quãto à maiori gloria retardantur,quia inquan tùm huiusmodi verum est & secundũ quid:sed simpliciter loquẽdo non oportet ꝙ in Purgatorio ille grauius af fligaẽ simpliciter, qui grauior peccator vel maioris pœnæ debitor est. Possibile est autẽ ꝙ ille qui maiorẽ gloriam expectat minus peccauerit,vel minus purgandum habeat: ergò simpliciter non grauius affligetur. Quod autẽ dicunt,ꝙ quanto plus retardatur: tanto plus affligitur verũ est extensiuè,item intensiuè si hoc sciat. Nam si affligitur,quia scit se retardari: ergò tanto plus quanto plus scit se retardari,quia si simpliciter ad simpliciter & magis ad magis: malum autem quanto diuturnius tanto peius cæteris paribus,sed nescit naturaliter quantùm ibi stabit, potest autem sibi reuelari. Sed cùm per suffragia qnq; liberentur quę nesciunt nisi sibi reuelentur, per consequẽs nescit qui purgatur quantum ibi tenebitur iure communi. Quòd probant ꝙ non patientur verè ab igne sed metaphoricè quasi per ignem, dicendum,quòd illud quasi non est nota similitudinis sed ex pressiuum veritatis, sicut illud,quasi vnigeniti à patre. Et licet authoritates Canonis sint solubiles; tamen expressa intentio sanctorum est quòd verè patiuntur.

Dubiũ.3.in opi. Dur. de pueris i limbo afflictis.

21 Tertium dubium est de animabus quæ sunt in limbis. vbi videtur esse contradictio. Primò in hoc quòd dicunt quòd pueri afflige rentur si scirent se esse priuatos gloria propter peccatum primorum parentum, quia tunc patres in limbo qui sciebant ad tempus se priuari afflĩgerentur. Sicut enim se habent ad pœnã sensus purgati & damnati,sic ad pœnam damni pueri & patres:sed sicut damnatis est dolor carẽre perpetuò,sic purgatis carẽre ad tempus;igitur si scire se priuatos perpetuò, propter peccatum parentum afflĩgeret perpetuò pueros:pari ratione scire se priuatos ad tempus propter peccatum parentum patres afflixisset ad tempus. Si dicatur quòd non affligebantur patres, quia non erat tempus percipiendi, & sciebant se pro tempore percepturos, sed pueri sciunt se nunquàm percepturos:tunc est instantia de illis qui sunt in Purgatorio quibus non est tempus nunc percipiendi ab eis,& sciunt se percepturos quando tempus eorum venerit & nihilominus affliguntur. Si dicatur ꝙ patres respiciebant tempus omnium, isti autẽ respectu sui tantùm,non videtur valere: quia & tunc erat tempus recipiendi quo ad angelos, & quo ad homines nisi peccassent, sicut & hîc. Si dicatur ꝙ nemo dolet de hoc quòd non habet nec debet,nec vult habẽre,quia dolor est de carentia boni quod homo non habet pro nũc, & pro nunc vult habẽre: & sic non affligebantur in limbis patres & pueri, quia cùm essent iusti nolebant habẽre contra iustitiam: sed illi qui sunt in inferno vellent etiam habẽre iniustè:tunc est instãtia in Purgatorio vbi est iusta voluntas nolens habẽre nisi quando Deus vo-

Solutio.

let,& tamen velleitas est eis causa afflictionis. 22 Potest igitur dici,ꝙ pueri si crederent se inuolutos personaliter propria voluntate peccatis parentum afflĩgerentur:sicut homo de damno propter culpam suam:sed ipsi sciunt se priuatos non propter suam malam volũtatem: ideò nec dolẽt, quia vbi non præcesit mala complacentia nec etiam priuatio debitę complacentiæ, non debet sequi displicentia nec tristitia non naturalis. Similiter hoc ipsi patres sciunt se liberatos à culpa per sacramentum: vnde non propter culpam sui sed parentum sciunt se priuari, & sic non affliguntur: sed in Purgatorio propter culpam propriam quam commiserunt sciunt se priuari. ideò affliguntur. Sic ergò scire se priuari vel retardari contra voluntatẽ,vel secundũ voluntatẽ contra vel leitatem ex peccato proprio est afflictiuum,non autẽ ex peccato alieno. 23 Secunda opinio ponit modũ communem animæ & dæmoni, per veram immissionem ab igne sine immissa noua dispositione. Dicunt enim sic,ꝙ ignis inferni potest considerari dupliciter. Vno modo secundum se & sic non põt agere in spiritũ. Alio modo,vt est instrumentũ diuinæ iustitiæ,& sic potest agere in spiritum & ipsum verè affligere per verã immissionẽ,quod probant per rationẽ & per simile. Ratio est talis, Instrumentũ præter virtutem naturalẽ videtur habẽre aliquã aliã virtutẽ à principali agẽte, sicut calor qui est instrumentum animæ præter suam virtutẽ calefactiuã quam habet à se;habet ab anima cuius est instrumentũ virtutẽ conuertẽdi alimentum in carnem. Similiter dolabra habet ab artifice virtutẽ inducendi formã arcæ ad quam non posset ex se attingere. Similiter ignis inferni vt est instrumentũ diuinæ iustitiæ habet aliquã virtutem per quam potest attingere ad aliquid vltra virtutem suę naturæ:tunc arguit sic, Quod Deus potest facere mediantibus causis secũdis, potest facere & sine eis:sed Deus potest affligere animam mediante corpore sicut nunc affligitur sensibiliter dum est in corpore: ergò potest eam cõ similiter affligere sine corpore: si sic ergò & ignis vt est instrumentũ diuinæ iustitiæ:cùm in instrumento,vt dictum est, sit aliqua virtus principalis agentis, per quam potest in aliquid in quod non posset ex conditione suæ naturæ. Per simile probatur sic. Sicut sacramẽta sunt instrumenta diuinæ misericordiæ iustificãtis:sic ignis inferni est instrumentum diuinæ iustitiæ punientis,sed sacramenta quatenus sunt instrumenta diuinæ misericordiæ agunt iustificãdo animã per alicuius immissionem: ergò ignis vt est instrumentũ diuinę iustitiæ affligit animam per veram immissionem. 24 Hæc autẽ opinio non videtur posse stare. Primò,quia nullũ instrumentũ potest agere circa aliquid in virtute alterius, nisi circa illud posit ponere suam propriã actionẽ naturalẽ:sicut calor agens in virtute animæ põt de se ponere suã actionem naturalẽ.s. calefactionem circa alimentũ quod conuertit virtute animæ in carnẽ:& securis suam actionem naturalem habet circa lignũ in quo vt mota ab artifice inducit formã arcæ:sed ignis de se nullam actionem potest habẽre circa animam vel dæmonẽ vt istimet confitentur:ergò non põt habẽre circa eam actionẽ vt instrumentum diuinæ iustitiæ. 25 Secundò, quia principium passionis quæ est per immissionẽ semper est aliqua forma ipsius agentis. Sicut enim passio per immissionẽ fit per receptionẽ alicuius formæ in patiente,sic principium talis actionis est aliqua forma in agente. Illud autem quod non dat alicui nouam formã non dat ei ꝙ possit affligere per immissionẽ formæ:sed ꝙ ignis agat vt instrumentum diuinæ iustitiæ non ponit in ea aliquã formam nec accidentalem nec substantialem: ergò per hoc non potest animam affligere, quia dicitur agere vt instrumentum diuinæ iustitię. 26 Tertiò,quia si anima vel dęmon affligeretur per veram immissionẽ,forma immissa,aut esset corporalis, aut spiritualis,nõ corporalis: quia anima separata non est susceptiua alicuius formę corporalis,nec spiritualis,quia illa non potest esse afflictiua, quia nihil abiicit quod sit naturæ conueniens,eo ꝙ non habet contrarietatem ad aliquam formam naturalem: ergò nullo modo affligitur dęmon vel anima ab igne per immissionem. Si dicatur ꝙ ignis non immittit aliquã formam nisi afflictionẽ, hoc non potest esse,quia afflictio vel dolor non est aliud quàm renisus appetitus contra nociuum prȩsens & cognitum:sed obiectum prę cedit actum saltem ordine naturę. Oportet ergò quòd ignis ordine naturę, sit prius animę nociuus, & deinde cognoscatur, vt nociuus, quàm sequatur afflictio in

Opinio.2. Egi. Roma. quotlibet.: q.9.&.10.

Ratio.1.

Ratio.3.

Improbat opi.p.Dur.

iunctum,circa quod possunt ponere suam actionẽ naturalem prout pertinet ad agens instrumentale: ignis autẽ nullam actionem naturalẽ potest habẽre circa animam separatam quam debet affligere, & ideò non est simile. 31 Sed contra istam opinionẽ de immissione ab igne in virtute Dei quantũ ad reprobationẽ factam,videtur ꝙ ratio prima cõtra eam adducta habeat instantiam in phantasmate,quod non habet in intellectu possibilẽ aliquã operationẽ propriã in virtute sua, sed omnẽ quam habet,in virtute intellectus agentis. 32 Sed dicendũ ꝙ non est simile,qa phantasma est coniunctũ intellectui suppposito: spiritus autẽ est cõiunctus corpori essentialiter: vnde sicut fit vnũ in esse, sic põt cõmunicare ei i agere: ita ꝙ secundũ potentiã abstractã possit pati & secundum organicã agere & ecõuerso formam realem:sicut à phantasiari sequit intelligere & ad velle concupiscere. Diceret aũt aliquis ꝙ cùm Deus sit immediator vnicuique rei & intimior q̃ ipsa sibi:si propter coniunctionem corpus agit in spm̃ virtute spũs creati, multo magis corpus disiunctũ in virtute spũs increati. 33 Secũda etiã ratio in maiore habet instantiã, qa cœlũ quod in virtute propria generat formã electi vel mixti in virtute Dei generat animã secundũ eos: nec tn̄ qn̄ dicitur in virtute Dei agere vltra spẽm ponũt isti differentẽ formã sibi dari:sed vnã eandẽ per quam ex se gñat formã inferiorẽ,& vt instrumentũ Dei formã superiorẽ. 34 Posset etiam dici,ꝙ sicut Deus dedit Adæ vnũ ex quo naturaliꝫ poterat ab eo homo ꝓcedere, sicut potentiã gñandi, & aliud de quo supernaturaliꝫ potuit mulier formari: puta vnã costã,qualẽ nullus alius habuit nec habiturus est:sic posset imaginari ꝙ præter calorẽ quo ignis est naturali afflictiuus corporũ dedit Deus igni inferni quandã virtutẽ detentiuã vel aliã: ita ꝙ oẽs dãnati tam hoies q̃ dæmões eodẽ affligunt:sicut eodẽ oẽs beati lætificant: sed vna afflictio est à natura ignis puta corporũ,alia supernaturalis. Negaret etiã aliqs minorẽ & diceret in igne esse virtutẽ passiuã, sicut in sacris. 35 Tertia ratio etiã deficit, qa forma spũalis si quã ignis immitteret esset afflicti ua:qa tristitia est de omnibus quę nobis nolẽtibus accidunt:& pœna est qcquid cõtra voluntatẽ est, cùm autẽ spũs dãetur corpori,indignũ est ei subiici corpori. Vnde quicqd esset illud qd̃ reciperet ab indigniori seipsum affligeret,& si nõ secundũ se & absolutè saltẽ inquantũ esset cõtrariũ suę libertati & dignitati, sicut esset afflictio nobili facere homagiũ,& recognoscere se tenere à rustico etiã illud,quod sibi esset vtile. Nec est concedendũ ꝙ forma spiritualis separata à corpore non possit esse afflictiua,qa sicut accidẽtia in sacro altaris illud idem agunt quod prius agebant in virtute substãtiæ diuina virtute hoc faciente vel conseruãte, sic sensationẽ caloris quam prout est coniuncta calori immoderato sequit dolor naturaliter:illam eandem separatã à calore eiusdẽ substantiæ in virtute caloris actiui & principaliter Dei sequit idem dolor qui sequeret eam in virtute caloris coniuncti in supposito. 36 Quarta ratio est de renisu appetitus,videtur supponere falsum, quia licet appetitus nõ possit prosequi nisi illud quod præiudicat bonum, nec fugere malũ nisi illud quod præiudicat malũ: tn̄ potest esse delectatio in appetitu antequã delectãs iudicetur esse delectans,quia si iudicaret delectans actu antequã delectaret,falsum esset iudicium. Si autẽ iudicaret aptum natũ delectare,tunc non deberet sequi delectatio actualis sed aptitudinalis. Est etiam iudicium quoddam per experientiã, sicut homo nesciens vtrum cibus sit dulcis vel non:primũ quidẽ iudicat bonũ experiri hoc ipsum: & tunc experitur: quod mox vt gustus percipit saporem sequitur delectatio in appetitu: & tunc tertiò sequitur

Ad.1.Egi.

Ad.2.

In grit doct. de veritate reprobationum Durã.

Nota.

iudicium quod illud est delectans quod prius nesciebatur, cùm autē tactus differat ab ęstimatiua, non habet iudicare de nociuo & conuenienti: & sic mox vt fit tactus percipit tangibile immoderatū sequitur dolor, vel si proportionatum delectatio: & postea sequitur iudiciū ęstimatiuè quod est delectans vel contristans: licet fortè præcedat iudicium quod est inconueniens vel disconueniens vt renitatur vel amplectatur, tamē hæc est veritas ꝙ afflictio quæ est tristitia non potest esse primum impressum cùm oporteat apprehensiuè prius immitti quàm appetitiuè. 37 Vlterius autē considerandū est, quòd tam in dolore corporis damnati quàm spiritus damnati secundum opinionem Thom. ponitur iudicium præcedere læsiui & afflictiui: quia tam corpus quàm spiritū ponit alligari inuitum, quod est læsiuum sicut carēre: ex qua perceptione sequit afflictio. Ad quintū cùm dicit, ꝙ non est afflictiua immissio nisi per abiectionem, dicendum, quòd hoc est falsum etiam secundum eos qui dicunt ꝙ corpora damnatorum patiuntur per passionem naturæ quæ ponunt immissionem & nullam abiectionem & iustè: quia cùm naturalia debeant remanēre integra, nulla forma naturalis debet abiici à damnatis: qa illud esset quoddam genus mortis & corruptionis, loquendo de forma prout est actus primus, sed forma q̄ est actus secundus id est operatio benè abiicitur si præexistat: sicut dæmones priuati sunt naturali beatitudine, & omnes damnati priuantur nè possint frui aliqua delectatione, & hīc est labor & afflictio & pœna. 38 Solutio eorum ad primum argumentum non videtur bona, quia Deus potest facere immediatè quicquid potest facere mediante causa non formali nec materiali si sit causa per quā, & multo magis si solùm causa sine qua non: vnde cùm ex dolore in sensu causetur tristitia in voluntate propter redundantiam inuicem virium, siue dolor sit causa tristitiæ per quam, vt plures dicunt: siue eam sine qua non, vt alij dicunt: poterit immediatè Deus causare tristitiam in voluntate sine dolore in sensu eandem quam poterat cum sensu mediante: sicut potuit generare hominem sine homine. Vnde eandē etiam tristitiam numero quam in anima hæretici dum comburitur causauit ignis mediante dolore: Deus potuit seruare in voluntate vt secum traheret de corpore exiens: sicut intellectus secum trahit species habitus, & fortè actus quæ à phantasmate coniuncto suscepit: sed hoc est verum ꝙ si Deus hoc pōt facere: non tū propter hoc sequit ꝙ possit hoc ignis etiam virtute Dei: quia etiam potentia actiua non pōt agere nisi in passiuam, nec Deus potest facere ꝙ ignis calefaciat non calefactibile puta Lunā, & multo minus spiritum. Non est autē spiritus separatus à corpore aliquo modo passibilis ab igne. 39 Ad secundū de sacramētis non est simile, sicut nec de cœlo, quod in virtute Dei animat, quia propriū obiectū potentiæ actiuæ cœli est potētia passiua materiæ: vnde quia in illam potest aliquid ex se: non est mirum si in eadē plus pōt ex alio vt dicebat secundū argumentū. Et similiter facēm quia corporeū in ipsum animatū habens propriā corpoream operationē pōt in partem eius habēre aliam vt instrumentū: sed secus est in proposito, qa est spūs disiunctiuus in quē nec sacra agerent. Nam dicere ꝙ non est simile de immissione quæ est perfectio & illa q̄ est afflictio: non videt benè dictū: quia sicut voluntas delectatur ex delectatione sensualitatis, ita & tristat ex eius dolore: & sicut delectatur angelus ex hoc ꝙ est prelatus cœlo Empyreo licet ei nihil coferat, qa dominiū est qd nobile & desiderabile, & per consequēs eius cognitio delectabilis, sic ecōuerso alligari inferno est tristabile.

Improbatur solu. 1. Dur.

3. opi. Hen.

40 Tertia opinio est dicentiū animā separatā & dæmonem affligi ab igne corporeo per verā immissionē, sicut præcedēs opinio: sed dicūt isti ꝙ virtute diuina superaditur animæ separatę & dæmoni aliqua qualitas seu habitus supernaturalis, rōne cuius anima separata vel dæmon pōt pati ab igne, q̄ secundū se nō posset ab eo pati: Rō istius opinionis est sola fuga incōuenientiū, qa cùm isti nō posset ostēdere qual'r aia separata posset aliqd recipere per qd' affligeret: adinuenerūt ꝙ hoc poterat fieri mediāte aliquo sibi diuinitus adiuncto. 41 Istud aūt est minus probabil'r dictū q̄ primū, qa illud additū animæ aut est aliqd corporeū aut spūale. Si spūale, æqualis dubitatio est qual'r anima separata quę est spūs pōt pati ab igne corporeo mediāte illo sicut sine illo, qa vtrobiq; est eadē ratio. Si autē illud additū sit corporeū: aut facit vnū suppositū cū anima, aut non. Si non, tunc anima ratione ipsius non poterit pati, qa distinctorū secundū suppositū sunt distinctæ actiones & passiones. Si verò sunt vnū sed'm suppositū, aut illud est subiectū aiæ, aut aia est subiectū illius. Non pōt dici ꝙ illud sit subiectū animæ, quia subiectū animæ non est nisi sua materia vel suum corpus ex quibus cōiunctis resultat homo, & sic nō esset separata de qua loquimur. Si verò dicat ꝙ anima sit subiectum illius additi quod ponit corporale, tunc æqualis dubitatio est qūo anima possit recipere illud corporale accidens, sicut dubitamus qualiter potest recipere caliditatē vel quancunq; qualitatē corporeā. Et ideò ista positio in nullo declarat propositū, sed assumet æquale dubium. 42 Circa istam autē opinionē ꝙ per qualitatē supernaturaliter immissam sit anima ab igne passibilis, est sciendū ꝙ potuit habēre istud motiuum. Quod enim istud agat & illud patiatur nunc, cùm prius non posset: oportet esse per mutationē ex parte alterius, quia idem manens, idem semper natū est facere idem. Vidētes ergò nullā mutationē ex parte ignis posibilem sufficientem, quia aut esset spiritualis, & sic non cōueniret corpori, aut corporalis & sic non esset actiua in spiritum, sicut & ante dixeruut ex parte animæ vel spiritus mutationē fieri. s. quandā dispositionē per quam redderetur passibilis ab igne: quia cùm ipsa damnatio sit quidam actus supnaturalis, sicut habitudo, sicut ad recipiendum à Deo actum beatitudinis requirit habitus quo sit beatificabilis spiritus cùm prius non esset, sic per habitum fieri videt spiritus damnabilis qui prius nō erat. 43 Præterea si anima coniuncta per qualitatem naturalem: puta intentionē posibilē sit passibilis à corpore: puta phantasmate, multo magis per qualitatē supernaturalem Deo faciente ab igne. 44 Et dicendū, ꝙ Deus non pōt facere ꝙ potētia feratur nisi in suū obiectum: puta ꝙ visus audiat sonū vel videat: propriū autē passiuum à corpore est corpus vel spūs coniūctus non separatus: propter quod nec spūs agit in corpus nisi motum localem, nec ecōuerso quicquā: manente ergò ꝙ corpus sit istud & illud spūs, istud non pōt in illud immittere nec ab ipso recipere plus q̄ non calefactibile pōt calefieri. 45 Ad argumentū dicendū, ꝙ non est simile, quia in beatitudine aliquis actus recipitur cuius potētia naturaliter capax non est perfectē & immediatè per se solam: vnde dispositione superddita capax fit: sed ex puris naturalibus natura caret beatitudine naturali & supernaturali, nisi sibi addat & delectatione & gaudio: vnde his priuari potest nullo alio dispōsito, quo facto tristatur sicut ex malo quod est priuatio boni. 46 Quarta opinio vicina antiquæ ponit modū specialē quo animę puniunt. Dicunt enim ꝙ in anima separata virtute diuina possunt remanēre potentiæ sensitiuæ. Quod probat, qa virtute diuina absolutum accidēs pōt separari à suo subiecto: sed secundū istos potentiæ sensitiuæ sunt quædam accidentia absoluta. ergo virtute diuina possunt separari à composito in quo sunt tanquam in subiecto, & remanere in anima separata: tunc arguitur sic. Verus dolor sensibilis perficitur in actu appetitus sensitiui pręuia cognitione sensitiua: sed remanentibus sensitiuis potentiis in anima separata potest in eis esse sensitiua cognitio & appetitus consequens. ergo in eis potest esse verus dolor sensibilis & vera tristitia. 47 Sed nec illud valet quia dato ꝙ Deus posset separare accidens absolutum à subiecto, non tamen posset ipsum ponere in quocunq; alio subiecto, sicut quātitatem separatam à substantia pānis non posset ponere subiectiue in angelo: & codē modo potentiam sensitiuam quæ est accidens organi corporei, non posset ponere in anima separata. Dato etiam ꝙ posset ponere, adhuc non sufficeret ad hoc ꝙ anima sensibiliter pateretur ab igne, quia obiectū passionis est aliquid nocens, sed non potest dari modus quomodo ignis noceat animæ separatæ etiam si haberet potentias sensitiuas plus quam si non haberet. Non enim nocet ex hoc solo ꝙ cognoscitur quacunq; cognitione: & ideo hoc modo nō potest assignari causa passionis ab igne. 48 Circa hanc autem opinionem quæ ponit ꝙ per retentionē potētiarum sensitiuarū, prima ratio quæ adducta est cōtra eam est dubia: quia non est simile de subiecto omnino extraneo, & de subiecto proprio, sed imper fecto: licet enim anima separata non possit secum trahere esse corporeum quod est sibi omnino extraneū: tamē ipsum esse aut subsistere quod ipsa cōmunicat corpori, licet sit non solius animæ vt subiecti, sed totius coniuncti illud secum trahit naturaliter: quia sicut essentia sua est æuiterna, & per consequens incorruptibilis, sic & esse eius: ergo à simili potentias sensitiuas licet sint coniuncti secum trahit naturaliter vel saltem supernaturaliter potest hoc fieri. Sed nō est simile. Esse enim & subsistere anima cōmunicat corpori sicut rem sibi propriam quam haberet sine corpore: etiam si extra corpus & ante crearetur quod est possibile: & ideo illud retinet post corpus potentias sensitiuas secūdum naturam suam non est nata ipsa habere si ante crearetur sicut nec figuram, cum subiectiue sint in quanto sicut & figura: vnde sicut non potest fieri ꝙ istæ potentiæ remaneant in corpore mortuo quod est pars subiecti: quia contradictio esset ꝙ non vieueret, & tamen haberet potentiam vitalem: sic nec econuerso ꝙ remaneant in anima separata quæ solum est altera pars subiecti. 49 Secunda ratio, ꝙ obiectum passionis est aliquid nocens, non valet: quia eo ipso ꝙ immitteret cognitionem quā sequeretur dolor esset nocēs: nec oporteret ꝙ aliter vel plus noceret: quia anima separata aliter nocibilis vel læsibilis non est. 50 Tertio dicendum, ꝙ & si ibi essent potentiæ sensitiuæ, non tamen propter hoc in ipsas posset ignis agere nec calor in sensu nisi esset organicus, sicut nec calor in visum separatum: quia non est motiuus nisi diaphani secundum actum: sic enim est de omni sensibili ꝙ non ageret in sensum nisi propter organum. 51 Quinta opinio est Thomæ cōmunis doctoris, ꝙ spiritus incorporeus. i. anima separata vel angelus patitur ab igne solum per detentionē per hunc modum: quia spiritus incorporei secūdum ipsum diffiniuntur loco, ita ꝙ existunt sic in vno loco ꝙ nō in alio. Res igitur corporea habet ex natura sua ꝙ spiritum diffiniat, sed non habet ex natura sua ꝙ spiritum detineat quin alibi possit diuertere: sed hoc super additur igni corporeo inquantū est instrumentum diuinæ iustitię, ꝙ sic detineat spiritū ꝙ alibi nō diuertat: & ita efficitur ei pœnalis retardando ipsum ab executione proprię volūtatis, nè operetur vbi vult, & secūdum ꝙ vult, & tanto plus cruciatur quanto superbior est. Hæc autē opinio probabilis est ponēdo quòd anima separata vel angelus sit in loco per suam essentiā: quia tunc potest virtute diuina detineri in loco nè moueatur ad alium ad quē vellet: non tamen bene apparet quod virtus detentiua sit in igne, hoc tamen non obstante posset dici, quòd dicitur detineri ab igne, quia detinetur in igne, & sic ab eo patitur eo modo quo desiderans mortem & fastidiens vitam dicit, ꝙ anima sua patitur à suo corpore in quo detinetur. 52 Et nihilominus graue videtur aliquibus ꝙ iste sit totus modus quo anima vel dæmones patiuntur: quia secundū hūc modū æqualiter pateretur anima vel dæmon si detineretur in pulcherrima camera & optime ornata, sicut patitur ab igne: quia non ponitur pati nisi quatenus detinetur, hoc autem non reputatur cōmuniter adeò graue seu pœnale, sicut prædicamus grauē esse pœnam dānatorum hominū vel dæmonū. Et confirmatur, quia sicut animę damnatorū detinentur in inferno: sic animæ puerorū decedentium in originali detinētur in limbo, si ergo sola detentio est afflictio: sequitur quòd animę decedentium in solo originali affliguntur quantum dæmones & animæ damnatorū, quod non videtur conueniens. Si verò spiritus ponatur esse in loco solum per operationem: tunc nō bene apparet qualiter patiatur à loco per detētionem: quia operationes quædā manent in agente: vt intelligere & velle: & per istas non pōt spiritus magis esse in loco quā per essentiam: alię verò sunt quæ transeunt in materiā exteriorem vt mouere: & per has solas potest spiritui competere esse in loco, quatenus mouet vel facit aliquid circa locum vel circa corpus existens in loco. Hæc autem operatio licet possit cōuenire Angelis: non tamen potest conuenire animabus separatis: quia anima separata nō mouet ad formā quod est sibi commune & angelis, nec potest mouere aliquid corpus ad locum: quia cum habeat determinatum mobile cui vnitur vt forma mediante quo mouet quicquid mouet, separata ab eo nihil aliud potest mouere. Si ergo spiritus non sit in loco nisi per operationem & nullam talem potest habere anima separata: sequitur ꝙ ipsa nō sit in loco & per consequens quòd ibi non detineatur nec per detentionem affligatur. 53 Item probatur de anima separata & angelis simul, esto quod vtriq; conueniat operari circa locum quod non affligantur per detentionem in loco: quia si esse in loco est operari in loco: esse seu detineri violenter in loco vel contra voluntatem, est operari in loco violenter, vel contra voluntatem: sed illud non potest competere animæ separatæ seu angelo. ergo. &c. Maior de se patet. Minor probatur: quia magis homo potest cogi ad operandū quàm angelus vel anima separata: sed homo non potest cogi coactione simpliciter ad operandū ea quæ dependent ex libero arb. quāuis possit impediri nè faciat quod vellet facere. Nam si per violentiam manus alicuius hominis applicetur ad percutiendum alium talis non percutiet actiue: quia principium percussionis actiuum non est in ipso, sed mere passiuum: & multo magis videtur quòd anima separata vel angelus non possit cogi ad aliquam actionem dependētem à libero arbitrio: talis autem est omnis actio quam habet vel habere potest anima separata vel angelus circa locum: ergo angelus vel anima separata non potest cogi ad operandum in loco vel circa locum: quia si esse in loco est operari in loco, & detineri in loco est violenter operare in loco, patet ꝙ nec angelus nec anima separata possunt violenter detineri in loco, nec per consequēs affligi per violentam dententionem. Si verò dicatur quod non sunt in loco nec detinentur in loco per actionem suam in loco, sed potius per actionem quam recipiunt in loco. 54 Contra, detineri à

Improba. 2. solutio.

4. Opinio.

Impugn. Du.

Improbatio. Durā.

Nō pōt De⁹ quātitatem nec potētiā sensitiuā ponere in angelo.

5. opinio.

Opi. f. Tho. cōishīc. q. 3. arti. 3. q. 3.

Verba Dur.

Rō. 1. quæ directè militat contra. s. Thom.

Ratio. 2.

loco ſupponit eſſe in loco,ſi ergo paſſio ſpiritus in loco eſt per detentionẽ in loco,ſequitur ꝙ paſſio in loco ſupponit eſſe in loco:ſed poſterius præſupponens ſuũ prius non eſt cauſa eius.ergo pati à loco non eſt ratio angelo vel animæ ꝙ ſit in loco. 55 Iſti igiſ ſunt modi in quibus doctores nituntur oſtẽdere qualiter angelus vel anima ſeparata patiantur ab igne:& tñ vt viſum nullus ſatiſſacit intellectui,nec mirũ:quia vt dictũ fuit li.1.q.1. ea quæ ſunt fidei nõ poſſunt ſcientifice probari:nec róes in contrariũ ſciẽtifice ſolui,pro eo ꝙ fides eſt de his quæ excedũt oẽm rationẽ naturalem. 56 Circa autem iſtã opinionẽ ꝙ per detentionẽ violentam,notandũ ꝙ poteſt probabiliter ſuſtineri,nõ obſtãte ꝙ contra eam arguitur ſiue ſpũs ſit in loco per eſſentiã ſiue per operationem.Si primo modo,ſunt tria inconueniẽtia.Primũ quod omittunt eſt:quia ſequeretur ꝙ cũ oẽs æqualiter detineãtur oẽs æqualiter punirẽtur.Nec valet ſit dicaſ ꝙ ſuperbior plus affligitur:quia aliquãdo minꝰ ſuperbus eſt grauior peccator,puta luxurioſus humilis.Et dicẽdũ ad iſtam ꝙ verũ eſt de ſuꝑbia prout eſt ſpeciale peccatũ, ſed quãto aliquis eſt grauior peccator in inferno tanto plus odit Deũ quod eſt maxima ſuperbia: & tãto plus ei diſplicet iuſtitia Dei & per conſequens plus affligitur de alligatione illa,quæ quantũ eſt magis inuoluntaria tanto magis pœnoſa.ſecũdum inconueniens eſt,ꝙ dãnatus in camera pulchra ita affligeretur ſicut in igne.Et ad iſtud dicẽdum primò ꝙ cũ alligari cuicunq; loco ſit eis pœnoſum: quia inuoluntarium vt pote cõtra libertatem & dignitatem ſuã alligari,tamẽ viliſſimo loco eſt eis pœnoſiſſimũ: huiuſmodi autẽ eſt centrũ terræ maximè diſtans à cœlo nobiliſſimo corporum.Sed vlterius ibidem alligari igni quo debẽt affligi viliſſima corpora dãnatorũ adhuc eſt eis magis pœnoſum: licet cõtra iſtud vltimum ſit illud Matth.Ite in ignẽ qui paratus eſt diabolo,quaſi ille priꝰ ſit ꝓpter dæmones quã ꝓpter hoíes. 57 Tertia inſtãtia de pueris & patribus in limbo facile ſoluitur:quia volũtas eorũ cũ ſit iuſta vult illũ carcerẽ:& ſic non affligebat patres nec pueros affligit : qa nihil volitũ eſt pœnoſum. Qd̃ ſi de animabus purgatorij inſtetur: dicendũ ꝙ ideo ille carcer eſt eis pœnoſus : quia licet volũtarius , tñ eſt eis propter peccatũ propriũ quod cõtinue dolent & per cõſequens decõſequente pœna. Secus autẽ eſt de peccato originali cui nõ debetur cõtritio.Sed in iſta prima parte deductionis ſciendũ eſt,ꝙ nunq̃ dicẽdũ eſt ꝙ ſpiritus ſic ſit in loco per eſſentiã qã eſſentia ſit ſibi ratio eſſendi in loco:ſic.ſ.ꝙ indigeat loco ad ſui cõſeruationem,ſicut graue vel leue,vel ꝙ circũſcribatur loco ſicut quãtũ,ſed ſic quòd eius eſſentia verè eſt in loco definitiue:quia ſic eſt hĩc ꝙ nõ alibi licet poſſit eſſe nuſquã.Si aũt angelꝰ eſt in loco per operationẽ ſic.ſ.ꝙ ſicut quãtitas eſt ſubſtantiæ rõ eſſendi in loco:ſic & ſpiritui operatio.Põt reſponderi ad inſtãtias etiã dato ꝙ eſſentia angeli eſſet nuſquã vel vbiq;.Vnde ad illud quod dicit de operatione manẽte poteſt dici, ꝙ dato ꝙ eius intelligere & velle ſecundum ſituationem & diffinitionem abſtraherent à loco ſicut eſſentia: ſi tamen neceſſario haberet cogitare contra voluntatem de inferno & igne eius, propter quod impediretur conſiderare alia quæ magis vellet cõſiderare:quia enim intelligit nõ omnia ſimul impeditur ab intellectione vnius per intellectionem alterius: & conſtat ꝙ magis eſt ſpiritui deſiderabile & delectabile cõtemplari altiſſimas cauſas quã corporalia. vnde pœnoſum eſt valde ſpiritui ſi contra voluntatem cogitat de inferno & eius igne continue, & ꝙ de eo ſemper habebit cogitare;ſicut etiã homini bono eſt pœnoſum: quando occurrunt ſibi turpes cogitationes vel quęcunq; cõtra voluntatem ſuam de re odio habita, & de qua nunq̃ vellet recolere:hoc autẽ eſt poſſibile:quia ſicut ſpiritus ſeparatus ſemper actu intelligit ſe propter actualem preſentiã ſuæ eſſentię,ſic poteſt Deꝰ facere ꝙ ſemper intelligat aliquid aliud vel per ſpeciem quæ ſemper ſit in actu vel aliter,& per hoc vel nõ cogitat alia vel nõ delectatur in eis, ſicut faceret ſi nihil cõtra volũtatem ſuã cogitaret:& ſic diceretur in eis ſicut diabolus ſemper ferret ſecũ ſuũ ignem per continuatã ipſius cogitationẽ,per quã ipſe ſecũdum intellectũ apprehẽdẽtem & volũtatẽ remittentẽ ſemper eſſet alligatus etiã ante diem iudicij &vbiq;. 58 Secũda inſtantia eſt de operatione trãſeunte ſi per eã ſit angelus in loco,vt ſic detentus affligatur vt canis vel equus qui eſt alligatus ad mouendã rotã qua aqua trahitur de puteo, vel dãnatus ad fodienda metalla: quia hoc nõ poteſt cõuenire animę quæ nõ eſt nata mouere corpus niſi mediante ſuo corpore. Et dicendũ ꝙ ſi ita eſſet quãuis neſciamus quæ eſſet illa operatio nã non eſſet ignis ſuccenſio:quia ille ignis ſucceſſione nõ indiget nec eſſet motio eius circularis ſicut in ſphæra ſua mouetur: quia ad hoc ſufficeret vnus dæmõ : tamen quæcunq; ſit illa motio ſi cõuenit angelo naturaliter poſſet cõuenire animæ ſupernaturaliter.Si enim Deus dedit adamãti & magneti virtutem mouẽdi ferrũ ſine cõtactu quã alia corpora nõ habent:nullũ incredibile eſt ſi dicamus ꝙ miraculoſe det eandẽ virtutẽ alij corpori:& ſimiliter ſi ſpiritus angelicus à natura habet mouere corpus: nullum inconueniens vel impoſſibile videtur ꝙ hanc virtutẽ ſupernaturaliter det Deus animabus, vel ad bonũ ſuũ ſicut apparent in corporibus aſſumptis pro petendis ſuffragijs:vel ad malũ ſuũ vt in dãnatis. 59 Tertia inſtantia eſt cõmunis vtriq;.ſ.ꝙ nõ põt ſpiritus ſeparatus violentari ad operationẽ,ſicut nec homo ad illã quę eſt liberi arbitrij. Vbi dicendũ eſt primo,ꝙ ſi in ſpiritu eſſet virtus naturaliter motiua alia ab intellectu & volũtate:ceſſaret inſtantia,ſuppoſito autẽ ꝙ per liberũ arbitrium nõ neceſſitate naturæ mouecat:dicendũ ꝙ nõ poteſt eſſe in libero arbitrio aliqua volitio ab ipſo elicita cõtra voluntatem. Eſt enim cõtradictio ꝙ vellet aliquid elicitiue & ipſammet volitionem nollet.Sed nõ eſt impoſſibile ꝙ Deus poſſet imprimere libero arbi.actũ intelligendi & volendi reſpectu cuius liberũ arbi.ſe habet pure paſſiue ſicut eſt fortè in patria,in patiẽdo autẽ nihil eſt liberũ:quod autem nõ eſt liberũ vt ſic cogi poteſt:vnde videtur nõ impoſſibile cõtra volũtatem imprimi neceſſario volitionem mouẽdi aliquid ad quã volitionem neceſſariũ ſequatur ita motio ſicut ad liberã:& ſicut ſpiritꝰ erit alligatus ad operandũ. Si dicaſ ꝙ imò eſſet cõtradictio : quia eſſet actus voluntarius & inuoluntarius: dicendũ ꝙ eſſet voluntarius:quia à voluntate ſed cõtra quia ab alio.Vel ſi Deus non poteſt ſibi imprimere actũ ſecundũ niſi placitũ:poſſet tamẽ ſibi imprimere aliquã qualitatẽ aliã ad quã ita ſequeretur motus neceſſario, ſicut ad ſuum velle libere. 60 Ad quartã inſtantiã de paſſione:dicendũ ꝙ quando dicitur ſpiritus eſſe in loco per paſſionẽ: nõ intelligitur ꝙ hoc ſit per aliquã receptionẽ formæ naturalis à loco: ſed dicit eſſe in loco,per paſſionẽ.i.per diffinitionẽ,ſicut locatum patitur à loco à quo circũſcribitur:licet diffiniri loco nõ ita ponat aliquid in diffinito,ſicut circunſcribi ponit aliquid in locato vel circunſcripto.Vlterius autem quando ſic loco diffinitur ꝙ etiã ibi inuitus detinetur:tũc dicitur pati pœnã:quia cõtra voluntatẽ & libertatẽ eius eſt.Et ſicut ad gloriã beatorũ eſt ꝙ ſunt prælati nobiliſſimo corpori , ſic econuerſo ad triſtitiam malorũ eſt ꝙ ſint alligati viliſſimo corpori. prout ergo paſſio dicit afflictionem,ſic nõ ſunt ipſi in loco per paſſionem: ſed ecõuerſo patiũtur & affliguntur per hoc ꝙ ſunt in lõco contra

Nota.

Ingrit doct. de dictis Durã. ſuſtinens opi.ſ.Tho.

Magis diabolus affligitur in loco turpi q̃ honeſto.

Spiritꝰ quomõ diffinitiue eſt i loco ſubtiliter aperitur.

Deus põt imprimere actũ intelligendi aut volendi lib. arbi. ad quem paſſiue ſe habet

Ad. 2. inſtã.

Ad. 3. inſtã.

Ad. 4. inſtã.

co cõtra volũtatẽ:ſed prout paſſio dicit quãdã habitudinẽ paſſiuã ad locũ:ſic ipſi ſunt in loco per paſſionẽ.i.per diffinitionẽ ſuæ eſſentiæ:quod eſt cõmune bonis & malis,qua ſuppoſita,nec eſt ſibi liberũ alium locũ petere:& ſicut in beato locus qui debetur nobiliſſimo corpori ſibi conceſſus quãuis illo non egeat eſt ſibi ad gaudiũ ratione dominij:& ſic animabus eſt gaudium eſſe in cœlo empyreo quem ſciũt locum nobiliſſimum ſuis corporibus deputandum:& per hoc etiam gaudium eſt angelis ꝙ ſibi etiam eſt deputatum,ſic eſt econuerſo de loco dãnatorum corporum cui ſpiritus alligantur:ſic ꝙ nõ poſſunt petere locum nobiliſſimorum corporũ quem prius habebant vel habituri erant,quod eſt eis valde triſtabile. Nec videtur impoſſibile dare corpori virtutem detinendi ſpũm põt nendi ſpiritum ſuppoſita diffinitione eſſentiæ & limitacõicari ſpũi. tione virtutis ex quo dicitur quod fortior angelꝰ poſſet ſiſtere minus forti. Virtus ergo creata ſiſtendi angelum, videtur etiam cõmunicabilis corpori: vel ſi illa virtus nõ eſſet in corpore ex quo tamen virtute aliqua detineretur infra corpus, diceretur à corpore detineri & per conſequens affligi, quia inde oritur ſibi materia triſtandi.

Virtꝰ detinẽ

Ad ar. in op. 61 Ad argumenta in oppoſitum eſt dicendum,ad primum ꝙ ſicut nullum corpus poteſt pati à ſpiritu paſſione proprie dicta,quæ eſt abiectio formę conuenientis & receptio formæ diſconuenientis: ſic nullus ſpiritus poteſt pati à corpore conſimili paſſione:& ideo ille modus paſſionis qui ponitur eſſe per immiſſionem communiter non tenetur. 62 Ad ſecundum dicendum eſt, ꝙ Auguſtinus loquitur inquirendo: vnde & alium modũ ponit.21.de ciuitate Dei, vbi dicit ꝙ ſicut in cõditione animæ,anima coniungitur corpori vt dans ei vitã quãuis vnum ſit corporale & aliud ſpirituale,& ex tali coniunctione concipit anima vehementem amorem ad corpus, ſic anima ſeparata ligatur igni vt accipiens ab eo pœnam:in quo innuit animæ pœnam eſſe per detentionem in igne.Vel dicẽdum ꝙ Auguſt. intelligit ꝙ ea quibus immediate anima afficitur ad dolorem vel triſtitiã ſunt ſpiritualia,quatenus ignis non affligit animam niſi mediante apprehenſione vel ſeipſo vt apprehenſo ꝙ eſt quoddam eſſe ſpirituale:quãuis iſta reſponſio nõ videatur multum efficax,quia per iſtum modum poſſet dici, ꝙ quicquid affligitur: affligatur non per corporalia ſed per ſimilitudinem corporaliũ: quia nihil affligit niſi vt apprehẽſum. 63 Ad tertium dicendum , ꝙ principale agens oportet eſſe nobilius patiente:ſed non oportet ꝙ inſtrumẽtale agẽs ſit nobilius:nullus ponit autẽ ꝙ ignis ſit principale agẽs in afflictione animæ,& ideo nõ oportet ꝙ ſit nobilior anima. 64 Ad quartum dicẽdum ꝙ argumentum illud bene probat ꝙ ignis ille non affligit dæmones vel animas ſeparatas per immiſionem:ſed nõ probat quin affligat per detentionem,detẽti enim in carcere non ſolum affliguntur dum actualiter detinentur: ſed etiam dum excũt ſcientes ſe iterato detrudendos: ita ꝙ afflictio ſemper eſt per detentionem vel deputationẽ ad locum detinentem,ſicut econuerſo electi gaudẽt de cœlo empyreo qui quodãmodo in eorum cedit gloriã non ſolum quando ſunt ibi,ſed quando recedunt ſcientes illum locum ſibi deputatum. ideo &c.

Ad. 3.

Ad. 4.

DISTINCTIO. 45. QVAESTIO. 1.

CIrca quadrageſimãquintam Diſtinct. quæruntur tria. Primò, vtrum ſuffragia viuorum proſint defunctis. Secundò, vtrum ſuffragia facta pro aliquo, ſibi ſoli valeant. Tertiò, de receptaculis animarum.

De diuerſis animarum receptaculis.

Thom. 4. Diſtinctio. 45. Quæſt. 2. per totam.

QVANTVM ad primũ quæritur vtrum ſuffragia viuorũ proſint defunctis.Et arguitur ꝙ nõ qa mala facta per viuos in nullo nocẽt defunctis.ergo bona facta per eos non proſunt defunctis. conſequẽtia de ſe videtur manifeſta:ſed antecedẽs probatur per illud Ezechielis. 18. Filius nõ portabit iniquitatẽ pris: nec pater,ſupple mortuꝰ,portabit iniquitatẽ filij ſupple viui.&c. 3 Contra eſt ꝙ dicitur.1.Machab.12. Sãcta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur:ſed nõ eſſet ſalubris niſi eis prodeſſet aliquid,ergo.&c. 4 Reſpondeo hĩc ſunt tria videnda de ſuffragiis.Primò,per quos facta proſint.Secũdò,quibus proſint.Tertiò,quæ ſuffragia proſint. 5 Quãtum ad primum ſunt quinq; concluſiones. 6 Prima,ꝙ per vnum viuũ facta proſint alteri viuo propter charitatis vnionem,ſed ſic prodeſt bonũ factũ alij bono ſecundũ illud,ſanctorũ cõmunionem:& particeps ego ſum: quia vna eſt omnium fidelium vniuerſalis eccleſia charitate coniuncta,quæ eſt ſocietas & amicitia ſpiritualis: vnde ſicut quando eſt cõtracta &ſocietas omnium bonorum inter aliquos quicquid vnus lucratur omnibus eſt commune,ſic eſt hĩc ſpiritualiter,nõ autem peccatori qui nõ eſt de corpore Chriſti:ſed membrum diaboli : quia non eſt cõmunio Chriſti ad Belial: vnde exiſtens in peccato mortali etiam non excommunicatus : non eſt particeps alicuius boni quod ſit in eccleſia per vnionem : cum ſit membrum præciſum à corpore quod nõ recipit influentiam ab anima. Secũdò,proſunt ex ſuffragantis intẽtione: vnde ſicut ſeruus communis plus acquirit domino cui nominatim ſtipulatur quàm aliis:quia obligatio illi quærirur in ſolidum,ſimiliter ſi iuſſu domini vnius vel ex re ipſius ſeruus communis acquirat,illi ſpecialiter acquiritur,ſic eſt in propoſito.Non ſolum enim papa: ſed quilibet debet ſe reputare ſeruum ſeruorum Dei ſicut ſcribit Rabanus ſecundo prologo Machab.vnde illi ſpecialiter prodeſt cui intendit etiam peccatori quem ita poteſt intendere ſicut iuſtum,ſed non per modum meriti,ſecũdum illud: Nè fortè non ſufficiat nobis & vobis, quia nullus poteſt alteri mereri primã gratiã niſi Chriſtus vt patet in paruulis baptizatis.Vnde in Ezechiel.Si fuerint coram me Noe,Daniel, & Iob,animas filiorũ nõ liberabũt:ſicut alteri ſtipulari nemo poteſt niſi qui eius iuri ſubiectus eſt,vel pater filio vel ecõuerſo:vnde Chriſtus meretur nobis ſicut filiis : & vnus bonus aliis ſicut ſeruus dominis: ſed malis ſicut extraneis niſi merito cõgrui fortè per modum impetrationis ſic: quia niſi Stephanus oraſſet Paulus ſaluatus non fuiſſet vt dicit Auguſtinus.Et de Carolo magno audita eſt vox,Egidij merito Caroli peccata dimitto.Et ſic prodeſt recipi ad beneficia in ſpeciali alicuius hominis vel multitudinis ſiue ſic receptus ſit peccator:quia tũc fit particeps propter intentionem qui nõ erat propter vnionem,ſiue ſit iuſtus: quia plus fit quã prius. 7 Secũda concluſio eſt,quomodo ſuffragiũ viui proſit mortuo. Primo quidem propter charitatis vnionẽ:quia charitas nunq̃ excidit licet amicitia politica pereat ſecundũ philoſo.& ſic oĩa bona bonorũ proſunt mortuis etiã ſi fiãt pro viuis:ſicut miſſa.de celebra.miſſa. cap.2.vbi dicitur de eadẽ die miſſam audiant pro ſalute viuorũ & defunctorũ. ſecundò propter intẽtionẽ:qa viuũt in memoriis viuorũ: & ſic oẽs miſſæ eis proſunt in quibus eſt vnũ. Memẽto pro mortuis. Non ſic autem

Suffragia ꝓſunt alteri ꝙ charitatis vnionem.

Secũdo proſunt per ſuffragãtis intẽtionem.

sic aũt alia bona in quibus nõ fertur intentio ad defunctos. Nec obstat, beati mortui qui in dño moriunt: quia illi in quibus princeps huius mũdi tẽpore exitus nõ habet quicq̃ nec culpã nec pœnam, sicut beatus Martinus, statim sunt beati in re nec egẽt suffragiis: qui verò sic in dño moriuntur ꝙ superædificauerũt lignũ, fenũ, & stipulam, saluabuntur quasi per ignem: & beati non in re sed in spe, sicut etiã omni tempore preciosa est in conspectu dñi mors iustorũ, etiam ante apertionem cœli in spe nõ in re. 8 Tertia conclusio est, an suffragia facta per malos prosint, prosunt autẽ primo, ex opere operato vt missa mali tantũ quantũ boni sicut & baptismus. Sed sic nihil prodest nisi sacramentũ nouæ legis vel aliquid sacramentale: vt aqua benedicta & exorcismus, non autẽ oratio, ieiuniũ & eleemosyna: secũdo, ex opere operante vniuersalis ecclesiæ cuius minister est peccator, dicit vigilias pro mortuis: nec solum vigiliæ curati prosunt parochianis suis quorũ est publica persona, sed etiã extraneis respectu quorum est priuata persona, quia est minister nõ solum huius particularis ecclesiæ, sed etiam vniuersalis cuius omnes boni sunt mẽbra. Tertiò, ex opere operante eius qui rogat vel mãdat pro se fieri, sicut bonus dñs per malum seruum faciendo eleemosynã meretur & satisfacit: quia qui per aliũ facit per seipsum facere videtur: sicut Christ⁹ per malos ministros benedicit & baptizat: & sic suffragia à defunctis mãdata vel petita per malos exhibita eis ꝓsunt. Nec obstat ꝙ malus non pót satisfacere ꝓ alio, quia verũ est prĩcipaliter, sed instrumẽtaliter sic. Quartò, ex opere operante alterius mãdatis puta executoris vel alterius propter eandẽ rationem, sicut papa mãdat fieri solẽnes vigilias pro defuncto summo pontifice de elec. Vbi maius. lib. vj. potest etiam quis subdito pro se & aliis orationes iniungere, & etiã confessor pœnitenti ꝙ pro se oret. Quinto, ex opere operante ministri: quia ipse operatur aliquo mõ. vnde si prælatus malus iniungat bono subdito dicere psalterium pro aliquo viuo vel mortuo, & bonus subditus dicat aliis nõ dicturus intendẽs pro illo dicere in speciali pro quo sibi iunctũ est, vel pro quo iniungens intendit prodest illi & si non ex intentione mandantis tamen mandatarij. Si autem subditus diceret non intendens dicere pro aliquo nisi pro se ipso ad expletionem obedientiæ, tunc non prodesset extraneo illo pro quo iniungens intendebat nec exprimebat, nec ex intentione mandãtis qui indignus est, nec mandatarij qui hoc non intendit: sed solum propter charitatis vnionem cum exequente. 9 Alias autem generaliter nõ valent suffragia per malos: quia cum is qui displiceat intercedẽdũ mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur, quod verũ est per modum vnionis: quia vnitus non est: nec per modum meriti, sed quandoq; per modum impetrationis prosunt: quia oratio peccatoris quandoq; est imperatoria pro se & pro aliis: vt patet in miraculis quæ quandoq; per ipsos fiunt ad conuersionẽ infidelium, sicut Judas cũ aliis apostolis sanabat infirmos. Sed plus valet suffragiũ boni bono, quia oĩbus modis post modũ plus boni malo: quia per modũ frequẽtis impetrationis, quia voluntatem timentiũ se faciet etiã pro indignis. Tertiò, mali pro bono: Quartò, mali pro malo, sed nõ tantũ nec tam frequenter: quia Deus peccatores nõ exaudit, sic. 8. sicut iustos. &c. 10 Quarta cõclusio est, an suffragia prosint facienti. Et quidem ad merẽdum si sit in charitate nõ minus prosunt quã si pro se fierent secundũ illud, Oratio mea in sinu meo cõuertetur: & quãdoq; ꝙ plus meretur homo celebrando pro alio quã pro se, quia maiori feruore charitatis accensus videtur: qui scintillas emittit ad alios & maximè ad inimicos. Dñs enim cõuersus est ad pœnitẽtiam Iob cũ oraret pro amicis suis. Secundò, prodest ad satisfaciendum directe, quando ille pro quo fit aut non indiget, vt quia saluat nos: aut capax non est: vt quia dãnatus, quando faciens est talis intentiõnis in habitu, quòd pro se faceret si crederet nõ proficere illi pro quo intendit. Vnde Matth. x. Et si quidem fuerit ibi filius pacis residebit super illum pax vestra: sinautem ad vos cõuertetur. Tertiò, indirecte per illum cui suffragium prẽstatur qui tenetur orare pro faciente suffragiũ, aliàs esset ingratus non reddens antidota: & sic est melius orare pro mortuis quàm pro viuis: quia mortui quãdo erunt in paradiso sciũt illos qui pro eis orauerunt, & pro eis orabunt etiã si suffragantes propter peccatum suũ nihil profuerunt, quia amicitia consiliderat affectum plus quã effectũ, & sunt in charitate perfecta per quã oratio eorum expressa exauditur. Viuus autem pro quo suffragium facio fortè ignorat: & sic nõ orabit pro me. Item fortè est peccator, & sic parum valebis mihi oratio sua: aut si est iustus nõ tamen in via semper ad nutum exauditur. Quartò, non prodest ad satisfaciendum directe: vt si est mihi iniunctũ vnũ psalteriũ & tibi aliud, dicendo pro te vnũ adhuc sum obligatus pro me ad vnũ: sicut si debemus ego & tu, quilibet. x. titio, soluẽdo pro te maneo obligatus pro me. 11 Quinta cõclusio est: an obsit defuncto si omittãt suffragia ab eo mandata. Et quidẽ nihil quo ad meritũ quod totum in hac vita comparatur respectu cuius bona volũtas pro facto reputatur. secũdo, nec quo ad pœnæ intensionẽ: quia illa cũ anima egreditur, sic sibi taxatur ꝙ nec augeat nec minuitur. tertiò, nec quo ad perpetuationẽ. Si eĩ aliquis sit in carcere pro debito quod alij soluendũ cõmisit, alio non soluẽte perpetuo ibi tenebitur nisi per se soluat: sed si per se manendo in carcere solueret solutione peracta etiã procuratore non soluente ea facta liberaretur: & sic est hìc. Sed si quis mandat solui fore facta & non soluantur: si fuit in mora soluendi in vita & nõ pœnituit, dãnatur retinendo opus mercenarij vsq; mane. Si autem non fuit in mora vel pœnituit: tunc non damnabitur sed stabit in purgatorio minus per hoc ꝙ solui mandauit, quã si per obliuionem venialem nec soluisset nec solui mandasset. quartò nocet si ꝙ potuit soluere in vita, vel cito post mortẽ mandauit solui tardius. Vnde melius faciunt qui in vita soluũt testamentũ suũ, vel antequã bona ad hæredes perueniãt: quia modicũ in vita suffragij plus valet quã multa post mortem, postquã quanto citius tãto melius. quintò, nocet sola negligentia procuratoris ad hoc vt diutius ibi moretur: quia nec ex opere operato quod nõ est: nec ex opere operante executorũ liberatur: sicut dñs potest excõmunicari iuste quando citatus misit procuratorem qui non comparuit, cum sit contumacia vera vel prẽsumpta ex quo citatus nec per se nec per aliũ comparuit. Sed qñ procurator diem accepit & ipse citatus est & nõ dominus licet nomine domini: propter eius contumaciã dñs excõicari non debet, cũ nõ sit contumax ipse qui citatus non est, licèt fuerit negligens eligendo talem: quia pro negligentia siue contumacia non debet quis excõicari: sed iste mortu⁹ est obligatus per se: vnde si non soluat per se vel per alium detinebitur quousq; soluerit per seipsum. 12 Quantũ ad secũdũ quibus prosint, sunt etiam quinq; conclusiones. Prima, ꝙ suffragia non prosunt illis qui fuerunt, sunt, vel erunt in limbo puerorum: quia non sunt in statu sicut nec damnati: vnde nec passio Christi illis profuit. 13 Secũda cõclusio, ꝙ non proderant ante mortem Christi illis qui erant in limbo patrũ, nec ad merendũ: quia nullus mortuus est in statu merendi sicut nec angelus, nec ad satisfaciendum: quia non habebant satisfacere nisi pro debito naturæ quod solus Christus potuit soluere. 14 Tertia cõclusio

Suf. malorũ 5. casibus ꝓsunt aliis.

Suf. prosunt satisfacienti. Hõ interdũ plꝰ meretur celebrãdo ꝓ alio quã pro seipso.

Nota.

Nota.

Suffragia omissa obsũt defunctis.

Articulus. 2. Suf. nõ prosũt pueris in limbo nec patribus ante mortẽ Christi nec sanctis.

cõclusio est, ꝙ non prosunt illis qui sunt in cœlo per modum indigentiæ quo ad præmiũ essentiale. Vnde de cele. miss. Cum Marthę: dicitur mutata secreta Leonis papæ in qua dicebatur, animæ Leonis hæc prosit oblatio, & dicitur vt intercessionẽ Leonis hæc nobis prosit oblatio: qa iniuriam facit martyri qui orat pro martyre: prodest tamen eis ad gaudiũ accidentale: quia gaudiũ est in cœlis super vno peccatore. &c. Crescit autem, quia de pluribꝰ sed non maius: vnde si certum est aliquem esse in cœlo, infidelitas est orare pro eo. 15 Potest autem esse certũ primò per Biblia vt de quibus scriptum est, sicut de apostolis præter filium perditionis: & de patribus veteris testamẽti. Vnde male dixit qui dicebat ꝙ nolebat esse vbi est Petrus: quia vbi credebat esse Petrum non debet hæsitare Christianus. Secundò, quia pro fide sustinuit martyrium licet ante peccauerit vt Cyprianus: quia falce martyrij omnia creduntur purgata. Tertiò, si post baptismum statim decedebat paruulus, & tunc si missa dicatur debet esse oratio pro omnibus defunctis, vel pro aliis non pro illo. Nam si maior infante orari potest, cùm etiam quarto dialog. dicat Gregorius damnatum puerum nec dam quinquẽnem. Si etiam adultus statim moritur post Baptismum orari potest: quia fortè nõ pœnituit nisi de mortalibus & sic pro venialibus indiget suffragiis. Quartò si est canonizatus: quia sacrilegij instar est dubitare vtrum dignus sit quem elegerit Imperator: licet enim ecclesia erret iudicando hunc esse virum & illam vxorem: non tamen propter hoc in sacramento matrimonij. Sed hic cum cultus religionis sit professio quædam fidei nostræ, si ecclesia erraret canonizando sanctum quem indicit colẽdum vniuersaliter ecclesiæ, videretur error in contingẽtibus fidem. ideo. &c. Quòd autem dicitur multorum corpora venerantur in terris quorum animæ sunt in inferno: de non canonizatis intelligitur, sicut de latrone beati Martini: sed in priuato licet venerari nondum canonizatum.

16 Quarta conclusio est, ꝙ suffragia nullo modo prosunt illis qui sunt in inferno damnatorum, quia in inferno nulla est redemptio. Vnde de quibus est certum non est orandum sicut nec pro dæmonibus. Reputatur autem certum de hæreticis & paganis. Exemplum in Luca de fratribus orãtibus ad sepulchrum poetæ quod scirent meliorem & peiorem versum quem ille vnquam fecisset: & audita est vox primò de peiore, Omne iuuans statuit Iuppiter esse piũ. Secundò de meliore. Est virtus placitis abstinuisse bonis. Cum autem pro ipso Ouidio vellent orare: auditus est tertius versus, Nolo Pater noster, carpe viator iter: quasi dicat damnato mihi nõ pro desset. Vnde Gregorius punitus est pro Traiano: Secundò, de Iudæis: vnde transiens per cœmeterium eorum nõ debet dicere pro eis Pater noster. Tertiò, de Christianis non sic potest esse certum. vnde quamuis peccatum sit manifestum & non pœnitentia: potest orari pro eis in secreto, & debent reddi suffragia siue se occiderint, siue in bello iniusto, duello, vel torneamento mortuus sit aut cum meretrice. vnde Augustinus pro omnibus regeneratis debet fieri oratio: sed nõ publice propter scandalum. Exemplum de monacho proprietario Gregorij. Et similiter pro suspensis & iuste damnatis: quia etiam latro in morte pœnituit. Sed si inueniatur mortuus subito qui prius fuit bonæ vitæ in publico oratio pro eo fieri debet: quia iustus si morte præoccupatus fuerit. &c.

17 Quinta conclusio est, quod prosint suffragia omnibus & solis qui sunt in purgatorio: qui possunt per alios satisfacere: qui non possunt per seipsos, sicut patet per multa exempla, quarto dialog. 18 Quantum ad tertium quæ scilicet suffragia prosint sunt septem conclusiones. primæ quatuor fundantur super decretum Gregorij. Animæ defunctorũ quatuor soluuntur modis. &c. 19 Prima igitur conclusio est, quòd animæ defunctorum soluuntur precibus sacerdotum. i. missis, quia inter omnia plus valet sacrificiũ mediatoris & sanguinis agni ad educẽdum de carcere Aegypti: siue fiat de mortuis siue pro mortuis propter deuotionem & intercessionem, quia est ibi duplex memento. vnde de cele. missa. cap. 3. missa de eadem die pro salute viuorum & defunctorũ. Vnde omnis missa vtrisq; prodest non solum propter charitatis vnionem, sicut & cætera bona: sed etiam propter intentionem quã celebrãs missam debet habere ad vtrosq;: sed principaliter ad eos quos vult pót dirigere. 20 Secunda conclusio est, quòd animæ defunctorum soluũtur precibus sanctorum non solum in patria qui orant pro sociis suis, non sicut pincerna qui succedentibus prosperis oblitus fuit interpretis: sed etiam precibus iustorum viatorum & prẽcipue orationi dominica Pater noster. Nam aduocatus noster, factus est iudex noster cui esset opprobrium venire cõtra factum suum, infringere vel cassare libellum quem formauit & edidit: vnde in cœmeterio debet dici. Item psalterium quod est oratio etiam spiritussancti qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Vnde nec orationes Anselmi: nec quæcunq; aliæ sunt ita deuotæ. Tertiò, vigiliæ ab ecclesia institutæ, sicut plus valet aqua per eam benedicta quàm aliter. 21 Tertia conclusio est, quòd animæ defunctorum soluuntur eleemosynis charorum: quia eleemosyna à morte liberat, & facit inuenire vitam æternã quia etiã includit orationem & ieiuniũ ad quæ tenetur eleemosynam recipiens. Exemplũ in vitis patrum quem sine intermissione orat eleemosynarius magis quã anachorita. &c. 22 Quarta conclusio est, quod animæ defunctorum soluuntur iciuniis, & quibuscunq; afflictionib⁹ corporalibus: sicut beatus dominicus cathenã vnã disciplinam accipiebat pro illis qui sunt in purgatorio. 23 Quinta conclusio est, quòd animæ defunctorum liberantur indulgentiis prælatorum. Sic enim prælatus potest dispensare thesaurum ecclesiæ, sicut priuatus bona propria: vnde sicut bona mea possum communicare indifferenter viuo & mortuo, sic prælatus merita sanctorum & supererogationes eorum: dum tamen illud pro quo mortuo datur fiat à viuo. 24 Sexta cõclusio est, quòd sepultura prodest viuis & defunctis. Tumulatio enim funeris & pompa exequiarum prodest viuis tripliciter. Primò, ne offendantur visu vel olfactu cadauerum. Secundò, ad fidem resurrectionis astruendam: propter quod non sunt aues tumulandæ, sed proiiciendæ, nisi propter vitandum fœtorem terra cooperiantur, sic & omnia cadauera possent sepeliri etiam iumentorum: quod tamen non palam propter scandalum faciendum est. Et quia omnes homines etiam mali ad resurrectionem pertinent: omnes sepeliendi sunt, cùm hoc sit officium humanitatis & pietatis quod omni homini est exhibendum. Vnde excommunicati & quicunque quibus sepultura est interdicta, non minus sunt sepeliendi quàm Iudæi vel pagani: & sic esset aliquod cœmeterium pro talibus non esset prohibendum magis quàm cœmeterium Iudæorum. Si enim excommunicato est in necessitate eleemosyna facienda, in extrema necessitate sepulturæ eleemosyna non est neganda: sed solum terra benedicta, oblatio & similia. Tertiò, prodest ad solatium. Mortuo verò prodest inquantum de cera, oleo, oblationibus, & sericis cedit in honorem Dei & vtilitatem pauperum vel ministrorum: vt si de panno serico fiat altaris paramentum, vel ecclesiæ ornamentum vel in pecuniam

Quis q̃dr-upliciter pót esse certus alium esse in cœlo.

Nõ licet homini dubitare canonizatum esse in cœlo.

Ouidius est damnatus.

Albert. mag. supra di. 20. art. 17. reputat quod dicitur de Traiano fabulosum & apocryphum.

Secundò soluuntur precibus sancto rũ viæ & patriæ.

4. soluuntur ieiu.

5. indulgen.

Sepultura quõ prodest viuis & defunctis.

Abusus in exequiis.

pecuniã redactũ detur pauperibus. Quod autem equus phaleratus, homo ornatus ad ostentationem & pompam solum offeratur nec redimatur nec largiatur, mendaciũ est & non prodest. 25 Septima conclusio est, de loco sepulturæ: quia locus etiã prodest vt vel sanctus magis oret vel illi de loco. Vnde patres nolebant sepeliri cum Christo vt resurgerent cum Christo. 26 Ad argumentum in oppositum est dicendũ, ꝙ non est simile de malis viuorũ & de bonis: quia auferre alicui quod sibi debetur repugnat iustitiæ, sed dare alicui quod sibi non debetur non est iustitiæ cõtrariũ, sed est liberalitatis: & virtus nõ contrariatur virtuti: & ideo si quis puniretur pro peccato alterius nolens auferetur sibi aliquid debitum, cũ punitio sit ablatio alicuius conueniẽtis: & sic esset iniustũ: sed quando confertur ei aliquid, ex facto alterius fit ei gratia: propter quod primũ non est apud Deum qui nihil iniuste agit, sed secundũ in quantũ gratioſe acceptat orationem viui pro mortuo vel satisfactionem.

Ad argu. in oppositũ.

QVAESTIO SECVNDA.

De suffragiis: an tantum valeant vni quantum multis.

Thom. 4. Distin. 45. Quæst. 2. ar. 4. q. 3. & q. 3. ar. 1.

SECVNDO quæritur: vtrum suffragia facta ꝓ aliquo, sibi soli valeãt, & non aliis pro quibus nõ fiũt. Et videtur ꝙ nõ, quia in litera dicitur ex verbis Augustini ꝙ suffragia ꝓsunt illis mortuis qui cũ viuerent meruerũt vt talia possent eis ꝓdesse post mortẽ: sed multi pro quibus suffragia nõ fiunt magis meruerũt vt suffragia possent eis prodesse post mortem quã meruerunt illi pro quibus suffragia fiũt. ergo videtur ꝙ suffragia magis prosint aliquibus pro quibus non fiunt quã illis pro quibus fiunt. 2 Contra. quia nihil frustra fit in ecclesia: sed si suffragia facta pro aliquo tantum prodessent aliis quantũ illi pro quo fiũt frustra fierẽt pro aliquo speciali ter: & tñ fiunt secundũ consuetudinem ecclesiæ: ergo &c. 3 Respondeo hîc sunt tria videnda. Primo, quanto pro sint suffragia. Secundo, quomodo quis ab obligatione suffragiorum liberetur. Tertiò, vtrum sancti cognoscant orationes nostras quas ad ipsos dirigimus. 4 Quantũ ad primum sunt quinq; conclusiones. Prima ꝙ suffragia non tantũ prosunt illi pro quo nõ fiunt, quantũ illi pro quo specialiter fiunt & ex intentione. Ex quo enim secũdum illũ modũ prosunt suffragia defunctis secundũ quẽ viuis, sicut plus valet viuo pro quo fit determinate quã aliis sic & mortuo, non obstante exẽplo posito de luce & doctrina: quia talia non operantur ex intentione: sed ex naturę necessitate. 5 Secunda conclusio est, ꝙ suffragium factum pro multis tantũ valet quantũ ad gaudiũ cuiuslibet quantum si pro quolibet fieret: quia charitas de qua scriptũ est, ꝙ non quærit quæ sua sunt, cõmunia propriis non propria cõmunibus anteponit: vnde sicut religiosus bene dispositus plus gaudet de legato cõmunitati quam de legato singulariter sibi facto, sic ibi: sed quo ad liberationem nõ per se sicut etiam debitum solutum pro multis omniũ debitũ attenuat, sed nullũ ex toto liberat, cũ tamen posset pro vno solutũ ipsum ex toto liberare: vt si tantũ soluatur pro omnibus quantũ quilibet pro se debet, vt si pro quinq; captis in turri Syloe qui erant debitores singuloru denariorũ soluatur vnus denarius pro omnibus: nullus liberatur, sed restãt quatuor denarij soluẽdi, sed si solueretur vnus pro vno statim expediretur: sed per accidẽs potest tantũ valere: vt dicetur in sequenti articulo. 6 Est autẽ hîc dubiũ, quia dicũt doctores ꝙ ille qui est in maiori charitate plꝰ gaudet de suffragio facto ꝓ alio quã ille pro quo fit. hoc enim vno modo est verum, alio modo falsum. Suffragiũ enim & est bonũ facientis in quantũ est actus eius bonus reddens ipsum cõmendabilem & acceptum coram Deo: & est bonum eius pro quo fit in quantũ pro eo satisfacit. Quantum ad primam bonitatem plus gaudet de suffragio ille qui est in maiori charitate, quã ille pro quo fit, quia cũ illo modo suffragiũ non sit magis bonũ solius facientis: de eo tanꝝ de æquali bono plus gaudet ille qui plus habet de charitate. Sed quantum ad secundũ valorem cùm ille valor sit bonũ illius solius ꝓ quo fit, & vnicuiq; magis est amabile propriũ bonũ quam alienũ, ideo quantũ ad istã consideranem plus gaudet de suffragio ille pro quo fit existens in minori charitate quã ille pro quo nõ fit, dato ꝙ ille sit in maiori charitate. 7 Tertia conclusio est, ꝙ habens speciale suffragiũ & cõmune citius liberatur quã habens tantum cõmune, licet gaudiũ sit cõmune modo quidictus est. In die autem animarum nõ debet principaliter dici missa nec pro patre nec pro matre: sed pro omnibus fidelibus defunctis, sicut quod dandũ est pauperibus, non dandũ est amicis carnalibus magis quàm aliis, potest tamen quis secũdario specialiter intẽdere suos charos & pro eis specialiter facere oblationem, sed debent fieri missæ & officiũ principaliter pro omnibus. 8 Sed quia diuites plures eleemosynas faciũt: inde est ꝙ eleemosyna quo ad suffragia plus prodest diuiti quã pauperi per accidens: quia plus tenentur orare beneficiati pro bñfactoribus suis quã pro aliis, alias essent ingrati. 9 Quarta cõclusio est, ꝙ quando fiunt specialia & multa suffragia pro illo qui non indiget, vt quia iã est in gloria vel qui minus indiget quãdo superest diuiditur indigentibus, vt non petentiũ partes petẽtibus accrescant, sicut Augustinus dicit in regula. Cum quis suis filiis aliquã contulerit vestem: sit in potestate præpositi vt in rem cõmunẽ redactũ cui necesse fuerit tribuat, sic Deus non indigenti datũ: dat alij indigenti, ꝙ verũ est in missa de Requie in qua debet esse talis intẽtio dicentis, vt cæteris prosit si illi pro quo fit nõ prodest. Sed in missa de viuis: vt si celebrem de beata virgine pro patre meo magis celebraturus pro me quã pro quocunq; alio viuo vel mortuo, si scirẽ ei non prodesse, in sinu meo cõuertetur: non aliorũ purgandorũ. Matth. 10. Sin autem ad vos reuertetur. 10 Quinta conclusio est, vtrum valeant tantũ suffragia succesiue continuata quantum simul multiplicata: vt puta vnũ tricenale continuatũ quãtũ. 30. missæ vno die à. 30. sacerdotibꝰ dictæ: & similiter annuale quantũ. 366. missæ vna hebdomada à diuersis dictæ: & sic de aliis. Dicendũ ꝙ tantũ vel plus valent ad meritũ instituentis: quia magis est ad honorẽ Dei continuatio taliũ anniuersariorũ: & hoc cõsideranseccleſia ea sic instituit. Sed ad celeriorẽ liberationẽ à purgatorio & citius vidẽdũ Deũ, plus valet accelerata multiplicatio: quia sacramentum in proposito habitum nunꝝ tantum valet ad pœnæ remissionem ex opere operato quantum actu exercitũ, sicut patet in baptismo flaminis qui nõ remittit totã pœnã sicut baptismus fluminis. Et sic etiam missa nondum celebrata ex opere operato non potest habere tantã efficaciã quantam iam celebrata, & fortè non tandiu est iste mansurus in purgatorio, ꝙ vltima missa anniuersarij perpetui cantetur & eum liberet. Neutrum ergo est cõdemnandũ: quia vtrũq; bona intentione fieri potest & anniuersariũ vt Deus clarius videatur, per opus sibi magis honorificũ, & multitudo missarum simul à diuersis dicendarũ vt Deus citius videatur, & nõ solũ pro amore sui nè diuitius teneat vel torqueatur. 11 Quantum ad

Dubium.

In die aiarũ non debet missa nisi ꝓ oĩbus defunctis dici.

Nota.

Nota. Bona difficultas.

Articulꝰ. 2. Soluẽs mis. per aliũ idẽ ac si ꝓ seipm solueret.

tum ad secundũ de liberatione à suffragiis sunt quinq; cõclusiones. Prima, quòd soluens per alium liberatur, sicus soluẽs per seipsum etiã si industria personæ sit electa: quia non refert quid ex æquipollẽtibus fiat nec per quem fiat dũ tamen æque bene. Esset autẽ præsumptuosus qui tenetur ad suffragiũ si putaret orationem suã meliorem orationibꝰ aliorũ sicut pharisęus: vnde si missam quam debeo procuro dici per alium liberatus sum sicut si per meipsum: & sic de aliis. 12 Secunda conclusio est, ꝙ liberatur quis soluendo suffragia cum alio, sicut solus non solum soluendo duplum. vt si dicam vnum psalterium tecum & tu aliud mecum cùm quilibet teneatur ad vnum. Hoc enim dubitationem non habet: quia hic nihil minus soluitur à duobus simul quã si solueretur à quolibet per se, imò si soluatur etiã à duobus simul simplum: vt si duo quorũ quilibet debet pro mortuo psalterium dicant simul pro illo vnicum psalteriũ, quod appareret per simile de horis canonicis ad quas quilibet in solidum & per se tenetur: & tamen omnes simul dicentes liberantur, sicut etiã omnes simul audientes vnã missam liberantur ab obligatione qua singuli tenebantur vnã missam audire. 13 Sed contrà, quia omnes iuuantes ad vnam missam non liberantur ab obligatione qua singuli tenebãtur dicere vnam missam: ergo cum quilibet istorum teneatur dicere non audire totum psalteriũ: saltem pro parte quam nõ dicit sed audit nõ est liberatus. Sed nõ valet: quia ille qui tenetur audire missam per se non liberatur eam audiendo per aliũ, qui verò tenetur missam dicere pro alio: potest eã dicere per alium. Cum autẽ quis tenetur dicere missam audiendo eam vel iuuãdo non facit per se quod debet facere nec per alium: sed ille qui tenetur dicere psalteriũ pro alio dicendo cũ alio partem quidem dicit per se partem per aliũ, & ille econuerso partem per se & partẽ per aliũ, & sic quodammodo quilibet totũ dicit: sed tamen requiritur ꝙ attendat: aliter debitum duorũ infunderetur in vnum: nec istud per se sufficeret. Vel põt dici, ꝙ sicut in debito humano si duo quorum quilibet debet. x. soluant simul. x. nõ est quilibet in toto liberatus: sed si creditor acceptet partẽ pro toto, aut dispensator creditoris habens liberam potestatem tũc sic, ita est hîc, quia Deus magis acceptat orationes cõmunes quàm singulares, & ecclesia: quia magis est ad honorem Dei ꝙ omnes simul cantent vigilias quã quod quilibet per se cantet eas, vnde ex Dei acceptatione & ecclesiæ ordinatione liberentur & nõ alia ratione. Secus autem est de missa quæ præter opus operans habet efficaciã maiorem ex opere operato: vnde si plures quorum quilibet tenetur ad vnam missam insimul cantarẽt vnam pulchram missam vno pro omnibus celebrante, & aliis omnibus iuuantibus non propter hoc essent liberati: quia & si in hoc vno æquipolleret multis quo ad opus operans, non tamen quo ad opus operatũ. 14 Tertia conclusio est, vtrum soluens suffragia in peccato mortali liberetur an teneatur iterũ soluere? Et videtur ꝙ sic, qa ille qui fecit pœnitentiã pro se in peccato mortali pro tã to nõ tenetur iterare, quia põt in alio sæculo satisfacere: alioquin quod in alio sęculo fieri nõ potest in isto fieri necesse est, suffragia autẽ pro alio hîc quidem & nõ in purgatorio solui possunt: nam ibi pro se & non pro alio quis soluit: ergo in hac vita tenetur suffragari sibi. 15 Solutio, nõ est verum primò quidem, quia aut est obligatus ad suffragia ex statuto superioris: & tunc non tenetur iterare: tum quia superior nõ potuit eũ obligare ad hoc ꝓmissione ꝓpria aut rõe bñficij accedũ, aut ex promissione propria: & tunc non est verissimile ꝙ se obligauerit ad dicendum in charitate: sed solum ad dicendũ vel faciendũ absolute. Tertiò, aut solũ ratione beneficij accepti, & tunc vel non est obligatus de necessitate, sed de congruitate tantum: vel si est obligatus ex necessitate non tamen determinate ad hoc suffragium vel ad illud. vnde illud non tenet iterare, sicut nec illud tenebatur facere, imò nec tenetur aliud facere si fuerit missa cuius principalis efficacia est ex opere operato etiã si sit malus minister: imò nec si sit aliud: quia valet ex charitate postulãtis suffragium interpretatiue per beneficij collationem. 16 Sed hoc videtur esse cõtra illud quod aliàs dictum est, ꝙ nullus potest satisfacere per aliũ nisi ille alius sit in charitate. Cuius enim in se opus mortuum est pro nullo potest esse satisfactoriũ. 17 Et propter hoc posset dici, ꝙ si ex mandato vel rogatu alterius in charitate existentis viui, vel mortui alius peccator aliàs non facturus quasi ex persona illius faciat suffragiũ prodest illi applicare: tunc non posset peccator pro alio satisfacere: vnde peccator, vt procurator non potest pro alio satisfacere, sed vt nuncius. 18 Quarta conclusio est, vtrum soluens pro multis tot suffragia quot debet omnibus sigillatim liberetur, vt si soluo. 30. missas pro recõmendatis mihi in capitulo & non hanc pro illo. &c. Dico ꝙ nõ perfecte, quia minus soluit cuilibet: & per cõsequens non liberatur. Nam particularis solutio multa habet incommoda, vt si debeam tibi decem, Titio, decem, Seio decem, & soluo hodie decem tribus: & cras tribus decem, post cras decem tribus, non tantum prodest eis: quia statim si vni soluissent decem potuisset statim de illis facere vtilitatem suam: & sic est hîc, vt si sint tres in carcere quilibet pro decem, si primo die soluo decem pro omnibus, nullus euadit carcerem, licèt debitũ omnium minuatur, si secunda die decem adhuc nullus: si tertia, tunc omnes simul. Sed soluendo pro singulis primus prima die, secundus secunda die: tertius tertia fuisset liberatus: & sic duorum feci conditionem deteriorem. Si ergo aliqui in purgatorio existentes sic sunt dispositi, ꝙ vnus vna missa & non minori suffragio liberãdus est, & sint multi tales, vna missa pro omnibus istis dicta neminem eripit: sed dicta pro quocunq; vna statim eum eripit: & sic diutius singuli tenerentur. Nec hoc est contra Antisiodorensem qui credit, quod nulla missa celebratur pro qua non plures de purgatorio liberẽtur: quia quãdoq; sunt multi in purgatorio sic dispositi: vel quia ibi diu steterunt, vel quia pauca purganda habuerunt. 19 Quinta cõclusio est, vtrum soluens pro multis quod debet pro vno illorum & non plus liberetur? Et dicendum ꝙ sic, dũmodo principaliter fiat pro illo pro quo debet & pro aliis secundario. Et ꝙ in suffragio habente opus operatum efficax, sicut in missa hoc licet, patet in canone vbi semper fit memoria tam pro viuis quã pro defunctis. Vnde debens vni vnam missam viuo vel mortuo se nunquã liberaret, vel missam inordinate cantaret si nec secundario nec aliter haberet memoriam nisi illius pro quo dicenda est. Sed vtrum in aliis suffragiis sicut est psalterium: vel aliud iniunctum aut promissum possit quis secundario alios adiungere: non videtur, cum ibi non sint duo quorum vnũ possit applicari vni & aliud alij. Sed fortè opus operans quod est operatio interior sic potest diuidi, vt sit intentio facientis ꝙ principaliter prosit ei pro quo debet: & si supereset aliquid illud aliis applicetur. &c. Quando verò vtrumq; æqualiter intendit: tunc est magis dubium. 20 Vnde solet quærì vtrũ promittens sigillatim diuersis vnã missam liberetur celebrãdo vnã pro oĩbus. Dico ꝙ nõ regulariter mittens sigillatim à toto, licet à tãto: quia soluit minus quã debet, sicut pro

Instantia.

Solutio.

Nota.

Opi. Altisiodorẽsis multum pia.

Quæstio pulchra an promittens sigillatim multis

Alia solu.

Obligatus ad suffragia ex statuto superioris

Calũniatur cõclusio.

mittens

vnã missam missam liberatur soluendo vnam p omnibus. Talis excusatur.5. modis.

mittens Titio vnã marchã & Seio vnã, non totaliter liberatur offerendo duobus vnam, quia missa celebrata pro multis non tantum valet singulis. Potest autem excusari quinq; modis. Primò, propter impossibilitatem celebrandi pro quolibet specialiter: puta si collegium saluo officio ad quod est institutũ non potest soluere plusquã tres vel duas aut vnã missam, aut si religioso postq̃ promisit à superiore imponantur aliæ missæ, quia difficultas præstationis & si non liberat: tamen excusat: vnde sicut quãdo bona defuncti non sufficiunt ad integre soluendum creditoribus soluitur simul pluribus quod cuilibet per se erat soluendũ sic hîc. Secundò, propter consuetudinẽ maximè apud eum qui scit vel scire tenetur: quia scienti dolus nõ infertur. Sicut de parochianis qui petunt missas à curatis, aut canonici relinquentes anniuersariũ canonicis. Tertiò, propter conuentionẽ si expresse hoc dicat promittens, quia contractus ex cõuentione legem accipiunt, quod etiam sufficit dicere executori: quia cui cõmisit testator distributionem pecunię pro missa: videtur etiã cõmisisse ordinationẽ de missa procurãda. Quartò, propter recõpensationem: quia non refert quid ex æqui pollentibus fiat: vt si in aliis missis vel suffragiis recompenseturSicut apud nos missa dicenda à cõuentu imponitur vni fratri. 21 Quintò, propter suppletionem Dei.

Opinio aliquorum.

Vbi est sciẽdũ secundũ quosdã, q̃ missam nõ valere tãtũ pluribus, quantũ vni soli pro vno solo dicatur, prouenit ex actuali intentione sacerdotis, non propter hoc q̃ eius attentio vel eius valor distribuatur diuersis secundũ diuersas proportiones: sed quia nõ potest aliquis ad plures simul affici tantũ quantũ ad vnũ solũ: sicut non potest haberi tanta amicitia acquisita ad multos sicut ad vnũ. & ideo missa dicta pro pluribus simul nõ tantum valet cuilibet illorũ, quantũ si pro illo solo diceretur, nisi summus sacerdos suppleat: tunc autem supplet, quãdo rationabile est q̃ sacerdos tantũ affectũ habeat ad quemlibet ipsorũ, quantũ deberet habere ad vnum solum si pro illo solo celebraretur, sicut si aliqui parochiani vel canonici ex deuotione quam habent ad suã ecclesiã faciunt fieri anniuersariũ in ecclesia sua: quod fieri non potest nisi plures cõcurrant ad vnã missam, missa illa tantum valet cuilibet illorũ quantũ si p quolibet solo diceretur missa ab extraneo sacerdote, qui non est ita astrictus defuncto nec econuerso est causa quare suppleatur defectus attentionis eius: & ideo eius missa non valet tantum cuilibet quando pro pluribus celebratur, quantũ vni quãdo pro illo solo. Ex quo sequitur q̃ si aliquis petit missam in ecclesia sua pro anima sua, potest se ecclesia obligare illi ad missam quã petit: non obstãte q̃ illa die debet dici missa pro alio, quia non intendit petere nisi secundũ possibilitatem ecclesiæ. Sed si petat ab extraneo puta à religioso: talis non potest se obligare si missa debeat dici pro alio nisi hoc exprimat: quia nõ est probabile q̃ petẽs missam velit dare religiosis pecuniã vt dicãt missam nisi solus haberet missam. Dicunt etiã isti, q̃ bona spiritualia quæ cõmunicant religiosi suis familiaribus nõ ideo dicuntur min9 valere multis quã paucis, quia diuidũtur diuersis: quia tota possunt applicare diuersis: sed quia secundum cursum cõmunem quãdo aliquis extẽdit deuotionẽ suã ad multos deuotio sua minuitur, & ex hac parte talia minus valent multis. Sed quia etiã talia bona plus vel minus valent petentibus secundũ maiorẽ vel minorẽ deuotionem ipsorum, ideo si cũ instantia multi petant & alii recta intentione eos recipiant, videtur q̃ tantũ valeant talibus multis sicut paucis, quia Deus supplet vicem deuotionis actualis cum maneat sufficiens secundũ habitũ

Examinatio opi. p doct.

& radicem. 22 Sed prima istorum distinctio inter sæcularem & regularem, proprium sacerdotem & extraneum, non valet: quia videtur eadem ratio in extraneo sacerdote qui à diuersis æquale beneficiũ recepit. vnde non minus tenetur secũdo quã tertio ratione beneficij, sicut curatus vtriq; parochiano ratione officij. Nec valet pro istis suppletio de receptis ad beneficia: quia illa recepti fit principaliter ad merendũ nõ ad satisfaciendum. vnde receptus ad beneficia nõ est immunis à pœna sibi iuncta: nec in toto nec in parte ꝓpter ieiunia quæ fiũt in ordine, sicut esset per indulgẽtias, nec minus diu punietur in purgatorio: propter quod post mortem solent recitari obitus, vt specialiter eis oretur. Qui autem specialiter petit missam p se vel amico suo viuo vel mortuo: intendit habere pro se totam missam ad satisfaciendũ, cũ non possit habere eam totã ad merendũ: quia nullũ meritũ potest esse singulariter quin omnes boni participẽt: sed satisfactio sic. Vnde nõ est simile, quia duplex est differentia inter participiũ quod est ad merendũ & illud q̃ est ad satisfaciendũ. Prima, quia participiũ meriti est ex sola vnione charitatis sine aliqua intentione faciẽtis specialiter directe ad participantem, licet sit maior cũ intentione: sed participiũ ad satisfaciendum nõ. Alioquin quicunq; esset in charitate siue in hoc mũdo siue in alio statim esset immunis ab omni pœna, thesauro Ecclesiæ qui est infinitus distributo pro eius satisfactiõe: sicut etiã quilibet ex participatione meriti Christi per sacramẽta meretur pręmiũ infinitũ quod est Deus intẽsiue, & extẽsiue vitã æternã, vel saltẽ ille qui est in maiori charitate esset minoris pœnę debitor in hoc sęculo & in alio: quod nõ est verũ, sed ex sola intentione facientis. Secunda differentia est, quia participiũ meriti nõ minuitur ex multiplicatione participantiũ: sicut patet q̃ non fit deterior conditio multiplicatis electis: sed melior: non solũ quia illi incipiunt participare qui incipiunt cõmunicare: cũ etiã paruuli baptizati sint participes bonorũ operũ qui nihil operantur, & propter hoc sine præiudicio prius receptorũ ad beneficia possunt recipi: nec minus capiunt nouissimi quã primi: sed in satisfactione secus secũdum cõmunem doctrinã: cõtra præpositiuũ. Sed quid importat illud participiũ meriti dubium est. Nõ enim propter hoc maiorem habebit quis gloriã: quia cũ pluribus participat, quia possibile est illũ qui non habet plus de charitate esse participem pluriũ, sicut nũc quãdo sunt plures fideles quã temporibus Adæ, Noe, & Abrahæ: vel aliquis est receptus ad beneficia pluriũ religiosorũ, quàm alius qui habet tantã charitatem secundũ quã datur gloria. Vnde non videtur nisi quia propter merita aliorum præseruat eũ Deus, quãdoq; à peccato: quandoq; à morte, & sic de alijs, sicut recordatus est Deus Abrahã, & liberauit Loth: cũ etiam quandoq; propter iustos parcat impiis, vbi non concurrit meritũ nisi ex vna parte: sed quãdo ambo iusti tunc ex vtraq;: sed per receptionem ad beneficia consequitur aliã vtilitatẽ, quia specialius participat & ex intentione illa generali in recipiendo & ex intentione speciali pro receptis orando. Quantũ ad tertium de sanctis, vtrũ videãt orationes nostras, sunt quinq; conclusiones. 23 Prima est, quòd conueniens est q̃ orando orationes nostras dirigamus ad sanctos. Cuius rõ est, quia secũdum Dionysiũ lex deitatis est infima ad suprema per media reducere, sed quãtum ad dona gratiæ beati sunt medij inter Deũ & viatores, ergo eis mediantibus viatores debent reduci in Deũ. Et quia ista reductio nõ est per actiones necessarias: sed liberas quæ solæ sunt â Deo acceptæ vt remunerandæ per beatitudinem: ideo decet vt viatores vota sua & orationes dirigãt ad sanctos, vt eis mediãtibus & sua intercessione iuuãtibus bonitas diuina refundatur in viatores. 24 Secunda cõclusio est, q̃ sunt sancti orandi à nobis non solum maiores, sed etiam

No. quid importat participiũ meriti q̃ religiosi faciunt.

5. articulus. Vtile est oro nes nras ad sctos dirigere.

Singuli sancti sũt orãdi.

f.T.hîc.q.3. arti.2.ad.2. ad verbũ.

etiã mediocres & minores propter quinq; rationes. Primò, quia aliquis quandoq; habet maiorem deuotionem ad minorem sanctũ quã ad maiorem, ex deuotione autem maximè dependet orationis effectus. Secũdò, ad tollendum fastidiũ: quia assiduitas eiusdem rei fastidiũ parit, per hoc autẽ q̃ alternatim diuersos sanctos oramus: quasi in singulis nouus feruor deuotionis concitatur. Tertiò, quia quibusdam sanctis datum est in quibusdã specialibus casibus patrocinari: vt sancto Anthonio ad extinguendũ ignem qui dicitur infernalis, & quibusdã aliis sanctis in quibusdam aliis infirmitatibus. Quartò, vt omnibus exhibeatur à nobis honor debitus. Quintò, quia oronibus pluriũ quãdoq; impetratur quod nõ impetraretur oratione vnius. 25 Tertia cõclusio est, q̃ valet nobis sanctorũ intercessio, quia quãuis non sint in statu merendi nec pro nobis proprie satisfaciunt, sunt tamen in statu impetrãdi aliquid nobis ex liberalitate eiꝰ quẽ orant: scilicet Dei cui sunt acceptissimi. Vnde nõ bene apparet q̃ à sanctis aliqs valor redũdet in nobis per modum satisfactionis vel meriti proprie dicti: quia illa satisfactio & meritũ nõ possunt esse per opera quæ tunc faciant dum sunt in beatitudine: quia nec sunt in statu merendi, nec faciunt opera pœnalia per quæ sola fit proprie satisfactio, vt visum est prius, nec illa satisfactio vel meritũ potest esse per opera quę fecerunt dum viuerent: quia opus bonũ quod nõ trãsfertur per operãtem in alterum dũ actualiter operatur, non est postea transferibile: quia iam trãslatũ est in aliquem puta in facientẽ: igitur opera quæ fecerũt sancti dũ viuerent nõ possunt postea transferre in nos, ita vt valeãt nobis per modum meriti vel satisfactionis. Restat ergo vt sanctorũ orationes solũ nobis valeãt per modũ gratiæ & liberalis impetrationis.

Sãctorũ oro valet nobis nõ per meritũ aut satisfactionẽ sed p liberalẽ impetrationẽ.

26 Quarta conclusio est, q̃ orationes sanctorũ semper valent nobis quotienscunq; orant pro nobis postulando simpliciter aliquid fieri pro nobis: quia cum voluntas eorum sit totaliter conformis volũtati diuinæ, nihil volunt fieri circa nos nisi q̃ deus vult fieri: illud autẽ quod Deus vult fieri voluntate consequente quæ est voluntas simpliciter: semper fit. Nec tamen frustra orãt pro nobis quãmuis non orent nisi illud quod sciũt Deũ velle: quia sicut effectus naturales qui volẽte Deo eueniunt nõ eueniunt nisi mediãtibus causis secundis, nõ propter inefficaciã potentiæ diuinæ: sed propter ordinem rebus diuinitus institutum, sic beneficia diuina descendunt in nos mediantibus beatis tã angelis quã animabus sanctis, nõ propter defectũ misericordiæ diuinę, sed propter ordinẽ diuinũ conseruandũ quo Deus vult bonitatem suam cõmunicare inferioribus per superiores. 27 Quinta conclusio est, quomodo sancti cognoscant orationes nostras quas ad eos dirigimus. Vbi sciendũ est, q̃ quidã dicũt q̃ in beatis tam hominibus quã angelis est triplex cognitio: scilicet naturalis & beata, & quædã media quæ est reuelatoria. Si quæratur de prima cognitione an per eam cognoscant orationes nostras, sic dicũt, q̃ nõ saltem animæ separatæ, quia de angelis dictũ est in. 2. lib. quid cognoscãt de cogitationibus nostris. Et hoc declarãt dupliciter. Primò, quia naturalis cognitio animę separatæ non est perfectior quã naturalis cognitio eiusdẽ animæ coniunctæ, alioquin fugiendũ esset animæ vniri corpori si ex ipsa vnione ipsa efficeretur imperfectior, sed anima coniuncta nõ cognoscit naturali cognitione cogitationes cordiũ, nec exteriora facta absentiũ: ergo similiter anima separata nõ potest cognoscere naturali cognitione orationes nostras mẽtales, nec vocales viuorũ absentium. Secundò, quia naturalis cognitio animæ separatæ est cõmunis bonis & malis: sed mali nõ cognoscunt nec cogitationes, nec facta viuorũ, sicut dicit beatus Greg. sumens argumentũ de anima diuitis epulonis, quæ ignorabat statũ & facta fratrũ suorum: ergo nec animæ beatorum cognoscunt naturali cognitione facta vel cogitationes viuentiũ. 28 Si autem quæratur an beati cognitione beata cognoscant orationes nostras mẽtales vel vocales, sic dicunt q̃ non: quia illa quæ quãdoq; cognoscuntur: & quandoq; non, nõ pertinent ad cognitionem beatam: sed cognitio si quã habent beati de orationibus nostris mentalibus vel vocalibus non semper est in eis: quia anteq̃ oremus eas non pręcognoscunt, nec aliquis ponit q̃ talis cognitio sit semper in eis: quia si cognitio taliũ esset semper in eis eadem ratiõe & cognitio omniũ aliorum particulariũ contingentiũ: & sic nõ indigerent q̃ aliquid eis reuelaretur, quod falsum est, cũ angeli qui non sunt animabus inferiores per reuelationẽ purgẽtur à nescientia multarũ rerũ: vt patet per Diony. 6. c. cœle. hierarch. ergo talis cognitio nõ est beata. Minor iam patet, sed maior probatur: quia cognitio beati est vna cognitio semper manens & respectu vnius principalis obiecti eodem modo semper se habẽs: & ideo impossibile est q̃ per eã aliquid de nouo cognoscatur, nisi sit aliqua mutatio in obiecto repręsentãte vel in ipsa operatione vel in vtroq;: cõstat autẽ q̃ in obiecto nõ potest esse aliqua mutatio: nec in actiõe quin sit alia secũdũ numerũ, nisi forte secũdũ intẽtionẽ mutaretur, in simplicibus eñ formis nõ inuenitur aliud genus mutationis, mutatio autẽ secũdũ intentionem nõ est in beatitudine, alioquin beatitudo essentialis augeretur, quod nullus ponit, & si esset non sufficeret ad hoc q̃ aliquid de nouo cognosceretur: sed solum ad hoc q̃ prius cognitum intensius cognosceretur: restat ergo q̃ in actione beata non est mutatio nisi sit alia secundũ numerũ, & sic nõ esset eadem beatitudo qua semper aliquis esset beatus, quod est inconueniens. Relinquitur ergo q̃ ea quæ non semper cognoscuntur à beatis non cognoscantur cognitione beata: &, hæc fuit maior: minor probata est: ideo sequitur conclusio.

Opi. doc.

29 Si autem loquamur de cognitione reuelationis, sic dicunt quod omnes beati cognoscunt orationes nostras siue mentales siue vocales, quę ad eos diriguntur: quia secũdum beatum Augu. & habetur in litera. dist. 49. Ad beatitudinẽ requiritur, q̃ vnusquisq; habeat quicquid vult nec velit aliquid inordinate, sed quilibet recta volũtate vult cognoscere ea quæ ad ipsum pertinẽt: & ideo beati quibus nulla rectitudo deest volunt cognoscere ea quæ ad ipsos pertinent & cognoscũt: sed orationes quas ad eos dirigimus ad eos pertinẽt tanq̃ ad mediatores inter nos & Deũ, ergo beati illas orationes cognoscunt, & cũ hoc non sit cognitione beata vel naturali vt probatũ est, relinquitur ergo q̃ sit cognitiõe reuelatoria quæ pertinet ab beatitudinẽ accidẽtalem. 30 Sed posset fusti-

Cauillum.

neri contra istos, q̃ visione etiã beatifica sancti viderent orationes nostras, quia illa visione sancti non solũ vidẽt diuinã essentiã: sed etiã quicquid ab eos pertinet vt istimet dicũt, sed ad ipsos pertinent orationes directę sicut isti etiam dicunt, ergo illas vident. Nec obstat q̃ illa non variatur: quia possibile est q̃ beatus à principio suæ visionis & beatitudinis videat in Deo qẽs orationes ad se dirigẽdas in perpetuũ, & sic postea propter hoc illa visio nõ mutatur. Nec obstat si dicatur q̃ quãto aliquis limpidius videt Deũ, tãto plura in ipso videt, cõtingit aũt plꝰ orari sanctũ minus videntẽ Deũ: ideo. &c. 31 Dicẽdũ q̃ prima propositio est vera de visis per se perficientibus intellectũ, sicut sunt quidditates creabiles non de singularibus. Vel potest dici q̃ de nouo ea cognoscũt cognitione nõ intẽsa: sed extẽsa ad plura obiecta, sicut aliquis obscurius vidẽs speculũ plura videt in ipso quãdoq; quã alius clarius videns: puta si obscurius videns in facie

Solutio. vera.

Alia solut.

sua habeat plures maculas,vel res alias quę omnia videt in ſpeculo,& nō alius clarioris viſus qui pauciora habet in facie ſua:& per eandē rationem ſi videnti ſpeculū ſuperueniat macula in facie ſua vel gula quæ priꝰ nō erat videbit illā de nouo in ſpeculo, non vtiq; viſione interrupta nec intenſa:quia nec potentia nec ſpecies eius nec diectū nec lumen ſunt intenſa,quæ ſunt tota cauſa eius, ſed viſione extenſa ita & in propoſito poteſt imaginari: quia in hoc ſit diſſimile ꝙ diuina eſſentia quantū in ſe eſt omnia repræſentet,& non relucet in ea ex parte ſua aliqua de nouo ſicut in ſpeculo:tamen in alio eſt ſimile quia ſecūdum ꝙ videns Deum eſt diuerſimode diſpoſitus nō ſolum per lumen gloriæ, ſed etiā per diſpoſitionē haturalem concurrentē:diuerſa ei diuina eſſentia repręſentat,& ſi de nouo diſponat aliter etiā lumine nō mutato plura repræſentabit, ſicut etiam aliqui dicunt ꝙ poſt reſurrectionem clarius anima Deū videbit etiam lumine non intenſo.Quod autem dicunt de cognitione reuelatoria nō videbitur: quia reuelatio eſt nō de illis quę ſpecialiter ad vnūquēq; pertinent:ſed de illis quæ generaliter pertinent ad ſtatū eccleſiæ de quibus in via eſt reuelatio prophetiæ:quæ tamen poſtquā ſunt reuelata immediate à Deo vel angelo ſuperiore ſtatim cognoſcuntur viſione beatifica ſecūdū quoſdā,ſed de hoc

Ad argu. in oppoſi. dictū eſt. 2. lib. di. 9. 32 Ad argumentum in oppoſitū eſt dicendū,ꝙ dictū Augu. eſt intelligendū conditionaliter:ſcilicet ꝙ ſuffragia illis proſunt poſt mortem qui meruerunt in hac vita ꝙ eis poſſent prodeſſe:ſi tamen pro eis fiant. Si autem non fiant pro eis,ſed pro aliis nō oportet ꝙ eis magis proſint quāuis magis meruerint, quia non meruerunt ꝙ eis prodeſſent niſi pro eis fierent.

QVAESTIO TERTIA.

De receptaculis animarum poſt mortem.

Thom. 4. Diſtin. 45. Quæſt. 1. ar. 1.

QVAERITVR tertiò de receptaculis animarū poſt mortem. Et videtur ꝙ non ſint plura: quia omnes animæ ſunt vnius ſpeciei:ſed omnibus corporibus vnius ſpeciei debeī vnus locꝰ: ergo ſimiliter omnibus animabus. 2 Contrà,quia diues ſepultus eſt in in inferno et Lazarus in ſinu Abrahæ. 3 Reſpondeo, hîc ſunt tria videnda.Primò,de receptaculis quantū ad ſitū in generali.Secundò,de diſtinctione ſituum in ſpeciali. Tertiò,de ſufficientia & differentia introitus & exitus illorum. 4 Quantū ad primū ſunt tres concluſiones.

1. Articulus Infernus ſupra circa cētrum terræ. Prima,ꝙ inter iſta receptacula cœlū eſt ſurſum:alia quatuor deorſum: & videtur probabilius ꝙ ſub terra circa centrū:quia quāuis Aug. arbitretur neminem ſcire:probat tamen Grego. 4. dialo. ſub terra eſſe infernū. Primò, quia itio ad infernū vocatur deſcenſus:deſcendit ad inferos.&c. Iacob & Iob. Itē, eruiſti animā meā ex inferno inferiori. Item Iſaię. 14. Infernus ſubtus & conturbatus eſt. Nec obſtat ꝙ cœlū plenum eſt electis qui ſunt pauci vt impleatur domus Dei:& tamen terra eſt quaſi cētrū: & ſtultorū infinitus eſt numerus:quia illud intelligitur, non de plenitudine coangustationis,ſed pulchritudinis qua dicetur cœlū plenū ſtellis, & mare piſcibus, & mundus hoibus. 5 Secunda cōcluſio eſt,quomodo capiat infernus tantū multitudinem hominū. Ad quod dicunt quidam ꝙ oēs homines qui nō ſunt vix capiunt imò nō capiunt milleſimā partem terræ & ſimul eſſet ſine aliqua diſtantia nō replerent milleſimā noſtræ habitabilis: cū ſub omni climate plus appareat de cāpis vacuis quā de

Quomodo infernus capiet tantam multitudinem damnatorum.

villis plenis ſine cōparatione:ſi ergo oēs homines qui fuerunt ab initio mūdi vel erunt vſq; in finem,vix excedunt homines qui nūc ſunt in millecupla proportione, omnes homines præteriti,preſentes & futuri vix occuparent ſuperficiem terræ. Si ergo cōcauitas maioris capacitatis eſt quā ſit ſuperficies terræ, multo magis poterunt capi in cōcauitatibus terræ: quæ quāmuis nobis nō appareant:tamen multæ ſunt,ſicut oſtendit decurſus aquarum de montibus & cōcuſsiones terræ motuum. Et licèt tota ſuperficies terræ cuiuſcunq; maior ſit cōcauitate ſicut circūferentia centro, tamen illa quæ eſt habitabilis non,quia aqua & æſtus maiorem partem reddunt inhabitabilem.Item quia non creditur plus mundus durare poſt aduentum Chriſti quā durauerit ante:quia nouiſſima hora & vndecima eſt,& ponatur ꝙ tantū debeat durare vt ſint quinq; milia ante: & quinq; poſt, ſecundum illud:In medio annorū notum facies,tamen nō tot moriūtur quot naſcūtur,nec oēs hoies generāt nec fœminæ oēs pariunt:vñ ſi paruus angulus nrę terræ habitabilis cōtinet oēs ſimul viuētes, nihil prohibet totū ſinū terræ qui etiā dilatabitur cōprehēdere oīa corpora dānatorū & dānādorū,nā de ſpiritibus qui locū nō occupāt nulla eſt quæſtio:vel poteſt dici ꝙ plura corpora erunt in eodem loco Deo faciente ad eorum pœnam,quod facit in cœlo ad ſanctorū gloriā quorū corpora cū ipſo cœlo in diuiſo erunt in eodem loco. 6 Tertia concluſio eſt,ꝙ licet in homine nobilior pars ſit in medio:ſic tamen nō eſt in vniuerſo,ſicut in inferno. Dicunt tamen quidam, ꝙ corpus ſolis eſt in medio mūdi,ſicut cor in medio animalis:& ſecundū hoc terra nō videatur media ſed extrema,vnde eſt vilior & cœlū nobilius ſicut caput reſpectu pedis. Vel poteſt dici,ꝙ non eſt ſimile,quia cum vniuerſum ſit orbiculare & circunferentia ſit eiuſdem naturæ: quodlibet extremū tenet rationem ſuperioris. Vnde totum cœlū dicitur eſſe ſurſum ex omni parte ſuæ circūferētiæ reſpectu terræ,& ideo mediū tenet rationē infimi. In homine autem non ſic:quia vna extremitas vt caput dicitur eſſe ſuperius,alia vt pes dicitur eſſe inferius: & ideo mediocritas nec inferius nec ſuperius eſt:ſed habet influētia ad vtrūq;:ideo in homine nobilior pars debet ſituari in medio,non ſic aūt in vniuerſo:ſed in extremo.

Vide. ſ. T. ſupra di. 44. q. 3. ar. 2. q. 3. ad. 3. & 1. d. 50. q. 2. ar. 2 q. 3.

2. articulus. De ſitu inferni reſpectu aliorum locorum.

7 Quātum ad ſecundū, quantū ad diſtinctionē ſitus in ſpeciali quantum ad inferna ſunt tres concluſiones.Prima certa & quam omnes concedunt: ſcilicet infernum damnatorum eſſe ſub omnibus,limbum verò patrū eſſe ſuper omnia,vt ſit maxima diſtantia ſecundū ſitum inter loca pœnarum,iuxta illud:Vidit Abraham à longe, & chaos magnum inter nos & vos.Non enim habet pœnam ſenſus ſicut purgatorij, nec etiam damni æternam ſicut limbum puerorum,vnde debet eſſe ſuper omnes cōtinuus vel contiguus inferno. 8 Secunda cōcluſio eſt dubia de duobꝰ modis:quia Tho. in tertio ſupponit limbum puerorum propter æternitatem: & nē locus euacuetur extremis repletis. Sed Petrus de Tharantaſia cōtrà ſic. Differentia locorum poſt mortem aſsignatur ſecundum differentiam ſtatuum. Vnde exiſtētibus in pœnali ſtatu aſsignatur locus pœnalis: exiſtentibus in ſtatu delectabili locus delectabilis. Status autem pœnalis dupliciter diuidi poteſt, vel ſecundum differentiam pœnæ in genere: & ſic differt ſtatus eorum qui puniuntur pœna ſenſus ab his qui pœnam damni tantū habēt vel ſecundū differētiam pœnæ in differēte gradu eiuſdē generis:& ſic differt ſtatus eorū qui puniuntur pœna tēporali eadē ab his qui pœna ęterna. Prima differentia cōſtituit loca diuerſa ſecūdū ſubſtātiā,ſecūda verò nō ſecūdū ſuſtātiā:ſed ſcēm gradū ſuperioris,& inferioris. Vnde quia patres & pueri puniebātur eadem pœna:ſed in gradu

2. 2. q. 2. ar. 1. q. 2. S. T. hîc. q. 1 ar. 2. q. 2. Petrus de Tharā. in ꝓ blem. 1. ar. 3 Nō tū apparet diſcōcordantia.

du differētiā: quia patres cum ſpe liberationis, pueri ſine ſpe:ideo idem erat locus vtrorūq; : ſed patres erāt in loco ſuperiori iuxta illud:Vadā ad portas inferi,pueri verò in inferiori. 9 Sed contrà,quia in luce gratiæ plus conueniūt purgandi cum patribus.Ecōtrà,quia cum ſit idem locus animarū & corporū reſumptorū non videtur locus puerorū eſſe ſub terra:quia nec poſt diem iudicij erit vt videtur ſub terra quoniam ibi non poterunt eſſe ſine pœua:niſi quis dicat ꝙ erunt in parte tam propinqua ſuperficiei terræ ꝙ illuminabuntur eorum oculi à ſole:quia terra in ſuperficie illuminabitur in qua etiam vitro ſimilabitur. Item nō videtur ꝙ pueri ſint ſub purgandis,quia tunc vel ignis purgatorij non cōtinuaretur igni inferni,& ſic nō eſſet vnꝰ numero vel eſſent in igne animæ eorū,quod non videtur, licet non affligerentur, ſicut pueri in camino:vnde videtur probabilius ꝙ ſuperior ſimpliciter ſit limbus patrum in quibus ſimpliciter minus erat de culpa & de pœna,poſt quē limbus puerorū in quibus erat minus de vtroq;,ſaltem intēſiue:& hæc duo receptacula ſunt ſine igne,aliās fruſtra ibi eſſet purgatoriū pro tertio loco,infernus pro. 4. 10 Tertia cōcluſio eſt,ꝙ quia centrū eſt deorſum oīa autē ſunt ſurſum,dicendum eſt ꝙ infernus dānatorum eſt circa centrum æqualiter ex omni parte,poſt quē ſimiliter orbiculariter purgatorium:tertiò,limbus puerorū:quartò limbus patrū ſic ſemper circulando. Poſt iudicium autē deſcendente igne cōflagrationis augebitur ignis inferni: ita vt impleat omnia quatuor receptacula prædicta, ita ꝙ & limbi patrū & puerorū & purgatorium erunt plena corporibus damnatorum,& fortè ſimul erunt ignis affligens & corpus affligtum miraculoſe vt magis penetret: corpora autem dānatorum nō erunt in eodem loco proprio:ſed cōmuni cū ſumma preſſura. Poterit etiam Deus facere ꝙ plura illorū ſint ſimul ſi loci angustia requirat ſecundum illud, Alligate ea,faſciculos ad cōburendum. Sed quia ſecundū hoc pueri non haberent ex nunc locum ſuum,videtur aliis ꝙ limbus puerorū à reſurrectione Chriſti dilatatus cōprehendit limbum patrum:& ſic vterq; replebitur corporibus eorum reſumptis habens aerem incluſum, qui naturaliter corporibus eorum cedat. Infernus verò continebit purgatoriū habens ignem pro aere. 11 Quantum ad tertiū de ſufficientia & clauſura ſunt tres concluſiones. 12 Prima de ſufficientia numeri,quia quinq; ſecundū ꝙ vnaquæq; digna eſt gloria vel: ærumna ſiue pœna: locus gloriæ eſt cœlū, locus pœnæ aut ſecūdum pœnā dāni,ſic eſt limbꝰ: aut ſenſus, ſic eſt infernꝰ:& vtrūq; mēbrum ſubdiuiditur: quia qui pœnam damni patiuntur: aut ſimpliciter & æternaliter: & hi in limbo puerorū:aut ad tēpus,ſic in limbo patrū. Et ſimiliter qui pœnā ſenſus perpetuam in inferno,qui ad tempus in purgatorio ſufficiētiam etiam ex parte culpæ ponit Tho. 13 Secunda concluſio eſt de introitu in receptacula:vbi ſciendū eſt,ꝙ introitus cœli dupliciter differtur:vno modo propter peccatum naturæ & ſic dilatus fuit vſq; ad Chriſti aſcenſionem antequā nulla anima ad cœlū aſcēdit,ſed ſic poſtea non differtur. Alio modo propter purgationem, quia nihil inquinatum in illam incurrit. Vnde poſt aſcenſionem Chriſti nulla anima purgata differtur ab ingreſſu cœli,& contrarium dicēte eſt hæreſis Græcorum, qui dicunt nullum beatificari ante diem iudicij:contra quod Chriſtus dixit latroni:hodie mecū eris in paradiſo. Ingreſſus verò purgatorij in purgando non differtur,nec in limbū patrum vel puerorum nec infernorum. Nam ſolus cœli vel paradiſi ingreſſus differri pōt,alij in puncto ad inferna deſcendunt. Sed gloria corporis differtur vt non ſine nobis cō ſummarentur,qui ex vno fecit omne hominum genus ſe

Probabilius eſt ꝙ limbus patrū ſit ſupra alia loca

Ar. 3. Sufficiētia S. T. q. 1. ar. 2. q. 1.

cundū corpus qui finxit ſigillatim corda eorū ſecundū animas. 14 Tertia concluſio eſt de exitu. Vbi ſciendū eſt ꝙ ſimpliciter & in perpetuū non exibunt de cœlo, inferno,& limbo puerorū:quia in inferno nulla eſt redemptio:& beatitudo eſt ſtatus & pueri ſunt in termino:vnde ſecus de Traiano, & his qui non per finalem ſententiam fuerūt dānati. De limbo autem egreſſi ſunt patres in die reſurrectionis in perpetuū non rediturī. De purgatorio autem ſingulis diebus ſingulariter exeunt,& poſt diem iudicij nullus erit:ſed ignis inferni fortè vt dictum eſt illa duo receptacula replebit iuxta illud: Dilatauit infernus animam ſuam. ad tēpus autem ſecundum legem cōmunem de omnibus omnes exibunt in die iudicij etiam pueri:ſecundū illud, omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti. &c. Et de aere dęmones,ſecundū autem diſpenſationem ſancti ad libitū: purgandi ad Dei nutū: damnati etiam frequenter apparent:vt de Benedicto papa refert Grego. & vmbra ſordida latronis in vita beati Martini. Item de limbo quandoq; diſpenſatiue exibant, vt patet,in ſuſcitatione Samuelis & apparitione Moyſi in tranſfiguratione Dñi: & in ſomno Iudæ Macchabæi. Sed quia in viſione ſomni non fit apparitio ſecundū veram præſentiam illa autem ſomnū fuit:ideo veriuseſt ꝙ Onias & Hieremias ab eo viſi non propter hoc exiuerūt de limbo:ſed nō ſic legitur aliquos egredi de limbo puerorum. 15 Ad argumentum in oppoſitum dicendum, ꝙ non eſt ſimile de corporibus quæ locantur ſecundum potentiam naturalem quæ ad vnum eſt determinata: & de animabus quæ ſecūdum liberum arbitrium quod eſt ad oppoſita & diuerſa.

Traianꝰ an ſit dānatus.

DISTINCTIO. 46. QVAESTIO vnica.

Si valde malis detur mitigatio pœnæ.

Thom. 4. Diſtin. 46. Quæſt. 1. ar. 2.

CIRCA. 46. Diſtin. quæritur vnum, vtrum ſcilicet iuſtitia ſit in Deo? Et videtur ꝙ non, quia illud ꝙ non eſt bonū niſi vt medicina non eſt bonum ſimpliciter nec in Deo ponēdum:ſed iuſtitia ſaltem vindicatiua nō eſt bona niſi vt medicina:ergo ſaltē talis non eſt in Deo ponēda:maior patet:quia quicquid eſt in Deo formaliter videī dicere bonū & perfectionem ſimpliciter,ꝙ autē eſt bonū ſolū vt medicina nō eſt bonū niſi ſecundū quid & propter aliud:minor probatur: quia pœnæ quas infligit iuſtitia vindicatiua ſunt medicinæ reſpectu peccatorū:vt dicitur in. 2. Ethi. ergo. &c.

Ar. 1. Ratio iuſtitiæ in æqualitate conſiſtit.

2 Cōtrà eſt auctoritas ſcripturæ quæ in pluribus locis iuſtitiā Deo attribuit:& probatur ratione ſic. Illud quod eſt nobiliſſimū eſt Deo attribuēdū: ſed iuſtitia eſt nobiliſſima & præclariſſima oīm virtutū vt dicitur. 5. Ethi. ergo. &c. 3 Reſpōdeo: dicendū,ꝙ circa hāc quæſtionē ſunt tria videda. Primò,quæritur & qualis & quomodo iuſtitia ſit in Deo. Secūdò,quomō pœna æterna debeat peccato ex iuſtitia. Tertiò,quomodo in punitionem malorū concurret ſimul miſericordia & iuſtitia. 4 Quātum ad primū ſunt quatuor cōcluſiones. Prima, in qua conſiſtit ratio iuſtitiæ & quot modis dicitur: vbi ſciendū ꝙ ſicut dicitur in. 5. Ethi. iuſtitia proprie dicta cōſtituit æqualitatē in acceptionibus & dationibus, hoc autē dupliciter. Vno modo ſecūdū ꝙ cōſtituitur æqualitas inter dātem & accipientē: vt ſcilicet accipiēs tātum accipiat à dāte quātū ecōuerſo: & in tali ęqualitate cōſiſtit iuſtitia cōmuta-

cõmutatiua,quæ ponit mediũ ęqualitatis in emptionib⁹ & venditionibus & in omnibus retributionib⁹. Alio mo-
Dupliciter iustitia distributiua & cõmutatiua differunt. do,constituitur æqualitas inter duos recipiẽtes ex hoc ꝙ vterq; æqualiter recipit secundũ ꝙ dignus est, & in hoc consistit iustitia distributiua. In prima ergo iustitia,s.cõmutatiua requiritæqualitas quãtitatis.s.vt tantũ vnusquisq; accipiat secũdũ valorẽ quãtũ dedit: & ideo inter illos inter quos nõ põt esse ęqualitas quãtitatis in receptis,nõ põt esse ꝓprie iustitia cõmutatiua,sicut est inter illos quorũ vnus nõ põt reddere æquiualẽs bñficiis acceptis ab alio,sicut filius nõ põt aliquid reddere ęquualẽs patris beneficiis à quo accepit esse,& nutrimentũ,& eruditionem: propter quod quãtũcũq; filius retribuat patri in obsequiis nũquã tamẽ est ibi perfecte æqualitas: propter quod nõ saluatur ibi proprie ratio cõmutatiuæ iustitiæ,sed tantũ aliquis modus in quantũ filius retribuit quod potest secundũ modũ suũ,sicut pater dedit secũdũ modũ suum vt loco æqualis secundũ quãtitatẽ sumatur possibile vel ꝓportionale. Sed iustitia distributiua nõ requirit ęqualitatem quãtitatis,sed proportionis: nõ enim oportet ꝙ distribuẽs bona cõmunitatis distribuat ęqualiter omnibus: sed vnicuiq; proportionabiliter secundũ
2. differẽtia. ꝙ est dignus. 5 Secũda cõclusio est,de differẽtia inter iustitiã distributiuã & cõmutatiuã. Nã ex prædictis apparet ꝙ iustitia distributiua per quã bona distribuũtur cõmunia primò attẽdit ad proportionẽ personarum, ex qua cõcludit proportionem rerũ distribuendarũ: sed iustitia ecõtrario ad habitudinem rei ad rem,sicut patet in cõmutationibus,puta in emptione & vẽditione: vel ad habitudinẽ actionis ad passionem: vt in iniuriis vindicandis & puniẽdis,ad cõditionem autem personæ nunq̃ respicit principaliter,nõ enim bos debet magis vel minꝰ vendi vni quàm alteri. Si autẽ respiciat ad conditionem personæ hoc non est nisi ex consequẽti inquantũ conditio personæ faceret ad quantitatem iniuriæ, sicut maior est iniuria si percutiatur princeps quã priuata persona.
Corolla. Ex quo videt saluo meliori iudicio, ꝙ iustitia distributiua magis dependeat ex cõmutatiua quã ecõuerso: quia iustitia distributiua est in distribuẽte: per quam tenetur bona cõmunitatis distribuere proportionabiliter personis cõmunitatis secundũ vniuscuiusq; dignitatem: hæc autem tẽtio ortũ habet ex hoc ꝙ ipse est obligatus cõmunitati,habẽs ex cõmunitate & honorem regiminis & stipendia laboris: ratione quorũ tenetur cõmunitati quasi per quandã cõmutationẽ ad recõpensandũ bona quę recipit prout põt,quod facit quãdo honores & officia cõmunitatis dat vnicuiq; secundũ ꝙ est dignior & vtilior cõmunitati. Alioquin est verè iniustus in non reddendo cõmunitati quod debet ꝓ eo ꝙ accepit. 6 Tertia conclusio est,quomodo in Deo sit iustitia cõmutatiua. Vbi
Iustitia commutatiua non est proprie in Deo, & quo aliquo mõ.&c. sciẽdũ ꝙ iustitia cõmutatiua nõ est ꝓprie in Deo,quia illa cõsistit in æqualitate rei datæ & acceptæ: sed beneficiis diuinis non põt aliquid à creatura retribui æquale, multo minus quã beneficiis patris carnalis. Et iterũ per cõmutationẽ ꝓprie dictã res vnius fit alterius quę prius nõ erat eius. Sed nihil est in creatura quod nõ sit ipsius Dei magis quã ipsius creaturæ: ergo nulla iustitia cõmutatiua proprie potest esse inter deũ & creaturã: põt tamẽ ibi esse quidã modus iustitiæ cõmutatiuæ accipiẽdo pro æquali possibile vel proportionale, in quantũ creatura Deo retribuit ꝙ potest secũdũ suã paruitatẽ, sicut Deus dat superabundanter secundũ suã excellentiã: & hoc in bonis. In malis autem attenditur iustitia cõmutatiua inter Deũ & creaturã, inquãtũ creatura peccãs tãtũ vel tãtũ cõtra Deũ ex sua malitia punitur tãtũ vel tãtũ à Deo, secundũ rõdecẽtiã diuinã & nõ secundũ qualitatẽ culpæ præcisæ: quia sicut in bonis decet ꝙ ex parte Dei sit excessus & ex parte creaturæ sit defectus, sic in malis decet vt sicut ex parte creaturæ est excessus in peccando, sic ex parte Dei sit defectus in puniẽdo vel in infligẽdo malũ pœnæ ꝙ idẽ est. Quod autẽ nunc dicimus ex parte Dei esse excessum vel defectũ nõ intelligitur hoc prout sonat in vitiũ, sed prout dicit eminẽtiã ex parte Dei respectu creaturæ in plus cõferẽdo de bonis quã creatura digna sit, vel in minus inferendo mala quã creatura meretur: ꝙ totũ prouenit ex decẽtia bonitatis diuinę. 7 Quarta
Iustitia distributiua ponit i Deo sed non proprie. conclusio est,quomodo in Deo sit tristitia distributiua. Vbi sciẽdũ, ꝙ iustitia distributiua ponitur in Deo respectu creaturarũ inquãtum omnibus creaturis dat secundum vniuscuiusq; dignitatẽ. Nã secundũ ꝙ creaturæ tenent secũdum suã naturã altiorem gradũ in vniuersalitate rerũ. Sic Deus cõfert nobiliores proprietates & operationes quasi quædã officia cõmunitatis. Vnde Diony. 7.cap.de di.nominibus dicit. Quod iustitia laudatur in Deo inquantũ omnibus secundũ dignitatem tribuit, ꝙ est intelligendũ de distributione immediate dicta: quia distribuere præmia pro meritis, vel pœnas pro culpis pertinet ad iustitiã cõmutatiuã. Si tamen bene aduertamus iustitia distributiua sic accepta in Deo nõ ꝓprie accipit: quia iustitia proprie accepta semper iucludit debitum. Sed distributio quã Deus rebus naturalibus cõfert vni-
Hacten⁹ hîc verba Duř. hîc.q.1. cuiq; secũdum gradũ dignitatis suæ: nõ prouenit ex aliquo debito: sed solũ ex eius liberalitate, ergo nõ est ibi proprie iustitia. Et cõfirmatur,quia iustitia distributiua ꝓprie dicta ortũ habet ex cõmutatiua vt declaratũ fuit. Sed talis iustitia distributiua non proprie habet ortũ in Deo ex cõmutatiua. ergo.&c. patet ergo ꝙ iustitia tã cõmutatiua quã distributiua in Deo non est aliud quã decentia diuina in redditione præmiorũ & pœnarũ, & in distributione proprietatũ & principiorũ agendi prout congruit substãtiæ vniuscuiusq; rei. 8 Quantum ad
Ar.2. secũdum quomodo peccato debeatur pœna æterna sunt quatuor conclusiones. Prima, ꝙ non est dare actu pœnã infinitã secundũ intensionẽ vel acerbitatẽ: quia hoc est summũ malũ, & corrũperet seipsum & suũ subiectum. Et quia nõ est beatitudo infinita creata: ergo multo minus miseria infinita: quia Deus præmiat vltra meritũ nõ autem punit vltra. 9 Secunda conclusio est, ꝙ pœna etiã
Pœna dãnatorũ nõ infinita intensiue nec põt esse. Pœna nõ potest intendi in infinitũ. successiue nõ põt intẽdi in infinitũ, quia si aliqua qualitas augeri potest in infinitũ, hoc est vel propter infinitatem subiecti, sicut si ignis cresceret in infinitũ secundum quosdã 4. Physi. vel ex parte obiecti quod est infinite attingibile, sicut charitas & lumen gloriæ secundũ quosdã possunt crescere in infinitũ: sed subiectũ pœnæ dãnatorũ non augetur: obiectũ autẽ pœnæ sensus est finitũ, obiectũ autem pœnæ dãni licet infinitũ in se erit tamẽ finite attingendũ: ergo illa non põt crescere in infinitum.
Nota. 10 Tertia cõclusio est, ꝙ dato ꝙ posset esse infinita intẽsiue: nõ tamen infligeretur pro peccato mortali, quia prior est Deus ad reddẽdũ pro merito quã ad infligendũ pœnã pro peccato. Sed pro nullo merito quãtũcũq; magno reddet Deus præmiũ infinitũ intensiue, visio enim beata creata erit finita in quocunq; erit: ergo pro nullo peccato seu demerito quantũq; magno infligetur pœna infinita intensiue. 11 Quarta conclusio est, ꝙ si loquamur de infinitate pœnæ extẽsiue sic peccato debetur pœna infinita: quia sicut lumen gloriæ secundũ quosdã põt crescere in infinitũ quantũ ad durationẽ: Sic iuste debetur peccato mortali pœna infinita, quia sicut est in ciuilitate mũdana, sic suo modo est in ciuilitate diuina: sed in ciuilitate mundana sic est, ꝙ ille qui quantum in se est subuertit pacem & amicitiam ciuium adinuicem, vel obedientiã ad principem, meretur totaliter extirpari per mortem, exiliũ, vel perpetuũ carcerem à ciuilitate: quæ
Pœna dãnatorum est in infinita extẽsiue. pœna

pœna est perpetua secundũ capacitatem subiecti: & secũdũ intẽtionem legis quo ad hoc vt in perpetuũ nõ reuocetur ad societatẽ cõmunitatis cõtra quã deliquit: ergo eodem modo debet esse in ciuilitate diuina in qua congregantur homines lege fidei & charitatis, ꝙ ille qui subuertit ordinem charitatis ad proximũ quãtum in se est: vel subiectionis ad Deũ quod fit per quodcũq; peccatũ mortale, meretur totaliter extirpari à consortio Dei: & beatorũ per mortẽ, exiliũ, & carcerem. Hæ autem pœnæ sunt simpliciter perpetuæ in ciuilitate diuina. 12 Præ-
Ratio.2. terea mors secũda, exiliũ à patria, & carcer inferni dãnatis erunt ęterna, quia & subiectum istarũ pœnarũ perpetuo durabit. Secundò patet idem: quia manẽte culpa debet manere pœna. Sed in dãnatis perpetuo manebit culpa propter obstinationẽ mentis eorũ ergo perpetuo manebit pœna. Tertiò, quia magis est peccator dignus pœ-
Ratio. 3. na propter culpam suã, quã iustus sit dignus præmio propter quodcũq; meritum: quia iustus quantũcunq; bene operetur propter Deũ in nullo constituit eum debitorẽ: & ideo præmiũ non est ei reddendũ secundũ debitũ strictæ sumptũ, sed peccator volũtarie diuertens ab obediẽtia Dei verè debet puniri secundũ iustitiã: vnde est verè debitor pœnæ. Sed iustus ꝓpter opus meritoriũ præmiatur præmio æterno: ergo fortiori ratione peccator ꝓpter demeritũ iustius punitur pœna æterna. 13 Quãtũ ad
3.ar. Concursus miæ & iustiæ in Deo. tertium de concursu iustitiæ & misericordiæ in operibus Dei sunt quatuor conclusiones. Prima, quomodo misericordia sit in Deo & quomodo nõ. Vbi sciendũ ꝙ misericordia accipitur dupliciter. Vno modo pro passiõe per quã aliquis cõpatitur alteri patiẽti, quasi partẽ passiõis alterius in se ferẽs. Alio modò accipitur pro actu vel habitu voluntatis, quo aliquis vult subleuare miseriã alterius accipiẽdo misericordiã. Primo modo ipsa non est in Deo: quia misericordia vt dicit passionem includit in se tristitiã & pœnã. Sed nec tristitia nec pœna possunt esse in Deo: ergo nec misericordia vt est passio. Sed accipiendo misericordiã secundo modo pro voluntate releuandi miseriã alterius sic est in Deo: quia Deus nihil agit circa nos: nisi volẽs, sed Deꝰ per sua beneficia miserias nostras frequenter releuat, ergo in ipso est volũtas tales miserias releuandi: & per consequẽs misericordia secundo modo dicta. 14 Secunda cõclusio est, quomodo diuina misericordia diuidatur: vbi est sciendũ, ꝙ sicut homo misericors nõ repellit laudabiliter nec virtuose miseriã alienã nisi quantũ ratio iudicat: sic Deus nõ repellit miseriam nostrã nisi quantũ ordo sapiẽtiæ suæ iudicat eã repellẽdam: quæ si secundũ ordinẽ diuinæ sapiẽtiæ totaliter repellatur vocat misericordia liberãs: si verò nõ totaliter liberatur: sed de ea aliquid minuatur vocatur misericordia relaxãs. 15 Tertia cõclusio est, quomodo in omni opere Dei cõcurrunt misericordia: & veritas, & iustitia: vbi sciendũ, ꝙ misericordia & iustitia accipiũtur aliquã do large: vt misericordia dicatur oĩs volũtas bñfaciendi alicui, iustitia verò dicatur cõdecẽtia diuinæ bonitatis: & sic nõ solũ in punitione malorũ, sed in omni opere cõ currũt mia & iustitia, quia quæcunq; Deus facit: facit secũdũ cõdecẽtiã diuinæ bonitatis & ex voluntate benefaciendi creaturæ vel circa quã agit vel alij: vel cõitati: & hoc modo ex iustitia nascitur mia secũdũ Anselmũ, quia ex cõdecentia diuinæ bonitatis vult Deus facere bonũ creaturæ. 16 Quarta cõclusio est, quomodo cõcurrũt specialiter in præmio & supplicio creaturæ rationalis. Vbi sciendũ, ꝙ alio modo accipitur misericordia & iustitia magis strictè: prout mia dicit voluntatẽ subueniendi miseriis aliorũ præter merita: iustitia verò dicit voluntatem retribuẽdi secundũ exigẽtiã meritorũ: & hoc modo mia & iustitia nõ cõcurrunt ad oĩe opus diuinũ, cõcurrunt tamẽ in punitione malorũ & retributione iustorũ. De retributione iustorũ patet sic, quia reddere præmiũ excedens meritũ est opus misericordiæ & iustitiæ: quatenus enim redditur pro merito iustitiæ est, sed inquantũ excedẽs meritũ misericordiæ est, sed in prẽmiatiõe iustorũ redditur præmiũ excedẽs meritũ, cũ non sint æqualis valoris opa meritoria & gloria seu vita æterna. ergo.&c. De punitione verò malorũ patet idẽ sic: quia secũdũ rigorem iustitiæ propter vitiũ ingratitudinis meretur aliquis priuari oĩbus beneficiis gratis acceptis. Sed quicquid sumus & quicquid habemus totũ à Deò accepimus per illud apostoli. 1. Ad Corinth. 4. Quid habes quod nõ accepisti? & propter ingratitudinem quæ cõmittitur in omni peccato mortali meretur peccator amittere secundum rigorem iustitiæ quicquid à Deo accepit: hoc est quicquid est in se: & quicquid habet in se quo facto esset homo annihilatus, cum ergo in punitione malorum nõ fiat annihilatio eorum: patet ꝙ ibi est misericordia Dei aliquid relaxãs, vt verè possit dici illud Threnorum. 2. misericordiæ Domini: quia non sumus consumpti, quare.&c. 17 Ad argumẽtum in oppositum dicendũ per interemptionem minoris: quia iustitia vindicatiua non solum vt medicina: quia eadem est iustitia qua præmiãtur boni & puniuntur mali: quãuis alius actus hîc & ibi secundũ diuersitatem materiæ. Et quia bonum est nõ solum punire malos sed punire bonos: ideo iustitia nõ solum est bona in ratione medicinæ: quatenus est punitiua malorum: sed est ex bona secundũ se quatenus est restitudo voluntatis ordinans aliquid ad alterum. &c.
Ad argu. in oppositum.

DISTINCTIO. 47. QVAESTIO. 1.

De generali iudicio futuro.

Thom. 4. Distin. 47. Quæst. 1. & 2. distin. 43. quæst. 1. ar. 5.

CIRCA. 47. Distin. quæritur vtrum generale iudicium sit futurum: & videtur ꝙ nõ, quia exe cutio sententiæ non præcedit iudiciũ: sed sententia omniũ tam bonorum quàm malorum decedentium statim mandatur execu tioni: ergo isti amplius non iudicabuntur. 2 Præterea Naum primo dicitur: ꝙ nõ iudicabit Deus bis in idipsum: sed iudicat quẽlibet in morte infligendo ei pro meritis præmia vel pœnas: ergo.&c.
3 Item, si iudicium generale esset futurũ, tunc in eo oẽs iudicarentur: alioquin non esset generale, sed nõ omnes nec boni nec mali iudicabuntur: ergo.&c. Minor probatur: & primò de bonis: quia Matth. 19. dicit Christus de apostolis. Sedebitis super sedes iudicantes.&c. ipsi ergo iudicabunt & non iudicabuntur. De malis verò dicitur in Psal. Non resurgent impij in iudicio. &c.
4 Contrà Ioan. 5. Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. 5 Item Augustin. 20. de ciuitate Dei dicit, quod tota ecclesia expectat generale iudicium futurum. Est etiam articulus fidei: ideo.&c. 6 Respondeo: ad euidentiam huius quęstionis tria in generali videnda sunt. Primò est, de iudicio generali futuro. Secundo, de cognitione peccatorum suorum in illo. Tertiò, de igne flagrationis qui præcedet iudiciũ. 7 Quantum
Ar.1. ad primũ sunt tres conclusiones. Prima, ꝙ generale iudicium omniũ est futurum secundum fidem, iuxta illud

apostoli. Omnes stabimus ante tribunal Christi. Item Matth.26. Cùm venerit filius hominis in sede maiestatis suę. &c. vbi manifeste describitur figura iudicij. Item, sicut alibi dicitur: nō est nouum vt quibusdā enumeratis subsequatur generalis clausula quæ omnia cōprehēdat. Sicut ergo plura particularia iudicia sequuntur conclusiones Assisiæ & parlamēta regū pro omnibus cōiter, sic post particularia iudicia morientiū succesiue erit generale iudiciū simul resurgentiū omniū. 8 Secunda cōclusio est dubia qualiter fiet: quia quidā dicunt ꝙ totū erit mentaliter, alij ꝙ totum vocaliter. Tertia opinio media est probabilior, ꝙ Deus & homo iudicabit animas in corporibus quod fiet vtrōq; modo. i. spirituali & diuino quātum ad discusionem meritorū. Esuriui. &c. ꝙ erit cōscientia accusante & excusante. Item modo humano & corporeo. i. vocaliter quo ad sententiæ prolationē: quæ cito erit prolata, dicēdo, venite benedicti. ite maledicti. vnde versus: Mortis vel vitæ breuis est vox: ite, venite. Quod autem discusio sit mētalis potest aliter probari: quia non solum fiet de operibus misericordiæ quæ multi pauperes nō gesserūt & saluabuntur: & econuerso multi prędones habuerūt & dānabūtur: quia scriptū est, Si distribuero oēs facultates meas in cibos pauperū. &c. sed de oībus quæ quis gesit in corpore quod non posset subito fieri: quia nō posset fieri in cōi, cū aliqui laborent cōtrariis peccatis ideo. &c. 9 Tertia cōclusio est, quādo & vbi fiet. Si quidē de die illa & hora nemo scit, neq; angeli neq, apostoli: & multo min⁹ credēdū est reuelatū vel reuelādū esse alicui alij. Et quāuis Deus reuelauerit principiū mūdi nō tamen finem: quia peccatū magis est natū sciri quā futurū. 10 Probabilius autē est vt fiat in ortu solis vt sic sol stet in perpetuū, quā media nocte vel aliās. De loco autē iudicij tenetur, ꝙ dūs descēdet super vallē Iosaphat quæ est inter mōtem Syon & Oliueti posita, nō quidem vsq; ad terrā: sed nec prope terram, sed vsq; ad locū vbi amisērūt apostoli aspectum eius quādo ascēdit in cœlum, & nubes suscepit eū ab oculis eorū vt dicit act. 1. Sed boni rapiētur obuiā Christo in aera dote agilitatis, mali in terra scribentur. i. manebūt circa loca illa: sic ꝙ oēs poterūt videre in quē cōpunxerūt. Videbit enim eū oīs oculus, vel per hoc ꝙ cōpresi stabūt simul in eodē loco, vel per hoc ꝙ ad quātācūq; distantiam virtute diuina ad singulorū oculos species corporis defe rentur, siue stent super mare Deo sustētāte, siue cōpresi vt dictū est in terra promissionis in qua Deus iudicatus iterū iudicabit. 11 Quantū ad secundū de cognitione bonorū & malorū, sunt tres cōclusiones. Prima concors omniū, ꝙ quilibet sciet propria mala & bona actu de eis recolēdo: cuius ratio est, quia sicut se habet humanū iudicium ad testimoniū exterius, ita se habebit diuinū iudicium ad testimoniū interioris cōscientiæ. Nam sicut dictum est cogitationes vniuscuiusq; in generali iudicio tenebunt locum testiū accusantiū vel defendētium, vt tangit apostolus. Rom. 2. Sed in iudicio humano si secundum veritatem debeat proferri sententia: oportet ꝙ testes omnia cognoscant de quibus est sententialiter iudicandum, siue ad absolutionem siue ad condēnationē, ergo in iudicio diuino quod est perfectissimū & in quo nullus poterit esse error oportebit ꝙ cōscientiæ singulorum, qui tenebunt locum testium, cognoscant omnia pro quibus feretur iudiciū absolutionis quo ad bonos: vel cōdēnationis quo ad malos: sed illa erūt oīa merita & demerita singulorū. quare. &c. 12 Secūda cōclusio est de modo cognitionis. Certū est enim, ꝙ ista non cognoscuntur naturaliter: quia oīne ꝙ cognoscimus naturaliter vel accipimus de nouo per sensum, vel deducitur de thesauro memoriæ: sed post resurrectionem nullus potest per sensum accipere cognitionem meritorū vel demeritorum quæ præterierunt, nec cognitio omniū poterit haberi naturaliter per modū reminiscētię, quę multa eorū totaliter à memoria exciderūt. quare. &c. Item, non cognoscētur cognitione beata: nō solū ꝓpter illud quod prius dictū fuit, quādo quęrebatur an sancti cognoscāt orationes nostras secundum vnā opinionē, sed propter aliud: scilicet ꝙ tal is cognitio erit cōmunis bonis & malis vt iā dictū est. Cognitio autem beata nō erit cōis: quare. &c. Relinquitur ergo ꝙ hoc fiet per modū reuelationis, nec est incōueniens ꝙ malis reuelentur multa ad eorum pœnā: nā etiā malis angelis credibile est multa per bonos angelos reuelari. Potest tamen dici ꝙ boni in verbo hoc videbūt: mali verò de hoc reuelationē habebūt.

13 Tertia conclusio est, de cognitione meriti & demeriti aliorum: vbi est duplex modus dicendi. Vnus ꝙ quilibet cognoscet oīa merita & demerita aliorū, quia illud iudicium cum sit finale & generale debet esse perfectissimum, ad perfectionem autem iudicij maximè facit ꝙ appareat omnibus esse iustum, non posset autem apparere omnibus esse iustū: nisi cuilibet causa cōdēnationis vel remunerationis apparet tam bonorū quàm malorū, cùm igitur ista causa sit singulorum merita vel demerita, videtur ꝙ singuli cognoscāt non solū merita bona vel mala quæ ipsi fecerūt, sed etiam omniū aliorum. Alius modus est, ꝙ non oportet ad hoc vt sententia iudicis appareat iusta ꝙ quilibet sigillatim cognoscat merita vel demerita aliorum, sed sufficit ꝙ cognoscat illos qui erūt à dextris esse bonos & iustos quibus dicetur: venite benedicti. illos autem qui erunt à sinistris cognoscat esse malos & iniustos quibus dicetur, ite maledicti.

14 Quantum ad tertium de igne conflagrationis sunt tres conclusiones. 15 Prima ꝙ mundus purgabitur & innouabitur circa tempus iudicij: & istud magis tenetur auctoritate scripturæ & sanctorum quā ratione, nihilominus tamē potest ad hoc talis persuasio adhiberi, quia finis & ea quæ sunt ad finem debent proportionari: sed homo est quodāmodo finis omniū corporaliū saltem generabilium & corruptibilium. ergo illa debent homini proportionari, sed homo in resurrectione innouabitur & immutabitur in meliorē & in puriorem & nobiliorem dispēsationē: ergo congruum est vt mūdus corruptibilis qui factus est ꝓpter hominē innouetur & immutetur in meliorem, puriorem & nobiliorem statū: hæc autem purgatio vocatur innouatio mūdi, quę cōsistit in duobus secundū duplicem impuritatē quæ reperitur in rebus corporalibus. Vna impuritas est cōmixtionis per mutuam actionem elementorum & aliarum rerum adinuicem: & hīc est impuritas naturę. Alia est impuritas prouenięs ex culpa, quāmuis enim res corporales non posint esse subiectum infectionis culpæ: tamen ex culpa relinquitur in rebus corporalibus quædā incongruitas ad hoc vt spiritualibus dedicentur: vnde videmus, ꝙ loca in quibus aliqua crimina sunt cōmissa non reputātur idonea ad aliqua sacra in eis exercenda, nisi quadam purgatione præmissa, & secūdū hoc pars mundi quæ cedit in vsum nr̄m ex peccatis nostris cōtraxit quādā inidoneitatē respectu sacrorū propter quod indiget purgari nō solum à prima impuritate: sed à secūda. Ex quo patet ꝙ nō purgabitur totus mundus quantū ad quālibet sui partem, sed solum quantū ad illā quæ cesit in vsum hominū, vel ad quam facta hominū quoquo modo pertingere potuerūt, & hęc pars est illa ad quā aquę diluuij attigerūt propter eandē causam: & cœli superiores non purgabuntur nec sphæra ignis nec superior pars aeris: sed tātū inferior. vnde ꝙ dicitur in psal. ꝙ cœli peribūt. &. 2. Petri. 3. ꝙ cœli ardētes soluentur: intelligendum est de cœlo aereo: vnde beatus Petrus

Opi. 1. S. T. q. 1. ar. q. 2. Opi. 2. Duř. q. 1. ar. 2. & Sco. ar. 4. Opi. 3. ē do. Iudiciū fiet in ortu solis Itē fieti valle Iosaphat. Ar. 2. Quilibet in iudicio sciet ꝓpria bona oia & mala. Talis cognitio erit ꝑ reuelationem. Opi. S. T. supra di. 43. q. 1. a. 5. q. 3. Opi. 2. quā sequi vř hīc Durā. q. 2. a. 2. 3. arť. Purgabitur mūd⁹ & quo modo. Impuritas duplex tollitur.

Petrus exponit se de quibus cœlis intelligat, præmittit enim ante verba inducta ꝙ cœli prius & terra per aquā perierunt, qui nunc sunt in eodē verbo repositi igni reseruati in die iudicij. Illi igitur cœli per ignē purgabūtur qui prius per aquā diluuij sunt purgati. s. cœli aerei. 16 Secunda cōclusio est, ꝙ illa purgatio fiet per ignem cōueniētissime: quia per illud quod est purius debēt impuriora purgari: sed ignis inter omnia corporalia est prior puritate opposita duplici impuritati in elementis purgandæ: ergo per ignem debent alia purgari. Minor declaratur: quia ignis non recipit permixtionem cōtrarij propter suam maximam virtutem actiuam sicut cætera elementa: & sphæra ignis est maximè remota ab habitatione nostra: & si apud nos inueniatur, vsus tamē eius non est ita cōmunis sicut aquæ, aeris & terræ: & ideo nō tantum inficitur propter quod per ipsum congruentissime purgatio fit cæterorū. Qualis autem debeat esse ille ignis: aduertēdū est ꝙ si est verus ignis cōpositus ex materia & forma: tunc de nouo creabitur vel ex præiacente materia generabitur: & quicquid horū detur oportet dicere ꝙ vel duo corpora tunc sint simul. s. ignis & aer, vsq; ad locū ad quē aquæ diluuij ascenderūt, scilicet. 15. cubitis, superaltitudinē mōtium: vel ꝙ tantū de aere corrūpatur, & quicquid sit de primo, secundū conceditur ab omnibus tanquā posibile, verūtamen nō concordat cū auctoritatib⁹ sanctorū. Dicitur enim in glo. super illud 1. ad Corinth. 7. Præterit figura mūdi huius, ꝙ pulchritudo mūdi huius præterit non perfectio, sed substātia elementorū pertinet ad perfectionē mūdi, ergo elemēta nō cōsumentur quātum ad suā essentiā. Et iterū sicut purgabitur aer per ignem, ita aqua & terra: sed constat ꝙ substantia aquę & terræ nō peribit in aliqua sui parte: ergo nec aeris. Propter quod videt quibusdā rationabiliter, ꝙ illa cōflagratio nō erit nisi quædā ignitio elementi purgandi, sicut ferrū ignitur nō recipiendo formā substātialem in se, sed vehementem calorem qui est quædam eius ignitio. Et hoc videtur declarare frater Tho. communis doctor, qui dicit ꝙ manebunt elementa quantū ad substantiā nec efficienter materia ignis: ita vt à propria specie corrūpantur, sicut patet in ferro ignito. Si autem teneatur ꝙ sit verus ignis & nō solū ignitio: oportet dicere ꝙ sit eiusdem speciei cū igne nostro: quod persuadetur sic, futura purgatio mundi erit per ignē, sicut prima fuit per aquā. Et hęc operantur adinuicē. 2. Petri. 1. sed aqua illa fuit eiusdem speciei cū aqua elemētari. ergo & ignis ille erit eiusdem speciei cū igne nostro. 17 De hac purgatione dicit Sybilla vt refert Aug. in sermone de natali Dñi qui incipit, legimus sanctū Moysen. Exuret terram ignis pontūq; polūq;: Et postea, fontes externa flāma crebabit: & postea, sic pariter fontes torrentur fluminaq; igni. Et postea, decidet e cœlo ignisq; & sulphuris amnis.

18 Tertia conclusio est, quòd ista purgatio præcedet iudicium secundū illud psalmi, Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. &c. Et hoc etiam patet sic. Resurrectio mortuorum præcedet iudicium: simul autem erit resurrectio mortuorum & glorificatio sanctorum corporū, resurgent enim cum corporibus gloriosis simul etiam glorificabūtur corpora sancto rum & renouabuntur elementa: cùm ergo purgatio mūdi per ignem sit dispositio vel actio ad prædictam renouationem, manifeste sequitur ꝙ hæc purgatio præcedet iudiciū: quid autem fiet de illo igne dicitur, ꝙ terminato iudicio reuoluet reprobos & descendet cum eis in infernum. Sed hoc est mirū valde, quia secundū hoc oportet dicere ꝙ duret ab ante iudicium vsq; post: & cum occupet totū spacium terræ habitabilis, & vicinam partē aeris vsq; ad altitudinem. 25. cubitorum super montes, cōsequēs est vt videtur ꝙ omnes iudicādi qui erunt in inferiori parte aeris erunt in illo igne: quod licet nō sit Deo impossibile: non apparet tamen qualiter sit conueniens. 19 Dicerent tamen aliqui, ꝙ nō est aliquod in conueniens si iā incipiant illo igne ardere mali, qui statim post sunt illo igne perpetuo inuoluēdi, boni verò in feriores in aere per dotem impasibilitatis nō lędentur: vel ignis cōdensatus poterit ad aliā partem stare ad horam illam, sicut congregatæ sunt aquæ in mari propter terræ nascentia vsq; ad finem mundi. De nqtitia autem meritorū & demeritorū prædicit Sybylla: vbi supra sic, Occultos actus detegēs: tunc quisq; loquetur, secreta sic q; Deus reserabit pectora luci. &. 1. ad Corinth. 4. Manifestabit consilia cordium. Sciendū est etiam, ꝙ boni recolentes de malis suis non habebunt cōplacentiā in eis: quia charitas non gaudet super iniquitatem sed displiceē tiam, quā tamen nō sequetur tristitia nec pœna aliqua sicut in via: quia causa impeditur à suo effectu producēdo propter contrariā causam efficaciorem ad oppositum effectū, sicut parum frigefactiuum cadit magno calefacti uo: tunc autem visio Dei causabit cōtinuum gaudiū in voluntate. vnde fugiet dolor & gemitus, non solum contrarius de eodem: sed etiam disparatus & contingens de quocunq;. Sciendum est etiam de igne ꝙ per ipsum non purgabitur cœlum empyreum: quia ibi nō est corruptio naturæ: sed fuit tantum corruptio culpæ, sed illa fuit spiritualis quæ nō cōtaminat locū, sicut cogitatio adulterij vel homicidij non contaminat ecclesiam siue polluit: & statim fuerunt expulsi. nec cœlū Crystallinū & sydereū: cum careant corruptione naturæ & culpæ: vnde non indigent purgatione: cœlum verò olympiū. i. cōcaua pars ignis & cœlum ęthereum. i. conuexa & suprema pars aeris corruptionem naturæ & impuritatem admixtam habent: quia elementa non sunt pura in suis extremitatibus: sed propter illam solam non fit purgatio. Paradisus autem terrestris non purgabitur: quia ibi non est impuritas naturæ propter temperiem aeris. impuritas autem culpæ fuit purgata per eiectionem hominū & serpentis & diaboli, vel quia cum sit mons quidam erit redactus ad debitū situm ante aduentum illius ignis. Quomodo autem illo igne homines purgabuntur: dicendum ꝙ mali quidem nondum mortui illo affligentur, sicut natura requirit: boni verò purgandi affligentur quantum culpa exigit: non habentes verò fœnū, lignum, stipulā, purganda, non affligentur nisi fortè quantum pro peccato originali: etiam mors naturalis aliquem dolorem habet sensibilem, vel si affliguntur plus sicut martyres proderit eis ad præmium. 20 Ad argumenta in oppositum. 21 Ad primū dicendū, ꝙ sententia vniuersalis iudicij erit vniuersalis separatio bonorū à malis: & remuneratio bonorum & punitio malorum: non solum in anima, sed in corpore: sed executio huius sententiæ nō fit modo sed fiet post generale iudicium: nunc tamen fit executio particularis iudicij, quo quilibet iudicatur in morte per præmium vel pœnam pertinentem ad solam animam. 22 Ad secundū dicendum, ꝙ neminem Deus iudicabit bis in idipsum: quia non infliget pro vno peccato duas pœnas: quarum quęlibet sit proportionata culpæ: pœna enim quę infertur in iudicio particulari, nō est æquata culpæ: sed est pars pœnæ totalis: quæ postea erit in anima & in corpore: quāmuis in duplici iudicio hæ pœnæ determinentur & rationabiliter: quia quilibet hō & est quædā singularis persona: & est pars cōmunitatis & ob hoc debetur ei duplex iudicium, vnū singulare quod de quolibet fit in morte: aliud vniuersale quando finaliter totū humanū genus cuius quilibet est pars iudicabitur. 23 Ad tertiū dicendum, ꝙ ad iudiciū duo pertinent. s. discusio

Duř. hīc. q. 3 Purgatio talis fiet cōueniētius per ignem. S. T. hīc. ar. 2. q. 2. Purgatio præcedet iudicium. Durā. supra ar. 3. Verba doctꝝ. Beati habebūt displicē tiā de malis actibus suis: sed nō tristitiam. Cœlū empyreū non purgabiť: sed in eo fuit pctū. Nec paradīsus terrestris Ad ar. in op. Ad. 2. Ad. 3.

Solutio Du. Singularis distin. quomodo aliqui diuersimode iudicabũtur.

discussio meritorum,& retributio præmiorũ vel pœnarum. Et secundũ hoc duplex dicitur esse iudiciũ, vnum discęptationis,alterũ retributionis. Iudicio retributionis oēs iudicabuntur,quia omnes punientur vel præmiabũtur: sed iudicio discussionis nõ omnes iudicabuntur: sed solum illi quorum merita sunt permixta demeritis vel ecõuerso,propter quod sic dicitur cõmuniter, ꝙ quidã sunt quorũ mala sũt impermixta bonis meritorijs, sicut sunt illi qui caruerũt fide sine qua nõ est meritũ: & ideo isti nõ iudicabuntur iudicio discussionis: sed sine discussione dãnabũtur, de quibus intelligitur illud psal. Nõ resurgẽt impij in iudicio. &c. s. discęptatiõis. Alij sunt quorũ bona merita sunt impermixta malis: vt sancti perfecti quẽadmodũ fuerũt apostoli & pauperes eorum imitatores, & isti nõ iudicabuntur: sed regnabũt & alios iudicabũt aliquo modo: vt infra dicetur: & de his ꝓcedit ar. in hoc sensu. Alij vero sunt quorũ merita permixta sunt cũ demeritis, quia quandoq; peccauerũt mortaliter vel venialiter, & tñ in charitate decesserunt & isti iudicabuntur propter permixtionem bonorũ cum malis: veruntamen saluabũtur. Alij verò sunt quorum mala permixta sunt cum bonis: sed decesserũt cũ malis & extra charitatem, & hi iudicabuntur per eandem rationẽ: sed dãnabũtur propter defectũ charitatis. Et hęc est quadrimembris

Lima doc.

distinctio quã ponit magister in litera. 24 Sed sciendum est hîc, ꝙ ista euidentia non refertur ad tẽpus illud quando omnia omniũ opera æqualiter apparebunt, imò magis ad præsens tempus: quia illorũ qui non habuerũt mala admixta erit euidẽs iustitia: aliorum verò scilicet hostium fidei, euidens malitia. 27 Tertiò, angeli nõ iudicabuntur, nec discussione, nec condennatione: quia à principio mundi non singulare solum, sed vniuersale in eis iudiciũ præcesit: sed indirecte iudicabũtur, quia illorum augebitur gaudium, horum autem supplicium.

DISTINCTIO. 48. QVAESTIO. 1.

Circa. 48. distin. quæruntur duo. Primò, vtrũ Christus iudicaturus sit in forma humana. Secũdò, vtrũ motus cœli cessabit.

De *forma iudicis.*

Thom. hac ipsa Distin. & dist. 47. Quæst. 1. ar. 2.

QVANTVM ad primũ videtur ꝙ Christus nõ sit iudicaturus in forma humanitatis: quia aut iudicaret in forma infirma vel gloriosa: nõ in infirma: quia illã de cętero nõ habebit, nec in gloriosa vt videt, quia in illa nõ posset videri à malis, cũ oculus nõ glorificatus nõ habeat ꝓportionẽ cũ claritate corporis glorioſi: & quia visio humanitatis Christi glorioſe parit gaudiũ verũ, & promittitur sanctis in prẽmiũ vt dicit Augu. super illud Io. 10. Ingredietur & egredietur & pascua inueniet: ergo Christus nullo modo iudicabit in forma humana. Prẽterea, iudex debet habere inuincibilem potestatem secũdũ illud Ecclesia. Noli velle fieri iudex nisi virtute valeas irrũpere iniquitates, sed potestas inuincibilis non est in Christo secundũ humanitatem, sed secundum diuinitatem: ergo non iudicabit secundũ ꝙ homo. 3. In cõtrarium est, ꝙ dicitur Io. 5. Dedit ei potestatem iudiciũ facere, quia filius hominis est. Sed est filius hoīs solũ secundũ humanã naturã: ergo &c. 4 Respondeo, hîc sunt tria vidẽda. Primò, de futuris iudicibus. Secundò, an Christus posit videri sine gaudio. Tertiò, de innouatione mundi. 5 Quantũ ad primũ sunt tres cõclusiones. Prima est, ꝙ Christus iudicabit in forma humana simpliciter. Sed secundũ formã humanã cõmissorie nõ ordinarie. Ad cuius euidentiã est sciẽdũ, ꝙ differt quærere vtrum sit iudicaturus in forma humana & secũdum formã humanã: quia ad hoc vt dicatur iudicare in forma humana sufficit ꝙ iudicet habens talem formam & in ea apparens. Sed ad hoc ꝙ dicatur iudicare secũdũ formam humanã requiritur ꝙ non solũ appareat in ea: sed ꝙ sit ei causa vel ratio habendi auctoritatẽ iudicãdi. Vnde multæ ꝓpositiones verificãtur de Christo. Primo modo, quę nõ verificantur de ipso. Secũdo modo, demõstrato enim Christo in humana natura verũ est dicere: ꝙ ille homo creat animas & gubernat mundũ. Sed non est verum dicere, ꝙ ipse secundũ ꝙ homo creat animas vel gubernat mundũ: quia humanitas nõ est rõ seu causa quare tales actus ei cõueniãt. Sic ergo si quæratur an Christus iudicabit in forma humana, non est dubium ꝙ sic, ꝙ patet & auctoritate scripturæ & probabili ratione. Auctoritas scripturæ est Ioan. 19. Videbunt in quẽ trãsfixerunt. Sed illud nõ potest verificari nisi Christus appareret in forma humana in qua Christus trãsfixus fuit: ergo. &c. Ratio est ad hoc, quia iudex debet principaliter apparere iudicandis: maximè quando in eo prætenduntur insignia iustę condẽnationis malorum. Sed Christus secundum diuinitatem nõ apparebit malis, cum in eius visione consistat beatitudo, vt infrà patebit: ergo apparebit secundũ humanitatẽ in qua apparebũt insignia passionis quã pro oĩbus sustinuit: & cuius beneficiis mali per suam culpam se reddiderunt indignos. Si verò quæratur vtrũ Christo cõueniat iudicare secundũ humanam naturã, dicendũ, ꝙ ly secundũ, potest designare auctoritatem primariã respectu iudicij aut secũdariã & quasi delegatam. Si primo modo: sic non cõpetit Christo iudicare secundũ humanã naturã. Sed solũ secũdum diuinã cum patre & spiritu sancto. Cuius ratio est: quia illius solius est iudicare secundũ primariã auctoritatẽ qui potest efficaciter prẽmiũ reddere bonis, & infligere pœnam malis: sed Christus secundũ ꝙ homo per potestatẽ humanæ naturæ nõ põt reddere bonis prẽmiũ puta visionẽ beatificã, nec malis infligere pœnã dãnationis, quia sola diuina virtute visio diuinæ essentiæ põt cõicari intellectui creato, & per illã solã põt fieri ꝙ spũs à corpore separatus vt sũt angeli puniãtur ab igne inferni: vel ꝙ corpora dã natorũ semp affligunt & nunq; corrũpãtur: ergo secũdũ humanã naturã non iudicabit per primariã auctoritatẽ: sed solũ secundũ diuinitatẽ: si autem ly secũdũ, dicat auctoritatẽ secũdariã & quasi delegatã: sic Chro cõpetit iudicare scũm hũanã naturã: primò, qa per iudiciũ boni admittẽtur ad regnũ: mali verò repellẽtur, sic admissio bonorũ ad regnũ erit meritorie per bñficiũ redẽptionis ꝙ perceperũt & tenuerunt, repulsio verò malorum à regno erit per hoc ꝙ beneficiũ redẽptionis cõtempserũt, vel eo abusi sunt, & quia Christus est redẽptor ratione humanę naturæ in qua opus redẽptionis exercuit: ideo secũdum eã sibi cõpetit secũda auctoritas iudicandi: & hoc est ꝙ dicit quędam glossa super illud Iob. 36. Causa tua quasi impij iudicata est. glo. à Pylato: ideo iudiciũ causamq; recipies. glo. vt iuste iudices. Secundò, quia eodem modo cõpetit alicui legem condere & secundũ eã iudicare. Sed Christus secundũ humanã naturam fuit conditor legis euangelicæ, non quidem primaria auctoritate, sed secundaria & quasi delegata: ergo eodem modo competit sibi secundum eam obseruatores & transgressores iudicare: Et istũ ordinẽ iudiciariæ potestatis tangit expresse scriptura Dani. 7. vbi dicitur sic aspiciebam donec throni positi

positi sunt & antiquus dierum cedit: per antiquũ dierũ intelligens Deum, & maximè patrem qui est fons totius Deitatis cui appropriatur primaria potestas iudicandi: & quia ab eo deriuatur potestas iudiciaria in filiũ non solùm ab æterno & secundũ diuinam naturam: sed etiã in tẽpore secundũ humanã in qua potestatẽ iudicandi meruit. Sed non eandem nec æqualẽ, ideò subiungitur. Aspiciebã in visu noctis & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquũ dierum peruenit & dedit ei potestatẽ & honorẽ & regnum, in quo innuitur potestas iudiciaria homini Christo delegata.

Ar. 1. Christ' secũdũ hũanã naturã iudicabit cõmissorie secũdum diuinã ordinarie.

Du. hîc. q. 1. ad verbum.

Christus iudicabit ĩ forma glorioſa tripliciter.

6 Secũda conclusio est, ꝙ Christus iudicabit in forma glorioſa ꝙ patet tripliciter. Primò, qa in ea forma venit ad iudicandũ in qua ascendit in cœlum: vnde Actu. 1. Dixerunt angeli apostolis, Hîc Christus qui assumptus est à vobis in cœlum sic veniet, quemadmodũ vidistis eum euntem in cœlum. Sed Christus ascẽdit in cœlum cum humanitate glorioſa: ergò in tali veniet ad iudicium. Secũdò, qa iudicare & iudicari sunt actus oppositi maximè qũ aliquis iudicatur iudicio condẽnationis: qa iudicare est potestatis; iudicari verò infirmitatis: sicut autẽ Christus in primo aduentu venit ad iudiciũ passiuè: Sic in secũdo aduentu veniet ad iudicandũ actiuè: ergò sicut venit in infirma, sic veniet in forma glorioſa. Item tertiò, iudex non debet esse vilioris conditionis q̃ iudicandi: sed aliqui iudicandi erunt glorificati secundum corpus. s. omnes boni: ergò multo magis Christus. Et hoc est ꝙ dicitur Lucę. 21. Videbunt filium hominis venientem cum potestate magna & maiestate: potestas autem & maiestas ad gloriã pertinent: ergò &c. 7 Tertia conclusio est de coniudicibus. Vbi sciendum ꝙ iudicare potest cõpetere alicui multipliciter. Primò, per modum primariæ authoritatis, & sic competit solùm Trinitati. Secũdò, per modũ primariæ delegationis: & sic competit soli Christo secundũ humanitatẽ de quibus dictũ est iam. Tertiò, per modũ assessoriæ dignitatis: & sic iudicabunt sancti perfecti & eorum imitatores, sicut promittitur eis Matth. 10. Quartò, per modum approbationis, & sic iudicabunt omnes sancti. Sapien. 3. Iudicabũt sancti nationes. Quintò per modum comparationis & sic iudicabunt vel dicuntur minùs mali iudicare magis malos: inquantùm eorum cõparatione condẽnabiliores apparent: & dicitur Matth. 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac & condẽnabunt eam. Sed de iudicio assessorio sciendũ est, ꝙ ad illud sufficit consedere Christo in cœlestibus, quia etiã beata Virgo consedebit ad dexterã, aliàs vel supra filium, vel infra alios: non tñ ipsa vel c. æcunq, fœmina iudicabit, sicut nec claues habent: quia non conuenit sexui nec sufficit legere in vita ipsorum sententiam, quia magis in beata Virgine perfectio scripta fuit &c. Sed pauperes & martyres iudicabunt: pauperes enim voluntarij iudicabunt & si non virgines vt Petrus, & nec martyres vt Ioannes, nec doctores vt Paulus primus heremita quem inter apostolos vidit beatus Antonius sedẽre. Similiter martyres etiam si nihil aliorum habeant, quia pro Christo iudicati sunt qui dicit, Qui vicerit dabo ei sedẽre &c. Non qui solùm doctores nec solùm virgines &c. Item non angeli, non quia videri non poterunt quia secundum Grego. tunc nobis visibiles apparebunt, sed dæmones exequentur. Vnde sciendum ꝙ omnes angeli, & omnes homines apparebunt ante tribunal Christi. De angelis dicitur, ꝙ omnes angeli eius cum eo: de hominibus, quia omnes ſtabimus ante tribunal Christi: etiam pueri: vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium terrestrium & infernorum. 8 Quantùm ad secundũ de gaudio visionis Dei sunt tres conclusiones. Prima, ꝙ Deitas potest videri sine gaudio de potentia absoluta Dei non autem ex natura rei nec de potentia ordinata. Deus enim de potentia absoluta potest facere ꝙ intellectus creatus videat Deũ ipsum nudè & aperte: & tamen voluntas nec delectaretur nec gauderet: cuius ratio est: quia quando duo actus sunt subordinati in ratione prioris & posterioris, prior actus potest esse sine posteriore absq; aliqua contradictione. Sed visio diuinæ essentiæ & quæcunq; cognitio: se habet ad gaudium seu delectationem voluntatis, vt prior, quia volũtas non potest delectari in aliquo vel gaudere nisi præcognito: ergò non implicat contradictionem ponere visionem sine gaudio & delectatione: sed Deus potest facere quicquid non implicat contradictionem. quare &c. si autem quæratur de natura rei sic dicendum est, ꝙ ad visionem diuinæ essentiæ nudam & apertam: necessariò sequitur gaudium seu delectatio: cuius ratio est: quia summum bonum præsens & cognitum & nihil habens admixtum necessariò delectat loquendo de necessitate rei siue ordinis naturalis in rebus creatis: vnde & definitur delectatio per causam suam, ꝙ est coniunctio conuenientis cũ conuenienti, cum perceptione eius. Sed Deus visus est summum bonum nihil habens de admixtione mali: cùm ipse in essentia sua sit bonitas, & eius visio sit summa & conuenientissima hominis perfectio, vt infrà patebit: ergò ipse sic cognitus necessariò causat delectationem in cognoscente. Et secundum hanc intentionẽ dicitur, ꝙ visio Dei est beatitudo ad quam necessariò sequitur gaudium seu delectatio. Quamuis quidam dicunt, ꝙ per illud quod dicitur Ioan. 17. Hæc est vita æterna &c. non intelligitur ꝙ visio Dei sit beatitudo vel pertinens ad beatitudinem, sed sicut dicunt actio intellectus est quædam vita vt dicitur. 12. Meta. & per consequens actio intellectus si sit æterna est vita æterna: sed non oportet ꝙ sit beatitudo, quia nomine vitæ æternæ solũ designatur ibi operatio vitalis æterna. Sed istud non solùm est absurdum, sed valde periculosum. Si enim nomen vitæ æternæ non designat: nisi actio vitalis æterna & non beatitudo ipsa, tunc potest dici ꝙ damnati habebunt vitam æternam: quia habebunt aliquam operationẽ vitalem æternam, puta dolorem, vel tristitiã mentalem de amissione beatitudinis, & doloré sensualẽ de afflictione ignis siue corporis per ignem, quod nullus dicit. Scriptura etiã dicit quæ vitam æternam promittit solùm bonis, Matth. 25. ibi, hi. s. mali in supplicium æternum: boni autem in vitam æternam. in loco etiam prealleg. Io. 17. Vita æterna iustis ꝓmittit in præmiũ. Vnde añ verba ꝓdicta præmittitur. Dedisti ei potestatẽ omĩs carnis, vt omne quod dedisti ei det eis vitam æternã: & statim subiungitur, hæc est autẽ vita æterna &c. Constat autẽ ꝙ præmiũ bonorũ est beatitudo vel pertinet ad beatitudinẽ. 9 Secunda conclusio est de visione humanitatis, quia nõ est simile de visione humanitatis & deitatis, qa visio humanitatis non est summa perfectio hominis: põt etiã aliqd secundũ se habẽre adiunctũ ratiõe cuius est magis tristabilis quàm delectabilis. Sicut cùm videt aliquid excellẽs sensibile quod lędit organũ: & isto modo nihil prohibet humanitatẽ Christi esse dãnatis tristabilẽ inquantũ ei' excellẽs claritas esset læsiua dispositionis organi nõ glorificati, vel si lux illa non cõtristat, sed demulcet visum saltẽ inquantũ est visio sui inimici & nocẽtis est ei tristabilis. Sed visio Deitatis est sũma ꝑfectio hoīs, nec habet adiunctũ aliquid quod causet tristitiã propter qd' impossibile est ꝙ talẽ visionẽ nõ sequaẽ delectatio de lege cõi. 10 Tertia cõclusio est de tristitia damnatorũ, quia inter tristitias & delectationes illa quæ est maior expellit aliam vel saltem minuit: delectatio enim quæ consequitur

Sco. Di. 49. q. 4. ad. 1. prin.

Alij sancti quo diuersimodè iudicabunt.

Specificatio Doc. ad verba Durand.

Visio humanitatis Christi non necessariò delectat videntẽ

Nota.

Art. 2.

quitur diuinam visionem : maior est q̃ quæcunq; tristitia damnatorum, propter quod si viderent Deum tristitia non excluderet delectationem. Sed delectatio tanq̃ maior absorberet tristitiam: quia superabũdans delectatio excludit tristitiam non solam oppositam, sed contin
3.Art. Mũdi innouatio quantũ ad singulas partes describitur. gentem,vt patet.10.Ethic. 11 Quantùm ad tertiũ de mundi innouatione dantur isti versus:

Terra superficie vitro similabitur: vnda
Crystallo, cœlis aër lucis æquabitur: ignis
Sideribus,Luna Soli,septempliciter Sol.

Primò dicitur ꝙ terra superficie vitro similabitur. ps. Renouabis faciem terræ, non metaphoricè indiuisibiliter:sed in profundo fortè ad limbum puerorum inclusiuè,quia tenebræ essent pœna corporibus eorũ,licet modò non sit pœna Apoc. 21.Plateæ ciuitatis eius tanquã vitrum perlucidũ.Vnda crystallo soliditate,quia fluxus maris cessabit.Apòc. Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidũ tanquã crystallũ.Cœlis aër æquabitur lucẽs: sed non illuminans,sed perpetuò, quia nox non erit vltrà.Apoc.penult.Et ignis sideribus vt non solùm luceat sic modo, sed etiã illuminet sicut stellæ. Nam columna ignis lucebat per noctem. Alij contrà, quia cœlum empyreum radios non emittit.Luna Soli , & similiter alia sidera augebuntur. Septempliciter Sol, sicut primis sex diebus ante peccatũ, vel ad literã secundũ Magistrum, vel secundũ quosdã.i.perfectè & plus q̃ modò:corpus autem sancti septies,licet simpliciter dicatur,Fulgebũt iusti sicut Sol lucet, quia propter quod vnumquodq; tale
Ad argu. in oppositum. & illud magis. 12 Ad argumentũ in contrariũ,ad primum dicendũ, ꝙ Christus iudicabit in forma humana gloriosa : & cùm dicitur ꝙ oculus non glorificatus non potest vidẽre claritatẽ corporis glorioſi dicendũ, ꝙ oĩs oculus pòt videre omnem claritatẽ eiusdẽ generis cum claritate naturali: nisi sit defectus ex parte cõplexionis organi, quæ propter sui debilitatem resoluitur ab excellenti claritate : ita vt non possit fixè in eam intendere: pòt tñ eam in trãsitu percipere.Et secundũ hoc pòt dici, ꝙ cùm oculus dãnati post resurrectionẽ sit incorruptibilis quãuis sit passibilis,poterit in quodã trãsitu perpendere claritatẽ corporis Christi , licet non possit in eam fixè intendere. Vel potest dici, ꝙ corpus glorioſum propter diuinam virtutẽ sibi ad nutum assistentẽ pòt moderari actionẽ claritatis suæ in visum,ita vt possit perpendi ab oculo tam non glorificato q̃ glorificato.Quòd autem subditur ꝙ damnati de tali visione gauderent, Dicendum ꝙ non, quia sicut gloria amici est delectabilis: ita potestas & gloria eius qui odio habetur est maximè contristatiua: ꝓpter quod sicut visio humanitatis Christi erit beatis in præmium, ita erit damnatis ad supplicium. 13 Ad secundum dicendum, ꝙ procedit de illo qui habet primariam potestatem,quam non habet Christus secundum ꝙ homo,sed ꝙ Deus.

✠ QVAESTIO SECVNDA.

De cessatione motus cœli.

Thom.4.Dist.48.q.2.art.2.

SECVNDO quęritur,vtrum motus cœli cessabit. Et videtur ꝙ non, quia gloria non tollit perfectionẽ naturæ: sed motus videtur dicere aliquã perfectionẽ mobilis,cũ sit actus eius: ergò non tolleẽ quando alia glorificabuntur. 2 Præterea, fine cessante debent cessare ea quæ sunt ad finem. Sed luminaria cœli facta sunt finaliter vt diuidant diem & noctem:vt habeẽ Gene.1. ergò cessante illo fine luminaria cœli desinent esse:sed illa nunquã desinent,ergo nec ille finis propter quem sunt illa: sed ille finis non potest esse nisi per motum.ergò &c. 3 In contrariũ est quod dicitur Isa.60. Non occidet vltrà Sol tuus,& Luna tua non minuetur. Sed si motus cœli duraret,Sol tẽderet ad occasum, & Luna minueretur quo ad nos secundũ maiorẽ & minorem approximationẽ ad Solem:ergò motus cœli cessabit.
4 Item Apoc.10.dicitur, ꝙ angelus iurauit per viuentem in sæcula sæculorum, ꝙ tẽpus non erit amplius: sed si motus cœli non cessaret tempus semper duraret: ergò oportet dicere, ꝙ motus cœli quãdoq; cesset. 5 Respõ deo,hîc sunt tria videnda,primo, ꝙ possibile est motum cœli cessare.Secundo, ꝙ cessabit de facto. Tertiò, ꝙ cessabunt etiam alij motus. 6 Primum probatur triplici 1.Art. Motus cœli pòt desinere esse patet.3. ratione. ter.Primò,ex parte angeli sic omne mouens volũtariè & liberè pòt cùm voluerit cessare à motu vel à mouendo. Sed intelligentia mouens cœlũ mouet voluntariè & liberè:ergò cùm voluerit potest à mouendo cessare.Maior patet,quia libertas arbitrij est ad oppositа.Minor simili ter patet,quantũ ad alteram partẽ.s.ꝙ intelligentia mouet voluntariè, quia mouet vt mouens & desiderans,sicut causa prima mouet vt amatum & desideratũ. Sed ꝙ mouet liberè patet,quia volũtas non necessitatur ad volendum, nisi respectu finis vel eorũ quæ sunt ad finem: sic ꝙ habent necessariã connexionẽ cum fine, quatenus finis non põt haberi sine his vel conseruari. Sed motus cœli nõ est finis intelligẽtiæ mouẽtis, sed solũ causa prima cũ qua motꝰ cœli nõ habet distinctã cõnexionẽ:quì sine eo intelligentia posit hunc finem consequi per cognitionẽ & amorem & in eo permanêre:ergò nullo modo est necesse intelligentiã posse cœlum mouêre. 7 Secunda ratio est ex parte Dei,qa quãuis angelus necessitate naturæ moueret,vt Philosophi voluerunt:tñ Deus est superior qui pòt impedire omnem effectũ etiam causæ secundæ. 8 Vnde sicut pòt natura impedire motũ grauium & leuium,sic pòt Creator impedire motũ cœlorum,quia causa prima plus pòt super omnem causam secundam,q̃ quæcunq; secunda super aliam secundam.
9 Tertia ratio est ex parte facti, qa quod factum est ad horam pòt Deus facere perpetuum, sicut homines mortales faciet immortales.Sed tẽpore Iosue cessauit motus cœli per diem: ergò volente Deo poterit cessare in perpetuum. 10 Sciendũ est autẽ ꝙ Aristo. negans cessationem motus videt fundasse se super duas rationes:quarum prima sumitur ex.12.Meta.& est talis,inconueniẽs est ponere nobilissimã substantiã non sortitã optimum finem. Sed intelligẽtiæ sunt optimæ substantiæ & nobilissimæ:optimus vero finis est cõmunicare esse rebus:ergò substantiæ separatæ esse rebus cõmunicant, sed hoc non possunt nisi per motũ:ergò semper causant motum.
11 Secunda ratio talis est,inter perpetua & semper permanentia non pòt esse difformis habitudo, qa difformitas non est sine mutatione saltẽ ex parte alterius, vbi autem est mutatio non pòt esse perpetuitas saltẽ quantùm ad illa inter quę mutatio attenditur:licet tam angeli q̃ cœlum sunt perpetua secundũ ipsum; ergò inter ea est semper talis habitudo: ergò si semel causat motum in cœlo oportet ꝙ semper causat motum in eo. Sed istæ rationes non cogunt. Prima non,eo ꝙ falsum assumit:sed ꝙ optimus finis substantiæ separatæ sit dare esse in rebus: hoc enim non est verum. Cùm enim sit duplex finis. s. finis cuius gratia & finis quo, finis cuius gratia est intelligentia,non est nisi ipse Deus:finis quo est operatio per quã finis cuius gratia potissimè acquiritur:constat autem ꝙ potius attingitur Deus ab intelligentia per intelligere & velle quæ tendunt in Deum sicut in obiectum,& sunt

nobilissimæ perfectionis ipsius intelligentiæ quã attingatur per actionẽ quæ est dare esse rebus per quã non attingit ipsum Deũ secundũ se:sed secundũ ipsum quandam similitudinẽ siue assimilationẽ extrinsecã. Et si dicatur ꝙ licet velle & intelligere sint optimæ perfectiones intelligẽtiæ ex istis tñ sequit, Secũdũ.s. dare esse rebus. Nam per hoc ꝙ intelligẽtia intelligit & amat Deum:per hoc desiderat ei assimilari in hoc ꝙ est esse causam rerũ & ideò mouet cœlũ mota à Deo in ratione moti & desiderati sicut dicit.12.Meta.Sed istud non valet,quia iste finis secundus nõ necessariò sequitur ad primũ,nec ponit aliquã perfectionẽ in intelligentia cùm transeat in materiã exteriorẽ. Ex nulla enim tali actione accrescit agenti aliqua perfectio, quãuis per eam declaretur perfectio præexistens.Secũda etiã ratio non cogit, qa duorum perpetuorũ approximatorũ adinuicẽ non pòt esse difformis habitudo,qñ vnum agit in aliud ex necessitate naturæ:sed si vnum agat voluntariè pòt qñq; agere & qñq; non absq; sui mutatione,quia volũtate æterna pòt velle aliquid nouũ: & sic in passo pòt esse noua habitudo ex noua actione agentis quę nõ est in ipso:sed in passo non per nouã voluntatẽ, sed antiquã. 12 Quantũ
Art.2. ad secundũ est dicendũ, ꝙ absolutè tenendũ est ꝙ motus cœli post resurrectionẽ cessabit,quãuis illud non possit clarè probari, nec per authoritatẽ scripturæ, nec aliqua necessaria ratione. Authoritates enim inductæ arguendo quæ videntur expresius loqui de ista materia : possunt aliter intelligi quàm de cessatione motus cœli: prima enim authoritas quæ est Isa. fortè intelligitur secundum sensum literalẽ,de prosperitate quã habituri erant filij Israël redeuntes de captiuitate Babylonis: vt per Solem intelligatur maior prosperitas: per Lunam verò minor, vt sit sensus,non occidet &c.i.non amittetis prosperitatẽ maiorẽ & minorẽ, vel si intelligatur de statu post resurrectionẽ:non est sensus ꝙ Sol materialis non tẽdat ad occasum, vel ꝙ Luna non minuat in lumine : sed est sensus,ꝙ Sol & Luna non lucebunt beatis ad aliquã necessitatẽ: quia Christus secundũ Deitatẽ erit eis sp̃ũalis lux:secundũ verò claritatẽ humanitatis illuminabit corporaliter locũ beatorũ perfectius q̃ Sol , quod patet per illud quod ponit ante verba prædicta,Non erit tibi amplius Sol ad lucendũ per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te:sed erit tibi Dominus in lucem sempiternã. Et idem habeẽ Apoc.21.ꝙ ciuitas illa non eget Sole nec Luna,quia claritas Dei illuminabit eam,& lucerna eius est Agnus.Sequẽs verò authoritas quæ est Apoc. 10.intelligenda est ꝙ non erit tẽpus amplius ad implendum prophetias & mysteria nũciata per prophetas: vnde subditur ꝙ in diebus vocis septimi angeli cùm inceperit tuba canere,cõsummabit mysteriũ:sicut euangelizauit per seruos suos prophetas. Ex illo autẽ non sequitur absolutè ꝙ tempus non sit amplius: sed solũ ꝙ tẽpus implendi prophetias erit tunc totaliter transactum. Et nihilominus quamuis prædictæ authoritates possint sic exponi.
Cõis doctrina ecclesiæ tenet ꝙ motus cœli desinet. Communis tñ doctrina ecclesiæ tenet ꝙ motus cœli cessabit,quod quidã declarãt sic:habito fine cessant ea quę solùm ordinant ad acquisitionem finis:sed motus cœli tam primus q̃ secundus qui est Solis & planetarũ in obliquo circulo, est propter continuationẽ & alterationẽ generationis & corruptionis:vt probat in fine. 2.de generatione: ergò completa generatione quod fiet qñ erit completus numerus electorũ cessabit omnis motus cœli. 13 Sed contra hanc rationem instant aliqui dicentes, ꝙ motus cœli non est propter corruptionẽ & generationem istorũ inferiorũ tanquã propter finẽ:qa finis est nobilior his quæ sunt ad finẽ:sed nihil inferiorũ est nobilius cœlo:ergò motus cœli nõ est propter ista inferiora tanquã propter finem. Et dicendum, ꝙ hæc instantia non valet propter duo. Primò,quia dato ꝙ cœlũ secundum suam substantiã esset nobilius omnibus istis inferioribus:& hoc posset dici, ꝙ non esset propter hæc inferiora tanquã propter finem:tñ motus cœli non est perfectior istis inferioribus:imò est quid minùs perfectũ : & ideò pòt esse propter ea tanq̃ propter finẽ:sicut approximatio agentis ad passum quæ est per motũ localẽ est finaliter ꝓpter actionẽ vel ꝓpter ea qua per actionẽ ꝓducunt & ob hoc in argumẽto est variatio medij per cõparationẽ ad cõclusionẽ, quia in minori assumetur ꝙ cœlum non est minus nobile: imò magis q̃ hæc inferiora: & ideò deberet concludi ꝙ cœlum quantũ ad substantiam non est propter hæc inferiora, & non de motu cœli de quo nihil est assumptum in minori : & si fuisset assumptum fuisset falsum: quia motus cœli ignobilior est istis inferioribus. Secũdus defectus est etiã de assumpto .s.ꝙ substantia cœli sit nobilior istis inferioribus: & ob hoc non sit propter ea tanquã propter finem: conclusio enim falsa est,vt patet Deut.4.vbi dicitur sic,Custodite animas vestras: & subditur, nè fortè oculis elevatis ad cœlum videas Solem & Lunam & omnia astra cœli,& errore deceptus adores ea & colas quæ creauit Dominus Deus in ministeriũ cunctis gẽtibus.Medium etiam quod assumit est falsum: qa omne animatũ & cognoscẽs maximè cognitione intellectiua est nobilius omni non cognoscẽte:cœlũ autẽ non ponit animatũ: & per consequẽs nõ est cognoscẽs:homo autẽ est animatus & cognoscẽs cognitione intellectiua: ergò est nobilior cœlo:nec obstat ꝙ cœlũ est incorruptibile,qa diuturnitas vel perpetuitas nõ arguit perfectionẽ maiorẽ in gradu naturę. De diuturnitate patet, ꝙ plus durat quercus vel elephas q̃ homo:& tñ sunt minus nobiliora: de perpetuitate patet idẽ,qa secundũ Phũm materia est ingnẽabilis & incorruptibilis:totũ autẽ cõpositũ est generabile & corruptibile & forma in cõposito præter animã rationalẽ, & tñ tam cõpositũ q̃ forma sunt secundũ gradũ naturę perfectiora q̃ materia,qa patet ꝙ ex hoc ꝙ cœlũ est diuturni⁹ & incorruptibile non pòt argui ꝙ sit perfectius secundũ gradũ naturę quocunq; corruptibili. Et hoc ipsum dicit Phũs.1.Ethic.contra Platonẽ, ꝙ nihil est melius propter hoc ꝙ est diuturnius:quod est verũ de bonitate essentiali. 14 Quantũ ad tertiũ sunt tres conclusiones. Prima Art.2. de motu ad vbi, quia cessabit omnis motus localis naturalis, non solùm circularis corporum cœlestium in vtro que circulo æquinoctiali & zodiaco epicyclis & excentricis:sed etiã motus sphæræ ignis & superioris partis aëris qui sequuntur motum raptus primi mobilis:vnde illi necessariò cessabũt cessante causa immediata quæ est motus primi mobilis:& motus fluxus & refluxus maris, qui est ex influentia Lunæ:non qa tunc Luna non lucet,sed quia non erit terra discooperta ad quam fluat:cessabit etiam motus grauium & leuium, quia omnia integrè erunt in locis suis & aqua orbiculariter super terram : motus vero animalis progressiuus erit in pueris quidem purè naturaliter: in beatis cum dote agilitatis: in damnatis nullo modo , quia semper erunt compediti. 15 Secunda conclusio est de motu ad formam, quia loquendo de forma spirituali sic erit generatio & Generationes & corruptiones erũt in damnatis & saluatis. corruptio, quia in sanctis erunt cogitationes & affectiones naturales sibi inuicem succedentes: licet beatifica essentialiter non cedant nec succedant:in pueris autem & damnatis erunt similiter volubiles cognitiones : sed loquẽdo de formis corporalibus nulla erit generatio & corruptio , quia creatura liberabitur à seruitute corruptionis : nec per consequens generatio contrarij , quia non est sine corruptione : imò nec erit generatio formæ:

Rõ.S.T.q.2 art.2.Pallia tio Sco.q.2. pro Phis.Rñsio Dur. declarans Sco. in singulis deficere.

mæ: sed solùm continuatio sine interpellatione, quia Sol non cessabit illuminare. 16 Tertia conclusio est de termino motus, quia omnia quæ per motum nata sunt generari & corrumpi: quantũ ad formam totalem sicut omnia animalia irrationabilia quę in cœlo,& quę in terra, & quæ in mari nascuntur non erunt: similiter nec plantæ,nec mineralia metalla,nec quæcunq; mixta sed pura.4.elementa quę in sua totalitate non generantur nec corrumpuntur:similiter homines quorũ animæ sunt immortales,fient etiam immortales. 17 Ad argumenta in oppositum,ad primũ dicendũ ꝙ motus localis non ponit aliquã perfectionẽ in mobili: imò fortè quies est maior perfectio q̃ motus: non quidẽ prout quies importat priuationẽ motus sed prout dicit vniformitatem essendi:cùm dicitur, ꝙ motus est actus mobilis:verum est, sed addendũ est illud quod Philosophus addit ꝙ est actus entis in potentia secundũ ꝙ huius: nec est actus absolutus,sed est modus se habendi: & ideò tam ex parte sui, q̃ ex parte mobilis magis sonat in imperfectionem q̃ in perfectionẽ. 18 Ad secundũ dicendũ, ꝙ corpora cœlestia quantũ ad suã substantiam,non sunt facta vt diuidant diẽm ac noctem nisi mediãte motu: & ideò cessante alternatione dierum & noctium cessabit motus sed non propter hoc cessabunt luminaria cœli quo ad substantiã & entitatem suam, quia ex eis sine motu proueniet aliud ministeriũ seu alia vtilitas hominibus inquantùm ex consideratione eorum consurgent in laudem Dei & gloriam.

Ad argu. in oppoſit.

Ad.2.

DISTINCTIO 49 QVAESTIO. 1.

Circa. 49. Dist. quæruntur octo. Primò, vtrum intellectus creatus possit videre Deum. Secundò, vtrũ beati videant omnia in Deo. Tertiò, vtrum beatitudo consistat principaliter in visione. Quartò, vtrum Deus sit obiectum fruitionis. Quintò, vtrum viatori possit communicari visio intuitiua Dei. Sextò, vtrum beatitudo per resurrectionem augeatur. Septimò, vtrum omnes & de necessitate appetant beatitudinem. Octauò, vtrum beatitudo educatur de potentia creaturæ.

De differentia mansionum in cœlo & in inferno.

Thom. 4. Dist. 49. q. 1. art. 1. q. 4.

PRIMO ergò quæritur,vtrum intellectus creatus possit videre Deum clarè & immediatè. Et videtur ꝙ non,quia plus distat essentia diuina ab intellectu creato quocunq;, q̃ distat substantia separata a sensu nostro: sed nulla virtute pòt fieri ꝙ sensus nolter cognoscat substãtias separatas:ergo nulla virtute potest fieri ꝙ intellectus noster videat diuinã essentiam.ergò &c. 3 Contrà,quia omnis potentia potest tendere per actum suum in omne illud in quo inuenitur ratio per se obiecti sui: sed ratio formalis obiecti intellectus est ens secundũ quod ens secundũ Auic.quæ ratio potissimè inuenitur in Deo: ergò videtur ꝙ intellectus creatus propria virtute possit attingere ad intelligendum Deum secundũ se. Respondeo, ad huius quæstionis euidentiã sunt tria videnda. Primò, ꝙ Deus ex puris naturalibus ab intellectu creato videri non pòt. Secundò,ꝙ non pòt clarè videri per speciem. Tertiò, ꝙ non pòt videri sine lumine habituali de potentia ordinata,quãuis possit de potentia absoluta. 4 Quantùm ad primum,vtrum Deus possit videri ex puris naturalibus sunt quatuor conclusiones,& tres instantiæ. 5 Prima conclusio est, ꝙ illud quod est proprium superioris naturæ tanq̃ per se & primo ei conuenies,se habet tripliciter ad inferiorẽ naturam: vno modo sic, ꝙ secundum esse debilissimũ ei conueniat per naturã: alio modo vt secundum esse magis perfectũ ei conueniat per motum illius: tertio modo secundũ esse perfectissimũ:& sic non est ei cõmunicabile nisi cõicaret natura,sicut aër quidẽ ex natura sua est tepidè calid°,sed ab igne fit feruidè calidus:non autẽ calidissimus nisi fieret ignis:& sic intellectus creatus per naturã cognitiuus est Dei quantùm ad quia est:sed per lumen gloriæ nudæ videndo:nullo autem modo compræhendendo,nisi deificaretur, quod est impossibile. 6 Secunda conclusio est,ꝙ est duplex obiectum cognitiuæ potentiæ: vnum quidẽ commune inquantũ est potentia: aliud autẽ proprium inquantũ est talis potentia: sicut obiectum visus inquantũ est potentia sensitiua est sensibile cõmune:inquantùm verò talis potentia sensitiua obiectum eius est tale sensibile: puta lux vel color,& similiter obiectum intellectus vt intellectus est ens: vt autẽ coniunctus ens materiale, sicut ergò sensus particularis mediãte sensibili proprio non aliter cognoscit sensibile cõmune: quãuis non sit discursiuum: sic & multo magis intellectus discursiuus mediante obiecto proprio: primo pòt cognoscere aliqualiter suum cõmune: sicut intellectus possibilis per quidditatẽ materialẽ quæ est obiectũ suum propriũ, vt est coniunctus. tertio de anima cognoscit:quia est substantię separatæ & Dei & quia gratia perficit naturam: ideo lumen gratuitũ facit cognoscere nudè & clarè Deũ: non tũ cõprahensiuè, quia plus se habet ad esse q̃ intellectus noster ad verum. 7 Tertia conclusio est,ꝙ cùm potentię distinguantur per obiecta propria,intellectus creatus & increatus qui differũt plus genere, non habent idem obiectum proprium, nec similiter intellectus humanus & angelicus qui differunt specie sicut homo & angelus,qa sunt propriæ passiones eorum: vnde licet ens vt ens sit obiectũ proprium intellectus vt intellectus est:tũ intellectus vt talis intellectus erit proprium obiectum,ens vt tale ens.s.proportionatũ:sicut obiectũ intellectus illimitati est ens sine determinatione: sed obiectũ intellectus angelici est ens creatũ,& intellectus coniuncti ens materiale:vnde qũ intellectus coniunctus cognoscit substantiam separatã cognoscit vno modo suum obiectum: altero modo non,quia.s.suum obiectũ cõmune,sed non propriũ:vnde non cognoscit perfectè de se. 8 Quarta conclusio est,ꝙ differẽtia est inter habitus naturales qui nõ dant facultatẽ quantũ ad substantiã,nec quantũ ad obiectum nec quantũ ad actum:& habitus supernaturales viæ & patriæ qui dant facultatẽ vel respectu finis vt in via: nam dilectio meritoria non habet aliud obiectum, nec actum q̃ naturalis,sed habet aliũ finem de cõdigno q̃ naturalis,vel respectu actus vt in patria & si non respectu obiecti, quia est idem obiectũ hìc & ibi: sed quo ad actum in quo est essentia beatitudinis. Cùm enim præmium incõparabiliter excedat meritũ, quia oculus non vidit &c. ea autẽ quæ sunt eiusdẽ speciei sint cõparabilia propriè & quãtitatiuè: oportet ꝙ intelligere meritorium differat specie etiã quo ad substantiã actus ab intelligere beatifico:quãuis facilius posset dici,ꝙ habitus supernaturales habent vim potẽtiæ: quia ex hoc est aliquid supernaturale, qa excedit facultatẽ naturæ & non solùm facilitatẽ. 9 Sed contra dicta sunt tres instantiæ. Prima contra illud quod dictum est de triplici obiecto, quia visus aquilæ, hominis, & noctuæ non habens diuersa

Art.1.

Dilectio meritoria non habet aliud obiectum q̃ dilectio naturalis.

Instan.1.

diuersa obiecta propria formaliter, sed vnũ quod est lucidum: licet in cognoscendo illud obiectum se habeant diuersimodè propter imperfectionẽ quæ est ex parte cognoscentiũ. Phũs enim. 2.de anima dicit colorẽ actu esse obiectum visus absolutè, non huius visus vel illius: ergò à simili de intellectu humano angelico & diuino.

10 Solutio,dicendũ ꝙ non est simile, quia visus istarũ trium non differunt specie cùm habeant organa similis speciei vt apparet ad sensum: proprius autẽ actus fit in propria materia: vnde diuersæ potẽtiæ habent diuersa organa. Sed cõtra istam apparentiã est: qa in mortuo & viuo apparent esse eadem organa: quæ tamen differunt specie,propter quod melius probatur ꝙ potentię istæ vi siuæ sint eiusdem rationis,quia frustra est potentia quæ non reducitur ad actum:si ergò lux Solis esset obiectum visus noctuæ: ille visus in tota specie noctuæ frustraretur suo fine:si visus noctuæ differret specie: cùm tamen natura saltem in pluribus consequatur finẽ suum:nunc autẽ per hoc ꝙ aliquis visus videt Solem qui est eiusdẽ speciei in omnibus, species sensus visus non est frustra in natura,sed intellectus prædicti differunt specie & genere & plus q̃ genere,vnde non est simile. 11 Secũda instantia est cõtra id quod dictũ est dilectionẽ Dei meritoriã & naturalẽ esse eiusdẽ speciei quo ad substantiã actus, quia habitus distinguunt per actus: si ergò actus non differũt specie nec per cõsequẽs habit°: cũ ergò charitas differat specie ab amicitia acquisita qua Deus diligitur super oia, ergò etiã actus differũt. 12 Præterea, cùm bonũ non sit obiectũ appetitus nisi vt cognitũ videtur ꝙ bonũ diuinũ, vt est obiectum charitatis,vt fide aprehensum,differat formaliter à seipso vt est naturaliter cognitũ,secundũ quẽ modũ est obiectum dilectionis naturalis,& sic etiã ex parte obiectorũ differũt. 13 Solutio,ad secundum dicendũ,ꝙ actus bonus & malus in genere moris,possunt esse eiusdẽ spẽi in genere naturæ:sicut occidere latronẽ & innocentẽ,& econuerso differũt in specie naturæ qui nõ differũt in specie moris,vt mutilare & occidere iustè,cùm vtrunq; sit iustitiæ vindicatiuæ. Vnde dicendũ,ꝙ habitus non dat spẽm actui quantùm ad substantiã,sed solũ quo ad efficaciã,qa nec habitus est nisi per modũ actus, sicut accidẽs ꝙ solũ modificat substantiã,& non specificat eam: vnde & circũstantię morales dicunt esse extra substantiã actus. Vnde ad formam dicendũ, ꝙ habitus distinguunt per actus vel quo ad substantiam,& sic distinguunt habitus viæ & patriæ, vel quo ad modũ seu efficaciã & sic distinguunt habitus viæ supernaturales à naturalibus. 14 Ad tertium dicẽdum, ꝙ diuersa ratio formalis obiecti ipsi intrinseca: illa diuersificat habitus:non autẽ ratio quæ est extrinseca obiecto, licet necessariò cõcurrat ex parte potẽtiæ, & talis est cognitio boni quæ nõ est in ipso bono cognito & amato:sed in cognoscẽte & amãte, de hoc tũ alibi plenius dictũ est. 15 Quantũ ad secundũ de specie sunt tres cõclusiones. 16 Prima de natura speciei, qa non est eiusdẽ rationis cũ obiecto cuius est species, sicut probatum est. 2. lib. Dist. 3.& patet per Phũm. Primò de anima: vbi exponẽs cõem animi conceptionẽ simile simili cognosci:dicit intelligi nõ de similitudine formali, quę est per identitatẽ in natura specifica: vt sic oporteat animam esse ex terra vt cognoscat terrã &c. sed virtuali quę est per repræsentationẽ:sicut dicit ꝙ lapis nõ est in anima,sed spẽs lapidis:hanc autẽ spẽm quę dicit fieri cognitionẽ siue sit actus ipse siue principiũ eius in eodẽ subiecto existẽs, non possum° dicere esse eiusdẽ spẽi cũ obiecto, put ipsa est in intellectu, qa nihil subiectiuè existẽs in intellectu,siue sit spẽs,siue actus,siue habitus,pòt esse eiusdẽ spẽi vel naturæ cũ re exteriori q̃ per eam intelligitur, siue sit substantia siue accidens. Similiter speciẽs quæ est in sensu interiori non pòt dici eadẽ specie cũ re cui° ẽ spẽs:puta ꝙ spẽs caloris & odoris & saporis & soni prout seruantur in memoria sint eiusdẽ rationis cũ illis quia huius qualitates impressæ alieno subiecto & extraneo non remanent in absentia imprimentis, & calor in aqua,& tanto minus quanto habent esse debilius. Si ergo spẽs caloris esset calor imperfectus, tunc non posset retineri in memoria:& iterum quando pes calefit statim æstimatiua iudicat malũ & refugit: non tñ propter hoc cerebrum calefit vbi est istud iudicium,& species caloris & pari ratione spẽs quæ est in sensu exteriori non est idẽ cum qualitate sensibili. 17 Sed contra hoc arguunt aliqui tripliciter, probantes ꝙ species cognoscibilis est eiusdẽ rationis specificæ cum natura quam repræsentat. Primò sic, sicut se habet lux in corpore luminoso ad lumen causatum in medio:sic se videt habẽre calor in corpore terminato ad spẽm causatam in medio,qa sicut subiectum proprium lucis secundũ suum esse perfectum est corpus densum:vnde & stella lucens dicitur esse densior pars suæ sphæræ,secundo cœli & mundi:sic propriũ subiectum coloris qui continet in se aliquid de natura lucis secundũ perfectum suum esse est perspicuũ terminatum per opacũ:subiectum autẽ vtriusq; secundũ esse imperfectũ est perspicuũ non densum nec terminatũ: propter quod sicut se habet lux ad lumen,sic color ad spẽm: sed lux in corpore densο & lumen in medio sunt eiusdẽ rationis specificę licet differãt in modo essendi secundũ rationẽ perfecti & imperfecti propter diuersitatẽ subiecti recipientis:ergò similiter calor in corpore terminato & spẽs eius in medio sunt eiusdẽ rationis specificæ,licet differant secundũ perfectũ & imperfectũ propter diuersitatẽ subiectorũ recipientiũ. 18 Secũdo sic. Actio oim sensibiliũ in medio & organo est vniuoca:calor enim distans ad hoc vt sentiat oportet vt calefaciat mediũ vsq; ad organũ, & ipsummet organũ vt experimur: & idẽ est de sapore & quolibet alio sensibili:ergò à simili videtur ꝙ actio caloris in mediũ & organũ sit vniuoca:quod nõ esset nisi calor & sua species essent vnius rationis specificæ. 19 Tertiò sic, Alio modo repræsentat res per medium cognitũ & alio modo per mediũ ꝙ est ratio cognoscendi:qa mediũ cognitũ pòt ducere in cognitionẽ alterius ratione cuiuscũq; habitudinis, siue vt simile, siue vt contrariũ: siue vt causa, siue vt effectus, siue qualitercunque aliter: sed mediũ quod est solũ ratio cognoscẽdi nõ ducit in cognitionẽ alterius vt videt, nisi ratione similitudinis: vnde & similitudo dicit per quandã expressionẽ: similitudo autẽ nõ est differẽtiũ secundũ spẽm: ergò spẽs q̃ est mediũ quo res cognoscit & q̃ dicit similitudo rei nõ differt secundũ spẽm a re quã immediate repræsentat. 20 Sed sustinẽdo primã conclusionẽ pòt responderi ad ista tria. Ad primum dicendũ, ꝙ non sequit ꝙ si lux q̃ est prima qualitas actiua se multiplicat secundum idem specie, ꝙ propter hoc qualitas vltima vel secunda hoc posit. Et præterea si ita esset lux in diaphano & dẽso eiusdẽ rationis & nõ aliter, sicut spẽs in medio & obiecto & ecõuerso:tunc sicut lux non obstante esse imperfecto est visibilis vel visu perceptibilis:percipit enim nõ solùm intellectu, sed & sensu & visu aer esse lucidus & non solùm ipse Sol, quia omnis lux cùm sit eiusdẽ rationis est visibilis à visu cuius obiecti rationẽ participat; si ergò similiter species coloris esset color imperfectus, ipsa etiã esset visibilis non solũ in speculo vbi habet esse terminatũ:imò etiã in medio vbi tñ nullo sensu pòt percipi spẽs visibilis,sed solo intellectu. 21 Ad secundũ cũ dicitur, ꝙ in omni sensu est actio vniuoca i medio & organo,dicendum ꝙ non est verum. Est enim qualitas sensibilis

Spẽs caloris nõ est calor imperfectus Dur.q. 2.ar 2. cõtra hoc arguitur tripliciter.

Solu. verior

Instantia.2.

Instantia.3.

Ad.2.

Ratio.2.

Ratio.3.

Responsio Doct.

Ad.1.

Ad.2.

sibilis quæ indifferenter est eleméti & mixti: vt calor & frigus,quæ sicut elementũ se multiplicat substantialiter & vniuocè,sic ista accidentaliter & vniuocè:& ita est de sono qui ita natus est esse in aëre simplici,sicut in mixto propter quod se multiplicat etiã vniuocè: secùs autẽ est de qualitate visibili & odorabili & gustabili:qa color & odor & sapor propriè sunt qualitates secũdi mixti, quæ etiã in corpore simplici non sunt natæ esse subiectiuæ, nec secundũ esse perfectũ nec imperfectũ: propter quod sicut forma mixti inquantũ huius non generat sibi simile:non enim lapis generat lapidem,nec metallum metallum,sicut ignis ignem,& animatum animatum:similiter qualitates secũdæ mixti quæ resultant ex mixtione qualitatum primarũ, sicut forma mixti ex cõmixtione quatuor elementorum,non generat vniuocè,vt calor faciat colorem qui non est nisi in mixto vel à mixto puta nube:& similiter de sapore, non enim lingua fit sapida illo sapore quem saporat,quin potius ipsa existens amara iudicat saporem dulcem amarum:non possunt autẽ esse simul subiectiuè in lingua dulcedo & amaritudo: licet super corpus amarum possit poni aliud dulce cuius dulcedo spũaliter non naturaliter immutabit organũ coniunctum. Quòd autẽ odor diffundat realiter est,non qa qualitas odoris sit realiter in aere: sed corpora minuta fumali euaporatione resoluta à toto corpore odorabili sparguntur per aerem:vbi autẽ illa deficiunt non põt esse vltrà odor,sed tantũ species odoris. 22 Ad tertium cùm dicit, ꝙ repræsentat ex hoc ꝙ est similitudo & non econuerso,concedo,sed ipse actus est expressior similitudo obiecti q̃ species si differat: nec tñ inter obiectum & actum est similitudo formalis,sed tantùm virtualis:& sicut color in virtute lucis faciat speciem nobiliorẽ se, sic certæ qualitates sensibiles siue multiplicent se realiter vt calor,frigus,& sonus, siue non faciunt in medio & organo spẽm in virtute cœli non quæ est lux:cùm immutent in tenebris,sed aliqua alia nobis occulta. Aliquitamen dicunt sensibilẽ spẽm non esse nobiliorẽ q̃ cuius est species. 23 Secunda cõclusio est de officio speciei in via,de qua est ꝓbabile ꝙ ipsa est necessaria ad repræsentandum obiectũ, & ad eliciendũ actum & determinandum,non autem suscipiendũ. Primum patet.ſ.ꝙ species per se requirat vt sit obiectũ præsens in ratione obiecti, quia præsentia in cognitione sensitiua saltẽ directa non põt esse per immediatã propinquitatẽ essentiæ quantũ ad sensum exteriorẽ: quia sensibile positũ super sensum nõ facit sensum,nec in sensu interiori qui cognoscit absentiam;sed põt esse in cognitione intellectiua qua Deus põt esse præsens omni intellectui in ratione obiecti, dum tñ sit eleuatus & essentia sua ipsi angelo: non autẽ essentia animæ coniunctæ suo intellectui: cùm eius obiectum sit res materialis: vnde in omni cognitione alia requiritur præsentia per inhærentiam representationis: quia ex quo non põt esse per essentiã obiecti requiritur ꝙ ꝑ aliud repræsentet:ita ꝙ sicut in actiõe realiter trãseunte oportet ponere realiter idẽ qd' trãsit actio realiter: sic & in trãseunte realiter secundũ rationẽ: oportet obiectum esse præsens secundũ intẽtionẽ:& quia ante actionem requirit præsentia obiecti terminantis actionẽ per se:ideò per se requiritspecies ad repræsentandum:nullã enim potentia põt agere nisi in suum obiectum:& oportet præexistere obiectũ in quod agat aut præsens aut repræsentatũ.ideò &c. Secundũ.ſ.ꝙ species requiratur vt actiua non principaliter, sed instrumentaliter & determinatiua:patet,qa sicut potẽtia animæ vegetatiuæ indiget instrumẽto,puta calore ad omnia opera sua:sicut potentia cognitiua specie vt instrumẽto:& plus,quia cum agente vniuersali indeterminato oportet concurrere particulare determinatũ: vnde cùm intellectus agens sit potens omnia facere oportet concurrere aliquid determinatum: hoc autẽ est obiectum determinatũ, sed quia phantasma nõ est eius obiectũ cùm sit particulare:oportet concurrere spẽm intelligibilẽ quæ est vniuersale repræsentatiuè,& sic fit intellectio: in potentia autẽ organica efficientia speciei est totaliter ab obiecto & receptio ab organo,quia spẽs coloris non excedit colorẽ,sed est infra spẽm,vel si excedit causat ab obiecto in virtute cœli, sed efficiẽtia cognitionis est à potẽtia sicut ab vniuersali agẽte, & à specie instrumẽtaliter determinatiuè receptio ab organo vt organũ est talis potẽtiæ. Vndesciendum ꝙ spẽs visibilis per se requirit ad visionẽ,non absoluere, sed in cõparatiõe ad obiectũ naturaliter cognoscendũ. Sicut enim organizatio corporis est per se requisita ad esse:sic dispositio organi est per se requisita ꝓpter operari,sed hoc est dupliciter. Vno modo absolutè,alio modo vt est operatiua mota prius ab obiecto, sine eo ꝙ primo modo requirit non est operatio sine eo quod secundo modo requiritest operatio:sed non à tali obiecto sicut aer à Sole quidẽ non põt rarefieri sine illuminatione,qa omnis virtutis naturæ corpore quę est determinata ad vnũ per se, & primò est aliqua prima operatio per se requisita ex parte eius ad producendũ secundum vel tertium effectũ in passo,quod tũ ab alio agente põt reci pere illum effectũ sine primo:vnde aeri accidit ꝙ illumi netur ad hoc ꝙ rarefiat,quia de nocte ab igne in sphæra calefaciẽdo rarefit,qa ignis agit primò per calefacere,& accidit sibi illuminare quantũ ad hoc, sed respectu Solis per se requirit ꝙ aer illumineꝰ ad hoc ꝙ rarefiat à Sole: & similiter in ꝓposito, quia illa videtur esse per se & propria ratio & immediata, & prima actio alicuius quæ competit sibi respectu obiecti cõis: alia verò quæ respectu huius vel illius est,non est prima: sed ad eam cõcurrit prima per se: sicut illuminare quod habet Sol respectu cõis obiecti est eius prima actio,nõ generare aut corrumpere &c. Vnde cùm color secundũ ꝙ hmõi sit motibus diaphani secundũ actũ:diaphaneitas per se requiritur in oculo,vt sit in se factibilis à colore qui non est natus in se facere,nisi mediãte specie nec aliquid aliud facere:vnde spẽs visibilis accidit visioni absolutè,quia põt esse sine specie à Deo: sed per se requirit ad visionẽ à colore producendam,cùm color nihil sit natus producere, nec principaliter nec aliter nihi mediãte specie tantũ. 24 Tertiũ.ſ.ꝙ spẽs requirat vt determinatiua,& si non vt actiua, patet, quia cũ potẽtia cognitiua sit nata causare & recipere cognitionẽ non hanc vel illam, sed generaliter oẽm sui generis ad hoc ꝙ determinet ad hãc vel ad illam indiget determinãte nec illud est nisi spẽs. Posset dici, ꝙ spẽs & si non eliceret agendo nec recipiendo tñ determinaret sicut dispositiones quæ præcedũt in fieri formã in materia respectu Solis indeterminati,determinant eam ad talẽ formam, quam tñ nec efficiunt nec recipiunt. Et similiter per hoc ꝙ spẽs repræsentat determinatè tale obiectũ, sequit illius cognitio in intellectu posibili ab intellectu agẽte, licet vtrunq; sit aliàs indeterminatũ, & licet species non recipiat nec efficiat. 25 Quartũ,ꝙ non requirat vt recipiat subiectiuè actũ cognoscẽdi, sicut requirit quãtitas ad recipiendũ figurã vel colorẽ:patet,quia tunc nulla virtute posset recipi visio sine specie visibili, nec intelligere sine specie intelligibili: sicut nec color aut figura nisi mediãte quãtitate quę est propria eius dispositio passiua, quod est falsum, quia potentia cognitiua per se & immediate est perfectibilis actu cognoscendi. 26 Contra dicta arguit dupliciter. Primò,quia si spẽs requirit vt repræsentet obiectũ: ergò nec Deus põt facere ꝙ ipse vel aliud videatur sine

Spẽs in via cognitiã est necessaria ad repræsentandum obiectum.

Eadẽ requiritur ad eliciendũ actũ

Eadẽ requiritur, vt determinatiua & actiua.

Instan.1.

specie: qa cùm potẽtia non posit in obiectũ nisi repræsentatum,sicut Deus non põt facere ꝙ volũtas amet bonum nisi cognitum, qa bonum cognitũ est suũ obiectũ & bonum secundũ ꝙ repræsentat per cognitionẽ est obiectũ appetitus cognitiui, sicut cognoscibile repræsentatum per spẽm est obiectum potẽtiæ cognitiuæ:ergò nec Deus põt facere ꝙ potẽtia cognitiua cognoscat nisi per speciem,qa hoc esset potentiã ferri in non obiectũ. Si dicatur ꝙ nõ est simile,qa non bonũ absolutè, sed bonum cognitũ est obiectũ voluntatis: ideò non põt in bonum nisi cognitũ,sed ens est obiectũ intellectꝰ: sicut color visus secundũ se & nõ huius vt per spẽm repræsentat:quia ipsa repręsentatio õn est cõdictio obiecti,sed tũ per se requirit ad hoc vt obiectum cognoscat,sicut per se requiritur præsentatio cõbustibilis comburenti ad combustionem:quamuis præsentia non sit potentia passiua correspondens actiuæ,non valet: quia nec similiter cognitio est per se ratio appetibilitatis: qa prius appetitur res in se quę cognoscit q̃ cognitio rei,& adhuc stat arg. ꝙ sicut nec Deus põt facẽre ꝙ ignis agat nisi in combustibile sibi præsentatũ: sic nec poterit facere ꝙ potentia cognitiua cognoscat nisi per spẽm sibi repræsentatum. 27 Secundò sic arguit,si propter solũ transitũ actionis præexigitur obiectũ:ergò vbi non est trãsitus nisi rationis:sufficit præsentia rationis:sed præsentia rationis,sicut oĩe ens ratiõis est per solũ actum rationis:ergò ad hoc ꝙ aliquid cognoscat sufficit ipsum esse præsens secundũ actũ cognitionis,sicut cognitum cognoscẽti. Si dicat oportet ꝙ prius sit præsens,ante autẽ oẽm cognitionẽ non põt esse se præsens per cognitionẽ. Contrà de cõsensu interiori, cui præsens est obiectũ per cognitionẽ sensus exterioris, & intellectui per cognitionẽ phantasiæ,& sic non oportebit ponere spẽm in sensu interiori nec i intellectu possibili. 28 Præterea ad hoc ꝙ angelus moueat corpus non præexistit aliqua alia presentia,sed sufficit ꝙ sit præsens sicut motor mobili,& plus, quia ad hoc ꝙ Deus creet non põt dici ꝙ sit præsens rei quæ non est, & sic ad actionẽ realẽ transeuntẽ non oportet esset præsentiã realem,nisi quæ est per ipsam actionẽ. ſ.causæ ad effectum: ergò nec similiter ad præsentiã obiecti in quod actio trãsit secundũ rationẽ,sed sufficit præsentia cogniti ad cognoscẽs. Et ꝙ hoc sufficiat apparet, qa posita perfectiore præsentia frustra ponitur imperfectior: perfectior autẽ repræsentatio est per cognitionẽ q̃ per speciẽ,sicut & ex presior similitudo.ergò &c. 29 Solutio, dicendũ est ad primũ, ꝙ Deus non potest mouẽre potentiã nisi in suum obiectum:sed benè põt mouẽre potentiam in obiectum non præsentatũ: sed tantũ actus terminatiuum, & posset facere diligi non cognitũ à diligente, & cognosci non præsentatũ. 30 Ad secundũ dicendum, ꝙ ad omnem actionem præexigitur præsentia obiecti in quam trãsit sed'm ꝓportionẽ effectꝰ ad virtutẽ actiuã:vnde qñ effectus producit per solũ intellectũ & voluntatem sufficit obiectum esse præsens in ratione cogniti & volitiꝰ:ita ꝙ intelligere & velle est facere: sed prius secundũ rationem & naturam est intelligi q̃ fieri, quia per intelligere fit,& isto modo sufficit:& oportet omne suscipiens actionem Dei & angeli esse præsens Deo & angelo:qñ autem agere est per qualitatẽ corporalẽ: oportet obiectum esse præsens corporaliter & situaliter siue localiter: qñ autẽ actio est per virtutẽ non naturæ sed animę,oportet etiã secundũ conditionẽ naturæ præsentiã esse obiecti:vnde cum anima sit locus specierũ & cognoscat simile simili: cùm etiã secundũ oẽs potẽtias animæ primũ cuiuslibet obiectũ sit distãs nõ coniunctũ,oportet tũ obiectũ esse ꝙ aliquid immediatũ potẽtiæ,qa nõ est per essentiã: vnde qa potẽtiæ sensitiuę interiores sunt rerũ absentiũ:& etiã quãdoq; cessantibus actibus exteriorũ sensuum habent actus suos:oportet in eis præexistere obiecta per repræsentationẽ speciei sensibilis:similiter in sensibus exterioribus in quibus sensibile positũ supra sensum non facit sensum: oportet similiter obiectum eis repræsentari per spẽm sensibilẽ:obiectũ verò intellectꝰ est vniuersale:vnde præter spẽm & actionẽ phantasticã requirit spẽs intelligibilis quæ repsentet vniuersale,& hoc secundũ cursum naturæ,sed sicut Deus põt facere actionẽ realꝰ trãseuntem in obiectũ quod nõn est pñs,nisi per ipsammet actionẽ quam terminat,sicut creatio:natura autẽ supponit subiectum in quod agit:sic Deus põt facere cognitionem & amorem animæ respectu alicuius obiecti: quod nõ est pñs amãti & cognoscẽti, nisi per hoc quod cognoscatur vel amat:natura autẽ hoc non põt, sed in cognoscendo præsupponit spẽm repræsentantẽ, in amando cognitionẽ repræsentantẽ. 31 Tertia cõclusio est de spẽcie in patria,qa non est spẽs in visione beata,qa si ibi esset aut propter agere,aut propter recipere,aut propter repræsentare,aut ꝓpter determinare, sed propter nihil horum ibi requirit. ergò frustra ponitur. Maior patet per conclusionem præcedentẽ,qa spẽs non põt seruire ad cognitionẽ, nisi vno illorũ modorũ. Minor patet,quantũ ad singulas partes per ordinẽ. Primò,ꝙ spẽs non est prima quo ad visionẽ beatificã propter elicere actum actiuẽ,tum qa Deus põt immediatè efficere quicquid facit mediante alio, tunc quia creatura aut non põt contrea re, aut saltẽ non est sibi cõmunicatũ creare etiam instrumentaliter, qũo oportet ꝙ producat beatitudo, quæ est quid supernaturalissimũ,tum etiam qa illo posito Deus non immediatè per seipsum beatificaret. Secũdò,non requiritad disponendũ passiuè,quia Deus põt imprimere perfectionẽ sine omni dispositione quæ nõ est vniuersaliter & per se receptiua ipsius:quod dico:qa non põt alicui imprimere figurã sine quantitate,sed sine mollitie & omni hmõi: spẽs autẽ cognoscibilis non sic per se est susceptiua cognitiõis sicut est ipsa potẽtia cognitiua, tum quia non posset esse in aliquo cognitio vbi non esset species:sicut vbi non est potẽcia cognitiua : cùm tñ in Deo sit cognitio sine specie:non tñ sine intellectu & in angelo respectu sui,tum quia in sensu apparet q̃,alia ratione recipit cognitionẽ: puta quia potens cognoscere per potentiã alia ratione spẽm: puta secundũ dispositionẽ organi cõmunem cum medio:non est ergò spẽs visibilis receptiua in oculo visionis,eo modo quo quãtitas in substantia recipit colorem vel figuram,quia tunc species in medio posset recipere visionẽ sicut in oculo, sicut quantitas vbicunq; indifferenter recipit figuram & colorem sit. Tertiò,non requiritur ad repræsentandũ, tum quia beatitudo patriæ quæ est de præsentia Dei non põt esse per illud repræsentatiuũ,quod æqualiter est præsentis & absentis,existentis & non existẽtis:hmõi autẽ est species: ergò &c.tum quia contractio ad esse limitatũ plus distat ab esse illimitato, q̃ contractio ad esse coniunctum materiæ à separatis à materia, & contractio ad hîc & nunc ad esse vniuersale:sed propter hoc spẽs sensibilis non repræsentat vniuersale, nec intelligibilis accepta à phantasmatibus deitatẽ põt repræsentare intellectui coniuncto quidditatẽ substãtiæ separatæ:ergò multo minus species creata põt repræsentare quidditatẽ increatam. Si dicatur ꝙ simili modo actu creato non potest Deus videri nec repræsentari, quia ille indifferenter est præsentis & absentis & limitatus,nõ est simile. quia actus non est repræsentare,sed ferri in repræsentatũ, & tunc est imperfectus:vel in præsens actu,& tunc est perfectus:vnde nõ facit repræsentationẽ sicut spẽs : sed supponit eam:cùm præsentia obiecti ꝓcedat actũ potẽtiæ cognitiuę:etiã in

Instantia.2.

Ad.1.

Ad.2.

Visio beata non fit per speciem.

Deo

Deo in quo tamen non præcedit obiectũ actum potentiæ operatiuæ. Quartò, non requiritur ad determinandum, quia licet Deus sit agẽs vniuersale: tamen seipsum determinat: vnde illius obiecti determinatè cognitionẽ imprimit, cuius vult vel sui vel alterius: propter quod non indiget in suo passiuo determinante alio: sicut indiget cœlum vel intellectus agens: visio autẽ beata est à solo Deo effectiuè, saltem principaliter: vnde nec propter hoc speciem requirit. 32 Quantũ ad tertiũ de lumine sunt duæ conclusiones. 33 Prima, ꝙ ad videndum Deum clarè & beatificè requiritur lumen in intellectu habituale de potẽtia Dei ordinata, & ꝙ ita est de facto, & hæc communis opinio quæ probatur tripliciter. Primò, ꝙ sit congruũ, ꝙ omne quod videt in lumine videt: & hoc est naturale intellectui vt in lumine intellectus agentis qui est habitus vt lumen videat quicquid videt: vnde quia gratia non destituit, sed perficit naturã: ideò mediante habitu luminis congruũ est intellectũ beatificari. Secunda ratio est quasi eadẽ sic gratia perficit naturam secundũ modum eius, qa ergò voluntas & intellectus nata sunt perfici actu perfectissimo mediante habitu quo fit eis cõnaturalis actus: inde est ꝙ isto modo in beatitudine supernaturali perficitur quasi naturaliter perficeretur: quod esset per habitum supremũ, puta sapientiæ. Tertiò, ex hoc ꝙ charitas nunquã excidit mirum est valde, ꝙ in intellectu sit actus ꝑfect⁹ sine habitu si in voluntate esse non põt, qa voluntas est magis determinata q̃ intellectus: propter quod omnes ponunt in intellectu habitus, sed in voluntate aliqui non ponunt: quia determinato intellectu determinatur voluntas necessariò: si ergò in patria non potest esse fruitio in volũtate sine habitu charitatis: saltem de potentia ordinata, multo magis nec visio ĩ intellectu sine lumine gloriæ. 34 Secunda conclusio est, ꝙ de potẽtia Dei absoluta posset esse sine habitu, quod patet dupliciter. Primò, qa quædã est dispositio susceptiua mediãte qua aliquid suscipitur primo in illo, & mediãte illo in alio, & sine ista non põt esse receptio, sicut substantia non põt collocari nec figurari sine quãtitate. Alia est dispositio ad benè recipiendum, & sine hac põt illud recipi: si tũ ab agente ponsit illud imprimi, sicut mollities disponit ceram ad figurã sine qua Deus potest figurare cerã: & similiter forma substantialis requirit dispositiones in materia: non quibus mediãtibus necessariò subiectiuè recipiatur: cùm in nuda materia recipiat, sed quibus melius imprimatur, quia agens naturale non est natum ipsam immediatè attingere, licet ipsa sit nata immediatè recipere. Signum autẽ huius differẽtiæ est, quia qñ dispositio susceptiua separatur, secum trahit formã ad quam disponit: sicut quãtitas in sacro altaris secum trahit figurã & colorẽ: non sic autẽ trahit secum formã substantialẽ cuius non erat susceptiua: sed susceptientis dispositiua; & similiter si separaretur mollities non traheret secũ figurã ceræ, sed remaneret in cera indurata: sic autẽ videtur esse in proposito, qa actus recipitur immediatè in intellectu non mediante specie, nec habitu in ratione subiecti: vnde separata spẽs vel habitus non põt esse subiectũ intellectiõis, qa nihil est subiectum intellectionis, nisi potẽtia intellectiua vel virtute eius: videtur ergò ꝙ Deus posit intellectum figurare omni intellectione sine specie vel habitu, sicut ceram sine mollitie: similiter lucem in quãtitate sine diaphanitate & spẽm coloris in diaphano sine luce. 35 Præterea oportet duorũ accidentiũ præcedentiũ respectu tertij alterum esse subiectum immediatũ, alterũ remotum vel primũ immediatũ: omne autẽ receptibile est potentia ad suum receptiuũ: vnde si actus reciperet in potentia mediante habitu vel specie, oporteret ꝙ illa diceret potentia intellectiua magis q̃ ipse intellectus, quia potentia propinqua verius dicitur potẽtia q̃ remota. 9. Metaph. 36 Præterea, omnis potẽtia passiua põt de se reduci in actum respectu omnis sui obiecti si habeat sufficientẽ potentiã actiuã: potẽtia enim passiua dicitur immediatè solũ ad duo. s. ad actum quem recipit, & ad potentiã actiuã à qua recipit: est enim principiũ transmutandi ab alio: sed intellectus cuius obiectum est ens, est potentia ad obiectum, quod est ens diuinũ, quia cùm habitudo potẽtiæ ad obiectũ sit essentialis & prima respectu potentię, impossibile est ꝙ per aliquid superueniens fiat obiectũ quod prius nõ erat obiectũ: sed posito habitu gloriæ Deus est obiectũ intellectu secundũ omnes: ergò ante habitum erat obiectũ. Si ergò potentia Dei non est insufficiẽs in agendo potẽtia intellectiua poterit immediatè intelligere respectu cuiuscũq;. Vnde est aduertendum ꝙ tendẽtia in obiectũ proprium benè põt impediri, vel propter indispositionẽ passiui, vel propter imperfectionẽ actiui: sicut idem est obiectum animæ separatę & coniunctæ cùm sit potentia eiusdẽ rationis: & tamen quia modus operãdi sequit modum essendi: potest aliquid cognoscere separata, quod non põt coniuncta: & illud erat ex defectu actiui & passiui. Potest etiam impediri ex defectu solius actiui: vt si iuxta calefactibile summè dispositũ ponatur minimũ calefactiuũ: quod vix sepõt saluare non autẽ multiplicare: sicut animata semper nutriunt quæ non semper possunt generare: tũ frustrà est potentia quæ non potest reduci ad actum: necesse aliqua potẽtia passiua in natura cui non respondeat aliqua actiua, in natura vel actore naturæ: vnde nihil est calefactibile quantũcunq; indispositũ quod non posit calefieri à Deo. Vnde cùm omnis potentia cognitiua sit potentia ad cognoscendũ omne quod cadit sub ratione formali sui subiecti quã potentialitatẽ habet per essentiam, & non ex aliquo habitu vel dispositione superueniente: Deus esset imperfectę potentiæ actiuæ nisi nudã potentiam posset reducere in actum ad quem est.

37 Sed contra hoc instant quidam quadrupliciter. Primò sic, quia non est actus beatificus nisi sit connaturalis perfectissimus & supernaturalis: sed omnia huiusmodi habet actus ex habitu quo fit cõnaturalis, & est perfecti or actus anteq̃ pòst: sicut anima rationalis licet à Deo creetur: qa tamen in naturali potẽtia materiæ immediatè infunditur, dicitur forma naturalis: ita & beatitudo si potẽtia nuda esset nata eam recipere, esset forma naturalis. Sed ista non cogunt primũ, quia non videt ꝙ per habitum supernaturalẽ & non naturalẽ fiat actus cõnaturalis, qa nullus dat alteri quod non habet, nec secundum, quia perfectionẽ habet actus ex habitu extrinsecè: vnde Deus põt illud supplere, tertium etiã probaret ꝙ habitus non esset supernaturalis, quia recipit in potentia nuda, nisi sit processus in infinitum. 38 Secundò sic, agentis liberalissimi est cõmunicare patiẽti omne illud cuius est capax: si ergò intellectus sine habitu est capax beatitudinis de potentia absoluta: ergò liberalitas diuina sine habitu eam cõmunicat. 39 Dicendum, ꝙ agens liberalissimũ cõmunicat congruẽtiori modo, & non omni modo sibi possibili de potẽtia absoluta. Qui enim põt saluare sine sacramentis aut sine incarnatione aut facere omnes effectus sine causa media & accidens sine subiecto: maluit tamen sic ordinatè ista facere propter congruitatẽ non propter necessitatẽ. 40 Tertiò sic, operari præsupponit esse, & tali operari tale esse: ergò operari supernaturale & beatificum supponit esse supernaturale & beatificũ, sed beatitudo essentialiter est operatio supernaturalis & beatificata: esse autẽ est per actũ primum qui est habitus: ergò non põt esse beatitudo sine habitu, sicut nec calefacere aquæ sine calore inhærentiæ.

Art. 3. Lumẽ habituale requirit ad videndũ Deũ clarè. s. t. 1. par. q. 12. art. 5. de veritate. q. 8. art. 3. & Alber. hûc arti. 5.

Visio Dei clara põt esse sine habitu luminis glorię de potentia Dei absoluta.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Instantiæ Docto. circa 3. art. inductorum.

Instan. 2.

Solutio.

Instantia. 3.

Ad. 3. 41 Solutio, operari passiuè non præsupponit esse in operante distinctum ab ipso opere correspondens illi, sed in illo à quo est affectiuè, sicut calêre vel calefieri aquæ non præsupponit in aqua alium calorem dispositiuum ab illo à quo formaliter calet: sed in igne calefaciente sic: sed operari actiuè in ipso quidẽ operãte principaliter non præsupponit esse principiatiuum differẽs & correspondens: sicut prius est esse aquam calidam q̃ calefaciat: in operante autẽ instrumentaliter non oportet ponere nisi esse motum. 42 Et similiter in proposito si beatitudo est à solo deo effectiuè: non oportet in beatificato esse aliud à beatitudine beatificum vel supernaturale: sed in deo si autẽ sit à beato illa operatio effectiuè non est nisi instrumentaliter, cùm in beato oporteat præintelligere ꝙ moueatur à deo ad eliciendum illam actionẽ: sicut ad hoc ꝙ phantasma causet speciẽ immaterialem & spiritualem in virtute intellectus agentis non oportet ipso formaliter aliquid præesse immateriale vel spirituale, nisi ꝙ moueat ab ipso intellectu agente, ꝙ est ipsum cum intellectu agente agere minus principaliter. 43 Quartò sic, non potest esse perfecta delectatio in operatione alicuius potentiæ, nisi præsupposito habitu, quia signũ aggenerati habitus est fieri in operatione delectationẽ. 2. Ethi. sed non est beatitudo perfecta nisi adsit delectatio perfecta & summa: ergò non potest esse beatitudo perfecta sine habitu. 44 Solutio, maior est vera, quando actus causatur ab agente imperfecto non valente tollere difficultatem à potentia, quæ difficultas causat tristitiã, & per consequens impedit delectationem oppositam. 45 Ad argumentum in oppositum principale est dicendum, ꝙ essentia diuina non tantùm distat ab intellectu creato quantùm ad proportionem cognoscentis & cognoscibilis, quantùm distat substantia separata à sensu, quia essentia diuina cadit sub formali ratione obiecti, quæ est ens secundum cõmunem rationem entis: substantia verò separata non cadit sub formali ratione obiecti sensus quę est qualitas sensibilis, quæ non potest esse nisi in corpore. Per illud etiam argumentum si valeret posset æqualiter probari, ꝙ deus non posset cognosci ab intellectu nostro cognitione confusa, sicut probatur ꝙ non potest cognosci cognitione clara & manifesta, quia cognitio sensus non se extendit ad cognitionem substantiarum separatarum quoquo modo: & causa est, quia illę non cadunt sub formali ratione obiecti sensus.

Ad. 4.

Instantia. 4.

Ad argu. in oppositum.

✠ QVAESTIO SECVNDA.

An videntes Deum videant omnia in eo.

Thom. 4. Dist. 49. q. 2. ferè per totam.

SECVNDO quæritur, vtrũ videntes deũ videant omnia in eo, & videtur ꝙ sic, qa dicit Greg. Quid est ꝙ non videat qui videntem oia vident. ergò &c. 2 Contrà, quia tunc in beatis non essent reuelationes & illuminationes. 3 Respõdeo, tria sunt hîc videnda. Primò, quid possibile est videre videntem deum, & quid impossibile. Secũdò, quid est necesse & quid non. 4 Quantùm ad primũ de his quę sunt extrà deum, dicendũ, ꝙ possibile est ibi videri infinita secundã numerum & infinitas spẽs numerorũ & figurarũ, & si quæ sunt similes spẽs non realem perfectionẽ addentes, non autẽ infinitas perfectiones specificas reales: ꝙ sic patet, qa quicquid põt videri in creatura, totum potest videri in deo per claram visionem sine comprehensione: quod autẽ non põt videri per creaturã productã vel producibilem, non põt videri per deum non comprehensum, sed prima possunt videri per creaturã non autẽ secũda: deus autẽ põt apprehendi non cõprehẽdi: ergò prima possunt videri in deo nõ secũda. Maior patet, primò quantũ ad primã partẽ qa ois creatura finita est: vnde sicut quicquid põt videri in speculo finito quãtocunq;: potest videri in speculo infinito secundum partẽ suam finitã sine hoc ꝙ totum speculũ videat: dum tñ de eo tantũ videat quantũ est illud totũ speculũ finitum quod prius videbat: sic quicquid põt videri per creaturã comprehensam, põt videri per deum apprehensum licet non cõprehensum: secundũ illud enim ꝙ finitum adæquat infinito, ipsum infinitũ finitũ est & non infinitum. Probatio secundæ partis maioris, qa deus non excedit creatum vel creabile nisi ratione suæ infinitatis, cùm omnis perfectio finita posit creaturæ cõmunicari: vnde quod non põt videri per creabile si põt videri per deum: hoc est quia videt vt differt à creabili, & per consequens vt infinitus, quod est ipsum comprehendere, sicut si non cognoscerem Solem vt excedit Lunam, non plura cognoscerem per eum quàm per Lunam: hæc autẽ pars maioris est intelligẽda de aliis à deo, qa seipsum deus clarè in seipso ostẽdit, qui in aliquo creabili clarè videri non põt: sed quicquid aliud in seipso ostendit in aliquo alio creabili ostẽdere põt, saltẽ quo ad quidditatem, qa dubiũ est de futuris contingẽtibus. Probatio primæ partis minoris. s. ꝙ hæc oia q supradicta sũt: possunt per creaturã cõprehensam videri, qa qcqd est in potentia passiua & actiua creaturæ põt videri cõprehensa illa creatura in cuius potẽtia est vtroq; modo: sed infinita secundũ numerũ sunt ĩ potẽtia actiua cœli & passiua materiæ primę, vt infiniti asini: itẽ per cõsequẽs infinitę speciei nũerorũ, qa semp vnitas addita vnitati mutat spẽm numeri: vnde si natura põt producere successiuè infinitos asinos, per consequẽs põt producere successiuè infinitos numeros specie nũerali differẽtes, sicut producto tertio homine fecit alia spẽm numeri q̃ prius, cùm binarius differat specie à ternario, & sic semp similiter põt producere infinitas spẽs figurarũ successiuè, qa ad diuisionem continui in infinitũ, sequit in infinitũ diuersitas figurarum: vt si quadratũ diuidatur partes erunt quadrãgulæ oblongæ non quadratæ, & sic semper saltẽ variãdo latera, cũ corpus secundũ oẽm diuisionẽ sit diuisibile in infinitum: huius autẽ diuisionis in infinitũ potẽtia passiua est in creatura, sicut in continuo: actiua verò est vel esse põt in creatura. Si enim diuideretur continuum in tam minutas partes ꝙ creatura vltrà non posset ipsum diuidere, cũ adhuc maneat continuũ, adhuc diuidere ipsum non requirit virtutẽ infinitam, & sic posset cõmunicari creaturæ, & sic sequitur conclusio quo ad istam partẽ. s. ꝙ quia hæc possunt videri per creaturã cõprehẽsam, poterunt videri per deum apprehensum, vt si anima Christi comprehendit cœlum & materiã primam in proprio genere, & per hanc cõprehensionẽ videt infinitos asinos numeros & figuras, pari ratione quando apprehendit virtutem dei per quam produxit cœlum & materiã primam indicendo eis hanc potentiam: per consequens vidẽret eosdẽ & totidem effectus, quia non minus clarè & perfectè videtur cœlum & materia prima in deo q̃ in seipsis: imò clarius, cùm cognitio matutina sit clarior & perfectior vespertina: cùm igitur tanto plura videantur per principium quanto principium clarius videtur: per cœlum visum in deo apprehenso plura vel saltem tot videbuntur: sicut per cœlum in se comprehensum: cùm apprehensio cœli in deo sit clarior q̃ comprehensio eius

Art. 1. Infinita secundũ spẽm & secũdum numerũ possunt videri in deo.

li in seipso:& ideò quicquid angeli vel sancti vident in aliqua creatura sic cognita, totum vident in Deo si in Deo videant illam creaturam primò cognitã,quia quicquid videt in Deo & creatura,perfectius vident in Deo. Probatio minoris quantũ ad aliam partem quia suppositio q̃ species sunt in infinitum creabiles:si ergò hæc infinitas cognosceretur per aliquid creabile, aut sicut per causam,aut sicut per effectum, aut sicut per species, non sicut per effectum,quia non est aliquis effectus actu eius q̃ non est ens in actu,quia vnumquodq; agit secundum quod est in actu:nec sicut per speciem, quia proprium est speciei infinitæ repræsentare infinita specie realiter distincta vel distinguibilia: sicut proprium est essentiæ diuinæ habêre infinitas ideas:item nec sicut per causam perfectã, quia perfectiones reales specificè infinitæ non sunt in potentia creaturæ saltem actiua:licet sint in potentia passiua secundum illos qui dicunt, q̃ ex materia corruptibilium posset Deus facere species infinitas:non autem cœlum vel quæcunq; creatura, quia nihil potest producere perfectiones infinitas,nisi habeat apud se totidem vel vnam æquipollentem. Nisi enim Sol haberet virtutem productiuam vermis nõ produceret vermem: & si non haberet nisi virtutem vermi proportionabilẽ: non posset producere equum:sed oportet q̃ habeat duas virtutes per quarum quamlibet producat vnam non minus perfectam q̃ quamlibet earum, vel vnam virtutẽ què perfectam sicut si essent duæ,& sic de tertio effectu & deinceps: vnde nihil potest producere effectus reales specie differẽtes infinitas nisi habeat infinitas perfectiones, vel vnam infinitam æquipollentem infinitis, quæ non potest esse nisi infinita: vnde cùm creatura non possit habêre perfectiones infinitas nec vnam infinitã,non potest ipsa producere infinitas species reales, sed infinita indiuidua fict:vel infinitas species figurarũ vel numerorum, quia nõ requiritur plus de virtute ad producendum successiuè plura talia q̃ vnum tale,nec infinita q̃ finita,licet plus requiratur de durationevirtutis,sicut angelus suppositaperpetuitate virtutis nõ augmẽtata virtute potest in infinitum cœlum reuoluere,& infinita in diuidua generare & corrũpere. Sed benè verum est q̃ ad producenda plura talia simul requireret plus de virtute q̃ ad producendum vnum, sicut ad producendum duos asinos simul requiruntur duo asini generantes mares & totidem asinæ,cùm ad generandũ vnum sufficiat vnum par:& similiter ad producendum quæcunq; infinita simul requireretur virtus infinita; cùm tamen ad producendum finita sufficeret virtus finita: sicut si esset possibile pduci infinitos lapides simul, non esset hoc possibile nisi virtuti infinitæ:sed ad producendum plures species etiam successiuè requiritur maior virtus quàm ad producendum vnam:vnde virtus vniuersalis quæ est ad multos effectus specie, est maiorquàm particularis quæ est determinata ad vnũ: & inter vniuersales illa est perfectior quæ est ad plures: vnde illa quæ est ad infinitos effectus oportet quòd sit infinita, cùm talis sit proportio virtutis ad virtutem, sicut effectus ad effectum: cùm autem effectus non sit ita perfectè in potentia materiæ sicut est in potentia agentis: nunquã potest perfectè cognosci effectus cognita causa materiali tantũ quantumcunq; comprehensa,sed cognita causa perfecta sic:vnde cùm anima Christi comprehendat materiam primam: non propter hoc cognoscit infinitas formas numero, quæ non perfectè repræsentantur per eam sicut nec perfectè sunt in ea:sed cognoscendo perfectè & comprehensiuè formam cœli per quam perfectè repræsentantur, vt pote per eam in qua sunt nobilius, possunt perfectè cognosci. Vnde etiam comprehendendo cœlum & materiam primam,licet cognoscat omne compositum irrationale; cuius perfecta causa sunt illa duo;non tamen homines infinitos nec etiam finitos nisi secundum corpora,quia secundum animam non sunt in his perfectè. Sequitur ergò conclusio quo ad istam partem, quia cùm cognoscere infinitas perfectiones specificas non possunt esse per creaturam,per consequens nec per essentiam diuinam:& sicut non possem cognoscere per Solem distinctè omnes effectus Solis: nisi cognoscerem distinctè Solem vt est effectiuus huius & illius, sic non possem cognoscere per Deum in speciali sapientiam creatam, nisi cognoscerem sapientiam Dei, vt creatrix est sapientiæ; nec bonitatem nec potẽtiam, & sic in infinitum: non q̃ ipsa habitudo prius cognoscatur q̃ extrema;sed qa ipsa habitudo prius est ad extremum q̃ vnum per alterũ cognoscatur,& pari ratione non cognoscã infinitas perfectiones creabiles distinctè, nisi cognoscam infinitas perfectiones creatrices distinctè: inter quas tamen non est nisi distinctio rationis:cognoscere autem in Deo infinitas perfectiones attributales,distinctè est Deum cõprehendere.Nec dico q̃ sic distinctè cognoscãtur q̃ ipsa distinctio sit cognita, sed ipsa res distincta, sicut ad hoc q̃ cognoscam sapientiam, potentiam, bonitatem creatam per essentiam diuinam perfectè, non oportet q̃ cognoscam hæc tria esse in Deo distincta secundũ rationẽ: sed sic intelligẽdo q̃ si non cognoscerẽ de Deo nisi q̃ esset sapiens: nunq̃ per hoc scirẽ qualem bonitatẽ Deus posset causare:sed per bonitatẽ clarè visam scio qualẽ bonitatẽ põt creare,& per sapientiã qualem sapientiam, & sic de aliis, & sic oporteret scire infinitas perfectiones esse in Deo,& qualis qualibet illarum ad hoc q̃ infinitę perfectiones creabiles per illã essentiã possent videri. Sed videtur q̃ hoc non esset cõprehendere Deum, qa non videret secundũ omnem modũ quo est visibilis, quia per hoc non videretur ipsa distinctio attributorum, licet viderentur ipsa attributa distincta. Et dico q̃ imò, qa licet secundũ naturã prius videant extrema q̃ habitudo:tñ simul tẽpore & eodẽ actu videret vtrunq;, sicut visio qua Deus videt se,est comprehensiua, quãuis in Deo sit aliud visibile q̃ ipsemet,puta creatura, quia visio Dei realiter includit vtrũq;, licet vnum aliud præcedat rationẽ.

5 Quantùm ad secundũ, quid necesse est videri & quid non, est triplex opinio ad præsens. Vna dicentiũ, q̃ quidditates entes & posibiles videtur ibi necessariò:non autem aliqua existẽtia, qa primum necessariò diuina essentia repræsentat,secundũ verò liberè. Sed istud debet intelligi de necessitate absoluta non cõditionata:sic enim existentia omnis præsentis, præteriti,& futuri est in Deo determinata ab æterno,& per consequẽs eius repræsentatio: sed sicut potuit non produci ita potuit eius productio futura nõ determinari: nihilominus aliã habet instantiam, qa licet vrina de necessitate naturæ repræsentet signa & conditiones infirmitatis mortis & vitæ, & similiter oĩs effectus cõditiones suę causæ,non tñ quicunq; clarè cognoscit ista ꝓpter hoc cognoscit oĩa repræsentata nisi cõprehendat,sed secundũ q̃ magis vel minus illa cognoscit:ergò similiter in proposito. 6 Sed sustinendo opinionem potest dici, q̃ non est simile de Deo ex cuius parte non est q̃ magis vel minus repræsentet vnum q̃ aliud:& de vrina,& de aliis in quibus vna similitudo vel repræsentatio est patens alia latens, & vtraq; magis & minus ętia ex natura vrinæ. 7 Secũda opinio ponitur, q̃ non oẽs quidditates cognoscũt, sed plus & minus secundũ disparitatem luminis:hæc autem opinio habet difficultatem,quia cùm diuina essentia æqualiter repræsentetur per oĩa non apparet causa, quare eam plus ista quàm illa, aut plus quędam quàm omnia, nisi quis dicat causam diuersitatis esse ex parte intellectus causati, qui magis est natus cognoscere quædã q̃ oĩa, & ista q̃ illa, sicut magis entia q̃ posibilia, & præsentia, q̃ futura vel aliquid hmõi. 8 Tertia opinio est dicentiũ, q̃ videntem Deum necesse est vidêre oĩa, quibus nõ visis non videtur Deus, non dico sine quibus non videtur Deus: nam videntem parietem non est necesse videre speciem parietis sine qua non videt paries;sed colorẽ sine quo est quidẽ paries,sed eo nõ viso non videretur paries. Sed ista non sunt nisi quæ in Deo sunt. Nam in via non põt Deus videri sine creatura visa cùm videatur per speculum creatum prius visum, sed in patria videtur nullo alio prius viso nec per aliud à se differens. Vnde de necessitate visionis diuinę vt visio est, non est necesse vidêre nisi Deum, quia nullo alio viso nec se nec alio à Deo videretur Deus. Secundò, videntẽ Deum necesse est vidêre illa quibus non visis non esset visio perfecta: cũ visio Dei sit perfectissima visionũ, non esset autẽ perfecta nisi reflecteret super se & videntẽ potentiã,habitũ,& oĩa super quę reflectunt visiones perfectę etiã in via. Tertiò illa sine quibus non esset beatitudo, cũ visio sit essentialiter beatitudo. Non esset autẽ beatus nisi haberet quicquid vult,vult autẽ vidêre Redemptorẽ suum etiã secundùm humanitatẽ,aliàs esset ingratus: vnde de necessitate beatitudinis hominis redempti est vidêre Christi humanitatẽ, licet hoc seperato maneret essentia beatitudinis. 9 Sed contra prædicta obiicit tripliciter. Primò, q̃ fit posibile in Deo oĩa videri quæ ipse videt: qa qui intelligit maius intelligibile, põt intelligere minus:sed Deus est maius intelligibile q̃ posibilia Dei:ergò intelligens Deum potest intelligere oĩa posibilia esse: sed intellectus beati intelligit quicquid intelligere potest: ergò videns Deum videt actu omnia posibilia. 10 Solutio, quisquis intelligit maius intelligibile magis est aptus ad intelligendum minus, non tamen propter hoc statim intelligit minus,siue quia illud minus non infertur ex magno,sed est disparatũ: sicut Geometria non statim intelligit musicalia, siue quia non perfectè cognoscit illud maius sicut Arithmeticus,nisi sciat distinctè omnes cõclusiones Arithmeticæ, non probat demonstratiuè conclusiones Musicæ,quarum illa sunt principia & vna vnius,cũ demonstratio potissima non sit vna vnius: vnde quãto scit plures eius propositiones, tanto scit plures elicere conclusiones:cùm tamen illud scibile scit magis scibile,vtpote simplicius,& sic est in proposito: quia omnis videns Deum est aptior ad videndũ alia, sed illa solùm videt in Deo distinctè quorũ principiatiuas perfectiones distinctè videt in Deo: & est plus cognoscere Deum & creaturas in Deo, q̃ Deum tantùm,licet non sit perfectior Deus cum creatura q̃ Deus tantùm: sicut est plus appetere medicinã amaram cum sanitate, q̃ solam sanitatem licet ambo appetãtur propter vnum, quia aliquis appetit sanitatẽ per se:qui tñ non appetit eam cùm amara potione:licet ergò cognoscatur conclusio ꝓpter principium tantùm:tñ plus est cognoscere principiũ cum cõclusione q̃ principiũ tantũ,cùm possit aliquis cognoscere principiũ sine conclusione: non autẽ conclusionẽ per principiũ non cognito principio;quia perfectius cognoscit principiũ q̃ cognoscit ipsum & cõclusionẽ, q̃ qui ipsum solũ. 11 Secũdò, qa videre in Deo oĩa quæ ipse videt nõ argueret visionũ infinitã, cũ anima Christi ibi visione finita videat oĩa. 12 Solutio,si visum immediatum est infinitũ & videt vt infinitũ,oportet visum esse infinitũ:cùm veritas sit adequatio rei & intellectus,& mensura sit equalis mensurato. Nam si superficies infinita videtur ab oculo tota,oportet oculũ videntẽ esse infinitum:aliàs non reciperet angelum infinitum quẽ oportet esse infinitum,vtpote improportionatum angulo basis finitæ,sicut & basis infinita est improportionata finitę,quia quanto maior est basis in re visa,tanto est maior angulus in oculo:sed quãdo infinitas est in viso mediatè vel immediatè non sicut visum est,non oportet esse in finitatem in vidente: & sic anima Christi potest vidêre infinita,vel per creaturam finitam vel per Deum visum modo finito, quod est videre infinita numero non autẽ specie,vt dictum est,& tamen eius visio est infinita.

13 Tertiò, q̃ non oportet Deum comprehendi ad hoc q̃ per eum videantur infinita posibilia, quia quando effectus non adæquant causam, possunt cognosci per eã apprehensam & non cõprehensam. 14 Solutio,quando effectus non adæquant causam, nec secundum illud quod est,nec secundum illud quod causa est: vtpote qa in se nobilior est, & ad alios effectus potest, tunc non oportet comprehendere causam vt per eam cognoscatur effectus, nec vt est,nec vt causa est, sicut possum cognoscere vermem in Sole cognoscendo virtutẽ eius per quã producit vermem,non cognoscẽdo illã per quam producit murem, nec substantiã eius: sed qñ effectus adæquat causam secundũ essentiã;non põt perfectè cognosci per eam nisi comprehensam,sicut in demonstratione potissima quæ est per causam vniuocã,& similiter qñ adęquat cãm secũdũ q̃ causa est, & si nõ secundũ q̃ substãtia est; adæquat dico nõ secundũ nobilitatẽ sed secũdũ proportionẽ,qa.s.causa non põt in plura licet sit nobilior,sicut in causa æquiuoca particulari,aut sicut in vniuersali cõnumeratis omnibus effectibus. Vnde ad hoc q̃ oẽs effectus Solis cognoscãtur perfectè & determinatè in Sole, oportet cõprehendere Solem & si non vt Solẽ,tñ vt causatiuus eorũ: qa oportet ipsum cognoscere & quo ad virtutem quæ producit vermẽ & quę pducit murẽ,& sic de inceps, licet non oporteat ipsum cognoscere secundũ q̃ Sol est vel cõprehendere,quãuis etiã non posit benè cõprehendi ista virtus rei, nisi cõprehendatur essentia rei quæ est ei proportionata. Et sic est in proposito, quia effectus Dei posibiles licet non adæquent suã causam nec quo ad essentiam, nec quo ad nobilitatem virtutis licet sint infinitiꝰ:tñ adæquant quo ad proportionemagendi, quia.s.non potest Deus plura producere q̃ possint produci: & ideò non possumꝰ cognosci omnia producibilia à Deo distinctè, nisi perfectè cognoscatur virtus productiua: & quia secundum diuersa attributa est productiua diuersorum: & secundum infinita infinitorum non possunt cognosci infinita producibilia distinctè, nisi cognoscantur infinita attributa distinctè, ad quod oportet Deum comprehendi, cùm in Deo nõ sint plures perfectiones infinitatis,& cùm Dei substãtia sit idem q̃ eius virtus. 15 Quantùm ad tertium, quid videre in Deo sit verum & congruum. Et quidem omnia sine quibus beatitudo non esset perfecta:puta omnia quæ naturaliter vult videre, vt quidditates specierum vniuersi. Existentias verò particularũ non curat homo nisi quantũ sua interest. Item omnia quæ vidêre est ad decorẽ & perfectionem & meritum beatitudinis, & secundũ hoc qui plus meruit plura videt,& vnusquisq; oĩes species vniuersi quas naturaliter desiderat, licet sine his visis esset beatus. Item quod pertinet ad vnumquemq;, specialiter & sic inferior potest aliquid scire quod nescit superior, vt si oratur sanctus inferior, non pertinet hoc sic ad superiorem sicut ad inferiorem: vnde non est necesse illum scire nisi hoc sibi reuelet vt secum oret. 16 Sed contra prædicta arguitur quinq; mediis. Primò, quia oculus videns speculum videt omnia quæ in ipso repręsentantur licet non comprehendat, quia nullus sensus cõprehendit suum obiectum, quia nec quidditatem apprehendit.

Opinio.3. Doct. necesse est videntem Deum omnia vidêre in Deo.

Probatio.2.

Probatio.3.

Instantia.

Solutio.5.

Instantia.2.

Ad.2.

Ad.2.

Prima opin. Durã. hîc.q. circa finem.

Secũda opi. S.T.1.parte q.22.ar.6.

Art.3. Beatus oĩa quæ naturaliter vult vidêre videt in verbo.

Instantia quintuplex. Nota.

17 Solutio,qui comprehendit Deum necessariò videt omnia in eo,qa licet Deus non posset esse præsens intellectui in ratione obiecti immediatè quin videatur:cùm hoc sic cum vidêre formaliter,q̃ eum habêre præsentem in ratione obiecti, quod tñ non habent necesse ponere illi qui ponũt eum videri per speciem, tunc enim aliud est ipsum habere præsentem & aliud videri:vnde potest manere prius.s.præsentia sine posteriore,quod est visio, & econuerso,de potentia absoluta tamen:cùm visio Dei habeat gradus & perfectior sit illa qua videtur in se & omnia in eo,q̃ illa qua ipse videtur,& nihil in eo potest ipse se præsentare per visionem sui tantùm sine visione aliorum in illo,vel cum visione istorum & non illorum sicut sibi placet. Secùs autem est de speculo non voluntario. 18 Secundò,angelus inferior non potest eleuari ad æqualitatem superioris in essendo:& tamen eleuatur ad æqualitatem in cognoscẽdo, quia comprehendit eum:& anima beatæ Virginis perfectius cognoscit angelum q̃ ipse seipsum, cùm cognitio matutina excedat cognitionem vespertinã in claritate & perfectione.

19 Solutio, quòd non æquatur alteri in esse naturali, nunq̃ potest ei æquari in cognitione naturali:sed quod æquatur in esse supernaturali vel excedit potest æquari vel excedere in cognoscẽdo supernaturaliter:vnde quia Deus cõprehendit se cognitione naturali:nullus autem potest eleuari ad hoc q̃ æquetur ei in esse naturali:ideò quãuis ei vniatur anima Christi in existere,non tñ eum comprehendit. Angelus autẽ inferior non cõprehendit superiorẽ vel cõprehendit minus limpidè:cõprehensio enim eiusdem rei à diuersis habet gradus intẽsiuè, licet non extẽsiuè vel obiectiuè:sed anima beatæ Virginis est eleuata ad altius esse supernaturale quolibet angelo nõ naturale:& ideò cognitione nõ naturali sci supernaturali excedit. 20 Tertiò, quia si mũdus fuisset ab æterno angelus per spẽm hominis cognosceret infinitos homines, qa simul intelligit per vnã spẽm oĩa individua q̃ sunt vel quę fuerũt: ergò multo magis per spẽm increatam põt cognoscere futura & possibilia,licet infinita.

21 Solutio, sicut nunc per vnam spẽm cognoscit infinita successiuè sicut successiuè fiunt,ita tunc cognosceret: sed nõ esset defectus ex parte cognoscibiliũ, sed eius qui est virtutis finitæ: & ideò non põt eius intentio ferri in infinita:nec fortè modo vno actu cognoscit distincta cognitione omnes homines qui fuerunt à principio mundi:sed qui isto anno,posteà qui alio,& sic de aliis:vel secundum aliquam aliam finitam determinationẽ:secundum quem modum fortè cognosceret infinitos si infiniti fuissent, qa nõ esset dare primã eius cognitionẽ, sicut nec primum cognitũ. 22 Quartò,qa si mundus fuisset ab æterno cum generatione hominũ & corruptione & separatione animarũ, sicut nunc est vnus lapis simul terminaret intellectiones infinitotũ intellectuũ infinitarum animarum inseparatarũ : & sic infinita essent in eo sicut termino:ergò non est inconueniens infinita esse in finito sicut esse in cognito. 23 Solutio,non est simile, qa per hoc q̃ res à pluribus cognoscitur:nõ oportet eam esse perfectiorẽ q̃ si ab vno tantũ:& ideo non sequitur q̃ sit perfectionis infinitæ si ab infinitis intelligi. Sed cognitio quanto est pluriũ simul tanto est perfectior: etiã si illa non differant nisi numero, & multo magis si differant specie:& ideò si cognitio esset actu simul infinitorũ numero vel specie esset infinitæ perfectionis, sicut nullus calor posset infinita simul calefacere nisi esset infinitus:nec imago simul actu infinita repræsentare, nisi haberet in se infinitas partes distinctas correspõdentes figillatim. 24 Quintò,qa anima Christi est finita, & tamen videt infinita,qa cõmunicata est sibi scientia visionis quæ est infinitorum. Probatio,si Deus per scientiam visionis cognoscit finita, illa quandoq; erunt exhausta post quæ erunt aliqua alia: ergò non cognoscebant oĩa quæ erant futura,& licet nõ sint futura infinita in facto esse in actu:sed tantũ in fieri:illa tñ sunt infinita actu in esse cognito, aliàs scientia visionis quandoq; deficeret. Et quãdo dicitur,scientia visionis non est infinitorũ in actu sed in potentia,vel in fieri nõ in facto esse,illa possibilitas non tenet se ex parte scientiæ nec rerum secundum esse cognitũ: sed solũ secundum esse in rerum natura :sicut etiam dicitur Deum scire infinitos numeros actu:licet illi non sint possibiles in actu nisi in fieri: & similiter videtur de partibus illis continui & figuris.

25 Solutio,anima Christi habet scientiã visionis in habitu non in actu,quia.s. sine noua reuelatione potest cognoscere de futuris quot & quæ vult non tamen simul infinita:sed tunc istud erit nõ per visionẽ verbi quæ est actus inuariabilis:sed per aliam cognitionem in qua est successio & variatio. Alij verò dicunt, q̃ imò simul actu vt dictum est in aliis substantiis. 26 Ad argumenta principalia. Ad primum dicendum, q̃ videntes Deum vident omnia quæ ad eorum beatitudinem sunt necessaria,vel conferentia de congruitate. 27 Ad aliud in oppositum dicendum,q̃ reuelationes sunt magis de illis quæ respiciunt statũ vniuersalis ecclesiæ, q̃ de illis quæ singulos respiciũt,& sunt de particularibus & cõtingentibus, quorũ cognitio non ita est de perfectione intellectũ, sicut cognitio quidditatũ & partiũ vniuersi. 28 Solet etiã quæri, vtrũ aliquid de Deo cognoscat aliqs magis meritus vt Petrus, quod non cognoscat aliqs minus meritus vt Linus. Pluribus videtur, q̃ omnia de Deo ad beatitudinẽ spectantia oẽs cõmuniter electi cognoscant sed differenter. Nihil enim in Deo noscibile maius dignius q̃; videtur q̃ eum intelligere trinum & vnum. Hoc autẽ oẽs tunc per speciẽ cognoscent. Vnde sequit vt non sit aliquid beatitudini pertinẽs incognitũ alicui beatorum. Omnes ergò cuncta illa videbunt quorũ cognitio seruit beatitudini, sed modo videndi differẽt. Alius eñ alio magis, alius alio minus fulgebit. 29 Solet etiam quæri,an in gaudio dispares sint,sicut in claritate cognitionis differunt. De hoc Aug. ait,Multæ mansiones in vna domo erunt, scilicet, variæ præmiorũ dignitates, sed vbi Deus erit oĩa in omnibus,erit etiã in dispari claritate par gaudium, vt quod habebunt singuli, cõmune sit omnibus, quia etiã gloria capitis omniũ erit per vinculum charitatis. Ex his datur intelligi q̃ par gaudiũ oẽs habebunt, & si disparem cognitionis claritatẽ, quia per charitatem quæ in singulis erit perfecta tantùm quisq; gaudebit de bono alterius, quãtùm gauderet si in seipso haberet. Sed si par erit cunctorum gaudium: videtur q̃ par sit omnium beatitudo , quod constat omninò nõ esse. Ad quod dici potest , q̃ beatitudo par esset si ita esset par gaudiũ,vt etiã par esset cognitio:sed quia hoc nõ erit,non faciet paritas gaudij paritatẽ beatitudinis. Potest etiã sic accipi par gaudium,vt non referatur paritas ad intentionẽ affectionis gaudẽtium: sed ad vniuersitatem rerum de quibus gaudebitur, quia de omni re: vnde gaudebit vnus gaudebunt omnes. 30 Post hoc quæri solet, si beatitudo sanctorum maior sit futura post iudicium q̃ interim, sine omni scrupulo credẽdum est eos habituros maiorẽ gloriã post iudiciũ q̃ antè, quia & maius erit gaudiũ eorum, vt suprà testatus est Augustinus, & amplior erit eorum cognitio. Vnde Hieronym. Peracto iudicio ampliorem gloriam suæ claritatis Deus demonstrabit electis. 31 Si quem mouet quid opus sit spiritibus defunctorũ corpora sua in resurrectione recipere:si eis potest fine corporibus summa beatitudo præberi;

beri,difficilis quęstio est,nec potest à nobis perfectè definiri,sed tamen dubium non est & raptam à carnis sensibus hominis mentem,& post mortem ipsa carne deposita sic non videre posse incõmutabilem substantiã,id est, Deum sicut sancti angeli vident,siue alia latentiori causa,siue ideò quia inest ei naturalis quidã appetitus corpus administrandi, quo retardatur quodãmodo nè tota intentione pergant in illud summum cœlum,donec ille appetitus cõquiescat. Porrò si tale sit corpus cuius sit difficilis & grauis administratio, sicut hæc caro q̃ corrũpit, multo magis auertitur mens ab illa visione summi cœli, proinde cũ hoc corpus iam non animale, sed spirituale receperit,æquata angelis habebit perfectum naturæ suę modũ obediens & imperans viuificata,& viuificans tam ineffabili facultate, vt sit ei gloriæ, quod fuit sarcinæ.

QVAESTIO TERTIA.

De beatitudine an principaliter consistat in actu &c.

Thom. 4. Dist. 49. q. 1. art. 1. q. 2. & 3.

TERTIO quæritur,vtrũ beatitudo principaliter consistat in actu intellectus vel voluntatis,& videtur q̃ in actu voluntatis, quia beatitudo consistit in nobilissimo actu : sed actus voluntatis est nobilior actu intellectus. ergò &c. Maior patet ex primo Ethicorum. Probatur minor, quia ille actus est nobilior in quo & secundum quem sumus liberi, quàm ille secundum quem non habemus libertatem, sed secundum actum voluntatis sumus liberi, non autem secundum actum intellectus,qui necessitatur ab obiecto. ergò &c.

2 Contrà,quia sicut se habet viuens ad non viuens:ita cognoscens ad non cognoscens :sed actus viuentis inquantùm viuens est nobilior quocunq; actu rei non viuentis:ergò actus cognoscentis inquantùm cognoscens est nobilior actu cuiuslibet rei non cognoscentis,sed intellectus est cognoscens, voluntas verò non: ergò actus intellectus nobilior est quocunq; actu voluntatis. Sed in nobilissimo actu consistit beatitudo vt dictum est. ergò &c. 3 Respondeo, ad huius quæstionis euidentiã videnda sunt tria. Primò, quòd actus intellectus nobilior est actu voluntatis. Secundò, ex hoc quòd beatitudo sanctorum speculatiua consistit in solo actu intellectus: sed beatitudo actiua in actu volũtatis totaliter vel principaliter. Tertiò,q̃ vtraq; cõsistit in actu recto non reflexo. 4 Quantùm ad primum dicendum, q̃ intellectus est simpliciter nobilior voluntate , & actus intellectus nobilior est actu vbluntatis: quod sic patet,quia illud ex cuius conformitate aliquid habet totam bonitatem suam est nobilius illo simpliciter, sicut mẽsura mensurato,quia propter quod vnumquodq; tale & illud magis: sed voluntas non habet aliquã bonitatẽ nisi ex conformitate ad intellectum nec naturalem , cùm non possit exire in actũ nisi præsentatione obiecti sibi facta per intellectũ nec moralem, cùm etiam agẽs contra rationẽ erroneam peccet. ergò &c. 5 Sed contra hoc arguitur

Instantia triplex.

tripliciter. Primò,contra rationẽ q̃.s. non ex hoc sufficienter probetur q̃ intellectus sit nobilior volũtate,qa est eius regula tripliciter. 6 Primò sic,qa sicut est voluntas regula respectu intellectus, sic econuerso , qa qualis est vnusquisq; secundũ affectum,talis finis videtur ei secundum intellectũ, virtutes enim morales faciunt rectã æstimationẽ de fine, sed prudentia de his quæ sunt ad finem. 7 Dicendũ, q̃ non regulat necessariò sicut econuerso,sed liberè. Sed contrà, quia voluntas per affectionem mouet phantasma ad repræsentandũ aliquid secundum suam affectionem, & illud mouet intellectũ necessariò,quia intellectus non potest iudicare bonum quod phantasma non repræsentat nisi vt malum. 8 Sed dicendum, q̃ non est simile, quia intellectus est per se & primò & immediatè necessaria regula volũtatis,& q̃ intellectus sit per se regula omnes concedunt,& primò,qa omnem actum voluntatis præcedit actus intellectus & immediatè & necessariò,qa ab vltimato iudicio intellectus non potest voluntas resilire. Econuerso autẽ voluntas non regulat intellectũ nisi per accidẽs: qa idem non est per se regula & regulatũ respectu eiusdẽ, & pari ratione non regulat primò nec immediatè,sed mediãte phantasmate nec necessariò nisi prout intellectus ei præfixit. ideò &c. 9 Secundò, q̃ phantasma regulat intellectũ: vnde qñ sunt bona phantasmata,& benè ordinata,tunc benè iudicat intellectus, qa molles carne dicimus aptos mente:qñ distorta & perturbata vt in pueris,ebriis,dormientibus, & phreneticis, tũc malè iudicat intellectus: sed phantasma non propter hoc est dignius intellectu. ergò &c. 10 Dicendũ, q̃ phantasma regulat seruiliter & instrumẽtaliter,intellectus autẽ principaliter & dñatiuè. 11 Cõtrà, qa quod regulat coactiuè & effectiuè plus regulat principaliter & dñando, q̃ illud quod solũ regulat ostendẽdo cũ libertate eius cui ostendit sequendi vel fugiendi:primò autẽ modo phantasma mouet licet in virtute intellectus agẽtis. Secũdo autẽ modo intellectus mouet voluntatẽ. ideò &c. 12 Ad hoc autẽ dicunt quidã, q̃ libertas est nobilius in intellectu q̃ in volũtate, qa ibi radicaliter hîc formaliter. 13 Contra quod est, qa perfectio simpliciter ibi est nobilius vbi est formaliter, qa simpliciter melius est eam habêre formaliter q̃ nõ habêre. Prętereà licet tale esse virtualiter principaliter sit nobilius,tñ instrumentaliter non, sicut sanitas nobilius est in animali vbi est formaliter & subiecti uè,q̃ in medicina in qua est instrumẽtaliter & effectiuè: libertas autẽ in illo accidẽte in quo nõ est formal'r non põt virtualiter nisi instrumẽtaliter, qa perfectio simpl'r non põt esse ab illo in quo nõ est formaliter nisi instrumẽtaliter,aliter ageret vltra spẽm in virtute propria.

Nota. Duran. hîc q.4. ad.1. prin. & latiꝰ in.2. Dis.4.

Ab vltimato iudicio intellectus vo luntas non põt resilire.

14 Vnde dicendũ, q̃ libertas ita est formaliter in intellectu sicut in volũtate, & cũ hoc prius & cũ causaliter & radicaliter est intellectu. Nunq̃ eñ est aliqs actus liber in volũtate nisi sit actus liber in intellectu, & cũ hoc libertas actus voluntatis est ex libertate actus intellectus concurrẽtis: vnde illa solũ possumus nõ velle quæ possumus iudicare non volenda, vt q̃ ad fiñ: illa autẽ necesse habemus velle q̃ non possumus iudicare non volẽda vt finem, imò plus, quia qñ iudicamus aliquid vltimate eligendum necesse habemus eligere pro tũc ; & illi iudicio nõ inest necessitas nisi ex suppositione suiipsius, electioni autẽ inest necessitas ex suppositione iudicij, qa ante iudiciũ non necesse erat eligere quocũq; alio posito:sed ante electionẽ necesse erat eligere iudicio suppositio vltimato : saluo tñ intellectu articuli ad istam materiam.

Rñsio Doc.

15 Tertiò,qa intellectus non est regula nisi mouendo, sed intellectus non mouet,sed obiectũ, qa omnis potentia mouet ab obiecto suo. ergò &c. 16 Solutio, obiectum si mouet,mouet mediante apprehẽsione,sed apprehensio mouet immediatè: imò vt videt sola appræhẽsio mouet appetitum non obiectũ, qa qñ bonum apparens appetitur sola appræhẽsio mouet quæ est verum ens: nõ bonum appræhensum,quod est non bonũ,& per consequens non ens vt sic,sicut appetitu naturali aliquid appetitur vt terminatiuum,sicut centrum,quod tñ non est motiuũ grauis deorsum:& sicut aliquid mouet ad intelligẽdum quod non primò intelligitur, sicut intellectus

agens vel phantasma aut spēs, sic aliquid mouet ad appetendū quod nō primò appetitur, sicut ipsa appræhensio appetibilis. 17 Secundò arguit directè, ꝙ voluntas est nobilior in intellectu tripliciter. Primò sic, illud quo simpliciter sumus boni & cuius malitia est peior est nobilius, hmōi autē est volūtas. Nam bonitas moralis q̄ est per virtutes in voluntate facit hominē bonum simpliciter: scire autē parum aut nihil facit ad virtutē, & odium Dei est grauius infidelitate. 18 Solutio, voluntas est quid vtilius in genere moris, sed non est propter hoc nobilius in genere naturæ, sicut visus est nobilior gustu, ille tñ magis necessarius: in honestiora enim nostra q̄q; maiorem necessitatē habent. 1. Cor. 12. & per hoc soluitur demerito & charitate & hmōi. 19 Item secundò, sicut se habet intellectus ad voluntatē, sic sensus ad appetitum sensitiuum: sed appetitus sensitiuus est nobilior vt pote finis: cuius signum est, qa in habētibus appetitum satiatum seu satiabilē ex rebus coniunctis non sunt sensus cognitiui rerum distantium vt in ostreis, in aliis autem sic. 20 Solutio, finis vltimus est nobilior omnib' quæ sunt ad finem, sed non oportet de fine sub fine: quorum oēs sunt proper vltimum: sicut finis intellectus practici est opus exterius, & tñ nobilior est domus fine materia q̄ in materia, cùm corpora habeant nobilius esse in anima q̄ extrà, & medicina quę est perfectio hominis est quidē nobili' sanitate quę est perfectio corporis: qa medicina non est propter sanitatem nisi vt sanitas est perfectio hominis vel ordinabilis ad hominē, qa sanus equus melius portat hominē q̄ æger: & similiter irascibilis est est propter cōcupiscibilē eo ꝙ cōcupiscibilis immediatè est necessariorū ad vitā, per quē modū animalia quæ nō mouētur non habent sensus visus & audit': qa cùm non habeant sensus propter cognoscere, sed propter viuere & non solū propter appetere, illa solū cognoscunt quibus viuunt. 21 Item tertiò, plus est dare authoritatē & potestatē iudicandi q̄ iudicare, sicut patet in rege & balliuo, sed voluntas mouet intellectum ad iudicandū. ergò &c. 22 Solutio, voluntas mouet ad iudicandū mota ab intellectu. Si autē dicatur ꝙ in mouētibus æquiuocis semper mouēs principale est nobili' à tota specie q̄ mobile vel effectus, quod videtur impossibile si hæ potentiæ mutuò se mouent. 23 Dicendū, ꝙ intellectio prima efficit volitionē principaliter: vnde est nobilior: volitio autē non mouet intellectū principaliter, sed instrumentaliter, qa mediante appetitu sensitiuo & phātasma te, quia phantasma mouet in virtute intellectus agentis. Et si dicatur, imò intellectus non mouet nisi per modū finis, & sic metaphoricè, quia non mouet nisi vt præsentans finem. Dicendū ꝙ secundū Phūm. 2. metap. in essentialiter ordinatis, sicut secundū est causa tertij & quarti, & sic deinceps: sic primum est causa secundi: vnde cùm appetibile sit mouēs non motum ipsum est primum mouens, & quia non mouet appetitū nisi vt cognitū: ideò primò mouet ad cognitionem & hoc vtiq; effectiuè per phantasma in virtute intellectus agentis, sicut mouet sensum effectiuè. Secūdò, intellectus mouet voluntatē. Tertiò, voluntas appetitū sensitiuum. Quartò, ille membra ad motum progressiuum: vnde cùm prima tertia & quarta motio sit effectiua, non est ratio quare secūda nō sit etiā effectiua: dico autē effectiua, quia sicut ignis imprimit calorē aquæ, qa ad calēre ignis sequitur calēre aquæ: est enim causa ad cuius esse sequitur aliud, ita qa ad actum vnius potentię sequitur actus alterius: videtur ꝙ prima potentia imprimat secundæ actum suum.

24 Contrà Phūs dicit, ꝙ appetibile mouet Metaphy. sicut finis. 25 Solutio, efficiens & finis bene coincidūt in idem numero, sicut Deus est Alpha & Ω. Aliqñ enim mouet aliquid propter id quod est finis operis: & tunc dicit solū mouēre per modum efficientis, sicut ignis cale facit aquā vbi calor vel ignitio est vltimū intentū à natura, aliquando autē mouens per impressionē suam trahit ad se passum & conuertit in scipsum, sic ꝙ sola illa cōuersio est principaliter intēta, & tūc dicitur mouēre per modū finis, qa licet moueat efficiēter illa tñ efficientia ordinatur ad hoc ꝙ moueat per modum desiderati, & sic appetibile mouet, quia cùm recepi speciē balnei non est ibi status, sed ipsum balneum desideratur in se: vnde effectiuè mouet inquantū efficit volitionem finaliter inquantum est terminus eius. Ex quo etiā apparet, ꝙ obiectum non pōt esse causa principalis sciētiæ in nobis, sed intellectus agens qui facit vniuersalitatē in rebus: vniuersale autē est principiū artis & scientiæ: qa causa principalis æquiuoca semper est nobilior effectu, contingit autem scientiā esse nobiliorē scibili, sicut saltem omnis scientia de accidente corporali, quia scientia de colore est nobilior ipso colore, & scientiæ Mathematicæ sunt nobiliores ipsa quātitate: nam cùm quātitas sit propria passio corporis & scientia propria animæ, sicut anima est nobilior corpore sic sciētia quātitate. Nec valet si dicatur, ꝙ accidēs in virtute substantię mouet ad scientiā, quia sicut dicimus ꝙ calor ex sua specie facit calorē, nec propter subiectū facit calorē intensiorē, nisi & ipse sit in tensior nec quantū ad hoc agit in vi subiecti nisi qa est, & per cōsequens agit per subiectū, sed carnē vel ignem generat in virtute subiecti: sic etiā inquantùm accidens agit ad cognitionē sui, dicitur agere in virtute propria, quia sicut se habet ad esse ita ad veritatem: sed inquantū agit ad cognitionem substātiæ benè agit in virtute substantiæ: cuius signum est, ꝙ accidens hominis non plus mouet ad sui cognitionē q̄ accidens niuis qñ est eiusdē rationis, nec aliam facit sui cognitionē propter diuersitatem subiectorū. Et ipde est etiam ꝙ accidens cōmune non ducit in cognitionē propriā subiecti, sed accidētia propria magnā partē conferūt ad cognoscendū ꝙ quid est. 26 Tertio arguit, ꝙ voluntas sit nobilior q̄ intellectus ex comparatione ad exteriora tripliciter. Primò, ex comparatione ad obiectū, sic illa potētia est nobilior cuius obiectū est spiritualius, sed obiectū appetitus est spiritualius q̄ obiectū cognitionis præcedentis, quia est obiectum cognitionis secundum esse materiale, & reale quod habet extrà: sed est obiectum appetitus postquam iam induit spiritualitatē cognitionis, bonū enim est obiectum cognitiuę: sed bonum cognitū est obiectū appetitiuę, sicut perspectiua habet obiectum abstractius q̄ naturalis quo ad partē de colore visibili, & visu, quia color vt color est obiectū visus: sed color visualis & vt visus est obiectum perspectiuæ: & similiter sensus interior cuius obiectum est qualitas sensata actu habet obiectum spiritualius q̄ sensus exterior, cuius obiectum est qualitas in se: sed diceret aliquis, ꝙ imò obiectum appetitus est compositius, quia habet in se duplicem compositionem, quia & illam realem quam prius, & cum hoc illam rationis substractam. Vel dicendū, ꝙ si illa spiritualitas esset ratio formalis obiecti bonum esset argumentum, sicut contingit in perspectiua cuius formale obiectum est linea visualis, vel visio linealis & extensibilis, ita ꝙ extensio in comparatione ad naturalē sit sibi formalis: sed visio in comparatione ad alium mathematicum: vnde pos sit dici nobilior respectu aliarum mathematicarū, quantùm ad hoc ꝙ habet nobilius formale obiectū. ſ. actum vitalem. Sed in sensu cōmuni non est formale esse sensatum, quia tunc primū quod sentiret esset ipsum sentire exterius, qd' non est verū, sed est aliquid cōmune oībus: puta quantū, vel mobile, aut hmōi: sed sensatio est conditio

Triplex instantia. Contra veritatem prædictam.

Declaratio pulchra qūo intellectus mouet effectiuè voluntatem.

Scia nra nō causat' principal'r à rebus, sed ab intellectu agente.

Arguitur tripliciter ꝙ voluntas sit nobilior intellectu per comparationem ad exteriora.

ditio exigita: sicut causa sine qua nō, sicut in intellectu esse phantasiatū non est formale obiectū: & similiter esse apprehensum non est formale in obiecto appetitus seti am cognitiui: sed ipsum bonū, quia esse apphensum concurrit ex parte voluntatis non obiecti, quod natum est de se mouēre: vnde ex bono qd' per se est formale obiectum voluntatis, & ente quod est secundū se obiectum intellectus debet sumi ratio & constat ꝙ ratio entis est

Pulchra difficultas. prior & simplicior. 27 Sed adhuc cōtra illud quod dictum est ex obiecto sumi nobilitatē potētiæ, quia ab illo non habet potētia nobilitatē à quo nō habet entitatem nec ab illo entitatē à quo nō habet vnitatē & pluralitatē, sed impossibile est ab obiecto potētiā habēre entitatē vnitatē vel distinctionē. ergò &c. duæ primæ propositiones patent. Probatio vltimæ, qa obiectū potētię nunquā est vnū re sed ratione solùm, sicut obiectū visus non est vnum re sed tantū ratione logica. ſ. genere, nec vnitas generis vel rationis pōt esse causa essendi vel innotescēdi vnitatē realē, sicut nec entitas rationis est causa entitatis realis, nec quo ad esse nec quo ad vnitatē, sed econuerso. Vnde differentiæ ꝙ distinctio obiectorū non est causa distinctionis potentiarū in essendo sed in cognoscendo, qa etiā aliqua possunt esse priora in essendo quę sunt posteriora in cognoscēdo. Differentiæ etiā ꝙ potētialis distinctio obiectorū sufficit ad ducendū in notitiā: hoc non videt valēre, quia distinctio potentialis nunquā est causa cognoscēdi distinctionē actualē, sed magis vnumquodq; cognoscit secundū ꝙ est in actu: & similiter distinctio rationis non est causa essendi nec cognoscendi distinctionē realem: sed magis econuerso entia rationis sunt per secundā operationē intellectus fundatā super primam de re ipsa, quāuis alicui videretur ꝙ non distin

Resolutio. gueremus inter albedinē & dulcedinem lactis, nisi eam diuersis sensibus appræhenderemus &c. Propter quod potest dici aliter, ꝙ licet ens & bonū conuertant' & sunt idem re simpliciter, non tñ prout sunt obiecta intellectus & voluntatis. Est enim omne bonum appetibile ali quo appetitu, quia bonū est ꝙ omnia appetunt, sed non omne omni, quia appetibile est vnicuiq; propriū bonū: est autē aliquid bonū secundū appetitū naturalē quod non secundū animalē: sicut aliquādo natura appetit cibum quē gustus fastidit, & aliquid est bonum secundū

Ad.4. sensum quod est malū secundū intellectum, & inuenitur ens quod mouet ad intelligendū: non tñ ad diligendū, sed quādoq; ad fugiendū vel ad neutrum: vnde cùm obiectum voluntatis sit bonū cognitū non bonū absolutè: & intellectui ens cognitū possit repræsentare sub ratione mali, apparet ꝙ nō est idem re obiectum intellectus & voluntatis: licet sit idem obiectum intellectus & appetitus in cōmuni: & inde est ꝙ appetitus in cōmuni nō distinguitur cōtra intellectū: imo quicquid intellectus intelligit: illud in se naturaliter appetit intelligere, quia malorum sunt scientiæ bonæ, & omnis veritas est perfectio naturalis intellectus: vnde sicut sensibile in cōmuni est obiectū sensus cōmunis: quod tñ nihil est præter sensibilia particularia: nihilominus tñ quia alicubi inuenitur sine colore per hoc distingui à visu: alicubi sine sono per hoc ab auditu, & sic de aliis: ita etiam ꝙ inuenitur ens quod non est bonū voluntati, licet sit bonū alicui, propter hoc distinguit intellectum à voluntate.

28 Secundò arguitur ex parte subiecti, sic: quia bonū quanto cōmunius tanto diuinius & per consequēs melius, sicut esse q̄ viuere, & viuere q̄ cognoscere cum præcisione &c. secundū Dio. sed appetitus est quid cōmunius q̄ cognoscere, cùm cōpetat etiam naturalibus. ergò diuinius. 29 Solutio, verū est de vno & eodē & cæteris paribus ꝙ tanto est melius quāto cōmuni': sed illud quod est optimum simpliciter cōuenit paucioribus &c. Item finis est melior his quæ sunt ad finem: sed in potentiis animę interiores sunt finis priorū, quia finis habet rationē vltimi, sicut vegetare proter sentire, & sensus exteriores propter interiores, & illi propter intellectū: ergò cùm appetitiua per se sit posteriori appræhensiua, per consequens est finis eius, sicut esse deorsum quod consequitur grauitatem est eius finis. Est enim corpus graue propter esse deorsum, non econuerso. Et similiter appetitus est inclinatio consequens formam, quasi finis ad id quod est ad finē &c. Et dicendū ꝙ intellectus practicus est propter actū volūtatis qui per ipsum sequit', sicut propter finem, sicut finis practicæ est opus, sed finis speculatiuæ est veritas. i. actus suus elicitus: quia intellectū speculatiuū non sequit' actus voluntatis: vnde speculari est ille actus præcipuus qui est omniū aliorū finis, & omniū bonarū voluntatū, & ab eo habet intellectus præmineētiam respectu volūtatis. 30 Tertiò ex parte habitus sic, iudiciū debet accipi de re secundū esse naturale non supernaturale & gratuitū, qa contingit intellectū humanum habēre maiorem gloriā intellectu angelico, qui tñ est indignior: secundū naturalē autem cursum voluntas est perfectibilis nobiliori virtute. ſ. iustitia legali quæ etiam prudentiæ imperat: imò etiā omni virtuti intellectuali, qa ciuilis ordinat quæ artes leganē etiam speculatiuæ, & sic est architectonica, & si non dictet quomodo legatur, tñ dictat & imperat legendū, & per cōsequēs studendum & speculandū, sine quibus non pōt exterius benè legi. 31 Dicendū, ꝙ id ipsum quod iustitia legalis imperat prudētiæ, dictat ei prudētia imperandū: vnde trahit volentē trahi, & si esset perfectior virtute morali non tñ intellectuali simpliciter, qa fœlicitas contēplatiua est melior simpliciter, licet actiua sit melior secundum quid, & secundū hoc imperat speculationi qd' est secundū quid, qa & totū hoc ordinat finaliter ad quietem & contēplationem, sicut morales ad intellectuales.

Art. 2. 32 Quantū ad secundū arti. principalē de essentia beatitudinis. Primò ponent' tres cōclusiones probabiles. Secundò ponent' rationes quorundū cōtra primā cōclusiōnē, & ostēdet ꝙ illæ rōnes nō sunt cōtra primā cōclusionē, sed cōfirmāt secundā & tertiā conclusionē. Tertio, arguetur cōtra secundā cōclusionē. Quartò, cōtra tertiā.

Beatitudo cōtemplatiua totaliter cōsistit in intellectu. 33 Quantū ad primū dicendū, ꝙ in pria sicut in via est duplex fœlicitas, speculatiua & practica, cū qcqd perfectionis sit in via eminētibus sit in pria loquēdo, ergò de fœlicitate contēplatiua illa consistit in actu intellectus: nō solū principaliter aut essentialiter imò totaliter: ad quā quicunq; actus voluntatis, siue sit dilectio siue delectatio aut fruitio nō se habet essentialiter, imò nec cōsequēter, nec accidētaliter, qa non pōt actus aliqs voluntatis sequi intellectū purè speculatiuū: ille em speculatiuus qui nō dicit de ꝙsequibili & fugibili nunquā mouet. 3. de aīa. & inde est ꝙ habitibus speculatiuis in intellectu nullus habitus de mundo correspōdet in voluntate, sed solū habitibus intellectus practici, sicut partibus prudētiæ respōdent habitus morales in appetitu.

Beatitudo actiua principaliter est in volūtate. 34 Secūdò, possumus loqui de beatitūdine supernaturali actiua & illa cōsistit in actu intellectus practici antecedēter, sicut & oīs actus volūtatis, & in actu dilectionis voluntatis essentialiter, & in actu delectationis consequenter: vel secundū rem si differūt re, vel secundū rōnem si differūt ratione tñ. Ciuitas em̄ supernorū ciuiū & corū fœlicitas, cōsistit in dilectione Dei & sui & ꝓximi ordinata qualē illa requirit, & sic pōt dici beatitudo, pax & regnū Dei, sed principalitas est penes voluntatē, qa omnis cognitio practica ordinatur ad volitionē sicut ad finē, quia finis practicæ est opus. 2. Meta. 35 Tertiò, si

Beatitudo ex illis duobus aggregata principaliter est in intellectu.

tiò,si loquamur de beatitudine prout dicit statũ aggregatum ex ista duplici fœlicitate,sic cõsistit quidẽ in actu vtriusq; essentialiter,sed in actu intellectus principaliter:quia illud quod est melius in toto aggregato est principalius:hmõi autẽ est fœlicitas contẽplatiua, non actiua cùm ista sit propter illam secundũ Phũm. Vnde cùm beatitudo sit finis & non ad operationẽ ordinet sicut ad finem:hoc est differẽter,quia beatitudo contẽplatiua est omniũ actionum finis sui generis & aliorũ: vnde est simpliciter finis quo,licet non finis gratia cuius, qa hoc est ipsum obiectũ:sed beatitudo actiua est finis actionũ practicarũ,sed non oĩm simpliciter: imò ipsa ordinat ad cõtemplationẽ quæ sine illa posset turbari. Dilectio ergò Dei in patria licet non ordinet Deum in aliud: tñ ipsa met ordinatur in visione,sicut minus bonum eiusdem subiecti ad aliud maius bonũ eius. Sed in hac deductio nedubiũ est q beatitudo summa nõ habeat fruitionem annexã,sed beatitudo minor actiua, cùm tñ dicat Phũs, q consideratio sapientiæ habet mirabiles delectationes & purissimas: sed fortè illud non est nisi mediante actu practico, qui dicit Deum esse summum bonum vel sum mè amandũ vel hmõi. 36 Quantũ ad secundũ probãt aliqui contrà primã conclusionẽ, q actus voluntatis sit de essentia beatitudinis. 37 Primò sic,quia illa potentia quæ essentialiter pertinet ad imaginẽ habet actum qui est de essentia beatitudinis, quia hæc beatitudo est Dei immediata habitio: ideò autẽ anima ad imaginem Dei est q eius capax est & particeps esse põt, sed voluntas est essentialiter pars imaginis. ergò &c. Si dicatur q maior habet instantiã in intellectu agente quæ est pars imaginis, nec tñ habet actum in beatitudine. Dicendũ q maior ꝓpositio intelligit de potẽtia passiua cũ beatificari sit pati & recipere. 38 Secundò sic, Omnis actus per quẽ immediatè & perfectè attingit obiectũ beatificũ sub ratione qua beatificũ est essentialiter beatificus,sed actus voluntatis est hmõi.ergò &c.Maior patet dupliciter.Primò,qa finis quo essentialiter est actus quo immediatè habet finis grã cuius:dicta autẽ immediatè, qa propter hoc in actu reflexo non põt esse beatitudo:quia nõ attingit obiectũ beatificũ immediatè sed mediante actu recto. 39 Secundò,probat etiã sic hæc maior, qa sicut omnis actus qui immediatè attingit visibile obiectũ in quantum est visibile est essentialiter & formalis visio:sic omnis actus qui attingit immediatè obiectũ beatificam vt est beatificum obiectiuè est essentialiter & formaliter beatitudo subiectiuè. Et si adhuc dicat ad hanc maiorẽ q vera est qñ attingit obiectũ nondum habitũ, sed hoc est iam habitum per actum intellectus. ideò &c. Dicendum q nõ est habitũ omnimodo quo haberi põt immediatè, quod requirit ad veram beatitudinẽ nec oportet addere primò, qa si visio interrũperet & postea videret, sicut nunc in Paulo, ita esset beatifica secũda visio sicut prima: vnde beatitudinẽ non habet visio,quia prima aliàs cognitio viæ esset beatifica, sed quia immediata: & si dicatur q illa primitas & posterioritas q fuit in Paulo accidit,accipiatur secundum illos qui dicunt, q beatitudo augetur intẽsiuè in resurrectione, & q intentio fit per corruptionẽ & generationẽ : tunc enim per se visio post resurrectionem præsupponit visionem antè: nec est tamen minus beatifica secundum eosdem. Minor patet, scilicet , q actus voluntatis in patria immediatè fertur in Deum sub ratione qua obiectũ beatificũ, quia Deus est obiectum beatificum sub ratione qua est omnis boni bonum:voluntas autem in patria est perfectitissima,non est autem potentia perfectissima,nisi quando immediatè in suo subiecto inuenit omnem rationem omnis sui obiecti: cùm autẽ obiectum eius sit bonum in cõmuni;

Opinio contra veritatẽ prædictam.

Ratio.1.

Ratio.2.

non est perfecta nisi attingat summũ bonum in ratione omnis boni. Item actus intellectus nihil ponit circa obiectum : ergò sicut inuenit obiectum beatificum sic simplex & immediatũ præsentat ipsum voluntati. 40 Tertiò sic,potẽtia quæ habet actum essentialẽ in merito,habet actum essentialẽ in præmio, sed voluntas est hmõi. ergò &c. Maior patet,qa si album inquantũ albũ est per se dilgregat hoc est per albedinẽ quæ est album:sed merens inquãtùm merẽs vel saltẽ per se præmiatur ratione meriti,qa cõuenit omni & per se licet non soli cũ aliqui sint beati sine merito : sicut etiã ignis per se est calidus, quãuis aliquid non ignis sit calidũ vel per se, vt aër:vel per accidẽs vt aqua:ideò merẽs debet præmiari secundũ illud per quod & secundũ quod meruit, & pari ratione potẽtia q̃ habuit essentialiter actũ in merito,debet habẽ re essentiã in præmio:dico autẽ potẽtia,qa secùs est de habitu.Est enim aliqs habitus qui habuit essential'r actum in merito,sicut fides, qa sine fide impossibile est placẽre Deo:qui tñ non habet actũ in patria,qa non manet,sed potentia ibi manet: dico autẽ quæ habuit formaliter & subiectiuè:non q̃ in alio efficit sicut intellectus agẽs, qa repugnat beatitudini essentiali q efficiat à potẽtia creata:sed debet recipi in ea. Minor patet, qa diligere per essentiã est actus meritorius, nec cõcludit ideò quin aliæ potẽtiæ possint beatificari vel accidẽtaliter vt organicè, vel essentialiter vt intellectus,quia credere vel iudicare est de essentia meriti sicut eligere. 41 Quartò sic, potẽtia q̃ essentialiter libera est essentialiter beatificabilis est,sed volũtas est hmõi, ergò &c.maior patet,qa oppositа nata sunt fieri circa idem non per accidẽs sed per se: vnde cùm salus beatitudinis & dãnatio miseriæ sint oppositа,per se est dãnabile dãnatiõe perfecta.s.quo ad pœnam dãni & sensus, nisi habẽs vsum liberi arbitrij: ergò nihil est per se præmiabile, nisi habens vsum liberi arbitrij. Quòd autẽ paruuli beatificantur est per accidẽs:potentia ergò per essentiã libera,per essentiã beatificabilis est, sed volũtas est hmõi secundũ oẽs.ergò &c. Si dicat, q intellectus agẽs est liber, quia immaterialis & tñ non beatificabilis : dicendum, q non omne immateriale est liberum,nec omnis potẽtia immaterialis est libera essentialiter: sed illa quæ est subiectum actus liberi, non per hoc q ipsum patit: sed per hoc q actus suus elicitus, vel imperatus est in potestate sua,quod est verum de intellectu posibili & voluntate: non de intellectu agente qui penitus agit de necessitate naturæ:tñ cùm etiã potentiæ organicæ & purè actiuæ & vegetatiuæ beatificentur in patria,saltem accidẽtaliter toto corpore beatificato non est negandum,quin intellectus agẽs beatificetur per accidens,qa & actum naturalẽ in intellectu posibili multo nobilius eliciet in patria q̃ in via. 42 Ad istas autẽ rationes est dicendum, q istæ rationes benè concludũt, q actus voluntatis est essentialiter de essentia beatitudinis actiuæ,quę est in patria consistens in dilectione Dei & sui & proximi, quæ est ciuitas ciuium supernorum & regnum Dei non carens fœlicitate politica,quod est secunda conclusio : item quod si de essentia beatitudinis integræ & perfectæ,quod est tertia cõclusio:sed non concludit quod sit de essentia fœlicitatis purè speculatiuæ, qd'est prima conclusio. 43 Quantùm ad tertiũ arguitur contra secundam conclusionem quadrupliciter.Primò sic, Actus qui semper est debitus non est de essentia beatitudinis patriæ,quia iste habet rationem meriti,ille præmij & promissi & mercedis, quæ non est debita à merente sed merẽti, nullus enim respectu eiusdem est debitor & creditor,sed dilectio Dei tam in via q̃ in patria est debita secundũ illud, Nemini quicquã debeatis nisi vt inuicem diligatis.Non enim põt homo tantùm diligere Deum

Ratio.3.

Ratio.4.

Doctor hic hasobiectiones cõcedit sed vide Ioan.in.c. hîc. q.2. contra 1.conclusionem.

Ratio. 1. & est Dur. q.4

Deũ q minus debeat 44 Præterea actus qui cadit sub præcepto semper est debitꝰ quia præceptũ obligat: illud autẽ præceptũ,diliges dñm Deũ tuũ ex toto corde, maximè impletur in patria,præcepti autem impletio est debiti solutio.ergo.&c. 45 Secundò sic.Ille actus qui semp sequitur intellectũ practicũ nunq̃ est de essentia beatitudinis quæ est pure speculatiua:sed omnis actus voluntatis est huiusmodi:ergo &c. ꝓbatio mi.dupliciter.Primò sic.Itellectus speculatiuus extẽsione fit practicus:intelligitur autem extensio ad appetitũ per hoc q mouet appetitum,quia propriũ est intellectus practici mouere appetitum quẽ speculatiuus non mouet. Omnis ergo intellectio quã sequitur quicũq; actus appetitus est practicus & nõ speculatiuus:tum quia extẽditur vsq; ad appetitũ: tum quia mouet appetitũ.Item sub eadem ratiõe bonũ desideratur absens, amatur & delectatur præsens : sed ratio quare desideratur & speratur est practica:quia intellectus practicus est qui dicit aliquid de prosequibili & fugibili:ergo &c. Si dicatur quod ille solus intellectus est practicus qui mouet appetitum intellectiuũ in ordine ad opus,vel ad appetitum sensitiuũ moderandum,à quo scientia moralis dicitur practica nõ valet: quia tũc vera esset opinio,q theologia quæ principaliter est quãtum ad aliquã partem de dilectione Dei nõ esset practica,sed affectiua,quodtamen cõiter negatur.Si ergo verũ est dicere,q charitas est habitus practicus & q dilectiones quãtuncunq; amicitiæ est practica & ad praxim pertinet:ergo ipsa sequitur intellectũ practicũ.Item si dicat ad secundũ q.desideriũ pertinet ad amorẽ concupiscentiæ & similiter delectatio,& ista bene consequuntur intellectũ practicum, & similiter diligere quod est mediũ: vel ratio istorũ:sed aliquid est de amore amicitiæ, nõ valet:quia sicut delectatio nõ solum sequitur amorem concupiscentiæ:sed etiam amicitiæ respectu amati præsentis secundũ cõmunẽ opinionẽ,sic desideriũ respectu absentis:ergo cũ omne desideriũ & omnis delectationis sequãtur intellectũ practicũ,per cõsequens,& omis amor etiã amicitiæ qui natus est causare immediate vtrumq; non intercedente nouo actu intellectus medio. 46 Tertio sic.Operatio quæ est propter aliã operationẽ non potest esse de ratione vltimi finis qui repugnat esse ad alium finem:sed volitio est huiusmodi:ergo &c.Probatio minoris:quia actus intellectus videtur esse finis actus voluntatis sicut finis quo,& sicut finis cuius,nõ tamen vltimꝰ Et de fine quo apparet,quia cũ finis quo dicit operatio qua assequitur finis cuius,hoc est dupliciter: vel essentialiter,& sic potẽtia attingit finem propria operatione nõ aliena,nisi fortè appetitus de quo post dicetur: vel instrumentaliter & dispositiue,sicut diceretur phãtasiari finis quo intellectus sine quo nõ potest intelligere,sed ipsum met intelligere est finis quo essentialiter assequitur finẽ: & sic cum voluntas non posit amare nisi cognitum : videtur cognitio finis quo amoris illo modo.Item finis cuius:quia licet non omne imperfectum sit propter quodlibet perfectius,quia non est homo propter angelum:nihilominus videtur q in potentiis & operationibus animæ perfectiores sunt propter perfectiores: & sicut corpꝰ propter animã sic sensus propter intellectum,& per consequens volũtas propter intellectũ:& pari ratione actus ciuspropter actum illius. 47 Quartò,quia sicut se habet appetitus sensitiuus ad sensum:sic intellectus ad intellectum:sed sensitiuus non assequitur finem suum per actum suum:sed per actum sensuũ:si enim appetit delectari in gustu:nõ consequitur ipsum gustabile per appetere:sed per gustare,nec appetit ꝓpter appetere: sed propter alia:ergo similiter voluntas non vult propter velle sed propter aliud:& sic non attingit finẽ suũ nisi per intellectum. 48 Hæ autem rationes prout concludunt, quia nullo modo actus voluntatis sit de essentia beatitudinis,nec practicæ, nec cõgregatæ:sic cõcludunt falsum. Et dicẽdum ad primũ,q charitas meretur augeri: vt aucta mereatur,perficiet tamen quãdo augetur:elicit actũ qui est debitus respectu charitatis quæ nunc est:quia cũ crescunt dona crescunt etiam rationes donorum:& cum hoc est merces,& præmium respectu actus charitatis qui ipsum promeruit.Similiter dilectio Dei in patria: & est debita ab illa charitate perfecta:quia debet diligere quãtum potest:& tunc tantùm potest: ergo &c. & est merces reddita respectu meriti quod præcessit:& idem posset dici de illa visione:quia ex quo potest tenetur Deum cogitare quantum potest. 49 Secundum argumentum in nullo est contra conclusionem secundam nec tertiam: sed solum est pro prima. 50 Ad tertium dicendum,q operatio quæ est essentia beatitudinis speculatiuæ non est propter aliquam aliam vnã operationem : quia finis speculatiuæ non est nisi veritas:sed operatio quæ est essentia beatitudinis practicæ,est propter speculationem, sicut fœlicitas actiua est propter contemplatiuam,quamlibet autem per se sumpta est propter aggregatum ex vtraq; sicut quelibet pars est propter totum: vt anima propter hominem & non solum corpus. 51 Ad quartum dicendum,q non est simile de appetitu naturali & sensitiuo qui non immediate cõiungitur fini sicut obiecto, quia graue non assequitur centrum formaliter per grauitatem:sed per quantitatem,nec similiter appetitus sensitiuus vt ibi dicitur:sed voluntas immediate fertur in summum bonum , & attingit ipsum non solum per intellectum , sed immediate per ipsam : supposita tamen apprehensione intellectus. 52 Quantum ad quartum arguitur contra tertiam conclusionem quadrupliciter.Primò sic. Beatitudo consistit in operatione,sed optima operatio non est nisi vna, quia differentia speciei sunt magis & minus perfecta: ergo & cætera. 53 Solutio est in optima operatione potentiæ beatificabilis:sed illa est duplex:ergo in duplici quia beatitudo non est aliquid vnum simpliciter nec pars sed aggregatum: est enim status omnium bonorum aggregatione perfectus.Et similiter quod dicitur consistere in actu excellentissimę potentiæ: verum est quæ est hominis vt est homo,illa autẽ est duplex non tãtum vna. Secundò, sic,nihil accidentale cadit medium inter illa quæ sunt essentialia, sicut nihil est medium inter materiam & formam, sed inter diligere Deum amore amicitiæ & videre eum speculatiue necessario cadit media cognitio Dei practica , quia ad illam solum sequitur actus voluntatis: quia intellectus pure speculatiuus non mouet : ergo ista duo extrema non integrant essentiam beatitudinis. 54 Solutio, dicendum,quod maior est vera de his quæ faciunt aliquod verè vnũ per se & simpliciter. Nam essentia domus consistit in fundamento, tecto, & parietibus : inter quæ cadunt multa media in fieri & in esse:vt claui , cæmenta & huiusmodi quæ non dicuntur esse de essentia. 55 Tertiò arguitur contra rationem quorundam probantium eandem conclusionem: sed male.Dicunt enim quidam,quod beatitudo non est in se æqualiter perfecta : quia includit duos actus qui sicut differunt specie & per consequens sunt inæquales in esse naturæ,sic sunt inæquales in esse beatifico,quod non addit super actũ pure naturalem nisi tantũ respectu rationis propter absentiam obiecti, sicut actus meritorius super actum non meritorium. 56 Contra hoc est primo,q cõsequẽtia est nulla: q si actus sunt inæquales in genere naturæ,ergo in gñe beatifico etiam: quia secũdũ eos beatitudo angelica & hũana in gñe naturæ sunt inæquales

Ad.2.

Ad.3.

Ad.4.

Instan. quadruplex qđ beatitudo nõ consistit in duabꝰ operationibꝰ.

Opi.

Instan.1.cõtra opi.

inæquales,sicut & eorũ ꝓpria operatio in puris naturalibus est inæqualis, & tñ beatitudo angelica & humana supnaturalis possunt esse æquales,quorũ tamẽ naturales nõ possunt esse æquales,cũ differãt specie. Item si ꝓpter hoc volitio & intellectio beatifica sunt inæquales in beatitudine:quia sunt inæqualis in gñe naturæ:ergo paritione per oppositum quorũ beatitudines naturales sunt æquales: per cõsequens & supernaturales:hoc autem est falsum:quia sic oĩm hoĩm æqualis esset beatitudo,vel habẽtiũ meliora naturalia esset maior ꝙ est falsum.Hęc autem incõuenientia nõ sequũtur cõtra cõem opinionem, quæ ponit ꝙ beatitudo supnaturalis differt specie, imò genere à naturali:vnde põt esse æqualis in hoĩe & angelo in quibus naturalis est inęqualis,& ecõuerso in hoibꝰ in quibus naturalis est æqualis potest esse supernaturalis inæqualis.vnde patet ꝙ probatio illa est nulla: licet cõclusio sit vera. 57 Secũdò arguitur aliter,sed cõtra eandem rationẽ quantũ ad id quod dicit beatitudinem naturalẽ & supernaturalẽ eiusdẽ speciei,nec differre nisi secũdum respectũ rõis,quia illa quæ sic se habent ꝙ vnũ est perfectius altero realiter & incõparabiliter: & quorũ vnũ est intelligibile quantũ ad quidditatẽ suã,aliud nõ, differunt specie:quia oĩa quæ sunt vnius speciei sunt differẽtia in perfectione determinata & æqualiter sunt intelligibilia:& relatio nõ solũ rõis imò realis etiã diuina nullã perfectionẽ dicit:sed beatitudo supernaturalis est perfectior realiter naturali:alioquin manifeste vana facta est spes nr̃a,& inanis est fides nostra si æquè realiter obtinẽt perfectã beatitudinẽ pagani vel saltem pueri nõ baptizati qui habent naturalẽ:sicut baptizati qui habẽt supernaturalẽ.Item naturalis est cõprehẽsibilis & demõstrata à philosophis:supernaturalis autẽ in cor hoĩs non ascẽdit,nec quid est nec an est:nã si sciretur quid est, per consequẽs sciri posset an est vel esse possit:ergo eiꝰ quiditas & per consequẽs realiter nescitur,sed tãtũ creditur & speratur.Nã quod videt quis quid speratʔ Itẽ non solũ realiter:sed etiã incõparabiliter est perfectior: quia non sunt condignæ passiones &c. Erroneũ ergo videtur ꝙ nõ aliter differant:& sic nõ valet probatio sed stat cõclusio probata per alia quæ dicta sunt. 58 Quantũ ad tertiũ articulum de actu reflexo sunt tres cõclusiones. Prima de vnitate actus recti & reflexi in via:quia quando non sunt simul:tunc realiter differunt, sicut quãdo intelligo me intellexisse & quãdo volo me voluisse,quia impossibile est ꝙ illa duo quorũ vnũ totaliter ẽ corruptũ,aliud autẽ totaliter est saluũ sint vna res:quia ens differt à nõ ente: & quæ sunt vnũ re simul gñantur,& simul corrũpãtur:quarto meta.horũ autem primus esse desijt. Secũdus est actu:ergo.&c.Itẽ vnus est bonus,puta actus quo nũc pœnitet,alius malus.ſ.ille de quo pœnitet. Quãdo autẽ sunt simul,tunc sunt vnus actus numero vt quando intelligo me intelligere,& volo me velle ex vnitate principalis obiecti,sicut velle finẽ & aliquid propter finẽ:& sic sunt vnus actus numero. De hoc tamen dictũ est pleni⁹. lib.1.di.1.q.1. 59 Secũda cõclusio est de vnitate actꝰ recti & reflexi in patria,vbi tãdũ est ꝙ beatus põt videre visionẽ suã dupliciter:vno modo in Deo & tũc est idẽ actus numero quo videt Deũ & videt se videre,si cognitio matutina rerũ in verbo est vnꝰ actus cũ visione ipsiꝰ verbi. Alio modo secũdũ quosdam potest habere experimentalẽ cognitionem de illa cognitione,& intueri eã in propria natura:quia licet habitũ supernaturalem nõ cognoscat homo naturaliter:tamen omnem actũ suũ secundum potest per experiẽtiã naturaliter cognoscere: & tũc iste actus reflexus differt ab actu primo, & ab actu reflexo primo modo dicto:sicut cognitio vespertina cognitione beatifica,& matutina. Similiter amare dilectionẽ patriæ vel delectari in ipsa delectatione potest esse dupliciter:quia vel dilectione & cõplacẽtia supernaturali:quia consequens est vt qui diligit Deũ diligat ipsammet dilectionẽ propter ipsummet Deũ:& sicut quietatur in Deo, ita quiescat & sibi cõplaceat in ipsa delectatione purè ꝓpter Deũ,& hic est vnus actus numero sicut & invia & dictũ est,vel diligo ista vt cõplaceat mihi in istis inquãtũ sunt bonũ meũ propriũ & formale & dilectione naturali,& iste actus reflexꝰ differt à recto & à primo reflexo, sicut dictũ est de visione reflexa. 60 Tertia cõclusio est,quomodocunq; accipiatur actus reflexus in patria inquantũ huius,in ipso nõ cõsistit beatitudo prout enim dicit actũ naturalẽ distinctũ realiter ab actu recto videndi & amandi Deum & fruendi:sic in ipso non consistit beatitudo, nec essentialiter, nec accidentaliter nisi per accidens:quia non cõsequitur primo & per se:sed quasi omnino per accidens. Si autem loquamur de actu reflexo secundo modo qui est idem re cũ actu recto tũc autẽ loquimur secundũ rem,& tunc cũ sint vnus actus simpliciter,illo modo cõsistit beatitudo in actu reflexo quo in actu recto tũ quo est idẽ. Si autẽ loquamur secundũ rationem,tunc nullo modo potest consistere beatitudo in actu reflexo essentialiter:quia essentialis beatitudo habet Deũ pro immediato obiecto & termino : actus autẽ reflexus vt sit habet pro immediato obiecto & termino actum rectũ creatũ:vnde &c.sed in tali actu cõsistit per se & accidentaliter:quia per se & nõ per accidẽs debetur cuilibet actui beatifico ꝙ sit super se reflexiuus: aliàs nõ esset perfectissimus. 61 Contra hoc tamẽ arguitur quadrupliciter.Primò,quia actus patriæ quorum est idem obiectum formale sunt æqualiter beatifici:sic autem est de visione Dei,& de visione huius visionis in Deo:quia idẽ est obiectũ formale vtriusq;. 62 Solutio,põt videre Deũ videre hãc suã visionẽ in eo sic & cæteras creaturas se & alias:& tunc est idem obiectũ formale & mediũ cognoscendi:sed non est idem materiale obiectũ & cognitum:vnde est idẽ mediũ vtriusq; cognitionis,sed non est idem terminus. Vnde non potest esse in taliactu beatitudo,nõ propter defectũ medij quod est vere beatificãs: sed propter defectũ termini quod est creatũ. Actus enim beatitudinis non solum debet esse immediate à Deo sed etiã terminari ad Deũ. Secundò potest videri in seipso: quia sicut beati vident in Deo etiã ea quæ non sunt in ipsis,ita etiã sine visione Dei potest aliquis videre actũ quemcũq; habet apud se:& in tali actu nõ est beatitudo propter defectũ medij & termini siue obiecti:vel potest dici,ꝙ idẽ est obiectũ formale principale:sed non immediatũ vt dictũ est. Secũdo sic,quãto actus est perfectior, tanto essentialior beatificus:sed actus reflexus est perfectior actu recto,sicut radius reflexus est perfectior quàm rectus:ergo.&c. Solutio,nõ ꝓpter se sed ꝓpter aggregationẽ radius reflexꝰ est perfectior: & similiter perfectior est actus reflexus cum recto,quã rectus per se:sed si seorsum cõparentur perfectior est rectus : sed illa perfectio quam addit reflexus accidit beatitudini secũdũ rõnem licèt sit idẽ secũdũ rẽ:vñ sic nõ fit vna beatitudo ex actu recto & reflexo:sicut ex actu intellectus & voluntatis:qa vterq; est vna solitaria beatitudo per se & essentialiter; vnde integrant vnã totalem essentialiter,sed actus reflexus vt sic:non est essentia alicuius beatitudinis.ideo &c. 63 Tertiò sic. Sicut dictũ est in actu perfectiori cõsistit beatitudo:sed actus reflexus est perfectior:ergo &c.Probatio minoris:quia sentire se videre: & scire se opinari, & scire se scire sunt perfectiora: quia hoc est ꝓpriũ intellectus in quo excedit alias potentias, quia scilicet cognoscit actũ suum & nõ aliæ. Nã cognoscere obiectũ est omnibus potẽtiis cõmune. 64 Solutio. Intelligere se intel-

In nullo actu reflexo consistit beatitudo.

Instan. 2.

Instã. cõtra hoc quadrupliciter.

Ar. 3. Actus rectus & reflexus possunt esse simul in via,

intelligere & ea quæ sunt intra animã est nobilius quã intelligere ea quæ sunt extra animam & sub ea:sed intelligere superiora nobilius est quã reflecti propter oppositam rationem:quia nobilitas cognitionis simpliciter est ex obiecto & maximè quando concurrit maior certitudo. Excedit enim vna scientia aliam:aut quia nobiliorũ & honorabiliorum,sicut metaphysica : aut per maiorem certitudinem,sicut mathematica:sed plus est homo certus de sua intellectione quã de re intellecta,& cum hoc quando intelligitur aliquid viliusquàm intellectio,tũc concurrit nobilitas obiecti,ideo tunc actus reflexus est nobilior. Secus autem in patria vbi Deus visus est obiectum nobilissimũ. Et cum hoc secundũ rationem est clarior cognitio Dei quã alicuius in Deo:licet prima non sit compræhensiua sed secunda. 65 Quartò probatur adhuc minor sic:includens est nobilius incluso non solum materaliter sed formaliter:sicut anima intellectiua non solum quia plures potẽtias,sed quia simplicior,formaliter est nobilior eis quæ includit. Solutio. Includens cũ incluso semper est nobilius:quia omne totũ est maius sua parte:sed si comparẽtur adinuicem prout distinguũtur re vel ratione,tunc includens est nobilius quãdo id quod addit est nobilius,sicut in exẽplo de anima : quia intelligere est nobilior vita quã sentire vel vegetare: sed quando additum est de se ignobilius:tũc secus est, & ita est in proposito : quia videre creatorem solum est nobilius quàm videre solùm creaturam etiam actu recto.

Ad argu. in oppositum. 66 Ad argumentum in oppositum dicendum est,ꝙ per interemptionem minoris:quia actus voluntatis non est nobilior quã actus intellectus:imò econuerso vt probatum est.Et cum dicitur ꝙ actus voluntatis est liber non actus intellectus. Dicendum ꝙ libertas potest sumi dupliciter. Vno modo prout opponitur coactioni, & sic intellectus est liber in intelligendo sicut voluntas in volẽdo,quod patet quia illud solum est coactũ quod est contra inclinationem rei: sed nullum intelligere est contra inclinationem intellectus,imò est secundum inclinationem eius:naturaliter enim intellectus inclinatur ad intelligendũ,cum intelligere sit sua perfectio:ergo impossibile est ꝙ intellectus in intelligẽdo cogatur,sicut nec voluntas in volendo:imò breuiter nulla potẽtia nec cogitatiua nec appetitiua respectu proprij actus potest cogi: quia nec hoc inuenitur in potentiis naturalibus. Non enim cogitur ignis ad calefaciendũ,nec graue ad descendendum:nec visus ad videndum,semper enim coactio est cõtra naturã rei. Et quia potest contingere ꝙ intellectus assentiat alicui cuius oppositum volũtas magis acceptasset:ideo voluntas hic cogitur in actu imperato, nõ tamẽ elicito,quatenus hoc fit contra eius inclinationem: non autẽ intellectus cuius inclinatio est ad omnia intelligẽdum & istud plenius declaratũ est in secũdo libro. Alio modo sumitur libertas prout opponit̃ necessitati : & sic nõ oportet ꝙ actus sit nobilior qui est liberior,alioquin nobilius esset in Deo velle alia à se quã velle seipsum,& in nobis nobilior esset voluntas eorũ quæ sunt ad finẽ quę volumus liberè: quã voluntas finis quẽ necessario volumus:quæ omnia sunt falsa. Et iterum si propter libertatem poneretur fœlicitas in actu voluntatis, deberet poni in actu libero & non in actu necessario:sed actꝰ voluntatis respectu Dei in patria est necessarius & non liber,siue in diligendo Deum amore benevolentiæ,siue fruendo Deo amore concupiscentiæ,ergo in nullo actu voluntatis in patria consisteret beatitudo. 67 Itẽ nec illud est verum quod intellectus non sit liber sicut voluntas:licet enim intellectus necessitetur quo ad prima principia quæ de se continent claram veritatem:nihilominus tamen nõ necessitatur respectu omnium quæ deducuntur ex primis principiis:sed quibusdam libere assentit, exceptis his quæ habent necessariam deductionem ex ipsis: similiter voluntas necessitatur respectu finis:sed libertatem habet respectu eorum quæ sunt ad finem,nisi sint talia quę necessariam colligantiam habeãt cum fine: ergo tot modis liber est intellectus tam speculatiuus quàm practicus in iudicando,quot modis est voluntas in eligendo. Quod autem consueuit dici,ꝙ volũtas imperat intellectui & omnibus viribus animæ:nõ est sic intelligendum quod imperet intellectui vt superius suo inferiori : imò potius est data inclinatio intellectui ad prosecutionem suæ perfectionis, sicut dictum est de appetitu rerũ naturalium qui datus est eis propter prosecutionem suæ perfectionis naturalis:vnde sicut ibi appetitus non imperat formæ motus,sed est inclinatio cõsequens rem propter consequendam & conseruandam eius perfectionem: & ideo non propter hoc potest dici, quod sit aliquod nobilius forma rei vel eius operatione,sic voluntas est inclinatio data intellectui ad prosequendam perfectionem,quam intellectus iudicat conuenientem sibi,nec propter hoc potest dici ꝙ ipsa sit nobilior intellectu:aut quod imperet intellectui,sicut superius inferiori , sed solum ꝙ est inclinatio data menti ad prosecutionem eius quod per intellectum iudicatũ est.

Duplex libertas.

Intellectꝰ est ita liber sicut volũtas coactione.

❧ QVAESTIO QVARTA.

De obiecto fruitionis.

Thom. 12. Quæst. 11. arti. 3. & hac ipsa dist. q.3.

QVARTO quæritur de obiecto fruitionis,vtrum scilicet Deus sit immediatũ obiectum fruitionis? Et videtur ꝙ non : quia actus ille quo attingitur finis extrà,videt esse immediatum obiectum fruitionis vel delectationis:sicut enim finis est obiectum fruitionis,sic finis extra,qui est finis mediatus, est obiectum mediatum,finis vero intrà qui est nobis immediatus est obiectum immediatum,talis autem finis est actus quo finis extrà attingitur:ergo ipse est immediatũ obiectum fruitionis seu delectationis:sed visio Dei est actus quo attingitur finis extrà.ſ.Deus:ergo visio est immediatum obiectum delectationis & non ipse Deus. 2 Contrà,quia fruitio est aurea & nõ aureola,sed in hoc differunt illa: quia aurea est gaudiũ de creatore:aureola verò de creatura:ergo fruitio non est de visione creata , sed de ipso Deo in se. 3 Respondeo, primo ponetur vna opinio subtilis & probabilis cum suis rationibus, impugnationibus,& defensionibus:secundò ponetur opinio cõmunis cum rationibus factis in primo di.1.& impugnationibus quorũdam & responsionibus ad ipsas.Tertiò ostenditur ꝙ solutiones datæ ad rationem contra primã opinionem non sufficiunt. 4 Quantum ad primũ dicũt quidam,ꝙ immediatũ obiectũ delectationis quã habent beati de Deo viso:nõ est ipse Deus secundũ se,sed est visio & vniuersaliter immediatũ obiectũ delectationis est operatio aliqua vel perfectio formalis,per operationem acquisitam:& loquor de delectatiõe quæ est de re actualiter habita:quàmuis etiam proportionaliter sit verum de delectatione quæ sequitur speciem vel memoriam:& quamuis illud aliàs fuerit probatum: tamen adhuc potest probari aliis rationibus. Ex quarum prima talis est.

Articulꝰ. 1. Opi. Durã. hìc.q.5.& latius i primo di.1.q.2.

5 Ad delectationem duo requiruntur,scilicet consecutio proprij boni & cognitio boni assecuti : ex hoc sic arguitur: Illud solum potest esse proprium & immediatum obiectum delectationis , quod est vel esse potest proprium bonum illius qui delectatur : sed Deus & quæcunq; res ,supposito distincta ab homine, non potest

Ratio. 1.

potest esse proprium bonũ eius,imò non potest esse aliquod bonũ eius nisi ratione operationis per quã attingitur,ergo nec Deus nec aliqua res,subiecto vel supposito distincta ab homine potest esse immediatũ subiectũ delectationis humanæ.Maior patet,quia nullus delectat quocunq; bono,nisi quatenus æstimat ipsum aliquo modo esse suũ.Minor probatur,quia dũ aliquid dicitur tale per denominationem extrinsecã, & aliquid dicitur tale per denominationẽ formalẽ:illud quod dicitur per denominationẽ extrinsecã nullo modo potest conuenire alicui nisi ratione formalis denũtiationis: verbi gratia, sanũ dicitur esse de medicina,diæta,& animali:sed de medicina & dieta,per denominationẽ extrinsecã,de animali verò per prædicationem formalem:& ideo nec medicina nec diæta potest dici sana homini,nisi ratione sanitatis quæ in ipso est formaliter.Similiter aliquid potest dici bonũ homini per denominationẽ extrinsecã:quia est causa alicuius bonitatis in homine,sicut sol est bonus frigescenti:quia causat in eo calorem qui formaliter est bonus,nec vnquã posset dici sol bonus frigescenti, nisi ratione caloris qui est ei bonus formaliter:nec autẽ est ita ꝙ Deus nõ potest dici esse bonũ hominis formaliter,nec quæcunq; res ab homine subiecto distincta, sed solũ per denominationem extrinsecã qualiscũq; sit illa:ergo esse bonũ hominis nõ potest competere Deo nisi ratione bonitatis formalis quæ est in homine formaliter,imò plus: quòd sicut non est alia sanitas nũero , sanitas quæ est in homine formaliter:& sanitas à qua denominatur medicina sana: sed est vna & eadem , sic non est alia bonitas qua Deus dicitur bonus homini, vel ignis bonus frigescenti , quàm bonitas per quam beatus est bonus formaliter , & bonitas qua frigescens dicitur bene habere formaliter,& sic patet minor. Sequitur ergo conclusio principalis,ꝙ deus secundũ se nõ est immediatũ obiectũ delectationis,& in hoc cõfirmatur prima ratio posita ad hoc primo lib.di.1.quæ erat ꝙ immediatũ obiectũ amoris concupiscentiæ ad quã pertinet delectatio:nõ potest esse res subiecto distincta à cõcupiscente. 6 Cõtra hoc tamen aliqui obijciũt dupliciter. 7 Primò cõtra maiorem illius.s.ꝙ amor coucupiscentiæ potest pro immediato obiecto habere rem subiecto distinctã ab ipso concupiscente:quia laus & honor & fama sunt res subiecto distinctæ ab eo qui laudatur , honoratur vel famatur: & tamen cadunt sub concupiscentia, concupiscunt enim etiã multi famari,laudari & honorari:& quidam posuerunt fœlicitatem in honoribus:vt patet ex primo Ethi.

Obiect.Pe. aureo.lib.1. dist.1.

8 Secũdò instatur cõtra minorẽ probãdo,ꝙ delectatio essentialiter nõ pertineat ad amorẽ concupiscẽtiæ: quia illud quod principaliter concupiscitur non est amor cõcupiscentiæ: sed est obiectũ ipsius,sed fruitio & delectatio est principaliter concupita:omnes enim appetunt delectari:quare &c. 9 Item amor concupiscentiæ est prorie de futuro,sed delectatio est de præsenti: ergo delectatio non est amor concupiscentiæ. 10 Ad horũ primum sic respondent dicentes, ꝙ operatio vnius põt esse delectatio alterius tripliciter. Vno modo inquantũ per operationem alicuius cõsequitur aliquod bonũ:& secũdum hoc operationes illorum qui nobis aliqua bona faciunt sunt nobis delectabiles:quia bene pati ab alio est delectabile.Alio modo secundũ ꝙ per operationes aliorum efficitur in nobis aliqua cognitio vel æstimatio proprij boni:& propter hoc homines delectantur in hoc ꝙ honorantur & laudantur ab alijs:quia per hoc accipiũt æstimationem ꝙ in seipsis est aliquod bonũ : & quia illa æstimatio fortius æstimatur ex testimonio bonorũ & sapientum,ideo in horũ laudibus & honoribus magis homines delectantur,& quia adulator est apparens laudator,propter hoc adulatores sunt delectabiles.Tertio modo operationes aliorum sunt nobis delectabiles,inquãtum æstimãtur vt proprium bonum propter vim amoris quæ facit æstimare amicũ quasi eundem sibi:ex quibus apparet ꝙ nihil extrinsecũ est immediatum obiectũ delectationis,extrinsecũ dico secundũ rem & secundũ æstimationẽ.Quod autẽ dicitur ꝙ quidam posuerunt fœlicitatem in honoribus:bonũ quidẽ esset argumẽtũ si opinio esset vera,sed falsa est propter rationem quã subdit philosophus,ꝙ scilicet honor est in honorãte magis quã in honorato,& ideo æstimans honorem esse bonum suũ decipitur:& sic deceptus delectatur in illo quod æstimat bonum esse sibi:quia voluntas per nullum actũ potest in aliquod bonum nisi mediante cognitione, & ideo si malum æstimetur bonũ & extrinsecũ æstimetur intrinsecũ potest de illo esse delectatio sequens falsam æstimationem. 11 Ad secundũ dicunt,ꝙ omnis delectatio pertinet ad amorem cõcupiscentiæ,sicut prius probatũ fuit: tum quia propter delectationem volum' nobis bonũ in quo delectamur:tum quia delectatio de Deo habito respondet desiderio de Deo habendo,sed desideriũ de Deo habendo est desideriũ cõcupiscentiæ:ergo delectatio de Deo habito pertinet ad amorem concupiscentiæ. Quod autem dicitur in contrariũ,ꝙ illud quod principaliter concupiscitur non est amor cõcupiscentię: dicendum ꝙ si ly principaliter, dicat summã & potissimã conditionẽ obiecti concupiscentiæ:verum est:quia potissimũ obiectum nõ potest esse aliquis actus concupiscentiæ:& hoc modo delectatio nõ est principaliter concupita:quia nõ est potissima perfectio nostra,sed potius visio vt declaratum fuit in præcedenti quæstione:si autem ly principaliter,dicat conditionẽ obiecti nõ potissimã:sed in comparatione ad quædã alia obiecta:sic maior est falsa,quia nihil prohibet aliquem amorem concupiscentiæ , puta delectationem illam de qua loquimur esse obiectum alterius actus,puta desiderij,& principalius quã sint multi alij actus,sicut non magis desidero delectari quã desiderẽ desiderare:& tamen vtrũq; cõcupiscitur:delectatio vt de se patet:& desiderare,secũdũ illud psal.Cõcupiuit anima sua desiderare. 12 Ad tertiũ cũ dicitur,ꝙ amor concupiscẽtiæ est solũ de futuro:dicendũ ꝙ falsum est: licet enim concupiscere secundũ vsum cõmunius accipiatur pro desiderio nõ habiti:tamen secundũ rei veritatem conuenit etiã cõplacẽtię,seu delectationi quę habetur de bono habito:& hoc oẽs cõcedũt.Delectatio enim quæ habetur de cibo & potu gustatis,constat ꝙ pertinet ad amorem concupiscentiæ,nullus enim sanæ mentis diceret ꝙ pertinet ad amorẽ amicitiæ:qui nõ potest esse ad creaturas irrationales:& sic patet ꝙ istę instantiæ nõ valent. 13 Præter probationes autem tactas ꝙ delectatio pertineat ad amorẽ concupiscẽtiæ:est alia talis,amor habens pro formali ratione obiecti bonũ delectabile vel vtile est amor cõcupiscentiæ:sed delectatio est huiusmodi.ergo.&c. 14 Contra hoc instatur, quia non solum delectatio habet pro obiecto bonũ vtile vel delectabile: imò etiã bonum honestũ. 15 Sed hæc instantia nulla est:quia sufficit ad propositum nostrũ ꝙ ille amor qui habet bonũ vtile vel delectabile pro obiecto,sit amor cõcupiscentiæ.Et voco bonũ delectabile nõ quod delectat formaliter:quia hæc est delectatio,sed illud quod delectat vt immediatũ obiectũ de quo habetur delectatio,siue ipsa efficiatur ab obiecto siue non.Itẽ dato ꝙ obiectũ delectationis esset bonũ honestũ adhuc habetur propositum:quia bonũ honestũ non est aliquod bonũ per se subsistens:sed est bonũ & perfectio alteri inhærens,sicut virtus vel aliquid tale:& sic redibit ꝙ res subiecto distincta à cõcupiscente,& maximè subsistens,non potest esse immediatũ

Ad.2.

Ad.3.

Duran.hîc vbi supra.

mediatum obiectũ delectationis:bonum enim,vtile,delectabile,& honestum sunt obiectum concupiscentiæ secũdum vnã cõmunem rationẽ repertã in eis:quæ est ratio cõmodi:& quia nihil extrinsecum & maximè per se subsistens potest esse commodum alterius nisi ratione alicuius actus per quem attingitur qui est cõmodum nostrum formaliter:ideo nihil extrinsecum & maximè per se subsistens potest esse immediatum obiectum nostrum vtile,delectabile:vel honestũ. 16 Secunda ratio principalis est ista:sicut se habet desiderium & delectatio ad bonum, sic se habẽt timor & tristitia ad malum,sed summa tristitia quam damnati habent,non est de Deo secundum se & immediate, sed est de dolore quem sentiũt vel magis de carentia visionis diuinæ : ergo summa delectatio vel fruitio quam habent beati non est de Deo secundũ se & immediate: sed est de diuina visione. 17 Sed diceret aliquis ꝙ non est simile,quia Deus secundum se non potest habere rationẽ mali, ideo de Deo vt sic non potest esse tristitia:sed quia Deus secundũ se potest habere rationem boni:ideo de Deo secundum se potest haberi delectatio. 18 Sed istud non valet,quia sicut Deus secundũ se non habet rationem mali per cõparationem ad dãnatum,sed solũ ratione pœnæ quã infert : ita deus secundũ se nõ est bonus beatis nisi rõne præmij ꝙ cõfert: quia sicut ꝓbatũ fuit nihil extrinsecũ est bonũ alicuius nisi ratione alicuius intrinseci boni. 19 Tertia ratio talis est secundũ philosophũ.10.Ethi.Delectationes distinguuntur secundũ operationes quas consequuntur: & secundũ eas iudicantur bonæ vel malæ : hoc ergo intelligitur vel de operationibus quæ sunt præuiæ delectationibus & non sunt obiectũ delectationũ:sicut sunt cognitiones obiectorũ,tales enim semper præcedunt delectationes quæ non possunt esse nisi de cognitis:nec tũ semp sunt obiecta,vel intelligitur de operationibus quę præcedũt tanꝙ obiecta,nõ potest intelligi primo modo: quia secundũ cognitionem quæ præcedit oẽm delectationẽ nulla delectatio potest iudicari mala:quia omnis cognitio est bona:cognitiones enim malorũ bonæ sunt: oportet ergo ꝙ intelligatur secũdo modo.s. de operationibus quæ præcedũt tanquã obiecta cognita:quare manifestũ est ꝙ obiectũ immediatũ cuiuslibet delectationis est aliqua operatio quæ est,vel æstimatur bono vel male ipsi⁹ operãtis:& hoc est ꝙ dicit phũs.7.&.10. Ethi. ꝙ delectatio est operatio cõnaturalis nõ impedita,& est diffinitio per causam:quia operatio est causa delectationis nõaliter quã per modũ immediati obiecti.Et dicunt communiter doctores & frater Tho.dicẽs sic:ꝙ obiecta operationũ nõ sunt delectabilia nisi inquãtũ coniunguntur nobis,vel per solã cognitionẽ:vt cũ delectamur in cõsideratione vel speculatione aliquorũ,vel quo cũq; alio modo simul cũ cognitione: sicut cũ aliquis delectatur in hoc ꝙ cognoscit se habere aliqd bonũ : puta diuitias vel aliquid hmõi. 20 Præter rationes istas ad ductæ fuerunt prius duæ aliæ,quarũ vna talis est.Idẽ est obiectũ desiderij præcedẽtis & delectationis sequentis,sicut idẽ est terminus motus & in quo est quies:sed immediatũ obiectũ desiderij nõ est de' secundũ se,sed aliquis actus quo attingit:ergo.&c.Minor probatur:quia obiectũ desiderij est aliquod futurũ:sed deus secũdũ se nõ est futurus,sed ei⁹ visio vel manifestatio est nobis futura:ergo obiectũ illius fruitiõis est illa visio vel manifestatio, & nõ Deus secundũ se. 21 Cõtra hoc instatur negãdo maiorem: quia si idem esset obiectũ desiderij & delectationis sequentis,idem esset obiectum sui ipsius:quia delectatio potest esse obiectũ desiderij. 22 Sed istud non valet:quia non assumitur vniuersaliter ꝙ semper sit idẽ obiectũ desiderij & delectationis sequẽtis,cũ desiderium posit esse obiectũ desiderij non idem numero sed aliud: & delectatio similiter: sed assumitur quantum pertinet ad propositum:sic.s.ꝙ vbi est idẽ obiectũ extrinsecũ, in quo tẽdit & quiescit volũtas per desideriũ & delectationem : ibi est idem obiectũ immediatum & intrinsecum vtriusq;,& istud non habet aliquã instantiã.Sicut enim desidero vinũ non habitum & delector in eo habito: ita ꝙ idem est obiectũ extrinsecũ desiderij & delectationis scilicet vinũ:sic idem, est obiectũ immediatum vtriusq; scilicet gustare vinum:eodem modo est in proposito de desiderio & delectatione respectu Dei: quia sicut idem Deus est obiectum extrinsecũ vtriusq; : ita oportet ꝙ sit idem actus circa Deum obiectũ immediatũ & intrinsecum vtriusq;,scilicet desiderij & delectationis. 23 Alia ratio talis est, omnis amor habet aliquid cõplexum pro obiecto: sed Deus vt sit est aliquid incomplexum & per modum incomplexi appræhẽsum : sed videre Deum vel Deum manifestari nobis est aliquid complexum : ergo Deus secundum se non potest esse obiectum amoris de siderij vel delectationis:sed solum eius visio vel manifestatio. 24 Contra hanc instatur sic:quia amore charitatis uel amicitiæ diligimus Deum secundum se:& tamen Deus vt sic non est aliquid complexum sed incomplexum:dato etiam ꝙ obiectũ amoris esset quid complexum: illa tamen complexio non esset Deum videre,vel Deum manifestari nobis,sed esset illa qua intellectus diceret ꝙ Deus est amandus,vel Deus est summè bonus. 25 Sed istud non valet : quia cum amare sit velle bonum alicui sibi vel alij,vt dicitur.2.rhetoricę:ideo amãs fertur per amorem in duo.s.in illum cui vult bonum & in bonum quod ei vult,& respectu primi est amor amicitiæ,ad secundum autem vel respectu secundi est amor concupiscentiæ: & illud duplex obiectum potest vocari quædã cõplexio inquantũ amans vult hoc huic: præter illã autem cõplexionẽ est alia quæ est circa illud ꝙ volumus nobis vel alij,quæ cõsistit in hoc ꝙ intellectus iudicat esse bonũ illud ei cũ illud volumus, siue ille sit nos ipse,siue amicus:iudiciũ enim intellectus de aliquo ꝙ iudicat esse bonũ mihi vel alij,necessario est cõplexũ:cũ ergo dicitur,ꝙ Deũ secundũ se amamus amore amicitiæ vel charitatis: verũ est sicut illud cui volumus bonũ ꝙ ipse habet:sed ipsum bonũ habitũ à Deo amam' ei,sicut quoddã amatũ propter Deũ secundũ modũ nostrũ loquẽdi:quia proprie loquẽdo Deus nõ habet aliquod bonũ quod sit aliud realiter quã ipse,apprẽhenditur tamen vt aliud secundũ rationẽ:& sic est ibi quædam cõplexio in quãtum illud appræhẽdimus esse bonũ Deo. Sed de hoc nihil ad propositũ:sed solũ de desiderio & delectatione. Ibi enim circa bonum quod desideramus & in quo delectamur oportet intelligere compositionem hanc : scilicet quod illud est bonum nobis: & ista compositio non potest esse considerando Deum secundum se, quia sic non est bonus nobis,sed oportet quod consideretur circa aliquid quod est in nobis,& per quod Deum attingimus, & illud non est aliud nisi videre Deum.Illa enim complexio qua dicitur,quod Deus est amandus supponit aliam:scilicet quod Deus est bonus,& illa non sufficit ad desiderium vel delectationem: nisi addatur quod sit bonus nobis:quod non competit Deo secundũ se sed solum ratione actus per quem attingit. 26 Quãtum ad secundum dicendũ secundũ cõmunem opinionem doctorum,ꝙ non solum principale, sed immediatum obiectum fruitionis quæ ponitur esse vna de dotibus animæ:& aurea essentialiter est Deus secundum quod in se est summum bonum super omnia amatum,amore amicitiæ & non visio ipsius Dei : quod patet quadrupliciter. Primò sic,quia si immediatum obiectum fruitionis non esset

Ratio. 2. Durã. in. 1. vbi supra ponitur.

Ratio. 3. Durã. vbi supra.

Verba Durãdi hîc & in prio sed nõ ponit frater Thomas saltẽ in vltimo opere, sed bñ in prio vt dicit Durãdellus s.T.1.2.q.32 articulo.1.* Vide.cap. in 1.di.1.q.1. ad arg.aureoli cõtra. 5. cõclusionẽ. Nõ credo tũ ꝙ notitia sit obiectũ voluntatis nisi voluntas velit notitiã. Text' est expressus in.S. t.1.2.q.67. ar.6.ad.2.& 2.2.q.27.articulo.4.

Ratio.5.

Cauillum.

Ruptio cauilli.

Articulus.2. cõis opi. doctorum. S.T.1.d.1. q.2.a.1.& Sco.ibi.q.1. ar.1.& Aureoli Grego. ibi.

Instantia. 1. esset Deus sed visio Dei, sequeretur ꝙ inter visionem & delectationem caderet actus medius reflexus: hoc est falsum vt probabit: ergo. &c. Maior patet, quia delectatio, non potest esse nisi de obiecto cognito: si ergo visio Dei esset immediatum obiectum delectationis sequeretur ꝙ ipsa esset cognita: sed visio Dei non pōt esse cognita nisi per actū reflexum quo videmus nos videre. ergo. &c. Minor ꝓbatur, quia bonitas Dei summa & infinita visa est prius à beato quā bonitas visionis quæ est finita: sed voluntas nō potest non ferri actu desiderij in summū bonū sibi præsentatum per modū absentis in via: ergo similiter ipsa non potest nō ferri actu delectationis in summū bonū sibi præsens in patria, prius ergo voluntas delectatur in Deo quā cognoscat ipsa visio: ergo cognitio visionis nō cadit media inter visionē Dei & delectationē sequentem: & hæc fuit minor. 27 Secundò sic. In omni

Instantia. 2. dilectione & delectatiōe alicuius & habitationis vel assecutionis eius, quādo habitū est magis dilectū quā eius habitio tunc ipsum habitū est obiectū immediatū tā dilectionis quā delectationis, & nō habitio eius sed in dilectione & delectatiōe patrię quę sunt de Deo habito ipsū habitū. ſ. Deus est magis dilectū quā habitio eius. ſ. visio: ergo immediatū obiectū dilectionis & delectationis est Deus, & non visio, per quā habetur. Maior probatur dupliciter. ſ. ratione & exēplo. Ratione sic: illud quod magis amatur immediatius amatur, sicut finis magis amatur quā ea quę sunt ad finē, & similiter immediati amatur quāmuis in assecutione finis sit oppositū. Idem patet per exemplū: quia enim magis diligo gustum vini quàm ipsum vinū: quia nō diligo vinū nisi vt gustem. ideo immediatū obiectū huius dilectionis est gustus vini & non vinū. Econuerso quando habeo amicum præsentem ipse amicus est magis dilectus quàm eius habitio vel præsentia, ideo est immediatius obiectū dilectiōis & delectationis, & sic patet maior. Minor etiā patet, quia nisi Deꝰ habitus magis amaretur quā habitio eius esset peruersus amor qui in patria locū nō habet ideo &c. 28 Tertiò,

Instantia. 3. quia illud quod est immediatū obiectū summę cognitionis & summę dilectionis est immediatū obiectū summæ delectationis: sed Deus est huiusmodi & nō aliquid creatum. ideo &c. Maior patet, quia voluntas & omnis appetitus delectatur in eo quod amat & summè in eo quod summè amat. Minor similiter patet. ſ. ꝙ Deꝰ fit immediatum obiectū summę cognitionis & dilectionis. ideo &c.

Instantia. 4. 29 Quartò sic: illud est immediatū obiectū fruitionis quod est immediatū obiectū charitatis à qua fruitio elicitur, cū idem sit obiectū mediatū vel immediatū habitꝰ & actus, sed immediatū obiectū charitatis est solus Deus & nō aliquid creatum tam in via quā in patria: ergo immediatū obiectū fruitiōis & delectatiōis est solus Deus.

Responsio Durā. in forma hic ad princi. 30 Ad istas autē rationes respōdent aliqui per ordinem sic. Ad primā dicunt per interemptionem minoris: & cū probatur ꝙ bonitas Dei est prius quā bonitas visionis, concedatur: sed nō est prius visa vt bona nobis in patria quàm bonitas visionis: ratione cuius Deus est primo bonus beatis, & quia bonitas Dei absolute nec desideratur à nobis, nec in eadem delectamur nec in via, nec in patria: ideo visio bonitatis diuinæ absolutæ in patria, vel cognitio eius in via nō sufficit ad desideriū vel delectationem. 31 Ad

Ad. 2. secundū dicunt ꝙ maior est falsa: quia quando bonū est magis dilectum quā eius habitio illud quidem bonum potest esse immediatū obiectū amoris amicitiæ, sicut de Deo habito vel de amico cui bona volumus: sed eius habitio & nō ipsum habitū est immediatum obiectū amoris concupiscentiæ siue quantū ad desideriū, siue quantū ad delectationē: verbi gratia in exemplo eorū, Amicus præsens est immediatū obiectū amicitiæ: sed eius præsentia quā desiderauī dum esset absens, & in qua delector dū est præsens est immediatū obiectū cōcupiscētiæ, & nō ipse amicus q est amicus siue sit præsens, siue sit absens: & quia quod amatur amore amicitię magis amatur quā illud quod amatur amore cōcupiscētiæ: ideo tale amatū quamuis sit simpliciter illud quod magis amatur quā eius habitio, tamē nō est immediatius amatū amore concupiscentiæ sed eius habitio. Si tamen tam habitum quā habitio pertineāt solū ad amorē cōcupiscentiæ tunc est vniuersaliter verum quod dicūt: quia illud quod est plus amatū, est immediatius amatū vt patet in cibo & potu, non autē quando alterū pertinet ad amorē amicitiæ. ſ. bonū habitū: alterū verò ad amorē cō cupiscentiæ. ſ. habitio eius. 32 Ad tertium dicunt, ꝙ Ad. 3. illud quod est obiectū summæ cognitionis & summæ dilectionis, non est immediatum obiectum summæ delectationis: quia obiectum summæ cognitionis & summæ dilectionis, quæ est dilectio amicitiæ, est summū bonum secundū se: sed obiectū summæ delectationis est illud ꝙ est in summè bonū ei qui delectatur, illud autem nō est Deus secundū se vt probatum fuit, sed visio eius quæ est summè bona inter ea quæ nobis formaliter sunt bona. 33 Ad quartū dicunt, ꝙ maior est falsa: quia cū charitas Ad. 4. pertineat ad amorem amicitiæ, obiectū eius est Deus secundū se inquantum Deū diligamus propter se, fruitio autem non pertinet ad amorē amicitiæ sed concupiscentiæ cuius Deus non potest esse immediatū obiectū, cum non sit immediatū bonū nostrū, & tamen fruitio beata dicitur elici mediāte habitu charitatis: quia visione Dei quæ erit immediatū obiectū fruitionis & nosipsos referemus in Deum tanquā in finem vltimum. 34 Sed istæ Improb. opi-
solutiones non videntur valere. Primò non valet solu- nionis Duř.
tio quę datur ad primā rationem, quia licet bonitas Dei per docto.
in se & absolute nō desideretur nec in via nec in patria, quia desideriū nō est nisi futuri: Deo autē in se nihil est futurū, nisi diceretur ꝙ sancti desiderauerunt Deum in se suscipere humanitatē, hoc tamen respicit aliud à Deo, tamē diuina bonitas secundū ꝙ in se & absolute est summa bonitas in via, & in patria summe amat amore amicitiæ naturalis & supernaturalis. Et quia amore boni ha- Vidēs solum
biti vt sic sequitur delectatio: ideo in via & in patria co- Deum esse
gnitio bonitatis diuinæ absoluta sufficit ad delectatio- beatus & de-
nem, nullo alio cognito: qā sic patet: quia si quis cogno- lectaretur.
sceret solum Deum & nullam creaturā ipse esset vere & essentialiter beatus: secūdum Aug. sed vera & essentialis beatitudo nō potest esse secundū legem cōmunem quin ipsam immediate consequatur delectatio: ergo si beatus non videret se videre Deū sed solum videret Deum, verè delectaretur. 35 Item non valet solutio ad. secūdam: quia licet habitio & non habitū sit immediatum obiectū amoris cōcupiscētiæ, generaliter tamen delectatio consequitur magis amorem amicitiæ quā cōcupiscentiæ: licet enim delectatio non sit obiectū amoris concupiscentiæ, est tamen consequens amorem amicitiæ, sicut econuerso tristitia & cōtristatio est consequens ad odiū inimicitię. Cū enim cogitat homo de re odiosa displicentiā & tristitiam inuenit propter eam non propter cognitionem de ipsa: quia anteq̄ percipiat se de illa cogitare dolet & tristatur, cōsimiliter ex hoc ipso ꝙ percipit rem amatā amore amicitiæ, anteq̄ percipiat ipsam perceptionē delectatur: quia secundū istos beatitudo consistit in actu recto non reflexo, sed secundū omnes beatitudinem immediate consequitur delectatio: ergo cū visio nō videatur nisi actu reflexo anteq̄ ipsa sit obiectū cognitionis est beatifica delectatio. 36 Item non valet solutio ad tertiam: quia obiectū summæ delectationis est summè amatum quocunq; amore summè habitum: quia si simpliciter ad simpliciter

simpliciter, & magis ad magis, & maximè ad maximè: vñ cū nihil delectet simpliciter nisi ꝙ apprehēditur vt bonū & ꝙ amatur: ergo quod apprehēditur vt magis bonū & quod magis amatur, hoc magis delectat: & quod apprehenditur vt summū bonū & summe amatur hoc summe delectat. Si dicatur quod illud est delectatiuū quod apprehenditur & amatur vt bonū proprium & non aliud, non valet propter duo. Primò, quia cum delectatio volūtatis non sit aliud quā quædam beneuolentia & delectabilis cōplacentia: experitur homo ꝙ bonum amici complacet sibi, & in eo delectatur per hoc solū ꝙ apprehendit illud vt bonū amici antequā apprehendat esse bonū suum: & similiter vnicuiq; est amabile bonū propriū sicut & delectabile: hoc tamen nō obstante dicimus ꝙ bonum diuinū est magis vnicuiq; amabile quā bonū suū formale: ergo & magis delectabile. 37 Item solutio ad quartam non valet secundū eos qui dicunt, ꝙ primus & immediatus actus charitatis in patria est fruitio & delectatio, quia constat ꝙ idem est obiectum immediatum habitus & immediati actus eius & primi, ipsi autē dicūt ꝙ actus voluntatis in patria non est nisi fruitio & delectatio. Sed supposito secundū veritatem ꝙ actus charitatis in patria sit principalior diligere Deū ex toto corde: quia maximè tunc implebitur illud preceptum: ad hoc sequitur idem ꝙ prius, quia plus diliget Deū quā visionem Dei: illa autem dilectio non potest esse non delectabilis, cum sit ex omni mente, & ex toto corde, & ex omni conatu: imò est summe delectabilis cum sit summa dilectio: sicut enim summam dilectionem simpliciter sequitur summa delectatio simpliciter vt in Deo, sic summam dilectionem creaturæ sequitur summa delectatio creaturæ. Est autem summa dilectio Dei nō visionis Dei: ergo illam non istam sequitur summa delectatio. Item cū delectatio iudicetur secundū dilectionem: ergo si dilectio est vituperabilis & delectatio consequens vituperabilis: & econuerso si dilectio laudabilis & delectatio laudabilis: ergo quanto dilectio laudabilior & delectatio laudabilior, sed constat ꝙ dilectio boni diuini est laudabilior quā boni proprij: ergo & delectatio. si dicatur quod ista comparatio tenet in dilectionibus concupiscentiæ non amicitiæ, & quod delectatio sequitur solum amorem concupiscentiæ, hoc est contra experientiam charitatis: quia gaudet homo si mala sibi eueniant propter Deum: etiā si nihil boni vel præmij vel virtutis sibi accideret, sed si solum propter Deum pure & immediate, aliàs esset gaudium mercenarium. 38 Quantum ad tertium vi-

Articulus. 3. Instantia. 1. defenditur. detur, quod impugnationes solutionum & instantiarum ad primam opinionem & ad rationes eius non valeant. Primò, quia videtur adhuc quod maior illius rationis sit falsa & instantia bona, quod. ſ. aliquid possit concupisci quod nec est nec apprēhenditur vt formalis perfectio cōcupiscentis tripliciter in exemplis positis. ſ. de fama, honore & laude: quia aliquis non errans sed sciens ista bona non esse suam formalem perfectionem nihilominus appetit ista: puta laudari, famari, honorari, etiam si non apprēhendat aliquid in se ex hoc sibi formaliter peruenire: item aliquis appetit ea propter se, dato etiam ꝙ de fama, honore, vel laude nihil aliud penitus sequeretur nec in seipso nec in alio: & dato ꝙ homo cognosceret hoc esse subiectiue extra se adhuc aliquis potest appetere ista: puta ꝙ sit bonæ famę & opinionis, & ꝙ non diffametur, & honoretur, & non dehonestetur, & ꝙ laudetur & non vituperetur: vnde illa possunt per se appeti & opposita eorum fugient si nihil aliud sequatur.

39 Item respectu proximi, quia prædicta bona exteriora & interiora bona virtutum concupiscimus amicis etiam si nihil ex hoc debeat prouenire nobis: ergo potest homo concupiscere aliquid aliter quàm prout est sua perfectio formalis: & si hoc negaretur de proximo, quia amicabilia quæ sunt ad alterū veniunt ex amicabilibus quæ sunt ad ipsum: tamen de Deo negare nō possumus: quia concupiscimus Dei laudem & honorem, & quod à nobis ametur: imò ꝙ ab omnibus, & hoc non propter perfectionem nostram formaliter. Primò, quia propter illud concupiscimus bonum alicui, propter ꝙ amamus ipsum amore amicitiæ, cum ergo amemus Deum amore amicitiæ propter seipsum primò, non propter nos nec propter aliquā nostram perfectionem: ergo quod illud volumus ipsi Deo volumus propter ipsum met Deū primò, & non propter nostrā perfectionē formalem, & sic cōcupiscimus aliquid ꝙ nō est formalis perfectio nec cōcupiscētis, nec cui cōcupiscitur, existimātes ꝙ ita est: imò etiā respectu proximi est idē sentiēdū: quia enim debeo diligere proximum propter Deū nō propter meipsum: inde est ꝙ bonū quod ei concupisco: debeo ei concupiscere propter Deū prius & plus quā propter meipsum: quando autem dicitur ꝙ amicabilia quæ sunt ad alterum veniunt &c. Dicendum quod verum est in via generationis & generę causæ efficientis non finalis: prius enim diligit homo bonum suum quàm alterius: & ex dilectione sui boni mouetur effectiue ad bonum alterius, sed nō oportet quod omne bonum quod diligitur diligat propter perfectionem suam formalem vel bonum suum. 40 Item quod dicitur, quod bonum vnicuiq; propriū ipsum est ei amabile, si intelligatur sic quod nihil amatur nisi in quantū est bonum amanti proprium formale vel intrinsecum essentiale vel acidentale: falsum est quia sic creatura nō amaret bonum increatum nec econuerso: nec aliquid amaret nisi seipsum: sed si intelligatur bonum proprium largè, potest esse verum, quia aliquid dicitur esse alicuius non solum formaliter sed aliter multis modis, sic enim Deus diligat creaturas quæ sunt suum bonum, id est, à se factum & sui repræsentatiuum: & creatura bonum diuinum quod est bonum suum effectiue, conseruatiuum & finale: & licet in Deo bonum proprium formale sit ratio diligendi bonum alienum inquantum est alicuo modo suum: & similiter in amore concupiscentiæ: quia nullum bonum concupiscit alterū nisi propter bonum suum proprium: tamen in creatura est econuerso, quia sicut prima ratio diligendi bonum proprium amore amicitiæ est sibi bonum alienū, quod est Deus: ita in amore concupiscentiæ ordinatę non concupiscit homo propter bonū suū propriū formale, sed propter bonum diuinum prout est extra se & in Deo purè: vnde prima ratio concupiscentiæ creaturæ rationalis vel intellectualis & rectæ est perfectio diuina & nō aliqua formalis creaturæ: quem enim prius & plus diligo amore amicitię: illi prius & plus opto & cōcupisco bonū amore concupiscētiæ, sicut prius & plus mihi quā proximo: vnde sicut prius amatum est Deus vt persona subsistens, sicut prius cōcupitum est bonū diuinū: vt intelligitur quasi ipsum persciens & informans, sic prius & plus volo Deū habere esse quā me habere esse, falsa est ergo maior: quia amor cōcupiscentiæ potest habere pro primo & immediato rem à concupiscente subiecto distinctā. 41 Item minor propositio est falsa: & instantiæ hoc probātes cōcludunt esse hoc. Vbi sciendum ꝙ illa delectatio quę cōsequitur amorem concupiscentiæ, vel habitionē siue consecutionē rei concupitæ illa potest dici pertinere ad amorem concupiscentiæ cōsequenter, sicut delectatio gustus vel tactus quæ consequitur delectabilium concupitorum consecutionem: & dico consequenter non essentialiter secūdum rationem nominis: quia delectari non est concupiscere: sicut quiescere nō est moueri, sed consequēs ad motum: sed

Actus charitatis principalis est diligere Deum.

Propter nostram perfectionem formalem Deus nō diligitur primò propter seipsum

ſed delectatio quæ cõſequitur immediate cõſecutionem amati amore amicitiæ vel pertinet ad amorem amicitiæ: & talis eſt fruitio quæ conſequitur Deũ viſum & amatũ propter ſe ex toto corde: nec valet eorũ probatio prima q̃ propter delectationem volumus nobis bonum in quo delectãmur: quia totũ oppoſitũ eſt verũ in delectatione quæ habetur de Deo viſo & amato, quia ibi pl⁹ diligitur delectãs effectiue quã delectatum & quã delectatio: nec diligitur quia delectat, ſicut vinũ quia dulce: ſed propter hoc ſumme delectat q̃ ſumme amatur. Nec valet ſecũda probatio: quia delectatio reſpondet deſiderio: quia delectatio quę reſpondet deſiderio quo deſideramus viſionẽ Dei in via non eſt fruitio ſumma, non enim ſumme delectatur beat⁹ quia habet viſionẽ quã ſumme deſiderauit, ſed quia habet Deũ quem ſumme amauit vel amat: quia anima nunq̃ deſiderauit viſionem, & tñ habet & habuit ſummã delectationem. Probationes autẽ & inſtantiæ licẽt nõ ſint demõſtrationes, ſunt tamen probabiles & poſſunt ſuſtineri. 42 Et quãdo dicitur q̃ delectatio non principaliter concupiſcitur ſimpliciter: ſed reſpectu aliorum, verũ eſt: quia viſio Dei ſimpliciter plus deſideratur & amatur quã delectatio. Et ſi accipiatur amor concupiſcentię large omnis amor eius quod alteri optatur ſicut perfectio perfectibili, ſic bene dicunt, q̃ principale concupitũ eſt viſio non fruitio: ſed ſi accipiatur amor concupiſcentiæ propriè: ſic nõ habet pro obiecto, niſi bonũ delectabile materialiter: ipſam autem delectationẽ pro formali obiecto: vnde ſicut concupiſcibilis diſtincta cõtra iraſcibilem nõ fertur in aliquod bonũ, niſi prout eſt delectabile ſenſui & refugit oñe contriſtatiuũ, ſic cõcupiſcere intellectuale proprie ſumptũ nõ eſt niſi delectationis intellectualis: ſecundũ ergo iſtã acceptionẽ ratio ſecunda adhuc ſtat, ſed ſecundũ primã acceptionem quę eſt magis cõmunis adhuc ſtat inſtantia: quia licet viſio cõcupiſcatur principalius quã fruitio: tamen codẽ amore quo cõcupiſcitur beatitudo cõcupiſcitur vtrunq;, ita q̃ ambo habent rationẽ vnius obiecti non pluriũ: quia enim beatitudinẽ immediate & neceſſario ſequitur delectatio ſine qua nõ eſſet perfecta ſaltẽ accidẽtaliter: quia id quod principaliter & ſimpliciter deſideratur eſt perfecta & integra beatitudo prout inducit vtrũq, & nõ alterũ tantũ. Magis enim deſideratur tota & integra loquendo de perfectione accidẽtali, quã pars eius vel ſola eſſentia: inde eſt q̃ adhuc fruitio vt integra: beatitudinem & perficit eſt obiectũ principale, vel pars obiecti primi & principalis amoris concupiſcentiæ. Oẽs enim hoc concedunt, q̃ ſicut beatitudo obiectiua eſt principale obiectũ amoris amicitiæ, ſic beatitudo ſubiectiua eſt principale obiectũ amoris cõcupiſcentiæ. Item concedunt, q̃ beatitudo prout includit delectationẽ voluntatis eſſentialiter vel accidentaliter eſt maius bonũ & perfectior beatitudo quã prout excludit: & per conſequẽs aggregatũ eſt magis ſummũ bonũ quã alterũ tantũ, & ſic magis & principalius cõcupitũ, & iſto modo verũ eſt q̃ fruitio eſt principaliter concupita: & per cõſequẽs q̃ eſt aliqua concupiſcentia eſſentialiter. 43 Tertia inſtantia q̃ delectatio eſt de præſenti, nõ ergo eſt amor cõcupiſcentiæ: hanc impediunt dicentes q̃ amor cõcupiſcentiæ eſt de præſenti, ad quod dicẽdũ q̃ aliquid poteſt pertinere ad amorẽ concupiſcentiæ dupliciter. Vno modo eſſentialiter ſic. ſ. q̃ ipſum ſit ipſummet cõcupiſcere: & ſic nulla delectatio pertinet ad amorẽ cõcupiſcentiæ: quia nulla delectatio eſt concupiſcere, quia delectari eſt quieſcere concupiſcere, ſicut appetere & deſiderare eſt moueri. Vnde ſicut grue nõ diceretur appetere centrũ quando ibi eſt, ſed quieſcere in eo: ſic appetitus animalis non concupiſcit quod habet, ſed quieſcit in cõcupito: ita q̃ delectari non eſt cõ-

3. Inſtantia.

cupiſcere: imò nec eſt cum ipſo concupiſcere de eodem reſpectu eiuſdem, quia non eſt concupiſcere iam habiti, ſicut nec ſperare: aut deſiderare: & iſto modo probat ratio q̃ fruitio non pertinet ad amorẽ cõcupiſcentiæ eſſentialiter. Alio modo pertinet aliquid ad amorẽ cõcupiſcẽtiæ conſequenter: & ſic eſt delectari quod cõſequitur cõſecutionẽ amati amore cõcupiſcentiæ, vt ſic pertinet ad amorem concupiſcentiæ: quod verò conſequitur aſſecutionem amati amore amicitiæ vt ſic pertinet ad amorem amicitiæ, & neutro modo ad amorem cõcupiſcẽtię: & ſic eſt de fruitione in patria vt dictũ eſt. Sed delectatio guſtus & tactus pertinet ad amorem concupiſcentiæ conſequenter nõ eſſentialiter: nec etiã cõcomitatiue: quia nec eſt ipſum cõcupiſcere nec res quæ concupiſcitur: ſed rei quæ concupita fuit: nunc autem non plus cõcupiſcitur: ſed amatur amore cõſequente ad concupiſcentiam, licèt fortè hoc ſit in vtraq; delectatione: quia eſt idem re cum amore cõcomitante: vno enim actu amo guſtũ vini & delector in eo: & vno actu Deꝰ in patria amatur & fruitur, ſed differunt ratione quando ſunt ſimul, ſicut differunt re quando ſunt ſeorſum. 44 Quarta inſtantia ad eandem concluſionem, q̃ delectatio habet aliquãdo pro obiecto bonũ honeſtũ adhuc ſtat. Nec valet prima ſolutio: quia licet delectatio quæ conſequitur bonũ vtile vel delectabile pertineat ad amorem cõcupiſcentiæ conſequẽter: non tamen eſſentialiter & formaliter: ita vt ſit amor concupiſcentiæ quod ſolum illa inſtantia volebat cõcludere. Nec valet ſecunda ſolutio de honeſto & inhærẽte: quia ſaltem hoc habetur q̃ non ſolũ bonũ vtile & delectabile eſt obiectum delectationis, ſed etiam bonum honeſtum cuius contrariũ ſolum probat inſtantia illa.

4. inſtantia.

45 Præterea propter aliud nõ valet iſta euaſio, quia licèt aliquod bonũ honeſtũ concupitum vt virtus poſsit delectare: tamen etiam quoddã bonũ honeſtũ amatum amore amicitiæ poteſt immediate in ratione obiecti delectare plus quã amatum amore cõcupiſcentiæ. Nam ſi volũt dicere q̃ nihil amatur in ratiõe honeſti niſi prout habet rationẽ cõmodi amãtis, & ſibi inhærẽtis, manifeſtè falſum eſt: quia Deus amatur vt bonũ honorabiliſsimũ q̃ eſt ſubiecto diſtinctũ. 46 Item quinta inſtantia cõtra ſecundã rationem adhuc ſtat nõ obſtãte euaſione data: quia licet Deus nõ ſit bonus beatis formaliter niſi ratione præmij quod infert, nihilominus eſt ab eis amabilis magis ratiõe boni ſubiecto diſtincti quã ratione boni impreſſi: & plus placet eis bonũ diuinũ in Deo quã in ſeipſis. Vnde cũ complacentia ſit ipſamet delectatio, vel eſſentialiter, vel cauſaliter, plus delectãtur de Deo quã de viſione Dei: & ſic Deus eſt immediatum obiectũ maximæ delectationis in eis & non viſio Dei. 47 Sextò poteſt reſpõderi ad tertiã rationẽ principalem: quia operationes præcedentes ſecundũ quas iudicantur delectationes bonæ vel malæ aliquãdo ſunt obiecta ipſarũ delectationũ: vt quando plus amatur aſſecutio rei quã ipſa res aſſecuta, aliquando autẽ non vt quando plus amatur res aſſecuta, quã eius aſſecutio: tũc enim delectatio quæ mox conſequitur obiectum eſt non aſſecutio ſed res aſſecuta, ſicut in patria, ſicut dictũ fuit lib. 1. di. 1. Et ad probandum in cõtrariũ quia malorum cognitiones ſunt bonæ, dicendũ q̃ delectatio nunq̃ ſequitur cognitionẽ malorum ſpeculatiuã quæ poteſt eſſe bona: ſed cognitionẽ practicã quæ ſemper eſt mala. Iudicare enim fornicationem eſſe bonã & proſequendam eſt peccatum. Et præterea delectatio immediatius ſequitur dilectionem quàm cognitionem. Cum enim quis iudicat fornicandum, niſi amaret hoc non ſequeretur delectatio: conſtat autem q̃ dilectio mali mala eſt: dato ergo q̃ operationes ad quas conſequuntur delectationes eſſent ipſarũ obiecta, adhuc ipſę

5. Inſtantia. Solutio. 3. rõis Duran.

6. Inſtantia.

ipſę eſſent malæ quãdo dilectiones ſunt malę, & malitia eorum eſt cauſa malitiæ delectationum cõſequentium. Et licèt in exemplo poſito fortè prima radix malitiæ ſit ipſa operatio quæ eſt obiectum: quia iudicare & velle furari non eſt malum, niſi quia ipſa operatio furti eſt mala quæ eſt obiectum eius: tamen ſufficienter impeditur ratio quãtum ad hoc quod probabat quod delectatio nõ poſſet dici mala: quia cõſequeretur operationem malam quæ nõ eſſet obiectum: hoc enim falſum eſt de cognitione practica & dilectione mali, quæ ſunt malę antequam fiat reflexio ſuper illas, & per conſequens antequam ſint obiectum: dicunt etiã multi quòd quando aliquis iudicat & eligit fornicari, non ideo ſunt mali actus interiores: quia ſunt mali exteriores, ſed econuerſo malitia ineſt exteriori actui propter malitiam interioris. Quod quidẽ manifeſtum eſt ſi actus exterior accipiatur vt effectus interioris: ſed ſi accipiatur in ratione finis: tunc differunt quędam q̃ ſic actus interior habet bonitatem ab

7. Inſtantia. exteriori ſicut à fine & obiecto: ſed hoc eſt extra propoſitum. 48 Septima inſtantia contra quartam rationem adhuc ſtat, nec valet prima euaſio: quia illa concedit propoſitũ: ſcilicet quod maior non ſit vera vniuerſaliter, ſicut vniuerſaliter accipiebat. Nec valet alia euaſio: quia non eſt idem obiectum in quod tendit voluntas per deſiderium viæ & quieſcit in patria: quia in patria non ſolum quieſcit in viſione Dei propter viſionem quam deſiderabat: ſed quieſcit in ipſomet Deo ſecundum q̃ in ſe eſt ſummum bonũ: & complacet ſibi in Deo non ſolũ in viſione Dei: nec eſt ſimile de vino quod non amatur propter ſe: ſed propter guſtum: vnde non quieſcit nec cõplacet guſtans vinum in guſtato, ſed in ipſo guſtu tantũ.

Dilectio viæ & patriæ nõ habẽt idẽ q̃ obiecto.

49 Et ad id quod ſequitur de identitate obiecti, dicendum, quod dato q̃ Deus non eſſet obiectũ deſiderij viæ ſecundũ ſe: tamen eſt obiectum amoris charitatis ſecundum ſe: delectatio autẽ quæ eſt in patria magis eſſentialiter conſequitur amorem ſine quo eſſe nõ poteſt, quàm Dei deſiderium, ſine quo eſſe poteſt, & ſic eius obiectum non eſt Dei viſio ſed ipſe Deus: & iſtud demonſtrari poteſt ſecundum illos qui dicunt, quod Deus poteſt facere actum voluntatis ſine actu intellectus: cum tamen non poſsit facere actũ potẽtiæ ſine obiecto: ſi ergo poteſt facere delectationem ſine viſione, quam tamen non poteſt facere ſine ſuo obiecto immediato: ergo obiectum immediatum delectationis non eſt ipſa cognitio. 50 Octaua

8. Inſtantia. inſtantia, ad hoc quod Deus ſit obiectum amoris nõ cõplectitur aliquid extra Deum nec quantum ad amorem amicitiæ quo Deus diligitur, nec quantum ad amorem concupiſcẽtiæ quo ei ſummum bonum optatur: & illud ſufficit ad delectationem conſequentem, nec requiritur vt ipſi dicunt complexio qua Deus ſit nobis formaliter bonus. Illo enim modo in aliquo delectamur quo ipſum diligimus: ſed Deum diligimus non ſolum vt eſt bonus nobis ſed etiã vt eſt bonus in ſe, imò plus vt bonus in ſe quã vt bonꝰ nobis formaliter: ergo vtroq; modo delectamur in Deo: ſcilicet vt eſt bonus in ſe & nobis, & plus vt eſt bonus in ſe: Cum enim homo diligat Deum plus quã ſe, ſi homo non delectatur in perfectione ſua niſi quia amat illam ſibi: ergo cum plus amet perfectionem Dei ipſi Deo quàm ſuam ſibi: plus delectatur ex hoc q̃ amat ſibi bonum diuinũ: & ſic immediata ratio ſummæ delectationis eſt Deus in ſe: non Deus in nobis. 51 Ad ar

Ad argumẽtum princi. gumen. principale eſt dicendum per interpretationem maioris: & ad probationem dicendum, quod conſequentia nulla eſt, ſicut patet in ſimili: quia finis eſt obiectum charitatis ſicut fruitionis: non tamen propter hoc ſequitur quod finis extrà ſit obiectum mediatũ: & finis intrà immediatum, imò finis extrà qui eſt Deus eſt eius immediatum obiectum: & confirmatur, quia immediatum obiectum ſpei eſt Deus ſecundum ſe: cum ſit virtus Theologica, ſed fruitio ſuccedit ſpei: ergo eius immediatum obiectum eſt Deus ſecundum ſe.

QVAESTIO QVINTA.

De viſione Dei intuitiua cõmunicatiua viatori.

Thom. 4. Diſtinct. 49. Quæſt. 2. ar. 7. & 22. q. 2. ar. 8. in ſolutione. 3. argumenti.

QVINTO quæritur vtrum viatori poſsit communicari viſio Dei intuitiua quæ nõ ſit beatifica. Et videtur q̃ ſic: quia viſio, diuinæ eſſentiæ ſine perſona poteſt cõmunicari: ſed illa non eſſet beatifica: ergo &c. Maior patet, quia viſio abſoluti non dependet à viſione relati licèt econuerſo: ſed illa eſt prior, & per conſequens poteſt ſolui à poſteriori. Minor patet, quia hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolum verum Deum & quem miſiſti. ergo &c. 2 In contrarium arguitur, quia illud nõ poteſt cõmunicari viatori per quod ſtatus patriæ diſtinguitur à ſtatu viæ, ſed ſtatus patrię diſtinguitur à ſtatu viæ per hoc quod cognitio patriæ eſt intuitiua: cognitio viæ eſt ænigmatica ſecundum illud primæ ad Corinthios. 13. videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: viſio ergo Dei intuitiua non põt cõmunicari viatori quin ſit beatifica: & per conſequens viator non erit ſimpliciter viator. 3 Reſpondeo, hic ſunt tria videnda. Primò, de hoc q̃ principaliter quæritur, vtrum ſcilicet viſio clara Dei poſsit cõmunicari viatori. Secundò, vtrum intellectus agens ſicut habet principaliter in via habeat eã in patria. Tertiò, de hoc quod implicatur in argumento, vtrum ſcilicet poſsit videri eſſentia ſine perſona. 4 Quantum ad primum dicendum, q̃ beatitudo dupliciter accipitur. Vno modo prout dicit ſolam eſſentiam beatitudinis. Secũdo modo prout dicit eſſentiam beatitudinis, & omnem accidentalẽ perfectionem natam conſequi. Et ſimiliter aliquid poteſt dici viator dupliciter: ſcilicet ſimpliciter & ſecundum quid: ſimpliciter dicitur, vel quia totaliter & vniuerſaliter vel quia eſſentialiter. Poſsibile eſt autem q̃ tota beatitudo eſſentialis ſpeculatiua & practica, & quicquid eam conſequitur, immediate communicetur viatori ſecundum quid, puta ſecũdum corpus, & ſecundum partes animæ inferiores, ſicut Chriſto qui erat comprehenſor ſimpliciter, ſed viator ſecundũ quid: quia non erat in ſtatu merendi: ſed habendi præmiũ eſſentiale. 5 Itẽ poſsibile eſt cõmunicari beatitudinem ſpeculatiuã ſine actiua: & tũc erit partim beatus, & ſimpliciter prout dicit eſſentiam ſolius ſpeculatiuæ: ſed erit viator ſimpliciter reſpectu practicæ quam poterit mereri, ſicut Chriſtus meruit gloriam corporis. Ex quo enim vtraq; fœlicitas eſt fœlicitas ſimpliciter: ſed ſpeculatiua principaliter talis eſſet & viator & comprehenſor ſimpliciter: ſed principalius beatus quã viator: ſed non poteſt communicari alicui viſio Dei clara & intuitiua quin ſit beatifica. Et hanc concluſionem aliqui ſic probãt: quia quãdo duo actus ſunt eiuſdem rationis ſpecificę & æque perfecti in illa ſpecie: neceſſarium eſt q̃ æqualiter perficiant ſuum ſubiectum perfectione formali & ſpecifica: & oppoſitũ huius videt implicare contradictionem, ſicut contradictionem vide-

Articulus. 1. Beatitudo duplex.

Viator duplex.

Viſio Dei intuitiua ſemper ẽ btifica.

Deductio Durã. q. 6.

tur implicare,quod duarum albedinum vna facit subiectum suum album & alia non: & si sint æque perfectæ albedines, implicant contradictionem quod non æqualiter faciant subiecta sua alba: sed omnis cognitio Dei intuitiua quæ potest communicari homini est vna secundum speciem,& per consequens vna potest communicari alteri imperfecto:ergo cum aliqua earum sit beatifica, in aliqua enim earum cõsistit beatitudo secũdũ omnes, necesse est quod qnælibet talis sit beatifica & beatificet suum subiectum formaliter.Maior iam patet:sed minor declaratur: quia si non omnis visio Dei intuitiua esset eiusdem speciei,hoc esset vel ex parte subiecti,vel ex parte obiecti,vel ex parte habitus luminis glorię secundum ponentes ipsum.Non potest esse ex parte subiecti vel obiecti,quia idem subiectum & idem obiectum eodem modo repræsentatum supponitur vtrobiq;: nec ex parte luminis gloriæ,quia vel tale lumen est necessarium ad visionem Dei intuitiuam vel non: si sit necessarium, tunc oportet quod sit in qualibet visione: & sic ex parte eius nulla est differẽtia: si verò nõ sit necessariũ peto ad quid requiritur, vtrum ad hoc requiratur quod intellectus ponit promptè & faciliter exire in actum suum beatitudinis,ad quod quidem requirũtur habitus acquisiti,vel vtrum requiratur propter aliquid aliud: propter primũ friuolum est dicere,quod requiratur lumen gloriæ:quia ex præsentia diuinæ essentiæ secundum se & immediate elicitur actus visionis sine quacunq; difficultate:cum in intellectu nõ supponatur contraria dispositio: nec istud lumen secundum positionem ponitur necessarium ad recipiẽdum actũ visionis,dato etiam ꝙ faceret aliquid ad facilitatẽ,propter hoc tamen nõ mutaret speciem actus: nec impediret quin actus posit esse æque perfectus per fectione essentiali & intrinseca sine illo, sicut cum illo. Et iterum perfectio extrinseca visionis non facit ipsam beatificã,sed ipsa secundũ seipsam & perfectione suæ speciei est beatifica.Cum ergo tale lumen sit visioni intuitiuæ extrinsecum:ipsa sine illo lumine erit beatifica sicut cum illo lumine:quia beatitudo non cõsistit in habitu: sed in actu , sicut apparet ex primo &. 10. Ethicorum.

Examinat doc. rationẽ Duran.

6 Sed ista rõ includit vnũ dubium, quia sicut tres se habet ad esse:sic ad cognosci,sicut ergo Deus est imitabilis à creatura non solum in esse naturali, imò etiam in esse supernaturali differẽti modo specifico: & non solum in via,sed etiam in patria,vbi cum lumine gloriæ ponũtur manere dona etiam speculatiua:ita etiã videtur cognoscibilis etiã clare differenter specifice:vt sit anima Christi cui cõmunicatũ est esse super omne esse differens specie,si communicaretur etiam visio specie differens: & sic incomparabiliter esset excedens:nec de potentia absoluta ab alio valens adæquari.Præterea in intellectu nudo posset Deus respectu eiusdem obiecti imprimere cognitionem specie differentem sine habitu & sine specie,sicut cognitio de vnitate Dei per metaphysicam & physicam differũt specie,sicut habitus & cognitio: quia & propter quid de eodem sine istis mediis effectiuis Deus posset istas cognitiones differentes causare:& ita in intellectu nudo de essentia sua nuda voluntas sua poterit causare diuersas cognitiones specie differentes:ita qđ diuersitas erit non ex parte obiecti vel subiecti inquantum huius, sed ex parte principij effectiui ex cuius parte poterit esse diuersitas specifica:sicut & diuersitas intensi & remissi.

Nota.

Nec istæ rationes arguũt quod omnis visio Dei clara & immediata sit beatifica,sed arguũt quod de potentia absoluta possunt esse plures beatitudines specie differẽtes: quod si possibile esset, tunc videretur congruum secundum eas distingui hierarchias & ordines: vt scilicet ordines angelorum distinguerentur secundum diuersitatem specificam beatitudinis immediatam: angeli verò in ordine vno secundum gradum intẽsi & remissi.hierarchiæ verò distinguerentur secundum gradus specificos magis differentes puta quasi secundum differentiã generis. Vnde cum de vno & eodem ente creato secundum diuersas rationes possunt haberi diuersę cognitiones specie differentes:multo magis vt videtur de Deo in quo sunt infinitæ rationes cognoscibilitatis:sic etiã differentes quod clare videns Deum ita videt vnũ quod non videt aliud: hæc tamen quia non sapiunt cõmunem doctrinam fine assertione dicta sunt ad dandam materiã cogitandi.Cõtra autem istam conclusionem ab aliquibus fiunt tres rationes quæ factæ solutæ sunt super prologum sententiarum.q.vlti.

Solutiones vide hic in Durã.vbi supra: &. 2. di. 23.q.2.& in prologo. 1. q. 3.opi. ꝑ Duran. recitata est Scoti.

7 Quantum ad secundum de intellectu agente sunt tres conclusiones. Prima,de obiecto beatifico in generali propter instantiã quorundam probantiũ, quod non sit obiectum intellectus nec possibilis necagẽtis:nec cõsistat in actu alicui⁹ illorũ nec in actu vtriusq;: quia beatitudo solũ consistit in actu illius potentiæ quę attingit vltimũ finem sub ratione summi & omnis boni: quia est status omniũ bonorum aggregatiõe perfectus: sed huiusmodi non est intellectus:quia verum quod est obiectum intellectus,non est omne bonum sed quoddã bonum.ideo &c.

Articul⁹. 2.

8 Solutio,circa obiectũ nobilissimæ potentiæ non primum nec proprium,sed nobilissimum cõsistit beatitudo:dicitur autem obiectum esse in quod fertur quocunq; modo potentia.Si enim solum circa primum aut propriũ obiectũ intellectus vel volũtatis esset beatitudo:ergo nõ esset in cognitione Dei nec etiam in amore Dei,quia Deus nõ est primũ,sed vltimũ:nec propriũ obiectũ,sed ens materiale & bonũ in cõi:& sic beatitudo naturalis esset in cognitione entis vt ens est vel vt materiale:& in amore boni vt bonũ est,& nõ summi,nec oĩs boni.Nũc ergo quia bonũ vt bonũ & vt summũ, ita est obiectũ intellectus sicut volũtatis, & plus intellectus quã voluntatis:licèt bonũ vt bonũ sit propriũ & adæquatum voluntatis,& nõ propriũ nec adęquatum volũtatis: tñ est prius obiectũ intellectus quã volũtatis,& sicut verũ est quoddã bonũ,sic bonũ est quoddã verũ,nihilominus tũ obiectum intellect⁹ est in se summũ & oĩe bonũ: sed secũdũ illud ꝙ in intellectu efficit, est quoddã & nõ est bonũ ꝙ est visio:similiter cõparatum ad voluntatem secundũ se quidem omne bonũ est:sed in voluntate nõ efficit nisi quoddam bonũ.ſ. dilectionem vel fruitionẽ. Et quando dicitur ꝙ verum est quoddam bonũ, non est: sic intelligendũ,quod oĩe verũ sit hoc bonũ contractũ: quia non omne,imò est aliquod verum quod est omne bonũ,sed pro tãto dicitur quoddã verũ: quia quoddam particulari actu intellectus intelligitur siue appræhẽditur:licèt nõ cõprẽhẽdatur nisi illo actu qui est oĩs actus: & ecõuerso bonũ est quoddã verũ,non quin sit aliquod bonũ vnũ quod est omne verũ:sed dicitur quoddam bonũ,non quia non sit omne bonum:sed quia vno actu appetitur sicut aliud particulare bonũ.

Opinio Sco. hic.q.4.&.5

9 Secunda conclusio est de comparatione intellectus agentis ad possibilem penes nobilitatem & præeminentiã.Vbi videtur dicendũ ꝙ licet intellectus agens nobilior sit intellectu possibili secũdũ qd possibilis,tñ est nobilior & pfectior simpliciter,ꝙ patet quadrupliciter.Primò,quia licet nobilius sit agere quã pati secũdũ qd' hmõi: tñ simpliciter loquendo de eo ꝙ est perfectionis simpliciter. Nobilius est habere formaliter & nõ effectiue quã habere effectiue & nõ formaliter:qa perfectio simpliciter est, quã melius est hre quã nõ hre:alias cũ id ꝙ est simpliciter nobili⁹ sit Deo attribuẽdũ,si intellectus agẽs esset simpliciter nobilior

Intellectus posibilis est simpliciter nobilior intellectu agẽte. Ratio. 1.

ilor intellectu posibili per hoc quod efficit id qđ aliud habet, Deus intelligere faceret & non intelligeret.

Ratio. 2.

10 Secunda ratio sumitur ex hoc quod modo dictum est:quia id est simpliciter perfectius in natura inferiore in quo magis contingit cum natura superiore:maximè si sit proprium naturæ superioris:sed in intellectu posibili & intelligere formaliter cõuenit homo cum Deo & angelo,non autem in intellectu agente nec intelligere facere seipsum quod ipsis non conuenit:ergo. & cætera.

Ratio.3.

11 Tertia ratio est,quia nobilissima potentia debet habere nobilissimum obiectum & actum immanentem:cũ potentiæ quarum comparationes sunt immanentes sint nobiliores,sicut vitales quàm nõ vitales:sed intellectus agens naturaliter non habet formaliter aliquem actum immanentem,nec habet Deum pro obiecto,sed materialia secundum suam naturã totam:intellectus verò posibilis habet actum immanẽtem nobilissimum cum hoc: licet vt cõiunctus nõ habeat altius obiectũ quàm agẽs: tñ secũdũ se vt est natus intelligere oĩe ens,ille autẽ nõ

Ratio.4.

est natus intelligere facere oĩe ens,ideo &c. 12 Quare tò sic,quia illa potentia quæ de se est perfectio simpliciter: & cum hoc est perfectibilis perfectione simpliciter dicta, est nobilior & perfectior simpliciter potentia quæ nec est perfectio simpliciter,nec perfectibilis perfectiõe simpliciter dicta licèt moueatur ab illa,sicut intellectus posibilis est perfectior simpliciter phantasmate: sed intellectus agens non est perfectio simpliciter cum non sit in Deo nec in angelis,nec secundum naturam perfectibilis est aliquo habitu vel actu qui sit perfectio simpliciter:intellectus autem posilis habet vtrunq;, ergo.&c.

Opini. falsa obiectio.

13 Sed aduertendum est,quod aliqui ex hoc principio & male concludunt intellectum posibilem & voluntatem esse vnam potentiam:quia aliàs sequeretur ꝙ idem respectu eiusdẽ esset nobilius & ignobilius simpliciter: quia quod habet perfectionem simpliciter quam aliud non habet:est perfectius simpliciter, sed cum intellectio & volitio sint perfectiones simpliciter,si potentia quę est intellectus non sit potentia quæ est voluntas:tunc intellectus qui intelligit,erit simpliciter nobilior voluntate quæ nõ intelligit,& ecõuerso voluntas simpliciter perfectior intellectu habẽs volitionem quæ est perfectio simpliciter dicta qua caret intellectus.

Respõ.doct.

14 Dicẽdum est ergo,quod proposito qua dicitur ꝙ habet perfectionem simpliciter,est perfectius simpliciter omni non habente illam:intelligitur in suppositis nõ in potentijs,quia supposito est illud quod debet esse simpliciter perfectum: sed nihil suppositi creati est simpliciter perfectum: sed ex omnibus particularibus perfectionibus cõsurgit perfecta perfectio suppositi.Vnde nihil prohibet perfectionum simpliciter vnã esse altera perfectiorem:& quę est, huius habet subiectum perfectum simpliciter , sicut intellectus volũtate quãuis careat volitione quæ est perfectio simpliciter.&c.Vnde inter potentias perfectibiles perfectione simpliciter dicta , illa est perfectior quæ est perfectibilis maiore perfectione licèt careat minore perfectione,quæ tamẽ est perfectio dicta simpliciter, & alia potentia est minus perfecta simpliciter quæ habet perfectionem minorem qua alia caret:licet secundum quid non simpliciter, sed inter suppositа hoc non contingit: scilicet quod suppositum minus perfectum simpliciter habet aliquam perfectionem simpliciter dictam qua caret suppositum simpliciter perfectius, sicut homo nõ habet aliquam perfectionem simpliciter dictam qua caret angelus: dico autem secundum naturã. 15 Tertia conclusio est de comparatione intellectus agentis respectu beatitudinis . De quo videtur quod cũ homo in intellectu posibili quo distinguitur à brutis cõueniat cum angelis:sed in agente distinguatur ab omnibus,ꝙ in illius actu consistat beatitudo maximè hominis. Et quicquid sic de beatitudine supernaturali:quæ quia cõmunis est hominibus & angelis:& ideo debet eis conuenire secũdum illud quod est commune eis, puta intellectum posibile : tamen de naturali quæ est propria hominis,alia est enim beatitudo hominis naturalis alia angelorum:illa videtur esse magis secundum intellectum agentem qui est magis proprius.Sed si ista opinio intelligat quod beatitudo naturalis consistat in actu intellectus agentis passiue, falsa est:quia respectu omnis intellectionis naturalis intellectus agens est pure actiuus:& posibilis pure passiuus.Si verò intelligat quod cõsistat in actu eius actiue vera est,sed simpliciter posset dici consistere in actu phãtasmatis sine quo intellectus agẽs non agit licet principalius agat.De beatitudine autem supernaturali quantũ ad intellectum agentem posset sic imaginari,quod haberet ibi actum isto modo scilicet ꝙ sicut lux aeris respectu coloris vel raritatis est ratio actiua:sed respectu speciei recipiendæ est ei ratio patiendi, & dispositio passiua: sic intellectus agens quamuis respectu cognitionis viæ & naturalis sit intellectui posibili ratio actiua sibi imprimens illam per speciem vel immediate:tamen respectu cognitionis beatificę est dispositio passiua,non tamen qua intelligat,sed qua posibilis intelligat.Vel potest dici,quod illud quod angelus potest per vnum intellectum,illud anima per duos: vt sicut non potest sentire nisi per compositum ex potentia & organo subiectiue:sic nec potest clare videre Deum nisi per intellectum posibilem informatum agente qui est lux eius, vel sicut oculus illuminatus videt:sic intellectus posibilis formaliter intellectu agente illustratus. Videtur mihi verius quod cum intellectus agens non sit perfectio simpliciter,cum non sit in angelis nec in Deo quod non habet actum beatificum essentialem:nec actiue:quia sic est à solo Deo:nec passiue,sed solus intellectus posibilis,sed omnis actus eius est intelligere facere circa naturaliter intelligibilia non alia:& in anima coniuncta. Nam quid faciat & an aliquid faciat in anima separata etiam respectu naturalium intellectionum non apparet. Constat enim quod nihil abstrahit, sed quia ipse est omnia facere quæ posibilis est fieri: videtur quod species etiam abstractæ ante separationẽ & in influxu in separatiõe animę nullam intellectionẽ causare posint naturaliter, nisi in virtute intellectus agentis in quo apparet imperfectio specierum animæ,rẽspectu specierum angelicarum quæ habent virtutem intellectus agentis per se.&c.

Opini.doct.

Intellectus agens nõ habebit actum bñficũ i ꝑria

Articu. 3.

16 Quantum ad tertiũ de cognitione discreta essentiæ & personæ sunt tres conclusiones. 17 Prima , quod licèt vna persona non possit cognosci sine alia: quia relatiua sunt simul naturali intelligentia : nec persona sine essentia sicut nec hic homo sine humanitate; quia essentia est de constitutione personæ,nec essentiam sine personis de potentia ordinata: quia debemus videre quicquid credimus, nec essentia sine re quæ est persona etiam de potentia absoluta; videtur quod diuina essentia posit clare videri sine hoc quod in ea videatur ratio personæ cuiuscunq;,quod patet quadrupliciter. 18 Primò sic. Ille qui non totaliter comprehendit rem potest ignorare aliquem eius modum saltem ratione differente:& cognoscere rationem primam sine posteriore: sed nullus intellectus creatus cognoscit essentiam diuinam sub omni ratione qua est cognoscibilis: aliàs non posset fieri ei aliqua reuelatiõ de nouo, nec per consequens comprehendit:item ratio

De potentia Dei absoluta essẽtia diuina põt videri sine persona aliqua.

absolutie est prior quàm persona: ergo &c. 19 Secũdò sic, non plus differunt attributa adinuicem quàm essentia & persona: sed illa possunt sine inuicẽ cognosci aliàs comprænderentur: ergo &c. 20 Tertiò sic. Non minus differt persona ab essentia quàm idea, cum illa solũ respectum rationis addat, hæc realem: sed potest videri essentia sine hoc quod videatur idea: quia dicit philosophus in de memoria & reminiscentia, quod imago potest intelligi secundum q̃ res quædam est sine hoc q̃ intelligatur secundum quod similitudo est: & multo magis res quæ non est facta ad hoc solum vt repræsentet, sicut est essentia diuina: ergo &c. 21 Quarto sic, quia prior est cognitio rei absolutæ in se quàm cognitio eius in comparatione ad aliud: & prius potest absolui à posteriore diuina virtute: ergo &c. 22 Sed contra hoc obiiciunt aliqui quatuor. Primò sic. Visio terminatur ad essentiam vt existit, sed non existit nisi in supposito: ergo non potest cognosci sine eo. Sed diceret aliquis q̃ hîc est fallacia accidentis sicut hîc: cognosco Coriscum, Coriscus est veniens: ergo cognosco venientem. 23 Sed contrà, quia si cognosco coriscum vt est sub venire, cognosco venientem, nec est fallacia, sed quando cognosco coriscum solũ vt coriscus est: tũc est fallacia, sed qui cognoscit essentiã vt existit, per consequens cognoscit illud sine quo non existit. Et dicendum q̃ est verum est, si cognosceret eam sub omni modo quo existit re & ratione. 24 Præterea nõ sic existit essentia diuina in persona sicut essẽtia creata, quia essentia diuina per se subsistit, & nõ per proprietatem personalem, sed magis ecõuerso: vnde persona nõ posset cognosci sine essentia qua subsistit: sed essentia creata nõ per se existit: sed existit in supposito quod subsistit, sicut natura in Christo & in alijs, vnde sicut nõ potest cognosci accidẽs vt existit sine obiecto in quo & per q̃ existit: sic de essentia creata respectu personæ, secus de essentia increata. Vel potest dici mel⁹ quod cognitio quidditatiua præcisa abstrahit ab existẽtia, & multo magis à subsistentia rei cognitæ: & de tali intelligenda est conclusio, quod potest cognosci diuina essentia sine cognitione suppositi: sicut in creaturis propter solam differentiam rationis quæ essentia est prior: sed cognoscere vt existit vel subsistit in rerum natura non cognita persona aliqualiter est impossibile, sicut ratio cõcludit quæ facta est & quæ sequitur. 25 Secundò sic, cognitio intuitiua non abstrahitã præsentialitate: sed illa includit personas: ergo &c. 26 Solutio, cognitio præsentialitatis nõ cõprehensiua stat cũ nescientia alicuius rationis præsentis, & sicut habens per demonstrationem q̃ Deus est, nondum habet quod sit suppositum absolutum vel relatum, & demonstrari potest in diuinis esse aliquod suppositum: sed non vtrum sit absolutum vel relatum, quia primum est falsum: secundum supra naturam: ita vidẽs quidem essentiam non potest ignorare eam subsistere: sed vtrum in vno supposito vel pluribus potest ignorare: & per consequens ignorare suppositum in speciali quod includit cũ subsistẽtia incõmutabilitatẽ. 27 Tertiò, quia quæ vniformiter obiiciuntur intellectui æqualiter intelliguntur: sed sic est de essentia & persona: quia naturaliter sunt indistincta: ergo &c. Solutio, dicendum q̃ non vniformiter: quia prius est absolutum relato, & persona non est cognoscibilis nisi per essentiã, sed non econuerso. 28 Quartò, quia nihil intelligitur sine eo quod est de essentia eius, sicut homo sine animali vel rationali: sed quicquid est in Deo est de ratione eius predicatum in primo modo dicendi per se, aliter esset ibi accidens & compositio: ergo essentia non potest intelligi nisi intellectis omnibus quæ sunt ibi, siue absolute siue

Aureol⁹, Occam, Adã & Gerard⁹ quolibe. 2. q. 1.

relatiue. 29 Solutio, verum est de intellectione comprehensiua, secùs de imperfecta apprehensiua. Possum enim intelligere substantiam sine hoc quod intelligam eam esse aptam natam extendi vel huiusmodi: & tamen hoc est de ratione eius essentiali, cum per essentiam non per additum sit hoc: vnde aliquid potest esse de essentia alteri⁹ dupliciter. Vno modo sicut superius vel sicut materiale siue formale eius, non solum re sed etiam ratione: & sic non potest clare videri inferius quin videatur superius: nec species quin videatur materia & forma. Alio modo est aliquid de essentia alterius quasi per accidens secundum rationem: sicut de essentia solis est hîc sol: quia non est nisi vnus & est vnus per essentiam non per aliquid additum: & tunc non oportet quod intellecto primo non comprehenso: cognoscatur secundum & sic est in proposito. 30 Secunda conclusio est talis, quod visio clara diuinæ essentiæ sine visione Trinitatis vt trinitas est, beatificaret: quia esset visio clara summi boni super quod relationes nihil bonitatis addunt. Sed ista conclusio sine assertione sit dicta.

Vnũ est de essentia alteri⁹ dupliciter.

Visio essentiæ diuinę sine personis esset btifica.

31 Tertia conclusio est, quod in visione communi qua videtur essentia & personæ, potest dici quod non solum essentia beatificat sed etiam de personis, sicut dicit Augustinus quod res quibus fruendum est sunt illæ quæ nos beatificant vel beatos faciunt: scilicet Pater & Filius & Spiritussanctus. Nec obstat quod creaturæ visæ in Deo non nos beatificant: quia creaturæ differunt re ab eo quod nos beatos facit, propter quod non faciũt essentialiter ad nostram beatitudinem: sed personæ sunt idem per essentiam cum essentia quæ nos facit beatos essentialiter, vnde non est simile. 32 Ad rationes in oppositũ, ad primum patet solutio per id quod modò dictum est in vltima & penultima conclusione. 33 Ad secundum patet solutio per dicta in primo articulo.

QVAESTIO SEXTA.

De beatitudine post resurrectionem futura maiori.

Thom. 4. Distin. 49. Quæst. 1. arti. 4.

SEXTO quæritur vtrum beatitudo sanctorum post resurrectionem sit futura maior quam sit modò. Et videtur quod sic, quia sicut se habet miseria ad reprobos, sic gloria ab beatos: sed miseria reproborum non solum hominum, sed etiam dæmonum erit maior post resurrectionem quam nũc: ergo & gloria beatorum. 2 Item gloria perficit naturam, igitur natura existente perfectiore erit, gloria perfectior: sed natura animæ erit perfectior post resurrectionem quàm modò: quia perfectiori modo existit in toto quã separata à toto, cũ sit naturaliter pars totius hois, ergo ei⁹ gloria erit perfectior. 3 Contrà, quia operatio quæ in nullo indiget corpore non perficitur in aliquo ex præsentia corporis: sed operatio in qua consistit beatitudo in nullo indiget corpore: ergo nullo modo perficietur per resumptionem corporis. Maior de se patet, sed minor p̃batur, quia operatio in qua consistit beatitudo non indiget corpore vt subiecto: quia nulla operatio intellectualis indiget corpore isto mõ: nec indiget eo vt obiecto, quia nõ fit mediante phãtasmate, sicut fiũt operationes naturales: quare &c. 4 Respõdeo circa hanc quæstionẽ sic p̃cedendũ est:

est: quia primò ponetur id in quo conueniunt: secundò ponentur tres opiniones circa illud quod est dubium.

1. articulus. Dur. hîc. q. 7

5 Quantum ad primum dicunt quidam & bene, quod beatitudinem sanctorum augeri post resumptionem corporum, potest intelligi dupliciter. Vno modo extensiue: quia erit in pluribus. Alio modo intẽsiue, ita sic licèt q̃ anima beata quæ nũc videt Deum videat ipsum clarius & diligat ipsum intensius resumpto corpore. Si loquamur de augmento beatitudinis extensiue: sic clarum est quod augebitur beatitudo post resurrectionẽ: quia tunc homo beatificabitur non solum in anima quo ad vires superiores, que sunt intellectus & voluntas: sed quo ad vires inferiores sensitiuas, & in corpore quantum ad dotes suas: sicut econuerso damnati affligentur non solum in anima quo ad intellectum & voluntatem, sed in corpore quo ad sensualitatẽ: & sic loquitur Glo. super illud Apoc. 6. Vidi sub altare dei animas interfectorum: quæ dicit quod animæ sanctorum modò sunt in minori dignitate quàm futuræ sint post resurrectionẽ. & Hierony. qui dicit, quod peracto finali iudicio Deus ampliorem gloriam demonstrabit sanctis. Hæc enim maior dignitas vel amplior gloria erit secundum extensionem quæ erit quo ad plura. Sed contra hoc arguitur, quia summum bonum non augetur sicut nec albissimum dealbatur. 6 Solutio, beatitudo diuina est summum bonum simpliciter: vnde nullo modo augetur etiam extensiue quocunq; sibi addito. Nam licet beatitudo diuina Christi extensa sit vsq; ad animam & corpus, tamen beatitudo eius creata cum increata non est aliquid melius: vnde eius beatitudo non creuit etiam extensiue. Sed beatitudo animæ est summum bonum eius in genere, vnde crescit extensiue: sed beatitudo hominis est summum bonum eius prout compræhendit vtrũq; non alterum. Sicut enim perfectum bonum hominis secundum naturam non est sola anima, sed compositum, quia perfectum ex omnibus partibus suis constat: sic summum bonum eius non est nisi aggregatũ ex vtraq; beatitudine: quod est vnum per accidens & si non per se. Hoc enim est summum bonum creaturæ quod sibi taxatum est à diuina prædestinatione, quia absolute qualibet beatitudine angelica põt esse maior: sed nõ de potentia ordinata: Deus autem prædestinauit homini vtrãq; beatitudinem. ideo &c. 7 Si autem loquamur de augmento beatitudinis intensiuè, sic est triplex opinio. 8 Primà, quod beatitudo essentialis quæ consistit in Dei visione augebitur intẽsiue post resurrectionem, quod probatur tripliciter. Primò sic, & est ratio in arguẽdo tacta. Operatio præsupponit esse: ergo qđ habet perfectius esse habet perfectius operari: sed anima resumpto corpore habebit perfectius esse in suo toto quàm separata ab ipso, ergo habebit perfectius esse quàm habeat nunc à corpore separata, cum sit pars quæ semper habet perfectius esse in suo toto quã separata ab ipso: ergo habebit perfectius operari: sed in operatione consistit beatitudo: ergo &c. 9 Secũdò sic, delectatio sequẽs visionem Dei proportionatur visioni, sed delectatio augebitur resumpto corpore: ergo visio. Probatio minoris: quia sicut se habet tristitia ad minuẽdum delectationem, sic delectatio ad augendum eam: sicut enim vnumquodq; minuitur per suum cõtrarium, sic augetur per suum simile: sed omnis tristitia aduenies delectationi minuit eã: ergo omnis delectatio aduenies præexistenti delectationi auget ipsam, sed resumpto corpore delectationi quæ est in visione Dei aduenit, & addentur quamplures aliæ de beatificatione corporis: ergo per eas augebitur præcedes delectatio de visione Dei: & si delectatio & visio. 10 Hanc autem opinionẽ alij reprobãt & bene propter duo. Primò, quia manẽte eodẽ formali principio æque intenso & in subiecto proximo, manet æque perfecta operatio excluso subiecto remoto, sicut videmus q̃ manente colore quantitate excluſa substãtia in eucharistia, æque potest color seu albedo disgregare sicut si maneret subiectũ remotum: sed potentia intellectiua & lumen gloriæ manent æque intensa & perfecta in anima separata, sicut post resurrectionem erunt, nullum enim istorum intenderur, sunt etiã in anima separata vt in subiecto proximo: ergo manet in anima separata æque intensa & perfecta operatio. 11 Secũdo, quia videmus q̃ cõditio subiecti remoti nõ variat operationẽ nisi varietur in aliquo immediatũ principiũ operationis, quãuis enim humana natura sit perfectior quã natura aquilæ, intẽtius tamen videt aquila quã homo: videmus etiam quod variato immediato principio operationis, variatur operatio dato q̃ nõ varietur subiectũ, & multiplicato multiplicatur abs̃q; multiplicatione subiecti, ꝓpter quod tota cõditio operationis videtur sequi cõditionem principij immediati secũdũ se: cũ igitur immediata principia operationis in quibus beatitudo cõsistit sint secũdũ se æque perfecta in anima separata, sicut in ea erũt resumpto corpore: sequit̃ q̃ eorũ operatio est æque perfecta prius sicut postea. 12 Isti etiã respondẽt ad rõnes opinionis, ad primã dicẽtes, q̃ nõ cogit cũ dicit q̃ anima habet perfectius esse resumpto corpore quàm separata, dicũt q̃ ly perfectius põt esse nomẽ vel aduerbium: si sit nomen, tunc falsum est q̃ anima cõiuncta habeat perfectius esse quã separata, quia habere perfectius esse est habere esse quod in se & sua natura est magis perfectum, anima autẽ coniuncta nõ habet esse quod in se sit magis perfectum quã quando est separata, sed habet omnino idem esse nec intensius nec remissius: & per consequens nec remissius nec intensius operatur. Si verò ly perfectius teneatur aduerbialiter, sic verũ est quod anima cõiũcta habebit perfectius esse, id est perfectiori modo quã separata, quia pars perfectiori modo existit in toto quàm separata ab ipso. Et simili modo põt dici, quod habet perfectius operari non intensiue: quia nec sic habet intensius operari sed perfectiori modo: quia est operatio perfectioris. i. cõpositi qđ est perfectius qualibet sui parte, sed de hac perfectione nõ quærimus sed de illa quæ est per intensionem. 13 Ad secundum, quod delectatioe de visione Dei non augebit: & comprobatur q̃ imò, quia omnis tristitia minuit delectationẽ: ergo omnis delectatio auget eã. Dicendũ, quod non sequitur: causa enim quare tristitia minuit delectationẽ non semper est contrarietas vnius ad alterũ: quia nõ omnis tristitia contrariatur omni delectationi: sed est quia omnes potentię animæ radicantur in vna essentia: propter q̃ quando intẽsio animę vehemẽter trahitur ad operationẽ vnius potentiæ, retrahitur vel minuitur ab operatione alterius: manifestũ est autem q̃ omis tristitia maximè ad se trahit intentionem animæ: quia vnũquodq; naturaliter tendit ad repellendum contrariũ: & ideo in omni tristitia attrahitur intẽtio animę à quacunq; alia operatione propter quod minuit ipsam, & similiter in delectatione. Quia enim intentio animæ tendit in quod delectat, per consequens retrahitur ab aliis operationibus & ex hoc minuitur, & ideo delectatio minuit omnem aliam delectationem, nisi quãdò est de eodem obiecto, & secundum eandem operationem: vel quando vna ordinatur ad alterã vt in proposito. 14 Secũda opinio est, q̃ beatitudo est perfectior resumpto corpore quã ante, nõ intẽsiue vt ponit prædicens opinio: sed quia magis prõpte & expedite exercebit anima suam operationẽ resumpto corpore quã

Impro. Duř. Ratio. 6.

Ratio. 2.

Ad. 2.

Opini. S. T. hîc. q. 1. ar. 4 q. 1. & Gode. de fontis. in quotlibetis.

Impro. doct. defensio per Durandum.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Responsio. Durandi ad rõnes opi. 1. Ad. 1.

Opinio. 2.

Bona. hîc. 2. per arg. 1. & Pe. de Thar. ꝓble. 1. ar. 4

ante. Et ratio huius opinionis est, quia in anima separata videtur esse quidam naturalis appetitus vt reuniatur corpori: & hic naturalis appetitus videtur animã impedire nè ita prompte & faciliter feratur in Deũ tota intẽtione, sicut resumpto corpore. 15 Et confirmatur per Aug. 12. super gen. ad literã. Cũ enim inquireret vtrũ spiritibus defunctorũ sine corporibus posit illa summa beatitudo præberi, respõdet q̃ nõ possunt sic videre illã incommutabilem essentiam vt sancti angeli: sine aliqua latentiore causa: siue ideo quia inest naturalis appetitus corpus administrandi, quo appetitu retardantur nè tota intentione pergant in summũ cœlũ: hoc est in trinitatẽ per cognitionem & amorem. 16 Hanc autem opinionem alij reprobant & bene propter duo. Primò, quia distractio intentionis ad vnum minuit operationem circa alterũ, sed secundũ istam opinionem anima separata nõ ita expedite & libere fertur in Deũ sicut coniuncta: propter hoc solũ quia intentio eius distrahitur ad alterũ. s. ad administrationem corporis, vt patet plane ex verbis Augustini per eos allegatis: ergo cum non minus distrahatur anima corpus administrando quã eius administrationem desiderando, post resumptionẽ propter hanc administrationem remittetur eius operatio circa Deum: & ita minor erit eius beatitudo quod tamen isti negant. 17 Item secundò, quia si anima resumpto corpore magis expedite feratur in Deum quã ante: hoc non erit nisi habebit plura adiumẽta, vel quia nõ habebit tot impedimẽta. Nõ quia habebit plura adiumẽta: quia corp' & vires corporis nihil cõferũt ad visionẽ diuinæ essẽtiæ: nec subiectiue, potẽtia autẽ intellectiua & voluntas supponuntur æque perfecte. Si verò dicatur quod non habebit tot impedimenta quot separata, non stat cũ principali conclusione: quia id quod est impedimentũ nunquam æque intense operatur nisi magis conetur, si ergo anima separata plura impedimẽta habet quã cõiuncta: sequitur quod non ita intense videat Deum sicut coniuncta, nisi magis conetur: fingere autem in ea maiorem conatum non est facile: ergo nullo modo stant simul q̃ anima coniuncta liberius feratur in Deum quã separata & non intensius. Tenendũ est ergo, quod sicut anima separata æque intense fertur in Deum vt coniuncta, sic fertur æque expedite & libere. 18 Respondent etiam ad rationem opinionis in oppositum dicentes, quod nõ cogit: quia appetitus animæ separatæ de administrando corpus in nullo impedit vel minuit visionem Dei vel fruitionem, quia vel ille appetitus est animæ naturalis: quia competit animæ vt est forma, & talis non impedit aut distrahit cognitionẽ, quia nec cognitionem exigit: est enim similis appetitus in rebus cognitione carentibus: vel est appetitus sequens cognitionem, vt pote quia anima separata cognoscẽdo suam naturam quo ad aliquid imperfectã, quia nõdũ beatificam quo ad vires sensitiuas quę corpus perficiunt, appetit corpori vniri vt in ipso perficiatur plenius. Sed nec iste appetit' minuit in aliquo aut distrahit visionem diuinæ essentiæ: nec fruitionem de visione: quia duo quorum ratio vnius sumitur ex altero: vnum non est impedimentum alterius: sicut cognitio rerũ in verbo nõ impedit aut distrahit cognitionem verbi: quia verbũ est ratio cognoscendi cætera in verbo: similiter appetitus animæ videntis Deum de administrando corpore regulatur secũdũ appetitũ videndi Deum & fruendi Deo, sicut ea quæ sunt ad finem, rationem & regulã sumunt ex fine: vnde anima nõ appetit reuniri corpori, nisi sicut videt placere diuinæ bonitati, & diuinæ voluntati quã intuetur & quæ fruitur, propter quod vnũ non est distractiuum vel impeditiuum alterius. Augustinus autem in auctoritate allegata magis loquitur inquirendo quàm asserendo, vt patet ex verbis suis: dicit enim, siue ideo, siue ex alia latente causa. &c. 19 Tertia opinio est, quod anima resumpto corpore non intensius videbit Deum nec expeditius quàm separata. Et licet hoc satis pateat ex reprobationib' duarum opinionum præcedẽtium, tamen adhuc potest alia ratio adduci quę est cõmunis & tamen satis efficax: quæ talis est. Si animæ beatorum resumptis corporibus intensius & liberius viderent Deum quàm ante, hoc esset vel ex parte patentiæ cognoscentis, vel ex parte luminis gloriæ ipsam eleuantis diuine, vel ex parte obiecti repræsentati, vel ex parte alicuius impedimenti in anima separata existentis. Non ex parte potentiæ cognoscentis, quia illa remanet penitus eadem nõ intensa nec remissa, nec ex parte luminis propter eandem causam, nec ex parte obiecti: quia tunc non repræsentabitur aliter, nec ex parte alicuius impedimenti, quia nullum est in anima separata pluri quàm in coniuncta, vt deductum est: ergo anima resumpto corpore non videbit Deum expeditius vel extensius quàm ante. 20 Potest etiam addi secunda ratio ex æqualitate habitus comparando gratiam ad naturam sic: Vbi est æqualis habitus gloriæ licet inæqualis gradus naturæ vel suppositi, ibi est æqualis beatitudo: sic patet in angelo & homine, quia omnis natura humana etiam in Christo est inferior angelica: & omne suppositum humanum creatum est inferius angelico: & tamen aliquis homo & aliquis angelus sunt æquales in beatitudine, secundum illud, erunt sicut angeli Dei in cœlo: sed æqualitas habitus gloriæ est in anima separata & coniuncta. Probatio, quia tantum recipit anima cum primo videt Deum quantum meruit, si tamen capax sit: nam stolam gloriæ corporis non statim recipit quamuis eam meruit: quia eam statim capere non potest, sed anima separata est capax tanti luminis quanti coniuncta, quia nõ est capax luminis nisi secundũ potentiã intellectiuã quæ non augetur: ergo. &c. 21 Et cõfirmatur ratio, quia anima Christi habuit imperfecti' esse humanũ essentiæ & existentiæ si vnquã habuit separata, quã coniuncta corpori mortali vel immortali, sicut cæteræ animæ separatæ: quia verè homo & verè mortuus fuit, nec tamen minus habuit perfectam beatitudinem quã ante passionem, quando corpus nõ impediebat plusquã post: nec post resurrectionẽ plusquã in die conceptionis: quia in ea nunquã perfecit, ergo idem est in alijs. Nec valet q̃ habebat esse suppositi diuini: quia secundũ illud esse non debebatur beatitudo creata, sed secundũ esse creatũ qđ æqualiter est in ea & in aliis: & tunc fuit imperfectũ. Et si dicatur quod licet beatitudo creata eliceretur secũdum esse creatum: tamen fortificabatur secundum esse increatum, sicut etiam operatio eius meritoria erat efficacior propter suppositũ, quod ratione deitatis erat etiã per se causa illius operationis, sicut & nostrum nostræ: Dicendum, quod secùs est de perfectione meriti quæ attenditur relatiue non absolute. Actio enim in se æqualiter secundum essentiã perfecta in habẽte gratiã est meritoria, nõ in non habente: & in habente maiorem est magis meritoria: & similiter ratione suppositi à quo vel cui fit est magis, vel minus meritoria, & sic meritum Christi potuit esse finitũ: vbi cadẽ actio æqualiter perfecta fuisset in alio, vel nullius vel finiti meriti. Nos autem quærimus de intrinseca & essentiali & absoluta perfectione operationis, quæ non variatur secundum variationem operãtis, sed principij cõparatiui vel actiui. 22 Tertia ratio potest addi, comparando angelum ad animam, quia anima Petri aut est nunc æqualis angelo, cui erit æqualis

3. opinio. S.T. in. 1. 2. q. 4. ar. 5. ad. 5. Durã. hic. quæst. 7.

Improbatio. 1. partis. Durand.

Impro. 2.

Ad rõnes. 2. opinion.

Cõfirmatio.

Rõ. 2. doct.

Rõ. 3. doct.

æqualis post resurrectionem: aut non: si sic, cum beatitudo angeli, nunquam augeatur essentialiter, ergo nec animæ, quia si duorum æqualium vnum tantùm augeatur, fiunt inæqualia: si nõ, pari ratiõe nulla anima est æqualis illi angelo, cui post resurrectionem est adæquanda: & sic vsq; ad diem iudicij animæ faciũt quartã hierarchiã, quod est absurdum. Et confirmatur ratio, quia aut quilibet homo esset nunc æqualis angelo cui post resurrectionem erit æqualis, & tunc non augeretur in homine sicut nec in angelo: aut nullus, & tũc vel esset decimus ordo semper, vel tunc omnes mutarentur à sede in sedem, ab ordine in ordinem, à hierachia in hierarchiam: & sic non esset status. 23 Quarta ratio potest addi cõparando æuum ad tempus: quia æuiternũ vel æuum nõ augetur & minus corrumpitur: huius autẽ est beatitudo creata: ergo non augetur & multominus corrumpitur, sicut illi habent dicere qui ponunt augmentũ per corruptionem secũdũ quos sequitur, quod non solũ erit maior sed erit alia beatitudo quàm prius: & sic beatitudo non est status. 24 Sed contra hoc arguitur quintupliciter. Primò, quia anima damnati erit miserabilior post resurrectionẽ quã ante: ergo anima beati erit beatior. 25 Solutio, non est simile, quia in anima damnati dolor est de malo finito, vnde recipit intensionem: sed gaudium beati de bono infinito quod nõ recipit additionem, nec per consequens gaudium cuius est obiectũ recipit intensionem. Vnde concedo q̃ gaudium animæ de beatitudine sua intenditur corpore resumpto: quia est eiusdẽ ratiõis sed illud non est gaudium essentiale, cum aureola differat ab aurea: quando autem sunt gaudia eiusdem rationis superueniente noua materia gaudij, crescit primum & non fit aliud nouum: vt quando luminare secundum adhiberetur aeri: non sunt duo lumina sed vnum perfectius. Sed gaudium de Deo est alterius ratiõis à gaudio de bono creato: vnde sunt duo, nec vnũ gaudium augetur ex alio: quia ex non quantis non fit quantũ: nec virtus augetur, nisi ex quibus nascitur: vnde in anima separata est imaginari triplex gaudium. Primum est de bono diuino: & istud non crescit, sicut nec aurea crescit per aureolam, nec linea per pũctum: quia nihil crescit per additionem rei alterius generis, sed eiusdem generis, sicut aqua vino addita facit quidẽ maius, sed non melius nec fortius, vt quia quanta conuenit cũ eo æqualis vel quid disconuenit. Secundũ est ibi gaudium de bono suo præsenti, qđ differt re à gaudio de bono corporis, sicut etiam vna aureola ab alia: vnde non crescit in se, licet cũ illo gaudio per accidens fiat vnum gaudium, quod totũ erit maius quã alterum per se, sed gaudium quod nunc habet de bono corporis futuro, est eiusdem rationis cum gaudio quod habebit de bono corporis præsenti: vnde tunc erit perfectum quod modo est imperfectum: vnde illud solum gaudium est quod essentialiter & intensiue augebitur: nec est simile de gaudio quo nunc sumus in spe gaudentes, ad gaudiũ quod habebimus: quia illud erit de re visa, istud de non visa: vnde istud tollet & illud introducetur sicut & spes &c. Sed animæ clare vident se habituras dotes corporis, licet non videãt quando: vnde gaudium spei quod habent de futura gloria corporis, est vnius rationis cum gaudio rei de ipsa post resurrectionem: vnde non tolletur sed perficietur & intendetur.

26 Secundo sic, beatitudo Moysi, & Pauli post resurrectionem erit perfectior: non solum extensiue, quia æterna, sed etiam intẽsiue quã in suis raptibus, sed licet mortalitas & immortalitas sint causa extensionis: quia illa erit perpetua sicut & corpus, ista non: tamen est causa intensionis: cum Christus habens corpus mortale æque habuerit intẽsam nec illa immediatior quàm ista: vnde nõ est causa nisi quia anima coniuncta corpori immortali habet esse perfectius quàm separata à corpore, vel à sensibus: nã hæc duo Grego. parificat. 27 Solutio: imò causa fuit minus lumen gloriæ, quod si tantũ fuisset ita clare vidisset: vnde ita clare vidit in morte sicut in resurrectione, sed non ita clare vidit in raptu: quia non erat in eo tanta charitas quanta fuit in morte: quia supponitur quod meritum creuit superueniendo in statu merendi: & nõ est simile de visione raptus, quia illa non dabatur pro finali præmio & termino, sicut ista quæ in morte. 28 Tertiò, quod iam tactum est: vbi perfectius esse, ibi maior beatitudo. 29 Solutio, verũ est de naturali, vnde paruuli sine baptismo erũt beatiores post resurrectionem quàm ante, secùs in supernaturali, sicut in angelis: licet habeant perfectius esse: essentiam & naturã & suppositum quàm homines, non tamen perfectiorem beatitudinem. Sed ex hoc quidam probant esse differre ab esse essentia, suppositum à natura: quia cum cõpositum & suppositum non includant cum forma nisi materia, quæ nihil est perfectiõis: & esse & subsistere: nisi hęc essent aliud nec totũ essent perfectius. 30 Quartò, quod etiã tactũ est vt aliter soluatur, quia quãto minus anima fertur in inferiora, tanto plus in Deum: sed nunc desiderat vniri corpori: ergo retardatur. 31 Ad hoc dicunt quidam, quod desiderium illud non est aliquid positiue, aliàs affligerentur non obstante qđ ratio reprimeret: sicut etiã velleitas in purgatorio causat dolorem, licèt sit electio deliberatiua de volẽdo quod Deus vult. Vel dicendum q̃ appetitus eius quod est ad finem propter finem non minuit desiderium fini, siue nunc sit aliàs appetibile, vt patet in desideranti amaram potionem propter sanitatem, siue hoc sit: dum tamen appetatur solum propter finem, vt in eo qui non quærit in medicina dulci nisi sanitatem. Vnde sicut angeli motores vel custodes in nullo retardantur à contemplatione: sic anima quæ nõ vult corpus nisi propter Deũ, sicut nec se diligit nisi propter Deum, in nullo propter hoc retardatur à Dei visione. 32 Quintò, vbi maior dilectio, ibi maior beatitudo, sed tunc maior: quia cui plus dimittitur plus diligit. 33 Solutio, nihil diligitur nisi quia bonum, solũ enim bonum est quod omnia appetunt: & vbi sunt plures bonitates ibi plures sunt rationes diligendi: & si illæ bonitates simul iunctæ sunt aliud melius quã per se sumptæ, tunc est ibi melior ratio diligendi, & totum est magis diligibile, aliàs sunt plures rationes diligẽdi, sed nõ maior ratio diligendi intensiue. Et autem aliud diligibile nõ solum quia bonum dilecti: sed quia bonum in se, sicut diligo beneficium meum, peccatorem, & diligo iustum: licet mihi non benefecerit. Deus igitur diligitur à me secundum bonitatem suam in se, & secũdum bonitatem suam in me: nec est magis diligibilis vt bonus in se & in me, quàm vt bonus in se tantum, sicut nec bonitas: cum illa non est aliud melius, sed est alia ratio diligẽdi Deũ secundum quod bonus in se, alia secundum quod beatificus: nam & damnati deberent eum diligere. Est autem alia ratio diligendi Deum vt beatificum in anima & vt in corpore: & sic de aliis, & hæ bonitates creatæ diuersæ faciunt aliud melius simul quàm per se. Vnde in resurrectione anima diliget Deum: quia bonus animæ videnti ipsum, & quia bonus corpori participanti: sed prima dilectio sola est beatifica. Omnis autem alia dilectio aut est meritoria vt hîc, aut consequens beatitudinem quasi gratiarum actiur: vnde dilectione beatifica non plus diliget quàm ante: quia Deus non erit melior in se quàm ante: sed dilectione alia, plus diliget quàm ante.

In anima separata ẽ triplex gaudiũ

Instantia. 1. Ad. 1.

Instantia. 2.

Instantia. 3.

Ad. 3.

Instantia. 4.

Instantia. 5.

Ad. 5.

Ad argu. in oppo.

34 Ad argumentū in oppositum patet respōsio. Solum enim probant quod beatitudo augebitur resumptis corporibus extensiue, non intensiue. Miseria enim reproborum de qua procedit primum argumentum, non erit intensior resumptis corporibus quantum ad dolorem quē habent de carentia visionis diuinæ, qui dolor respōdet visioni & fruitioni diuinæ essentiæ, sed erit in pluribus: quia torquebūtur non solū in anima, sed etiā in corpore: & proportionabiliter augebitur beatitudo in electis. Miseria autem dæmonum non augebitur post iudiciū, quantum ad dolorem quem habent de amissione visionis diuinæ essentiæ, qui dolor respondet præmio essentiali beatorum angelorum: sed augebitur in quibusdam accidentalibus: sicut beatitudo bonorum augebitur accidentaliter post iudicium propter meritum accidentale, quod habent procurando hominum damnationem. 35 Sub eodem sensu procedit secūdū argumentū: quia natura humana resumpto corpore erit perfectior: eo quod consistet in omnibus suis partibus, & in omnibus glorificabitur, sed non erit perfectior quantum ad animam intrinsece: nec secundum eam magis glorificabitur intensiue.

QVAESTIO SEPTIMA.

De necessitate appetendi beatitudinem.

Thom. 4. Distin. 49. Quæst. 1. arti. 3.

QVAERITVR septimo, Vtrum omnes homines summe & de necessitate appetāt beatitudinem. Et arguitur quod nō, quia nullus appetit aliquid quod reputat sibi impossibile, sed damnati sciunt sibi beatitudinem impossibilem: ergo eā non appetunt. 2 Item nullus appetit quod ignorat, quia appetitus sequitur cognitionem: sed multi ignorant quid sit beatitudo & in quo consistat: & circa hoc plures errauerunt: vt dicitur. 1. Ethi. ergo &c. 3 Item meritum non consistit in actu necessario, sed aliqui merentur appetēdo: ergo eam non appetunt saltem necessario. 4 Contra. Augu. 13. de trini. cap. 8. Omnes appetunt beatitudinem vt veritas clamat: & idem dicit Anselm⁹ de casu diaboli. cap. 4. sed illud quod omnes appetunt videtur necessario appeti: nam contingentia insunt vni & non alteri: ergo beatitudo necessario appetitur. 5 Item August. in Enchiridio dicit: quod non solum nolumus esse miseri, sed nunquam velle possumus: ergo ex oppositio sic volumus esse beati, quod necessario volumus. Et probatur consequentia, quia sicut se habet nolle ad miseriam: sic velle ad beatitudinem: & iterū, oīe nolle causatur ex aliquo velle, nec aliquod velle est ex quo causetur nolle miserum, nisi velle esse beatum. 6 Respōsio circa hanc quæstionem duo sunt videnda. Primo, de appetitu beatitudinis habituali siue aptitudinali. Secundo, de actuali actu elicito secundū tres opiniones cōtrarias. 7 Quā tum ad primum sunt tres conclusiones. Prima de distinctione suppositā, quia dicunt quidam ꝙ duplex est appetitus. s. naturalis & electiuus accipiendo appetitum electiuum: non solum pro appetitu consequente cognitionem eorū quæ sunt ad finem: sed pro omni appetitu cōsequente cognitionem intellectiuam, quæ sola fertur in beatitudinem. Et differunt isti duo appetitus quantum ad actus suos: quia appetitus naturalis non est aliquis actus elect⁹: sed sola naturalis inclinatio, ad aliud quod appetitur. Actus verò appetitus electiui vt nunc loquimur, non est sola naturalis inclinatio: sed est quidā actus elicitus qui dicitur velle. Quod autem actus appetitus naturalis non sit actus aliquis elicitus probatur sic, quia actus appetitus naturalis semper est stante natura cuius est appetitus: sed nos experimur quod aliquis actus elicitus sit semper in nobis: maximè in intellectu & voluntate de quorum appetitu respectu beatitudinis agitur: ergo talis actus non est elicitus. Et confirmatur per id quod dicit philosophus. 2. Poste. cōtra Platonem, quod inconueniens est in nobis esse nobilissimos habitus, & ꝙ lateant nos: & fortiori ratione inconueniens est nos habere nobiles actus & quod lateant nos: & iterum appetitus naturalis communis est omnibus cognoscētibus & non cognoscentibus, non solum actui sed potentiæ: puta materiæ: sed constat quod actus appetitus naturalis in non cognoscentibus, non est aliquis actus elicitus: sed est sola naturalis inclinatio rei, sicut appetitus materiæ est eius inclinatio ad formam: secundum quod philosophus dicit. 8. physicorum: quod materia appetit formam: & appetitus grauis est inclinari deorsum, mouere autem deorsum est actus generantis, & non ipsius grauis vt determinat philosophus 8. physicorum: ergo similiter appetitus naturalis in quacunq; re non est aliquid elicitum: sed est pura inclinatio rei naturalis ad suā perfectionem. 8 Secunda conclusio est de appetitu naturali, quia secūdum prædictos omnes sic naturaliter & de necessitate summe appetunt beatitudinem, quod de necessitate appetant. probatur sic. Quælibet res imperfecta nata perfici per aliam, naturali appetitu ex necessitate appetit illam per quam formaliter perficitur. Et hoc stante patet, quia naturali appetitu quodlibet imperfectū appetit suam perfectionem, cum talis appetitus non sit aliud quàm naturalis inclinatio imperfecti ad suam imperfectionem: est etiam hic inclinatio necessaria, cū non sequatur cognitionem sine qua non est libertas: sed natura humana quantum est de se est imperfecta, summa autem perfectio ei possibilis est beatitudo: ergo omnes homines de necessitate appetunt beatitudinem. Quod autem summe appetant eam tali appetitu. s. naturali probatur sic. Illud in cuius potestate non est agere, in eius potestate nō est remisse agere: sed sicut necessario agit ita necessario agit toto conatu, sed natura humana & quæcū q; alia quantum ad appetitum naturalem non habet in potestate sua appetere vel nō appetere, sed necessario appetit quicquid appetit: ergo non est in potestate eius remisse appetere: sed necessario appetit toto conatu, hoc autem est summe appetere: ergo &c. 9 Tertia conclusio est de subiecto vel principio huius appetitus: de quo dicunt quidam ꝙ iste appetitus non est voluntatis sed intellectus: quia sicut probatum est, beatitudo est actus & perfectio intellectus, appetitu autem naturali vnumquodq; appetit suam perfectionem & non aliud: & ideo appetitu naturali intellectus appetit beatitudinē, & nō voluntas nisi beatitudinem accidētalem quæ potest esse eius perfectio. Sed ista conclusio non videtur esse vera: quia sicut se habet quælibet potentia ad appetēdum suā perfectionem, sic voluntas ad appetendum perfectiones omniū: cum ipsa sit generalis appetitus totius subiecti pro oīi bono eius, & naturalis inclinatio eius per essentiam est ad omnem perfectionem naturalem omniū potentiarum: quod patet: quia actus procedit ex habitu & ex aptitudine: quia vnūquodq; sic agit & agitur sicut natum est: vnde cū actus eius elicitus feratur in oēm perfectionem omniū potentiarū: per cōsequēs & actus aptitudinalis & habitualis. Item sicut dictū est supra, fœlicitas actiua consistit essentialiter in actu voluntatis & principaliter. Fœlicitas autem perfecta in actu vtriusq; essentialiter: vnde ex ista parte ipsa æque naturaliter appetit beatitudinem sicut intellectus. 10 Quantum ad secū dum: scilicet de appetitu beatitudinis actu elicito sunt tres opiniones. 11 Prima, quod voluntas non vult ex necessitate beatitudinem sibi propositam, siue in vniuersali siue in particulari, sed libere: & istud probatur tripliciter. 12 Primo sic. Nulla necessitas pōt esse in actione potentiæ superioris à necessitate actionis potentiæ inferioris, quia hoc includit cōtradictionem: quia ꝙ necessitatur ab alio est inferius eo vt sic: & ideo si superior potentia necessitaretur per inferiorem: iam non esset superior, sed inferior: sed voluntas inter omnes potentias est superior: ergo non potest necessitari in actione sua ex actione cuiuscunq; alterius potentiæ: si ergo in ea sit necessitas oportet quod illam habeat ex se: tunc arguitur sic: Potētia superior quæ habet necessitatē respectu suæ actionis, eādē necessitate mouet potētias sibi subiectas: sed voluntas potest mouere omnes alias potentias: ergo si ipsa necessitatur ad aliquid volendum, oportet ꝙ moueat necessario alias potentias ad ostendendum sibi suū volitum, hoc autem est falsum: quia si potentiæ inferiores necessitarentur ad ostendendum voluntati suum obiectum respectu cuius necessitatur ipsa ad volendum: sequeretur quod illud obiectum semper esset ostensum & semper volitum, quod est manifeste falsum. 13 Secūdò, quia nullus habitus acquisitus quantūcunq; sit intē sus: potest tantum inclinare voluntatem quantum appetitus naturalis: sed si voluntas necessitaretur ad aliquid volendum: tunc tantum inclinaretur in obiectum suum per habitum acquisitum, quantum inclinatur per appetitum naturalem: quia vtroq; modo inclinaretur ex necessitate: ergo voluntas nullo actu elicito concurrente quocunq; habitu acquisito quantumcunq; intenso necessitatur ad aliquid volēdum: sed libere quicquid vult, etiam beatitudinem tam in vniuersali quàm in particulari. 14 Tertiò confirmatur hoc per auctoritatē beati Augusti. in Enchiri. 6. cap. vbi dicit sic. Nec enim aut voluntas non est, aut libera dicenda non est, qua beati esse sic volumus vt esse miseri nō solum nolumus, sed nequaquā prorsus velle possumus. Ecce ꝙ liberam dicit voluntatem in volendo beatitudinem. Isti tamen dicūt, ꝙ si voluntas habeat aliquem actum respectu beatitudinis: ille actus erit velle, & respectu miseriæ erit nolle, sed non est necessarium secundum eos ꝙ respectu beatitudinis vel miseriæ propositæ, voluntas habeat aliquem actum propositum, proposito sibi quocunq; obiecto bono vel malo potest suspendere omnem actum volūtatis. 15 Et per hoc respondent ad rationes in oppositum: ꝙ auctoritates beati Aug. 13. de trini. & Ansel. de casu diaboli: intelliguntur de appetitu naturali, quo quælibet creatura rationalis necessario appetit beatitudinem, nō autem de actu elicito. 16 Ad illud quod postea subditur de Aug. in enchiri. c. præal. dicunt quod verum est ꝙ non possumus velle miseriam: sed non sequitur: ergo de necessitate volumus miseriam: quia possum circa vtrunq; suspendere omnem actionem tam volendi quā nolendi: & ideo neuter est necessarius simpliciter & absolute, sed sub conditione: scilicet si habeam aliquem actum positiuum circa aliquod eorum, quod respectu beatitudinis non possum habere positiuum actum nisi illum qui est velle: nec respectu miseriæ nisi illum qui est nolle. 17 Hanc autem opinionem aliqui reprobāt dicentes, quod quicquid sit de conclusione: rationes tamen illæ non valent, quod patet discurrendo per singula. Cum enim primò dicitur, ꝙ potentia superior non necessitatur ab inferiore: potest dici ꝙ imò & si non causaliter tamen cōsecutiue: sicut intellectus apprehendit primò quod primò sibi offertur à sensitiuis viribus, & necessitatur ad videndum secundū apparentiam sensitiuam: & tamen intellectus est superior potentia quàm sensus. Item falsum est ꝙ postea sumitur, ꝙ volūtas est superior intellectu, hoc enim non est verum: imò potius contrarium. Nam oportet ꝙ volūtas feratur in quodcunq; fertur secundū formam & dictamen intellectus, cùm ipsa non possit ferri nisi in cognitum: ex quo sequitur ꝙ propositio quā assumunt nō est vera hæc: scilitet ꝙ volūtas ea necessitate moueat potentias qua necessitate mouetur in suū obiectū: hoc enim non oportet, sed mouet eas solum eo modo quo intellectus iudicat eas esse mouēdas & ideo quantūcūq; voluntas ferretur necessario in suū obiectum: non oporteret quod voluntas moueret necessario, alias potentias ad semper ostendendum sibi suum obiectum: nisi intellectus iudicaret ꝙ tale obiectum esset sibi & semper & necessario ostendendum, quod nō oportet. 18 Ad secundum cum dicitur, quod nullus habitus acquisitus potest tantum inclinare voluntatem ad aliquid volendum quantum appetitus naturalis: dicendum quod nō est ad propositum: quia nos nō loquimur de inclinatione voluntatis in suum obiectum per aliquem habitum acquisitum: sed per ipsammet naturā potentiæ: quæ habet necessariam habitudinem ad aliquod obiectum vt in ipsum feratur actu elicito: & illa inclinatio potest esse ita efficax suppositā talis obiecti, sicut inclinatio appetitus naturalis. Et iterum si intellectus qui dicetur habitus principiorum est aliquid acquisitum, constat ꝙ inclinat æque efficaciter potentiā intellectiuā ad assentiendū necessario primis principiis sibi propositis, sicut appetitus naturalis ipsius intellect⁹ inclinat ipsum ad intelligere, & eodem modo potest esse voluntate si habeat aliquem talem habitum. 19 Ad tertiū de auctoritate beati Aug. dicendū: quod loquitur de libertate à coactione quæ coactio nunquā est in voluntate, non autem de libertate à necessitate immutabilitatis quæ est in voluntate respectu multorum, vel saltē aliquorum vt infrà patebit. 20 Responsiones etiam aliquæ ad argumenta non valent. Cum enim primò dicitur, ꝙ auctoritates beati Augustini & Anselmi intelliguntur de appetitu naturali non de actu elicito: & expresse patet ꝙ non est verum. Dicit enim. 13. de ciuitate. 3. c. in fine: quod si ille Mimus qui promisit se dicturum quid omnes vellent: & dixit: vili vultis emere & carè vēdere, si inquam dixisset, omnes beati esse vultis, miseri esse non vultis, dixisset aliquid ꝙ nullus in sua non cognosceret voluntate, quicquid enim aliud quisquam latenter velit ab hac voluntate non recedit. Constat ꝙ loquitur de voluntate, vel de actu voluntatis elicito: de quo ioculator ille dixerat: vili vultis emere & carè vendere: & non loquitur de appetitu naturali voluntatis. Item. 4. cap. eiusdem libri inquirit, cum omnes velint beatitudinem, an eam omnes nouerint? Constat autem quod velle sequens notitiā est actus elicitus. Item in. 5. cap. dicit quod omnes homines beati esse volunt illud q; vnum ardentissimo amore appetunt: & subiungit ꝙ nullus potest amare quod nescit omnino. Et ita loquitur de amore omnino sequente cognitionem. Anselmus etiam de casu diaboli, cap. 12. circa finem dicit. Omnes quippe volunt beati esse. Et loquitur de beatitudine absolute quæ includit commodum de qua dicit, quod iustitiam non omnes volunt, commodum verò non solum omnis natura rationalis, sed etiam omne quod sentire

Articul⁹. 1. Durā. hic. q. 8. Scot. hic. q. 10.

Naturali appetitu quilibet appetit beatitudinē summe & de necessitate.

Durā. vbi supra. Articu. 2.

Reprobatio Ar. 2.

Subiectum appetit⁹ naturalis est voluntas.

Ar. 2. 1. opinio. Sco. hic vbi supra, & in 1. di. 1.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Reprobatio Sco. per Du. vbi supra.

tire potest vniuersaliter nam nullus vult nisi illud quod aliquo modo putat sibi commodum. Et sic loquitur de velle quod sequitur cognitionem, quod velle est actus elicitus. Et sic expositio qua dicta Augu. & Anselm. exponút nõ est vera, vt clarissime patet intuẽti dicta eorũ in prædictis locis. 21 Secũda opinio est, quod voluntas est duplex. s. creata & increata: creata verò potest accipi secundum duplicẽ statum. s. secundũ statum patriæ, & secundũ statũ viæ: si loquamur de voluntate increata siue diuina: dicendum ꝙ ipsa necessario vult suam beatitudinem: quia si eam posset non vellet: posset Deus non esse perfecte beatus. Delectatio enim perficit beatitudinem: sicut pulchritudo iuuentutẽ vt dicitur. 10. Ethi. si autẽ Deus posset nõ velle suam beatitudinem, posset non delectari de ea: quare &c. Præterea si Deus posset nõ amare suam beatitudinem, posset non amare seipsum qui est sua beatitudo quod est inconueniens, quare &c. Si autẽ loquamur de voluntate creata pro statu patriæ, adhuc talis voluntas necessario vult beatitudinem. Cuius ratio est, quia si talis posset nõ velle beatitudinem: posset non delectari: cum delectatio sit actus voluntatis de bono volito. Istud autem non est possibile secundũ naturam. s. quod videns Deum sicut beati vident non delectetur de Deo viso, quia quanquã fortè Deus de potentia absoluta posset à tali visione delectationem suspẽdere: hoc tamen non potest facere creatura. Item Aug. probat. 13. de trini. c. 8. ꝙ est beatitudo quam non aliquis pòtest amittere volens aut nolens: sed non potest quis eam perdere neq; volens neq; nollens, sed si beatus non vellet necessario suam beatitudinem, sed posset eã nolle aut suspendere suum velle: sequeretur ꝙ posset amitti inuolente vel à non volente: ergo impossibile est ꝙ beatitudo non sit necessario volita à beato. Si verò loquamur de voluntate pro statu viæ sic distinguendum est de beatitudine: quia beatitudo potest accipi in speciali pro eo in quo vere contrasistit: sicut est visio diuina: vel potest accipi secundum communem & generalem rationem beatitudinis, quæ est bene habere & malo carere, quod Anselm. vocat commodum. Si accipiatur beatitudo in spirituali pro eo in quo vere cõsistit, sic voluntas viatoris non necessario vult beatitudinem, sed potest non velle negatiue & etiam nolle. Quod possit non velle negatiue, patet: quia quod omnino incognitum est, omnino est non volitum secundum Augustinum vbi suprà: sed beatitudo secundum illud in quo verè consistit, est multis incognita omnino: & valdè paucis nota: ergo à multis est non volita. Quod autem posset esse nolita patet sic. Omne illud cuius assecutioni est coniuncta difficultas, & multa quæ habent rationem mali potest esse nolitum, & ratio est: quia sicut voluntas fertur in bonũ per volitionem: ita nata est ferri in malum per nolitionem, propter quod vbi malum est coniunctum bono voluntas potest ferri in illud volendo & non volendo: sed assecutioni beatitudinis est annexa multa difficultas, & multa mala pœnæ quę horrẽt cõmuniter homines: ergo in beatitudinem quamuis cognitam secundum propriã rationem: potest ferri voluntas viatoris non volendo eã vel etiam nolendo, non quidem propter ipsam sed propter mala pœnæ coniuncta. Si autem accipiatur beatitudo secundũ generalem rationem beatitudinis, sic distinguendum est de appetitu: quia quidã est actus appetitus efficax qui est de re habita, vt est delectatio: vel est motus ad rem habendam, vt desiderium efficaciter inclinans ad prosecutionẽ rei: & tali appetitu nõ necessario volumus beatitudinem propositã solam secundum cõmunem rationem beatitudinis: quia tam delectatio quã desiderium efficax sunt respectu boni propositi in particulari in quo delectamur si sit habitũ: & in quod tendimus si sit nõ habitũ, habitio enim rei vel prosecutio ad eam respicit singularia. Est alius actus appetitus seu voluntatis qui non est velle efficax, sed velle conditionatum seu quædã velleitas, quo dicimur ea velle quæ quandoq; sunt nobis impossibilia: & hoc modo omnes volũt beatitudinẽ secundum cõmunem rationem beatitudinis: proposito enim cuicunq; ꝙ bonũ est, bene habere & malo carere, nullus est quin quadam velleitate tendat in hoc, sed quia non efficax est ideo non euidenter exprimitur, quin potius videtur esse velle habituale magis quã actuale & fortè est, tamen concordant cũ prima opinione quo ad primũ argu. Et hic videtur esse intentio Aug. 13. de ciui. Dei. c. 8. qui probat ꝙ sicut oẽs homes volunt esse beati: ita volunt esse immortales. Constat autẽ ꝙ illud velle non est efficax, sed est solũ quædã velleitas, quia sicut nullus vellet bono carere sed potiº semper bonũ habere: ita vellet semper esse: quia sine esse nõ posset bñ habere. 22 Tertia opinio est, quia beatitudinem præsentatã in cõmuni in via, vel visam in spirituali in patria voluntas non pòt ex se respuere, nec eã nõ acceptare vel Deo viso nõ frui: sed per miraculũ virtute diuina posset actus volendi vel fruendi vtrobiq; suspendi: sed non actus respuendi vel detestandi habere. 23 Prima conclusio quantũ ad beatitudinẽ in cõmuni præsentatam in via, patet iam dicta: sed in patria probatur quintupliciter. 24 Primo, quia sicut principiũ in speculantibus, sic finis in agibilibus: sed intellectus nõ potest non assentire primo principio: ergo voluntas nõ ferri in finem vltimum clare præsentatũ. 25 Secũdo, quia obiectũ ꝙ adæquat vel superat totam capacitatem potẽtiæ mouet ipsam necessario; huius autẽ est Deus clare visus: ergo &c. 26 Tertio, quia sicut se habet voluntas viatoris ad beatitudinem in cõmuni: sic voluntas cõpræhensoris ad beatitudinẽ quæ est in Deo, cum ibi sit secundũ veritatem quicquid est in beatitudine secũdũ cõmunẽ æstimationẽ, sed nullus nõ potest nõ amare beatitudinẽ pręsentatã in cõi in via, ergo nec in patria. 27 Quartò, quia qua rõe beatº posset nõ amare beatitudinẽ, dãnatus posset nõ odire miseriã: & per cõsequẽs esset in eius potestate minº affligi, ꝙ est incõueniẽs. Quintò, quia si nõ ferretur in Deũ dilectiõe vel delectatione, aut hoc esset per actum cõtrariũ positiuũ, ꝙ est impossibile. s. respuere bonũ vbi nulla occurrit rõ mali, aut per actũ præambulũ quo vellet non ferri in illud: & hoc nõ est possibile: quia nõ pòt iudicare esse bonũ nõ ferri in illud, aut simpliciter suspẽdẽdo actũ elicitũ vel eliciẽdũ: & hoc esset moueri cõtra iudiciũ rõis: quia visio Dei iudicat eũ amãdũ & eo fruendũ. 28 Secũda cõclusio. s. Videś clare ꝙ per miraculum de potẽtia absoluta Deus posset hoc. s. Deũ pòt imactũ voluntatis suspendere præsentata beatitudine clara. pediri à Deo in patria vel in generali in via, patet, quia natura volũtatis est ferri in obiectũ sibi præsentatũ suppositã cõmuni influẽtia Dei, sine qua nullũ agens creatũ agere pòt: si ergo Deus subtrahet influentiã ab actione volũtatis & nõ ab actiõe intellectus, erit vna sine alia naturaliter & nõ solũ nõ violẽter, nisi ꝙ illa natura est vtraro. Item actus voluntatis in patria est à solo Deo effectiue & in voluntate solũ subiectiue, sicut ergo si in homine esset meritũ congrui ad gratiã: Deus non infundendo gratiã non cogeret, sic si Deus non infundit voluntati fruitionem quã solet infundere post visionem, non propter hoc cogit. 29 Tertia conclusio est ꝙ Deus non potest immittere Clare videś actũ cõtrarium: puta ꝙ voluntas respuat beatitudinem nulla potest oblatam in cõmuni vel clare visam in speciali: aut quod tia pòt ipsũ tristetur in ea: quia Deus non posset facere quod potẽtia odire.

2. opinio Durã. vbi supra. Deº necessario vult suã beatitudinem.

Delectat voluntas in pria.

Volũtas creata pòt nolle illud in quo est vera beatitudo.

Nõ tñ potest nolle btitudinẽ secũdũ gñalẽ rõem btitudinis.

3. opinio Doctorũ.

Beatitudo ĩ patria clare visa necessario acceptatur, ꝓbatio quintuplex.

ferretur

ferretur: non obiectũ: puta ꝙ oculus videret sonũ vel ꝙ calor inquantũ positiua calefactiua frigefaceret: obiectum autẽ voluntatis ad respuendũ vel refutandum est malum vt malum & non bonum vt bonũ: ergò impossibile est ꝙ respectu beatitudinis in qua nihil mali apparẽre potest, voluntas feratur respuendo vel tristando.

Scot. in. 1. Dist. 1. 30 Contra hoc tamen obiicitur ab aliis dupliciter.

31 Primò, contra primam conclusionem. s. ꝙ sine miraculo supposita cõmuni influentia voluntas vidẽtis Deum ex sua libertate, pòt non diligere Deum & non delectari in ipso. Primò, qa si necessariò frueretur, aut esset necessitas coactionis aut naturæ vel immutabilitatis non absoluta sed ex suppositione. Illa prima, non: quia voluntas cogi non potest: licet intellectus cogi possit secundum illud. 1. Physi. ab ipsa veritate coacti dicitur de primis Pholosophis, nec secundũ, quia nulla suppositio potest poni stante voluntate quin voluntas habeat id quod est sibi essentiale: sed ipsa essentialiter distinguit contra naturã per hoc, qa natura agit necessariò: voluntas verò liberè & non necessariò: vnde hoc est agere naturaliter ꝙ necessario, & hoc est agere voluntariè ꝙ liberè: ergo nihil pòt poni per quod voluntas sic agat necessariò & non liberè, vel velit & necesse habeat velle.

Sic videt dicere Egidius quotlib. 5. q. 6.

32 Secundò, arguunt alij contra secundam conclusionem. ſ. ꝙ nec naturaliter nec per miraculum fieri possit quin videns Deum fruatur Deo. Quod autẽ non naturaliter, patet, quia Deitas sine gaudio videri non potest, propter quod in die iudicij tolletur impius nè videat gloriam Dei, quia tunc gauderet. Quod autem non miraculosè, patet, quia sicut graue cogeretur si non permitteretur descendere ex quo habet grauitatem, ita ꝙ non solùm cogitur vel violentatur si moueatur rursum contra inclinationem suam: imò etiam si violentatur si suspendatur descensus eius deorsum qui aptitudine debetur naturæ grauitatis: ita cùm natura voluntatis sit nata sequi iudicium rationis, non solùm cogetur si feratur contra iudicium rationis: imo si non sinatur sequi iudicium rationis: puta delectari in summo bono clarè viso: sed ipsa non potest cogi: ergò nec à fruitione Dei visi potest suspendi. 33 Sed ad primum istorum est dicendum, ꝙ non est ibi necessitas coactionis, quia sicut ibi dicitur voluntas cogi non potest, sed intellectus cogi potest, ꝙ tamen non arguit voluntatem nobiliorem quia duplex est coactio in aliqua potentia: vno modo per respectum ad ipsammet potentiã: & sic nulla potentia cognitiua vel appetitiua cogi potest respectu actus sui, quia omnis actus ab ea elicitus actiuè vel passiuè est secundum eius naturalem inclinationem: vnde nulla sensatio nec concupiscentia est sensui violenta intrinsecè. Sed in hoc differunt potẽtiæ organicæ ab abstractis, quia in organicis potest aliquid aliud ab actu imprimi quod contristat vel corrumpit: & per consequens est violentum: sicut immutatio realis: sicut oculus potest vulnerari vel corrumpi, quod non est in potentiis abstractis quæ non possunt recipere peregrinã impressionem, nisi fortè à Deo vel eius virtute in inferno. Sed alio modo dicitur coactio in potẽtia extrinsecè respectu voluntatis: & sic omnis potentia est cogibilis præter voluntatem, quia velit nolit voluntas, oculus videt si est apertus & illuminatus & habet obiectum: & similiter velit nolit voluntas, intellectus assentit primis principiis, & conclusionibus demonstratis: & hoc est malum voluntatis contra cuius actum aliquid fit & est bonum illius potentiæ q̃ dicitur cogi: vnde illud nihil infignitatis ponit in potentia sic coacta. Sed voluntas non potest hoc modo cogi, quasi, scilicet, ipsa velit nolit velit aliquid, qa sic esset cõtradictio, scilicet, ꝙ vellet & nõ vellet vel nollet respectu eiusdem. Dicendum ergò ꝙ ibi est necessitas naturalis, quia sicut natura libertatis est liberè ferri in ea quæ sunt ad finem non necessaria euidenter, sic natura eius est necessariò ferri in vltimum finem in communi vel in speciali clarè visum. 34 Ad secundũ patet solutio ex dictis, quia non est coactio si ignis nõ cõburat Deo coagente, quia nec eius natura est comburere nisi suppositã Dei influentia: imò esset coactio in oppositum, quia contra naturam, & similiter Deo subtrahente suam influentiam, violentia esset si voluntas exiret in actum suum. Nec hoc est contra libertatem suam ferri necessariò Deo influente: quia cùm libertas dicat perfectionem simpliciter (aliàs non esset in Deo) nihil includitur in libertate quod sonet in imperfectionem, posse autẽ fieri miserum & diuertere à beatitudine est magna imperfectio: vnde nec est in Deo: & ideò non est de necessitate libertatis nec de natura eius, quòd possit diuertere à beatitudine. 35 Ad argumenta in oppositum, ad primum de damnatis est dicendum, quòd cùm natura remaneat in eis integra, ipsi appetitu naturali appetunt beatitudinem. Et si dicatur appetitus naturalis non potest esse frustra: dicendũ est, quòd verum est per se: per accidens autem naturalis appetitus potest frustrari, vel propter libertatem arbitrij se ipso abutentis: & hoc vniuersaliter in pluribus speciebus, vel à casu in naturalibus non quidem vniuersaliter & in tota specie: sed raro & in aliquibus indiuiduis speciei. De appetitu autem qui est actus elicitus: dicendum, quòd damnati non appetunt beatitudinem in speciali appetitu efficaci laborando vel conando ad beatitudinem, cùm sciant hoc sibi impossibile: sed appetitu conditionato appetunt eam inquantùm habent rationem commodi, vellent enim si esset eis possibile eam habere quatenus est quoddam commodum, & simili modo appetunt beatitudinem in generali, scilicet, benè habere. 36 Ad secundum dicendum, quòd multi ignorant quid sit beatitudo in speciali: & ideò à multis nõ appetitur, sed generalem rationem beatitudinis omnes nouerunt, & eam appetunt modo quo dictum est. 37 Ad tertium patet per idem, quod beatitudinem in particulari quantùm ad illud in quo verè consistit: non appetimus naturaliter sed liberè: & ideò in eius appetitu potest esse meritum & demeritum. Authoritates autem Augustini adductæ pro altera parte & authoritas Anselmi intelligẽdę sunt de beatitudine in generali, & de appetitu qui magis est velleitas quàm velle.

Ad. 1.

Ad argu. in oppositum.

Ad. 2.

QVAESTIO OCTAVA.

De beatitudine, an educatur de potentia creaturæ.

OCTAVO quæritur, vtrum beatitudo educatur de potentia creaturæ. Et videtur, quòd sic, quia illud quod consistit in bonis corporis educitur de potentia creaturæ vel materiæ, quæ est pars corporis essentialis, sed beatitudo consistit in bonis corporis. ergò &c. Maior patet, quia materia quæ est pura potentia, pars est essentialis corporis: vnde sicut corpus nihil agere potest nisi per virtutem formæ, sic nihil recipere potest nisi per potentiam materiæ. Minor patet dupliciter. Primò, quia quanto aliquid est bonum communius, tanto melius: sed bona corporalia sunt communiora quàm spiritualia, quia corporalia se extendunt

ad plantas & ad bruta animalia: spirituales autem non: ergò bona corporalia sunt meliora quàm spiritualia: sed in paucioribus bonis est beatitudo ponēda. ergò &c. 2 Secundò, quia beatitudo est bonum hominis, sed homo constat ex anima & corpore: ergò beatitudo debet esse communis animę & corpori, sed nullum bonum spirituale est vtriq; commune: bonum autem corporale est vtriq; cōmune inquantū anima in bonis corporalibus delectatur: ergò beatitudo consistit in bonis corporalibus: ergò &c. 3 Contrà, Dos, aureola, & fructus pertinent ad beatitudinem, sed ista non educunt̄ de potentia subiecti, quia ista fiunt supernaturaliter & miraculosè: in rebus autem mirabilibus tota ratio faciēdi est potentia facientis. ergò &c. Respondeo, ad huius quæstionis euidentiā sunt quinq; videnda quæ implicant in titulo & in argumentis. Primò, ꝙ beatitudo non consistit in bonis corporalibus essentialiter. Secundò, an beatitudo educatur de potentia. Tertiò, de dotibus. Quartò, de aureolis. Quintò, de fructibus. 4 Quantùm ad primum Art. 1, Duran. hîc q. 1. art. 1. sunt tres conclusiones. Prima de duplici beatitudine hominis. Vbi dicunt quidam & benè, ꝙ cùm beatitudo nominet perfectum bonum illius qui dicitur beatus: sicut aliquid dicitur bonum alicuius dupliciter, sic beatitudo alicuius dicitur dupliciter. Dicitur autē bonū alicuius dupliciter. Vno modo extrinsecè solùm per modum agentis vel obiecti, sicut ignis dicitur bonus frigescenti per modum agentis vel efficientis, quia causat in eo calorem qui est sibi bonus formaliter, & viro oculo est bonus per modum obiecti. Alio modo dicitur aliquid bonum alicui formaliter & intrinsecè, sicut sanitas est bonum hominis quo ad corpus: & sciētia, & virtutes, & earum actus seu operatiōes sunt bonæ quo ad animā quā perficiunt formaliter. Similiter beatitudo hominis dicitur dupliciter: vno modo illud quod beatificat hominē solùm extrinsecè per modū obiecti, vel agentis: alio modo illud quod beatificat ipsum formaliter & intrinsecè tanquā perfectio sibi inhærens. 5 Secunda conclusio Dur. vbi suprà. est de cōparatione vtriusq; beatitudinis adinuicē. Vbi dicunt quidam & benè, ꝙ cùm beatitudo sic dicatur dupliciter: magis tamē propriè dicitur hominis illud quod beatificat ipsum formaliter & intrinsecè, q̄ illud quod beatificat ipsum solùm extrinsecè: cuius ratio est, quia illud magis propriè dicitur beatitudo nostra quo magis propriè dicimur beati: sed per illud quod formaliter nos beatificat magis dicimur beati q̄ per quodcunq; extrinsecum: ergò illud quod formaliter nos beatificat magis propriè dicitur beatitudo nostra q̄ quodcunq; extrinsecum. Maior patet de se, minor probatur tripliciter. Primò, qa denominatio formalis semper est magis propria q̄ quęcunq; alia: cuius ratio est, quia in eo quod sic denominatur est verè & proprières nominis, sicut animal propriissimè dicitur sanum, quia in eo est sanitas à qua denominatur sanum: non autē ita propriè dicitur medicina sana, nec animal sanum ratione medicinæ: sed homo denominatur beatus formali denominatione à beatitudine, quæ est perfectio in eo existens: ab obiecto autem & efficiente non dicitur beatus formali denominatione, quia beatitudo quæ est obiectum vel causa agens non est in homine, sed est denominatio solū extrinseca: ergò per beatitudinē quæ est in nobis formaliter magis propriè dicimur beati. Secundò, quia illud propriè dicitur nostrum quod est nobis magis vnitum, sed beatitudo, quæ est ī nobis formaliter & intrinsecè est nobis magis vnita, q̄ beatitudo quæ se habet solū ad nos extrinsecè & obiectiuè, quia illa non attingitur à nobis nisi mediante beatitudine formali: ergò illa est magis propriè beatitudo nostra. Tertiò, qa illo propriè magis dicimur beati quo posito & omnibus aliis circunscriptis essemus verè beati q̄ quodcūq; aliud, sed posita beatitudine formali nobis, & excluso quocūq; alio per posibile vel impposibile, essemus & diceremur verè & propriè beati, qa forma denominat semper suum subiectum: excluſa autē formali beatitudine & positis quibuscunq; aliis nullus posset dici propriè beatus: ergò beatitudo formalis magis propriè dicitur beatitudo nostra qua sumus beati q̄ beatitudo obiectiua. Dico autē ꝙ magis propriè dicitur beatitudo nostra & non beatitudo absolutè, quia Deus qui est obectum beatitudinis nostræ vt patuit, est magis propriè & verè beatitudo q̄ sit nostra beatitudo formalis, sed non magis dicitur propriè beatitudo nostra, imò minus. 6 Tertia conclusio est, ꝙ beatitudo formalis & subiectiua essentialiter dicta non consistit in aliqua perfectione corporali, quod probant aliqui sic, & benè. De ratione beatitudinis sic acceptę est, ꝙ ipsa sit optima perfectio hominis ad quam omnes aliæ perfectiones ordinantur sicut ad finem: sicut nomine beatitudinis vel fœlicitatis vtuntur tam Philosophi q̄ Theologi. Dicit enim Philosophus. 1. Ethic. ꝙ fœlicitas est omnium operatorum summum bonum, & infrà eodem dicit, ꝙ ipsam volumus propter se, alia propter ipsam. Ex quo pōt sic argui. Illa perfectio quæ non est summè bona nec propter se volita, sed propter aliam meliorē, non potest habēre rationem beatitudinis, sed omnis perfectio corporalis est huiusmodi. ergo &c. Maior declarata est, sed minor probatur, qa sicut se habet corpus ad animam, sic se habent perfectiones corporis ad perfectiones animæ, qa sicut se habent perfectibilia adinuicē sic se habent perfectiones eorum: sed corpus est propter animā & vniuersaliter materia propter formam tanquā propter aliquid melius, vt dicitur. 2. Physic. ergò perfectiones corporis sunt propter perfectiōes animæ tanquā propter aliquid melius, & hæc fuit minor: sequitur ergò conclusio. Per idem patet ꝙ perfectiones animæ quantū ad partē sensitiuam quæ est totius coniuncti non possunt habēre rationem beatitudinis, quia sicut se habet sensus ad intellectum, sic se habet perfectio sensitiuæ partis & appetitus correspondentis ad perfectionē intellectus, voluntatis, sed in homine sensus est propter intellectū tanq̄ propter aliquid melius & nobilius: ergò perfectiones sensitiuæ partis sunt propter perfectiones intellectiuæ, tanq̄ propter meliorēs: ergò in eis non potest consistere beatitudo hominis. Ex quo sequitur ꝙ cùm pars intellectiua prout distinguitur contra sensitiuam includat intellectum & voluntatem quibus nihilominus est in homine ꝙ beatitudo consistat in optima perfectione intellectus vel voluntatis vel vtriusq; simul. 7 Quantùm ad se- Art. 2. cundum de eductione beatitudinis sunt tres conclusiones. 8 Prima, ꝙ potentia passiua importat ordinē ad actum & ad potentiam actiuam: potest ergò dici potentia naturalis vel per comparationem ad actum, & sic dicitur esse in potentia naturali ad aliquid quod cum eò habet esse naturale, & isto modo materia prima est in potentia naturali ad animam rationalem, sicut ad alias formas, quia esse humanū ita est esse naturale, sicut esse animalis alterius: imò magis, qa magis est de intentione naturæ: sed isto modo anima non est in potentia naturali ad supernaturalia, q̄ dant sibi esse supernaturale & non naturale. Secundo modo per comparationem ad potentiam actiuam: & sic materia non est in potentia naturali ad animam rationalem nec ad formas supernaturales; sed solùm ad illas quæ per agens naturale possunt induci. Tertio modo per conpassionem ad vtrunq;: & sic formæ reales immersæ materię præexistunt in potētia materiæ naturali: formæ verò artificiales neutro modo, quia nec dant esse naturale sed artificiale: nec sunt ab agente naturali sed ab arte, possunt verò dici in potentia artificiali, quia potētia denominat̄ ab actu, similiter & formę supernaturales præexistunt in potentia supernaturali, Dria assignatur inter formā educere de potētia et formā pexistere in potentia. non autē naturali. 9 Secūda cōclusio est, ꝙ aliud est dicere formā præexistere in potētia, aliud educi de potentia, qa formā præexistere in potentia materiæ, non includit respectū ad potentiā actiuā: educi verò de potentia includit respectū ad potentiā actiuam. Iterum aliud est formā præexistere in potētia materiæ, aliud est materiam esse in potētia ad formā. Forma enim quę depēdet à subiecto quantū ad esse & operari, dicit̄ prę existere in potētia subiecti & educi de potētia eius, & non solùm ꝙ subiectum sit in potētia ad ipsam: sed forma quæ non dependet à subiecto in operari, nec per consequens in esse: non dicitur præexistere in potētia subiecti nec per consequēs educi de potētia; nihil enim educit̄ de illo in quo non est: cū autē nihil præexistat nisi in suis causis, & vnū quodq; depēdeat à suis causis: illa forma q̄ non depēdet in esse suo à materia, nec per cōsequēs eam habet sibi pro causa, nō præexistit in ea: vnde talis dicitur produci de nihilo, non educi de potētia, nec obediētiali, nec naturali, nec aliquali passiua, sed solū de potentia Dei actiuè & de nihilo obiectiuè, sicut anima rationalis quæ creatur, licet aliquid sit ad ipsam in potentia, sicut materia prima, quod non est de angelo: visio igitur beatifica & omnis forma supernaturalis accidētalis præexistitur in potētia passiua subiecti, qa non pōt esse sine illo sine miraculo: item educitur per consequēs de illa potētia non naturali, sed obedientiali: & præexistit in potētia supernaturali nō naturali. 10 Tertia cōclusio est, ꝙ per hoc refelluntur duæ cōtrariæ opiniones. Prima quę dicit, ꝙ non educunt̄ de aliqua potētia sed creātur & de nihilo producūtur, quia sunt supernaturales, hoc enim falsum est. Non enim ideò est forma supernaturalis quia est ab extrinseco, cùm anima rationalis sit forma naturalis & de cōsideratione Physici quæ tamen est ab extrinseco. Item si non educerentur de aliqua potentia: sed ita essent ab extrinseco totaliter sicut anima: haberent operationem sine corruptione, & possent seperari naturaliter sicut anima, quod est falsum. Similiter falsa est opinio quæ dicit, ꝙ educuntur de potentia naturali, quia tunc darent esse naturale & ab agente naturali, sed de obedientiali. Art. 3. Dotes quibus conueniunt. 11 Quantùm ad tertium de dotibus sunt tres conclusiones. Prima quid est dos, & vnde dicatur, & cui conueniat in generali. Est autē dos perpetuus ornatus animæ & corporis iugiter in æterna beatitudine perseuerās. Vnde cùm Christus sit spōsus animæ: Trinitas autem sit pater animæ: ideò sicut à patre datur ei dos vt sit digna sponsa. Cui autem conuenit? Dicendum, ꝙ dos non conuenit Christo secundum nomen, quia est sponsus & non sponsa etiam secundum humanitatem, quia sponsus & sponsa sunt duo suppositа, sed perfectio dotis sibi excellentius conuenit: nec angelo conuenit secundū nomen, quia non est sponsa, cùm non conueniat in natura speciei, sed perfectio dotium spiritualium sic. Sed largè sicut Christus dicitur caput Angelorū, sic dicitur sponsus ecclesiæ triumphantis. 12 Secunda conclusio est de dotibus animæ, communis assignatio est, ꝙ dotes animæ sunt tres. Prima est visio, id est, lumen gloriæ confortans ad videndum. Secunda dilectio vel fruitio, id est, charitas perfecta. Tertia cōprehensio vel tentio quæ respondet tribus virtutibus Theologicis, nisi ꝙ comprehensio vel tentio non dicit aliquē habitum sicut spes: sed conditionem perpetuitatis: item tribus partibus imaginis, item tribus viribus animæ. Alia assignatio est magis propria vt videtur, quæ est visio, dilectio, & fruitio, quia comprehensio vel tentio est communis his tribus: sed hæc tria distincta sunt re vel ratione specifica. Sed de paraphernalibus quæ sunt bona iuxta dotem dicta secundum hanc parabolam, videtur ꝙ paraphernalia beatorum sunt alia dona minus præcipua siue sint aureolæ siue fructus, siue quæcunq; alia, vt laus, securitas, sufficientia, & multa alia huiusmodi. 13 Tertia conclusio est de dotibus corporis, de quibus dictum est. 44. Distin. Ad quarum tamen sufficientiam habendam sciendum est, ꝙ sicut in præsenti anima in corpus influit, & per illam influentiam corpus est coloratius & durabilius, virtuosius, agilius, quàm cùm anima seperatur: ita & tunc erunt dotes quatuor corporis illis proportionabiles. Et prima est impassibilitas: hæc autē dos correspondet durabilitati quam dat anima corpori: secunda dos correspondens calori, est dos claritatis: tertia subtilitatis respondet virtuositati: quarta agilitatis etiam secundum nomen correspōdet agilitati naturali. 14 Quantùm ad quartum de aureolis sunt quatuor conclusiones. Prima in generali. Secunda in speciali de aureola doctrinæ. Tertia de aureola virginitatis. Quarta de aureola martyrij. 15 De aureolis in generali. Prima conclusio est quid sit. Est autem gaudium quoddā de operibus à se factis quæ habent rationem victoriæ excellentis: vnde patet quòd differt ab aurea, quæ est gaudium de Deo & debetur victoriæ communi: & sicut illa in anima est principaliter, sic & ista: sed per redundantiam in corpore erit quædam decentia & pulchritudo singularis repræsentatiua aureolæ, prædicatori in ore, virginibus in illa parte, martyribus in cicatricibus vel aliis partibus corporis secundum genus martyrij, vt statim ex aspectu corporis sciatur qualis quisque fuit, virgo, martyr, aut Doctor. Sunt autem tres secundum tres animæ vires, & tres victorias excellentes. Præeminet simpliciter aureola martyrum, post quam illa Doctorum: vt patet in Catalogo sanctorum, quia in Litaniis ecclesia præfert martyres Doctoribus & Doctores virginibus: vna autem præfertur alij ciusdem speciei secundum excellentiam actus, vt qui acerbius martyriū, aut qui puriorem virginitatem vitando occasiones, aut qui plures saluat prædicando, aut qui frequentius prædicat. Vnde Paulus qui plus aliis laborauit dicit, De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ &c. Non competit autē Christo propriè, quia nihil est id cui est simile, nec angelis, quia in eis non est pugna, cùm sint immortales & incorruptibiles. 16 Secunda cōclusio est in speciali de aureola Doctorum, quòd eis debetur secundum glos. Can. vlti. Ephe. 1. & Danie. 12. Qui ad iustitiam &c. Secundò, quibus Doctoribus, quia non solùm prælatis & Magistris in Theologia, sed aliis dum tamen missis, nec illis nisi actu prædicantibus. Tertiò, cui doctrinæ, qa de pertinentibus ad salutem: vnde licet laudabile vitæque hominum necessarium aduocationis officium maximè à principibus præmiis oporteat remunerari. C. de aduo. diuer. iudi. l. laudabile: non tamen habebunt aureolā: & idem de medicis, Philosophis, & aliis: imò nec Theologis dum philosophica docent, nisi prout his vtuntur ad declarationem Theologiæ: captiuantes omnem intellectum in obsequium fidei: sicut Paulus etiam dictis poetarū vtitur prædicando. Quartò, de modo, quia siue scripto siue verbo, legendo vel prædicando, dum tamen publicè merentur eam: vnde mulier hanc aureolā habēre non potest, cui prædicare non licet, nec fraternæ correctioni

Art. 4. Definitur aureola.

Nota.

Aureola quibus dabitur

Beatitudo formalis nō est in perfectione corporali.

Duran. vbi suprà. art. 2.

Triplicitèr dicitaliquid esse in potētia naturali.

ctioni debetur. Quintò de fine, quia si propter vanam gloriam vel lucrum temporale verbum Dei adulterat, recipit mercedem suam quam nec per pœnitentiam recuperat, quia pœnitentia non viuificat mortua: dicũtur autem mortua non solùm sine charitate facta, sed etiam sine recta intentione, & quæcunq; non fuerunt à principio meritoria. 17 Tertia conclusio est de aureola virginum. Primò, in generali ꝙ debetur canticum nouum non coniugatis nec viduis, sicut & fructus centesimus præillis. Virginitas autẽ importat duo: scilicet mentis puritatem & carnis integritatem. In speciali autem beata Virgo habet propter pugnam hostis: non autem Abel, quia habuit propositũ nubendi & procreandi si vixisset, alio quin peccasset nisi & ipse Spiritu sancto continuit: & similiter Ieremias de quo Hieronymus in Prologo super eum, Virginitate sua Euangelicum virum Christi Ecclesiæ dedicans cõsilio Spiritus sancti, lege priuata continens habet aureolam: non autem filia Iepte quæ virginitatem fleuit, Helyas autẽ sic. Sed de oppressis si ex post facto consentiant & finaliter pœniteant, recuperant aureolam, quia consensus sequens nõ potest esse actus præcedentis: vnde per carnis corruptionem solam non perdit virginitatem: per cõsensum autẽ perdit sed recuperabiliter: sed quãdo ista duo simul concurrunt, tunc irrecuperabiliter perditur. De eunuchis autẽ videtur ꝙ in nouo Testamento habeant illi qui nollent actum illum exercêre etiã si possent, nec illam potentiã vellent habêre ad vsum: qui verò dolent de sua impotẽtia & vellent esse potentes ad hoc vt voluptates experirentur, non habent. Primi etiã qui minus habent de pugna q̃ alij: minus habent de corona, habent talem aliqualẽ, quia est excellens victoria secundù genus: vnde Nereus & Achilleus eunuchi, cum aureola martyrij habent etiã aureolã virginitatis, qa verisimile est ꝙ si potuissent nubere noluissent, qui tam efficaciter Domicillæ nuptias abiicere suadebant: & similiter Ioan. & Pau. ad constantiam. Sed de eunuchis ve. Testa. secùs est: vnde videtur ꝙ Daniel & socij eunuchi non habent eam, quia illud propositũ non habebãt, cùm tunc non esset tempus virginitatis. De pueris autẽ baptizatis videtur ꝙ habeãt perfectam, quia licet non habeant virginitatẽ acquisitam, habent tamen infusam, quia virtutes infusæ sunt magis connexæ q̃ acquisitæ. Videtur autem absurdum ꝙ aliquis habeat virtutem virginitatis, & cum hoc integritatem carnis sine proposito mentis actuali, & non habeat aureolam quę magis respicit actum exteriorem q̃ interiorem. Pueri autem habuerunt carnis integritatẽ licet non propositum mentis. Sed dicendum ꝙ virtus quæ non est de necessitate salutis non oportet ꝙ infundatur cum aliis, quia absurdum videtur ꝙ virtus infusa sine peccato detur: vel dicendum ꝙ aureola debetur actui non habitui nec priuationi: puer autẽ nullum actum habet, quia cărnis integritas in actus priuatione cõsistit. 18 Quarta conclusio est de aureola martyrum ad quam tria requiruntur, pœna, causa, & voluntas, nam conditio vel dispositio charitatis omnib⁹ aureolis est cõmunis, quia aureola supponit auream: debetur ergo solùm propter pœnam mortis: vnde patet ꝙ nec obedientibus solùm debetur, quamuis per obedientiam mactetur propria voluntas, etiam si duret obedientia vsq; ad mortẽ, nec pauperibus quãuis moriantur mundo, nec per pœnitentiã quãuis crucifigãt carnem suam: nec beata Virgo quamuis plus doluerit q̃ martyr eam habet, nec beatus Dominicus qui sitiebat martyrium, nec beatus Ioan. Euangelista qui calicem passionis voluntariè bibit, nec pueri in camino ignis, nec Syluester qui non ex passionibus obit, nec Lucretia quæ se illicitè interfecit: alię sic, quæ con silio Spiritus sancti nè corrumperentur se submerserũt, de quibus dicit Aug. de ciuitate Dei, & Sampson & Machabæi, aliàs non, quia martyrium est circa mortem ab alio illatam. Si quis autẽ genus mortis sibi eligat vt beatus Petrus, qui petiuit vt versis pedibus crucifigeretur, nè simili pœna seruus puniretur vt Dominus, non perdit. Si autem propter seipsum vt tolerabiliorem habeat perdit, sicut dicit Hieronymus de Seneca quem Nero occidit, ꝙ fuisset martyr nisi genus mortis elegisset optione data sibi: vt. s. in balneo vtroq; brachio minueret, & sic insensibiliter moreretur: propter quod tertio Dialogorum sanctus quidam occidendus à Longobardis mortis optione sibi data, nullam eligere volunt, sed dixit se illam toleraturum quam Dominus permitteret, quem tamen Dominus à morte eripuit. Nec refert vtrum mors statim aut postea sequatur: dum tamen ꝓpter illud causetur vel acceleretur: vnde de mortuis in carcere vel in exilio martyria aguntur, quia huiusmodi in eis mortes acceleraſſe præsumuntur. Si autem martyr suscitetur & iterum martyrizetur: certum est ꝙ de vtraq; morte gaudium habebit & duplicatum, vel materialiter vel virtualiter: & sic propter duas mortes, videtur beatus Sebastianus duas aureolas martyrij habuisse, ad hoc, inquit, me Dominus suscitare dignatus &c. Secundò, requiritur causa, qa enim martyr testis est in causa fidei pro ecclesia, pro quocũq; articulo fidei, vel iure ecclesiæ, aut quacunq; virtute, qa virtutibus desponsatur ecclesia Christo: moriatur, martyr est. Tertiò requiritur voluntas, qa si dormiens quis occidatur aut fugiens vel se defendẽs, inuitus martyr non est: vnde Mauritius cum sociis suis arma proiecit vt fieret martyr. De innocentibus tamen ecclesia sicut de martyribus solennizat: & certum est ꝙ gaudium speciale habẽt de morte propter Christum susceptа licet non electa: vnde non est completa ratio aureolæ. Qui autem cruce signati in bello hostium Christi pugnãdo pereunt, martyres fiunt, qa non se sed Christum & ecclesiam defendendo moriuntur: vnde mortem non fugiunt. 19 Quantùm ad quintum de fructibus sunt tres conclusiones. Prima quid est fructus, quia fructus prout distinguitur ab aurea & aureola est præmiũ, quod specialiter debet homini ex hoc ꝙ ex semine verbi Dei in spiritualitatẽ consurgit extollendo carnem suam: vnde aurea est gaudium de Deo, aureola de triumpho: fructus verò est gaudium & delectatio de spirituali exercitio, quia delectatio spiritualis debetur specialiter illi qui abdicauit à se carnalẽ affectum. 20 Secunda cõclusio est, cui virtuti fructus debeatur. Vbi dicunt Doctores, ꝙ sicut aureola nõ debetur cuilibet victoriæ, sed excellenti, & in materia excellenti, sic & fructus suo modo, quia enim importat delectationem debitam spernenti delectationem: ideò debetur illi virtuti non quæ spernit minores delectatiões, sicut gustus puta abstinentiæ, sed quæ spernit maiores. s. Venereas, sicut continentiæ & castitatis. 21 Tertia conclusio est de diuisione fructuum, quia cùm fructus debeatur continẽtię, secundum diuersos modos continendi, sunt diuersi fructus. Continenti enim continentia ad salutẽ, qua minor non sufficit sicut est castitas coniugalis, debetur fructus. 30. continenti verò continentia abundanti, secundù determinatum tempus, sicut est continentia vidualis quæ abstinet à secundis nuptiis, debetur fructus. 60. continenti autẽ simpliciter & vniuersaliter quod est ꝓ perfectionem virginalem, debetur fructus centesimus. Et sicut ad aureolam non sufficit votum seu propositum sine effectu: sic nec ad fructum: vnde si quis incontinens in morte pœ-

Aureola virginum quibus debet.

Eunuchus habebit aureolam condi tionatam.

Eunuchi veteris legis nõ habebũt aureolam.

Aureola martyrũ tantũ debetur subeũtibus mortem.

Seneca fuisset martyr si non elegisset mortem.

Nota.

Art. 5. Fructus definitio.

te pœniteat cum proposito continenti, aueram quidem habet, sed non fructum. Qui verò corruptus peccato pœnitens vixit sanus cum proposito continendi nisi matrimonialiter, fructum habet. 30. sed si cum proposito continendi simpliciter, habet fructum. 50. Nam centesimũ habêre non potest sicut nec aureolã, ex quo corde & corpore semel corruptus est. 22 Ad argumentum dicendum, ꝙ minor est falsa sicut probatum est in tertia conclusione primi articuli: & iterum probari potest, quia cùm beatitudo sit propriũ hominis bonum in quo non cõmunicat cum brutis: homines autẽ cum brutis cõmunicãt in bonis corporalibus: ergò in his bonis non consistit beatitudo. Nec valet prima probatio, quia bonum communius est melius q̃ minus cõmune si sint eiusdem rationis, sed si sint diuersarum rationum nihil prohibet ꝙ illud quod est propriũ paucioribus, sit melius, q̃ illud quod est cõmune pluribus: imò sic est necessariũ, quia illa in quibus perfectiora differunt ab imperfectioribus oportet esse nobiliora, q̃ sint illa in quibus cõmunicant cum eis, quia ratione illorum in quibus cõmunicant, vt sic vnum non est perfectius altero, sed solũ ratione illorum in quibus differunt. Perfectiões autẽ corporales & spirituales non sunt vnius rationis: & ideò nihil prohibet perfectiones spirituales quæ paucioribus conueniunt esse nobiliores, q̃ perfectiones corporales quæ conueniunt pluribus. Secunda etiam probatio non valet, quia licet beatitudo sit perfectio hominis: non tamen oportet quòd sit perfectio eius secundum totum quod est in ipso: sed secundum id quod est nobilius & perfectius: & illud est anima secũdum superiores eius potentias, quæ sunt intellectus & volũtas: & ideò in perfectione alicuius istarum potentiarum consistit beatitudo, & non in perfectione totius cõiuncti immediate. 23 Ad argumentum in contrarium solutio patet per secũdum articulum, quomodo huiusmodi supernaturalia educũtur de potentia & quomodo non.

DISTINCTIO 50.

Si mali in inferno peccabunt.

Thom. Distinct. præsenti.

Art. 1.

CIRCA. 50. & vlti. Distinctionem quæritur vnum tantùm. s. vtrum beati videant omnes pœnas damnatorum. Et videtur ꝙ non, quia si viderent cùm sint in charitate quæ patiens & benigna est, compaterentur, compassio autem cùm sit passio & tristitia non cadit in eis. ergò &c. 2 Contrà, quia magis beati debent videre miseros q̃ econuerso: sed miseri vident beatos: vnde Dives vidit Abraham & Lazarum in sinu eius. ergò &c. 3 Respondeo, hic sunt tria videnda. Primò, de multiplicitate pœnarum & diuersitate in generali. Secundò, de afflictione eorum & miseria in speciali. Tertiò, de visione mutua bonorũ & malorum. 4 Quantùm ad primũ sunt tres conclusiones. 5 Prima de pœna eorum spirituali, quia præter omnem pœnam corporalẽ vel à corpore causatam habent pœnam spiritualem, quæ dicitur vermis conscientiæ qui non moritur: & iste est remorsus conscientiæ & finderesis, de quo dicit Aug. Iusisti Dñe & sic est, vt pœna sit sibi ois inordinatus animus, quæ pœna licet nunc non sit multum afflictiua, sicut etiã dolor carentiæ beatitudinis naturaliter amatæ, qui modò paruus est delitiis delinitus: sed tũc erit maximus, & vtraq; pœna & omnis alia spiritualis nomine vermis continetur, quia de omni cogitato præsenti, præterito, & futuro dolebunt, qa sibi omnia displicebunt, & sibimet sibiipsis: sicut econuerso diligentibus Deum omnia in solatiũ & bonum: sic igitur desperatio, & obstinatio, & omnia alia spiritualia vermis nomine continentur, quæ immediatè de putredine peccati generantur sine corpore aliquo adhibita. 6 Secunda conclusio est de pœnis corporalibus, qa præter pœnam ignis habebunt pœnas aliorum trium elementorũ. Non enim manebunt mixta præter corpora humana sed solũ corpora simplicia cœlestia, & quatuor elementa: sed nõ patientur immediatè à corporibus cœlestibus, à quibus non tangentur immediatè: imò post diem iudicij nec ea videbunt: sed à quatuor elementis affligent. Et de igne quidem manifestum est per multas authoritates: & verificabitur quod Pythagoras posuit ignem carcerem Iouis. i. Dei punientis. De aqua Iob. 32. Transibunt ab aquis niuium &c. De aëre, qa mittentur in tenebras exteriores, qa non videbũt clarè sed obscurè, & solũ illud quod potest contristare. Terra etiã affliget, quia erunt in centro in viliſsimo loco mũdi, qui erit eis locus fœtidus & turbulentus. Vnde dicitur, sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. Ibi etiã erit fletus & stridor dentium: stridor quidem propter frigus niuiũ: fletus autem secundũ quosdam, qa fumus tormentorũ ascendet in fœcula, sed probabilius est ꝙ non sit ibi fumus nec resolutio lachrymarũ formaliter sed virtualiter. i. dolor & conturbatio capitis, q̃ ex his causari solet. 7 Tertia cõclusio est de cõparatione istarũ pœnarum adinuicẽ. Vbi est sciendũ, ꝙ pœna spiritualis in gehenna maior est omni corporali, quia dolor de priuatione magni boni est maximus, ad quod oportet ꝙ omnes damnati habeant cognitionem hîc vel ibi, sibi reuelatam de magnitudine beatitudinis supernaturalis: aliàs plus dolerent de perditione boni naturaliter cogniti, q̃ de perditione maioris boni totaliter ignorati, sed inter pœnas corporales pœna ignis maior est. Vnde illa in scriptura frequẽtius nominatur: ratio tamen quorundã, quia est maximè actiuus, ideò est maximè afflictiuus, non est necessaria: quia cœlum est maximè actiuum non tamen maximè afflictiuum: sed cum hoc requiritur ꝙ sit maximè actiuum effectus discõuenientis ipsi passo, & sic est de igne. Varietas autem pœnarũ calidi & frigidi non præstat eis refrigerium, sed auget supplicium: quia vel illa est successiua vt scriptura innuit, ꝙ trãsibunt ab vna in aliam & erit tempus eorũ in sæcula: qd' importat successionẽ non simultatem, quia non paulatim recedetur ab vna remittendo, nec paulatim transferetur in aliam intendendo quod esset refrigerium: sed subitò à calore maximo transibunt ad frigus maximum: vel secundum alios, sicut gloria beatorum est tota simul, sic pœna malorum, & calore & frigore simul affligentur: quia hoc non erit secundum immissionẽ harum qualitatum sensibiliũ, quæ sua contrarietate mutuò se non compatiuntur, sed secundũ immutationes spirituales quæ simul sunt in medio & pari ratione in organo. 8 Quantũ ad secundũ de ipsorum desperatione & obstinatione sunt tres conclusiones. 9 Prima, de possibilitate appetẽdi non est. s. ꝙ creatura rationalis non põt appetere non esse propter quancunq; miseriam vel tristitiam, voluntate naturali vel voluntate deliberatiua sequente rationem rectam, sed solùm sequente rationem erroneam. Primum patet, quia desiderium naturale est propter quietẽ in non esse, aut non est nec põt esse quies naturæ: quia non esse, naturam interimit, &

Pœna in damnatis spũalis maior corporali. Rõ Dur. hîc q. 1. art. 2. & S. T. hîc. q. 2 artic. 3. q. 1. ad. 2.

Art. 2.

Volũtate naturali nemo põt appetere non esse.

mit,& ideò naturali desiderio nullus potest appetere nõ esse ad vitandum pœnale esse,quia natura non odit pœnale esse, nisi propter desiderium quietis ab illa pœna. Vnde dicit Augu. si quis dicat, non esse magis quàm miser esse vellem: respondebo, mentiris, quia cùm miser esse nolis, esse tamen vis. Secundum patet, quia si voluntas eligat aliquid vt deliberatiua:tunc aut sequitur rationem rectam aut falso errore deceptam: si sequatur rationem rectam, sic dicendum est, quòd miserum esse quacunq; miseria penè magis est eligibile quàm omninò non esse,quod patet primò sic. Omne illud quod aliquis ratione præeligit, necesse est quòd cùm ad illud peruenerit meliori fiat quàm esset habendo aliud quod refutat:sed ille qui peruenit omninò ad nõ esse, non est melior quàm si esset miser: imò deterior si rectè dici possit, quia miseria non tollit omne bonum sicut non entitas:ergò qui eligit non esse potius quàm miser esse non eligit rectè. 10 Item miseria non est mala nisi inquantùm tollit aliquod bonum,sed omninò non esse plus tollit de bono quàm miserum esse: ergò peius est non esse, quàm miserum esse & magis fugiendum. 11 Item secundum Aristotelem.9. Ethicorũ: Amabile quidem simpliciter bonum:vnicuiq; autem bonum proprium:nullus igitur amat seu eligit aliquid nisi id æstimet esse bonum sibi:sed nullus potest rectè æstimare quòd non esse sit bonum sibi neq; positiuè,vt de se patet,neq; priuatiuè seu negatiuè: ergò non esse nullo modo potest pro quocũq; statu rectè eligi. Minor probatur quantùm ad partem dubiam,quia quod est bonum alicui quocunq; dictorum modorum suorum supponit ipsum esse:aliter non esset bonum ei magis quàm cuicunq; alij, omninò autem nõ esse nihil supponit,sed totum destruit. quare &c. Et hoc intelligendum est etiam si non esse posset aliàs eligi sine peccato. Tertium patet,quia si voluntas sequatur rationem erroneam:sic potest præeligere non esse ei quod est miserum esse, quod potest contingere dupliciter. Vno modo,quãdo propter vrgentem miseriam aliqui volunt non esse in miseria: & ideò se interimunt æstimantes se habêre quasi quoddam esse occultum, in quo nec habeant bona huius mundi nec patiantur miserias quod putant quoddam melius esse. Vnde Augu. 3. de Libero arbitrio dicit,quòd aliqui vrgente miseria se interimunt, eo quod fugiunt illuc vbi fore melius putauerunt. Alio modo potest contingere quando aliquis propter vehementiam miseriæ incidit in tantam perturbationem & obnubilationẽ rationis, quòd credit non esse omninò fore melius quàm in miseria esse, quod est absurdum: cùm priuatio mali non sit bona, nisi propter assequutionem boni oppositi:non esse autem non est assequutio alicuius boni qualitercunque possit confingi, & ideò talis nihil eligit: propter quod erronea est electio eius tanquam nihil eligentis sicut concludit Aug. 12 Secunda cõclusio est de desperatione eorum quantùm ad factum esse, quia sic sunt desperati & obtenebrati & absorpti pœnis, quòd volũtate deliberatiua errante vellent non esse. Primò quidem si esset possibile vellent beati esse: vnde Diues petiuit refrigerari linguam. Secundò, supposito quod illud non sit possibile vellent non esse, supposito etiam quòd esset possibile & vtrunque vellent esse possibile: vtrunque igitur volunt quadam velleitate:sed neutrum electione perfecta, quę non est impossibilium, quia sciunt vtrũq; impossibile. Quòd ergò dicitur, desiderabunt homines mortem, intelligendum est de velleitate imperfecta & erronea, quia secundum veritatem melius est eis miseros esse quàm non esse: imò esse sic est quoddam bonum, non esse autem est omninò non bonum. Quòd autem dicitur de Iuda, ꝙ bonum erat ei si natus non fuisset, intelligitur quòd melius fuisset mori in vtero cum peccato originali, quàm nasci & dãnari pro actuali tam graui. 13 Tertia conclusio est de obstinatione, quia mittentur in tenebras: non solùm exteriores, sed interiores. Obscuratum est insipiens cor eorum. Non possunt enim bonum benè velle sed omnis voluntas eorum deliberatiua est mala.

14 Contra hoc tamen arguitur tripliciter. 15 Primò sic, quia qui habet quicquid habebat quando poterat benè velle: potest benè velle sicut tunc, quia vbi est eadem causa potest esse idem effectus, sed angelus malus habet arbitrium ita liberum sicut vnquam, quæ est tota causa per quam potest velle benè, quia naturalia remanserunt in eis integra: ergò &c. 16 Solutio, qui habet nunc quicquid habebat prius intrinsecè & extrinsecè potest quod poterat prius, aliàs non, vt si subtrahatur igni calefactibile non calefaciet, vel si subtrahatur vnus trahentium nauem, alius fortè non poterit trahere: habet autem Dei iustitia non cooperari ad bonũ damnatis sicut prius, nec saluatis ad malum: vnde sicut elementa non agent inuicem quamuis virtutem habeant, quia Deus non cooperabitur sicut prius, nec erit miraculum ignem non agere sicut in camino fuit, quia status ille hoc requirit: ita in proposito, boni non poterunt peccare, nec mali benè agere, non quia non habeant voluntatem qua peccatur & qua rectè viuitur, sed quia Deus ad hoc non cooperabitur, quod esset nunc miraculum, sicut in beata Virgine quæ non poterat peccare: tunc autem non erit, quia communis lex illius status hoc requirit. 17 Secundò sic, Motus præcedens & quies sequẽs sunt eiusdem rationis, si enim graue mouetur naturaliter deorsum, quando erit ibi, quiescet ibi naturaliter: sursum verò sicut mouetur violenter sic & quiescit violenter, sed angelus liberè & voluntariè elegit quod elegit quando peccauit, ita quòd potuit contrarium eligere & illud respuere: ergò liberè ibi quiescit & voluntariè, ita quòd potest non quiescere sed ab illo resilire.

18 Secundò dicendum, quòd quando quies sequitur ad motum sic quòd non est aliqua alia causa motus q̃ quietis: tunc est vera maior, sed põt esse alia causa quietis cum illa quæ erat causa motus, propter quod potest esse maior firmitas in quiete quàm in motu. Sicut beati prius liberè & non necessariò ferebantur in beatitudinem quam habent, ita quòd poterant non ferri, quia sola cognitione ęnigmatica in illum tendebãt, sed nunc per visionem claram in illo quiescunt: & ideo nec possunt non quiescere: similiter in damnatis quia in via aderat generalis influxus ad vtrunq;: inde est quòd indifferenter possunt benè & malè velle: sed postquã sunt in termino diuina ordinatio habet oppositũ, vt aliquando sit status in motu creaturæ spiritualis, sicut erit quies perpetua in corporibus: vnde sicut in illo statu & situ in quo erunt stellæ cœli quãdo cessabit motus cœli, in illo perpetuo remanebunt, ita & in proposito. Ad.2.

19 Tertiò arguitur, quòd angelus nec ante nec post peccare possit, & quòd non possit aliquo modo variare nec nisi benè iudicare nec eligere, quia angelus se habet ad cõclusiones sicut homo ad principia in iudicando, quia non discurrit & per consequens in eligẽdo: sed homo non potest non assentire primis principiis speculabilium nec agibilium, nec potest non appetere vltimũ finem: nec in talibus põt errare nec peccare: ergò angelus in nullis. 20 Solutio, quantum ad conclusiones necessariò consequentes ex primis principiis tam in speculationibus quàm in agibilibus; verum est quòd angelus Obiectio.3. Ad.3.

Volitiõe deliberatiua se quẽte rationem rectam põt appetere non esse.

Ratio.2.

Ratio.3.

gelus se habet ad illas sicut homo ad principia, quia nõ discurrit, sed quantùm ad alias non oportet: imo non est possibile, quia in materia contingente nulla vniuersalis est vera, sed subcontrariæ simul sunt veræ & falsæ: sicut ꝙ omnis vel nulla mater diligit: & ꝙ omnis homo vel nullus sit albus, & in talibus non necessitatur intellectus angeli: omnis autem materia moralis est contingens variabilis & non necessaria, quantũ ad illa in quibus peccatur: vnde circa talia potuit & potest intellectꝰ angeli deficere & voluntas. 21 Quantùm ad tertium de mutua visione bonorum & malorum sunt tres conclusiones. 22 Prima de visione malorum à bonis, quia pœnas malorum vident visione intellectuali & corporali. Intellectuali quidem semper vident in Deo pœnas malorum, vt & beatitudo sua comparatione contrarij magis placeat, & vt de cuasione vberiores gratias agant. Visionem etiam corporalem habebunt non quidem in cœlo existentes, propter maximam distantiam, sed egredientur ad corporaliter videndum: vel terram opacam vsque ad infernum transeundo, Deo ad nutum assistente ad duo corpora simul locandum: vel terra sic erit per uia quòd non obstabit eis ad videndum ignem & ardentes: quæ tamen non sufficiet oculis damnatorum ad videndum Solem & stellas, obtenebrante eos igne turbulento. 23 Secunda conclusio est de compassione, quia sancti non compatienter damnatis: nec secundum electionem, nec secundum passionem: sed gaudent de punitione eorum, non quia pœna sed quia iusta. Primum patet, quia compassio electionis est voluntas deliberatiua liberãdi alium à pœna, quam non habent beati, quia discordarent scienter à diuina iustitia. Secundum patet, quia compassio secundum passionẽ, aut pręueniret iudicium rationis: & nihil tale est in beatis respectu cuiuscũq;, aut sequeretur rationem, & probatum est quòd ratio dictat oppositum. Tertium patet, quia de malo vt malum est gaudêre nullus potest, & maximè recta ratione: sed de bono quod est recta iustitia diuina, lætabitur iustus cùm viderit vindictam.

Art.3. Beati qũo vtroq; oculo pœnas malorum inspicient.

Boni de malorum pœna gaudebunt.

Damnati

24 Tertia conclusio est de visione bonorum à malis, qui possunt damnati vidêre bonos qui sunt *in aliis* inferni receptaculis: item beatos vsque ad diem iudicij inclusiuè, non autem posteà. Primum patet, quia sancti qui erant in limbo nec locum nec gaudium habebant, nec pueri habent in limbo quæ transcendant bonum naturale: licet ergò animæ damnatæ nesciant quid agatur apud nos in mundo: tamen quid agerent patres in limbo prope eos cognoscebant: vnde Diues vidit Abraham & Lazarum, & multo magis pueros in limbo, quorũ status minus distabit à statu naturali animæ separatæ: sicut autem vnus angelus nouit alium naturaliter quo ad naturalia, sic vna anima separata aliam: similiter purgatos in Purgatorio quamuis supernaturaliter affligantur, cùm ipsi hanc supernaturalitatem sciant per experientiam: gloria autem quam pueri perdiderunt vel alij præstolantur, nesciunt aliter quàm dicetur posteà. Secundum patet, quia gloriam sanctorum corporalem videbunt in die iudicij: & ex illa perpẽdent intellectu eos esse in gloria mentis inenarrabili, quã dolebunt se perdidisse: sed in speciali eam scient quantùm fide in via eam didicerunt, quia nunc fidem de vtraq; habent qui habuerunt: vel si fidem hîc non habuerunt, ibi eis reuelabitur quid per suum demeritum perdiderũt, vt amplius torqueantur. Tertium patet, quia post diem iudicij gloriam beatorum nunquam videbunt oculo corporali: oculo autem mentali non apparet, quare non retineant memoriter quod videbunt, nisi quia Gregorius dicit ꝙ posteà non videbunt, quod fortè pro tanto est, quia cũ infirmitas corporalis grauis absorbeat animam vt aliud cogitare non possit: sic dãnati homines occupata mente dupliciter plus q̃ prius, scilicet, pœna animæ & corporis: non poterunt illam gloriam cogitare quam anteà cogitabant, sed de dæmonibus nulla apparet ratio.

25 Ad argumentum dicendum, quòd charitas est patiens & benigna: sed non contra iudicium rationes maximè in beatis. 26 Ad secundum dicendum, quòd Lazarus erat cùm Abraham in limbo & non in gloria perfecta, quam nobis concedat trinus & vnus Deus per infinita sæcula benedictus. Amen.

quomodo gloriam sanctorum ineruntur.

Iustantia. 5.

Exactissimum clarissimúmq; Opus Lucubrationum
Venerandi Patris ac Doctoris. D. Petri à Palude, Patriarchæ Hierosolymitani, ordinis Prædicatorũ, in Quartum Sententiarũ exoptatũ sortitur Finem: nuper quidẽ diligentissimè ex manu scripto exemplari à. F. Vincentio Harlemio recognitum auctúmque, nunc verò recens interlinealibus numeris Indici seu Tabulæ respondentibus instructus: Summarum deniq;. S. Thomæ concordantiis, magno commodo studiosis, vt alterum cum altero conferre possint, futuris, locupletatus: ita vt nihil ferè amplius iam hic desiderari possit. Quare emito, legito, euoluito fœlix, quisquis es, Amice Lector.

Series Chartarum Operis.

ꝑ. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Omnes sunt Quaterniones, præter ꝑ. & Hh, qui sunt Quinterniones.

Excudebatur Salmanticæ in Officina literaria Andreæ à Portonarijs, Typographi longè accuratiſsimi: Anno ſecundo & Quinquageſimo ſupra Mille Quingentos: ſeptimo Calendarũ Nouembrium.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA